



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

CLASS NO.

BOOK NO.

THE LIBRARY
OF
LAFAYETTE COLLEGE

BR
65
L15
1731



LVCII COELII
SIVE
CAECILII LACTANTI
FIRMIANI

OPERA OMNIA

QVAE EXSTANT

CVM
NOTIS INTEGRIS CHR. CELLARII
ET

SELECTIS AVT EXCERPTIS

ERASMI, BEKKLEII, MICH. THOMASII, IS
RUCHNERI, GALLAEI, SPARKII, WALCHII, HEVMA
BALCHI, NVRRII, N. HEINSII, GRAEVII
MIEGII, MASTRICHTII

ACCEDVNT NVNC PRIMVM

AD EPITOMEN INTEGRAM

DENVO CVM MS. TAVRIN.

A VIR. CHR. MATTH. PFAFFIO COLLAT
RIVSDEM AVCTIORES

VAE LECTIONES ET NOTAE

ITEM

LECTIONES LIBRI DE MORT. PERSE

OMNIA

EX MSS. ET EDD. ADPARA
RECENSVIT

ET

NOTIS CRITICIS

VBERE NOVE NOVO INDICE LATINITAT
INSTRVXIT

IO. LYDOLPH. BVNEMANN

CVM PRIVIL. POTENTISS. POL. REG. ET ELECT. S

L I P S I A E

I MPENSIS SAM. BENIAM. WALTHERI

CLD 13CC xxxviii.

Lactantius, Lucius Caecilius Firmianus

V I R O
ILLV S T R I S S I M O
ATQVE
EXCELLENTISSIMO
GERLACO ADOLPHO
LIB. BARONI
DE MVNCHHAVSEN
DYNASTAE STRAVSVRTI
AVG. REGIS M. BRITANNIAE
MINISTRO STATUS
ET
CONSILIARIO INTIMO
ATQVE
DVCATVS CELLENSIS
PRAEFECTO MAGNO
DOMINO SVO
BENEVOLENTISSIMO

NOVISSIMAM
LACTANTII EDITIONEM

DEVOTISSIME CONSECRAT
IO. LVDOLPH. BVNEMANNVS.

DEDICATIO.

nuo inscribere, quia ratione hac non modo nouitatis gratia, quæ vel maxime libros solet commendare, interimitur; sed etiam res fastidii plena videtur, **SVMMO-
RVM VIRORVM OCVLIS**, quum tot et tantis rebus ad publicam salutem pertinentibus sint intenti distentique iisdem, vnum idemque sæpius obiicere. Ego, quidem primum illud crimen, quod nouum atque inusitatum dici posset, facile exemplis aliorum prolatis diluere possem, sed illa nunc puto omittenda. Alterum illud mihi minus opponi posse arbitror, quum constet inter omnes, quam **TV, VIR ILLVSTRIS-
SIME**, licet pluribus occupatus, tamen pluribus sufficias, et quam non soleas etiam qualescumque litteratorum conatus fastidire et aspernari; sed ingenia potius ad litterarum studia excolenda variis modis et beneficiis excitare. Quumque in **TVA** exquisitissima Bibliotheca diuersas aliorum librorum editiones susceperis; eadem facilitate huic etiam nostræ Lactantii editioni aliquem, vel vltimum, locum concedes. Fuit vero iam ante aliquot annos in animo meo certum atque constitutum **TIBI, VIR
IL-**

scrip
collige
27-29

DEDICATIO:

ILLVSTRIS-SIME atque EXCELLENTIS-SIME, hoc opus consecrare, quumque iidem alii mihi suaferint senserintque, me hoc non obscure præ me ferre; putavi me inconstantis animi vitium subiturum, si a consilio semel suscepto adeo leuiter discederem. Voti enim reus et damnatus mihi videbar, neque ab eius religione exsolvendus, nisi illud explesem. Præterea quum magna in me meosque beneficia ab eo tempore, quo via ad TVAM mihi gratiam est munita, sint profecta, in animi ingrati crimen incidissem, nisi publico aliquo testimonio declarassem, quantopere TIBI sim obstrictus. Est vero TIBI proprium et perpetuum, litteratos et litterarum studia amare, fouere et promouere; testantur tot scripta TIBI dedicata; testantur Academiae; testantur scholæ; testatur denique communis omnium eruditorum consensus. Ignosce, VIR ILLVSTRIS-SIME atque EXCELLENTIS-SIME, meæ, licet ex animi grati submissione profectæ, temeritati, et LACTANTIVM meum, (post HEVMANNIANVM adeo molliter in sinu TVO adquiescentem,)

DEDICATIO.

in quo, si quid ingenio acrimoniæque de-
dit, diligentia supplere atque pensare stu-
dii, facilis pro more TVO suscipe, pa-
trocinioque TVO non indignare, et TVA
gratia me meosque in posterum fouere non
intermitte. TIBI vero, quem DEVS
et REX TVVS MAXIMVS ad præ-
cipuæ dignitatis culmen euexit, pro TVIS
in Rempubl. et Litterariam meritis longe
maximis et plurimis DEVS det diurni-
tatem felicitatemque perpetuam. Mindæ
ad Visurgim. D. II. Aprilis A. cIo Iccc
xxxviii.



PRAEFATIO AD LECTOREM.

TAndem aliquando Lactantius meus, cuius edendi Observatio LVIII. in Tomo III. Misc. Lips. spem fecerat, prodit in lucem. Longum est persequi *varias moræ causas*; vnam tamen alteramque commemorabo. FRANC. HALMA, nobiliss. in Batavis Bibliopola, *notas meas*, iudicio summorum virorum GERH. a MASTRICHT et CAMPEII VITRINGAE comprobatas, cum integris et selectis aliorum notis susceperat edendas, et iam titulum noui operis Lactantiani forma maxima impressum ediderat. Sed eius non ita multo post consecutus obitus non tantum editionem impediuit, sed parum abfuit, quin *meæ adnotationes ad vnam omnes cum aliis litteris schedisque confusæ* interirent; vix tamen post multos annos eadem *reperæ* ad me redierunt. Factum postea, vt quidam fautores, Eminentissimi Patris Purpurati PASSIONEI, et Illustriss. Marchionis SCIP. MAFFEI longeque Celeberrimi Bern, de Monte Falconio fauore subfulti, suam mihi operam in procurandis *variis ex antiquis Italiæ et Galliæ MSS.* promitterent: immo vix anni spatium est decursum, quum doctissimus quidam vir e Soc. Iesu, rogatus ab illustri Actorum Pacis Westphaliæ Editore, Domino de Meiern, antiquorum codicum Parisiensium cum editione aliqua comparandorum curam in se

reciperet. Hinc ego moram ex mora trahere editionemque ex vno in alterum annum reiicere cœpi; idque eo magis, quod me tæduit, notas annorum multorum serie accumulatas et angustius per varia compendia et signa scriptas denuo exscribere. Quum vero intellexi, meam editionem (vti quidem Celeberrimo Gymn. Goth. Profesori Io. Mich. HEVSINGERO ad Vechneri Hellenolexiam, egregie ab ipso auctam, scribere placuit,) iampridem impatientius expectari, eandemque ab nupero ingeniosissimo diligentissimoque Lactantii editore HEVMANNO adhuc desiderari, et Bibliopola insuper honore mihi habito sua sponte impensas obtulit, non putavi committendum, vt culpa vltioris moræ in me hæreret, ne forte mihi idem, quod aliis viris doctis, qui novam Lactantii editionem erant minati, accideret. Quis enim nescit Arnoldi PERAXYLI ARLENII ad Lactantium Ecboles a Gesnero in Bibliotheca f. 93 memoratas, et a Beruleio in præfatione sui Lactantii prolixè ab eruditione commendatas, tamquam breui prodituras, numquam comparuisse? Quem fugit IO. WOWERI Lactantium, diligenter emendatum et expensum, iudice IOS. SCALIGERO in Epistola ad WOWERVM p. 402 intercidisise? Ipse WOWERVS Cent. II. Ep. 14 ad Scaligerum p. 239 confirmabat, *Puteanos* sibi Lutetia abeunti varias lectiones in Lactantium promississe, seque ad eum non pauca ex optimis libris adnotasse. Quem præterit, HENR. ERNSTIVM, Prof. Soranum, non tantum ex XIII. MSS. vti in *Reinbardi* Theatro Prud. Eleg. p. 93 habetur, sed, vt ipse in Opusculo de IO. CASELII scriptis edito anno 1651 4. profitetur, ex XXII. MSS. codd. maxime Florentinis, immo ex XXIII. codicibus, sicut ipsum ERNSTIVM referentem audiuit *Boeclerus*, (vid. Bibliographia Critica ed. Krauf. p. 725) Lactantium emendasise; sed numquam in lucem edidisse? Sperabam, me ex Bibliotheca Rostgardiana, Hafniæ ineunte anno 1726. publice diuendita, p. 460 Lactantium ex ed. Thomasi Antu. 1570 cum notulis et emendationibus MSS. manu H. ERNSTII, tamquam tabulam ex naufragio adepturum; sed nec cognoui quidem, ad quem et quo pretio transierit. Quem latet, PAULI PIRANI adnotationes plenissimas in libros tres

priores Institutionum Leoni Allatio ap. Urban. p. 213 laudatas nondum prodiiſſe? Iacobus GALLAËVS, non cum Seruatio Gallæo, qui Lugd. Bat. 1660 Lactantium edidit, confundendus, Pariſiis, vti Celeberr. *Wetſenius* Illuſtrem Gerh. a Maſtricht edocuit, omnes MSS. Lactantii codices excuſſit, ſed heredes ſe aiunt neſcire, quid de eius ſchedis MSS. in Lactantium factum ſit. Eiuſdem *Gallæi* diligentiam in excerpendo Colbertino Tibulli codice *Broukhuſius* in præſatione ad Tibullum commendauit, eumque caſtiſſimo ſtudiorum cultu inſignem prædicauit. Intercidit quoque cum morte Io. Bapt. le BRVN, Pat. Orat. ex edito Paulino Nolano Paris. 1685 notiffimi ſpes ab ipſo promiſſæ Lactantii editionis. Io. HUDSONVM, virum in re critica magni nominis, Lactantium prelo paratum habuiſſe Acta Erud. Lipſ. Lat. 1722 p. 340 (rectius p. 240) teſtabantur, ſed quis poſtea de HUDSONI opera aliquid inaudiuit? Euanuit quoque ſpes de IOSEPHI WASSII Lactantio in Memoriis Treuolt. a. 1716 p. 180 promiſſo. Veſtigia certe ſtudioſe ab ipſo lecti Lactantii in eius Commentariis ad Salluſtium deprehendi. Io. MEVSCHENIVM, Celeberrimum hodie Coburgenſem Theologum conſilium edendi Lactantii iam ante plures annos abieciſſe, in Miſc. Lipſ. Tomo III. obſ. 59 monui. Hæc itaque fata ad proſſigandam operam in meo Lactantio reliquam me impulerunt. Non arbitror neceſarium, vt longam de Lactantio hiftoriam contexam, quum ea peti poſſit ex Scriptoribus Hiſtorix Eccleſiaſticae et Litterarix, in his ex Centurijs Magdeb. Bellarmino, Labbeo, Gerharo, Oleario, Cauco, du Pinio, Oudino, Tillémontio, in primis ex Io. Alb. Fabricii Bibliothecis Eccleſiaſt. et Læſina; Nic. Nourrii Adparatus ad Biblioth. Patrum Volumine altero, Walchii Diatribe, Heumanni Præſatione ad Sympoſium, aliisque. De erroribus Lactantii, vt Antop. Raudenſem rudem et rudentem, a Franc. Philoſo et alijs notatum, omitramus, curatius *Stollius* Celeberr. in Hiſt. Patr. Eccl. ſæculorum III. priorum L. II. c. II. Litteratiſſimus *Falſterus* in Amœnitar. Philol. Diſc. XXVI. et Theologus magni nominis *Buddeus* in Iſagoge p. m. 315 et in Addend. p. 86 ſq. et PFAFFIVS in diſc. præliminari ad Lact. Epitomen egerunt. Me-

PRAEFATIO.

mini quoque ex litteris Fr. Ad. LAMPPI Theologi Bremensis a. 1718 ad me datis, virum magno et excellenti ingenio et doctrina MOSHEMIVM, Abbatem et Theologum Helmstadiensem, emendatissimum *Commentarium de Arnobii et Lactantii Theologia* meditari, qui vtinam nostrum desiderium primo quoque tempore expleret. Receperat Vir summus mihi fauentissimus suas emendationes, maxime ad librum de Mortibus Persecutorum, mecum beneuole communicare; sed interceptæ forte litteræ meæ impediuerunt, quo minus ipsi de acceleranda cum maxime mea editione innotuerit. Interim, dum MOSHEMII scriptum politissimum exspectamus, hoc damnum sarciant M. IO. GE. GERET V. C. Adiuncti Fac. Philos. Witt. disertatio de Variorum Iudiciis de Lactantio eiusque Theologia, et Specimen Examinis Theologiæ Lactantianæ de Deo absolute considerato, Filio et Spiritu S. Viteb. 1723 4. quam quidem et forte plures eo pertinentes eius dissertationes desidero. M. Ioach. Iusti RAV, Berolin. Diatribæ Historico-Philosophica de Philosophia Lactantii Ien. 1733 in 8. elegans est et valde mihi placuit; auctor enim Lactantium diligenter legit et expresit, eiusque animi indolem satis bene perspexit. Hæc igitur scripta nobis otium faciunt, vt haud sit necesse in præfamine intra paucas paginas coercendo modum excedere. De Stilo Lactantii exstat elegans disertatio M. Io. Aug. KREBSII Hal. 1702 edita, cuius licet quasdam aberrationes in notatis vocibus Lactantianis suis locis indicauimus, tamen non immerito Memoriae Treuolt. a. 1706 p. 1069 iudicarunt, dignam esse, quæ editionibus Lactantii adiungatur. Nescio quo casu factum sit, vt quum amplius quam decem mille disputationes collegerim, tamen Matth. Nic. KORTHOLTI disertatio de Cicerone Christiano siue Eloquentia Lactantii Ciceroniana Kil. 1711 edita, numquam in manus meas incidit, sæpius hinc inde quæsitæ. De Stilo quoque Lactantii circumscripte et breuiter egit Walchii Diatribæ, quæ alia quoque, de quibus ante, diligenter persecutus est. Lactantium olim, vt ex Epistola MS. legati Hispaniarum in Miscell. Lips. indicauimus, Regina Sueciæ CHRISTINA in deliciis habuit. Stilum Lactantii imitatum hinc inde esse Sulpicium

P R A E F A T I O.

Seuerum adparet ex L. I. Hist. c. 15. 6. vbi Laet. 4. Inst. 10. 8. expresfit. Idem fecit elegans scriptor Io. Sarisberiensis. Maiori opera quam succesfu omnibus fere paginis Io. Ferrariensis, Ord. Min. S. Th. D. in libris de Natura Animæ Rationalis, de Immortalit. Animæ, de inferno et cruciatu Animæ, de Paradyso et Felicitate Animæ Laetantium referre studuit. Frid. Nausea Blancicampianus (ab oppido *Weissenfeld*) non modo composuit disticha in omnia capita omnium librorum Laetantii, quæ non vidi; sed hinc inde eum imitatur in sermonibus; multa ex Libro I. Inst. c. 1. traducit in Epist. dedic. ad Hadrianum VI. P. R. in Iustini Imp. Institut. Paratitla Ven. 1523. 4 His vero felicius Laetantium expresferunt M. Ant. Flaminus in Psalmos; Io. Auentinus in Annalibus Boiorum, et (secundum Hieron. Ep. 101. c. 5) *Vir omnium nobilium Cbristianissimus et Cbristianorum nobilissimus*, aut (secundum Bierlingium in Hist. Pyrrhon. p. 196) *inter nobiles doctissimus et inter doctos nobilissimus*, Vit. Lud. a SECKENDORF in Commentar. Hist. et Apol. de Lutheranismo. Eo minus vero hoc de Seckendorffo mirandum est, quum teste litteratissimo Reimmanno in Hist. Litt. der Deutschen im III. Theil III. Hauptst. p. 268 (r) constet, Seckendorffum adeo adamasse totiesque legendo repetiisse Laetantium, vt pæne integrum memoriæ mandatum recitare potuerit.

Sed omisfis his atque aliis, quæ forsitan non incommode adferri possent, satius esse arbitror, vt recenseam quid operæ a me in Laetantio sit collocatum. Ne sæpius igitur hi illiue codices, a diuersis consulti, editionesque, ad quas a pluribus prouocatur, pluribus verbis sint enarrandæ, per ordinem singulos tam MSS. quam excusos libros a me partim denuo, partim nunc primum collatos et in subsidium vocatos enumerabo. In MSS. est.

- 1) *B. Bon.* per notas citatus i. e. *Bononiensis* codex, antiquissimus omnium, qui supersunt ex Laetantii MSS. de hoc ita Mich. Thomafus in præfatione: *Bononiæ -- in Bibliotheca S. Saluatoris vidi exemplar quoddam LITTERIS MAVSCVLIS scriptum, quod, vt ex vetustate et litteris ipsis adparebat, fuerat ANTE OCTINGENTOS ANNOS, aut etiam*

PRAEFATIO.

MILLE annos exaratum. Illarum enim litterarum, quas maiusculas vocamus, libri, sicut ex collatione multorum codicum comperimus, ante Gothorum in Italiam irruptionem fuerunt scripti, *ita illius antiquissimi studio illectus, quum ipsum cœpisssem cum editis codicibus conferre, vidi magnam quamdam multis in locis varietatem, clare tamen cognoscebam, multo veriore esse antiqui exemplaris, quam vulgarium lectionem, quumque ab illis iuris studiis feriatum essemus, omnia illius antiquissimi codicis singula cum impresis diligenter conferens perlegi, et quæ ab illo discrepabant, annotavi, quod non vno atque altero, sed in SEXCENTIS et amplius locis facere me oportuit, quum tamen multo melior esset lectio antiqui codicis, quam omnium impresorum.* Eodem se usum esse *Ios. Iseus* p. X. testatur et scriptum abhinc (a. 1646) fere annis MILLE dicit. Celeberr. Pfaffius in *disf. ad Lact. Epit. §. 8. p. 11.* observavit, hunc antiquissimum Bononiensem codicem a Leone Allatio in *Animadvert. ad Fragm. Antiquit. Hetruscarum laudari et Alphabetum eius Græcum et Latinum* dedisse Cl. Bernh. de Montfaucon in *Diario Italico c. 27. p. 409* et *Palæogr. Græc. L. 3. c. 4. f. 222. 223.* et ad sæculum VI. vel VII. referre. Quum iudicio MSSorum dignoscendorum peritissimi Domini de Montfaucon hic codex ætatem XII vel XIII. integrorum sæculorum superet; *specimen Alphabeti Bonon. erit incidendum* denuo curavi et varias lectiones in Thomasiæ editionis margine deinde in variis ex secunda et pleniori collatione *Ios. Iseï* diligentissime inspexi, eosdem plerasque varias repetii et Lactantii textum, quem ipsum priores editores rarius correxerant, sæpissime emendavi. Sed, quod olim in *Misc. Lips. Tomo III. p. 120* monui, repetens iterumque iterumque monebo, operæ scilicet pretium fore, si quis omnes et singulas vel leuissimas mutationes huius Bononiensis principis indicaret. Esset hæc opera Illustriss. Marchionis Scipionis Maffæi cura dignissima.

- 2) *Bononiensis secundus* a Thomasio vocatur *alterum optimum exemplar, quod cum illo antiquiori in plerisque locis con-*

PRAEFATIO.

cordet. *Isæus* adpellat exemplar *fere priori par bonitate, licet vetustate impar et concordans plerumque cum illo.* Multo vero rarius hic, quam primus ille ab utroque excitatur.

3-14) *Vat. Vaticani septem* præter illos a *Thomasio* sunt consulti: *Omnia*, inquit *Thomasius*, cum SEPTEM OPTIMIS Exemplaribus *Vaticanae Bibliotheca* contuli, quæ me, ut illum antiquissimum codicem valde probarem, vehementer confirmarunt. *ISAEVS* hoc amplius *DVODECIM MSS.* se ex *VATICANA* consuluisse confirmat. Sed ille istos septem et hic suos *duodecim* in variis et notis adeo infrequenter citat, ut a negligentiae crimine in conferendo absolui non possint. Non dubito, post *Isæi* tempora plures codices in *Vaticanam* illatos, vti nam opitulante *EMINENTISSIMO PASSIONE*, præcipuo litterarum elegantiorum Patrono, ut ex *Celeb. BELII, Presburg. Theol. et Historici Eximii* litteris et aliis noui, aliquis inde ad *Lactantium* meum illustrandum fructus etiam postliminio redundaret!

15) *T. Tax. Taxaquetii Codex.* De hoc ita *Isæus*: *Codex eruditissimi Viri MICHAELIS THOMAE TAXAQUETII* diligenter excusus, nempe ad margines variis adpositis lectionibus ex *MSS.* tum etiam ex plurimis *Italia, Galliarum atque aliis editionibus, melioreque ac probatiore in textum recepta.* Hunc codicem plerumque *Bononiensi* primo respondentem *Isæus* præter *Bononiensem* diligentissime in variis et notis produxit. Hunc vero *Michaelem Thomam Taxaquetium*, quotiescumque citat, semper a *Michaele Thomaso*, quem numquam *Thomam* nec *Taxaquetium* vocat, distinguit; præterea citatae ex *Michaele Thoma Taxaquetio* lectiones sæpe a *Michaelis Thomasi MSS.* et editione *Plantiniana* diuersæ deprehenduntur. Denique *Michael Thomasius* non, ut ille *Mich. Thomas Taxaquetius*, meliorem ac probatiorem lectionem in textum recepit, sed in marginem reiecit, peiore ac minus probata plurimum retenta. Denique ad postremum de *Mich. Thomasio* minus, quam de illo, honorifice sentit: *Thomasius*, inquit, *nonnullis quidem Firmiani vulneribus opem tulerat: verum enim vero PLERAQUE intacta, aut PROPÆ INN-*

MERA *remanserunt*, ad quæ omnia, si animum ipse eodem modo sananda adpulisset, huiusmodi certe labore posteros levasset. Iudicent ex his doctiores, num recte Heumannus in Præf. sui Lactantii not. (b) Rich. Simonium, Io. Alb. Fabricium, et me accuset erroris, quod Michaellem Thomassium a Michaelle Thoma Taxaquetio distinxerimus. Sed Heumannus ex duobus vnum fecit; quia Isæi editio ipsi numquam fuit visa.

- 16) P. Pen. *Penia* Codex MS. Reuerendisf. D. Franc. *Penia* Hispani Rom. Rotæ Auditoris V. C. Etiam hic codex est notæ optimæ, frequentissime conspirat cum Bonon. antiquissimo. Vnde plerasque eius varias meis notis inserui. Num hic idem sit cum Franc. *Penia*, Erythræo laudato in Pinacothecæ part. I. n. LXXX. nunc non definitio. Est enim frequens in Hispanis nomen. *Franc. Penia*, Castellani, Doct. Med. ac Physici olim in Acad. Toletana Publ. Med. Prof. post Archiatri Reg. versus occurrunt ad Ramirez. de Prado Pentecontarchum.
17. 18) Duo Reg. Bibliothecæ Paris. vetustissimi codices in aliquot Lactantii locis, Baluzii aliorumque fide, sunt citati. Baluzius ex solis Regia et Colbertina Bibliothecis DVODECIMUM MSS. Lactantii memorat ad Librum de Mort. Perf. pag. 7. ed. Bauldr. atque ego compertum habeo, solis Parisiis amplius quam viginti quatuor MSS. Lactantii reperiri. Utinam viri docti, toties a me rogati, excitentur ad sitim meam restinguendam. Ego enim meum partum non more impiæ matris exponam, sed tollam, et pie etiam post partum fouebo.
- 19) S. A. hoc est: *Scriptus Antiquus*. Hunc accuratissime cum editione Tornæsii 1553 contulit IO. CAUCI: *Est*, inquit Gallæus, *codex optima notæ, fere enim in omnibus antiquissimo Bononiensi similem deprehendimus*. Ego soleo eum in meis notis per notam: *Cauc.* i. e. *Io. Cauçi* designare, et valde bonum eum inueni; hinc plerasque varias repetii.
- 20) *V. Vlt.* i. e. *Vltraiectinus* Codex ex optimo descriptus archetypo a Canonicis B. Mariæ *Vltraiect.* Gallæo supeditatus. Videbis, meas notas eum non neglexisse.

- 21) *I. Iun.* id est vnus Papyraceus, cuius vsum impetrauerat Gallæus ab Adriano IVNIO, Schol. Amstelod. Rectore. Hic codex fœda admodum manu ex OPTIMO Archetypo fuit exaratus. Huius quoque varias plerumque repræsentō. Diligentius ex MS. IVNII lectionibus Thom. Crenius librum primum Institutionum Lact. in Animadu. Philol. Histor. Part. VIII. a p. 19-86 illustrauit, ex quibus etiam ipsis multa in vsum meum conuertit.
- 22) *Put.* Vnus antiquissimus in pergameno scriptus ex biblioth. Cl. PVTEANI; quem IO. OPSOPOEIVS contulit. Hoc Gallæus non ita multis locis, sed fere ad versus Sibyll. tantum est vsus.
- 23) *Cantec.* Variæ Lectiones a Theod. CANTERO, ex optimo Codice collectæ et a Corn. Booth. Conf. Vltrai. cum Gallæo communicatæ. Hæ quoque versus Sibyll. solent respicere.
- 24) *Erb.* Vnus antiquissimus, quo Ge. ERHARDVS vsus fuit. Huius codicis pauca vestigia in Gallæo deprehendi.
- 25) *G. Gron.* Vnus membranaceus, quem Io. Frid. GRONOVIVS Criticus facile princeps contulerat. Codex optimæ notæ dictus *Gallæo*. Est ille ipse, de quo Gronovius in Monobiblo Obseruatorum in Script. Eccl. c. 17. p. 177. *nactus*, inquit, *in Audibus apud CLAVD. MENARDVM membranas non valde vetustas, incepti conferre, et inueni, quæ vulgatis potiora ducerem.* Ibidem caput illud integrum facit ad Lact. illustrandum ex istis membranis, quæ nos suis locis indicauimus.
- 26) *Guil.* Vnus Iani GVILIELMI infimæ vetustatis. Vtinam Criticus hic peritissimus nobis ex isto codice vetusto plura dedisset. Quæ vero dedit, reddidimus. Audiamus ipsum in Quæstionib. in Plaut. Menæchm. c. 4. in Gruteri Fac. Crit. Part. 2 Tom. 3 p. 404. *Ex Lactantio coplura mendosa quæ erant, quo diligentius eum scriptorem ad Membranas INFIMAE ANTIQVITATIS comparavi.*
- 27) *Pal.* Membranaceus codex *Palatinus*. Codex optimæ notæ. Gallæus in Elencho MSS. dicit, Isaacum Vossum sibi Codd. Palatini, Lipsiensis et Rostochiensis variantes sup-

peditasfe. De Rostochiensis dicam inter edd. ad ann. 1476. In Catalogo librorum - Vniuers. Lugd. Bat. 1716 f. 743, inter MSS. a. Iof. Scaligero leg. f. 343 n. 73 occurrunt *variae lectiones Lactantii ex variis codd. cum quibus Andr. SCHOTTUS contulit Lipsiensem, Palatinam, Venetam et Romanam editionem.* Perperam. Legendum: *Cum quibus contulit LIPSIENSEM et PALATINVM MSS.* Ven. et Romanam forte: Ven. et Ro. i. e. Rostochiensis edd. Nam SCHOTTI tempora nondum vlla Lipsiensis editio et ne nunc quidem vlla in Palatinatu prodit. Colomesii Opuscula ed. Hamb. p. 892 n. 61 ex Cat. MSS. If. VOSSII referunt in Bibl. Leidensem translatum Lactantium Thomasia cum variis MSS. collatum, qui forte idem est ante ex Scaligeri legato citatus. PALATINVS vero est ille ipse codex MSS. membranaceus. Tam in notis, quam in variis lectionibus Lactantio subiunctis *Galleus* citauit MStos sub litteris initialibus *B. T. P. SA. V. I. Pal. R.* quæ signant *Bonom. Taxaquetii, Penie, Io. Cauct, Vltraiect. Iunii, Palatin.* Codd. MSS. et R. editionem *Rostochiensem 1476*, quam fide IS. VOSSII pro MSto citauit, quarum notarum significatio quum Sparkio, Cellario, Walchio minus constaret, factum est, vt vix ter quaterue ad egregias istas variationes prouocarent. Heumannus vero iam prouectus ad Lactantii L. 4. Inst. c. 29 demum Gallianam editionem est nactus, deinde hinc inde, sed tamen minus frequenter, varias ex his MSS. et generaliter adlegavit. Hæc damna vt refarcirem, ne et posteris nuda codicum per simplices litteras designatio fraudi esset, diligentissime illos codices per notas *Bon. Tax. Pen. Cauc. Vltr. Iun. Pal. Rost.* adduxi. Neque dubito fore, vt futuri lectores, si modo sine studio iudicauerint, confiteantur, hoc non sine magno legentium commodo a me factum esse. Immo plane mihi est persuasum, horum codicum ope sæpe Lactantio suam esse redditam integritatem.

- 28) *Bodl.* i. e. Bodleianus codex est magni pretii, plerumque Bononiensi vetustissimo conformis. Sæpe Sparkio succensusui, quod ex hoc eximio codice minus diligenter variantes indicarit.

- 29) *Cott.* i. e. Cottonianus MS. est Bodleiano proximus, le-
viori cura a Sparkio tractatus. Nescio, num hic codex
ex incendio, quo anno 1711 in ædibus D. *Bentleii* in Abb.
Westmonast. orto maxima pars MSS. Biblioth. Cottonianæ,
immo et Regiæ periere, sit servatus.
- 30) *Mert.* i. e. Mertonianus MS. vid. Catalog. MSS. Angl.
in fol.
- 31) *Ball.* i. e. Balliolensis MS. ibidem.
- 32) *C. C. C.* i. e. MS. Collegii Corporis Christi. Hi quin-
que MSS. codices, licet Sparkius parcius iusto eos confu-
luerit, tamen suis locis mihi vsui fuere magno; maiori fu-
turi, si quis eos codices curatius, quam adhuc factum,
confuleret. Receperat summe Reuer. GERDES, S. Th. D.
et Pastor Eccl. Germ. Lond. se ex Anglic. MSS. aliquid in
meos vsus procuraturum; sed ea spe excidissee mihi videor.
- 33) *E. Emm. Emman.* i. e. Emmanuelensis Collegii apud Can-
tabrigienses codex, teste editore Cantabrigiensi 1685, est
hic codex emendate, sed demum a. 1424 scriptus. Sed
fidelissime editor lectiones ab Antwerp. 1587 abeuntes
indicauit. Multum hic codex contulit ad Lactantium ema-
culandum. Sed quia librarius non indoctus fuit, hinc ex
ingenio loca quædam ipsi suspecta visa, correxit; quod
hinc inde obseruauimus.
- 34) *C. Cant.* i. e. Cantabrigiensis MS. dicitur ab editore
Cant. editionis scriptus a. 1465, sed est potius descriptus
ex prima editione Sublacensi 1465, de qua inter editiones
primo loco dicam.
- 35) *Lond. Reg.* i. e. Londinensis Regius antiquus, comple-
tens librum *de Ira*, est a Celeberrimo ABRAHAMO GRO-
NOVIO collatus, eiusque collationis tredecim priora capita
VIR HUMANISSIMVS sua sponte per doctissimum VIL-
LIVM, Iur. Candid. communicauit mecum tum, quum no-
tæ meæ ad istum librum paucis diebus post mitterentur Li-
psiam. Restitui inde aliquot loca in aliis libris corrupta.
- 36) *Gorb.* Gorhanæ membranæ. Ex his Tenzelius Cellario
varias suppeditauerat; sed eadem multo accuratius cum
verbis singulis Cellarianæ editionis a Celeberr. Viro Io.

PRAEFATIO.

Michaele HEVSINGERO, nunc Goth. Gymn. Professore meritissimo mihique amicissimo, ante plures annos sunt compositæ: multas labe huius codicis ope exterisimus. At Gothanus librarius simili fere modo, quo Emmanuelis MS. scriba, nonnumquam sibi aliquid arrogavit in corrigendo Lactantio. Scilicet eruditior librarius elegantior voluit reddere Lactantium. Sicut librarii imperiti pro vocibus rarioris vsus solent notiores, sæpe plane a scõpo alienas, subornare, ita periti pro minus elegantibus elegantiores subiicere solent. Nuper admodum legi, easdem varias cum HEVSINGERI et HEVMANNI animaduersionibus T. I. Libro III. Parerg. Gotting. insertas; eas vero nondum sum nactus.

37. 38. 39) *Lipf. 1. 2. 3. siue Lipsiensis primus, secundus, tertius.* His quidem Cellarius quoque ante me est vsus, sed frequentius a me fuerunt aduocandi. Quem *primum* Cellarius vocat, eius Varias *And. Schottus* ad exemplar Biblioth. Leidensis adscripsit, atque idem *Lipf. primus* est, quem Gallæus ex *II. Vosii* exemplari per notam litteræ L. producit. *Secundi* MS. Lipsiensis, a Magnif. BOERNERO S. Th. D. et Prof. *Lipf. suppeditati*, beneuole cum Cellariana editione comparationem Celeberrimus Io. Henr. SHULTZIVS, M. D. et Prof. item Eloqu. et Antiquit. in Acad. Hal. fautor mihi amicissimus et sub eius cura Iust. Tob. *Tallnerus* et N. *Wagnerus*, industrii tum temporis Theol. studiosi de integro meo nomine susceperunt. *Tertii Lipf. Variationes* Vir doctus anno 1617 ad edit. Thomaf. Antu. 1587 accurate congeserat, cuius vsum B. patruus meus Henr. *Conr. Bünemann*, Pastor quondam Ordingenensis in Eiderostadia a Clarif. CAPELLO Hamburgi obtinuerat. Hoc exemplar in Celeberr. nunc beati Io. Alb. FABRICII Bibliothecam transiisse, ex *Bibl. Lat. Vol. III. p. 400* colligo. Hac ratione accuratius et frequentius hos tres Lipsienses codices a me allegatos inuenies. Mira metamorphosi in aliquot recentioribus Fabri Thesauri editionibus in verbo *obtinerare*, et in *Walchii Lactantio ad L. 4. Inst. 19. 3. Lipf. 1.*

(quæ vocula designabant in Cell. Lipsiensem primum) in
LIPSIVM Criticum notissimum mutatum videas.

40) *Vit. Witt.* i. e. Vitebergensis Biblioth. MS. fuit a doctis-
simo BORGMANNO, eo tempore S. Th. Cand. quem B. Gottfr.
KRAVLL, Gymn. Hal. Coll. Tertius mihi olim amicissimus
conciliauerat, cui Eruditissimus Præf. Bibl. Viteb. M. KNAVTH
codicis vsum concesserat, meo nomine in locis difficiliori-
bus diligenter collatus. Excitauerat eius MS. desiderium G.
C. Kirchmaierus, eum citans in duabus disertationibus ad
Lactantium de Falsa Sapientia. Eiusdem Lactantius de
Vero Dei Cultu, notis Criticis ope eius MS. illustratus, a Clar-
mundo in Vita Kirchmaieri part. 2. Vit. n. XXX. p. 295
citus mihi non est visus.

41) *Torn.* i. e. *Tornæsis* MS. septem libros Institutionum
continens. De hoc codice confer dicenda ad editionem Lug-
dun. Tornæf. a. 1587. Non paucis locis ope huius codicis
lux est adfusa.

42) *Reimm.* i. e. *Reimmannianus* codex MS. benevole com-
municatus mecum a summe Reuerendo atque longe Doctis-
simo Possessore Iac. Fr. RBIMMANNO, Superintendente
Hildesiensi Meritissimo, omnis doctrinæ etiam in ipso senio
Cultore et Fautore Perpetuo. Vtilitatem mihi singularem
ad illustrandum Lactantium attulit. Licet vero hic codex
chartaceus non nimis diu ante inuentam artem typogra-
phicam scriptus esse videatur, tamen in multis locis non
modo cum optimis codicibus conspirat, sed etiam in non
paucis, vbi tot alii codices a me collati aut corrupti aut
a collatoribus neglecti sunt, præstat veram lectionem.
Complectitur codex LL. septem Institutionum, librum de
Ira et de Opificio. *Legi hunc codicem adhuc a nemine an-
te me collatum integrum iterum iterumque, et multa
loca illius ope in integrum restitui.* Scripsit hunc co-
dicem quidam ANDREAS PBTEN, forte monachus, quod
addo, quia solent nomina monachorum aut vicariorum in
Necrologiis ad diem emortualem adnotari, anni quoque sæpe
addi; vt si resciri possit, ex quo cœnobio aut prouincia liber
sit profectus; vterius inquiri de eo atque ætas codicis de-

terminari possit. Miniator siue rubricator forte non multo iunior ipso librario, solent enim scriba et miniator fere æquales esse, facit ad L. 7. Inst. c. 24. in margine mentionem terræ motus, qui tum quasi in Apulia a. 1456 acciderit. Ex quo, sed minus liquido, miniatoris ætas colligitur. Gratias ago habeoque maximas litteratissimo Viro, quod annum integrum mihi codicis usum concesserit, plane alienus ab inuido hominum genere, qui subsidia siue publica siue priuata, quæ in ipsorum sunt potestate, supprimunt, nec permittunt, vt inde aliquid in publicum usum propagetur.

- 43-47) *Guelf. Wolff.* i. e. *Guelferbytani* siue Wolfenbütelenses quinque codices, quorum quatuor ex Gudiana in Bibliothecam Augustam Guelferb. illati, vide Catal. Gudianum p. 545 et 546, a me permittente id Cl. REINERDINGIO in locis desperatis olim inspecti, qua ratione locis diuersis sua salus est reddita, aut confirmata. Iam in Miscell. Lips. Tomo III. p. 117 optaueram, vt aliquem precibus præmiove adducere possem ad Guelferbytanos MSS. conferendos; sed adhuc votum successu caruit. Quum vero iam elegantissima doctrina Viro IAC. BURCARDO Illustrisf. Bibliothecæ sit permisa cura, nullus dubito fore, vt in posterum aliquis inde fructus ad nostrum Lactantium redundet.
- 48) *Er. Erasmus* vsus est codice MS. vetusto, ex quo insigniter illustrauit librum de Opificio; eius varias ad vnam omnes repetiit.
- 49) COLBERTINVS antiquissimus, isque vnicus totius orbis codex MS. libri de Mortibus Persecutorum, repertus in Moisiaci olim Ord. S. Bened. Monasterio, quod alias etiam Abbatia mille monachorum audiebat, et iam a Canonicis Sæcularibus possidetur, studio Dom. FAUCAULT, tunc in Aquitania Reg. Quæstoris, in Colbertinam Bibliothecam translatus primumque a Baluzio editus. *Specimen huius codicis, quod Nurrius æri incidendum curarat, denuo curauit æri insculpendum;* præterea omnes varias lectiones, vt eas Nurrius (quem pauci possident) exhibuit, easque Criticus Anonymus accuratius Observationum Misc. Critic. Volumini III.

III. inferuit, in nostra editione recudi iussimus. Conferatur de hoc codice Clariss. Dan. Maichelii Introd. ad Hist. Litt. de præcipuis Bibliothecis Parisiensibus ed. Lips. 1721 p. 51 sq. Idem quoque, quod mihi commentanti ad illum librum non venit in mentem, librum hunc Lactantio ex professo vindicat a pag. 177-225.

50) TAVR. Taurinensis Codex Lactantii Epitomen inde ab Hieronymi temporibus ἀκέφαλον INTEGRAM fere exhibens, æque atque ille COLBERTINVS de Mortibus Persecutorum, SINGULARIS et vnicus est, eique antiquitate non cedit, sed eum superat. Huius reperti gloria debetur Celeberrimo PFAFFIO; SPECIMEN MSti iterum in æs incidendum curauimus, et, HUMANISSIMO PFAFFIO suppeditante, variantes lectiones auctiores exhibuimus. Vir Eximius in disl. præliminari simul indicat, se in Bibliotheca TAVRINENSI NOVE M Lactantii Codices MSS. vidisse, et præter hos OXONIENSIS VETVSTISSIMI, AMBROSIANI, (Mediolani) MUTINENSIS et DVORVM FLORENTINORVM p. 17-19 fecit mentionem. O quantus campus, in quo decurrant, patet doctis, quibus comparatus ego debilis sum cursor.

51) Vindob. Vindobonensis MS. codex ex Lambecii Bibliotheca Vindob. ad carmen de Phœnice a me est collatus. Abit multum a recentioribus edd. sed cum edd. Ven. 1493 et 1497 conuenit per omnia, præter v. 61 *lapsum* pro *lasum* habet. *Guelferb.* et *Lips.* MSS. in quibus hoc carmen, separatim commemorare non est necesse. Lactantio in antiquissimo MSto *Christina* Reginae Sueciæ tribui hoc carmen Nic. Heinsius in Litteris ad Sirmondum T. III. Oper. Sirmondi ed. Ven. 1728 f. 519 a. testatur. Idem postea, vt constat ex pluribus MSS. illustrauit.

52) Vaticanus. Ex hoc codice Mich. Thomasius primum et recte carmen *de Resurrectione* vindicauit *Venantio Fortunato*, quippe inter cuius carmina reliqua inuenit. Addit Thomasius egregie: *Est ille codex valde corruptus, tamen is est, qui cum iuuare possit, qui eo cum iudicio vtatur. Et sane sic faciendum est eis, qui hanc curam emendandi vete-*

rum auctorum libros suscipiunt, ut saepe ex pluribus malis codicibus VNICVM OPTIMVM efficiant. De reliquis nonnulla dicentur in sequentibus.

Progredior nunc ad editiones, quarum aliquis in nostra editione fuit vsus, enumerandas.

- 1) *Subl.* Omnium prima editio inscripta: *Lactantii Institutiones* (comprehendit quoque libr. *de Ira et Opificio*, sed non indicat in inscriptione); ita finitur: *Sub anno Dni MCCCCXLV. Pontificatus Pauli Papæ II. anno eius secundo. Indiétione XIII. die vero antepenultima mensis Octobris in venerabili monasterio SVBLACENSI.*

Memorauerat quidem Montfauconius in Diario Italico p. 256 editionem Rom. 1461, sed Maittairius in Annal. Typogr. ed. primæ Hag. Com. 1719 p. 60 testatur, se ex Montfauconio accepisse, *ultimam ipsum in numeris, quæ non satis aperte comparebat, figuram decepisse*; vnde Montfauconii testimonio falsi Wakchius in Diatribe p. 43, Io. Fabricius in Hist. suæ Bibliothecæ part. I. p. 176, Hockerus in Bibliotheca Heilsbronnensi f. 136, et nos in Misc. Lips. Tom. 3 p. 125 corrigendi. Rectissime igitur Hottingerus in Bibliothecario Quadripart. p. 265 credidit, Romanam, i. e. Sublacensem 1465 *characteribus adhuc satis rudibus*, vt addit, impresam et *Tiguri in Carolina Bibliotheca adseruatam primam esse.* Nec errauit Christian. Daumius, hanc editionem monast. Sublacensis 1465 in Syllabo Poetarum Christianorum Veterum ** 2. ad Paullinum Petror. *primam* vocans. Daumii exemplar in Bibliotheca scholæ Zwickauiensis (Cycneæ) seruetur. Clarissimus M. G. A. VINHOLDVS, Celeberr. Gymn. Cyn. Rector, meo nomine hanc Sublacensem editionem conferendam curauit ad singula verba editionis Antu. 1587; sed quia collata a libro quinto Instit. sunt intercepta, tres posteriores Instit. libros et de Ira et Opificio ex variis lectionibus sic dicti MS. Cantabrigiensis, i. e. editionis Sublacensis, ex qua descriptus ille fuit, redintegraui. Eamdem primam Sublac. in antiquis suis libris Celeberr. SCHWARTZIVM, Prof. Altdorff. adseruare memini.

- 2) *Lactantius*: per Conr. Schweynheim et Arn. Pannarz f. Rom. 1470. (in *du Pin* T. I. Bibl. Script. Eccl. p. 209 et Walch. Diatr. p. 43 typographus vitiose CONR. LEWEYNHEIM vocatus.) Hanc editionem euoluit SPARKIVS et plerisque in locis sub nomine *vet. Rom.* citat, sed ad Lib. 2. Inst. 6. p. 153 annum 1470 addidit. Eamdem aliquoties Baluzius ad librum de Mort. Persec. citauit. Eadem est in Bibliotheca GERANA in Voigtlandia, ex qua Clariss. G. L. GOLDNE-RVS, Gymn. Ruthen. Rector, vsus est ad librum de Opificio Dei Ger. 1715 8. editum. Frustra aliquoties etiam cautione oblata hanc editionem requisivi, tandem facile adqueui, vbi ex epistola IO. ANDREAE, Episc. Aleriensis, vidi, editionem meam Venetam 1497 ex illa 1470 esse repetitam.
- 3) *Laet.* --- ADAM. MCCCC LXXI. (1471) cum versibus in fine:

*Arguit hic hominum sectas LACTANTIVS omnes
SEPTENO falsas codice vera docens
Sive Deum tangat, turbato lumine cernens
IRA furori GEMINO pernotat inde libro. (Ira-Opificio)
Et volucrum versu PHOENIX comprehenditur una,
Quae nunquam nostro pascitur alma solo.
Hincque Redemptoris nostri non carmina desunt,
Quae positum E TVMVLO dulce canendo VOCANT.
PRESSERAT hunc PRIMO mundi caput inclyta ROMA,
Post REGINA PREMII quippe colenda MARIS.
M CCCC LXXI. Adam.*

Completitur haec editio LL. VII. Inst. L. de Ira L. de Opificio. Carm. de Phœnice et de Resurrectione. Quæ moneo, ne quis putet, quia CARMINA in plurali memorat versus, etiam illud *de Passione* hic legi, quod ab his aliisque vetustioribus saeculo XV. abest. Desideratur quoque in hac editione Epitome. Dixi in meo Catalogo rarissimorum librorum p. 14 n. 30, hanc editionem rarissimam lato margine, paucis notis, i. e. abbreviaturis, typis Romanis elegantibus et cum ipsis Græcis iam citatis vltra illam ætatem bonis nitide et satis accurate excusam; eamque Io. Alb. Fabricio, Walchio, Mich. Maittaire in edit. Prima Annal.

Typogr. T. I. et mihi olim fuisse incognitam. Descripsit eam vberius SCHELHOMIUS in Amœnit. Litter. part. I. p. 311-317. Primus eam editionem a nullo ante me editore collatam studiose contuli. In Bibliotheca Rostgardiana p. 4 n. 55 fuit exemplar *in membrana impresum, auro variisque coloribus per totum opus exornatum*. In Bibliotheca Henr. Hadr. van der Marck. p. 5 n. 55, et Du Boisiana p. 38 n. 444 venditur editio ROMANA 1471; sed perperam, nulla Romæ a. 1471 prodiit editio. Decepit Catalogorum istorum fabros VOX ROMA in versibus ante dictis; quum postremus versus: *Post REGINA PREMIT quippe colenda MARIS*, indicet, VENETIIS hanc editionem per ADAMVM 1471 esse excusam.

- 4) Lactantius - *per Vindelinum* f. Ven. 1472. Repetit versus ad ed. 1471 citatos et addit hoc distichon:

Impresum formis iustoque nitore coruscans.

Hoc VINDELINVS condidit artis opus.

Hac editione vsi sunt Isæus, et Gallæus. Hic vero perperam addit: *Hæc omnium prima et princeps*. Eadem vsus est Conr. Rittershusius ad Saluianum p. 192, ei vitiose tribuens ann. ed. 1442. Sed iam anno 1716 in Misc. Lips. p. 124 monui, idemque Fabricius in Bibl. Lat. Vol. III. p. 396 anno 1722 confirmavit, legendum in Rittershusio: ann. 1472. Ego antea hanc editionem in locis tantum dubiis consulueram, sed Heumannus eam ex Selliana bibliotheca diligentissime contulit; cuius potissimum fidem per integrum opus sum secutus. Habet etiam hæc editio carmina de Phœnice et Resurrectione; sed Epitomen et carmen de Passione non habet.

- 5) Lactantius - *per Vdalricum Gallum Alamannum et Sim. Nic. de Luca*, XII. Febr. f. Rom. 1474. Ad hanc aliquoties Isæus et Gallæus prouocant; sed diligentius ea e Bibl. Fr. Ben. Carpzouii vsus est Cellarius. Hæc editio perperam in Cat. Bibl. Gudianæ p. 33 PRIMA vocatur. Eadem teste Sauberto p. 124 in Biblioth. Norimbergensi seruatur. Accuratus de eadem Mairtairius in Annal. Typogr. ed. 2. Tom. I. part. I. ad ann. 1474 p. 332 sqq. Emendator huius editio-

P R A E F A T I O.

nis *Angelus Cneus*, Poeta Laur. quum, inquit, *emendationes Lactantii a pluribus et saepius factas tam Romae quam Venetiis cerneremus*, ELICERE conati sumus VERISSIMUM. Sandius in Nucl. Hist. Eccl. teste Io. Fabricio in Hist. suae Bibliothecae part. L p. 176 corruptissimam ducit editionem Romae 1475; sed corruptissime Sandius hunc editionis annum ponit, quo nullus est Romae editus Lactantius. Si vero, vel maxime editionem Rom. 1474 intelligat Sandius, debuisset scire, nullas antiquas editiones circa hoc tempus valde accuratas dari.

6) Lact. - f. Rost. 1476.

Fin. Firmiani Lactantii, Viri p̄cellentis ingenii qui vel solus inter Christianae professionis scriptores supereminet nitore quodam et copia: vel nullum eorum sequitur facundia simul et lenitate sermonum. Diuinarum Institutionum aduersus gentes. De Ira quoque Dei ad Donatum. Nec non et de Opificio Dei vel Formatione hominis ad Demetrianum finiunt libri per fratres Presbiteros et Clericos Congregationis domus viridis orti (i. e. horti) ad Scin Michaelem in opido Rostockcen partium inferioris Sclauoniae, prout facultas et industria tulit, emendate satis et accurate consummati Anno Incarn. Dom. Millefimo quadringentesimo septuagesimo sexto. Quinto Idus Aprilis. Deo gratias. Hanc editionem mihi olim Celeb. WOLFIUS, Theologus et Philologus Hamburg. Praestantissimus, vtendam benigne concesserat, vnde est, quod ei gratias agam; postmodum eandem mihi ipse comparauit et diligentissime excusit. Gallæus fucum facit lectori MS. Rost. citans, hanc enim editionem 1476 intellexit, qua ipse tamen satis perfunctorie fuit vsus. Diligentius Heumannus, licet subinde, amici collatoris oculis fidens, aberrauerit; id quod facile, vt vsu docti sumus, fieri potest. Illud singulare in hac Rostochiensis, quod non tantum Epitomen, sed etiam carmen (quod Ven. 1471. 72 habent) de Phœnice praetermisit. Solo carmine de Resurrectione instructa. Loco graecorum citatorum vbique vacuum spatium est relictum. Haec editio nullum habet chartarum registrum.

7) Veneta anni 1478 prima:

Finit his verbis: *Hoc opus impresserunt* (ita traiecit litteræ) *Veneciis Magister Andreas de Paltasichis Catarensis et Boninus de Boninis sociis.* Regnante inclito ac sereniss. Principe Domino IOANNE MOCENIGO, Dei gratia Venetiarum duce, M CCCC LXXVIII. XII. Marcii. Exhibet LL. VII. Infr. de Ira: Opif. Phœn. Refurr. et postremo loco EPITOMEN, quam vocat initio EPHYTHOMON, in fine NEPHYTHOMON. Græca citata exhibet typis rudibus et tam litteris quam accentibus sæpe pravis, iisque versionem latinam adnectit. Typi ipsi sunt nitidi, sed haud raro vitiosi. Lectiones nonnullas singulares profert. Habet registrum chartarum post Epitomen in fine operis. Hanc editionem a prioribus editoribus nondum consultam diligentissime composui, et ad differentiam sequentis voco Venetam primam 1478. Magno pretio hoc exemplar corio Turcico rubro (roth Saffian) marg. et tergo deaurato nitide compactum a me est comparatum.

8) Veneta altera - 1478.

Hoc fine ante Epitomen: *Impressum est hoc opus Venetiis impendio providorum virorum Iohannis de Colonia Iohannisque Manthen de Gheretzem sociorum, Anno salutis Dom. M CCCC LXXVIII. (1478) XXVII. Augusti. Laus Deo.* Habet registrum chartarum ante Epitomen, vt videantur consilium addendi Epitomen ex priori Ven. 1478 post absolutum opus demum suscepisse. Hanc editionem Heumannus quoque consuluit. Addo, eam præ multis aliis antiquis esse accuratam. Norunt in Historia Litt. et Typographica versati, libros plerosque a Io. de Colonia procuratos commendari typorum nitore et accurata scriptura, de qua re plura dicam D. V. proxime in parte secunda mei Catalogi de Libris Antiquis et Raris. Nomen Typographi Io. de COLONIA decepit multos Catalogorum fabricatores, vt tradant libros COLONIAE excusos, ex *viro* cudentes *urbem*. Ita non tantum sæpe inveni Platinae de Vitis Pontificum Rom. editionem PRIMAM per Io. de COLONIA excusam, vocari editionem Coloniensem 1479;

sed perperam. Pari modo in egregia Bibliotheca Hulfiana T. I p. 17 citatur LACTANTIUS COLON. 1478 vitioſe, nam fuit ea ipſa editio Veneta per 10. de COLONIA iam a me recenſita.

9) Laët. - per Benalium f. Venet. 1483.

Gallæus in Syllabo ſuarum editionum vult videri ſe eam contuliſſe; ſed in notis vix veſtigium collationis deprehendi. Fabricius in Bibl. Lat. Vol. III. p. 397 dicit *Venetam per Bernardinum de Benaliis Bergomenſem* 1483; vtinam vir egregius addidiſſet, num ex fide libri alicuius, an ex inſpectione, an ex coniectura addiderit *Bernardinum-Bergomenſem*. Noui quidem iſtum Typographum a. 1486 excurrentem; ſed ipſum iam anno 1483 Lactantium in quadringentis ſelectis plerisque meis Catalogis non inueni. Citant quoque Olearius in Bibl. Scr. Eccl. et ex hoc V. E. Lœſcherus in Stromat. Sect. XI. p. 245. Ex hoc Maittaire ed. 2. Annal. Typ. part. I. Tom. I. p. 450, item Oudin. T. 1. f. 310, et Walch. Diatrib. p. 44, ſed nemo ex his omnibus dicit, ſe eam alicubi vidiffe. Suspicio, eam confuſam cum ed. Ven. 1493 per Benalium, vbi numeri maiores MCCC LXXXIII. facile lectorem potuerunt decipere, vt legerit: LXXXIII. Vix credi poteſt quoties hi numeri annorum 80 et 90 in citatione ex antiquis libris confundantur. Pari modo in Catal. Commelin. c. y. vnde in Maittairio ego ipſe Annal. T. I. p. I. ed. 2. p. 487 citavi. Editio Laët. Ven. 1478 mihi nunc eſt ſuſpecta; nam et hæc alibi non occurrit, forte cum Ven. 1497 confuſa. Ibidem p. 498 ex Gudiana Bibliotheca p. 33 excitavi editionem Laët. BONON. 1488 excuſam; ſed iſta Bonon. editio, quæ bis ibi venalis fuiſſe ſcribitur, nullibi occurrit; nec Fabricius in Bibl. Latina, qui tamen Gudianam Bibliothecam accurate nouerat, eam editionem commemorauit. Forte ex mea prima Ven. 1478 ex BONIN. de BONINIS MCCCCLXXVIII. Gudiani Catalogi confeſtor fecit BONON. 1488. Vides, quam incerta ſit notitia veterum editionum, niſi quis accurate eas inſpiciat et deſcribat.

- IO) Venet. - per Theodorum de Ragazonibus de Afula f. 1490. Hanc contulerunt Isæus, Gallæus, Cellarius. Obseruavi, eam cum edd. proxime sequentibus conuenire. Conf. Maittairii Annal. Typogr. ed. 2. Tom. I. part. 2. p. 517.
- II) Laët. - impresf. Venet. per *Vincentium Benalium* A. M CCCC LXXXIII. (1493) vigesimo secundo mensis Marcii.

Hanc editionem consuluit Isæus, ego vero multo accuratius cum aliis eam comparavi. Conf. Maittair. c. l. p. 556, Fabric. Bibl. Lat. Tom. III. p. 397. Nescio, quid statuendum sit de exemplari, quod Clariss. HOCKERVS ex Bibliotheca Heilsbronn. f. 136 producit, dicit ibi impresum *Venet. per Vinc. Benalium* M CCCC LXXXIII. EDITIO INNUMERIS SCATENS VITIIS TYPOGRAPHICIS. *Ita nimirum*, addit Hockerus, *propriam turpitudinem confitetur Typographus*. Sane si illa verba: (*Editio innum. scatens vitiis typogr.*) simul reipsa sunt impresfa; miror stuporem editoris, at coniicio, ea verba a censore illius editionis ad Catalogum MSS. Hockerii fuisse adscripta forte, quæ HOCKERVS ipsum exemplar non inspiciens pro impresfis verbis habuerit. Scatet quidem vitiis, sed tamen suum vsum præstat egregium, quippe est, vt videtur, ex Rom. 1470 excusa, de qua plura ad seq. 1497. Continet *LL. VII. Inst. Ir. Opif. Epit. Phæn. et de Resurrectione*. In Phæn. v. 61. *lapsum* pro *lasum* legit, alias cum Vindob. MS. conuenit. Quia HOCKERI mentionem feci, memini in eadem Hailsbrunn. Bibliotheca seruari MS. Cod. Laëtantii scriptum a. 1468, quem Celeb. HOCKERVS vberius describit f. 48; forte iste ex prima ed. Sublac. 1465 aut Rom. ed. 1468 est descriptus; sin minus, Celeberr. Hockerum etiam atque etiam rogatum volo, vt cum aliqua nota editione componendum curet, aut, si fieri potest, MS. exemplar filio meo Carolo Christophoro Bünemann, I. V. Candidato, in eius vicinia apud ILLVSTR. Dominum LIB. BARONEM de RÛTH Bodichemii degenti, conferendum committat beneuole.

12) **Lactantius - Venet.** per Simonem Beuilaquam Papiensem Anno Inc. Dom. MCCCCLXXXVII. (1497) die quarto Aprilis cum Io. Andrea Episc. Aleriensis Epistola loco praefationis ad Paulum II. Venerum Pontificem Maximum: *Laboriosus recognitionibus nostris plures videmus vera humanitatis amore delectari, pater beatiss. Paule II. Venese Pont. Maxime. Itcirco animus impendio nobis crescit etc. Sumant - studiosi abs se hoc tempore per nostros ingenuos Opifices Lactantium Firmianum SEMEL ab his ITERUMQUE impressum prius nonnullis in locis profecto VERIOREM - Collatis - vigiliis nostris ad reliquorum operas facillime extabit differentia - Romae anno natal. domin. MCCCCLXX. Pontificatus. tui - anno sexto.* Recte Fabricius in Bibl. Lat. Vol. III. p. 397 obseruauit, expressam hanc Ven. 1497 ad Romanam 1470. Praecedens Ven. 1493 hac epistola Io. Andrea omisâ praefixerat quaedam testimonia Hieronymi et Leonh. Aretini. Alias editio Ven. 1493 et 1497 habent eadem folia atque easdem lectiones idemque in fine chartarum registrum. Viderint, qui Rom. 1470 in Bibl. Gerana inspicere possunt, num forte in fine sit simile registrum; num eodem verbo cum nostris folia incipiant. E. g. Litt. m. in lib. 6. c. 20 ita incipit: *satur mala mens.* vltimus versus siue vltima linea incipit: *oporsere defendi.* Haec editio cum MS. Vindob. in carmine de Phoenice conuenit praeter, in versu 61 *lapsum* pro *lassum* legitur.

13) **Lact.** - cum Egid. Delphi Annotamentis - per Io. Petit. in 4. Paris. 1500 dedi litteratissimo Viro IO. REICHIŒ ante duos annos, qui vbi terrarum nunc agat, nescio. Idem antiquorum librorum eximie gnarus edidit sub nomine FEDER. PACII Bibliothecae suae - Repositorium Primum Lugd. Batavorum. De ista editione mox num. 18 ad ann. 1513.

14) **Lact.** - mira arte ac diligentia Io. de Tridino cognom. TACVINI die 3. Ianuar. f. Ven. 1502.

Hanc editionem Betul. Thomafius, Isæus, Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. Heumannus non viderunt, quam Io. Petr. Valerianus siue PIERIVS Bellunensis correxit; solo

eam citare per notam: PIER. suppeditavit mihi eam Bibliotheca S. Mauricii et Simeonis, Ord. S. Benedicti Mind. Pleniorum titulum pete ex Maittaire Annal. Typ. T. 2. part. I. p. 154. Io. Petr. Valerianus operi hęc disticha pręmisit, in Parrhasiana repetita:

LACTEVS in lucem quoties LACTANTIVS almam
Prodiit, excusis dentibus ora tulit.

Est itaque EXPLICITO numquam sermone locutus,
Nec bene ROMANO; nec bene Cecropio
Vir bonus ut doluit sortem TACVINVS iniquam
Qui bene sanarent, apposuit medicos.

AVTORIS prestans igitur FACVNDIA tanti
Integra compositis dentibus ora feret.

Accuratioꝛ est hęc editio quam multę prius impressę.

15) Lact. - per Ian. Parrhasium castig. Venet. diligentia Io. de Tridino cogn. Tacuini, d. 3. Ianuar. 1509.

Ex titulo hęc reddo: *Lactantii Firmiani Opera nuper per Ianum Parrhasium accuratissime castigata gręco integro adiuncto, quod in aliis cum mancum, tum corruptum inuenitur, in hoc vero emendatissimum inuenies. Eiusdem Epit. Carm. de Phęnice, Carm. de Resurr. - habesque tabulam NOVITER impressam, i. e. indicem VOCABVLORVM, siue rerum notabilium, etc.* Cellarius excusam 1510 dicit in pręfatione, sed ipsa Parrh. pręfatio, quę in libris postrema additur, pręfert MCCCCX. quinto decimo Kal. Ianuar. Gallęus et Cellarius - hac editione negligentius sunt vsi; ego vęro ex vsu compertum habeo, plures mutationes, quas recentiores editores vel TVCCIO correctori Florentinę Iuntinę, vel ALDO adscribunt, a Parrhasio esse profectas. Sandius in Nucleo Hist. Eccl. recte inter correctissimas editiones posuit. Pleniorum titulum discite ex Fabricii Bibl. Lat. Vol. III. p. 397: Maittairius hanc editionem, vt plures alias Lactantii, neglexit.

16) Lact. - apud Io. Petit - Paris. 1509, 4. de hac editione, quam etiam Fabricius possedit, infra ad ed. Paris. 1513.

17) Lact. - apud Io. de Tridino fol. 1511.

Hanc editionem contulerunt Iffens et Gallęus, nominat

Fa-

Fabricius c. l. p. 398. Maittaire non innotuit. Nihil habet singulare, quippe ex Parrhasiana Ven. 1509 iam dicta integra reperita.

18) Laët. - apud Io. Petit. 4. Paris. 1513.

Hic titulus operis: *Lepida Laëtantii Firmiani Opera* accurate graeco adiuncto castigata. Eiusdem Nephythomon Carmina de Phœnice et Christi Resurrectione etc. IERAN. PETIT. venundantur PARISIIS (per u more saeculorum XIII-XVI. Ita ad calcem Epist. Gasparini 1470 in Maitt. Ann. T. 1. p. I. ed. 2. p. 25:

Vt Sol lumen, sic doctrinam fundis in orbem

Musarum nutritrix REGIA PARISIIS.

Mea vetusta editio Speculi Histor. Vincentii Bellouac. ex-cula circa ann. 1470: Lib. 20. Hist. c. 46. de *S. Genouefa qualiter PARISIIS liberauit ab Hunis - hac PARISIIS urbem migravit* c. 48. *Parisius oblatus sunt ei energuminis* Gudenus Sylloge I. p. 344 in MSS. ante ann. 1339 *Scriptum Parisius*. Conf. p. 370) in vico S. Iacobi sub inter-signio lili aurei. In fine editionis: *L. Firmiani Instituciones cum Egidii Delphi Theol. D. annotamentis probatissimis - Item TERTVLL APOLOGETIC. etc. pro IO. PETIT fideliss. bibliopola apud magnum ortum (hortum) ab optimo calcographo NIC. DE PRATIS impressi A. D. MCCCC. DECIMO TERTIO (1513) Kal. Ianuarias nono.* Hæc editio Paris. 1513, cum qua Paris. 1500 et Par. 1509 conueniunt, præceteris a me citatur; inueni in ea nonnulla meliora, quam in aliis omnibus editis. Videtur editor MSto optimo vsus. Etiam Aegid. Delphus nonnumquam aliquid boni in marginalibus profert, immo inter libros de Ira et de Opificio interseruit quasdam varias lectiones aut emendationes ad Epitomen, quas nunc demum deprehendo, vt suo loco non positas. Ita Collatorem oportet esse Argum! Contuli diligentius; quia reliqui editores hunc PARVVM, quem magni facio, neglexerunt. Miror *Mait-tairium* ne vnam quidem ex his tribus Paris. editionibus apud Io. Paruum indicasse. Miror quoque Sandium in Nucleo Hist. Eccl. Parisiensem hanc in pessimis, et corruptissimis

ducere potuisse. citante Io. Fabricio in Hist. suæ Bibliothecæ p. I. p. 176.

19) Lact. - apud Iuntam Florent. 1513, 8. ex Marc. Tuccii recognitione. Hanc editionem Isæus, Gallæus, Heumanus vero studiosissime contulit, huius igitur fidei plurimum tribuimus. Refert Tuccius, *se per triennium nihil aliud pene egisse, aut elaborauisse, quam ut huic auctori sua puritas, integritas et maiestas, quoad fieri licuit, restitueretur.* Laudandum consilium, sed bonus vir melius posteris consulisset, si nominasset libros, vnde profecisset. Sed ex parte hoc nunc ex editis antiquioribus ante Iuntæ citationem a me positis adparebit.

20) Lact. - Epit. Phœn. Resurr. et Tertull. Apolog. - Venet. in ædibus Aldi et Andreae Soceri mense Aprili 1515.

Io. Bapt. Egnatius, qui opus correxit, in Dedicatione ANT. TRIVLTIO - inscripta effusus est in laudes ALDI tum defuncti, tandem de se ipso *mibi*, inquit, Cœl. Lactantii Firmiani - *monimenta corrigenda tradiderat - Quo in opere quantum elaborauerim, quantum industria ac studii adhibuerim, aliorum malumus esse iudicium. Illud affirmare possum, tanto hosce libros castigatiores esse ceteris Lactantii libris, qui ad hanc diem impressi leguntur, quanto Aldus ipse in hoc genere laudis omnes alios facile prastitit.* Paucis obseruo, post Parrhasianam 1509 ex hac prima Aldina per Egnatium; et altera Aldina per Fasitellium correctæ plerasque recentiores editiones prognatas esse.

21) - Veneta - f. 1521.

Ex fide Isæi et Gallæi. Noua hic collatione mihi non fuit opus, quippe quæ ad Parrhas. ed. 1509 fit conformata.

22) Lact. - apud Andr. Cratandrum mense Febuario 4. Basil. 1521.

Hæc editio in meis Lactantii operibus PRIMVM adiunxit Carmen de PASSIONE DNI, *quod*, inquit editor, in vetustis exemplaribus inuenimus hic addendum curauimus. In fine Præfationis ANDR. CRATANDER doctus Typographus: *Huius, ait, disertissimi viri-opera a nobis venu-*

floribus transcripta typis et quanta potuimus diligentia ad PLURIMUM EXEMPLARIUM FIDEM recognita in manus vestras damus. In quibus nonnunquam, VARIETATE codicum oblata, aliam lectionem apponitur, ut si unum istum libellum semel nacti fueritis, multa et diversa Lactantii exemplaria vos adeptos libere adformare possitis. - Basil. ex officina nostra litteratoria Id. Febr. 1521.

Est hæc correctæ sane editio, quæ varias lectiones, sed minus multas in margine solet indicare. Plerumque cum ed. Aldina 1515 conuenit. Sandius in Nucleo Hist. Eccl. teste Io. Fabricio in Hist. suæ Biblioth. part. I. hanc editionem præfert editioni Betuleii. Est quidem nitidior et emendatior; sed Betuleii editio non paucas lectiones Aldina vetiores nobis dedit.

23) *Laët.* - apud Andr. Cratandrum 4. Basil. 1524. de hac editione, qua et ipsa vltus sum, idem est censendum, quod de prima. Gallæus citat ed. Crat. quasi editam Bas. 1523, quam cum hac 1524 vnam puro. Variant enim interdum Typographi in annis exprimendis.

24) *Liber Laët Firm. de Opificio Dei per Desid. Erasmus Roterod. accurate recognitus et additis Scholiis illustratus.* Basil. in offic. Frobeniana per Hieron. Frobenium et Io. Heruagium [mense Martio M D XXIX. (1529) in 8. Erasmus in epist. ad Tilemannum Grauium siue a Fosla: *-Tibi laëum mitto munusculum Firm. Lactantii Opusculum de Opificio Dei s. Formatione hominis - Id aliquot dierum opella partim ex edit. Aldina, partim ex VETVSTISSIMO CODICE repurgavi mendis, in quibus reperias aliquot, quæ nulla diuinatione poterant restitui. Adiecimus singulis capitibus adnotatiunculas.* At hæc et variæ lectiones vltra cap. XI. non progrediuntur, meliores tamen per integrum librum in textu continuantur, ad quas multi editores non attenderunt. Quod vbi sensi, hanc editionem maiori industria tractaui; atque Erasmi notas propagaui. Heumannus vitiose in præfatione citat Erasmi editionem Basil. 1519, quod ortum ex praua scriptura editionis Antwerp. 1532. nam idem vitium in anno occur-

rit in edit. Antuerp. Gymnici 1539 finita dedicatione; ubi rectius ed. Frobeniana i. e. prima Basil. 1529. 10. Cal. Mart. Necaliter habet Tom. III. Operum Erasmi in part. Posteriori siue Epistolar. Part. Secund. ed. nouiss. Lugd. Bat. f. 1158 epist. 1015. In editione Frobeniana liber de Opificio est adiunctus Erasmi scripto, cui titulus est: *Vidua Christiana*. Quam grata doctis editio libri de Opificio fuerit, patet ex editione eodem anno repetita Paris. typis nitidiss. Simonis Colinæi 1529, 8. Conf. Maittaire. Ann. Typogr. T. 2. part. 2. p. 716.

25) Laët. - f. Basil. 1532.

Hanc editionem contulit, sed minus multis locis Editor Cantabrigiensis 1685. Conr. Gesnerus in Bibliotheca f. 486 dicit excusam apud *Cratandrum* in fol. chartis 180. cum indice. Maittaire non innotuit. Respice dicta de Cratandri editione ad ann. 1521, 4.

26) Laët. Antuerp. 1532, 8. Hanc habuit Heumannus, ea usus tantum ad librum de Opificio Dei propter Erasmi notas; si ipsum textum Heumannus inspexisset, plura ex eo sine dubio obseruasset, est enim ex Erasmi editione Frobeniana repetitus. Conf. dicenda ad edit. Antuerp. 1539. Neque Fabricius in Catalogo edd. Laët. Vol. III. Bibl. Lat. neque Maittaireius eius editionis fecerunt mentionem.

27) Laët. - apud Paul. Manutium ex castigatione Honorati Fasitelli Venet. 1535, 8.

Secuti sunt hanc editionem Gryphius et Tornæsius in prioribus edd. et Marnef. in Parisiensi. Vsi eadem sunt Betuleius, Mich. Thomasius, Isæus, Gallæus. Recentiores vero plures neglexerunt. Multas lectiones plane nouas hæc Fasitelli correctio inuexit. Doleo, hanc editionem mihi nunc non esse ad manus; defectum volebam reparare ex auctione Lips. præstantissima; sed ex Selliano adparatu insigni in ILLUSTR. Dom. de BUNAV Bibliothecam transiit. Pauli Manutii dedicatorem Epistolam litteratissimus Schelhornius Amœnitatum Hist. Eccl. et Litter. Tomo II. n. XV. inseruit; vnde huc pertinentia suppleri poterunt. Etiam hanc editionem Pauli Manutii a Maittaireio prætermisam ob-

ser-

seruo. Quia deprehendi recentiores editores aliquoties arguere *Isæum* et *Gallæum* falsæ citatæ editionis Aldinæ, quum hi hanc editionem Aldinam siue Manutianam citarint, illi vero primam Aldinam 1515 inspexerint tantum; ego ad vitandam confusionem hanc alteram editionem soleo citare sub nomine *Faf. Fasit. i. e. Fasitellii*. *Isæus* acerbius de hac ed. 1535 pronuntiauit: *Nacti*, inquit, *Firmiani codicem* edit. ALDI anni 1535 - *animaduertimus textum. VBIQUE CORRUMPTVM, ac fæde maculosum adeo, ut non excusata modo quam plurimis in locis beata illa videretur suauitas orationis, maiestas, ac pulchritudo, qua supparem Ciceronis Lactantium, ceteris etiam longe superiorem proclamant, sed et VIX SENSUS. EIVS VLLVS alicubi deprehendi posset: neque enim vel ALDVS vel PAVLVS Aldi filius, quorum doctrinam utque in restituendis scriptoribus solertiam ac fidem nulla posteritas conticefcet, huic auctori manum admorant, sed vs AB HONORATO FASITELLIO emendatus (quod ipse rebatur) fuerat Lactantius, ita illum PAVLVS ediderat, qui quidem FASITELLIVS sua quoque dignus est laude; quamuis enim vel bonis exemplaribus destitutus, vel alia qualibet causa perum contulerit, præstitit tamen, quod posuit, et laborem suum, qualiscunque fuerit, in commune studioforum commodum posuit. Tu legas contrarium Gryphii subsequens iudicium.*

28) *Lact.* - cum *Erasmi Scholiis* in librum de *Opificio* - apud *Io. Gymnicum* Antwerp. 1539, 8.

Hanc *Gallæus* raro; sed *Cellar. Walch. Heumann.* plane non adhibuerunt; ego ideo diligentissime. Plerumque cum *Ald. 1515* et *Cratandro*; at in libro de *Opif. Dei* cum *Erasmi* editione *Frobeniana* conuenit; conf. dicta ad num. 24 et n. 26, cito eam sub litt. *Gymn.*

29) *Lact.* - apud *Sebast. Gryphium Lugduni* 1541, 8.

Hanc nitidam et raram editionem mihi dono dedit *N. N. HOIERVS*, *Mindensis*, *S. Th. Candid. doctissimus*. Quod donum eo mihi fuit gratius, quia editores omnes *Gryphianam* neglexerunt. Est ea integra ex *Fasitelliana* editione

expresſa, eiusque locum optime explere poteſt. Audiamus Sebaf. Gryphii præfationem: *Inſtitutionum Libros VII. etc. tanta ANNIS ABHINC QVATVOR FELICITATE Honoratus Faſitelius Venetus integritati ſue reſtituit, ut non Firmiano plus ex quo nati ſunt, quam Faſitelio ex quo renati, debere videantur.* Non innotuit Maittairio hæc editio Gryphiana. Dixit Gryphius ſcribens anno 1541. ANNIS ABHINC QVATVOR Faſitelius reſtituit; hic annus igitur Faſitellii incideret in annum 1538, et memini Fabricium Bibl. Lat. Vol. III. p. 398 producere editionem Venetiis a. 1538 apud Pa. Manutium excaſtigatione Honor. Faſitell. excuſam; eam vero hoc anno ab aliis memoratam non vidi; Contra Fabricius Venetam ap. Pa. Manutium 1535 non habet.

30) Laët. - apud Io. Tornæſium et Gulielmum Gazeum 1548, 12.

Omnia ex caſtigatione Honorati Faſitellii Veneti reſtituta. Eſt hæc editio nitidiſſima et cum Gryphiana convenit; nam hauſerunt ex vno fonte Faſitellii. In Bibliotheca Nic. Heinfii p. 62 n. 31 occurrit Laët. Lugd. 1543, in quo paſſim fuerunt emendationes manu adſcriptæ viri eruditi; quali exemplari huius anni ex B. Io. Alb. Fabricii Bibliotheca olim ſum uſus.

31) Laët. Lugd. apud Io. Tornæſium 1553, 8.

Hanc quoque euolui et aliarum Lugd. 1556, de quibus idem, quod de Tornæſiana 1548 n. 30 dicendum.

32) Laët. - fol. Baſil. 1556.

In Hæreſiologia Io. Heroldi. Habui ex Biblioth. Celeberr. Gerh. à Maſtricht. Gallæus quoque citavit.

33) Laët. - apud Hieronymum de Marneſ. Paris. 1561, 12.

Ex caſtigatione Honorati Faſitellii Veneti, convenit cum Tornæſianis 1548, 1553.

34) Laëtantius. Accesſerunt XYSTI BETVLEII, Anguſtani, præ ac erudita Commentaria NVNC PRIMVM in lucem edita per Henr. Petri Baſil. 1563 fol.

Perperam igitur Gallæus et nonnulli cum ſecuti tradunt Betuleii Commentarios editos fuiſſe a. 1556. Videtur an-

annus vitiose in Gallæi Syllabo positus, nam Gallæus multa ex his commentariis excerpfit, vt verus annus ipsam latere non potuerit. Betuleius quidem, vt ex Xyfti præfatione patet, iam a. 1545 ea commentaria absoluerat, sed filius Emmanuel in dedicatione siue præfatione 1563 scripta commemorat, ob bella et alias rationes prius edi non potuisse. Lactantius adeo Xyfto Betuleio et familiaris et dilectus fuit, vt ex suis filiolo cuidam LACTANTII nomen imponeret. Hi Commentarii Boeclero in Sæc. III. p. 271 (in Boecleri Bibliographia a Krausio edita p. 725,) et Reinhardo, in Theatro Prudentiæ Eleg. p. 93 dicuntur *frigidi nihilque memorabile continentés*, sed Petr. Lambecius, teste Morhofio in Polyhist. P. I. L. 4 c. 14 p. m. 910 *PERERUDITOS; Crenius piós et eruditós* vocat Part. VIII. Animadu. p. 24. Dixi in Misc. Lips. T. 3 p. 128 fuisse optimum Betuleium, nimis operosum in locis communibus Theologicis et Philosophicis conscribendis, quam sententiam Celeberr. Fabricius non obscure Bibl. Lat. Vol. III. p. 399 comprobauit. Non nego tamen, Betuleium multa quoque vtilissime attulisse ad illustrandum Lactantium. Prouocat aliquoties ad VETVSTVM CODICEM; non vero indicat, vnde, quis aut qualis ille fuerit. Prouocat quoque ad editionem antiquam Romanam, Iuntinam, Ald. et Gryphianam, sed Romanam debuisset addito anno indicare, quoniam plures editiones Romæ prodierunt. In nonnullis locis habet lectiones plane singulares, in quibus eum non tam eodidem MS. quam ingenium securum arbitror. Mich. Thomasius sæpe Betuleium secutus est in textu; quod quidem conieci; sed non prodidit Thomasius, nisi ad L. 6 not. 157, vbi in Betuleium acerrime inuehitur. Cito per notas: *Bet. Betul.*

- 35) Lact. - omnia studio Mich. Thomasi emendata cum notis eiusdem. Græcarum vocum Lat. Interpretatione et et indice sc. rerum. ex off. Christoph. Plamin. Antuerp. 1570 8 ed. nitida et satis correctâ. Casp. Barthius ad Statii Theb. V. p. 101 vocat Thomasi *bonum optimi auctoris vindicem*, et Petr. Faber L. 2. Semestr. c. 16.

PRAEFATIO.

P. 237: *diligentissimum et eruditissimum Scholiasten et a veterum librorum copia instructissimum.* Vfus est duobus Bonon. et septem Vaticanis, de quibus plura vbi egi de MSS. n. 1 - 14. Editiones Aldi ex recognitione Fasitellii 1535 et Betuleii 1563 in textu plerumque sequitur; rarius lectiones MSS. Bonon. in textum recepit; saepius in margine eas posuit, et in notis præcipuas defendit, quæ nobis præcipuo vsui fuere. Quod vero Rich. SIMON Thomassium accusat factæ mutationis in Lactantio, vt Lactantium magis orthodoxum, i. e. Romanæ Ecclesiæ dogmatibus propiorem redderet, in eo Thomasio facit iniuriam. Proscripsit tantum quædam loca prolixiora a MSS. antiquis aliena, maxime Manichæismum redolentia, de quibus Pfaffius doctissime in Disfert. Præliminari ad Epitomen; Heumannus in Præfatione et alii egerunt. Gallæus præter hanc Antuerpiensem Thomassii Plantinianam, etiam alia Antwerp. typis Stelfii 1570 est vsus.

36) Lact. - apud Plantinum 1587, 8.

Hæc altera editio nihil a priori 1570 differt.

37) Lact. - *Omnia ex fide et auctoritate* librorum manu scriptorum emendata apud Io. Tornæsum Typeogr. Reg. Lugd. 1587, 8.

Scripti cum Fabricio in B. L. Vol. III. p. 400 et Bibl. med. ævi T. III. p. 681 prodiisse *forma octava*, Heumannus scribit se vidisse in *forma duodecimali*. Scilicet forma hæc librorum formæ in 12 similis est, sed litteræ singularum plagularum octo constant minutis foliis, vnde speciem formæ octavæ minoris, pari modo, quo liber rarissimus *Caroli M. de Imaginibus*, editionis Parisiensis, refert. Post absolutum opus ante indicem Tornæsius hæc subiecit: *Cum mihi denuo Lactantius esset excudendus, opportune oblati sunt et a me empti libri septem diuinarum Institutionum manu scripti. Quid ex iis mea opera huic editioni et præcedentibus accesseris, malo te scire conferendo illas cum ante editis, quam si id in hoc epistolio indicarem. Hoc ingenue fatebor, malui timidi, quam temerarii nomen incurrere. Ea de causa quando viraque*

lectio

PRAEFATIO.

lectio mihi visa est defendi posse, alteram margini adscripti. In eoque tantum mihi detraxi, ut etiam que nusquam alibi legeram, non dubitauerim adscribere. Quae desiderabantur in manuſc. ea nolui delere, sed ut dignoſci poſſent has notas †, †† adhibui. Quae illis includuntur, non habentur in codice manuſc. Aliquando inſegras et longas periodos, ſapientiſſime vnicum verbum inctuſum reperies. Non parum item me iuuit Vir erudiſſimus IACOBVS CVIACIVS, qui nonnullos locos huiusce noſtri auſtoris ex fide veterum librorum a ſe emendatos ad me miſit. Haec ſunt, quae te volui ſcire, non tantum ut quam operam nauauerim, ſed quam methodum ſecutus fuerim, aperirem. - non priuati honoris aut emolumentum, ſed publ. vtilitatis gratia laborem hunc ſuſcepi. Vale. Heumannus cenſet, bibliopolam iactatione MSi vendibiliorem ſuam mercem facere voluiſſe, et neque aetatem nec bonitatem codicis deſcripſiſſe, immo adparere, codicem fuiſſe notae peſſimae et de CVIACIO ſubiecta fraudem obere mercatoriam: hinc putat, non opus ſibi fuiſſe huius editionis collatione. Ego vero non auſim Tornaeſio crimen tantae fraudis imputare, ſatis certus in eſſe in hac Tornaeſiana plane erimia; nam ea, quae cancellis incluſit, aut in margine adnotauit, ad quae ſolus Heumannus attendit, ne centeſimam quidem partem emendationum per ſeptem iſtos Inſtitutionum libros in hac editione 1587 conſiciunt. Id quod lectori ex meis notis facile conſtabit.

- 38) *Laſtance Firmian des diuines Inſtitutions* - traduit en François - par René Fame - reueu et corrigé de nouveau ſur le Patin. par Ie. de Tournes. Lyon 1587 in 8. min. ſiue 12. Hanc contuli hinc inde; - quae iam Paris. 1546 8. et Paris. 1581, 12. ante prodierat. Nonnumquam lepide vertit.
- 39) Laët. - apud Tornæſ. Lugd. 1594, 12. ex ed. 1587 expreſſa n. 37.
- 40) Laët. - apud Tornæſ. Geneu. 1613 12.
- 41) - Colon. 1613, 12.
- 42) - Geneu. 1630, 12.

PRAEFATIO.

Vbi has quatuor editiones conferre cœpi, statim vidi, esse omnes ex ed. Lugd. 1587 repetitas. vid. n. 37.

- 43) Lactantii Opera Inst. Epit. Ir. Opif. (carmina omisit) a Iosepho ISABO Casenate olim D. Petri de Vrbe Canonico Gambettola, Buschi etc. Comite. Summa diligentia recognita et non modo ex antiquissimis MSS. Codd. ac probatioribus impressis, sed etiam ex doctissimis scriptoribus emendata et notis illustrata etc. Casenæ ex Typogr. Nerii 1646 fol.

Hanc editionem rarissimam editor Cantabr. Cell. Walch. Heumannus non viderunt; quum eam ex *Mastrichtiana* Bibliotheca mihi comparassem, mihi occurrebant illa Plinii de Isæo sui temporis L. 2 ep. 3 pr. *Magna ISAEVUM fama præcesferas, maior inuentus est.* Nam plura ad restituendum illustrandumque Lactantium, quam priores et nonnulli sequentes contulit. Adhibuit enim *duos Bononienses, duodecim Vaticanos*, Codicem Mich. Thomæ Taxaquetii, Codicem Franc. Peniæ, Hispani et Edd. Rom. 1474. Venetas 1472, 1493, 1511, 1521 et 1535. Flor. Iunt. 1513 et Antwerp. cum not. Thomasi apud Plant. 1587, de quibus MSS. et Edd. dixi suis locis in præcedentibus. Scribit ISAEVS in Præfatione, THOMASIVM nonnullis quidem Lactantii vulneribus opem tulisse, verum pleraque intacta ac prope innumera remansisse, se vero sublatis mendis plus minus TRECENTIS meliores lectiones ex optimis exemplaribus et doctissimis scriptoribus restituisse. Multa sane Isæo debet Lactantius, meliusque sequentes editores consulissent Lactantio, si *textum Isæi* accuratius attendissent, neque Thomasi textum prætulissent, quippe quem Thysius et Cantabr. editor semper fere, Gallæus admodum sæpe; sæpius quoque quam malle Sparkius et Cellarius retulerunt. Sparkius tamen reliquis frequentius Isæi textum recepit. Isæus præmisit operibus 1) Elenchum MSS. et Edd. 2) Vitam Lactantii ex scriptis eius et aliis. 3) Iudicia ex Hieronymo, Honorio, August. Trithemio, Volaterrano, Petrarcha, Io. Franc. Pico, L. Aretino, Rhodigino, I. L. Viuè, Io. Bapt. Pio, Girardo,

Fr. Florido, Gul. Cantero. 4) Propositiones in Laet. a Catholicis caute legendas in Notis vel explicatas vel confutatas. 5) S. Scripturae Loca citata. 6) Dictionum Graecarum Latinam Interpretationem. 7) VARIAS LECTIÖNES. 8) Summaria Capitum. Sigismundus ISAEVS patruī sui opus inscripsit (en titulum!) *Sacri Senatus Apostolici iubari praefulgido, Lumini innociduo Hieronymo VEROSPIO Vere Pio, Vero Hospiti Virtutum, Vero Hosti vitiorum.* Variæ Lectiones hic, quam in Gallæi variis accuratiores mihi insignem vsum præstiterunt.

- 44) Laetant. - *Isæi Romæ* ex typograph. Mascardi Anno Iubilei MDCL. sumtibus Blasii Diuersini et Zenobii Masotti. fol.

Visa mihi fuerat (vid. Misc. Lips. T. 3. p. 130) hæc *Romana* editio minus quam prior emendata, Celeberr. Fabricium in Bibl. Lat. Vol. 3 p. 400 socium erroris nactus. Scilicet eo tempore vtraque editio (sic credunt adhuc omnes,) mihi non erat ad manus, et forte tum in varia sic dictæ Romanæ editionis incideram sphalmata. Iam vero vbi vtrūque exemplar ante oculos habeo, ipse eas possidens, video, Romanos Typographos siue potius Bibliopolas emtori facum fecisse. Nam solum hi *surpilucris cupidi* titulum nonnihil mutatum aliamque dedicationem ad Theodorum Principem TRIVULTIVM, Cath. Regis ad Innocentium X. P. M. extra ordinem Oratorem impresserunt. Cetera omnia, ne littera quidem vna nec sphalmate mutatis, sunt ex vna eademque editione ad annum 1646 dicta. Hæc indicare volui, ne, vt ego feci, Laetantii studiosi pecuniam in vtraque editione comparanda perdant. Sæpe tales fabulæ in damnum eruditorum luduntur.

- 45) Laet. - cum not. Anton. Thyfii ex offic. Petr. Lessen Lugd. Bat. 1652, 8.

Editio nitore typorum commendabilis, qua vsum sum ex libris summe Reuer. BENCKENII, Senioris Minist. et Past. ad S. Martin. Mind. meritisimi. Ipsæ notæ sunt parui momenti, et partim, vt textus et variæ lectiones, ex Thomasi editione repetitæ.

46) Lactantius cum selectis Variorum Commentariis Opera et studio *Servatii Gallæi*, apud Franc. Hackium et Petr. Leffen Lugd. Bat. 1660, 8. ed. nitida.

Clarmundus in Vita Salmasii part. I. p. 127 narrat, GAL-LAEVUM mediocris doctrinæ Virum per vxorem schedulas *Salmasii* et in his *notas in Lactantium* obtinuisse, easque sub suo nomine venditasse. Quum vero ex Salmasii hortu sterquilinum Criticum fecerit, neque omnia intellexerit, eruditos mox sensisse, hæc non ab ingenio *Gallæi* fluxisse, atque inde non gloriam, quam captarit, sed ignominiam Gallæo partam. Iniquius videtur hoc iudicium; nam licet hinc inde excerptis ex Salmasii, Vosii, Casauboni, Bocharti, Barthii, Kirchmanni, Schedii aliorumque scriptis, et Betuleii, Isæi, Thomassii notis lectorem sæpe morretur, tamen et multa in illis commode adlata et variæ lectiones modo in notis, modo post opus absolutum in ordinem ex variis MSS. redactæ insignem rei Criticæ gnaris adferunt vsum. Quia plerique editores illis variis lectionibus negligentius sunt vsi; ego eo sæpius ex illis MSS. codices excitavi. Gallæi editioni præfigitur elenchus MSS. et Edd. longior, quam qui hic reperatur; sed singulis locis istos MSS. et Edd. Gallæi iam indicaui.

47) Lactantii Opera ad fidem MSS. recognita et Commentariis illustrata a Thoma SPARK. A. M. ex æde Christi Oxon. e Theatro Sheldon. 1684, 8.

Editio nitida et correctæ. Vfus est Sparkius, sed parcius quinque MSS. 1) Bodl. 2) Cott. 3) Ball. 4) Merron. et 5) Collegii Corp. Christi et ed. Rom. 1470. In textu Thomasiæ maxime, interdum vero Betuleii et Isæi edd. expressit. Notæ sunt breues. Primus operibus Lact. addidit L. de Mort. Perf. sed carmina omnia eiecit. Varias lectiones fere omnes ego repeto. Recensent Sparkii editionem Acta Erud. Lips. Lat. 1685, p. 265.

48) Lact. - ad fidem Codd. impress. et MSS. Cantabr. 1685, 8. Præcipuum huius editionis sunt præmissæ Variæ Lectiones ex Cod. Emman. et MS. Cantabr., de quibus dixi inter MSS. Ex editis consuluit Basil. apud Cratandrum 1532. f. Tho-

masii Antu. 1587, 8. et Thyfii 1652. Præcipuas ex MS. Emman. Varias ego propagavi. Conf. Act. Erud. Lips. 1685 p. 585.

49) Laët. - Cellarii Lips. 1698, 8. De hac vberius in nostra editione Præfatio Cellarii, quam cum eius notis omnibus hic repetimus, quod idem fecit Heumannus, pluribus edisferens, quid in Cellarianis desideret. Sequitur Cellarius plerumque Thyfianam editionem, vnde vitia nonnulla et aliæ lectiones prauæ in Cellariana remanserant. Nos textum Cellarii ex MSS. sedulo correximus.

50) Laët. cum Io. Ge. Walchii aliorumque Criticis Commentariis - Lips. 1715, 8. Hanc recensent Acta Erud. Lips. 1715 p. 273. Neue Hæll. Biblioth. XXXVIII. p. 709 adde, si placet, Walchium inter et me disputata in Miscell. Lips. T. 3. Obf. LVIII. et LXXII. Primus Epitomen integram addidit et elegantem Diatriben de Lactantio præmisit. Si qua in meis notis huius editionis facta mentio; facta est modeste et sincere, expunctis, quantum memini, omnibus, quæ possent bilem mouere. Ipse certe Celeberr. Walchius pro pietate et eruditione quasdam aberrationes non negabit; sicut ego variam eruditionem eius suspicio, plane certus, si ipsi adluberet, aut muneris Theologici summi ratio permitteret; eam longe præstantiorem nobis editionem dare posse.

51) Laët. Opera emendata et illustrata a Christophoro Aug. Heumanno cum annotationibus Criticis Mich. Thomasi et Chr. Cellarii Gotting. 1736, 8.

Hæc adhuc fuit nouissima Lactantii Operum editio. Vir Celeberr. textum Cellarii fere integrum seruaui; nisi quod Epitomen integram ad MS. Taur. et Bonon. in textu emendauit. Vfus est præter ed. Thomasi Antu. 1570. (ex qua Varias Bonon. MS. multas obseruaui,) maxime sex antiquis Edd. Rost. 1476, Ven. 1472, altera 1478' 1497, Iuntæ Flor 1513 et Ald. 1515. Diligenter has varias diiudicat;

nec parum multas ipse coniecturas profert, ita sæpe ingeniosas, vt adfensum fere extorqueat, has vero nemini obtrudit, satis habens eas in notis indicasse. Videbis, me in notis meis modo Heumanni iudicium sequi, modo ab isto secedere. Amo enim, quam et ipse Celeberr. Heumannus amat, ingenuam libertatem. Candide profiteor, mihi multum præstantissimæ huic Heumannianæ editioni debere, eiusque notas mihi sæpe occasionem subministrasse in desperata aliquot loca accuratius inquirendi ad eliciendam veram lectionem. Reliqua suis locis a me sunt commemorata.

Recensui hætenus, excepto Opusculo de Opificio, (n. 24.) integras editiones Lactantii plerasque a me aut inspectas aut collatas, integris addo, quæ separatim a me sunt consulta.

- 52) Epitome Institutionum - ex antiquissimo Bibl. Reg. Taurin. Codice eruit, recensuit, lucique publ. dedit atque disertatione præliminari illustravit C. M. Pfaffius 1712, 8. Conf. quæ dixi, inter MSS. n. 50. retinui omnes varias lectiones Celeb. Pfaffii et alias nouas ab ipso mihi suppeditatas addidi nostræ editioni.
- 53) Epitome - cum not. IO. DAVISII Cantabr. 1718, 8. hanc editionem mihi dono dedit Celeberrimus F. A. LAMPIVS, Theol. Bremensis, ex notis non paucas meis inserui.
- 54) Liber de Mortibus Persecutorum - ex Baluzii Miscell. T. 2. Paris. 1679, 8 hæc prima editio.
- 55) - de Mort. Perf. cum notis Io. Columbi, Aboæ 1684, 8. Columbus maxime hunc librum ex Lactantio illustravit.
- 56) Histoire de la Mort. des Persecuteurs - traduite - sur la Traduction Angloise de-Burnet. Vtrecht 1687, 8.

P R A E F A T I O.

- 57) - de Mort. Pers. - cum not. St. Baluzii, Cuperi, Columbi, Spark, Toinard. Graevii, Gale, Boherelli etc. per Paul. Bauldri Trai. ad Rhen. 1692.
- 58) Carmen de Resurrectione, inter Beroaldi Opuscula Basil. 1513, 4. f. 88.
- 59) - in alia Beroaldi Operum editione Bas. 1515, 4.
- 60) Idem Carmen cum eruditis notis Hermanni BVSCHII, in 4t. sine anno editionis. Ex his pauca speciminis loco, quia raræ sunt, citavi. Inscriptum opusculum Io Gymnico.
- 61) - de Resurrectione cum notis Aug. Buchneri, Viteb. 1627, 8. Ex his notis egregiis et eruditis multas meas inserui.
- 62) Carmen de Passione, quod in dictis Beroaldinis opusculis ed. Bas. 1513 et 1515 occurrit; Heumanni Poecil. Tom. III. Lib. II. p. 225 illustrat. Eiusdem iudicium et scripturam sum in addito Symposio secutus.

Habes, Lector Beneuole, prolixam enumerationem tam MSS. quam editorum librorum a me in Lactantii Operibus emendandis atque illustrandis adhibitorum. Quomodo iis usus sim, inspectio textus et notarum dabit. Sine vlla iactatione confirmare possem, neminem adhuc ante me tantum subsidiorum ad Lactantium restituendum aduocasse; sed non minus me adiuuit diligentissima Lactantii lectio, quæ, vbi non suffecit, Ciceronem, quem præter ceteros exprimit: tum alios veteres, et ex sacris Scriptoribus Tertullianum, Cyprianum, Minucium Felicem, Arnobium legi reliquæ, atque hac ratione multa loca antea desperata aut restitui, aut contra aliorum Interpretum tentamina vindicavi. Omnia vero sine vlllo studio partium, sine amore, sine odio conscripsi, soli, quoad quidem potui, veritati litans. Cellarii textum fundamenti loco posui, sed eum ex MSS.

PRAEFATIO.

et editionibus vbique indicatis sæpissime emendauī, coniecturas vero etiam fere certissimas e textu abesse iussi. Cellarianas notas omnes seruaui, ex reliquis editoribus, Betuleio, Thomasio, Isæo, Gallæo, Sparkio, Walchio, Heumanno, Dauifio etc. elegi scopo meo Critico inseruientes; Erasmi vero ad Librum de Opificio Dei, quia pauca et rariores sunt hodie, repeti omnes. Specimina Codd. Taurin. et Colbertin. æri incidenda curauī. Varias quoque Lectiones ex MS. Taurin. ad Epitomen duce Pfaffio, et ex MS. Colbertino ad Librum de Mortibus Persecutorum, duce Nourrio, hic reddidi omnes, cum nonnullis Cl. MIEGII et MASTRICHTII notis. Symposium quoque ex Heumaniana Lact. editione, ne quid desideraretur, adieci. Indicem vero Latinitatis plane nouum eumque longe vberri-
mum aliquot millia optimarum phrasium et verborum
exhibentem composui; atque ita diligentis editoris
munus pro virili me puto explese. Vale
et meis faue conatibus.



VIRO ILLVSTRISSIMO
PAULO A FVCH
POTENTISSIMI ELECTORIS BRAND
BVRGICI CONSILIARIO STATVS IN
TIMO ET PRIMARIO

S. P. D.

CHRISTOPHORVS CELLARIVS.

Christianorum TIBI Tullium, VIR illustrissime, h
Laetantium Firmianum, scriptorem, si quid iudi
excellente ingenio TVO, vitæque studiis, et am
nis, quos geris, honoribus non alienum, offero. Su
nostrorum temporum Orator es; non ergo ab illo abl
bis, qui summus eloquentia inter priscos Christianos
summi oratoris, quem Roma coluit, perpetuus im
Præter plurimas maximasque, quibus distentus es, fu
nes, etiam Ecclesiæ rebus præfides moderator; TIBI

d 2

DEDICATIO.

non conueniat cum eo, qui vniuersæ Ecclesiæ causam ab acer-
bissimis paganorum iniuriis vindicauit? Variam ille doctri-
nam omnis generis, et abstrusæ antiquitatis notitiam; poeta-
rum item et sapientium, quos philosophos dicunt, disciplinas
omnes et scientiam animo fuit complexus: ut vel ideo non
indignus videatur, qui denuo proditurus TE, VIR sapientis-
sime, patrono innocentiae utatur, quia cognitum perspectum-
que est omnibus, quum tantam rerum molem pro PRINCI-
PE potentissimo feras, illarum TE magnitudine ab iis litte-
ris, quas nos in otio exercemus, nequaquam auocari. Tanta
enim vis TVI est ingenii, ut ad summi PRINCIPIS res ma-
ximas explicandas valeas, et vna harum quoque litterarum
culturae sufficias, quibus grauiores curas, pro republica susti-
nendas, tamquam condimento lenire ac mitigare adsuetus es.
Ex quo adparet, quam bene TIBI et Lactantio, quem trado
TIBI, conueniat, quod licet satis rationis haberet, ut alii,
si ederent hunc librum, TIBI præ ceteris dedicarent; mihi
tamen alia causa, eaque potior accedit, ut persequar quod
constitueram, et documento aliquo probem, quantum TVAB
singulari ac mirificæ in me debeam beneuolentiæ, quam tan-
ti utique, sicut par est, facio, ut nisi publice TIBI gratias
agam, et, qua TE colam obseruantia, declarem, hominis in-
geniui non putem me partes posse sustinere. Patere ergo,
VIR ILLVSTRISIME, ut hoc opusculum, meis curis non
nihil illustratum, virtutes TVAS et in me adfectum prædi-
cet, et obseruantissimi erga TE animi mei testimonium et
monimentum constituatur. Deum precor, ut felicitatem TI-
BI TVISQUE propriam ac perpetuam esse iubeat, TEQUE sal-
uum et incolumem rei publicæ et litterariæ quam diutissime
conseruet. Hæc Calend. Septemb. cId Idc xcviii.

PRAEFATIO CELLARII AD LECTOREM.

L Aeternum Firmianum, scriptorem et rerum nobilitate, et nitore ac cultu dictionis praestantissimum, noua forma emendatiorem lucidiorumque exhibeo. Ad quem ornandum sex manu scriptis codicibus vus sum, et pluribus excusis pzelo, tam antiquis quam recentioribus. Cantabrigiae editio duorum codicum, cum cura excerptorum, nobis copiam fecit, quorum alter bibliothecae est in illa Britannorum academia; alter collegii, quod ibidem est, Emmanuelensis. Alium membranaceum, antiquiorem Britannicis, in Serenissimi Saxonum Ducis Gothani bibliotheca custoditum, vir clarissimus G VILIELMVS ERNESTVS TENZELIVS, Historicus laudati Principis, pro amicitia, quae mihi cum illo intercedit, cum impresso contendit, et fidelissime in vsum meum enotauit. Tres mihi ex Paulina Lipsiensis Academiae, omnes quidem chartaceos, sed vnum notz optimaz, et antiquissimis consentientem, vir zque ingenio et doctrina elegantissima, quam iuuandz rei litterariae voluntate in primis huius saeculi conspicuus, mihi quoque longo annorum vsu coniunctissimus, FRIDERICVS BENEDICTVS CARPZOVIVS impetrauit. Quos ipse contuli, et, vbi vsum fuit, meam inde correctiorem editionem reddidi. Accesserunt libri ab hinc ducentos annos et antea impressi, in quibus prima Romanus tenet, pontificis Pauli II. iusu, ab Alerienfi episcopo Ioanne Andrea recognitus, et CIO CCCCLXXIII publici iuris factus. cui proximus est Venetus CIO CCCCXC, et alius CIO IOX Iani Parrhasii cura castigatus, itidemque Venetiis expressus. Ceteros notiores, vt Aldi Manutii, Xysti Betuleii, Michaelis Thomassi, et nostro zuo procosos, Antonii Thyssii, Seruzatii Gallzi, Thomz Sparki, non est quod multis verbis, quia obuii sunt, commemoremus. Aliorum quoque obseruationes nobis adiumento fuerunt, Io. Friderici Grononii praecipue; et de Mortibus persecutorum, Stephani Baluzii, Ioannis Columbi, Nicolai Heimii, Ioannis Georgii Graeui, quos omnes honoris eius nominamus. nam et illum libellum, e latebris nuper a Baluzio productum, vt elegantem et necessarium, et arcana historia repositum, adhaeremus, adscriptis, vbi laer est, doctorum hominum supplementis. Neque Cassiana, Laetantio vulgo tributa, abieciimus, quae non solum, quam in dubitatos eiusdem libros, emendatiora datus, ingenio vsi, in scripto, Nicolai Heimii; in altero, Christophori Broeweri; in postremo Ambrasio Rini, quae ipso quoque doctrinae et meritorum gratia nominamus. Itaque adhaeremus plures, Auctorum, quibus vus est Laetantius; et Ricium, quae vna nobis horum; et tandem Verborum ac Formularum siue Latinarum, vt elegantissimus scriptor et cum Cicerone comparandus maiore cum fructu legi, et imitando exprimi ab adolescentibus possit.

EXCERPTA DE VITA LACTANTII.

Lactantius, siue Cœlii nomine, vt vulgares libri ferunt, siue Cæcilius vltus fuit, vt contendit Baluzius, cuius argumenta sub initium de Mortibus persecutorum retulimus; Firmianus cognominatur a Firmo, agri Piceni oppido et antiqua, vt Velleius tradit, colonia, ab Augusto Cæsare, quod ex nummo Cluuerius probat, renouata. Lactantii nomen a lactea et suauis dicendi facultate non nulli putant additum. Hunc a prima ætate imbutum litteris fuisse, non dubitari potest, quarum amore adolescentulus Arnobium, Siccæ in Africa rhetoricam docentem, Hieronymo referente, audiuit, quem tanta industria æmulatus fuit, vt non modo æquauerit magistrum, sed vicerit etiam dicendi suauitate. Primum ingenii monumentum, Symposium, in Africa adolescens edidit, vtrum tum Christianus, non omnino certum est. Multis demum Nicomedie tinctus videtur christianis sacris, quod si est, vt a vero non abhorret, forte de Phœnicæ quoque carmen, nondum deuotus Christo, composuerat, iudicio accuratissimi viri, Nicolai Heinsii, tamquam fetus genuinus, Lactantio adscribendum. Accitus Diocletiano principe Nicomediam Bithyniæ, vt oratorias litteras doceret, quod ipse Lib. 5. cap. 2. et Hieronymus in Scriptoribus ecclesiasticis testantur; sed penuria discipulorum, ob Græcam videlicet ciuitatem, ad scribendum sese contulit. Nam forum numquam attigit, vt qui dicendi facultatem propter studium docendi adquisiuerat, Lib. 3. cap. 13. sect. 12. Idem Hieronymus auctor est, ὁδοιπορικόν, siue Itinerarium, de Africa vsque Nicomediam, hexametris versibus scripsisse, et alium librum, qui inscribatur Grammaticus; et ad Aſclepiadem duos libros, et diuersos epistoliarum, ad Probum quatuor, ad Seuerum duos, ad Demetrianum itidem duos. Sed, quæ iniuria est temporum, hi omnes interciderunt. Qui autem supersunt, eorum forsitan primus de Opificio Dei est. certe ante Institutiones conscriptus, Lib. 2. cap. 10. sect. 15: liber autem de Ira Dei post Institutiones, Lib. 2. cap. 17. sect. 5. Ipsæ autem Institutiones Diuinæ temporibus tristissimis, cum vexarentur Christiani, conscriptæ videntur, quod auctor dicit Lib. 6. c. 17. sect. 6, SPECTANTVR ADHVĀ PER ORBEM POENAE CVLTVRVM DEI, IN QVIBVS EXCRVCIANDIS NOVA ET INVSITATA TORMENTA EXCOGITATA SVNT. An iisdem temporibus etiam fuerint editæ, dubitatur. Retractatas sane ortu beatoris sæculi, et Constantino dedicatas fuisse, Stephanus Baluzius probat, nec multum abest, quin fidem plurimis eruditorum faciat. de quo in Notis aliquid ad Lib. 1. cap. 1. sect. 13. diximus. De Mortibus persecutorum liber, nuper repertus, si Lactantii est, vt fere viri doctissimi consentiunt; ætatem suam ipse prodit, quia Constantinum et Licinium augustos memorat, et adhuc concordēs, et probum ac bonæ spei Licinium, qui pacem cum Constantino ecclesiæ eddiderit. Vix autem biennio fuit concordia, post Cibalensi bello interrupta, secundum Eusebii chronicon, anno christiano CCCXIII. Tandem, quod eodem chronico Eusebius, et Hieronymus catalogo tradunt, extrema senectute Lactantius in Gallia Crispum, Constantini filium, Latinis litteris erudiuit, pa-

tris

TESTIMONIA DE LACTANTIO.

ris indicio haud dubie doctissimus habitus, qui filium, si nondum cæsarem, at destinatum dignitati tantæ, Latinam eloquentiam doceret. Addit Eusebius, adeo pauperem Lactantium fuisse, vt plerumque etiam necessariis indigeret, quod integritatis et innocentie argumentum est. Religionem, quam defendit, sincere coluisse non dubitamus: nec vero vacuum errore fuisse censemus. Difficiter enim dediscuntur, quibus a prima ætate adfecti sumus. Mollius igitur interpretemur, si quid quando durius scripsit vel incautius, quam res permittit christiana: quæ vero desunt melioribus membranis, ceteris Lactantianis dissimilia; tanquam ab aliis adsuta, recidamus. Quid multa? illud Hieronymi epist. XIII ad Paulinum, inter legendum idemtidem cogitemus: *Vtinam Lactantius tam nostra confirmare potuisset, quam facile aliena destruxit.*

TESTIMONIA
DE LACTANTIO.

EUSEBIUS Chronico ad annum CCCXVIII,
quo Crispus cæsar factus.

CRISPUM Lactantius Latinis litteris erudiuit, vir omnium suo tempore eruditissimus, sed adeo in hac vita pauper, vt plerumque etiam necessariis indigueris.

HIERONYMVS Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum.

Firminus, qui et LACTANTIVS, ARNOBII DISCIPVLVS, sub Diocletiano principe accitus cum Flavio Grammatico, cuius de medicinalibus versu compositi exstant libri, Nicomedia rhetoricam docuit, ac penuria discipulorum, ob Græcam videlicet ciuitatem, ad scribendum sese contulit. Habemus eius Symposium, quod adolescentulus scripsit Africa, et ὀδοσκοπικὸν de Africa vsque Nicomediam, hexametris scriptum versibus; et alium librum, qui inscribitur Grammaticus; et pulcherrimum de Ira Dei; et Institutionum diuinarum aduersus gentes libros septem; et ἐπιστομὴν eiusdem operis in libro vno acephalo; et ad Aselepiadem libros duos; de Persecutione librum vnum; ad Probum Epistolarum libros quatuor; ad Seuerum Epistolarum libros duos; ad Demetrianum, auditorem suum, Epistolarum libros duos; ad eundem de Opificio Dei, vel Formatione hominis, librum vnum. His in extrema senectute magister cæsaris Crispi, filii Constantini, in Gallia fuit, qui postea a patre interfectus est.

Idem epist. XIII. ad Paulinum.

Lactantius, quasi quidam fluminis eloquentia Tulliana, vtinam tam nostra confirmare potuisset, quam facile aliena destruxit.

Idem Epist. LXXXIV: ad Magnum:

septem libros aduersus gentes Arnobius edidit, totidemque discipulus

lus eius Lactantius, qui de Ira quoque et Opificio Dei duo volumina condidit, quos si legere volueris; Dialogorum Ciceronis in eis ἐπιτομῆν reperies.

Hæc de stilo Lactantii ex Hieronymo attulisse sufficiat. Quam idem illi errorem de Spiritu S. obiecit, ex Epist. LXV. ad Pamnadium et Oceanum; et ex Comment. in Epist. ad Galat. IV. 5. repetatur. Sequuntur testimonia recentiora.

SIDONIVS APOLL. lib. IV. epistola III.

destruis vs Hieronymus, destruis vs Lactantius, adstruis vs Augustinus.

IOANNES FRANCISCVS PICVS MIRANDVLANVS de Stud. diu. et hum. philosoph. cap. 7.

Quis apud nos non videat esse Ciceronem, sed Christianum, hoc est aliquem, qui cum ad lineam vnguamque expresserit? quis enim non aduertit, Lactantium Firmianum aquasse ipsum, et forte præcelluisse in eloquendo?

Idem lib. III. epistola X.

Lactantius Ciceronis stilum effigiasit, aut, ut quibusdam placet, supergressus est. Mihi videtur rebus et sententiis crebrior, nec numeris iniucundior, nec fili æquabilitate et candore posterior. Has quippe virtutes maximis viribus et æmulus et adsecutus est. Hunc nec æquales nec posteri momorderunt: nemo elumbem et fractum; Asianum et redudantem nemo causatus est.

IO. LVDOVICVS VIVES sub finem lib. III. de tradend. Discipl.

Christianorum omnium facundissimus est Lactantius: sonum habes plane Ciceronianum.

GVILIELMVS CANTERVS Nouar. Lect. lib. III cap. XXX.

Quem inter Græcos theologos locum Nazianzæus Gregorius obtinet, eum inter Latinos fere Firmianum Lactantium tenere non immerito quis iudicet.

COELIVS RHODIGINVS Antiq. Lect. lib. X cap. XVII.

Lactantius inter christiana veritatis adsertores eloquentia maxime illustris.

IANVS BROVKHVSIVS in Propert. L. II El. 14. 3.

Purissimus scriptor Lactantius in aureolo Libello de Marc. Persec.

Eidem ad Propert. III. 15. 8. dicitur.

Facundissimus et sanctissimus vir.

Et ad L. IV El. I. v. II.

Scriptorum Christianorum disertissimus L. Cæl. Lactantius.

L. COELII S. CAECILII LACTANTII
 FIRMIANI
 DIVINARVM INSTITVTIONVM
 LIBER I.
 DE FALSA RELIGIONE.

I.

Magno et excellenti ingenio viri, quum se doctrinae penitus dedidissent^{c. d.}, quidquid laboris poterat impendi, contemptis omnibus et priuatis et publicis actionibus, ad inquirendae veritatis studium contulerunt: existimantes, multo esse praecelarius, humana-

a) LVCHII COELII *sive* CAECILII] De his nominibus dixi in notis ad initium Libri de Mortibus Persecutorum. *Bün.*

b) DIVINARVM INSTITVTIONVM] Repetit hunc titulum plurali numero L. 1. 1. 12. de Ira c. 11. 2. c. 17. 12. et Epitome in eunte. Celeberrimus quidem Heumannus Quintilianum et Caluinum suos libros INSTITVTIONEM latinis *in-*scripsisse censet; at pluralis, in Fabri Thesauro non indicatus, est ipsius Ciceronis L. 1. Nat. Deor. c. 4: *Complures*, inquit, *gracis* institutionibus eruditi. A Vitruuio etiam in praefatione Libri Septimi memorantur eiusdem *institutiones nouae Architec-*nicae. Suetonius de illustribus Grammaticis c. 4: *instituisse* quaedam genera institutionum ad eloquentiam praeparandam. Quintiliani imitator Hilarius de Trinitate L. 5. in eunte; *Respu-*ndentes impiis et *vesanis* haereticorum institutionibus. L. 6. f. 134. ed. Veron: *Per euangelicas* -- institutiones, et saepius alibi. Casiodorus quoque de Rhetor. *Quintiliani*, inquit, XII. (libri) *institutionum*. Hinc Muretus L. 18. Var. Lect. c. 20. pr. et ipse Burmannus ad Quintiliani

Declam. I. c. 3. p. 9. et alibi, *Quintiliani institutiones oratorias* dicere non dubitarunt. Quibus auctoribus etiam recentiores Dietericus, Breithauptius, Buddeus, latinissimus Moshemius, aliique, qui suos libros *institutiones* inscripserunt, satis defenduntur. *Bün.*

c) *quum se doctrina penitus dedidissent*] Rotundius *dedidissent* est, quod MSS. libri, Lipsienses et Gothanus habent; quam aliorum *dedidissent*. Cell.

d) *dedidissent*] Cellario *dedidissent*, quod et Reimmanni MS. habet, visum rotundius. At aliorum plerorumque Codicum, editionumque primae Sublacensis, Rom. Venet. 1471. 72. vtriusque 1478. Ross. 1476. et longe plurium: *dedidissent* ad Ciceronem, quem plerumque exprimit, propius accedit. L. 1. Offic. 21: *quae excellenti ingenio doctrina se dediderunt*. L. 3. de Orat. 15: *ei studio se excellentissimis ingenii homines dediderunt*. L. 1. Orat. c. 9: *studio litterarum penitus se dedere*. Neque penitus *dedidissent* minus rotunda videntur, quam Lact. 4. 13. 12. *penitus nescientem*; et L. 7. 5. 24. *se voluptatibus dediderunt*. Torn. 1587. 1613: *penitus dedidissent*. *Bün.*

A

a) *stru-*

narum diuinarumque rerum inuestigare ac scire rationem, quam fruendis opibus ^e, aut cumulandis honoribus inhære-
 2 re. Quibus rebus, quoniam fragiles terrenæque sunt, et ad
 solius corporis pertinent cultum; nemo melior, nemo iustior
 3 effici ^{f. s.} potest. Erant illi quidem veritatis cognitione
 dignissimi, quam scire tantoperè cupiuerunt ^b, atque ita, vt
 4 eam rebus omnibus anteponerent: Nam et abiicisse quos-
 dam ^{i. k} res familiares suas, et renuntiasse vniuersis volupta-
 ti-

e) *fruendis opibus*] Heumannus II. Append. ad Symposium §. XV. p. 243: *non dubitans*, inquit, *scribo*: ACERVANDIS OPIBUS; nunc vero mauult retinere: *fruendis*. Optima phrasia aptioribus, quam adhuc ad Lactantium factum, exemplis adstruenda. Latini non tantum *acervare*, *concernare*, *aggrare*, *exaggerare*, *congerere* opes, diuitias, nummos, pecunias; sed etiam *struere*, *construere*, *exstruere* haud raro dicunt. Cic. 2. Philipp. 38: *acerui nummorum apud ipsum construuntur*. Or. 1. Agrar. 5: *pecuniam constructam et concernatam*. Horat. 2. Serm. 3. 96: *Diuitiis pauent, quas qui construxerit, clarus erit*. 2. od. 3. 19: *constructis in altum diuitiis*. Petron. c. 84: *qui solas exstruere diuitias curant*. Idem Petron. t. 120: *quas struxit opes*. Persius 2. Sat. 44: *Rem struere exoptas*. Cyprian. epist. ad Donat. ed. Oxon. f. 8: *pecuniarum ingentium exstructi aggeres, vel defossa strues*. Conf. Binslei. ad Horat. p. 473. et Burmann. ad Petron. p. 415. Eadem phrasia, sed sensu alio, Lilius L. 2. c. 41. dixit: *largitione consulem periculosis ciuitati opes struere*. MSS. et fœc. XV. edd. *quam fruendis*; at Parrh. Crat. Iunt. Ald. Gymn. Gryph. Paris. 1513. Itæus: *quam aut fruendis*. Reimm. Ven. 1472. et edd. Tornæs. *quam in fruendis*. Prius receptum ab Heum.; posterius est contra Lactantii indolem, qui semper inha-

vere cum datiuo construit, n. 23. L. 4. 1. 4: *terrenis - bonis inhæbant*. de Ira 23. 21: *querendis - bonis inhærentem*. Bün.

f) *nemo iustior effici*] Lipsienses, Gothanus, et Cantabrigienſis manu scripti codices; et editio vetus Romana *effici*: vulgati plures *fieri*. Cell. g) *iustior effici*] Ita MSS. Goth. Guelpherb. Lips. Vltr. Iun. Cauc. Cantabr. Gron. Reimm. et primæ Subl. Rom. Ven. 1471. 72. Rost. Paris. 1513. Torn. et prælat. Lib. 3. 12. 12: *effici quemquam beatum posse*. L. 4. 3. 2: *efficitque meliores*. Cic. 3. Fin. 3: *beatam vitam virtute effici*. Bün.

h) *cupiuerunt*] Ita plerique libri plenius, at lenius et Ciceroni atque Lactantio propius: Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. It. *cupiuerunt* in hoc et similibus. Cic. 2. Catil. 9: *quæ concupiuerunt*. Lact. Lib. 5. 17. 4: *defendere cupiuerunt*. L. 5. 22. 6: *cupierit*. 4. 30. 5: *concupiuerunt*. L. 3. 28. 2. c. 30. 4. L. 5. 5. 1: *quæſierunt*. 6. 6. 2: *noſcierunt*. Ad rem, quare effectus non sit secutus, conf. L. 3. 1. 7. et c. 28. 2. Bün.

i) *Nam et abiicisse quosdam*] Democritum cum primis videtur respexisse, qui diues admodum patrimonio, vt magis vacuo animo litterarum studiis se daret, paucis subsidio vitæ retentis, cuncta cetera patris donauit. Val. Max. 8. 7. 4. Cell.

k) *abiicisse quosdam*] Ad Eshicam se

tibus constat; ut solam, nudamque¹ virtutem^m nudis expeditique sequerentur: tantumque apud eos virtutis nomen et auctoritas valuit, ut in ipsa esse summi boni præmium prædicarent^{n. o.}; Sed neque adepti sunt id, quod volebant, et operam^s simul atque industriam perdiderunt: quia veritas, id est arcantum summi Dei, qui fecit omnia, ingenio ac propriis sensibus non potest comprehendi^{p.}; alioqui nihil inter Deum, hominemque distaret, si consilia et dispositiones^q illius maiestatis æternæ cogitatio adsequeretur humana. Quod quia fieri non potuit^{r.}, ut homini per seipsum ratio diuina innotesceret;

se abiectis omnibus Socrates contulisse dicitur L. 3. 13. 6. At hoc de reliquis philosophiæ partibus abiectis, physica maxime, capiendum. Vid. L. 3. 21. 1. parte tamen vixit, maxima bona spernendo. Conf. Xenoph. L. 5. Memor. f. 822. Huc potius referendi Democritus et Crates ex L. 3. 23. 4. sqq. ubi plura datus. Add. L. 6. 12. 20. Item Anaxagoras. Conf. Davis ad Cic. Disput. Tusc. 5. c. 39. Bün.

l) *solam nudamque*] Ita omnes, neque est Germanifinus in voce: *nudus*. Iterum L. 7. 1. 4: *qui suavia terra bona pro sola nudaque virtute contempserit*. Ad rem pertinent ibid. sect. 13-21. L. 6. 4. 8. c. 12. 36. Iustinus L. 39. 3. 3: *ne nudum nomen auferret*. Ambros. 1. off. c. 35: *non comitatu et legionibus succincti - sed nuda virtute animi - retulerunt triumphum*. Add. Omeis. ad Iuuenium L. 2. 447. Barth. ad Gratii Cyneget. 2. p. 36. Burmann. ad Petron. 88. p. 424: *quum adhuc nuda virtus placens, vigeant artes ingenue*. Bün.

m) *virtutem*] M. C. C. C. et ed. Basil. *nudamque veritatem*. perperam. Bün.

n) *ut in ipsa esse summi boni præmium prædicarent*] Eisdem Lipsiensibus codices, et ed. Rom. secutus sum.

Vulgatis est, *summi boni præmium esse indicarent*. Sed Goth. quoque esse anteponit: et Ald. *prædicarent*, quod efficacius est notandæ philosophorum iactantiz. Cell.

o) *in ipsa summi boni præmium prædicarent*] refutat L. 3. 8. n. 32-38: quia virtus est *efficitrix et mater summi boni*. MSS. Angl. *ut in ipsa omnia s. b. p. iudicarent*. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. ytraque 1478. 93. 97. Iunt. Ald. Pier. Parrh. Crat. Paris. Gymn. *ut in ea omne S. B. pr. prædicarent*: etiam MSS. Reimm. Vltr. et Iun. *prædicarent*. In ipsa habent Reimm. et edd. Tornæsi Lib. 3. 8. 32. dixit: *virtutem ipsam summum bonum pascuerunt*. Bün.

p) *veritas - n. p. compr.*] L. 3. 1. 6. et L. 7. 2. 8-9. Bün.

q) *dispositiones*] Notatur noster ab Erasmo in Ciceroniano, quod *dispositiones pro decretis* dixerit. Vindicamus ex Tertulliano ad Laet. L. 2. 16. 14. conf. L. 7. 5. 8. Bün.

r) *quod quia fieri non potuit*] MS. Lipf. ad oram Thomas: *quod si non potuit*, subaudi: *fieri*, ut lib. 6. 10. 19. Potuit igitur *utrumque*. 6. 11. 13. quantum potest. Auctor apud Cæf. de Bello Afric. *missos facio*, et, quantum potest, *abesse ex Africa iubeo*. Bün.

ret²; non est passus² hominem Deus lumen sapientiæ requirentem diutius errare², ac sine vilo laboris effectu² vagari per tenebras inextricabiles. aperuit oculos eius aliquando, et notionem veritatis munus suum fecit²: vt et humanam sapientiam nullam^b esse monstraret; et erranti ac vago viam consequendæ immortalitatis ostenderet. Verum quoniam pauci videntur hoc cælesti beneficio ac munere; quod obuoluta in obscuro veritas^{c,d} later; eaque vel contemptui doctis est, quia ido-

s) *ratio diuina innotesceret*] Duo Lips. et Emmanuelens. MSS. et ed. Ald. *innotesceret*, quod suauius est quam *notesceret* aliorum. Cell.

t) *innotesceret*] Sic Tornæs. Gymn. Parrh. Crat. omnino h. l. sonantius. At *notescere* habent cum Goth. Reimm. Lips. ad oram Thom. et ipso MS. Thom. fere omnes edd. antiquæ Subl. Ven. 1471-1497. et Paris. 1513. præfert quoque Heumannus, Occurrit aliquoties L. 4. 2. 5. c. 26. 33. et in Epitome ex MS. Taur. Bün.

u) *non est passus diutius errare*] Credit Erhardus, Lactantium hic imitari Arbitri Satyr. c. 3: *Non est passus Agamemnon me diutius declamare*. Ego hoc amplius dico nostrum imitari Ciceronem in Pison. c. 12: *Noque est passus - diutius - morari*. Bün.

x) *diutius errare*] Scripti Angl. et Lips. et Goth. *errare*: impressi *oberrare*. Cell.

y) *errare*] Regnat in omnibus edd. *oberrare*; quia vero hoc Lactantio et aliis est *circa aliquid errare*, vt noto ad L. 2. 2. 6. præfero: *errare*, sequitur: *erranti*. etiam Reimm. *errare*. Bün.

z) *laboris effectu*] Heumannus Append. II. ad Sympos. p. 243. sq. *scribere*, inquit, *ausum*: s. v. *laboris fructu*. In noua Lactantii editione nihil monuit; vt videatur priorem coniecturam deseruisse. Certe non opus a consensu codicum etiam

Reimm. abire. Iterum Lact. 3. 1. 7. *voluntatem non secutus effectus*. Seneca de Tranquill. c. 11. fin.: *Ne aut labor irritus sine effectu sit, aut effectus labore indignus*. Columella L. 1. c. 4. 5: *nec laborem, nec sumtum frustratur effectus*. Bün.

a) *notionem ver. munus [fecit]* i. e. Ipse Deus voluit fungi officio doctoris, veritatem notam faciendo. *Ipsi enim soli veritas nota est*. 3. 1. 14: *es Dei est hoc munus*. n. 4. et *veritatis notio diuine conditionis est*. reliqua L. 7. 2. 8-9. L. 2. 3. 23. et nostro cap. n. 19. *Munus* sub notione beneficii. n. 7. solet in casu patrio efferrî apud Iustin. L. 24. 2. 4: *quod id facere sui muneris vellet*. Conf. Iust. L. 13. 4. et Græuius ad Cic. Amic. c. 25. Bün.

b) *hum. sap. nullam*] Vera significatio hauriri potest ex Epit. c. 40: *quoniam nulla est humana sapientia* etc. add. L. 3. c. 2. 8. c. 3. n. 2. c. 4. n. 14. L. 4. 24. 3. L. 7. 2. 2-8: *Ergo nulla est humana sapientia*. et de Ira c. 1. 8. Celeb. Walchius exposuit *nullam per: nullius pretii, nullius emolumenti*, Lactantius hoc amplius innuit, vt ex excitatis a me locis cognosces, *homines omni omnino sapientia esse destitutos*. Bün.

c) *obuoluta in obscuro veritas*] Plura de hac re Lib. 3. cap. 28. Cell.

d) *in obscuro veritas*] n. 21. Vnde id fiat, docet L. 3. 1. c. 16. 17. c. 28. n. 12-16. c. 30. 6. Bün.

e) *ido-*

idoneis adfertoribus ^e eget; vel odio indoctis, ob infiram sibi austeritatem, quam natura hominum, prochiuis in vitia, pati non potest: (nam quia virtutibus amaritudo permixta est; vitia vero voluptate condita^h sunt; illa offensus, hac delinuitiⁱ feruntur in præcepta, ac bonorum specie falsi^k, mala pro bonis amplectuntur) succurrendum esse his erroribus^l credidi: ut et docti ad veram sapientiam dirigantur, et indocti ad veram religionem. Quæ professio multo melior, utilior, gloriofior putanda est, quam illa oratoria^{m, n}, in qua diu versati, non ad virtutem, sed plane ad argutam malitiam^o iuvenes eru-

e) idoneis adfertoribus] Angl. duo, Lips. tres, et ed. Rom. adfertoribus. Ceteri adfertionibus. Cell.

f) idoneis adfertoribus] Walchius incommode adfertionibus (quod Gymn. Gryph. et Torn. quoque habent) reduxit. Vnice rectum adfertoribus confirmant Bos. Vltr. Cauc. Iun. Grøn. Reimm. Sublac. Rom. Rost. Ven. 1471-1497. Paris. 1513. Saepè hoc monet Lact. L. 5. 1. 21: *Es sit, ut veritas idoneis præconibus indigeat - idoneus veritatis adfertor esse potuisset.* L. 5. 21: *defertoribus apud nos idonei peritique doctores.* Conf. L. 4. c. 30. n. 4-7. et L. 6. 21. 4. Bün.

g) nat. prochiuis in vitia] Eleganter hæc variat L. 3. 8. 22. c. 17. 2. L. 4. 24. 11. Bün.

h) virtus. amar. -- condita] Saepet elegantissime L. 2. 1. 3-4. L. 5. 1. 14. L. 7. 5. 23. c. 6. 2. L. 6. 3. 2-3. c. 4. tot. c. 9. 22. opif. 1. 5-6. Epit. c. 62. 4-8. maxime L. 7. 1. 12. et de Ira 19. *Vitia condire dixit cum Cicerone pro Cluent. c. 26: qui ad vitia artificis malitia condidisset. cunctus est in Catone mai. c. 5: somnia condita gravitas.* Bün.

i) hoc delinuit] G. 20. 33. L. 17. 27. 2. Epit. 62. 9. Bün.

k) bonor. spec. falsi] 6. 7. 1-7. c. 4. 4-5. add. Weitz. ad Prud. p. 708. Bün.

l) succurrendum - erroribus] L. 3. 1. 8. not. Bün.

m) quam illa oratoria] non vera illa, os recti sensus animique: sed quæ fucum facit, et lucri causa decipit, aliosque decipere docet. Non enim Laetantius orator fuit et caudifidicus, sed rhetor seu oratorie professor, quæ saepe non ad verum usum, sed ad forenses captiones adhibebatur. Vide Lib. 3. c. 13. n. 12. et Lib. 5. c. 2. Cell.

n) illa oratoria] sc. profana, sophistica, quam vocat de opif. 21. 5. *fallaciam captiosamque facundiam.* Bün.

o) malitiam] Ita omnes mei. *Tempiser,* inquit Heumannus, editum a nonnullis: *militiam*; quam, præter Walchianam arguat, nescio. Singulare est, quod ad vnam omnes editiones, immo et scripti, quotquot vidi, codices versionis vulgatae Ies. 40, 2: *quoniam completa est malitia eius,* præferant, vbi melius quadrasset *militia*, at pro *malitia* stant Romani correctores. Meretur hic legi Sixt. *Amama* in raro libro: *Bybelsche Conferentie* pag. 479. sq. Bün.

erudiebamus ^p. Multo quippe nunc rectius de præceptis cælestibus disseremus, quibus ad cultum veræ maiestatis mentes hominum instituere possimus. Nec tam de rebus humanis bene meretur, qui scientiam bene dicendi adfert, quam qui pie atque innocenter docet viuere. Iccirco maiore in gloriæ philosophi, quam oratores fuerunt apud Græcos: illi enim recte viuendi doctores sunt existimati ^r, quod est longe præstabilius ^r, quoniam bene dicere, ad paucos pertinet; bene ^o autem viuere, ad omnes. Multum tamen nobis exercitatio illa fictarum litium ^s contulit, vt nunc maiori copia, et facultate dicendi, causam veritatis peroremus. quæ licet possit sine eloquentia defendi, vt est a multis sæpe defensa: tamen claritate ac nitore sermonis illustranda, et quodam modo disserenda ^t est; vt potentius in animos influat et vi sua instructa, et luce orationis ^v ornata. De religione itaque nobis,

^p) *erudiebamus*] Rectius ita libri, quam Petr. Iunius correxerit in suo libro. Vid. Crenii Animadu. part. IX. p. 27. Büñ.

^q) *recte viuendi-exist.*] Quod negat n. 17. et L. 3. c. 15. et 16. tot. Büñ.

^r) *præstabilius*] Hæc vox elegans hodie fere negligitur. Sæpe ea vitatur cum Cicerone L. 5. II. 2. L. 6. 15. 10. c. 20. 4. c. 25. 9. Büñ.

^s) *fictarum litium*] Verarum causarum patronus numquam fuit, testatur enim L. 3. 13. 12: *se no forum quidem attigisse*. Büñ.

^t) *quodam modo disserenda*] nam et rem disserere dicimus, non tantum de re. Cic. 3. Nat. D. extr. *ea disserere*. Tacit. I. 79: *congruentia his interarmates disseruere*. Cell.

^u) *disserenda*] disserere rem Tacito frequens, *sed minus id vsitatum*, inquit Vossius ad Cæf. 3. B. Gall. c. 4: *quo Iuliano*, quod, caue, credas. Ciceroni certe nihil vsitatus. Lib. 3. Fin. 1: *ea disseruntur*. L. 4. c. 3: *quæ disserenda erant*. L. 5. Att. ep. 21: *hæc dis-*

seruissam. L. 8. Att. ep. 5. fin. *nihil dissero*. L. 3. off. c. 4. c. 5. c. 29. Senect. c. 2. Amicit. c. 1. c. 3. c. 5. c. 10. Legib. I. c. 19. Fat. c. 5. L. 1. Tusc. c. 11. c. 29. L. 5. Tusc. 3. Diuin. L. 2. c. 3. et 4. de Orat. L. 1. c. 13. L. 2. c. 3. et alia. Sallust. Iug. 11. et 30. Orat. 1. de Rep. fin. Liuius L. 1. c. 50. et alibi, quos secutus Lactantius L. 1. c. 2. 6. L. 3. 28. 19. L. 4. 3. 1. c. 12. 22. L. 5. 20. 15. L. 6. 9. 15. L. 7. 1. 22. Ingeniose Heumannus: *disserenda*, i. e. *instar fermentis longo lateque dispergenda est*. Büñ.

^x) *et vi sua instructa, et luce orationis*] Sequimur vestigia codd. Angl. et Lips. et ed. vet. Rom. Vulgo additis duabus vocibus, *vi sua, et instructa religione*. Leuis lapsus Lips. et Rom. in pro vi, ex ductus similitudine. Cell.

^y) *et vi sua instructa etc.*] Receptam a Cellario tuentur MS. C. C. C. Reimm. Sublac. Ven. 1471 - 1497. Pier. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Paris. 1513. Gymn. et quatuor Fornæ. Hunc locum refutandum sibi sum-

his, rebusque diuinis instituitur disputatio. Nam si quidam 12
 maximi oratores^a, professionis suæ quasi veterani, decursis^a
 operibus actionum suarum, postremo se philosophiæ tradide-
 runt, eamque sibi requiem laborum iustissimam putauerunt,
 si animos suos in earum rerum, quæ inueniri non poterant,
 inquisitione torquerent^b; vt non tam otium sibi, quam ne-
 gorium^c quæsisse videantur, et quidem multo molestius,
 quam in quo fuerant ante versati: quanto iustius ego me ad il-
 lam piam, veram, diuinamque sapientiam, quasi ad portum
 aliquem tutissimum, conferam, in qua omnia dictu prona
 sunt, auditu suauia, facilia intellectu, honesta susceptu? Et, 12
 si quidam prudentes, et arbitri æquitatis institutiones ciuilibus
 iuris compositas ediderunt, quibus ciuium disidentium lites,
 contentionesque sopirent^d: quanto melius nos, et rectius di-
 uinas institutiones^e litteris persequemur^f; in quibus non
 de stillicidiis^g, aut aquis arcendis, aut de manu conferen-
 da

Serat Io. Picus Mirandul. ep. 4. p. 31.
 quod omnia verba produunt, contra
 quam Cellarius ad h. ep. adnotauit,
 res tamen eum non fecellit. Conf.
 L. 3. Laet. 1. 1. de Opif. 20. 5. Bün.

2) maximi oratores] Inprimis Ci-
 cero, qui sexagenario maior omnia
 fere philosophica scripsit. Conf. eius
 init. disput. Tuscul. Bün.

a) decursus] Hac forma L. 4. 26.
 13: decursam vitam resignasse. L. 7.
 2. 1: decurso temporum spatio. Epit.
 68. 27: decurso vita spatio. Lib. 7.
 Inst. 12. 12. et c. 27. 1. Alia ex aliis
 Abramus ad Cic. pro Sext. c. 21. et
 Cellar. ad Minuc. Fel. c. 1. cuius
 notam quum Dauisius inter selectas
 ad Minuc. retulisset, Cellarius ve-
 ro ad Laet. 7. 12. dicta repetere
 voluisset, Gronouius ad Minuc. c. 1.
 carpere non dubitauit, notatus ideo
 in Act. Erud. Lips. Suppl. T. 4. p.
 427. et N. Hill. Biblioth. p. XI. p. 43.
 Bün.

b) animos torqu.] L. 3. 2. 8. c. 26.

12.-c. 30. 2. et n. 7. Bün.

c) non tam otium sibi, quam neg.]
 Ven. 1471. et Rost. non otium sibi,
 quam neg. omisso: tam. Talia plura
 Bernegg. et Scheffer. ad Iustin. XII.
 8. 14. Præfero hic receptam, in
 Reimm. quoque obuiam. Bün.

d) quidam prudentes -- sopirent]
 Omnia et singula verba hæc reperias
 in Isidori Lib. 5. c. 14. Bün.

e) institutiones] quæ secundum
 Laet. 5. 4. 3: doctrina alicuius sub-
 stantiam continent. Conf. Betulei. f.
 6. Barth. L. II. Aduers. c. 17. f. 83.
 Crenii part. IX. Animadu. p. 26. Bün.

f) persequemur] MS. Lips. ad
 Thom. Subl. Rost. Ven. 1471. vtraque
 1478-1497. Pier. Parrh. Crat. Iunt. Ald.
 Torn. Paris. persequemur. Conf. c. 16.
 2. Bün.

g) de stillicidiis] Litium super re
 non adeo magni momenti est exem-
 plum, auctore Cellario ad Cunei O-
 rat. XV. p. 315. qui hic et Orat. X. no-
 strum imitatur. Bün.

da ^{b. i}; sed de spe, de vita, de salute, de immortalitate, de Deo loquemur, vt superstitiones mortiferas, erroresque turpissimos sopiamus? [Quod opus nunc nominis tui auspicio ^k inchoamus, Constantine ^l imperator maxime, qui primus Romanorum principum ^{m. n.}, repudiatis erroribus, maiestatem Dei singularis ac veri et cognouisti et honorasti. Nam quum ille dies felicissimus orbi terrarum illuxisset, quo te Deus summus ad beatum imperii culmen euexit: salutarem vniuersis, et optabilem principatum præclaro initio auspiciatus es; quum euerfam sublatamque iustitiam reducens ^o, teterrimum aliorum facinus ^p expiasti. Pro quo factu dabit tibi Deus felicitatem, virtutem, diuturnitatem, vt eadem iustitia, qua iuuenis

ex-

b) aut de manu conferenda] Iuris antiqui formula, quam interpretatur Gellius 20, 10: exagitat Tullius pro Muræna c. 12. *Cell.*

i) de manu conferenda] de ciuili disceptatione interpretatur Gellius L. 20. c. 10. plura Pitisc. Lexic. Ant. Rom. T. 1. f. 740. Plane alio sensu, nempe militari vsus Lact. 3. 6. 6. et L. 5. 5. 14. *Bün.*

k) Quod opus nunc nominis tui auspicio] Inclusa de Constantino, vsque ad num. 17, absunt a pluribus MSS. quinque Vaticanis et duobus Bononiensibus, Mich. Thomasio teste; ab Anglicanis aliquot, et primo Lipsiensis: habent Gothanus, reliqui Lipsiensis, alii codices. Damnat Iosephus Isæus non vna ratione, quasi non congruentia temporibus: tuetur Stephanus Baluzius ex stili æqualitate, et tristibus quidem temporibus scriptas Institutiones putat: lætioribus autem emendatas, auctas, et Constantino dedicatas. *Cell.*

l) Quod opus - Constantine] Licet hæc ad Constantinum adlocutio absit a multis MSS. et Isæus operose oppugnet eam tamquam temporis rationi haud conuenientem, vindicat tamen recte Baluzius ad Libri de

Mort. Perf. principium, quia stilus est Lactantii, et institutiones tristi tempore scriptæ, lætiori emendatæ et auctæ. Teste Ge. Casp. Kirchmaiero in Constantino M. Imperatore, habetur in MSS. Erasini, Io. Caucci, Gronou. Palat. Rost. et emendatissimo, vt vocat, Wittebergensi; habetur quoque in Reimm. Ven. 1471. 72. vtraque 1478. 93. 97. Betuleius censet ad h. l. Lactantii respexisse Augustinum de Ciuit. Dei L. 5. c. 15. *Bün.*

m) primus Romanorum principum] Quæ enim de Arabe Philippo traduntur ab aliis, explosit Scaliger ad Euseb. n. 2260. Adde sis Hist. nōstram Antiq. p. 144. *Cell.*

n) primus Rom. princ.] Huc pertinet Cellarii disp. de I. Princ. Christiano. Plures indicat Casp. Sagittar. Intr. in Hist. Eccl. p. 608. quibus add. Helmutus Otto Sebbelow. Vid. Nou. Litt. Mar. Balt. 1707. p. 146. m. Maio. *Bün.*

o) iustitiam reducens] L. 5. 7. 1. *Bün.*

p) facinus] sc. in Christianos vexandis admisum, de quo liber de Mort. Perf. agit. Betuleius de Maxentii et Licinii in Christianos crudelitate interpretatur. *Bün.*

q) gu-

exorsus es, gubernaculum reipub. etiam senex teneas?; tuisque liberis, vt ipse a patre accepisti, tutelam Romani nominis tradas. Nam malis, qui adhuc aduersus iustos in aliis terrarum partibus sæuiunt, quanto serius, tanto vehementius idem omnipotens mercedem sceleris exsoluet: quia vt est erga pios indulgentissimus pater, sic aduersus impiqs rectissimus iudex. Cuius religionem, cultumque diuinum cupiens defendere, quem potius adpellem, quem adloquar, nisi eum, per quem rebus humanis iustitia et sapientia restituta est? Omisissis ergo huiusce terrenæ philosophiæ auctoribus, nihil certi adferentibus *, adgrediamur viam rectam, quos equidem,

q) gubernac. reip. teneas] Ven. 1471. teneas omisit. Imitatur Cic. 2. Diuin. 1: quum gubernacula reip. tenebamus. Conf. Lacæ. 1. 3. 3. Büñ.

r) quanto serius, tanto vehementius] de Mort. Perf. 1. 6. de Ira 20. 13. Cæf. 1. B. G. 14. 5. consuefse deos immortales, quo grauius homines ex commutatione verum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his secundiores interdum res et diuiniorem impunitatem concedere. Val. Max. L. 1. c. 1. ext. 3. Lentò gradu ad vindictam sui diuina procedis ira, tarditatemque supplicii grauitate compensat. Büñ.

s) indulgentissimus pater] Sæpe L. 2. 5. 6. L. 4. 3. 3. L. 5. 7. 1. L. 5. 22. 13. L. 6. 24. 4. L. 7. 27. 2. Alia Vorst. de Latin. Selecta p. 22. 23. Büñ.

t) rectissimus iudex] Gothan. reuerentissimus. Orosius l. 7. c. 37: reuerentissimi dies. Mea antiqua membrana in Serm. de Petri et Pauli Festiuitate: Nos ecclesiarum omnium reuerentissimos patres, Petrum dico et Paulum, pijs studiis honoremus. Reginonis Prumiensis codex sæc. IX. ipsius auctoris adhuc Presbyteri manu scriptus de Harmonica Institutione ad Rathodum Archiepiscopum Treuir. ita finitur: reuerentissime Papa. At hæc vox ad prolapsam latinitatem pertinet, adi Barth. Aduersar. L. 29. c. 19. f. 1392. Cellar. Cur. Post. p. 428.

Lipf. II. et III. et Reimm. reuerentissimus Gothano peius. Reuerentissimus, inquit PONTICVS VIRVNIVS in epist. adfixa crotematibus Chrysolorz ed. rariss. Ferrar. 1509. 8. p. 170: nec grace, nec latine potest defendi, sicut nec legendissimus. Heumanno ad Sympof. App. II. p. 244. Legendum hic videbatur: STRICTISSIMVS. Noui Gregorium Turonensem L. 10. c. 1. Deum vocare DISTRICTVM iudicem: Possem, transpositis litteris, corrigere: CERTISSIMVS; sed nihil opus. Plinio L. 7. ep. 22: RECTISSIMVS IVDIX quidam CORNELIVS vocatur. Idem Heumannum agnouisse nunc video. Büñ.

u) quem potius adpellem, quem adloquar, nisi] Sic omnes libri: Heumannus rescribit: quem p. app. quam eum. Pro libris Apuleius 3. metam. p. 134: sic pudenter adlocutus - comiser magistratus adpelo. Büñ.

x) nihil certi adferentibus] vt post paullo num. 21: qua adlaturi sumus. Duo ita Lipsienses: tertius, et Goth. cum Ald. et Rom. asferentibus. Huic ergo loco accidit, quod Cæfari Ciu. 3. cap. 15. vbi antiquis libris omnibus asferebant, id est, nuntiabant; posterioribus asferbant perperam expressum est. Cell.

y) nihil certi adferentibus] MSS. Iun. Vltr. Lipf. tert. Goth. Subl. Ven.

dem, si putarem satis idoneos ad bene viuendum duces esse, **18** et ipse sequerer, et alios, vt sequerentur, hortarer. Sed quum inter se magna concertatione dissideant, secumque ipsi plerumque discordent^g; adparet, eorum iter nequaquam esse directum^a: siquidem sibi quique^b, vt est libitum, proprias vias impresserunt, confusionemque magnam requirentibus veritatem^{c. d} reliquerunt. Nobis autem, qui sacramentum^e veræ religionis accepimus, quum sit veritas reuelata diuinitus; quum doctorem sapientiæ, ducemque veritatis^f Deum sequamur: vniversos sine vlllo discrimine vel sexus^g, vel **20** ætatis ad cæleste pabulum conuocamus. Nullus enim suauior ani-

ani-

1471-1497. Iunt. Ald. et Rost. *asferentibus*, quod placuit Heumanno ex n. 20. et 23. de quibus suis locis. Firmabo adsertam a Cellario lectionem, et alibi, e.g. L. 1. 16. 3. corruptam. L. 3. 7. fin. *nec tamen adferat epse, quod sequamur.* c. 16. n. 7: *nihil boni ad vitam adferabant.* n. 11: *nec melius aliquid adferret.* c. 17. 2: *non quia veri aliquid adferat.* c. 27. 7. c. 29. 11: *nihil ab his adferri potest.* L. 4. 28. 7. L. 5. 3. 24. L. 7. 1. 14: *incredibilia nos adferre dicunt.* c. 7. 6: *qua adferunt, quicumque dissentunt.* Opif. 1. 15: *sic disputant, vt ea, que adferunt, probata et cognita videri velint.* Singulis his locis quoque de Philosophis agit. Etiam Reimm. *adferentibus.* Büñ.

x) *inter se dissideant, secumque discordens*] Sic Cic. 1. Fin. 13: *inter se dissideant et discordant.* c. 18: *animus a se ipse dissideans atque discordans.* Dixi in indice Latin. selectæ ad Castellion. versf. Cod. S. Büñ.

a) *iter directum*] Cic. pro M. Cælio c. 17: *illud vnum directum iter ad laudem.* Libro I. de Fin. dixit: *directam viam.* Cæsar 2. B. Ciu. 24. 3: *abest directio itinere.* L. 3. 79. 1: *Cæsarem Apollonia a directo itinere auerterat.* Add. Gronou. ad Liuii L. 35. c. 31. Büñ.

b) *sibi quique*] MS. Cauci, Rost. Ven. 1472. vtraque 1478. Pier. Parrh. Iunt. *sibi quisque.* Placuit quoque Heumanno et in Cicerone, Liuiio, aliis nihil frequentius. Plura dixi in meo indice ad Castell. version. S. Codicis, voce: *quisque.* Iterum Lactantius L. 3. 10. 2: *adludunt suis quisque coniugibus.* Büñ.

c) *requirentibus veritatem*] Sic Lipsf. vetustior: reliqui duo *inquirentibus*: vulgati *quærentibus.* Cell.

d) *requirentibus veritatem*] Merito ex Lipsf. 1. prætulit Cellarius. Amat Lactantius hanc vocem. n. 6. L. 6. 7. 3: *veritatem sine duce requirent.* de Ira 3. 5: *veritatem alibi requireramus.* Büñ.

e) *sacramentum*] quid notet Lactantio, discas ex L. 2. 3. 21. c. 15. 2. c. 18. 1. L. 3. 30. 8. L. 4. 10. 4. c. 13. 12. L. 5. 1. 26. L. 7. 3. 14. c. 5. 2. c. 22. 2. Propius nostrum locum: L. 5. 2. 15. et L. 7. 24. 10. iungit *sacramentum* aliquoties vocibus *mysterii*, *arcani*, *sacraris*, quæ priorem explicant. Büñ.

f) *ducemque veritatis*] Rectius quam Lipsf. 2. *ducemque virtutis.* Vid. n. 6. 7. 18. 20. Büñ.

g) *sine discrim. - sexus*] L. 6. 3. 16. Büñ.

b) cui

animo cibus est, quam cognitio veritatis, cui adferendæ^{b. l} atque illustrandæ septem volumina destinauimus: quamuis ea res infiniti pæne sit operis, et immensi^k, vt, si quis hæc dilatare, atque exsequi plenissime velit, tanta illi rerum copia exuberet^l, vt nec libri^m modum, nec finem reperiat oratio. Sed nos iccirco breuiter omnia colligemus; quod ea, quæ ad-²¹ laturi sumus, tam clara sunt, et lucida, vt magis mirum esse videatur, tam obscuram videri hominibus veritatem, et iis præ-

b) cui adferendæ] cui vindicandæ, defendendæ. Ceterum cui MSS. Lips. et Emman. quod præferendum vulgato cuius: Cell.

i) cui adferendæ] Sic quoque MSS. C. C. C. et Reimm. id est: defendendæ, quo sensu vbique, more Ciceronis, ponit. L. 3. 27. 11: si voluptatem defendunt, aut si virtutem adferunt. L. 7. 12. 5: oblitus, quid adfereret, et quod dogma defenderet. c. 27. 8: nos defendere sapientiam -- et adferere non solemus. de Ira 6. 2: hac tuenda et adferenda sententia. Conf. de Ira 9. 7. Inst. 2. 11. 3. L. 5. 14. 4. L. 6. 1. 1. Opif. 20. 6. Cell. Cur. Post. p. 104. et discuss. p. 32. sqq. Bün.

k) infiniti pæne sit operis et immensi] Inest in his elegantiâ. Cic. 1. de Orat. 6. non dubito, quin hoc plerisque infinitum infinitumque videatur. Quintilian. in dedicat. ad Tryphonem p. 2. quod tempus inquisitioni sufficienti operis prope infiniti datum est. Quint. L. 5. Inst. 1: non commones locos tradere destinamus, quod esset operis infiniti. L. 10. Inst. 1: Persæque singulos, infiniti fuerit operis. Idem L. 5. 12. p. 454: de annibus his omnia dicere infinitum est. c. 13. p. 470. omnibus respondendum putant, quod est et infinitum et supermacæonum: et hæc imitatus Lactantium L. 6. 2. 16. vt quasi prima elementa tradamus, quod est in-

finitum. L. 7. 25. 1: verba pono opus non esse duxi, quoniam esset infinitum. de opif. 4. 23: infinita materia esset. Bün.

l) copia exuberet] Ven. 1471. vtraque 1478. Roff. Ven. 1497. Pier. Parrh. et quædam aliz: exuperet. Nihil muto. L. 4. 17. 19: copia lactis exuberans. c. 29. 4: exuberans fons. 6. 15. 8: ager exuberat. Ira 13. 7: vt arbuta pomis exuberent. Epit. 72. 15: lactis et vini fontes. exuberabunt. conf. L. 2. 11. 2. In Senecæ 2. Quæst. Nat. c. 26: copia humoris exsuperat, valet: vincit, maior est. Bün.

m) nec libri modum, n. f. reperias oratio] Heumannus miratur tam diu in mendo eubuisse h. l. et rescribit: liber. Non opus: si, nec libri modum reperiant, subaudias: non septem modo, sed longe plures libri scribendi essent. Sic Cicero pro Ligario. c. 11: Vt, quemadmodum cetera, quæ dicta sunt a te, (subaudi: vera reperia sunt, reperimtur) sic hoc verissimum reperiat. L. 9. Nat. deor. 2: In specie ficta simulationis, sicut reliquæ virtutes, (subaudi: inesse non possunt) ita pietas inesse non potest. phrasi prope accedit Quintil. Prooem. Instit. p. 11: Nam finis operis non reperietur. Certe omnes libri scripti et editi: libri habent. Ita vt priori loco, hic reperiant, sic de Ira 15. 3. adhaerent posteriori loco subaudiendum, vbi adhaeret præcessit. Bün.

n) ab

præcipue, qui sapientes vulgo putantur: vel quod tantummodo instituendi nobis homines erunt, hoc est, ab errore, 22 quo sunt implicati, ad rectiorem viam reuocandiⁿ. Quod si fuerimus, vt spero, adsecuti; mittemus eos ad ipsum doctrinæ vberriimum ac plenissimum fontem^o: cuius haustu atque potu conceptam visceribus sitim sedent, ardoremque restinguant. Eruntque illis omnia facilia, prona, manifesta: modo ne pigeat, ad percipiendam sapientiæ disciplinam, legendi vel 23 audiendi patientiam commodare^p. Multi enim, superstitionibus vanis pertinaciter inhærentes, obdurant se contra^q manifestam veritatem, non tam de suis religionibus, quas præferunt^r, bene meriti, quam de se male: qui quum habeant^t iter rectum, deuios sequuntur anfractus; planum deserunt^u, vt per præcipitium labantur; lucem relinquunt^x, vt in tenebris cæci ac debiles iaceant. His consulendum est, ne contra se pugnent; velintque se tandem ab inueteratis erroribus libera-

n) ab errore-reuocandi] L. 2. l. 2. L. 5. 7. 9. c. 17. 34. Bün.

o) uberr. ac pleniss. fontem] L. 3. 26. 11-12. L. 4. 37. l. L. 7. 25. 2. c. 27. 12-13. in Lipsf. 2do prauæ: restringant. Bün.

p) patientiam commodare] Eadem requirit 5. l. 1. sqq. Bün.

q) obdurant se contra] Goth. obdurantur contra m. v. Cicero sine reciproco L. 3. Fin. 11: quis contra studia natura tam vehemens obdurauit. Adposite Ven. 1471. et Rost. 1476: OBTVRANT SE, nam n. 22. dixit: nolunt AVDIENDI patientiam commodare. In Augustinus in Psalmo XC. Serm. XIII. dixit: obturare aures, et SE obturare. Notum illud Horatii: Obturem patulus impune legentibus aures, Virgilius dixit: obstruere aures. 4. Aen. 440. Scite ex opposito Arnob. L. 1. p. 31: surdorum auriculas returare. Bün.

r) quas præferunt] Exprimimus, quod in Emmanuel. et Lipsf. medio est: tertius leui aberratione profe-

runt: alterutrum etiam in primo fuisse, vestigia, quæ aliena manus, substituens vulgatum prauæ asserunt, reliquit, ostendunt. Vtique vero præferendum illud præferunt. Cell.

s) quas præferunt] Ita cum Emm. et Lipsf. 2do etiam MS. C. C. C. At Goth. Subl. Ven. 1471-1497. Rost. et reliqui libri: prauæ adserunt; hoc Heumanno, illud Cellario placet. Res eodem redit: quod enim aliquis præfert, illud prauæ adserit; quod prauæ adserit, et præfert. Reimm. quas præferunt. Bün.

t) quum habeant etc.] NB. Lib. 4. 30. 3. Bün.

u) planum deserunt] Plenius Reimm. Lipsf. 2. 3. planum iter. Planum præcipitio eleganter opponit, quod illustrant Heimsius et Burmannus ad Ouid. 2. Art. 243. p. 615. Bün.

x) relinquunt] Reimm. Lipsf. 2. et 3. derelinquant. Certe Lactantius amat hoc decompositum. L. 1. 18. 24. L. 5. 8. 5. c. 18. 14. et quidam libri L. 3. 23. 4. Bün.

y) qua-

berari. quod utique facient; si, quare sint nati^{*)}, aliquando peruiderint. Hæc enim prauitatis est causa, ignorantio²⁵ sui^{*}: quam si quis cognita veritate discusscrit; sciet, quo referenda, et quemadmodum sibi vita degenda sit. cuius scientiæ summam breuiter circumscribo: ut neque religio vlla sine sapientia suscipienda sit, nec vlla sine religione probanda sapientia^{**}.

II. Suscepto igitur illustrandæ veritatis officio, non putauimus adeo necessarium ab illa quæstione principium sumere, quæ videretur prima esse natura; *sine prouidentia^a, quæ rebus omnibus consulat; an fortuitu^b vel facta sint omnia, vel gerantur^c*. Cuius sententiæ auctor est Democritus^d, confirma-

tor

*) *quare sint nati*] Tres Lips. et Goth. cum ed. Rom. et Ald. *sint* interponunt, quod perperam excusi recentiores negligunt. Angl. quoque MSS. *sunt* leuiori errore, Cell.

2) *quare sint nati*] Illud *sint* in Reimm. et in *triginta* amplius edd. deprehenditur, in Sublac. *duabus* Rom. *decem* Venetis a 1471-1510. tribus Antwerp. tribus Basil. quinque Tornæs. Iunt. Ald. Par. Berut. Gryph. duabus Ifæi. Neglexerunt Thyf. Gall. Spark. Cantabr. Bün.

*) *ignoratio sui*] Verba sunt Ciceronis pro Cluent. c. 39. Rem ex S. et profanis pluribus G. Arnold. in *den Abwegen* L. 1. c. 2. tot. et Elmenhorst. ad Minuc. c. 17. pr. illustrant. Bün.

**) *neque religio sine sapientia*] Hoc sapiens monitum sæpe virget L. 3. c. 11. L. 4. 2. fin. c. 3. 6. c. 4. 2. c. 5. 1. L. 7. 27. 1. et L. 5. 1. 11. Sic crimen stultitiæ et ruditatis Christianis obiectum diluitur, cæca obedientia eueritur, et vana curiositas amputatur. Conf. Antonii disp. de Patmo Lutheri §. 39. Bün.

a) *natura; sine prouidentia*] Goth. Pier. Parrh. *natura sine prouidentia*. quam lectionem ex Flor. 1513. restam censebat Heumannus in epist. ad Walchiun, sed ea Lactantii

mentem peruerit: Neque sana est interpunctio Aldi, Thomasi, Crat. Ifæi, Gryphii, Gallæi, Cantabr. Sparkii, Walchii: prima esse; *natura sine prouidentia*. Nec opus cum Heumanno App. II. ad Sympos. vocem *natura* delere: etsi posset abesse. Nam rectissime multi MSS. et edd. Subl. Ven. 1471-97. Paris. 1513. Betuleius, Tornæs. cum Cellario incidunt: *quæ videtur prima esse natura; sine prouidentia*. Agnovit ipse Heumannus in sua editione: mens Lactantii est: *Natura siue ordine naturali primam esse quæstionem: Sine prouidentia*. Hinc Lact. Epit. c. 2. inerte: *Prima incidit quæstio, siue aliqua prouidentia*. Bün.

b) *fortuitu - gerantur*] Ita quoque Reimm. Cauci et vetustiss. edd. Subl. Ven. 1471-97. et Rost. L. 5. 20. 14: *omnia fortuitu fieri, quæ geruntur*. L. 7. 9. 6: *fortuitu geri omnia crediderunt*. Cic. 2. Leg. c. 7: *Ea, quæ gerantur, eorum (deorum) geri vis-acummine*. Bün.

c) *vel gerantur*] Hoc, quod in MSS. omnibus, etiam ed. Rom. est, præstat alteri *gerantur*, quod postea euulgatum. Cell.

d) *auctor est Democritus*] atomis

tor Epicurus. Sed et antea Protagoras[†], qui deos in dubium vocauit; et postea Diagoras^{e. f.}, qui exclusit^{g.}; et alii nonnulli^{b.}, qui non putauerunt deos esse; quid aliud effecerunt, nisi vt nulla esse prouidentia putaretur? quos tamen et ceteri philosophi, ac maxime Stoici acerrime reuderunt^{i.}, docentes, nec fieri mundum^{k.} sine diuina ratione potuisse, nec constare, nisi summa ratione regeretur. Sed et M. Tullius, quamvis academicæ disciplinæ defensor esset, de prouidentia gubernatrice rerum et multa et sæpe disseruit^{l. m.}, Stoicorum argumen-

fuis, quas confuse ferri miscerique sentiebat. Cell.

*) *antea Protagoras*] Puta ante Epicurum, non Democritum, cuius auditor fuit secundum Laert. L. 9. sect. 50. sqq. Laet. de Ira c. 9. 1-4: *Primus omnium Protagoras* - n. 4. *postea vero Epicurus*, Edd. vetustæ, c. g. Ven. 1471-78. *Pythagoras*, aut Rost. *Pithagoras*, habent perperam cum Reimm. Lips. 2. et 3. quod vitium iam olim correxit Gyrald. in Hist. Poet. Syntagm. IX. f. m. 475. seq. Bün.

e) *et postea Diagoras*] Post Protagoram, ante Epicurum, et ipse discipulus Democriti. Suid. ed. Küster. T. 1. f. 550. Si recte capias, Laetantius credidit fuisse eum post Epicurum. de Ira c. 9. n. 7-4. Male. Diagoras Olymp. LXXIII. floruit; Epicurus demum Olymp. CVIII. anno tertio natus. Laert. L. X. sect. 24. 15. et Menag. p. 453. Vosius ergo corruptum Laertii editionem secutus est, quum de Hist. Græc. L. 1. c. 21. Epicurum Olymp. CVII. mortuum tradidit, concedit enim Olymp. CVIII. natum fuisse L. 4. c. 10. ed. Lugd. B. in 4to. Ad rem conf. Cic. Nat. Deor. L. 1. c. 1. et c. 23. L. 3. c. 37. Valer. Max. 1. c. 1. ext. n. 7. Aelian. L. 2. Hist. Var. c. 31. Bün.

f) *antea Protagoras* - *postea Diagoras*] Cicero Lib. 1. de Nat. Deor.

c. 1: *Deos esse, dubitare se Protagoras: nullos esse omnino; Diagoras Melius et Theodorus Cyrenæicus putauerunt. Idem dicto libro c. 23: Quid? Diagoras; atheos qui dictus est, posteaque Theodorus, nonne aperte deorum naturam sustulerunt? nam Abderites quidem Protagoras, sophistes temporibus illis vel maximus, cum in principio libri sic posuisset, de diuis neque vt sint, neque vt non sint, habeo dicere, Atheniensium iussu urbe atque agro est exterminatus, librique eius in concione combusti. Cell.*

g) *exclusit*] L. 6. 22. 3. Opif. 4. 13. Bün.

b) *alii nonnulli*] c. g. *Theodorus* Epit. 68. 21. de Ira c. 9. 7. Loca scriptorum indicarunt Elmenhorst. ad Minuc. c. 8. Pfanner. in Syst. Theolog. Gentil. c. 2. §. 2. Perizon. ad Aelian. Var. Hist. L. 2. c. 31. p. 124. sq. et addend. p. 990. Bün.

i) *acerrime reuderunt*] L. 3. 28. 9: *quum fortiter inimicorum impetus retundisset. L. 4. 27. 9: vim retundit. Praue Reimm. retulerunt. cum gloss. in margine: redarguerunt. Bün.*

k) *docentes, nec fieri mundum*] Tres Lips. et Gothan. *docentes: alii dicentes. Cell.*

l) *et multa et sæpe disseruit*] quorum summam habes Lib. 2. de Nat. Deor. c. 29. et 30. Cell.

m) *et multa et sæpe*] Sæpius adser-

tor

menta confirmans, et nona ipse adferens plurima: quod facit tum in omnibus suæ philosophiæ libris, tum maxime in iis, qui sunt de natura deorum. Nec difficile sane fuit, paucorum hominum prave sentientium redarguere mendacia testimonio populorum^m atque gentium, in hac vna re non disidentium. Nemo est enim tam rudis, tam feris moribus, quin[?], oculos suos in cælum tollens, tamen si nesciat, cuius dei providentia regatur hoc omne, quod cernitur; aliquam[?] tamen esse intelligat ex ipsa rerum magnitudine, motu, dispositione, constantia, utilitate, pulchritudine, temperatione^r; nec posse fieri, quin id, quod mirabili ratione constat, consilio maiori aliquo sit instructum^r. Et nobis utique^r facillimum est, exsequi hanc partem quamlibet copiose. Sed quia multum inter philosophos agitata res est, et providentiam tollentibus satis responsum videtur ab hominibus argutis et eloquentibus; et de sollertia divinæ providentiæ per totum hoc

eorum providentiæ fuit, nonnumquam et defertor. Vid. Laët. L. 2. 8. 12. sqq. Bün.

m) *populorum*] Parrh. Crat. etc. *Philosophorum*. Male. *Populos* enim et gentes paucis hominibus prave sentientibus, i. e. philosophis, sect. 2. opponit. Conf. de Ira 10. 47. et Epit. c. 1. et 2. Bün.

o) *nemo est etc.*] respexit ad Cic. locum a Laëtantio L. 3. 10. 7. adductum. Bün.

p) *quis aliquam*] Lipf. 2dus, Subl. Ven. 1471-1497. Rost. Parrh. Crat. Inst. Ald. Paris. 1513. Gymn. *qui non aliquam*, omisso posteriori non: optime Tornæziani: *quis -- aliquam*. ut edidi; cieto: *non*, Heumanno comprobante. Bün.

q) *aliquam*] Goth. *aliquem* sc. deum. Mansit notitia vaga et incerta. Cic. 1. Nat. D. 36: *Suspicati sunt aliquam esse excellentem naturam*. 2. Nat. D. 2: *quid potest esse tam apertum tamque perspicuum, quam cælum suspexit, caelestiaque contem-*

plati sumus, quam esse aliquid nummen præstantissime mentis, quo hæc regantur. Conf. Laët. 2. 3. 22. Bün.

r) *temperatione*] Recte ita Ven. 1493. 97. Crat. Ald. Paris. Gymn. cum Reimm. et aliis MSS. ubi prave Sublac. Ven. 1471. utraque 1478. Rost. et Parrh. *comparatione*. Bün.

s) *instructum*] i. e. factum, institutum. L. 1. 5. 13. *a Deo mundum factum instructum*. Bün.

t) *Es nobis utique facillimum est*] Bene MSS. *utique*, quod etiam servatum antiquis Rom. et Ald. editionibus. Friget itaque recentium. Coll.

u) *utique*] Servant cum MSS. Angl. Lipf. Reimm. vetustisf. edd. et Tornæzianæ, et Laëtantius ea voce delectatur. Conf. L. 1. 11. 16-15-58. c. 1. 24. c. 3. 3. c. 13. 2. sæpe *utique* et *itaque* in libris MSS. et edd. variant. Heumanno placuit: *itaque*, exponitque: *Et per etiam*. Ego non memini, Laëtantium alicubi et *itaque*, aut: *etiam itaque* iungere.

a) No.

hoc opus, quod suscepimus, sparsim nos dicere necesse est: omittamus in præsentī hanc quæstionem, quæ cum ceteris sic cohæret, vt nihil a nobis disferi posse videatur, vt non simul de prouidentia disferatur.

- 1 III. Sit igitur nostri operis exordium quæstio illa consequens, ac secunda: *Vtrum potestate vnius dei mundus regatur, ane multorum?* Nemo, qui quidem sapiat, rationemque^{a, b} secum putet^c, non vnum esse intelligat, qui et condiderit omnia, et eadem, qua condidit, virtute moderetur.
- 2 Quid enim multis^d opus est ad mundi regimen sustinendum? nisi forte arbitremur^e, si plures sint, minus habere singulos
- 3 neruorum atque virium^f; quod quidem faciunt ii, qui esse multos volunt, quia necesse est imbecilles esse: siquidem singuli, sine auxilio reliquorum, tantæ molis gubernaculum sustinere non possent. Deus autem, qui est æterna mens, ex omni

a) Nemo, qui quidem sapiat, rationemque] Post varie discrepantes et MSS. et excusorum lectiones, ex optimis membranarum V. C. Io. Fr. Gronouius Obseru. in Script. Eccl. c. 17. ita emendauit, quæ sane rotunda locutid est, et ex variis vel sola digna Lactantio. Cell.

b) Nemo, qui quidem sapiat] Lips. tert. nemo est, qui quidem sapiat. Reimm. Lips. 2d. et Viteberg. nemo est, qui quidem Deum sapiat. Goth. Nemo, qui Deum sapiat. Membr. Guelpherb. Nemo quidem, qui sapiat. Alii MSS. Guelpherb. Nemo est quidem, qui sapiat. Ven. 1471: Nemo est, qui sapiat rationem: qui secum putet. Rostoch. Ita incidit: Nemo est, qui sapiat: rationem qui secum putet. Vtraque Ven. 1478: Nemo est, qui Deum sapiat rationem: qui secum putet. Ven. 1493. et 1497: Nemo est, qui Deum sapiat: rationemque secum putet. Omitto recentiores. In tanta varietate omnino lectio Gronouii ex Menardi membranarum est rotundior. Constructio est: Nemo non in-

telligat, qui quidem s. r. q. f. c. p. Pari rotunditate Ammianus Marcellinus L. 19. c. 12: Nemo, qui quidem recte sapiat, reprehendit. Et sæpe Cicero et Lactantius illa: qui quidem, posuere. Bün.

c) rationemque secum putet] Sic plures meliores: et hoc spirat elegantiam. Plauti Casin. Act. 3. sc. 2: quum eam mecum rationem puto. Hoc noster in Epit. c. 2. ita effert: qui rationem sequatur, intelliget. Bün.

d) quid multis] His plura de Ira c. 11. 1. sqq. Bün.

e) nisi forte arbitremur] vid. adnot. ad L. 1. c. 13. 1. Hic plerique libri in coniunctiuo: arbitremur. Gothanus tamen: n. f. arbitramur. et Reimm. arbitramur. Bün.

f) neruorum atque virium] Posterior vox priore explicat. Vid. Davis. ad Cæs. 1. Gall. 20: opibus ac neruis. Hic video expressum Cicero-nem Or. 5. Philipp. c. 12: experietur consentientis senatus neruos atque vires. Conf. Lact. L. 4. 18. 10: neruis ac viribus. Bün. g) su-

omni vtiq̄ue parte perfectæ consummatæque virtutis est. Quod si verum est, vnus fit, necesse est. Potestas enim, vel virtus absoluta retinet suam propriam & firmitatem. Id autem solidum existimandum est, cui nihil decedere, id perfectum, cui nihil possit accedere. Quis dubitet potentissimum esse regem, qui totius orbis habeat imperium? neque immerito: quum illius sint, quæ vbique sunt omnia: quum ad eum solum omnes vndique copiar^b congeranturⁱ. At si plures partiantur orbem, minus certe opum, minus virium singuli habebunt; quum intra præscriptam portionem^k se quisque contineat. Eodem etiam modo dii, si plures sint, minus valent, aliis tantumdem in se habentibus. Virtutis autem perfecta natura in eo potest esse, in quo totum est; quam^l in eo,

g) *suam propriam*] Satis latine has voces iungi, demonstrat Bauldri ad L. de M. P. 44. 5. p. 265. Conf. Laet. l. 3. 19. L. 5. 11. 10. Opif. 2. 3. c. 20. 3. et Cæf. 3. B. Ciu. 20. 3. Bün.

h) *copia*] i. e. *abundantia bona, opes*, n. 6. L. 5. 12. 6: *omnes ad eum honores, omnia imperia, omnes opes, omnes denique copia conferantur*. L. 7. 23. 1: *fruentes incunditate innumeras copiarum*. de Ira 13. 2. 8: *verum et copiarum abundantia infruere*. c. 23. 19: *Deus nos innumeras copias alit*. Hinc Lib. 6. 11. 15. COPIOSI sunt opibus adfluente Conf. Freinsh. ad Tac. Ann. 3. c. 54. Bün.

i) *congerantur*] Melius, quam Ven. 1493. 97: *congregantur*. Bün.

k) *intra præscriptam portionem*] Goth. *intra scriptam portionem* - continet. Eleganter vero *intra*, quæ præpositio cum verbis: *continere, cohibere, coercere*, constanter iungitur. Noto ad L. 6. 20. 5. Bün.

l) *natura in eo potius est, in quo totum est, quam*] Sic ex codice Emmanuelensis collegii Britannico corruptus locus restituitur. Conciniunt

Lipsienses et Gothanus: *Virtutis autem perfecta natura in eo potest esse, in quo totum est, quam in eo, ac reliqua*. Nec Rom. ed. aliter. Quod facilius corrigitur, quam quod vulgatum est: *natura non potest esse nisi in eo, in quo totum est, non in eo, et cetera*. Cell.

m) *natura in eo potest esse, in quo totum est; quam*] Cellarius ediderat n. 1: *eo potius est, in quo totum, quam. nec aliter* C. C. C. Emman. et vnus Guelpherb. et margo Reimm. Alii: Guelph. *in eo potest esse, in quo totum est, exigua in eo, in quo pars de toto est*. Edidi vt Guelph. membran. optimus, Goth. Witteberg. et Lipsienses denuo consulti, et Reimm. MS. in textu, cum Sublac. 1465. Rom. Ven. 1471. 72. vtraque 1478. et Rost. 1476. clare: *Virtutis autem perfecta natura in eo potest esse, in quo totum est, quam in eo*. Hæc lectio est rectissima, nec erat a Cellario corrigenda, nec, vt Heumannus scripsit, *manifestus error librarii*. Subaudiendum: POTIVS, quod non infrequens Lactantio. Sic MS. Goth. sect. II: *ita sit vt virtute opus sit, quam imbecillitatis*.

eo; in quo pars exigua de toto est. Deus vero, si perfectus est, (quia perfectus est *) vt esse debet; non potest esse nisi vnus, vt in eo sint omnia. Deorum igitur virtutes ac potestates infirmiores sint necesse est; quia tantum singulis deest, quantum in ceteris fuerit: ita quanto plures, tanto minores erunt.

9 Quid? quod summa illa rerum potestas, ac diuina vis ne semel quidem diuidi potest? quidquid enim capit diuisionem, et interitum capiat necesse est. si autem interitus procul est a Deo, quia incorruptibilis est, et æternus: consequens est, vt diuidi diuina potestas non possit. Deus ergo vnus est; si nihil esse aliud potest, quod tantumdem capiat potestatis; et ii tamen, qui multos esse arbitrantur, officia inter se dicunt esse partitos. de quibus omnibus suo loco disputabimus. Illud interim, quod ad præsentem locum pertinet, teneo: Si partiti sunt inter se officia, eodem reuoluitur res, vt ex iis qui-

te. Plura talia ex MSS. monimus ad L. 2. 7. 1. L. 3. 29. 10. L. 5. 12. 10. L. 6. 18. 14. Opif. 19. 20. Certissimam facit meam emendationem antiquissimus et vnicus Codex Taurin. Epit. c. 2. 7: *Is Deus putandus est, qui potest totum, QVAM* (sic habent membranz, pro quo male Cel. Pfaffius NON rescripsit) *qui de toto minimum.* Hanc meam emendationem iam anno 1713 cc XVI. in Miscell. Lips. T. 3. p. 138. sq. a me editam adprobauit HEVSINGERVS Prof. Goth. Gymn. Celebrerr. ad Vechneri Hellenolexiam egregie ab ipso illustratam p. 140. et duobus post me annis confirmauit DAVIS, ad Epitoni. c. l. qui plura talia ad Minuc. Fel. c. 5. Add. Gronou. ad Liuii L. 5. c. 21. Sanct. et Perizon. ad Mineru. 4. 7. p. 692. sq. Grabiuz ad Irenæum L. 4. c. 23. not. f. f. 309. et f. 323. not. b. et quos A. L. Erud. Eipf. Lat. Suppl. T. 4. S. 10. p. 424. laudant. Bün.

n) quia perfectus est] Lips. I. et II. et ed. Rom. sequor. Aldus cum pluribus: nam perfectus est. A Goth.

et Lips. III. hæc verba absunt. Cell.

o) quia perfectus est] Sic Lips. 1. 2. Vltr. Cauc. Iun. Gton. Reimm. et Subl. Rost. Ven. 1471. aliz. Eii-ciunt Lips. tert. Goth. et Heumanno et mihi videntur subornata, vnde inclusi minoribus typis. Bün.

p) ne semel quidem] Ita Reimm. et omnes libri. Heumanno semel suppositum videtur: Non video, quare dici nequeat: ne semel quidem, nedum sapius, pluries, auch nicht ein einzigmal. agit enim de Deo vno in popositione plurium, quanto plures, inquit n. 8. tanto minores. Bün.

q) incorruptibilis] Hanc vocera fere ecclesiast. iam ante nostrum sepe in Tertulliano, Cypriano, Arnobio legi. Bün.

r) consequens est, vt] Eleganter, vbique: sequitur, consequitur, vt. L. 1. 16. 5. L. 4. 30. 15. L. 7. 11. 16. Barbari: sequitur, quod. Bün.

s) eodem reuoluitur res] Exprimit Cicer. L. 4. Acad. 6: imprudens eo, quo minime vult, reuoluitur. L. 2. di-vin.

quilibet sufficere omnibus nequeat. Perfectus igitur non erit, qui, cessantibus ceteris, non potest omnia gubernare. Ita fit, ut ad regendum mundum vnus perfecta virtute magis opus sit, quam imbecillitate multorum. Qui autem putat, hanc tantam magnitudinem non posse ab vno regi, fallitur, nec, quanta sit vis, potestasque diuinæ maiestatis, intelligit, si existimat, singularem Deum, qui facere mundum potuit, eundem regere non posse, quem fecit. At si concipiat animo, quanta sit diuini huius operis immensitas, quum antea nihil esset, tamen virtute, atque consilio Dei ex nihilo esse constatam, quod opus nisi ab vno inchoari perficique non potuit: iam intelliget, multo facilius esse ab vno regi, quod est ab vno constitutum. Dicat fortasse aliquis, ne fabricari quidem tam immensum opus mundi, nisi a pluribus potuisse: quamlibet multos; quamlibet magnos faciat; quidquid in multis magnitudinis, potestatis, virtutis, maiestatisque posuerit; id totum in vnum confero, et in vno esse dico: ut tantum in eo sit istarum rerum, quantum nec cogitari, nec dici potest. Qua in re, quoniam et sensu defici-

ci-

vin. c. 5: eodem reuolueris. Add. L. 1. Tusc. c. 6. Bün.

1) ita fit, ut c. 9. 6: ex quo fit. In paruis etiam Cicero adparet. Bün.

2) virtute magis opus sit, quam] Gothan. Reimm. Lips. 2. et 3. Sublac. 1465. Ven. 1471. et Rost. 1476. non aperturunt illud: magis. Potest abesse, ut not. n. 7. Bün.

3) constatam] Sic omnes et Reimm. constam, sc. huius operis immensitatem. Heumannii correctio: quadam antea nihil esset, tamen - ex nihilo est constatum: videtur paullo confidentior. Lactantius nisi rem auxisset per: quanta sit - immensitas, simpliciter scripsisset: At si concipiat animo magnam diuini huius operis immensitatem - tamen ex nihilo esse constatam. Bün.

4) facilius esse regi] Illud esse mi-

nus necessarium exesse iubent Rost. Subl. Ven. 1471. vtraque 1478-97. Parrh. Pier. Crat. Paris. Iun. Ald. Gymn. Gryph. Ilicus. Betul. Heum. Inferuit Thomafius, quem secuti Gall. Cantabr. Spark. Walch. Cell. Bün. 2) quamlibet multos] Quintil. XI. Instit. 2. quamlibet multa sint. Vociula Ouidio grata. Vid. Heinf. ad 6. Heroid. 140. Bün.

3) in vno esse] Goth. in vnum esse. Nihil mirum, licet non desint exempla similia, ut noto ad Epit. c. 33. De re ipsa de Ira II. 6-11. L. 1. Inst. 7. 12. c. 8. 1. Minuc. Fel. 18. 8-9. Bün.

4) tantum - istarum rerum] sc. magnitudinis - maiestatisque. eadem formula L. 6. 2. 4. vindicata. Bün.

5) et sensu] i. e. ut sequitur: intelligentia - intelligere. Plura adde Opif. c. 2. 1. Bün.

cimus^d, et verbis; quia neque tantam intelligentiæ lucem^{e, f} pectus humanum, neque explanationem tantarum rerum capit lingua mortalis; id ipsum intelligere nos oportet
 16 ac dicere^g. Video rursus, quid e contrario dici possit. Tales esse illos plures, qualem nos volumus vnum. At hoc fieri nullo pacto potest, quod singulorum potestas progredi longius non valebit, occurrentibus sibi potestatibus ceterorum. Necessee est enim, vt suos quisque limites aut transgredi nequeat; aut si transgressus fuerit, suis alterum finibus
 17 pellat. Non vident, qui deos multos esse credunt, fieri posse, vt aliquid diuersum velint, ex qua re disceptatio inter eos, et certamen oriatur: sicut Homerus bellantes inter se deos^h finxit; quum alii Troiam capi vellent; alii repugna-
 18 rent. Vnius igitur arbitrio mundum regi, necessee est. Nisi enim singularum partium potestas ad vnam prouidentiam referatur, non poterit ipsa constare summa^{i, k}, vnoquoque
 ni-

d) *et sensu defecimus*] Ita Reimm. et plerique. Goth. et in sensu defecimus. Ven. prima 1478: et in sensu defecimus et a verbis. Rost. et Ven. secunda 1478: et sensu defecimus et a verbis. Heumannus rescribit: DEFICIMVR, et multis illustrat. Bene, nisi tutius retinere omnium acti-uum: defecimus. Cic. Amerin. c. 4: Sin a vobis deserar, tamen animo non defeciam. Büñ.

e) *tantam intelligentia lucem*] Goth. et Lips. tantam, quod ceteris est sama. Cell.

f) *tantam lucem*] Ita cum Goth. et Lips. Reimm. Büñ.

g) *intelligere nos oportet ac dicere*] Sic plerique nos, sc. Christiani, a Deo docti, aut Lactantius de se ipse num. plur. intelligit. Tornasiani: nec intelligere oportet nec dicere, sc. homines. Prius rectum. Conf. de Ira II. 6-11. Büñ.

h) *bellantes deos*] Vid. Cic. Nat. D. 2. c. 28. Tertull. Apol. 14: Deos inter se propter Troianos et Achiuos ut gladiatorum paria congressos de-

pugnasse. Arnob. 4. p. 150: vulnerari, vexari, bella inter se gerere, furialium memorantur ardore discriminum. Prudentius $\pi\epsilon\epsilon\lambda\ \sigma\epsilon\phi\epsilon\upsilon\upsilon\upsilon$. 211. fqq.

Quid inter aras dissidentium minimum

Putas agendum? Martis indignabitur

Offensa virtus, si colatur Lemnius. Iunonis iram sentiet, quisque, vt deum

Signo aut sacello consecratis Herculem.

Adde Iustini Mart. Cohortat. ad Græcos sect. 16. p. 82. et 83. et sect. 2. p. 46-48. ed. Oxon. Büñ.

i) *non poteris ipsa constare summa*] In paruis etiam elegantia querenda; et ordinem verborum, a vulgato declinantem, in Lips. I. inuenisse me profiteor. Cell.

k) *summa*] Frustra Torn. alii addunt: potestas. Vid. n. 19. Epit. c. 2: nec potest aliter rerum summa consistere. Reimm. et vet. edd. summa ipsa constare. Büñ. l) cu-

nihil curante amplius, quam quod ad eum proprie pertineat: sicut ne res quidem militaris, nisi vnum habeat ducem atque rectorem. Quod si in vno exercitu tot fuerint imperatores, quot legiones, quot cohortes, quot cunei¹⁾, quot alæ; primum nec instrui poterit acies, vnoquoque periculum reculante: nec regi facile, aut temperari; quod suis propriis consiliis vtantur omnes, quorum diuersitate plus noceant, quam profint: sic in hoc rerum naturæ imperio, nisi vnus fuerit, ad quem totius summæ cura^m referatur; vniuersa soluentur et corruent. Dicere autem, multorum arbitrio regi mundum; tale est, quale si^m quis adfirmet, in vno corpore multas esse mentes^o; quoniam multa, et varia sunt ministeria membrorum; vt singulos corporis sensus, singulæ mentes regere credantur: item multi adfectus, siquidem^{p. q} commoueri solemus vel ad iram, vel ad cupiditatem, vel ad latitiam

1) *cunei*] Cunctus erat multitudo militum ita collocata, vt initio esset angusta, et paulatim dilataretur. Vid. Turneb. ad Quintil. l. Inst. 13. Plena manu Pitiscus auctores excitat in Thef. Antiq. Roman. T. 1. f. 607, ad quem, ne fusioribus citationibus Lactantium obruam in antiquitatibus illustrandis, diligenter prouocabo. conf. eiusd. Comm. ad Curt. l. 3. c. 2. sect. 13. Bün.

m) *totius summa cura*] Sic MSS. et Subl. Ven. 1471-97. at Ald. *totius summa cura*; idque ex Flor. rethum videbatur in ep. ad Valchium Heumanno, sed aliter sentit nunc in editione, et *summa* tuetur. Bene. Vid. n. 18. l. 1. 5. 18. Deum vocat *summa totius artificem*. Epit. c. 4. 2: *totius summa gubernatorem*. Plura dantur ad Epitom. c. 67. n. 15. Bün.

n) *tale est, quale si*] Hic elegans vocabularum vsus prætermisus a Scripitoribus de particulis. L. 3. 3. 5: *tale est profecto, quale si disserere velimus*. L. 6. 15. 2: *quod tale est, quale si veliam*. c. 16. 3: *Hoc vero tale est, quale,*

si dicerent. Quintil. 6. Inst. 1: *Nam in paruis quidem libris has tragedias mouere tale est, quale si personam Hercules et cothurnos aptare infantibus velis*. Senec. Vit. Beat. 27: *Hoc tale est, quale, si quis pulcerrimorum corporum nauos aut verrucas deridat, quem sæda scabies depascitur*. Idem Vit. Beat. c. 13: *Hoc tale est, quale vir fortis stolam indutus*. Græce apud Longin. de Sublimit. τὰυ]ον αὖν Φαυε]ο, ὡς εἶ etc. Solent hæ voculæ aliquid absurdū inuere. Bün.

o) *multas mentes*] de Ira II. 4-5. Bün.

p) *siquidem commoueri solemus*] Et hoc Gronouius ex membranis suis emendauit, cum plures scripti et impressi referant: *quibus commoueri*. Cell.

q) *siquidem*] Elegans lectio Gronouii, quamuis omnes MSS. et edd. quibus habeant. Videtur τὰυ]ῶ]ης; quibus, i. e. *adfectibus commoueri ad affectus*. Bün.

tiam, vel ad metum, vel ad miserationem; vt in his omnibus totidem mentes putentur operari: quod si quis profecto dicat, 21 ne ipsam quidem, quæ vna est, habere videatur. Quod si in vno corpore tantarum rerum^r gubernationem mens vna^s possidet, et vniuersis simul^u intenta est; cur aliquis existimet, mundum non posse ab vno regi, a pluribus posse? Quod quia intelligunt isti adsertores deorum, ita eos præesse singulis rebus ac partibus^x dicunt, vt tamen vnus sit re- 22 ctor eximius. Iam ergo ceteri non dii erunt, sed satellites, ac ministri^y, quos ille vnus maximus et potens omnium^z his offi-

r) *tantarum rerum*] i. e. tot, tam multarum, in oppos. *vna mens*. Sæpe Lactantius 5. 13. 2: *tanta hominum millia*. Sic 3. 19. 23: *quanta hominum millia*, i. e. *quam multa*. Ipse Cicero pro Amerino c. 46: *Quid calati argenti - quid marmoris tantum, quantum e multis conseruari potuit*. Tertullian. Apolog. c. 50: *Multi apud vos ad tolerantiam doloris et mortis hortantur -- nec tamen tantos inueniunt verba discipulos, quantos Christiani factis docendo*. Idem de Idolol. 6: *Potes vnum Deum predicare, qui tantos efficit?* Apud Ambrosium, Augustinum, alios et vulgatam nihil est frequentius. Immo optimi quique veterum haud raro ita vocibus: *quantus, tantus*, vsi sunt; quorum exempla plena manu dedit Broukhufius ad Propert. L. 1. El. 5. 10. p. 21. L. 1. El. 12. 4. p. 50. et ad L. 2. El. 16. 7. p. 179. Add. Rittershus. ad Guntheri Ligurini. L. 4. 573. p. 88. Duker. de Latinit. Iurisc. Vet. p. 358. Bün.

s) *gubernationem mens vna possidet*] Quotquot scio, MSSis mens *vna*, non, vt Aldus alique ediderunt, *mens humana*, legitur: etiam vetere Rom. et Isæi, et Sparki *vna*. Cell.

t) *mens vna*] Ita meliores MSS. Bon. Goth. Lips. Vlter. Cauci et ve-

tustæ edd. et voluerunt Subl. et Rost. in quibus vitiose: *mens vnã*. Peius Ven. 1493. 97. Iunt. Ald. Gymn. alix: *mens humana*: oppos. *tantarum* requirit *vna*. Confirmo ex de Ira II. 5: *corpus omne nisi ab vna mente incolæ regique non potest*. Et Epit. Taur. c. 2: *tamquam mens vna*. Bün.

u) *vniuersis simul*] Bon. Tax. Pen. Goth. Lips. 1. 3. Guelpherb. *vniuersis* semel. Vid. notas meas ad Opif. II. 4. Sæpe hæ particule in MSS. confunduntur. In Reimm. *semel*, alius correxit: *simul*. Bün.

x) *singulis rebus ac partibus*] Solis Gronouii membranæ *partium*: vnde docta is coniectura *partitim* commendat, quasi genuinum huius loci. Vide Obseru. in Eccles. Script. c. 17. Quod sequitur *vt tamen*, ex MSS. est: editi *vt tantum*. Cell.

y) *sing. rebus ac partibus*] Sic plerique scripti et omnes editi: vt n. 18: *singularum partium potestas*. vt non opus sit ingeniosa Gronouii coniectura legentis: *partitim*. qua vocula nusquam noster vsus. Bün.

z) *vnus rector - ceteri - ministri*] Conf. c. 7. 5. Egregie illustrat Fabricii Bibliogr. Antiq. c. 8. p. 232. Conf. Laët. 2. 16. 6-7. Bün.

a) *potens omnium*] Heumannus in App. II. ad Sympof. et hic rescribit: *parens omnium*. Lactantio quidem

officiis præfecit^b, ut^c ipsi eius imperio ac nutibus seruiant^d. Si vniuersi pares non sunt, non igitur dii omnes sunt; nec enim potest hoc idem esse, quod seruit, et quod dominatur. Nam si Deus est nomen summæ potestatis; incorruptibilis esse debet, perfectus, impassibilis^e, nulli rei subiectus. Ergo dii non sunt, quos parere vni maximo Deo necessitas cogit. Sed quia non frustra falluntur, qui hoc ita esse putant^f; causam huius erroris paullo post aperiemus: Nunc vnitatem diuinæ potestatis testimoniis comprobemus.

III. Prophetæ, qui fuerunt admodum multi, vnum Deum prædicant, vnum loquuntur: quippe qui vnius Dei spiritu pleni, quæ futura essent, pari et consona voce prædixerunt. At enim^a veritatis expertes non putant his esse credendum. Illas enim non diuinas, sed humanas voces suis-

dem Deus vocatur *parens omnium*, c. 5. 6. L. 2. 16. 5. L. 5. 3. 25. At quia constanter omnes libri: POTENS omnium, et maxime hic de potentia Dei agitur, nihil est mutandum. Patet ex Epit. h. l. c. 2: nullus igitur eorum poteris omnipotens nuncupari, quod est verum cognomentum Dei. L. 5. Inst. 21. 7: Deus - quem rerum potentem confiteris, nequidquam et hic contra libros Heumannus potentem corrigit. Obseruaui, eum sæpius illud potens cum gignendi casu positum sollicitasse. Aliquoties Ouidius Metam. 4. 509: Sic victrix iusque potens. L. 3. Amor. 10. 35: *Diuis potens frugum siluis cessabat in altis*. Onitto alios. Conf. ad Ouid. 3. Amor. 2. 55. Burmann. p. 475. et meum Indicem Lat. ad Castellionis Cod. S. p. 167. Bün.

b) omnium his officiis præfecit] Ordo verborum ex Lips. et Goth. restitutus. Cell.

c) præfecit, vs] Reimm. præfecerit, es. Bün.

d) ut - seruiant] L. 2. 16. 6. Bün.

e) impassibilis] L. 2. 8. 44. do antiquiorem Tertull. Resurg. Carn. c. 57: caro impassibilis. adu. Valentin. c. 27: in Christo impassibilis, et sæpius. Bün.

f) qui hoc ita esse putant] ex Lips. I. 10 esse, neglectum aliis, reduximus. Cell.

g) qui hoc ita esse putant] Ven. 1493. 97. Paris. qui hoc putant, certe melius quam multi: qui hoc ita putant, cum Gothano et Reimm. Bün.

a) At enim] Delectatur his particulis elegantibus, hodie fere neglectis, L. 1. 11. 17. c. 19. 1. L. 2. 2. 6. c. 4. 24. -- 34. L. 3. 2. 5. L. 5. 3. 10. c. 20. 11. L. 6. 23. 24. L. 7. 9. 8. c. 12. 13. c. 22. 11. Ira 10. 34. c. 16. 9. Epit. 32. 5. Eiusdem elegantix est in Epit. c. 67. princ. Sed enim, vbi plura et ad Castellion. L. 4. Dial. 17. notauimus. Ciceronis quoque est: Verum enim. Silius Italicus ausus est iunctum et per pleonasmum dicere aliquoties: sed vero, sed enim. Vid. Drakenb. p. 534. sq. et 643. Bün.

fuisse aiunt. Videlicet^b quia de vno Deo præconium faciunt^c, aut infani, aut fallaces^d fuerunt. Atqui^e, impleta esse implerique^f quotidie illorum vaticinia, videmus: et in vnam sententiam congruens diuinitas docet, non fuisse furiosos. Quis enim mentis emotæ^h non modo futura præcine-

b) Videlicet] Ironice. Notauit in indice Latinit. Selectæ ex Castellion. Interpr. S. Cod. p. 50. et p. 226. Bün.

c) præconium faciunt] n. 8. et L. 4. 14. 19. imitatur Ciceronem L. 6. Famil. ep. 19. 2. Sanctius præconium pro adiectiuo habet, sed rectius pro substantiuo Perizonius, vt mangonius ad Mineru. L. 4. 4. 72. p. m. 608. Ita Græci: κήρυγμα ἐγ- γράζειν, de quo Budzus in Comment. Gr. Lingue Fabri Lexico ex Irenæi antiquo Interprete: præconiare, præconiatio; quod rectius, quam sæpe ibidem: præconare, præconatio, ed. Grabii f. 48. 105. 160. 203. 214. 256. 334. 336. 340. et sæpius, semel quoque deponentialiter, f. 416. Bün.

d) fallaces] Lipf. tert. Rost. Ven. vtraque 1478. et plures aliz: mendaces, perperam. Hic recte Bon. Tax. Iun. Pal. Lipf. 1. 2. Goth. Reimm. fallaces, patet ex n. 4. et n. 8. et L. 5. 2. 17. Bün.

e) Atqui] Bon. Tax. Atquin, quod ex MSS. Pand. Flor. et exemplis Iseus defendit. MSS. solent in his voculis variare. Bün.

f) Atqui impleta esse implerique] Quod in plerisque est in pluribus libris, id implerique in codice, quem Gronouius laudat, exserte legitur, apte sane et ex mente Firmiani. Cell.

g) implerique quotidie] Hæc ex Gronouit. membranis Walchio glossa sapere videntur. Receperunt Gall. Spark. Cell. et merito placuere Heumanno. Confirmantur ex Ultrai. et Cauci MSS. Prope ab-

sunt a vera lectione: Reimm. Ven. 1471. et secunda 1478. implerisque. L. 7. 24. 10: qua vaticinia completa iam esse putauerunt, qua utique fieri complerique non poterant etc. Bün.

h) quis enim mentis emotæ] statione sua deiecitæ, quis mente captus. Goth. femota: sed Lipf. omnes, et ed. Rom. emota: Cell.

i) mentis emotæ] Iun. Goth. Ven. 1493. 97. Pier. Paris. 1513. mentis femota: quod, inquit Gallæus, recte exprimit, immo efficacius id, quod Lactantius intendit. Walchius vocat lectionem haud respiciendam et priori fere preferendam. Heumanno contra TVRPE illud: femota, dicitur. Et recte. Præstat cum MSS. pluribus, etiam Guelpherb. Reimm. et Subl. 1465. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 1478. Parrh. Crat. Iunt. Ald. Gymn. Gryph. Thom. et plerisque legere: mentis emotæ. Nam illud s, vt prima littera in femota ex vltima mentis propagatum. Male quidam ad meam Cratandri ed. interpretatus est: hominem nullius pretii, significat potius furiosum, vt ipse Lactantius paullo ante fecit. 3. Item Lactantius L. 4. 27. 2: Christus hominum mentes emotas et malis incursibus furias in sensus pristinos restituebat. Minus vero est mens mota, quam emotæ. Seneca de Tranquill. Animi c. 15: non potest grande aliquid et supra ceteros loqui, nisi mota mens. Epist. 94: de illis infans nunc loquor, quibus mens mota est, non erepta. L. 6. Quæst. Nat. c. 1: Motæ posthoc mentis aliquos atque impotes

nerel, sed etiam coherentia loqui^k possit? Num ergo^{m. n. 4} fallaces erant, qui talia loquebantur? quid ab his tam longe alienum^o, quam ratio fallendi; quum ceteros ab omni fraude cohiberent? iccirco enim a Deo mittebantur, ut et præcones essent maiestatis eius, et correctores prauitatis? hu-
ma-

fui errasse. Consol. ad Polyb. c. 37: hunc modum seruet, qui nec impietate imitetur, nec insaniam, et nos in eo tenes habitu, qui et pia mentis est, nec emotz. Büñ.

l) non modo futura præcinere, sed etiam coherentia loqui] Dicendum erat: Sed vel coherentia, aut: sed saltem, aut: sed certe coherentia possit loqui; nisi forte culpa librarij est. Ita Valla L. 3. Eleg. c. 27. Quem refutat Perizonius ad Sanctii Mineruam L. 4. c. 7. n. 6. p. 697: „Progredditur Lactantius, inquit, a maiore ad minus - Nulla hic culpa librarij, nulla Lactantii. Oratio est interrogans, quæ inuoluit negationem rei interrogatz. Iam in negatione directæ prius utique negamus in rebus facultatis difficiliora, et ita progredimur ad neganda etiam facilliora. Veluti: Homo emota mentis non modo futura prædicere non potest, sed etiam coherentia loqui non potest. Vel, ut ex vfu Linguz solebant veteres: Homo emota mentis non modo futura prædicere, sed ne coherentia quidem loqui potest. Apud Lactantium ergo nihil mutandum, et NON MODO ponitur eo istic sensu, quo dici potuisset: non dicam futura prædicere, sed coherentia posse loqui. Büñ.

l) futura præcinere] Valla c. l. in fuodicode legit: futura prædicere. Sic omnes eius edd. in his mea Maitairio ignota. Ven. per Io. Bapt. Senfam 1499. f. Lipf. 2d. futura prædicere vel præcinere. Illa: prædicere vel sunt spuria. Eleganter can-

re et præcinere vates dicuntur. Lact. 4. 5. 8: Zachariam constas - cecinisse. L. 4. 11. 11: olim Propheta cecinerant. Add. L. 4. 15. 4. (L. 5. 3. 2L. L. 7. 18. 1. Idem Cypriano restituit Gronouius, qui pluribus illustrat L. 3. Obseru. c. 24. Item Græuius ad Iustin. L. 43. c. 1. Crenius part. IX. Animaduers. Philolog. p. 29. de: Præcinere. Broukhuf. ad Tibull. 1. 9. 4. p. 162 et Vorst. ad Iustin. L. 43. l. 8. Büñ.

m) Num ergo fallaces erant] Efficacius per interrogationem in Lipf. vetustiore ac ed. Rom. et Ald. efferruntur. Sequiores Lipsienses et Goth. Non ergo. Cell.

n) Num ergo] Ita habent fere omnes Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Iunt. Ald. Parrh. Crat. Paris. Gymn. Gryph. Thom. Torn. Isæus, Gall. Cant. Sparkius. Büñ.

o) longe alienum] Sic scripti in his Reimm. et Subl. Gryph. cum Thomasio et recentioribus. At Rost. Ven. vtraque 78. 93. 97. Iunt. Ald. Paris. Parrh. Crat. Gymn. alienum fuit. Videtur subornatum, nam præcedunt et sequuntur imperfecta tempora. Büñ.

p) correctores prauitatis] MS. Cant. et prima ed. Sublac. 1465. correptores. At amplius et aptius prius vocabulum ob sequens: prauitatis. Noÿo ad Lact. de Ira c. 15. 1. c. 17. n. 18: ad prauitatis correctionem. Docte Seneca L. 2. Clement. 7: Agricola boni non tantum rectas procerasque arbores colunt, sed illis quoque, quas

manæ. Præterea voluntas fingendi ac mentiendi eorum est, qui opes adpetunt, qui lucra desiderant, quæ res procul ab illis sanctis viris abfuit. Ita enim delegato sibi officio functi sunt, vt, derelictis omnibus ad tutelam vitæ necessariis, non modo in futurum, sed ne in diem quidem laborarent, contenti extemporalis cibo, quem Deus subministrasset: et hi non

aliqua deprauauit causa, adminicula, quibus regantur adplicant, in rectum praua stectantur. Bün.

q) *procul ab*] Rectius sic cum MSS. quam Sublac. Rost. Ven. 1471. 72-97. Pier. Parrh. Crat. Paris. Gymn. Gryph. Ald. *procul dubio*. Reimm. *procul ab illis fuit*. Bün.

r) *delegato sibi officio*] Quintil. Prooem. L. 6. Inst. princ. *necessitate officii delegati mihi*. Plin. L. 3. ep. 5: *ad delegatum sibi officium*. Conf. L. 5. ep. 15. extr. Bün.

s) *ad tutelam vitæ necessariis*] Tutela, heic alitura est, vt Plinius 2. epist. 17. n. 4: *Vilba vsibus capax, non sumtuosa tutela*. Sueton. Cæs. 68: *cum tenuiorum tutelam locupletiores in se contulissent*. de frumento et stipendio loquitur. Nec Verbum ab hac notione abhorret. Sueton. Aug. 49: *vt sumtus ad tuendos milites suppeteret*, id est alendos. Cell.

t) *ad tutelam vitæ*] marg. Reimm. *ad cautelam*. Minus caute. Vid. L. 7. Inst. 4. 10: *tutela eius* (conf. n. 9.) *atque vsibus data*. Seneca ad Helviam c. 9: *terra ea vix ad tutelam incolentium fertilis - quantum est, quod in tutelam homini necessarium sit*. et alibi. Conf. Græu. ad Cic. L. 1. off. c. 4. 3. Hoc sensu: *vitam tueri*, Lact. L. 3. 8. 18. et L. 4. 24. 13. Bün.

u) *non modo*] pro: *non modo non*. More veterum sæpe non omittitur, vbi sequitur: *ne quidem*. noto ad Epit. c. 32. Conf. Bosium et Græuium ad Cic. 4. Att. ep. 2. princ. Bün.

x) *in diem*] L. 3. 25. 12: *quibus in*

diem victus labore est querendus. Scite Quintil. 13. Declam. c. 17. p. 292. Burui. ed. *Apes non, vt fere volucres, non presentis modo cibi memores in diem viuunt: duratioribus hiemis reponitur cibus*. Bün.

y) *contenti*] Goth. *contempti*, quod idem. Sic sæpe in antiquis diplomatibus Mind. *temptare, attemptare*, pro *tentare, attentare*. Iterum membr. Goth. Lact. Opif. 1. 8: *predetemptim, pro pedetentim*. Cyrill. Glosf. αὐθιγῶς, *pedetemptim*, f. 404. 487. f. 508. Pari modo, *contemptio* pro: *contensio*, Græuio obseruata ad Cic. 3. Philipp. 3. Ita in Senec. 5. Controu. præf. p. 350. ed. Gron. *quam non contempta certa materia iustitia est*, et L. 4. Contr. c. 25. p. 302: *una nocte contemptus sum*, (i. e. *contentus*) habet Couarr. vetus pro more medii æui, vbi Schottus frustra accusat librarios erroris. Conf. Schulting ad Senec. Suafor. 1. p. 7. et cod. Nazar. teste Dukero ad Flor. III. c. 1. p. 481. Nic. Heinsius in MS. Thuani ad Prud. πειρὶ σεφῶν. v. 781: *fidæ contemptacula*, i. e. *contentacula* inuenit. Bün.

z) *extemporalis cibo*] Sublac. Ven. 1471. 1472. vtraque 1478. Rost. Paris. *temporalis cibo*. At etiam *lautissimus* *cibus temporalis* est: Ven. 1493. 1479. Parrh. *ex temporalis*, vocibus duabus. Tandem Ald. Gymn. Gryph. Thom. vna voce: *extemporalis*. Et sic MSS. Goth. et alii. Optime: *Cibus extemporalis est facile, subito, paruo, paratilis*. Bün.

a) non

non modo *quaestum nullum*^a habuerunt, sed etiam cruciatus atque mortem. Amara sunt enim vitiosis ac male viventi-⁷ bus *præcepta*^b iustitiæ. Itaque ii, quorum peccata et arguebantur, et prohibebantur, excruciatos eos acerbissime necaverunt^c. Ergo a quibus absuit studium lucri, absuit etiam voluntas et causa fallendi. Quid? quod aliqui eorum principes, aut etiam^d reges fuerunt, in quos cadere suspicio cupiditatis^e ac fraudis^f non potest^g: et tamen præconium Dei singularisⁱ, eadem, qua ceteri, divinatione fecerunt?

V. Sed omittamus sane testimonia prophetarum, ne minus idonea probatio videatur esse de his, quibus^{a, b} omnino non

a) *non modo quaestum nullum*] Sic rectus MSS. et Ald. Crat. Gymn. Thom. et sequentes; quam Sublac. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Rost. Pier. Parrh. Paris. *non modo quaestum vllum*. Ita *nihil* quidam libri, L. 5. 1. 11. item, *non*, L. 5. 13. 5. eiecerant. Bün.

b) *amara - præcepta*] L. 1. 1. 7. not. L. 4. 26. 20. L. 5. 9. 6 - 8. L. 7. 1. 22. Bün.

c) *peccata et arguebantur - necaverunt*] L. 4. 16. 5. c. 11. 3 - 12. L. 5. 21. 6. insolentissime Gothan. *acerbissime necau.* Recepta vox melior Cæsaris, et Ciceronis L. 4. Att. ep. 1. Bün.

d) *aut etiam*] Valet etiam h. l. *gar.* Epit. 33. 12. Lib. 6. 11. 23. de Ira 20. 8. Cic. 2. Off. 22. fin. Bün.

e) *cupiditatis*] h. l. *cupiditas* idem quod n. 7. *studium lucris*. Conf. n. 5. sine *avaritia*. noto ad L. 5. 6. L. Bün.

f) *ac fraudis*] Illud ac est in antiquioribus MSS. et fere omnibus edd. e. g. Sublac. Ven. 1471. 72. vtraque 1478 - 97. Rost. Bün.

g) *Suspicio cupiditatis ac fraudis non potest*] Editi *non potest*: MSS. *non potest*. Ordo verborum est Lips. I. nisi quod ille habet *acque etiam fraudis*: ceteri Lips. et *fraudis*: ed. Rom. ac *fraudis*, quod suavius. Cell.

b) *non potest*] Sic MSS. Bon. Tax. Vhr. Iun. Cauci Goth. Lips. Reimm. Isæus. Reliqui fere omnes: *non potest*. Bün.

i) *Dei singularis*] i. e. vnus, vnicus. Nihil frequentius Lactantio, quam *singularis*, pro: *vnus, vnicus*; Ciceronis more. L. 1. 3. 12. c. 6. 4. L. 2. 16. 20. c. 1. 2. et 5. L. 5. c. 1. 1. 14. 14. c. 21. 7. L. 6. 9. 2 - 15. L. 4. 12. 11. c. 26. 8. c. 29. 14. Epit. Taur. c. 3. 2. c. 4. 4. Bün.

a) *esse de his, quibus*] Ex MSS. *de*; *vulgarium est: ab his*. Cell.

b) *minus idonea probatio - de his*] Walchius *opime*, inquit, *scribimus ab his*. Heumannus legit: *esse his, a quibus omnino non creditur*, i. e. qui sunt filo Christiano *ἀπίστοι* et *ἄνιστοι*, adeoque *Prophetarum scripta contemnunt ac reiiciunt*. MSS. Angl. C. C. C. Reimm. Lips. 2. Subl. Ven. 1471 - 78. - 97. Rost. *de quibus his o. n. c.* Gymn. Iunt. Ald. Parrh. Crat. *quibus ab his*. Paris. 1513: *quibus his*. Antiquisf. Bon. et Taxaq. teste Isæo, item codex optimæ notæ Io. Cauci; Iun. et Gothan. *minus idonea probatio - de his, quibus*. Hæc lectio est verissima. Lactantio DE sæpe pro EX ponitur. Apertum est, eum nolle EX prophetis probare, siue testimonia proferre; quia illis gentiles non credant. Hinc omisiss sanctis testimoniis, profana proferet n. 2: *EX his*, inquit, *probemus*.

2 non creditur. Veniamus ad auctores, et eos ipsos ad veri probationem testes citemus, quibus contra nos uti solent: poetas dico, ac philosophos. ex his vnum Deum probemus necesse est: non quod illi habuerint cognitam veritatem; sed quod veritatis ipsius tanta vis est, ut nemo possit esse tam. cæcus, qui non videat ingentem se oculis diuinam claritatem^c. Poetæ^d igitur, quamuis deos carminibus ornauerint, et eorum res gestas amplificauerint summis laudibus, sapissime tamen confitentur, spiritu, vel mente vna contineri regique omnia.

4 Orpheus^e, qui est vetustissimus^f poetarum, et æqualis ipsorum deorum, (siquidem traditur inter Argonautas^g cum Tyndaridis^h et Hercule nauigasse,) Deum verum et magnum *πρωτόγονον*, primogenitumⁱ adpellat; quod ante ipsum nihil sit geni-

mus. DE vero pro EX posuit L. 1. 6. 6: *Supereſt DE reſponſis teſtimonia proferre.* L. 5. 14. 2: *quod ego et diuinis et humanis teſtimoniis confirmare poſſum. Sed nihil fortasſe apud iſtos agemus, (i. e. ut h. l. his omnino non credent) niſi eos DE ſuis doceamus auctoriſibus.* L. 5. 19. 15: *quum deorum progeniem -- interitus et ſepulcra DE libris nouerint.* L. 5. 9. 1: *DE ſuis moribus meritisque coniectant.* Add. ibid. n. 15. n. 18. et n. 25. L. 6. 14. 2. L. 7. 25. 4. Op. 10. 11. L. 5. 22. 1. collaton. 2. DE ſingulis - EX vna. L. 2. 5. 42: *DE quibus domus conſtat.* Szpe L. 2. 10. 5-7-12-16. Epit. 70. 7. coll. L. 7. 25. 5. De Opif. c. 11. 13: *faciatque DE loquentibus multos.* Omitto plura ex noſtro. Etiam Minucius Fel. c. 7. n. 2: *Speſta DE libris memoria.* Ipſe Cicero L. 1. de Orat. 59: *iuris utilitas - vel a perisis vel de libris depromi poteſt.* Ut h. l. Lactantius: *quibus, i. e. teſtimoniis Prophetarum non creditur.* Sic de Ira 22. 3. 115. (teſtimoniis Proph.) *non credunt iſti, qui ſapientiam capillis et habitu iactant, i. e. philoſophi.* Bün.

c) *ingentem - claritatem*] Refert Minuc. 17. 3: *ignorare noc fas, nec li-*

cer ingentem ſeſe oculis et ſenſibus caeleſtem claritatem. Ad rem conf. 2. 1. 7. L. 3. 1. 5. Goth. *diuinitatis claritatem*, minus hic aptum. Seneca 1. Ira c. 16: *etiã ſi ingeritur oculis veritas.* Bün.

d) *Poeta*] Ex his plena manu Lubinus in præf. ad Iuuenalem et Pfaner. Theol. Gentil. art. de Deo. et Galluz ex Schedio. Bün.

e) *Orpheus*] Alios verſus Orpheï de Deo ſingulari laudat Iuſtinus Mart. ad Græcos Cohort. §. 15. p. 76. 77. ed. Oxon. Bün.

f) *qui eſt vetuſtiſſimus*] MSS. Bon. Tax. Iun. Vltr. Lipſ. tres, Goth. Reimm. Ven. 1493. 1497. *Iſæus et quedam aliz: qui eſt vetuſtiſſimus.* re-ctè. Bün.

g) *inter Argonautas*] Notum, eos in Argo naui nauigaſſe Colchos. Aliquot edd. Fabri Theſauri et h. l. Walchius ediderunt: *Colchon profecti ſunt*; qua auctoriſtate, non liquet. Bün.

h) *cum Tyndaridis*] Caſtore et Polluce, Tyndari filiis. Cell.

i) *primogenitum*] Vtrum Lactantius an glosſa addiderit, incertum. Ipſe iterum n. 7. L. 4. 6. 2. c. 26. 38.

Vox

genitum, sed ab ipso sunt cuncta generata: eundem etiam *Φάνητα*^{i-k} nominat; quod, quum adhuc nihil esset, primus ex Infinito adparuerit et exstiterit. Cuius originem, atque naturam, quia concipere animo^l non poterat, ex aere immenso natum esse dixit: *πρωτόγονος Φαεθων περιμήκεος ήερος υίος*^m. Aliud enim amplius, quod diceret, non habebat. Hunc⁶ ait esse omnium deorum parentem, quorum causa cælum condiderit, liberisque prospexerit, ut haberent habitaculum, sedemque communem: *ἐκίτισενⁿ ἀθανάτοις δόμον ἀφθιτον*. Natura igitur et ratione ducente, intellexit esse præstantissimam potentiam, cæli ac terræ conditricem. Non poterat⁷ enim dicere Iouem esse principem rerum, qui erat Saturno genitus; neque Saturnum ipsum, qui cælo natus^o ferebatur: Cælum autem tamquam deum primum constituere non audebat; quod videbat, esse elementum^p mundi, quod ipsum egue-

rit

Vox fere ecclesiastica, quam quoque in antiquioribus, quam Cell. in Curis p. 279. legi, sc. Cyr. 2. adu. Iudæos p. et Tertull. Apolog. c. 21. et alibi. Bün.

i) eundem etiam *Φάνητα* nominat] Macrobius Lib. I. Saturnal. cap. 17. Soli hoc nominis attribuit: *Phaneta*, inquit, appellans ἀπὸ τῆ Φαλθεν. Et cap. 18. quando cum aliis hunc versum Orphei produxerat:

*Οὐ δὴ νῦν καλέεσσι Φάνητά
τε καὶ διόνυσον,

subdit: *Phaneta dixit Solem ἀπὸ τῆ Φωτὸς καὶ Φανερεῖ*, id est, a lumine atque illuminatione. Laudantius autem in eo est, ut antiquius et maius numen probet hoc nomine a poeta signari. Cell.

k) *Φάνητα*] Lips. 2d. infarcit: eundem etiam adparentem nominat. Ven. 1493. 97. id est illuminatorem. Athenagoras pro Christianis p. 72. Versus Orphei de Phanete produxit

et addit, credi τὸν Φάνητα Θεὸν ὄν] *πρωτόγονον*. Omitto absurdas glossas codicum Lips. et Goth. De *Phanete* docte pro more suo PAULLEOPARDVS L. 12. Emend. c. 2. Bün. l) concipere animo] Goth. *conspicere animo*. Nihil muto. vid. c. 3. 13. Bün. m) *πρωτόγονος - υίος*] Addit Goth. versionem: *Principio genitus - longo vel immenso aere natus*. Conf. Vosf. Theol. Gent. L. 8. c. 3. Bün.

n) *ἐκίτισεν*] vers. Goth. *condidit immortalibus domum incorruptibilem*, quæ et Lips. 2d. sine græcis habet. Bün.

o) *Saturno genitus - calo natus*] c. 11. 27-55. sqq. Reimm. a *Saturno genitus*. Bün.

p) *elementum*] h. l. significat *partem principalem*. Sæpe ita: L. 1. 11. 50: *Saturnus ex coisu tantorum elementorum genitus*, et n. 54. c. 12. 13. L. 2. 13. 12. L. 4. 18. 12 quam (crucem) *mundi tota elementa laxerunt*. Conf. de Ira 2.

4. In

rit auctore. Hæc eum ratio perduxit ad illam deum primo-
 8 genitum, cui assignat et tribuit principatum. Homerus
 nihil nobis dare potuit, quod pertineat ad veritatem, qui hu-
 mana potius, quam diuina conscripsit: potuit Hesiodus, qui
 deorum generationem vnius libri opere complexus est. Sed
 tamen nihil dedit, non a deo conditore sumens exordium, sed
 a chaos, quod est rudis, inordinataque materiæ confusa con-
 9 geries: quum explanare ante debuerit, chaos ipsum vnde,
 quando, quomodo esse, aut constare cœpisset. Nimirum
 sicut ab aliquo artifice disposita, ordinata, effecta sunt omnia:
 sic ipsam materiam fictam esse ab aliquo necesse est. Quis
 igitur hanc, nisi Deus, fecerit? cuius potestati subiacent
 10 omnia. Sed refugit hoc ille; dum horret incognitam veri-
 tatem. Non enim Musarum instinctu, sicut videri volebat,
 in Helicone carmen illud effudit; sed meditatus venerat et pa-
 11 ratus. Nostorum primus Maro non longe fuit a veri-
 tate

4. In Epit. 26. 1. *elementa mundi vocat calum, solem, lunam.* Reimm. hoc ordine: quod elementum videbat esse mundi. Non infcite. Bün.

q) *Homerus nihil dare potuit* Immo, inquit Isæus, potuit et prestavit, nam Cyrillus contra Iulianum Homerum unum Deum adseruisse demonstrat. Bün.

r) *a chaos*] Hesiodus Theogon. v. 116.

"Ἡταί μὲν πρῶτισα χάος γέ-
 νετο. Cell.

s) *a chaos*] L. 2. 8. 8. id refutat. Conf. Grotium de Verit. Rel. Christ. 1. §. 16. hæc docte illustrantem. Bün.

t) *debuerit, chaos*] malui comma cum recentioribus post: *debuerit, po-
 nere.* Bün.

u) *explanare ante debuerit chaos ipsum, vnde*] Alii post *debuerit*, inci-
 dunt: nos cum Goth. et ed. Rom. post
 sum. Cell.

x) *materiam fictam esse*] Gothan. *fictam*: I. ips. aliique *fictam.* Bene.

nam *fictio* materiæ est et materialium. Cell.

y) *materiam fictam*] Lipf. 3. Goth., Reimm. *fictam*, quia sequitur: *quis hanc fecerit.* Lipf. 2. *fictum vel factum.* vnum ex glossa. Conf. Lib. 6. 10. 19. not. Reimm. MS. *quis i. h. n. d. fecit?* Bün.

z) *sicut videri volebat*] respicit Theogoniz v. 22-35. Bün.

a) *effudit*] *Effundere et meditatus* eleganter opponuntur. Priori respondet alibi illud SVBITO (i. e. ex tempore) Cic. 1. de orat. 33: *etsi utile est, etiam subito sepe dicere, tamen illud vitiosum, sumto spatio ad cogitandum paratius atque accuratius dicere etc.* Bün.

b) *meditatus venerat* (= *paratus*) L. 3. 9. 5: *puro effudisse hoc*, (non opus cum Heumanno corrigere: *effudit se*) quod - commentatum et meditatum habere debuit. Sæpe Cicero L. 1. in Verr. c. 40. L. 2. in Verr. c. 6, et pro Publ. Quint. c. 11: *quum paratus meditatusque venisset*, L. 1. Leg. c. 4: *paratus et meditatus accedo.* Add. L. 1. off. 8. fin. Te-

care: cuius de summo Deo, quem mentem ac spiritum^{d. e} nominavit, hæc verba sunt f:

Principio calum, ac terras, camposque liquentes,

Lucentemque globum luna, Titaniaque astra

Spiritus intus alit: totamque infusa & per artus

Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.

Ac ne quis forte ignoraret^{h. i}, quisnam esset ille spiritus, qui tantum haberet potestatis, declaravit alio loco^k, dicens:

Deum namque ire per omnes

Terrasque, tractusque maris, calumque profundum.

Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,

Quemque sibi tenuis nascentem arcescere vitas.

Ovidius quoque in principio præclari operis sine vlla nominis dissimulatione a Deo, quem fabricatorem mundi, quem rerum opificem vocat, mundum fatetur instructum. Quod

si vel Orpheus, vel hi nostri, quæ natura ducente^{l. m} femserunt, in perpetuum defendissent; eandem, quam nos sequimur, doctrinam, comprehensa veritate, tenuissent. Sed hæctenus 15 de

Terent. Andr. II. 4. 3. *Venit meditans.* Bün.

c) *non longe fuit a veritate*] Ita Reimm. et plerique scripti et editi antiqui Goth. *non longe absuit a ver.* Receptam vindicavi ex ipso Gothano, L. 3. 8. 13: *ab hac vanitate non longe fuit.* Add. Burmann. ad Quintil. Proem. L. 8. Instit. p. 657. *ut, qui diligentissimi artium scriptores exsisterunt, ab eloquentia longissime fuerint.* Bün.

d) *quem mentem ac spiritum*] hoc ordine in MSS. Lipsiensibus. Cell.

e) *mentem ac spiritum*] Sic Goth. convenientius ordini verborum Virgilio MSS. Bonon. Lips. ad Thomaf. et plerique omnes edd. *spiritum ac mentem.* Immo ipse Laet. in Epit. c. 3: *Mens modo spiritum, modo mentem occupat.* Minucius tamen, quem Lactantius ubique hic sequitur, producto eodem Virgilio loco ex 6. Aen. 724. addit. *Libem (Mens) alioloco men-*

sem istam et spiritum deum nominat. Bün.

f) *cuius - hæc verba sunt*] Aenid. 6, a v. 724. Cell.

g) *infusa mens*] refutat L. 7. 3. 1 - 6. sqq. Bün.

h) *Ac ne quis forte ignoraret*] Goth. ita: *ceteri ignoret.* Cell.

i) *ignoraret*] Sic Bon. Vlter. Goth. Ven. 1471. 72. et requirunt imperfectum sequentia: *esses - haberet,* unde non est, quod ignoret adeo Heumanno; probetur. Bün.

k) *declaravit alio loco*] Georg. 4. v. 221. Cell.

l) *qua natura ducente*] Goth. et Emman. *docente,* sed Lips. *ducente;* et supra num. 6. *natura ducente.* Cell.

m) *natura ducente*] Habent *ducente* Bon. Tax. Lips. Reimm. Subl. Ven. 1471 - 1497. Iunt. Ald. Paris. 1513. Gynn. Immo ipse Cicero, ex quo citat Laet. 5. 16. 3. et Epit. 56. 2. Bün.

*) 028

de poetis: ad philosophos veniamus, quorum grauior est auctoritas, certiusque iudicium: quia non rebus commentitiis, sed inuestigandæ veritati studuisse, creduntur. Thales Milesius, qui vnus e septem sapientum numero fuit, quique primus omnium quæsisse de causis naturalibus traditur, aquam esse dixit, ex qua ^r nata sint ^o omnia; Deum autem esse mentem, qui ex aqua cuncta formauerit. Ita materiam rerum ^p posuit in humore; principium causamque nascendi constituit ^r in Deo. Pythagoras ita definiuit ^r, quid esset Deus: Animus, per ^r vniuersas mundi partes, omnemque naturam commens atque diffusus ^r, ex quo omnia, quæ nascuntur, animalia vitam capiunt. Anaxagoras ^r Deum esse dixit infinitam mentem, quæ per seipsam moueatur. Antisthenes ^r multos quidem esse populares deos, vnum tamen naturalem, id

^r) ex qua nata sunt omnia] Sonantius ex qua, quod in scriptis Lips. et Goth. est, quam a qua, editorum. Quid? unde hæc pleraque de philosophis hausta sunt, M. Tullius Acad. Quæst. 4. c. 37: *Thales ex aqua dixit constare omnia.* Cell.

ⁿ) ex qua] Ita rectissime Bon. Tax. Pen. Iun. Cau. Lips. Reimm. Goth. Guelph. At perperam ed. Ven. 1471-97. etiam Rost. 476. *aqua*, (lapsus Heumannus, qui ex (Rost.) 1476. ex qua citauit) Ipse Lactantius L. 2. 9. 18. *Heracletus ex igne nata esse omnia, dixit Thales Milesius ex aqua.* Hic dignus lectu Plutarchus de Placit. Philos. L. 1. c. 3. Bün.

^o) nata sint] Prauum illud sunt est in plerisque. Recte Reimm. Rost. et vtraque 1478. *nata sint*, protinus sequitur: *formauerit.* Bün.

^p) Ita materiam rerum] Laudati codd. et Angl. *rerum*: impressi, *omnium*: Mox iidem, *constituit in Deo*: vbi hi *posuit*, inuitis auribus, repetunt. Cell.

^q) constituit] Sic Bon. Iun. Tax. Lips. rectius quam Goth. *posuit*, quod vix antecessit. Bün.

^r) Pythagoras ita definiuit] apud Ciceronem de Nat. Deor. Lib. 1. cap. 11. Cell.

^s) definiuit] Hic et n. 23. Reimm. et antiquæ edd. *diffiniuit*, quæ scriptura pro meliori *definiuit*, per frequens in antiquis libris. Sic variant L. 5. 14. 11. Vid. Grabium ad Irenzi L. 2. c. 22. f. 147. (h) et Schulting. ad Senec. L. 1. Controu. præf. p. 62. Bün.

^t) Animus, per] Reimm. Goth. et Lips. tert. *Animus, per.* eiecto: qui. Recte abest quoque a Minucio Fel. c. 19. 7. Conf. Cic. 1. Nat. D. c. 11. et Iustin. Mart. ad Græc. §. 18. p. 84. 85. Bün.

^u) diffusus] Vid. L. 7. 3. 1-11. not. Bün.

^x) Anaxagoras] Cicero dicto de N. D. Lib. 1. cap. 10. *Anaxagoras omnium rerum descriptionem et modum mentis infinita vi ac ratione designari et confici voluit.* Cell.

^y) Antisthenes multos quidem esse populares deos] apud eundem de N. D. Lib. 1. c. 13. Cell.

^z) Antisthenes] Laët. Ira. 11. 14. et Tertull. 2. Nat. 1. Haussit Lactantius ex Cic. 1. N. D. 13. Bün.

a) Cle-

id est, summæ totius artificem. Cleanthes et Anaximenes^a 19 æthera dicunt esse summum Deum, cui opinioni poeta noster adfensit^b:

*Tum pater omnipotens secundis imbribus æther
Coniugis in gremium lata descendit, et omnes
Magnus alit magno permistos corpore fetus.*

Chrysiippus naturalem vim^c diuina ratione præditam, interdum diuinam necessitatem^d, deum nuncupat. Item Zenon diuinam naturalemque^e legem. Horum omnium sententia,²¹ quamuis sit incerta, eodem tamen spectat, vt prouidentiam vnã esse consentiant, siue enim natura, siue æther, siue ratio, siue mens, siue fatalis necessitas, siue diuina lex, siue quid aliud dixeris; idem est, quod a nobis dicitur deus. nec obstat adpellationum diuersitas^f; quum ipsa significatione ad vnum omnia reuoluantur. Aristoteles, quamuis secum ipse dissi-²² deat^g, ac repugnantia sibi et dicat et sentiat; in summum^h tamen vnã mentemⁱ mundo præesse testatur. Plato^k, qui²³ omnium sapientissimus iudicatur, monarchiam plane aperteque defendit, nec æthera, aut rationem, aut naturam, sed, vt est, Deum

a) Cleanthes et Anaximenes] Ibidem cap. 14: Cleanthes vndique circumfusum, et extremum omnia cingentem atque complexum ardorem, qui æther nominatur, certissimum deum indicat. Et eodem libro cap. 10: Anaximenes aera deum esse statuit. Cell.

b) poeta noster adfensit] Georgicor. lib. 2. v. 325. Cell.

c) Chrysiippus naturalem vim] Cicero sæpe dicto Lib. 1. de N. D. c. 15: Chrysiippus legis perpetuae et aeternae vim louem dicit esse, eandemque fatalem necessitatem adpellat. Cell.

d) diuinam necessitatem] noto ad Laët. 7. 5. 18. add. Spanhem. ad Calim. Del. 122. p. 418. lq. Büñ.

e) Zenon diuinam naturalemque] apud eundem d. 1. cap. 14. Cell.

f) nec obstat adpellationum diuersitas] L. 4. 9. 2-3. Eandem Stoico-

rum variationem in adpellando Deo vno obseruauit Athenagoras pro Christianis p. 28. Büñ.

g) secum dissidet] Lips. 2d. secum dissidet, quod idem in MSS. dicitur eleganter dissidere cum quo. vid. not. 1. 18. Vindicauit Vorst. et Torrenius Valerio Max. L. 1. c. 6. p. 50. Adde sis meum Indicem Selectæ Latin. ad Castell. Verf. Cod. S. p. 62. Büñ.

h) in summum] Sic omnes libri raro dictum. Hinc glossa Lips. tert. in summum vel finaliser. In Reimm. correctum: in summa. Büñ.

i) vnã mentem] Aristotelem, inquit Isæus ex c. 2. de Generatione, ex 12. diuinorum, ex 7. de mundo vnum Deum sensisse constat. Büñ.

k) Plato] In Parmenide Timæi, Phædone, Legibus, Republ. videndus est Besarion Cardin. Libro adu. calumnias Platonis. Iæus.

Deum nominat: ab eo mundum hunc perfectum atque mirabilem esse fabricatum.

24 Quem Cicero secutus atque imitatus in plurimis, Deum frequenter confitetur, ac supremum vocat in iis libris, quos de legibus scripsit: ab eoque regi mundum argumentatur, quum disputat de natura deorum, hoc modo: *nihil est praestantius Deo: ab eo igitur mundum regi necesse est. Nulli igitur est natura obediens, aut subiectus Deus et*

25 *omnem ergo regit ipse naturam*^l. Quid autem sit Deus, in Consolatione definit^m: *Nec vero Deus ipse, qui intelligitur a nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quadam et libera, segregata ab omni concretionem mortali, omnia sentiens, et mo-*

26 *uens*ⁿ. Annæus quoque Seneca, qui ex Romanis vel acerrimus Stoicus fuit, quam saepe summum Deum merita laude profequitur! Nam quum de immatura morte disereret: *non intelligis, inquit, auctoritatem ac maiestatem^q iudicis tui, rectoris orbis terrarum calique, et deorum omnium Dei^r, a quo ista numina, quae singula adoramus, et colimus, suspensa sunt:*

27 *Item in Exhortationibus: Hic, quum prima fundamenta molis pulcherrima iaceret; et hoc ordiretur^s, quo neque maius quidquam nouit natura, nec melius; ut omnia sub ducibus suis irent, quamuis ipse per totum se corpus intenderat, ta-*

28 *men ministros regni sui Deus genuit*^t. Et quam multa alia

l) *Nihil est praestantius --- naturam*] Haec singula sunt ipsa Ciceronis verba ex L. 2. Nat. D. c. 30. vnde diuersis typis excudi iussimus. Bün.

m) *in consolatione definit*] Perit liber Ciceronis Consolatio: quae vero verba sequuntur: *Nec vero Deus ipse, --- vsque sentiens et mouens, ipse Cicero ex sua Consolatione repetiit Lib. I. Tuscul. cap. 27. Cell.*

n) *et mouens*] Rost. Ven. vtraque 1478-97. Iunt. Ald. Parrh. Crat. Tornæs. et omnia mouens, quod Heuman. probat. Absent omnia a MSS. et Cicerone i. Tusc. cap. 27. Bün.

o) *quum de immatura morte disereret*] Non est superstes liber huius nominis, a Seneca confectus: neque qui

mox laudatur, de Exhortationibus. An ergo argumenti ex alio libro significatio? ne sic quidem certum, vnde deprompta verba sint. Cell.

p) *de immatura morte*] not. L. 3. 12. 11. Bün.

q) *auctoritatem ac maiestatem*] Constanter ita in MSS. et antiquis impressis legitur: in posteriores irrepsit auctorem ac maiestatem. Cell.

r) *deorum omnium Dei*] Lipf. Goth. et Rom. Deum, quod cum rectoris minus coheret. Cell.

s) *ordiretur*] Sic plerique. Goth. ordiret. Conf. Vosf. Analog. L. 3. c. 6. p. 31. et Vechner. Hellenolox. I. c. 9. exorsa, pass. ed. Heusinger. p. 110. Bün.

t) *Deus genuit*] Illustrat Crenius part.

alia* de Deo nostris familia locutus est, quæ nunc differo, quod aliis locis opportuniora sunt. Nunc satis est demonstrare*, summo ingenio viros attigisse veritatem, ac pæne tenuisse; nisi eos retrorsum infatuata 7^a pravis opinionibus consuetudo rapuisset, quæ et deos alios esse opinabantur, et ea, quæ in vsum hominis Deus fecit, tamquam sensu prædita essent, pro diis habenda et colenda credebant.

VI. Nunc

part. IX. animadu. p. 30. sqq. Credidi, omnino in Lactantio hic corrigendum fuisse DEVS *genus*. Ita suadent verba L. 1. 7. 5. vbi ad h. l. provocat: *genus*se regni sui ministros DEVM. In editis erat: *deos genus*. Bün.

26) *Et quam multa alia*] Sic plerique. Emman. MS. *et multa alia*. Laur. Vallz L. 1. eleg. 17. Lactantius mirus latine dixit: *quam multa*. Caue, codicem Emman. et Vallam hic audias. Hæc verba cohzrent cum illis n. 26: *Quam sepe summum Deum merita laude prosequitur*, (subiectis verbis Senecæ continuat) *et quam multa alia --- locutus est*. Et si vero illa non cohzrent, tamen *quam multa*, quod omnes veteres edd. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. etc. habent, valent: *valde multa*. Cic. 4. in Verr. c. 25: *Sunt vestri indices quam multi, quasi Pisonem cognouerunt*. (Gronovius ad Gell. L. 3. c. 10. *aliquam multi*; volebat forsan Lambini auctoritate, quod Gronovius repudiavit.) L. 3. in Verr. c. 83: *fecerunt alii alia quam multa*. 2 Phil. 27. Cælius ad Cicer. L. 8. ep. 15. 5: *habeo quam multa*. Sueton. in Claud. 20. pr. *Opera quam multa perfecit*. vbi consulendi Casaub. et Grævius. Miruc. Fel. c. 24: *ridenda quam multa, multa etiam miseranda*. Ipse Lactantius L. 2. 16. 21. et Epitom. 21. Ad not. mens ad L. 6. 17. 13. vbi nonnulli: *licet quous concitavit*. Bün. Plura alia contra Vallam collegit Io. De Spontis in raris Commentariis

Grammat. Paris ap. Rob. Steph. 1537. f. 257. Sic interpret antiquus Irenzi L. 1. f. 37. ed. Grabii illa: *περιλυπος εστι η ψυχη μας*, recte vertit: *quam tristis est anima*. At perperam editores exclamandi signum adiecerunt. Bün.

x) *demonstrare*] Codex P. Iunii: *demonstrasse*, apud Crenium part. IX. Animadu. p. 34. Bün.

y) *ac pæne tenuisse; nisi eos retrorsum infatuata*] Ex optimis membranis Gronovius maior, felicissimus purgator librorum, restituit Obseru. in Eccl. Script. c. 17. cum antea etiam meliores libri *infucata pravis opinionibus*, alii *fucata* præ se ferrent. *Pæne* quoque idem dedit, quod in Lips. etiam scriptis est, et Romæ ante CCXX. amplius annos edito: vbi vulgatum aliis erat *prope*. Cell.

z) *infatuata*] Ita Cellarius ex membr. Gronovii recepit, idemque operose l. c. defendit Gronovius. Bon. Ald. Crat. Gymn. Tornæs. *fucata*. Pen. Tax. Cauc. Vltr. Iun. Reimm. Lips. 1. et 3. Goth. Anglic. Sparkii, Sublac. 1465. Rost. Ven. 1471-97. Paris. 1513. Parrh. Pier. *infucata*. Verbo: *infatuare*, nullibi, *fucare* sepe et eleganter vñus est Lactantius, L. 3. 1. 3: *veritas - satis ornata per se est, ideoque ornamentis extrinsecus additis fucata corrumpitur; mendacium - aliunde ornatum questio circumlitum - ac politum*. L. 3. 25. 14: *in rebus - exquisito sermone fucatis*. L. 2. 10. 13: *veritas fucata mendacio est*. Quid nostro loco: pra-

VI. Nunc ad diuina testimonia transeamus^a. sed prius vnum proferam, quod est simile diuino et ob nimiam veritatem, et quod is, quem nominabo, ex hominibus in deos^{b. c} relatus est. Apud Ciceronem C. Cotta^d pontifex disputans contra Stoicos de religionibus, et de varietate opinionum, quæ solent esse de diis, ut more Academicorum omnia faceret incerta, quinque fuisse Mercurios ait, et enumeratis per ordinem quatuor, quintum fuisse eum, a quo occisus sit Argus: ob eamque causam in Aegyptum profugisse, atque Aegyptiis leges ac literas tradidisse. Hunc Aegyptii Thoth^{e. f} adpellant: a quo apud eos primus anni sui mensis, id

prauis opinionibus infucata consuetudo eos rapuit, aliud, quam L. 2. 2. 16: IMPERFECTI sunt persuasione, ac mentes eorum penitus succum (al. FVCVM) stultitiae perbiberunt. Heumanno quoque alterutrum excrucare, infucare placet. Vini inueteratis huius consuetudinis docte demonstrauit Korthold. in Pagano Obtrectatore L. 1. c. 5. n. 8. p. 80 - 85. Posset hic forte legere: SVSCEPTA prauis opinionibus consuetudo, ut de eadem re Lactantius ex Cicerone L. 1. 15. 5: Suscepit consuetudo; aut propius eodem sensu: INDUCTA, i. e. introducta. Bün.

a) transeamus] Emman. et M. C. C. C. redeamus. Quoniam, inquit Sparkius, fortasse prius usus fuerit prophetarum testimoniis. Male, ut ex serie patet, Sparkius censuit, immo ex c. 5. 1: scire potuit, Lactantium consulto testimonia prophetarum omisisse. Transeamus, redum. Bün.

b) ex hominibus in deos] Tres Lips. in deos: alii inter deos. Cell.

c) in deos] Sic Reinm. Goth. Lips. tres, Vltr. Tax. Iun. Bon. elegantius quam Sublac. Ven. 1471-97. etiam Rost. 1476. (secus ac Heumannus. vult): inter deos. Idem merito in defendit. In deos referre Arnobio

L. 6. p. 201. dicitur in ordinem calicum referre et consum. De eodem vero Mercurio iterum constanti collectione Lact. L. 7. 13. 4: quamuis in deos relatus Mercurii nomine ab Aegyptiis honoretur. Ipse Cicero L. 3. N. D. c. 20: referre in deos. et iam Lib. 1. N. D. 13. Bün.

d) Apud Ciceronem C. Cotta] de Nat. Deor. III. 22. Cell.

e) Hunc Aegyptii Thoth] Et hoc adiecit d. l. Tullius, Eusebius Præpar. Euang. I. 9. ex Sanchuniathone, quem Philo Byblius descripsit; ὃν Αἰγύπτιοι μὲν ἐκάλεσαν Θωθ, Ἀλεξανδρεῖς δὲ Θωθ, Ἑρμῆν δὲ Ἕλληες μετέφρασαν: quem, inquit, Aegyptii Thoths, Alexandrini Thoth nominarunt, Græci Ἑρμῆν, hoc est, Mercurium reddiderunt. Sed mire variant tam Ciceronis, quam Lactantii in hoc nomine libri. Cell.

f) Thoth] Vitiose Ven. 1471. 72. utraque 1478. πνευγνα. In Rost. est vacuum. Refert Huetius in Demonstr. Euang. p. 132. codicem MS. Lips. Paulinum pro Thoth legere Mosen. certe in Lips. tert. legitur Moysin. de quo etiam explicat p. m.

id est, September*, nomen accepit. Idem oppidum condidit, quod etiam nunc Græce vocatur ἐρμόπολις: et Pheneatez* colunt* eum religiose. Qui tamen si homo, fuit tamen antiquissimus et instructissimus¹ omni genere doctrinæ, adeo,

u6. 177. ep. 84. et 85. de Thoth. Conf. Vosf. Idololatr. Gent. L. 1. c. 37. et Bochart. Geogr. S. part. poster. L. 1. c. 42. p. 735. cum Huetio non facit Buddeus in Analectis Hist. Philos. p. 57. Bün.

*) a quo - September] Antholog. Græc. L. 1. c. 91. epigr. 1. p. 256: Thoth, i. e. Septembrem, primum Aegyptiorum mensium facit quoque Rhabamus Abb. Fuld. in computo anno 820. scripto L. 1. c. 30. in Bahuz. T. 1. Miscell. p. 26. Add. Plutarch. in Romulo f. 24. et Harduin. ad Plin. L. 6. f. 26. emendand. n. 87. p. 765. Lalamantius de Exterarum Gentium - anni ratione p. 29. ed. Crispin. 1571. 8. putat, Lactantium Galium fuisse et auctorem Epigramm. Gr. vbi putarunt, Thoth Romanorum Septembri respondere, quia vegum fuerit mensis Thoth initium, sed addit: nisi forte vtrumque sui temporis rationem habuisse, aut ordinem etiam singulorum mensium Aegyptiacorum exponere voluisse etc. - dicas. Lege omnino I. A. Fabricii Menologium et citatos p. 27. et Phil. Muncherum de Intercolatione. Bün.

*) Græce vocatur Mercurii ciuitas] Ptolemeo Lib. 4. cap. 5. est ἐρμόπολις ἀπὸ δυσμῶν τῆς ἡμετέρας μετόχει. Ἐρμόπολις ἡμετέρας, metropolis ab occasu ἡμῶν μετόχει. Mercurii ciuitas ἡμετέρας. Hinc tam ibi, quam apud ἡμῶν ἡμετέρας est. Hermopolites nomos ἡμετέρας. Ceterum Lips. & Goth. et Rom. Mercurii ciuitas: vulgari ἐρμόπολις. Cell.

h) et Pheneate] Hoc nomen d. I. apud Ciceronem est. Lactantii MSS. Angl. Goth. Lips. 1. Feniase: Lips. alter Fenices, corrupte: longius recedit vulgatorum Saira. At Φεναίται Pausanix in Arcadia sunt, et ab oppido Pheneo, quod in Arcadia fuit, nominantur. Cell.

i) Pheneate] Sic MSS. Vltr. Cauci; et Lips. tert. Goth. vero: Feniase. Reimm. Foemate. Rost. Ven. 1471-78. faemate. Ven. 1493. 97. Pier. prope ad verum: Phamata. Pausanias in Arcad. f. 629. Θεων δε τιμωσιν Ἐρμην Φεναίται μάλισσα. Add. reliqua. De Pheneo oppido Arcadiæ Spanhem. ad Callimach. Delum. v. 71. p. 370. Laur. Vallan et Ecb. Hesium, locum οἱ Φενοι] ἐνεμον]ο, lepido errore vertisse: qui Phenoonta incolunt, obseruauit P. Leopard. L. 4. Emend. c. 7. Bün.

k) colunt] Reimm. et seruant et colunt. Cant. Iun. Cauc. seruant et colunt. Bün.

l) Qui tamen si homo, fuit tamen antiquissimus et instructissimus] Sic Vltr. Lips. 1. Iun. Pen. Tax. at Goth. qui est homo fuit, antiquissimus tamen et instructissimus. Lips. 2: qui tamen si (vitiolse pro: tamen si, aut tamen et si) homo fuit, antiquissimus tamen. Rost. et vtraque Ven. 1478: qui tamen si homo fuerit, antiquissimus tamen. Reimm. qui tamen si homo fuit antiquissimus, tamen. In Tornæz. et Walchii edd. comma post antiquissimus, peruertit sensum. Bün.

adeo, vt ei multarum rerum et artium scientia^m Trismegistoⁿ cognomen imponeret. Hic scripsit libros, et quidem multos, ad cognitionem diuinarum rerum pertinentes, in quibus maiestatem summi ac singularis Dei adserit, iisdemque^o nominibus adpellat, quibus nos, Deum, et patrem, ac, ne quis nomen eius requireret, *ἀνώνυμον* esse dixit; eo quod nominis proprietate non egeat^p, ob ipsam scilicet vnitatem. Ipsius hæc verba sunt: *ὁ δὲ θεὸς ἑῖς, εἷς, ὁ δὲ εἷς ὀνόματος*
 5 *ὁ προσδέεται ἑσὶ γὰρ ὁ ὢν ἀνώνυμος.* Deo igitur nomen non est; quia solus est: nec opus est^r proprio vocabulo, nisi quum discrimen exigit multitudo, vt vnamquamque^r personam sua nota et adpellatione designes. Deo autem, quia semper vnus
 6 est, proprium nomen est DEVS. Superest de responsis^r carminibusque sacris testimonia, quæ sunt multo certiora, proferre^r. Nam fortasse ii, contra quos agimus, nec poetis putent

m) multarum rerum etc.] de Ira c. 11. 12. falli Lactantium ostendit Huet. Demonstr. Fuang. Prop. III. n. 128. Conf. Fabric. Bibl. Gr. c. VII-XII. Bün.

n) Trismegisto] Ven. 1493. et 1497: Trismegisti. at elegantius scripti et antiquæ Ven. 1471-78. et Roff. Trismegisto. notò L. I. c. 11. 31. cui cognomen Agasilao fuit. Bün.

o) iisdem] Vet. edd. c. g. Roff. Parrh. hisdem, vt sapius de Mort. Perf. 23. 6. c. 31. 4. c. 34. 2. c. 48. 6-8-9. et alibi in MSS. Quod ideo moneo, ne quis cum Krebsio de Stilo Lactantii p. 29. putet, pronomen HIC cum DEM componi. Vide Feuarent. et Grabium ad Irenæi L. 2. c. 19. f. 140. Bün.

p) nominis proprietate non egeat] c. 11. 38. L. 2. 16. 6. Bün.

q) ὁ δὲ θεὸς.] Goth. addit versionem: Deus autem vnus: vnus autem nomine non eget, est enim sine nomine. Bün.

r) nec opus est] Minuc. 18. 9-10.

Cyprian. Idol. Van. c. 5. 7. 8. et Elmenhorst. et Dauis ad Minuc. c. I. et hic ad Maxim. Tyr. disc. 1. p. 10. et disc. 38. p. 402. iudicium suum interposuit Origenes L. 6. contra Celsim p. 320. ed. Cantabr. omnino hic legendus. Add. Crenius part. 10. Animadu. Philol. p. 275. in add. et Iustini Mart. Apol. I. §. 10. p. 17. et §. 80. p. 118. et Apol. II. p. 12-13. sect. 6. Bün.

s) de responsis] de, i. e. ex. Vid. not. 1. 5. 1. Sic Augustin. Ciu. D. L. 7. c. 26. qua proferremus de libris. Bün.

t) proferre] Goth. proferamus. In minutis reliquis, putent, poruerint, ipsi idem cod. et Lips. conueniunt. Cell.

u) Superest - proferre] Sic edd. vtraque 1478. Roff. Ven. 1493-97. Iunt. Ald. alix cum MSS. Lips. et Angl. quod placet Heumanno; atque aliquoties ita Lactantius 7. 13. 1: superest citare. de Opif. 17. 1: superest dicere. Epit. Taurin. superest respondere. At Gothanus et Ven. 1472: superest vt

rent esse credendum, tamquam vana fingentibus; nec philosophis, quod errare potuerint, quia et ipsi homines fuerunt^r. M. Varro, quo nemo unquam doctior, ne apud Græcos quidem, vixit^r; in libris rerum diuinarum, quos ad C. Cæsarem pontificem maximum scripsit: quum de quindecim viris loqueretur, Sibyllinos libros ait non fuisse vnus Sibyllæ; sed adpellari vno nomine Sibyllinos, quod omnes femina vates Sibyllæ sunt a veteribus nuncupatæ; vel ab vnus Delphidis nomine; vel a consiliis deorum enuntiandis. σιῶς enim deos, non θεοὺς, et consilium non βελήν, sed βυλήν adpellabant Aeolico^a genere sermonis. Itaque Sibyllam dictam esse quasi θεοβούλην. Ceterum Sibyllas decem numero fuisse: easque omnes enumeravit sub auctoribus^b, qui de singulis scripturarunt. Primam fuisse de Persis^c, cuius mentionem fecerit Nicanor^d, qui res gestas Alexandri Macedonis scripsit: secundam Libycam^e, cuius meminit Euripides in Lamia^f

pro-

ut - respondeamus, atque ita Lactantius frequentissime, L. 1. 23. 1: *superest ut - colligamus*. L. 4. 5. 1: *superest ut - disseramus*. L. 7. 27. 1: *superest ut exhortemur*. L. 7. c. 8. 1. Bün.

x) fuerunt] Tax. Reimm. Goth. fuerint, vt: potuerint. Bün.

y) ne apud Græcos quidem, vixit] Consentunt in hoc libri scripti; at vulgati, neglecto verbo *vixit*, superaddunt: *nedum apud Latinos*. Cell.

z) ne apud Græcos quidem, vixit] Sic quoque MSS. Tax. Cauc. Iun. Vltr. Reimm. vbi male Rost. Ven. 1471. 72. utraque 78. alizque, neque Latinos, aut nedum Latinos infarciunt. Bün.

a) Aeolico] Refutat Lactantium Salmasius ad Solinum f. 56. quia Σιῶς Laconicum, nec βυλήν vllō modo græcum. in MS. Goth. sed Βαλεάν. Lips. tert. Ven. 1493-97. sed Βελίαν. Conf. Isidor. L. 8. c. 8. Voss. Etymol. voc. *Sibylla*, et maxime Fabric. Bibl. Græc. L. 1. p. 171. Hie.

ronymus adu. Iouian. f. m. 47. quodsi Aeolici genere sermonis Sibylla θεοβυλήν adpellatur. reliqua. Bün.

b) sub auctoribus] His additur Aristochius. Lact. de Ira 22. 5-6. Bün.

c) primam de Persis] Conf. Cren. part. 9. Animadu. p. 35. Bün.

d) Nicanor] Nihil certi de eo, quis fuerit, adferri potest. Vide Voss. Hist. Gr. L. 4. p. 520. et Küsteri Suid. T. 3. f. 310. Bün.

e) secundam Libycam] Sic MSS. Angl. et Lipsienses. Vulgo *Libysam*, quod Græcum est. Cell.

f) Libycam] Sic Angl. et Lips. Ven. 1471. Rost. *Libicam*. At Goth. *Libisam*. MSS. Thom. Vltr. *Libysam*. MS. Taur. Epit. c. 5. *Lybysam*. vt videatur Lactantio vox græca probata. Bün.

g) Lamia] inter deperditas Euripidis tragædias. de qua Küsteri Suid. T. 2. f. 412. sq. et Bochart. Canaan L. 1. c. 33. Fabric. Bibl. Gr. L. 2. c. 18. Bün.

- 9 prologo: tertiam Delphida^{b. i}, de qua Chryſippus loquitur in eo libro, quem de diuinatione composuit: quartam Cimmericam^{k. l} in Italia, quam Næuius^m in libris belli Punici, Piſo in annalibusⁿ nominat: quintam Erythræam, quam Apollodorus Erythræus adfirmat ſuam fuiſſe ciuem, eamque Graiis, Ilium petentibus, vaticinatam, et perituram eſſe Troiam, et Homerum mendacia ſcripturum^o: ſextam Samiam, de qua ſcripſit Eratoſthenes, in antiquis annalibus
- 10 Samiorum reperisse ſe ſcriptum: ſeptimam Cumanam^p, nomine Amaltheam, quæ ab aliis Demophile, vel Herophile^q nominatur, eamque nouem libros attuliſſe ad regem Tarquinium

b) tertiam Delphida] Gronouius Obſ. Eccleſ. c. 17. ex veſtigiis codicis ſui dedit. Cell.

i) tertiam Delphida] Heumannus ex edd. præfert: *Delphicam*; Cellarius merito adſenſit Gronouio eiusque membranis. Ipſe enim Lactantius n. 7: *ab vnius Delphidis nomine*, et antiquiſſimus Taurin. Epit. c. 5. DELFIDA. Noſtro loco prope ad verum Gothan. *Delphidam*. Reimm. *Delphitam*. Bün.

k) quartam Cimmericam in Italia] MSS. Emman. *Cymericam*; Goth. *Cymeream*; Gronou. *Cimenam*, lege *Cimmericam*. Suidas in *Σιβυλλαι*, clare: *Τετάρτη, Ἰταλική, ἢ ἐν Κιμμερία τῆς Ἰταλίας*. Cimmericum, oppidum quondam iuxta Auernum lacum in Campania. Plin. 3. 5. Cell.

l) quartam Cimmericam] Hoc reſtutum, non Reimm. Roſt. *Cumeam*, nec Ven. 1471. et plurium edd. *Cumeam*. Nam Cumæa ſ. Cumana ordine ſeptima fuit. vid. n. 10.¹ et Epit. Taur. c. 5. vbi ex MS. *Cimmericam* legendum: *Cimmericam*. Pro Cimmerica ſunt, Iſidor. Suidas et

Chronicon Alexandrinum. At *Cumeam* defendunt Gronou Vlitius et Crenius p. IX. Animadu. p. 37. ſq. maxime Vlitius ad Grat. Falisc. Cyneq. 35. Bün.

m) Næuius-belli Punici] ſc. primi, quo ſtipendia fecit. Vid. Voſſ. Hiſt. Lat. I. c. 2. Bün.

n) Piſo in annalibus] Voſſius H. L. L. I. c. 6. Bün.

o) ſcripturum] Roſt. *ſcriptitarum*, vt n. 8. *ſcriptitarum*, verbo Ciceronis de Homeri mendaciis. Lucian. Philopſeud. p. 327. Fabric. Bibl. Gr. L. 2. c. 7. p. 368. Bün.

p) ſeptimam Cumanam] Perinde eſt ſiue *Cumana*, ſ. *Cumæa*, ſ. *Cymæa*, e MSS. legatur. Conf. Salinaſ. in Solin. f. 53. Suidas Küſteri T. 3. f. 310. Molleri Homonym. c. II. n. 20. p. 271-277. Cren. p. IX. Animadu. p. 37-38. De differentia vocum et oppidorum fuſe Vlitius c. I. ad n. 9. Bün.

q) Demophile vel Herophile] Lipſ. 2d. *Heriphile vel Deophile*. Roſt. *Demophile nominatur*. Vid. de Herophila Pauſan. Phocic. L. 10. 12. p. 827. Bün.

r) ad

nium Priscum^{r. s.}, ac pro eis trecentos philippeos^t postulasse, regemque aspernatum pretii magnitudinem^{*.}, derisisse mulieris insaniam; illam in conspectu regis tres combussisse, ac pro reliquis idem pretium poposcisse^{x. y.}; Tarquinius multo magis mulierem insanire putasse; Quæ denuo tribus aliis exustis, quum in eodem pretio perseveraret, motum esse regem, ac residuos trecentis aureis emisse, quorum postea numerus fit auctus, Capitolio reseccto^{*.}; quod ex omnibus ciuitatibus et Italicis, et Græcis, et præcipue Erythræis coacti adlatique sunt Romam, cuiuscumque Sibyllæ nomine fuerint^{o.}: octavam Helleponticam^{b.}, in agro Troiano natam, vico Marmesso^{c. d.}, circa oppidum Gergitium; quam scribit Heraclides Pon-

r) *ad regem Tarquinius Priscum*] Hunc et Suidas nominat; at Dionys. Halic. Lib. 4. Plin. 13. c. 13. Gellius r. c. 19. Superbum. Sed verius Prisco tribuitur, quia Solinus, c. 2. quamquam cum Plinio etiam Superbum vocat, *quinquagesima olympiade contigisse refert. Cell.*

s) *Tarquinius Priscum*] Vtrique Tarquino auctores videntur Superbi tribuisse nomen, secundum Cuiacium ad Libri de orig. iuris p. m. 1191. Cum Cellario pro Prisco Cren. p. IX. Animadu. p. 36. consule Fabric. Bibl. Gr. L. I. c. 31. p. 188. sq. Bün.

r) *philippeos*] n. II. aureos illustrat Cren. p. IX. p. 36. Bün.

o) *aspernatum pretii magnitudinem*] Petr. Iunius apud Cren. c. I. *conspicuum pretii magnitudine.* Bün.

x) *poposcisse*] MSS. Goth. Lips. Alii *postulasse* repetunt. Cell.

y) *poposcisse*] Sic alter Bon. et Reimm. Bün.

z) *Capitolio reseccto*] Tacitus annal. 6. c. 12: *Post exustum socialis bello Capitolium, questis Samo, Ilio, Erythris, per Africam etiam et Siciliam, et Italicis colonias carminibus Sibylla, etc.* Cell.

a) *nomine fuerint*] Lego cum Bon. Reimm. et Lips. tert. *nomine fuerint.* Editi: *fuerunt.* Bün.

b) *Helleponticam*] Sic plerique; at Ross. *Helleponticam.* Pro priorî lectione Laët. 1. c. 11. 59: *mare Helleponticum.* Goth. *Hellepontiam.* et sic MS. Taur. Epit. c. 5. Vide de hac et cognatis vocibus Is. Vosf. Append. ad Pomp. Mel. c. 2. p. 12. Bün.

c) *vico Marmesso, circa oppidum Gergitium*] Eodem usus auctore videtur, quo Suidas d. I. *ἐν κώμῃ Μαρμεσῶν, περὶ τὴν πολίχνην Γεργίτιον.* *Marmessus* etiam Goth. et Lips. Cantabr. Rom. Alii, et Ald. *Marpesso*; quibus videtur Tibullus *fauere* 2. 5. v. 67.

Quidquid Amalthea, quidquid Marpesia dixit, nisi et ibi cum Salmasio in Solin. p. 55. *Mermessia* legendum est, cui Idæ Mermessus oppidulum fuit, Suidæ τῆς ἐνορίας ποτὲ Τρωάδ^o. Cell.

d) *Marmesso*] Sic MS. C. C. C. T. X. Pen. Cauc. Ultr. Reimm. at Ross. secus, quam Gallæus vult, legit

Ponticus^c Solonis et Cyri fuisse temporibus: nonam Phrygiam, quæ vaticinata sit Ancyræ^f: decimam Tiburtem, nomine Albuneam^g, quæ Tiburi colatur, vt dea, iuxta ripas amnis Anienis, cuius in gurgite simulacrum eius inuentum esse dicitur, tenens in manu librum: cuius sortes senatus in
 13 Capitolium transtulerit^b. Harum omnium Sibyllarum carmina et feruntur, et habentur, præterquam Cymææ: cuius libri a Romanis occuluntur, nec eos ab vlllo, nisi a quindécimuiris, inspectos habent^{i.k}. Et sunt singularum singuli libri,

git cum Pier. *Marinesfo*, Ven. 1493. 97. *Marinesfo*. Situs hic vicus fuit in Ida monte, Troico. de quo Cell. Not. O. A. p. II. p. 54. et Broukhuf. ad Tibull. L. 2. 5. 67. p. 265. *Bün*.

e) *Heraclides Ponticus*] Platonis et postea Aristotelis auditor. Vosf. Hist. Gr. L. 1. c. 8. et 9. Diog. Laert. L. 5. §. 86. sq. *Bün*.

f) *Ancyra*] oppidum princeps Galatiz. *Bün*.

g) *Albuneam*] Lipsf. 2d. male *Almuneam*. Vid. Turneb. XI. Aduersf. 26. et Broukhuf. ad Tibull. 2. 5. 69. p. 266. *Bün*.

h) *cuius sortes transtulerit*] Hæc defunt in Rostf. 1476. In editis: *cuius sacra transtulerit*. at Lipsf. 2. et 3. et Reimm. *cuius sortes senatus in Capitolium abstulerit*. Goth. et Witteb. *cuius sortes senatus in Capitolium transtulerit*. quinquæ SORTES acutisf. Ianus Guilielmi in Quæstf. Plaut. Menæchm. c. 4. ex membranarum infimæ antiquitatis et MS. Iunii cum Ifzo et Gallxo præferant, merito et ego confirmo, eo magis, quod Tibullus idem eadem voce extulit L. 2. 5. 67. sqq. (al. éleg. 6.)

Quidquid Amalthea, quidquid Mermessia dixit,

Herophile, Phæbo grata quod admonuit,

Quodque Albuna SACRAS Tiberis per flumina SORTES

Portarit.

forte Lactantius scripserat: SACRAS SORTES. Hinc Pier. Ven. 1493. et 1497. *sacras*. Sæpe vero oracula SORTES dicuntur. Vid. Ian. Guil. c. l. et Scaliger. ad Tibull. c. l. Seruium et Taubm. ad Virg. 6. Aen. 72. Vorstf. ad Val. Max. L. 1. c. 3. et c. 6. Pitiscf. ad Curt. 3. 1. 16. Vosf. de Analog. L. 1. c. 43. Ipse Lactantius L. 1. 14. 11. *Saturno datam sortem - eleuanda sortis*. In Epit. c. 23. *sortes et oracula iunxit*. *Bün*.

i) *nisi a quindécimuiris inspectos habent*] Ex optimo libro Gronouius d. l. sic reddidit: in prauatis, *inspici fas est*: Goth. et Lipsf. *inspici fas habent*. Quindécimuiris, qui antea Decemuiris sacris faciendis, Liu. 10. 8. quorum etiam adire libros Sibyllinos et inspicere, munus erat. Liu. 7. 27. Lib. 22. 9. *Cell*.

k) *inspectos habent*] Ex Gronouii membr. vt L. 4. 27. 13. et 5. 21. 7: *subiectos habent*. Op. 3. 8. *adiunctos habent*. Add. Malaspin. ad Cic. L. 1. Att. 18: *habet promulgatum*. At Cauc. Reimm. Vltr. Iun. Lipsf. Goth. Witteb. Tornæs. *inspici fas habent*. Non indigne Lactantio L. 3. 20: *qua adspici - nefas habentur*. Sublac. Ven. 1471-97. Rostf. Iunt. Ald. aliz: *inspici fas est*; quod placet Heumanno. Sic Cicero L. 5. Verr. c. 72: *Simulacrum Cereris - ne adspici quidem fas fuit*. *Bün*.

libri, qui, quia Sibyllæ nomine inscribuntur, vnius esse creduntur, suntque confusi, nec discerni, ac suum cuique assignari potest, nisi Erythræ, quæ et nomen suum verum carmini inseruit^l, et Erythræam se nominat, vbi prælocuta est^{m. n.}, quum esset orta Babylone^o. Sed et nos confuse Sibyllam dicemus, sicubi testimoniis earum fuerit abutendum^{p. q.}. Omnes igitur hæc Sibyllæ vnum Deum prædicant, maxime tamen Erythræa: quæ celebrior inter ceteras ac nobilior^r habetur: siquidem Fenestella, diligentissimus scriptor, de XV viris dicens, ait, restituto Capitolio, retulisse ad senatum C. Curionem COS. vt legati Erythras mitterentur, qui carmina Sibyllæ conquesta Romam deportarent^s; itaque misos esse P. Gabinium, M. Octacilium, L. Valerium, qui descriptos a priuatis versus circa mille Romam deportarunt^t. Idem supra ostendimus dixisse Varronem. In iis ergo versibus, quos^u legati Romam attulerunt, de vno Deo hæc sunt testimonia:

eis

l) *nomen - carmini inseruit*] Macrobb. 2. Somn. c. 3: *Hanc Platonicorum persuasionem libris suis inseruit.* Büñ.

m) *se nominat, vbi prælocuta est*] Sic Goth. Lipf. et quem Ian. Guilielm. vidit: et Emman. nisi quod hic vt pro vbi habet. Vulgo, *nominatum iri prælocuta.* Plures etiam *Babylone*, non *Babylonia*. Erythræ autem sunt Ioniz. Cell.

n) *nominat, vbi prælocuta est*] Sic Reimm. Ven. 1471 - 72. vtraque 1478. Rost. etc. at Ven. 1493. 97. cum Thom. *nominatum iri prælocuta.* Codex Iani Guil. et Emman. *Tax. Pen. prælocuta est.* addit Guil. *proloqui, vaticinari et futura canere, vnde propheta, quod proloquerentur.* Büñ.

o) *Babylone*] Sic Goth. Lipf. Vltr. Im. Cauc. Gronou. at Ven. 1471. vtraque 1478. Rost. Iunt. Ald. *Babylone*. Vtrumque probum. Posterius *Abstrat* Heumann. ex Iustin. l. 2. 7. l. 1. c. 13. Curt. 5. l. 43. Salmaf. ad

Solin. f. 865. In Reimm. ex *Babylone* alius fecit: *Babylonia.* Büñ.

p) *abutendum*] vtendum. Cic. Nat. D. 2. c. 60. *Ingucitate canum ad utilitatem nostram abutimur, qui reclusus vsus est.* Cell.

q) *abutendum*] i. e. vtendum more Ciceronis et suo, adnoto ad Epit. c. 61. 2: *integris abutendum est.* Büñ. r) *celebrior - nobilior*] secundum Vallam l. Eleg. 13. *celeberrima et nobilissima* dicendum fuisset. Vindicauit comparatiuum pro superlatiuo Despauterius in Commentar. Grammat. Conf. Vechn. Hellenol. p. 59. Büñ.

s) *deportarent*] Parrh. *reportarent.* at prius confirmatur ex proximo: *deportarunt*, et de Ira 2. 6. Sæpe hæc vox corrupta. Vid. Graeu. ad Cic. Leg. Agrar. c. 29. et Mercer. ad Tacit. Ann. l. 2. c. 26. Büñ.

t) *deportarunt*] Malle, vt Heumann. corrigit: *deportarint.* vbi omnes, vt editum, præter Reimm. et Lipf. tert. *deportauerunt.* Büñ.

u) π α -

ἓς Θεός, ὃς μόνος ἐστὶν ὑπερμεγέθης ἀγένητος.

Hunc esse solum Deum summum, qui cælum fecerit, luminibusque distinxerit.

ἀλλὰ Θεός μόνος εἰς πανυπέροχτος*, ὃς πεποίηκεν
ὄτρανὸν ἡλίον τε καὶ ἀσέρας, ἠδὲ σελήνην,
καρποφόρον γαῖαν τε, καὶ ὕδατ' ὀιδματα πόντου.

16 Qui quoniam solus sit ædificator mundi, et artifex rerum, vel quibus constat, vel quæ in eo sunt; solum coli oportere, restatur.

αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα σέβειν ἡγήτορα κόσμου,
ὃς μόν' εἰς αἰῶνα καὶ ἐξ αἰῶν' ἐτύχθη*.

Item alia Sibylla, quæcumque est quum perferre se ad homines Dei vocem diceret, sic ait:

εἰς μόνος εἰμι Θεός καὶ ἐκ ἐστὶ Θεός ἄλλος.

17 Exsequeretur nunc testimonia ceterarum, nisi et hæc sufficerent, et illa opportunioribus locis reseruarem. Sed quum defendamus causam veritatis apud eos, qui, aberrantes a veritate, falsis religionibus seruiunt; quod genus probationis aduersus eos magis adhibere debemus, quam vt eos deorum suorum testimonius reuincamus?

1 VII. Apollo enim, quem præter ceteros* diuinum, maximeque fatidicum existimant, Colophone respondens, quo Delphis^{b. c.}, cre-

n) πανυπέροχτος] commodè transfert: *exsuperantisimus*, et illustrat doctè Spanhem. ad Callinuch. Iouem, v. 91. p. 42. Bün.

x) ἐτύχθη] lego: ἐτύχθη ex emendatione Turnebi et auctoritate codicis Lactantiani. Illud ἔτυχεν, quod pleræque edd. habent, nullo modo admittendum, Orporsans. MS. Cauci etiam: ἐτύχθη. Gall. Bün.

y) genus probationis] Improbant hoc in Lactantio multi. Vid. Korholt. Pagan. Obtræct. I. c. 13. tot. Pfanner. Theol. Gentil. 1. §. 4. p. 7-13. Pfaff. dis. Prælim. ad Epit. Lact. §. 17-18. add. Nehring. de

Orac. Sibyll. Conf. Lact. 4. c. 15. 26-27. Bün.

a) præter ceteros] i. e. præ ceteris. L. 1. 17. 10: *ne sola præter alias mulieres impudica videretur.* L. 2. 17. 9: *præter ceteras animantes.* Cic. 2. off. 7: *Testis est Phalaris, cuius est præter ceteros nobilitata crudelitas.* Plura ad de Ira 14. 2. Bün.

b) quo Delphis, credo, emigrauerat] Cod. Thom. et Lipf. II. III. quo; eleganter: Emman. quo a Delphis. Vnde vulgares quod. Cell.

c) quo Delphis] Gallæus sibi non constat in Var. Lect. dicit B. T. P. G. habere: quo, contra in notis quod codices optimos, Bon. Tax. Pen. Lipf. Iun. Cauci aliosque habere

credo^d, emigraverat, Asiae ductus amicitate: quærenti
cuidam, quis esset, aut quid esset omnino Deus; respon-
dit viginti et vno^e versibus. Quorum hoc principium est:

αὐτοφύης, ἀδίδακτος, ἀμήτωρ, ἀσυφέλικτος^f,

ἔνομα μηδὲ λόγῳ χωρέμενον, ἐν πυρὶ βάσαν,

τετὶ θεός, μικρὰ δὲ θεοῦ μερὶς ἀγγελοὶ ἡμεῖς,

Num quis potest suspicari^b de Ioue esse dictum, qui et
matrem habuit, et nomen? Quid? quod Mercurius ille ter-
maximus, cuius supra mentionemⁱ feci, non modo ἀμήτωρα,
vt Apollo, sed ἀπάτωρα quoque adpellat Deum; quod origo illi
non sit aliunde. Nec enim potest ab vilo esse generatus, qui ipse
vniuersa generauit. Satis, vt opinor, et argumentis docui, et to-
stibus confirmavi, quod per se satis clarum est, vnum esse regem
mundi, vnum patrem, vnum Deum. Sed fortasse quærat⁴
aliquis a nobis idem illud, quod apud Ciceronem quærit Hor-
tensius: Si Deus vnus est, quæ esse beata solitudo queat? tam-
quam^k nos, quia vnum esse dicimus^{l,m}, desertum ac solita-
rium

bere contendit et defendit contra
Thomasiū. Quo est in Goth. et
Lipf. tertio, in Lipf. 2do ductus est
obscurior: quo, superscriptum: quod.
Bün.

d) credo] eleganter Ironizæ inse-
ruit. Notavi in Indice ad Castellion.
Vers. Cod. S. Adde Abram. ad Cic.
Prouinc. Consul. c. 12: *Amianitus*
enim, credo, locorum retinet. Sic
Quidius verbo: PVTO, et Græci verbo:
διμνη, vtuntur. teste Leopardo
Emendat. L. 3. c. 6. Bün

e) viginti et vno] Sic MSS. et
Sublac. Torn. Thom. alix recen-
tiores; at vitiose Ven. 1471-97.
Parrh. viginti et vnum. Docte Rost.
viginti et vnus in plur. cum Cicero-
ne, Terentio, Virgilio. Bün.

f) ἀσυφέλικτος] Ita Calli-
machus Hymn. in Delum. v. 26.
Θεός δ' αἰεὶ ἀσυφέλικτος,
quam vocem egregie illustrat Span-

hem. p. 345. Ipse Lactantius L. 6.
25. 14: *vt idem (Deus) sit tempor et*
stabilis et immutabilis et INCON-
CVSSVS. Bün.

g) Num quis potest suspicari] Ex
Emman. cod. Alii Num quid. Cell.
h) Num quis - suspicari] Recte ex
Emman. recepit Cellarius *ad cui-*
tandum passiuum suspicari, vbi editi:
num quid. Goth. quoque: Num quis.
Bün.

i) supra mentionem] c. 6. 3-4. add.
L. 4. 8. 5. c. 13. 2. Bün.

k) tamquam] i. e. quasi vero, vt
L. 6. 19. 2. Bün.

l) quia vnum esse dicimus] Emman.
et Lipf. quia. Cell.

m) quia vnum] Sic quoque Goth.
vbi Sublac. Ven. 1471-97. Rost. et
reliq: qui, quod Heum. ex Thom.
præfert. Ab Bon. Tax. Pen. plane
absunt: quia vnum esse dicimus.
Bün.

rium* esse dicamus. — habet enim ministros, quos vocamus
 5 nuntios*. Et est illud verum, quod dixisse in Exhortationi-
 bus Senecam supra retuli: *genuisse regni sui ministros Deum*.
 Verum hi neque dii sunt, neque deos se vocari, aut coli vo-
 lunt: quippe qui nihil præter iussum ac voluntatem Dei fa-
 6 ciant. nec tamen illi sunt, qui vulgo coluntur: quorum et
 exiguus, et certus est numerus. Quod si cultores deorum,
 eos ipsos se colere putant, quos summi Dei ministros adpella-
 mus; nihil est, in quo nobis faciant inuidiam*, qui vnum
 7 Deum dicamus, multos negemus. Si eos multitudo dele-
 ctat, non duodecim dicimus, aut trecentos sexaginta quin-
 que, vt Orpheus; sed innumerabiles esse. Arguimus* eo-
 rum errores in diuersum*, qui tam paucos putant. Sciant
 tamen, quo nomine adpellari debeant, ne Deum verum vio-
 lent, cuius nomen exponunt*, dum pluribus tribuunt.
 Cre-

n) *solitarium*] Ita Deum singula-
 rem contumeliose vocabant. e. g.
 Cæcilius apud Minuc. 10. 3: *Vnde,
 vel quis ille, aut ubi Deus vnicus,
 solitarius, destitutus*. Alia de hac
 voce *solitarius* contra hæreticos ha-
 bet Hilarius L. 4. de Trinit. f. 86.
 sqq. ed. nouisf. Veron. Bün.

o) *nuntios*] Sic hic omnes scripti,
 editi. Heumann. ex n. 8. 9. suspica-
 tur Lactantium scripsisse: *angelos*.
 Bün.

p) *supra retuli*] c. 5. 27. Bün.

q) *genuisse*] valet: *creasse*. Vid.
 exempla ad L. 3. 14. 10. Huc pertinet
 L. 7. 5. 9. Bün.

r) *nihil est, in quo*] Emman. *in
 quo*: Goth. *in quod*, cum littera
 redundante, ex vulgari lectione
quod, sine præpositione. Cell.

s) *in quo nobis faciant inuidiam*]
 Elegans phrasis. iterum L. 3. 28. 10:
et quisquam nobis inuidiam facit:
 Quintil. Decl. 19. c. 4: *non inter ex-
 sequias plantibus elisisque uberibus
 mihi fecit inuidiam*. add. c. 9. pr.
 Pluribus adseruerunt Cæperus L. 2.

Obseru. c. 5. Sciopp. et Burmann.
 ad Petron. c. 107. p. 493. et hic ad
 Ouid. 4. Metam. 547. p. 290. Pro-
 pe abest ab hac dictione Senecæ L.
 Ira. 12: *quum hæc dicis, quaris inui-
 diam dictis fortioribus*. Pro *in quo*
 Ven. 1471. quo. Lips. 2. 3. Reimm.
 Sublac. Rost. vtraque Ven. 1478-97.
 Iunt. Ald. et plures: *nihil est, quod*
 quod et ipsum elegans. Bün.

t) *esse. Arguimus*] Interposui plenam
 distinctionem: *esse. Arguimus*.
 Bün.

u) *in diuersum*] Habent MSS. in
 his Reimm. et vtraque Ven. 1478.
 et pleræque: expono: *in contrarium*,
 vt Cicero alicubi: *contrarius* et *di-
 uersus* iunxit. Absunt ab Ven. 1471.
 et Rost. 1476. In Heumann. 1479.
 annus est vitiosus. Ipse scribit: *esse*,
 ac *arguimus eorum errorem, qui pau-
 cos putant*. Bün.

x) *nomen exponunt*] Cauci *expun-
 gunt*. Pariter vti L. 3. 26. fin. pro:
exposito, corripbat Io. Cauci: *ex-
 puncto*. Lips. 1. et 3. et aliquot MSS.
 Thom. Tax. *explodunt*. His *explu-
 sis*

Credant Apollini suo, qui eodem illo responso ut Ioui principatum, sic etiam ceteris diis abetalis nomen. Tertius enim versus ostendit, Dei ministros, non deos, verum angelos adpellari oportere. De se quidem ille mentitus est, qui, quum sit e numero dæmonum, angelis se Dei adgregauit: denique in aliis responsis, dæmonem se esse, confessus est. Nam quum interrogaretur, quomodo sibi supplicari vellet, ita respondit:

πάνσοφε^a, παντοδιδασκ^t, ἐνολοῖσροφε^a, κέκλιθε δαῖμον.

Item rursus^b, quum preces^c in Apollinem Smintheum^d.

lis seruo: exponunt, sc. contemptui, derisui. Sic ponunt scriptores sacri: Ambrosius L. 1. Abrah. c. 6. fin. *Non utique vitia patriarcharum scriptura exposuit, quos vitios vino legimus; sed ut tu disceres, quid caueres.* Sulpic. Seuer. Dial. 1. de Virt. Monach. c. 8. 6: *nihil omisit, quod non carperet, laceraret, exponeret: precipue - vanitatem infectatus est.* Seneca L. 2. Ira c. 16. fin. *iyacundi simplices videntur, quia expositi sunt.* Bün.

γ) e numero dæmonum, angelis] Plerumque patres demones in malis habuerunt. Conf. L. 4. 27. 15. nisi fortasse versione LXX. Pf. 95, 5: πάντες οἱ θεοὶ τῶν ἐθνῶν δαιμόνια. expresse Orig. contra Cels. p. 113. add. p. 127 - 131 - 134. 179. 234. 375 - 378. Augustin. de Ciuit. D. I. c. 29. Conf. Barth. 7. Aduers. c. 2. Davis. ad Minuc. c. 26. p. 155. et læ. Thomaf. disert. inscriptam: *Dæmonia mali generis.* Bün.

α) πάνσοφε] id est: *Omnia sapiens, omnia doctè, qui per cuncta versatis, exaudi dæmon.* Goth. Lat. nam versationem adscriptam habet: *qui per multa versatis, quasi πολυσροφε legiset.* Cell.

α) ἐνολοῖσροφε] Canter. L. 3. Nou. Lect. 30. extr. tentat

αἰολόσροφε, ut recte citat Pe. Iunius in *Cyrenis Animadu.* p. 9. p. 40. vbi in Gruteri T. 3. Lamp. Crit. p. 590. vox deprauata. Bün.

β) item rursus] Sic omnes libri. Per pleonasmum ut Plaut. *rursus denup.* Vid. Heusinger. ad Vechn. Hellenol. p. 462. Heuman. corr. *idem.* Bün.

γ) preces] i. e. diras execrationes. Vid. Davis. ad Cræf. 6. Gall. 31. 5: *omnibus precibus detestatus Ambiorigem.* Ouid. 15. Met. 505:

Hostilique capus prece detestatus euniss.

Sic MSS. Bon. Tax. Vltr. Gron. in singulari: *quum precem,* cum Reimm. habent. Bün.

δ) Apollinem Smintheum] Σμινθεύς, Apollinis cognomen apud Homer. *Iliad. A. v. 39.* et Macro. Saturn. 1. c. 17. Stephano Byz. *Smintha πόλις Τροάδας:* Didymo in d. l. Hom. *Sminthos τόπος τῆς Τρωάδος,* oppidum vel locus in Troade: Sminthi Apollinis templum vel in Tenedo insula fuit, *Strab. 13. p. 415.* vel e regione eius in continentis litore. Ammianus 22. c. 11. de Aegæo: *Vnde (a Lesbo) gurgitibus refluis Apollinis Sminthii templum et Troada perstringit.* Cell.

ε) in Apollinem Smintheum] Goth. *Sminthium* cum Ven. 1478. vtraque; Bon.

rogatus expromeret *f.*, ab hoc versu exorsus est:

ἀρμονίης *b* κόσμου. Φασσὶ Φόρε καὶ σοφὸ δαίμων.

10 Quid ergo superest, nisi vt sua confessione verberibus veri Dei ad pœnæ subiaceret sempiternæ? Nam in alio responso ita dixit:

δαίμονες αὖ φορτῶσι *c* περὶ χθόνα καὶ περὶ πόντον

ἀπαιματοὶ δαίμοντες, ὑπαὶ μάστιγι θεοῦ.

11 De vtrisque generibus in II. libro *k. l* disferemus. Interim nobis *m* satis est *n*, quod, dum se honorari vult, et in cælo collocari *o*; confessus est, id quod res habet, quomodo sint adpellandi, qui Deo adfistunt *p*. Retrahant ergo se homines ab erroribus, et abiectis religionibus prauis, parentem suum, dominumque *q* cognoscant: cuius nec virtus æstimari potest, nec

Bon. Tax. Pen. *Smynthium*. Lips. 2d. *Cnithium*. L. tert. cum Thom. *Smyntheum*. Reimm. *Sinninthium*. Ven. 1471. et Rost. *Sannitium*. Arnobio L. 3. p. 119: *Sminthiorum perniciēs murum* vocatur Apollo. Vid. Elmenhorst. h. l. Io. Ant. *Campanus Oper. ed. Rom. per Euchar. Silber al. Franck, 1495. f. coluerunt*, inquit, *Siminthii* (leg. *Sminthii*) in *Phrygia mures*. Vid. Stephan. de Urb. f. 611. Pausanizæ L. 10. Gr. c. 12. f. 827. Præ ceteris Phil. Beroaldus in Append. Adnot. ad Sueton. c. 12. Vosf. L. 3. Instit. Otat. c. 2. Cell. Not. O. A. T. 2. p. 12. Pitist. Lex. Rom. Ant. T. 1. f. 126. *Bün.*

f) expromeret] Goth. cum multis antiquis edd. Rost. Ven. 1471 - 78. *exprimeret*; at Reimm. *expromeret*. *Bün.*

g) ἀρμονίης] id est: *Concensus mundi, Lucifer, et sapiens demon*. Cell.

h) ἀρμονίης] Lips. 2d. vertit: *captatio*, corrige ex Goth. *coaptatio*, L. *concentus*. *Bün.*

i) δαίμονες αὖ φορτῶσι] hoc est: *Dæmones, qui eunt circa terram et circa mare, indefessi dormantur sub flagello Dei*. Cell.

k) in II. libro] cap. 15. Cell.

l) in secundo libro] sc. c. 14. 5. in Lips. 2do: *disferemus capitulo nono*, contra indolem Lactantii, nusquam capitula citantis. *Bün.*

m) interim nobis] Bon. *Nunc nobis*. Goth. Lips. 2. 3: *Nunc interim*. Sane supra captum librariorum. Ita ipse Lact. L. 2. 4. 28: *NUNC INTERIM quero*. L. 2. 3. 25: *Nunc interim - detegamus*. *Bün.*

n) nobis satis est] Lips. et Goth. *satis*: etiam *Nunc interim*, sed a Lips. I. *nunc* abest. mox *honorari*, *collocari*, ex Emman. est, nec Lips. ablundunt. Cell.

o) se honorari - collocari] Reimm. Goth. Lips. 3. Sublac. Ven. 1471 - 97. Rost. et plures: *se honorare - collocare*. Mures Ven. 1471 - 97. Rost. id quod res *se honorari*. *perperam*. *Bün.*

p) adfistunt] vt adparitores Dei. L. 2. 16. 7. Bon. Pen. Cauc. Iun. Goth. Lips. 1. 3. Emm. Reimm. Sublac. Ven. 1471 - 97. *qui Deo semper adfistunt*. *Bün.*

q) parentem - dominumque] Hoc sæpe vrget, loca indico ad L. 4. 3. 13. 199. *Bün.*

r) sub-

nec magnitudo perspici, nec principium comprehendere, quum ad illum mentis humanæ intentio, et acumen, et memoria pervenerit, quasi subductis et consummatis omnibus viis, subsistit, hæret, deficit: nec est aliquid ulterius, quo progredi possit. Verum quia fieri non potest, quin id, quod fit, aliquando esse ceperit; consequens est, ut quando nihil ante illum fuit, ipse ante omnia ex seipso sit procreatus: ideoque ab Apolline *αὐτοφύης*, a Sibylla *αὐτογενής*, et *αἰετήνως*, et *ἀκρίβης* nominatur, quod Seneca homo acutus in Exhortationibus vidit: *Nos, inquit, aliunde pendemus. Itaque ad aliquem respicimus, cui, quod est optimum in nobis, debeamus. Alius nos edidit; alius instruxit: Deus ipse se fecit.*

VIII. His

r) *subductis*] Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Crat. Iunt. Ald. *subductis*. Male. Lact. 6. 3. 3: via dicitur subduci, 6. 4. 4: *præcidit*. Büñ.

s) *consummatis*] Reimm. secunda 1478 *consummatis*, i.e. consummatis. Rost. Ven. prima 1478-97. Sublac. *consummatis*, in simplici. Thom. et hoc recentiores: *consummatis*. cum Goth. posterius præfert Heumannus. Mihi placet *consummatis*, i.e. absolutis, extremum atque finem hoc verbum videtur melius innuere. L. 6. 4. 4: *quum ventum fuerit ad extremum*, (quasi ad *viâ summam*, unde *summus* Lactantio sæpe dicitur *extremus*) - *præciditur*. Vindicavit verbum *consummare*, quod Manilio de cursu astrorum *absoluto* frequens, Ovidio L. 3. Fast. 166. Burmannus. Büñ.

t) *consummatis omnibus viis*] Angl. et Lipf. MSS. et Rom. ed. sequor: vulgari *consummatis*. Cell.

u) *quia fieri non potest, quin id, quod fit, aliquando esse ceperit*] Itaque plerique, Lipf. 2: *quin id, quod fit*; sed Henr. *Ernstius* in præf. Catal. Manuscriptor. Medicæorum s. Florentinorum testatur, expressis lit-

teris se in manu exarato libro reperisse: *Fieri non posse, quin id, quod factum fit, aliquando esse ceperit*. Ut concidat, quem multi Lactantio adfingunt errorem, ac si docuerit, *Deum aliquando esse ceperisse*. Conf. Spizelii *disf. de Bibliothecis* in I. A. Schmid. *Noua Accens. de Bibl.* p. 169. Licet vero servetur: *quin id, quod fit*, tamen immunis est ab errore, debet enim de rebus, quæ existunt, intelligi. ut L. 2. 10. 22: *quoniam est, adparet, aliquando ceperisse*. Esse enim nulla res sine exordio potest. Conf. n. 17. 18. et L. 7. 1. 8-9. De Deo recte sensit L. 4. 12. 16. c. 13. 2. Conf. Hockerii *Biblioth. Heilsbronn.* f. 48. (30.) Büñ.

v) *ex seipso sit procreatus*] *Haut accuratè*, ita fere L. 2. 8. 44: *ex seipso est*, notarunt Lact. errorem Gall. et Spark. Büñ.

w) *homo acutus*] Præfero scripturam Bon. Tax. Pen. Ultr. Pal. Iunt. Goth. Lipf. trium, Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-97: *homo acutus*. ut Opif. 1. 14: *homo disertissimus*. Büñ.

x) *optimum in nobis debeamus*].

Eiectam volui ex mea editione vocem

VIII. His igitur tot et tantis testibus comprobatur, vnius Dei potestate ac providentia mundum gubernari, cuius vim, maiestatemque tantam esse dicit in Timæo Plato^{a, b}, vt eam neque mente concipere, neque verbis enarrare quisquam possit ob nimiam et inæstimabilem^c potestatem. Dubitet vero^{d, e} ali-

cem ANIMAM. Nam MSS. Guelpherb. Lips. tres. Goth. Anglic. Pal. Cauc. Reimm. Iun. et edd. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Crat. Paris. 1513. 1561. Iunt. Gryph. Gymn. Ald. Tornæs. habent: *quod est optimum in nobis, debeamus*. Sic solet Seneca scribere, Epist. 23: *Ad verum bonum specta, et de tuo gaude. Quid est autem hoc? de te ipso est tui optima parte. Corpusculum - magis necessariam rem crede, quam magnam*. Epist. 65: *Sapiens - adhaeret quidem in corpore suo, sed optima sui parte abest*. Monueram in Miscell. Lips. Tom. III. p. 139. verba in Lactantio esse eiusdem SENECÆ; at occurrit Celeberr. WALCHIVS in iisdem Misc. p. 359. et vult, vt demonstrarem etiam, hæc verba pertinere ad locum Senecæ. Demonstrabo itaque. Dixerat Lactantius: *Deus - ex seipso procreatus. Ideoque pergit, αὐτοφύτης-αὐπόνητος nominatur*: idemque confirmat verbis Senecæ, quæ omnia hic absona et contra scopum adducta, nisi vltima capitis: *DEVS IPSE SE FECIT, eiusdem Senecæ essent*. Quod si hoc negari nequit, interposita quoque omnia: *Nos, inquit, aliunde - ad illa: Deus ipse se fecit, sunt Senecæ*. Certe Senecæ ea in Lactantio recte tribuit Paganinus Gaudentius de Philosophicis Pronuntiatis Patrum c. 20. p. 169. qui tractatus adhæret eiusd. operi raro de Erroribus Sectariorum, ed. Pisan. 1644. 4. Agnoui et-

iam pro Senecæ verbis Crenius in add. ad part. X. Animadu. Philol. p. 276. vbi pluribus illustrat, recte quoque HEVMANNVS iam tertium spuriam animam eiectam vult. Conf. Schott. Nod. Cicer. L. 1. c. 11. p. 25. 26. Quibus addo Cic. 5. Fin. 20. vbi animus dicitur: *optima pars hominis, que in nobis diuina ducenda, et c. 21: quod in homine præstantissimum et optimum est*. Bün.

a) in Timæo Plato] p. 478. Græca sunt: τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τῶδε τῷ παντός εὐρεῖν τε ἔργον, καὶ εὐρόντα εἰς πάντας αἰδύνατον λέγειν, h. e. *Opificem et patrem mundi inuenire difficile, inuentum vulgo eloqui, impossibile est*. Cell.

b) in Timæo Plato] Hunc locum, quum Celsus apud Origenem L. 7. p. 360. attulisset, Origenes examinatum plenius explicat de Platone vnum Deum confitente. Conf. Athenag. pro Christianis p. 26. 27. Iustin. Mart. Apol. II. sect. XI. ed. Ox. p. 27. Minuc. Fel. c. 19. 17. Bün.

c) inæstimabilem] Reimm. *inextimabilem*. Nam sæpe MSS. *extimare* pro *astimare*. Bün.

d) Dubitet vero] Lips. tres *vero*, quod etiam Thom. margini adiecit: alii *ergo*. Cell.

e) Dubitet vero] Sic cum tribus Lips. Bon. Tax. Pal. Iun. Goth. Reimm. Bün.

f) dif-

aliquis, an quidquam difficile, aut impossibile *f* sit Deo, qui tanta, tamque mirifica opera providentia excogitavit, virtute constituit, ratione perfecit; nunc autem spiritu sustentet, potestate moderetur *z*, inexcogitabilis *b*, ineffabilis, et nulli alii satis notus quam *i* sibi? Vnde mihi de tanta maiestate *k* sæpius cogitanti, qui deos colunt, interdum videri solent, tam cæci, tam incogitabiles *l*, tam excordes, tam non multum mutis animalibus *m* differentes *n*; qui credant, eos, qui geniti sunt maris ac feminae coitu, aliquid maiestatis, divinaeque virtutis habere potuisse: quam Sibylla Erythraea dicat:

οὐ δύνατ' ἀνδρὸς *o*

ἐκ μητρῶν μήτρᾶς τε θεὸς τετυπωμένους εἶναι.

Quod si est verum, sicuti est *p* *q*, adparet, Herculem, Apollinem,

f) *difficile aut impossibile*] Sic quidem libri, et vsus est Lactantius voce *impossibilis* L. 2. 11. 13. L. 3. 19. 19. c. 21. 3. c. 22. 11. L. 4. 24. 26. L. 6. 18. 33. alias posent illa: *aut impossibile*, abesse. Veteres enim, quod Iustinus alique *impossibile*, elegantius *difficile*, *arduum* dicunt. Büin.

g) *sustentet - moderetur*] Sic libri; Heuman. bene corrigit: *sustentat - moderatur*. Certe Reimm. *sustentat*. Büin.

b) *inexcogitabilis*] L. 4. 8. 9. Opif. 13. 2. Vox Tertull. Valentin. c. 37. Büin.

i) *nulli - notus, quam*] Perperam. Reimm. Lipf. 2. 3. *notus, nisi* quam. Büin.

k) *de tanta maiestate*] Goth. et Emman. *potestate*, quod etiam Aldus expressit. Lipsiensis *maiestate*. Cell.

l) *incogitabiles*] Iam in Fabri Thef. observatum, Lactantium expressisse Plauti Mil. Glor. Act. 2. sc. 6. 63: *scio me fuisse excordem, cacum, incogitabilem*. Walchius ex laudato Fabro interpretatur *incogitans; adfectionem vocabuli soni grandioris* hic credidit Casaubonus ad Perkeri Sat. p. 120. Eidem et Munchero ad Fulgent. Mythol. L. 2. c. 6. p. 75. *incogitabilis* hic est

ἀνόητος. Recte. Sic dixit Ammian. Marcellinus L. 15. c. 3: *incogitabili demencia*. Büin.

m) *non multum mutis animalibus*] Hoc modo Lipsiensis: *vulgares a mutis*: Emman. *brutis*. Cell.

n) *mutis - differentes*] Pleraque omnes edd. et MS. Goth. a *mutis*, et sic legit Heumannus. Malim cum Cellario Reimm. Lipsiensis Codd. aliosque sequi, qui dativum habent: *mutis*, more Horatii, Ciceronis. Vid. exempla in Vechner. Hellenol. p. 340. vbi Heusingerus nobiscum facit. Hic imitatur Cicer. 5. Fin. c. 15: *quid animantibus differamus*. Sic. Grat. Gron. Verburg. edd. Iterum Lact. 2. 5. 25. *Sol - luna - luminibus astrorum - differunt*. Büin.

o) *ὀ δύνατ' ἀνδρὸς*] hoc est: *non potest ex viri femore et utero (mulieris) formatus Deus esse*. Cell.

p) *sicuti est*] Mira huius formulæ elegantia. Cic. Paradox. 5. c. 1: *Sic servitus sit, sicut est obedientia fratri armeni*. Et pro S. Rosc. c. 8: *quamvis ille felix sit, sicut est*. Livi. 7. 35: *Sic nox opportuna est eruptioni, sicut est*. Cell.

q) *sicuti est*] Sic rei veritas elegant

- nem, Liberum, Mercurium, Iouemque ipsum cum ceteris
 5 homines fuisse; quoniam^r sunt ex duobus sexibus nati. Quid
 est autem tam remotum a Deo, quam id opus, quod ipse ad prop-
 agandam sobolem mortalibus tribuit, et quod sine substantia
 corporali nullum potest esse? Diis ergo^s, si sunt immorta-
 les et æterni, quid opus est altero sexu, quum successione^t
 6 non egeant, qui futuri sunt semper? Nam profecto in ho-
 minibus, ceterisque animantibus diuersitas sexus, et coitio^u,
 et generatio nullam habet aliam rationem, nisi vt omnia gene-
 ra viuentium, quando sunt^x conditione mortalitatis obitura,
 mutua possint successione seruari. Deo autem, qui est sempiter-
 7 nus, neque alter sexus, neque successio necessaria est. Dicit ali-
 quis: vt habeat vel ministros, vel in quos ipse possit dominari.
 Quid igitur sextu opus est femineo, quum Deus, qui est omni-
 potens, sine^y vsu et opera feminae possit filios procreare?
 8 Nam si quibusdam minutis animalibus^z id præstitit; vt sibi

e fo-

ter confirmatur. Nepos in Eumene:
 c. 1: apud nos reuera, sicut sunt,
 scriba mercenarii æstimantur. Cic. 1.
 Leg. c. 5: sit ista res magna, sicut
 est. L. 1. de Orat. 53: quamuis sce-
 lerati illi fuissent, sicuti fuerunt. In
 Bruto c. 9: iuauis, sicut fuit, vi-
 deri maluit. c. 19: sit Enninus sane,
 vt est certe, perfectior. Conf. Lact. 1.
 5. 23. VT EST. L. 6. 10. 18: delira visa
 sunt, vt fuerunt. Epit. MS. Taur.
 c. 45: Christum multitudo, vt erat,
 Dei filium credebat. Büñ.

r) quoniam] MSS. habent: quo-
 niam, edd. vet. 1471-1497. et alix:
 quando, quod Heumanno verum vi-
 detur ex n. 6. sed et ibi MSS. Lipf.
 Goth. quoniam. Ita c. 7. 13. MSS. Bon.
 Vltr. Goth. Lipf. tert. quoniam nihil.
 Lipf. 2d. quia nihil. Cauc. Iun. quan-
 do nihil. Sic quoque variant libri,
 L. 3. 1. 1. vbi sæpe optimos quosque
 quando pro quoniam ponere osten-
 do. Büñ.

s) Diis ergo] Goth. et Thom.
 casu tertio, cum incisione: alii pri-
 mo, Dii ergo, nec incidunt. Cell.

t) quid opus est altero sexu, quum
 successione] Hoc placet Thom. et
 aliis, vbi MSS. C. C. C. Vltr. Lipf. 2. 3.
 Goth. Emm. Iun. Cauc. interserunt:
 quid opus est altero sexu? nimirum
 vt generent. Ipsa progenie quid opus
 est, quum successione. Reimm. ni-
 mirum vt generentur. Sed vid. n. 6.
 et Epit. Taur. c. 6. et conf. ad rem
 Arnob. L. 3. princ. Plin. Lib. 2. c. 7.
 Büñ.

u) coitio] pro: coitus, concubitus,
 vt Solinus: desiderium coitionis. Büñ.

x) quando sunt] Lipf. tert. qua
 sunt. Goth. Reimm. quoniam. vid.
 not. n. 4. Büñ.

y) omnipotens, sine] MSS. C. C. C.
 Emm. Goth. Lipf. tres, Reimm.
 Cauc. Vltr. Pal. Iun. Sublac. Verr.
 1471-1515. pluresque: omnipotens,
 vt vocatur, sine. At vero absunt
 ab antiquissima Bonon. vnde me-
 rito Thomasius, exterminauit,
 quem secuti alii et Cellarius. Büñ.

z) minutis animalibus] i. e. apibus.
 Vid. Cerdam ad Virg. 4. G. 200.
 Hunc secuti Ambros. Hexæm. 5. 20.
 Sal-

e foliis natos^a et suauibus herbis ore legant: cur existimet aliquis, ipsum Deum, nisi ex permissione sexus alterius, non posse generare? Illos igitur, quos imperiti et insipientes tamquam deos et nuncupant et adorant, nemo est tam inconsideratus, qui non intelligat fuisse mortales. Quomodo ergo, inquiet aliquis, dii crediti^b sunt? Nimirum, quia reges maximi ac potentissimi fuerunt, ob merita virtutum suarum, aut munerum, aut artium repertarum, quam cari fuissent iis, quibus imperitauerant, in memoriam sunt consecrati^c. quod si quis dubiter, res eorum gestas, et facta consideret, quæ vniuersa tam poetæ, quam historici veteres prodiderunt.

VIII. Hercules^a, qui ob virtutem clarissimus, et quasi Africanus inter deos^b habetur, nonne orbem terræ, quem peragrasset ac purgasset^c d^d narratur; stupris, libidinibus, adulteriis inquinavit? nec mirum, quum esset adulterio genitus Alcmenæ. Quid tandem potuit in eo esse diuini, qui, suis ipse

Saluian. Gubern. L. 4. p. m. 67: *quum e floribus natos legant*. Cyprian. Expos. Symb. Apost. n. 14: *apes certe nescire coniugia, nec fetus nixibus edere, omnibus palam est*. Hinc Prudentio Cathemer. 3. 75: *apis nexilis insci connubii*. Vox *nexilis* me admonet in Lexicis desiderari: *nexilas*, qua voce vsus Fulgent. L. 3. Mythol. c. 10. ed. Munckeri p. 131. Bün.

a) *e foliis natos etc.*] Virgilii verba sunt de apibus, Georg. 4. v. 200. Cell.

b) *quomodo - dii crediti*] Vid. c. 11. 45. c. 15. 2-5. sq. L. 2. 13. 12. c. 16. 2-3. L. 4. 27. 17. c. 28. 13. sq. L. 7. 14. 1-3. Ira c. 11. 7. Elmenhorst. ad Minuc. c. 20. Bün.

c) *in memoriam - consecrati*] Cic. Mil. 29: *tyrannicida prope ad immortalitatis - memoriam consecrantur*. Add. Grauium ad Hieron. ep. 3. Bün.

a) *Hercules*] Integrum caput abun-

de illustrat Munckerus ad Hygin. c. 29. 30. quem toties exscribere non est meum. Bün.

b) *quasi Africanus inter deos*] quantus Scipio inter Romanos, tantus inter deos Hercules, fortissimus scilicet et victoriis illustris. Cell.

c) *ac purgasse*] Hæc absunt a Lips. 2. et 3. habet vero primus. Aldus *expurgasse*, quem Spark. secutus est: Emman. *expugnasse*. Est autem *purgare*, a monstris et tyrannis liberare. Cell.

d) *ac purgasse*] Sic Goth. Reimm. et Sublac. Rost. Ven. 1471-97. vbi Paris 1513. Iunt. Ald. *expurgasse*, MSS. C. C. C. Reimm. margo, Emm. Iun. Vltr. *expugnasse*. Walchio hæc omnia glossema videntur. Retineo cum Cell. et Heumann. *ac purgasse*, ob elegantem oppositionem: *inquinavit*. Sic Apuleio in Florid. ed. Elmenh. p. 349. dicitur Hercules orbem terra purgasse. Bün.

ipse vitiis mancipatus, et mares, et feminas, contra omnes
 2 leges infamia, dedecore, flagitio adfecit? Sed ne illa quidem, quæ magna, et mirabilia gessit, talia iudicanda sunt, ut virtutibus diuinis tribuenda videantur. Quid enim tam magnificum, si leonem, aprumque^e superauit? si aues sagittis deiecit^f? si regium stabulum egessit? si viraginem vicit^g, cingulumque detraxit? si equos feroces cum domino in-
 3 teremit? Opera sunt ista fortis viri, hominis tamen. Illa enim, quæ vicit, fragilia et mortalia fuerunt. *Nulla enim est, ut ait^b oratorⁱ, tanta vis, qua non ferro, ac viribus de-*
 4 *bilitari, frangique possit. At animum vincere, iracundiam cohibere, fortissimi est: quæ ille nec fecit vquam, nec potuit. Hæc qui faciat^k; non modo ego cum cum summis viris comparo^l; sed simillimum deo iudico.* Vellem, adiecisset^m

de

e) *si leonem, aprumque*] Noti labores Herculis. Hyginum lege fab. 30. Diodor. Sic. 4. c. 9. seqq. Cell.

f) *si aues deiecit*] n. 5: *volucres deiecit.* Verbum venatorum *deicere*. Vid. Virg. 5. Aen. 542. et II. Aen. 580. Gebhard. ad Nepot. Themist. c. 5. et ad Thrasib. c. 3. Pitisc. ad Curt. L. 8. c. 1. Burmann. ad Val. Flacc. I. 191. et Phædr. I. fab. 32. I. p. 75. Bün.

g) *viraginem vicit*] Sic Reimm. et alii; at Goth. *viraginem deuicit.* Lips. 2dus, Iun. Ultr. Rost. Ven. 1471-1515. Iunt. Paris. 1513: *si virginem*; quod placet Heumanno. Volunt nonnulli, *viraginem* valere *virginem fortem*, vnde n. 5. *Amazonem bellatricem* vocat. Bün.

h) *ut ait*] Bon. Pen. Pal. Iun. Lips. duo, Reimm. Goth. Sublac. Ven. 1471-1497: *quod ait orator*, quod temere mutarunt recentiores. Lib. 3. 19. 17: *Non dissimile illud Platonis est, quod aiebat.* 6. II. 2: *verumqua est illud Ciceronis, quod ait etc.* Sic omnes libri. Sæpe Terentius accusatio iungit: *quod, id quod aiunt.* Pro recepta L. 7. I. 1: *ut ait eximius ora-*

tor. L. I. II. 6. L. 5. I. 5. c. 5. 10. c. 9. 6. L. 6. 2. 6. c. II. 25. L. 7. I. 14. c. 20. II. c. 27. 6. Ira 7. 6. c. 17. 13. c. 20. 2. Opif. 19. 3. Bün.

i) *ut ait orator*] pro M. Marcello. Cell.

k) *Hæc qui faciat*] Goth. *hæc qui facit*, sicuti Græuius ex Erfurt. cod. in Cicerone restituit. Bün.

l) *non modo ego cum cum summis viris comparo*] Non agnoscit Goth. modo, sed legit: *non ego cum cum summis viris comparo.* Abest quoque a Bonon. et Cicerone. Recte monuit Isæus *santum, solum, modo*, interdum subaudiri sequente aduersatiua, quamuis post aduersatiuam *et aut etiam* non addatur. Idem dedit exempla et Ant. Augustinus L. 2. Emend. c. 1. Conf. me ad Epit. MS. Taur. c. 23. et quæ Gronouius, quamvis alio fine ad Senec. ep. 94. p. 445. congescit. Idem ad Senec. 4. Controv. 27. p. 323: *non pulsauit, pro: non tantum pulsauit.* Bün.

m) *Vellem, adiecisset*] adiecisset laudibus clementiæ, quas solas ibi Cicero prædicauit. Cell.

n) quem

de libidine, luxuria, cupiditate, insolentia; vt virtutem eius impleret, quem similem deo iudicabat*. Non enim fortior 5
iudicandus^o est, qui leonem, quam qui violentiam, et^o in
seipso inclusam^o feram superat iracundiam: aut qui rapacissimas volucres deiicit^o, quam qui cupiditates audivissimas coer-
cet: aut qui Amazonem bellatricem^o, quam qui libidinem
vincit, pudoris ac famæ debellatricem: aut qui finum de sta-
bulo^o, quam qui vitia de corde suo egerit, quæ magis sunt
perniciosa; quia domestica et propria mala sunt, quam illa,
quæ et vitari poterant, et caueri. Ex quo fit, vt ille solus 6
vir fortis debeat iudicari, qui temperans est, et moderatus*,
et iustus. Quod si cogitet aliquis, quæ sint Dei opera; iam
hæc omnia*, quæ mirantur homines ineptissimi, ridicula iu-
dicabit. Illa enim non diuinis virtutibus, quas ignorant,
sed infirmitate suarum virium metiuntur. Nam illud quidem 7
ne-

n) quem similem deo indicabas] Iulium scilicet Cæsarem, propter clementiam, qui vero libidine, adulteris, superbia et dominandi cupiditate dissimillimus erat. Cell.

o) fortior iudicandus] Sic Cauc. Iun. Sublac. Rost. Ven. 1471 - 97. at fortior putandus Bon. Tax. Pen. Pal. Lips. duo, Goth. Reimm. et Tornæ. Vid. n. 6. Bün.

p) quam qui violentiam, et] Sic Reimm. at Goth. quam qui violentiam et, prope ad Bonon. violentiam in seipso, Thomasio probatam. Qua ratione violento leoni iracundia, tamquam violenta - fera, opponeretur: vt Ouid. 8. Metam. 106. violentiam transit in iram dixit. Bün.

q) in seipso inclusam] L. 4. 17. 1: Ira atque inuidia sua, quam in cordibus suis gerebant inclusam, alias causas præferabant. L. 5. 19. 33: libidines intra pectus inclusas dixit. Cic. pro Cælio c. 31: voluptates - inclusæ diuinus et prima astate compressa et constricta subito, se nonnumquam profundunt atque eiciunt vniuersa. Bün.

r) rapacissimas volucres deiicit] sagittis interfecit; Hygin. fab. 30. quod negat Apollonius Lib. 2. v. 1055. æneo crepitaculo potius et tinnitu, quam arcu, abegisse contendens. Vnde arisonum Stymphalon Stadius Theb. 4. v. 298. dixit. Erant autem in lacu eiusque insula, Marti sacra, prope Stymphalum, Arcadiæ urbem. Inde Stymphalides aues. Vide Schiasten Apollonii in d. I. et Pausaniam Arcad. p. 253. Cell.

s) Amazonem debellatricem] Hippolytam. Diodor. Sicul. 4. c. 16. Cell.

t) finum de stabulo] Augeiz, Elis regis stabulo, quod immisso flumine purgauit. Vide sis, quæ in Cunzi Satyræ p. 611. diximus. Cell.

u) temperans est, et moderatus, et] Reimm. qui temperans et moderatus est, et iustus. Non male. Bün.

x) iam hæc omnia] Ita MSS. Reimm. Sublac. Ven. 1471. 72. vtraque 1478. sed eiciunt: omnia, Ven. 1493. 97. Paris. 1512. et Iunt. Bün.

nemo negabit, Herculem non tantum Eurystheo^y seruisse regi, quod aliquatenus honestum videri potest; sed etiam impudicæ mulieri Omphalæ, quæ illum, vestibus^z suis indutum, sedere ad pedes suos iubebat pensa facientem. Derestabilis
 8 turpitude! sed tanti erat voluptas. Quid tu, inquiet aliquis, poetisne credendum putas? Quidni putem? Non enim ista Lucilius narrat, aut Lucianus, qui diis et hominibus non pepercit; sed hi potissimum, qui deorum laudes canebant.
 9 Quibus igitur credemus, si fidem laudantibus non habemus? Qui hos mentiri putat, proferat alios, quibus credamus, auctores, qui nos doceant, qui sint isti dii; quomodo, vnde orti; quæ sit vis eorum, qui numerus, quæ potestas; quid in his^a admirabile^b, quid cultu dignum, quod denique certius veriusque mysterium^c. Nullos dabit^d. Credamus igitur istis; qui non vt reprehenderent, sunt locuti; sed vt prædicarent^e. Nauigauit ergo cum Argonautis, expugnauitque Troiam, irarus Laomedonti ob negatam sibi pro filia salute mercedem, vnde, quo tempore fuerit, adparet. Idem, furore atque in-
 11 sania percitus^f, vxorem suam cum liberis interemit. Hunc homines deum putant? sed Philoctetes^g, eius he-
 res

y) *Eurystheo*] regi Mycenarum, Val. Flacc. 3. v. 655. cui Iuno Herculem laboribus conficiendum sublecerat. Diodor. 4. c. 9. 11. Cell.

z) *Omphala, qua illum, vestibus*] Mxonum siue Lydorum reginæ. Diod. Sic. 4. c. 31. Fulgent. Mythol. 2. c. 5. Cell.

a) *quid in his*] rectius Reimm. in *his*, i. e. in iis. Büñ.

b) *admirabile*] Goth. *ammirabile*, ex more MSS. Vid. not. ad Gell. ed. Gron. L. 4. c. 8. p. 275. et L. 5. c. 14. p. 329. Muncker. ad Hygin. fab. 30. p. 74. Büñ.

c) *quod denique certius veriusque mysterium*] Sic cum reliquis Reimm. *Non credis* Heumannus *Lactantii esse hac verba*; at mihi videntur vel maxime necessaria propter suspectos mendacii poetas, qui illa mysteria reuelauerant. hinc c. 12. n. 1:

reuelauimus mysteria poetarum, quibus reiectis certius veriusque mysterium erat requirendum. Conf. c. 15. 1. c. 21. 29 - 40. Credit vero potius Heumannus, Lactantium sic finis se periodum: quid cultu dignum denique; ego vero valde dubito, Latinos particula denique finire alicubi. Büñ.

d) *Nullos dabis*] Sic MSS. Lipf. Goth. Cauc. Pal. Angl. et præfero, nam ante: *alios proferat*. Edd. Ven. 1471-97. Rost. Parrh. Crat. *Nullus dabis*. Büñ.

e) *vt prædicarent*] c. 11. 17-23. Büñ.

f) *furore-percitus*] Epit. c. 7: *in similitu furoris elatus*. Seneca in *Hercul. Fur. I. 108. magno furore percitus*. Büñ.

g) *sed Philoctetes, eius heres*] Lege *Seruium* in *Aeneid. 3. v. 402. Cell.*

h) *Philoctetes*] Gron. Goth. Vltr. Cauc.

resⁱ, non putauit, qui facem supposuit arsurō; qui artus eius, et nervos cremari ac diffuere^k vidit; qui ossa eius, ac cineres in Oeteo^l monte sepeliuit: pro quo munere sagittas eius accepit.

X. Aesculapius et ipse non sine flagitio Apollinis natus^a, quid fecit aliud diuinis honoribus dignum, nisi quod sanauit Hippolytum? mortem sane habuit clariorem; quod a deo meruit fulminari^b. Hunc Tarquitiu^c, de illustribus viris

Cauc. Reimm. *Philocteta*. Lips. 2d. *Philoteta*. Iun. *Philoteca*. Rost. *Philoteses*. vtraque Ven. 1478. *Philoteses*. recepta optima. Vid. Iseum, Seruium ad Virg. 3. Aen. 402. Munckerum ad Hygin. fab. 36. p. 83. Bün.

i) eius heres, quod alii alibi vindicarunt. pari modo Ven. 1471. vtraque 1478. 97. Rost. Pier. *artus suos*. Bün.

k) cremari ac diffuere] Sic cum MSS. Reimm. Ven. 1493. 97. Paris. at Rost. vtraque 1478. Pier. *cremari ac dissoluere*, ex quo Heumannō auctore ed. Flor. 1513. *dissolui* fecit et Aldus; at Parrh. iam a. 1509. *dissolui* ediderat. *Dissuere* confirmatur ex Epit. c. 7: *quum diffuere* ulceribus. Præterea MSS. *diffuere* et *desuere*, qualis variatio saepe in Lactantio a nobis obseruabitur, de qua pluribus Cortius ad Sall. Iug. 1. 4. p. 410. Bün.

l) in Oeteo monte] præstat MSS. sequi, quam *Oeta* vulgatorum. Cell.

m) Oeteo] Thom. edidit *Oeta*, vt Iunt. et Ald. nec Heumannō displicet. In nonnullis Vatic. Pen. Cauc. Vltr. *Oetao monte*. Lips. 1. 3: in *Oeteo monte Thesalia*. Angl. Goth. *Oeteo monte*. Epit. Taur. c. 7: in *Aetæo monte*. Cic. Nat. D. L. 3. c. 16: *cui in monte Oeteo illa lani-*

pades fuerunt. De scriptura diuersa plura Munckerus c. l. Bün.

a) non sine flagitio Apollinis natus] Apollo dicitur Arfinoen, Leucippi; vel Coronidem, Phlegiæ Thesaliæ filiam compressisse, ex qua natus sit Aesculapius. Apollodor. Lib. 3. c. 10. n. 3. Cell.

b) a Deo meruit fulminari] Apollodor. d. l. n. 4. Ζεύς ἐκεράωντοσεν αὐτόν, Iuppiter eum (Aesculapium) fulmine deuenit: causa quod Hippolyto, vel aliis etiam, vitam reddidisset. Hygin. fab. 49. Cell.

c) Hunc Tarquitiu] Ammianus Marcellinus Lib. 25. c. 6. de hoc auctore: *Ex Tarquitanis libris, in titulo: De rebus diuinis relatum esse*. Memorat etiam Macrobius saturn. 3. c. 7. vt Pythæus Aduers. 1. c. 20. ex MS. in locum *Tarquini* restituit, et restitui etiam Lib. 2. c. vlt. cupit. Cell.

d) Tarquitiu] Sic Goth. Reimm. et vtraque 1478. 1493. Paris. 1512. Tornæa recte. Perperam Ven. 1471. 97. Rost. cum Lips. 2d. *Tarquinius*. Walch. vitiose: *Tarquilius*. Notata a Thyffio et Cell. ad h. l. ex Vosfio L. 1. Hist. Gr. c. 31. petita. Vide etiam indicem Harduini in Plinium p. 130. Lindenbr. et Valesi ad Amm. Marcell. L. 25. 2. Cren. p. VIII. Animaduers. p. 43. fq.

viris disferens, ait, incertis parentibus natum, expositum, et a venatoribus inuentum, canino lacte nutritum, Chironi traditum, didicisse medicinam: fuisse autem Messemium; sed Epidauri moratum. Tullius etiam, Cynosuris^{b. i.}, ait, sepultum. Quid Apollo^k pater eius? nonne ob amorem, quo flagrabat^l, turpissime^m gregem pauperⁿ alienum, et muros Laomedonti extruxit, cum Neptuno^o mercede conductus, quæ illi negari potuit impune^p: ab eoque primo rex perfidus^q, quid-

Fuerunt hæc nomina quoque olim in Cicerone confusa. Vid. ad L. 6. Att. ep. 8. Popmani et alios. Bün.

e) *canina lacte*] vnde nomen traxisse quasi *κύων* vult Bocharte Hieroz. L. 2. c. 55. Reinesius cum aliis ex Græcis, quia *ἀσκελῆ ἡπίαι ἐπολεί*. Var. Lect. L. 3. c. 17. p. 646. Bün.

f) *Chironi*] Mort. Perf. c. 33. 4. Vid. Apollodor. L. 1. p. 5. et Lib. 3. §. 3. p. 198. Bün.

g) *Epidauri moratum*] Epidauri in Argolide Peloponnesi. Hinc in nummo Alexandri Seueri ΕΠΙΔΑΥΡΙΟΣ cognominatur: et inscripta. Rom. apud Reines. I. 114. AESCVLAPIO EPIDAVRIO. Cell.

h) *Tullius etiam: Cynosuris*] Tullius Nat. Deor. 3. c. 22. Sunt vero Cynosuræ in Arcadia Stephano: Callimachi scholiastæ in Hymn. Dianæ *Κυνουρηρίς τόπος Λακωνικῆς*, locus Laconicæ. Cell.

i) *Cynosuris*] addunt glossam Parrh. Iun. Ald. Crat. Tornæz. *Cynosuris vrbe Arcadia*. Vid. Cic. 3. Nat. D. c. 22. Bün.

k) *Apollo*] Tertull. Apol. c. 14. Minuc. c. 22. 5. et notas. Bün.

l) *quo flagrabat*] MSS. Bon. Cauc. Iun. Vltr. Tax. Pen. Lips. tert. Reimm. Rost. Ven. 1471. 1472. vtraque 1478-97. et plures: *quo flagrabat*, quod sine causâ mutarant recentiores. Bün.

m) *turpissime*] Petr. Iunius apud Cren. part. IX. Animadu. p. 45: *turpissimo legit*. Nihil muto. Vid. Epit. c. 8. et de Mort. Perf. c. 5. 2. Bün.

n) *Nonne ob amorem - turpissime gregem pauper*] Interpres sit Callimachus hymno Apollin. v. 47.

Φοῖβον καὶ Νόμιον κελή-
σκομεν, ἔξ ἔτι κένε
Ἐξότ' ἐπ' Ἀμφρυσῶ ζευγῆ-
τιδας ἔτρεφεν ἵππυς,
Ἡιδέεσ' ὅτι ἔρωτι κεκαυμένος
Ἀδμήτοιο.

Amphrysius fluuius Phthiotidis: Admetus iuuenis rex eius regionis, cuius turpi amore Apollo flagrauit; cuius et greges fuerunt. Alii aliam causam seruitutis adferunt. Hyginus fab. 49. Seruius ad illud, *Pastor ab Amphryso*, Georg. 3. v. 2. Cell.

o) *muros Laomedonti extruxit, cum Neptuno*] Hyginus fab. 89. Seruius in Aen. 2. v. 610. Cell.

p) *impune*] Fabulæ aliter: immisisse Neptunum cetum; Apollinem pestilentiam. Hygin. d. l. Sed impunitas ita intelligenda, quod neque his malis dii Laomedontem potuerint ad vota præstanda cogere. Cell.

q) *ab eoque primo rex perfidus*] ab eo tempore rex primum perfidus in deos: nam iterum mox perfidus fuit in Herculem argonautam. Hygin. ibid. Cell.

r) *Idem*

quidquid cum diis pepigisset, didicit abnegare? Idem formosum puerum^r et, dum amat, violauit; et, dum ludit, occidit. Homicida Mars^s, et per gratiam^t cædis crimine⁴ ab Atheniensibus^u liberatus, ne videretur nimis ferus et immanis^z, adulterium^y cum Venere commisit. Castor et Pollux, dum alienas sponfas rapiunt^z, esse gemini desierunt. Nam dolore iniuriæ^{a-b} concitatus Idas^c alterum gladio transverberauit; et eosdem poetæ alternis viuere, alternis mori^d narrant; vt iam sint nos deorum tantum, sed^e omnium mortalium miserrimi; quibus semel mori non licet. Hos tamen⁶ Homerus ambos simpliciter, (non vt poetæ solent,) mortuos esse testatur. Nam, quum faceret^f in muris adfidentem Priamo Helenam cunctos Græciæ principes recognoscere; solos autem se fratres suos requirere: subiecit orationi eius huiusmodi versum^g:

Hæc

v) *Idem formosum puerum*] Idem Apollo Hyacinthum amauit, quocum quum disco ludit, percussus eius interficitur. Ouid. Met. 10. v. 187. Cell.

s) *Homicida Mars*] L. 5. 3. 6. Morizius de Verit. Relig. Christ. c. 22. p. 478. Büw.

t) *per gratiam*] de Ira 20. 7: qui iudicia eludunt per gratiam vel potentiam. Büw.

u) *cædis crimine ab Atheniensibus*] Inde Areopagi nomen Halirrhothium, Neptuni filium, occiderat. Pausan. Attic. p. 19. et 26. Cell.

x) *ferus et immanis*] Sic iunxit Cicero 4. Acad. c. 34. quum dixit: *feram et immanem beluam*. Büw.

y) *adulterium*] Vid. Prudent. Peristeph. H. 10. 185. Maxim. Tyr. dial. 8. p. 86. Büw.

z) *dum alienas sponfas rapiunt*] Hygin. fab. 80. Cell.

a) *dolore iniuria*] MSS. Angl. et Lipf. et ed. Rom. *liuore*, alii *dolore*. Cell.

b) *dolore iniuria*] Sic Goth. cum Gryph. Thom. et recentioribus. At

MSS. Lipf. Angl. Roimm. Sublac. Rost. Rom. Ven. 1471. 1515. Iunt. Paris. Gymn. *liuore iniuria*. Heumarun. *liuore et iniuria*. Nihil muto. Sic Sall. Cat. 28. 4: *dolore iniuria*. Liuius 1. 40: *iniuria dolor - eos stimulat*. Phædr. 4. 24. 17: *dolens iniuria*. Ipse Lact. de Mort. Perf. 383: *constupratis uxoribus - quam dolorem ferro non possens*, sc. mariti. Boethius L. 4. Consol. incunte: *ob iniuria dolorem nuper oblita*. Büw.

c) *Idas*] sponfus alterius raptæ. Hygin. d. l. Cell.

d) *alternis viuere, alternis mori*] Diximus ad Siliii Ital. L. 9. v. 295. Cell.

e) *nos - tantum, sed*] pro *sed etiam*. Sic sæpe vindicauit ad Epit. c. 23. et de Mort. Perf. 10. 4. Büw.

f) *faceret*] i. e. fingeret. L. 5. 26. 13. Cic. 1. Nat. D. c. 8. et c. 12. Büw.

g) *huiusmodi versum*] Illiad. γ. v. 243.

ὧς Φάτο. τὰς δ' ἤδη κατέχευε Φυρζῶος ἄϊα. Cell.

b) *Fur*

Hæc ait. ast illos retinebat terra sepultos.

- 7 Fur ac nebulos^b Mercurius, quid ad famam sui reliquit, nisi memoriam fraudum suarum? cælo scilicet dignusⁱ, quia
 8 palæstram docuit^k, et lyram primus inuenit^l. Liberum patrem in senatu deorum summæ auctoritatis, primæque esse sententiæ^m, necesse est: quia præter Iouem solus omnium triumphauit, exercitum duxit, Indos debellauit. Sed inuictus ille imperator Indicus^{n.º} maximus ab amore ac libidine^p
 9 turpissime victus est. Delatus enim Cretam^q cum semiuירו comitatu; nactus est impudicam mulierem in litore: ac fiducia victoriæ Indicæ vir esse voluit; ne nimirum^r mollis vi-
 de-

h) Fur ac nebulos etc.] Illustrat Crenius p. IX. Animadu. p. 46. ubi quum subiecit, *se Sallustium de diis non nonis se nec legisse*, videtur dememinit eum sæpe a Photio, Suida, Simplicio, aliis laudari; et de nouo editum a Thoma Galé apud Wetsten. in Opusc. Mythol. Phys. et Eth. Amst. 1688. 8. Bün.

i) celo scilicet dignus] Omittunt nonnullæ edd. e. g. Parrh. Crat. *scilicet*, male, nam inseruit eleganter ironizæ. Vide meum indicem ad Castellion. Version. Cod. S. Alia non protrita in sensu confirmandi congesit Ger. Kempferus ad Calpurn. Ecl. 3. 72. p. 314. Bün.

k) quia palæstram docuit] Horat. 1. od. 10. Cell.

l) et lyram primus inuenit] Hygin. Astron. 2. cap. 7. Cell.

m) primæque -sententiæ] Primi sententius rogabantur COSS. designati, aut; si ii nulli essent, princeps senatus. Plura Casaubon. h. l. apud Gall. Bün.

n) imperator Indicus] Bacchus, cui Romanq; more cognomen ex deuicta gente imponit, vti Cæsares Germanici, Parthici. Cell.

o) inuictus -Indicus] Hæc vera lectio. Fere omnes antiquæ edd. occu-

pauit: *inclutus* aut *inclitus*, sed clare Epit. 8. 5: Liber Pater debellata INDIA VICTOR quum CRETAM-venisfor. hinc Cretam Lactantium scripsisse puto, vti Reimm. Goth. Iun. C. C. C. Vltr. Pal. Lips. Angl. Sublac. Ven. 1471-1497. Pier. Parrh. Paris. habent. Sparkius Iseo temere adfensit. Bün.

p) ab amore ac libidine] Lips. tertius. Alii *ob amorem*. Cell.

q) Delatus enim Cretam] Sic libri MSS. Angli et Lipsienses: etiam ed. Rom. et Ven. ante Aldum, cuius *Diam* est, quem recentes editores sequuti sunt, quia Diodorus Siculus Lib. 5. c. 51. et Catullus Nupt. Pel. et Thet. v. 52. et 121. insulam, in qua Bacchus Ariadnen, a Theseo desertam, inuenerit, *Diam* adpellant. Non dubito *Cretam* Lactantium scripsisse, quia illustrior, quam parua *Dia*, LXX stadiis a Cretensi litore remota, vt Strabo sub finem Lib. 10 tradit, cui potius credo, quam Diodoro, qui *Naxum* postea vocatam ait. Cell.

r) ne nimirum] Cod. Emman. *nimirum*: alii *nimum*. Illud magis idoneum periodi numero, cuius studiosus est Lactantius. Cell.

deceat: *aque illam patris proditricem, fratris interemeritricem, ab alio relictam, et repudiatam, in coniugium sibi vindicavit, et liberam fecit*; et cum ea pariter ascendit in calum. Quid horum omnium pater Iuppiter; qui in solenni precatione Optimus Maximus nominatur? nonne a prima sua pueritia impitius, ac patre parricida deprehenditur? quum patrem regno expulit, ac fugavit, nec expectavit mortem decrepiti senis, cupiditate regnandi: et quum paternum solum per vim, per arma cepisset, bello est a Titibus lacesitus, quod humano generi principium fuit malorum: quibus victis, et pace in perpetuum comparata, reliquam suam vitam in stupris, adulteriisque consumit. Omitto virgines, quas imminuit. id enim tolerabile iudicari solet. Amphitryonem ac Tyndarum praterire non possum, quorum domos dedecore atque infamia plenissimas reddidit. Illud vero summæ impietatis ac sceleris, quod regium puerum rapuit ad stuprum. Parum enim videbatur, si in expugnanda femi-

s) *ne nimium mollis videretur*] Ita Cellarius ex vno Emmart. seculo XV. scripto; adde MS. C. C. C. mallian codices reliquos, MSS. Reimm. et edd. Sublac. Ven. 1471-1515. et reliquis sequit: *ne nimium mollis*. Sic et. 4: *ne videretur nimis ferus et immutatus*. Bün.

t) *patris proditricem, fratris interemeritricem*] Ariadnen, Minois Cretenensis filiam, cuius ope Minotaurum, fratrem eius, Theseus interfecerat. Mythol. Theop. p. 8. Cell.

u) *proditricem - interemeritricem*] Prior vox Lactantio, quod sciam pectus, altera iam Tertulliano vitata. Ex codice adn. Praxam e. 27: *interemeritricem antiquus probatur*. *Interemeritricem* quæstæ declin. desideratur in Lexico, et Lact. Placidi Narr. Fab. Libr. XI. cap. p. 271: *causa interemeritricem*. Bün.

x) *in coniugium vindicavit*] Goth. *in coniugio*, quomodo sæpe Lactan-

tius. Vid. c. 14. 10. et Mort. Perf. 39. 2. Muncker. ad Hygin. fab. 50. p. 98. et f. 92. p. 148. Bün.

y) *liberam fecit*] Liberam tamquam Deæ nomen manuit Iseus h. l. et Barthius ad Statii Tom. II. p. 598. Cic. 2. Nat. D. c. 24. Bün.

z) *ascendit in calum*] Goth. *ascendit ad calos*. Non male. At Ciceronis est: *ascendere in calum*, item: *ascendere calum*. Bün.

a) *nec expectavit*] hat nicht abgewartet. Alio sensu de Mort. Perf. c. 24. n. 2. not. Bün.

b) *imminuit*] Vid. not. ad de Mort. Perf. 38. 4. Bün.

c) *Amphitryonem ac Tyndarum*] quorum vxores, Alcmenam et Ledam, corrupit. Cell.

d) *puerum rapuit*] L. I. II. 19. 29. *Casareusum*, i. e. *Ganymedem rapuit*. Cypr. L. 2. ep. 2. ed. Basil. *in puero-rum pubescensium rapus ministris auibus profuitur*. Bün.

minarum pudicitia^e maculosus^f. & esfet ac turpis, nisi etiam
 13 sexui suo iniuriam faceret, hoc est verum adulterium, quod
 fit contra naturam^h. Hæc qui fecit, viderimus, an maxi-
 mus; certe optimus non estⁱ. quod nomen a corruptoribus,
 ab adulteris, ab incestis abest: nisi forte nos erramus homi-
 14 busque pœnis dignissimos iudicamus. Stultus autem M.
 Tullius, qui C. Verri adulteria obiecit; eadem enim Iuppi-
 ter, quem colebat, admisit: qui P. Clodio sororis incestum^k;
 at illi Optimo Maximo eadem fuit et soror et coniux.

XI. Quis est igitur tam excors, qui hunc in cælo regna-
 re putet, qui ne in terra quidem debuit? Non insulse qui-
 dam poeta triumphum Cupidinis^{a-b} scripsit: quo in libro
 non modo potentissimum deorum Cupidinem, sed etiam vi-
 2 ctorem facit. Enumeratis enim amoribus singulorum, qui-
 bus in potestatem Cupidinis, ditionemque venissent, instruit
 pom-

e) *si in expugnanda - pudicitia*] Sic meliores libri, etiam Reimm. et secunda Ven. 1478; at prima 1478: *si expugnanda*. Ven. 1471. et Ross. 1476: *si impugnanda - pudicitia*, male. Cicero L. 1. in Verr. c. 3: *non adulterum, sed expugnatorem pudicitiz*, (quod maius scelus) vocat Verrem. Plura Abramus ad Cic. pro Cælio c. 20: *utrum expugnare pudicitiam an explere libidinem voluisse videatur*. Bün.

f) *maculosus*] pollutus, contaminatus. Tacitus Hist. 3. cap. 38: *omni dedecore maculosus*. Cell.

g) *maculosus*] Proprie Virgilio tigrides maculosæ. Cicero in 1. Att. ep. 16: *maculosi senatores*, secundum Gronouium rectius *notati* ut censoribus, quam Casaub. *ἐπιταροί*, homines vita non vestium sordibus insignes. quod hic verum. Bün.

h) *hoc est verum adulterium, quod fit contra naturam*] Heumanno glos-

fema sapiunt hæc verba, quæ leguntur in Reimm. et omnibus libris. Conf. L. 6. 23. 8-10. Bün.

i) *an maximus - optimus non est*] Vid. Cic. 2. Nat. D. c. 25. et Lib. 3. N. D. c. 36. adludit Seneca 1. Clem. c. 19: *hac imitari decet: maximum ita haberi, ut optimus simul habeat*. Bün.

k) *qui P. Clodio sororis incestum*] pro Milone cap. 27. de Arusp. Resp. c. 20. Cell.

a) *quidam poeta triumphum Cupidinis [scripsit]* Ignotum, qui fuerit poeta, nec liber eius ad nostra tempora peruenit. Cell.

b) *triumphum Cupidinis*] Huc respexit auctor libri de Pudicitia apud Cypr. vbi scripsit: *impudicitia hominem sub triumphum libidinis mittit*. Poetæ nomen ignotum quoque confitetur Nic. Abram. ad Cic. in Pison. c. 25. Bün.

pompam; in qua Iuppiter cum ceteris diis ante curram triumphantis ducitur catenatus. Eleganter id quidem a poeta figuratum; sed tamen non multum distat a vero. Qui enim virtutis est expers, qui cupiditatibus^c ac libidinibus malis vincitur, non Cupidini, ut ille finxit, sed morti subiectus est sempiternæ. Sed omittamus de moribus dicere, rem confideremus, ut intelligant homines, in quibus miseri versentur erroribus. Regnare in cælo Iouem vulgus existimat. id et doctis pariter et indoctis^d persuasum est, quod et religio ipsa, et preces, et hymni, et delubra, et simulacra demonstrant. Eundem tamen Saturno et Rheæ^e genitum confitentur. Quomodo potest deus videri, aut credi, (ut ait poeta^f,) *hominum rerumque repertor*, ante cuius ortum infinita hominum millia fuerunt? eorum scilicet, qui Saturno regnante vixerunt, ac priores luce, quam Iuppiter, sunt potiri. Video alium deum regem fuisse primis temporibus, alium consequentibus. Potest ergo fieri, ut alius sit postea futurus. Si enim prius regnum^g mutatum est, cur desperemus, etiam posterius posse mutari? nisi forte Saturnus generare potuit fortiorem, Iuppiter non potest. Atqui diuinum imperium aut semper immutabile est: aut, si est mutabile, quod fieri non potest^h; semper utique mutabile est. Potest ergo Iuppiter regnum amittere, sicut pater eius amisit. Ita planeⁱ: nam quum idem neque virginibus, neque maritatis

c) *cupiditatibus*] Bon. Tax. Vltr. Reimm. Goth. *cupiditate*. Bün.

d) *et doctis pariter et indoctis*] Tornæz. omittit prius et. Vindicavi geminatum ad L. 4. 1. 1. et geminant hic scripti et editi plerique. Bün.

e) *Saturno et Rheæ*] Goth. et Ball. *Saturno et Ope*. Conf. n. 27. et n. 38. res eodem redit. Vid. 1. 13. 2. Bün.

f) *ut ait poeta*] Virgilius Aen. 12. v. 829:

Oldi subridens hominum rerumque repertor. Cell.

g) *Si enim prius regnum*] Lips. 1.

et Goth. hoc ordine: alii *regnum prius* transponunt. Cell.

g) *non potest*] Non male his verbis antiqua manus in Reimm. inscripfit: *non potuit*. Bün.

h) *quod fieri non potest*] Hæc glossa perspicuum Heumanno dicta, sed habent omnes libri, mihi que elegantiora glosfatoris stilo videntur, qui dixisset: *quod impossibilia est*. Bün.

i) *ita plane*] elegans formula, ut L. 2. 2. 6. de Mort. Perf. 13. 8. est a Cicerone 1. Tusc. 7. Bün.

ratis vniquam pepercisset; abstinuit se tamen vna Thetide^k, quod responsum fuit, maiorem patre^l suo futurum, quis-
 10 quis ex illa natus esset. Et primum in eo imprudentia, non dei^m prouidentiaⁿ, cui nisi Themis futura dixisset^o, ipse nesciret. si autem diuinus non sit^p, ne deus quidem sit; vn-
 11 de ipsa diuinitas nominatur, vt ab homine humanitas. Deinde conscientia imbecillitatis; qui timuit^q vtrique maiorem: quod qui facit, scit profecto^r non esse se maximum; quando qui-

k) Thetide] Vid. Apollodor. L. 3. p. 218. Hygin. fab. 34. Grænius part. IX. Animadu. p. 48. Bün.

l) quod responsum fuit, maiorem patre] Id responsum Pindarus habet Isthm. Ode vlt. sect. 4. πεπερωμένον ἦν, φέρτερον γόνων ἀνακτα πατρὸς τεκέειν ποτρίων θεόν. Fato decretum erat, praestantiorum patre filium regem Martiam deam parituram esse. Cell.

m) Et primum prudentia deo, non dei] Sic Lips. 1. et optimus. Vulgati: Primum in eo prudentia. Goth. et Palat. et ed. Ifæi, Betul. ac Sparki: imprudentia. Sed propior Lipliensis ingenio auctoris, quem interpretamur; prudentiam inesse quidem Ioui; non autem diuinam, quia nesciret, nisi Themis prædixisset. Cell.

n) in eo imprudentia, non dei prouidentia] Pal. Cauc. Vltr. Lipl. Fafitellii 1533. Tornæs. 1556: primum in eo imprudentia non dei, teste Galæo. Ita quoque Goth. If. Spark. at Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 1478-97. Pier. Parrh. Crat. Ald. Thom. Primum in eo prudentia, non dei. Singularis est Antuerp. Gymnici: Primum in eo prudentia, aliter prouidentia non dei. Reimm. et primum imprudentia in eo non dei scientia. (Vox scientia ab eadem manu, vt videtur, in marg. addita.) Heumannus sic tentat: Primum in eo

non est prouidentia - deinde conscientia imbecillitatis; timuit vtrique maiorem: Certe sensu planiori. Edidi vt habet Tornæs. 1587-1613: in eo imprudentia, non dei prouidentia. Iterum c. 13. 4: rursus imprudentiam reprehendam, necesse est. Bün.

o) nisi Themis futura dixisset] Quod modo prodebamus ex Pindaro oraculum, ibidem Themis dicitur edidisse, εἶπε δ' ἔμβυλος ἐν πύργοισι θεῆμις, etc. Cell.

p) diuinus non sit] Lips. 2dus: diuus non sit. Nihil muto: diuinus valet, pollens praescientia, diuinandi res, fatidicus. Conf. L. 2. 2. 5: quoniam diuini sunt. Epit. Taur. e. 31: qui autem scit illa, diuinus sit necesse est; ac propterea deus, homo autem nec diuinus nec deus est. Conf. Epit. c. 10. Cic. de Fato: falli sperat Chaldaeos ceterosque diuinos. L. 1. Diuin. 58: Non enim sunt ii scientia aut arte diuini. Conf. Muncker. ad Hygin. fab. 118. p. 179. sq. et interpretes ad Burni. Petron. c. 7. p. 31. Egregie Arnob. L. 3. p. 112. pr. ceteri dii non sunt, et ventura prædicere inscitia nesciunt atque ignorantia futurorum. reliqua. Quæ Heraldus optime ex nostro loco vindicat p. 140. Bün.

q) timuit] ergo non deus. Vid. c. 13. 1. et de Ira c. 15. 7-8. Bün.

r) scit profecto] Sic Bon. Tax. Pen. scit usque. Vltr. scit usque profecto. Anti-

quidem potest aliquid maius existere. Idem per Stygiam in paludem sanctissime iurat¹²:

Vna superstitio superis quæ reddita diuis.

Quæ est ista superstitio? aut a quo reddita¹³? est ergo aliqua potestas maxima, quæ peierantes deos puniat? quæ tanta formido est paludis infernæ, si sunt immortales? quid metuunt eam, quam visuri non sunt, nisi quos mori necesse est?

Quid igitur homines oculos suos in cælum tollunt? quid per¹³ superos deierant¹⁴, quum ipsi superi ad inferos deuoluantur¹⁵, ibique habeant quod venerentur, et adorent? Illud vero quale est? esse fata, quibus dii omnes et ipse Iuppiter pareat. Si Parcarum¹⁶ tanta vis est, ut plus possint, quam cælestes¹⁴

vni-

Antiquisf. Cauci, Rost. Vtraque 1478. Paris. 1513. Parrh. Ald. Crat. 1521-24. Gymn. Noli iunctas particulas, mihi nondum obseruatas, prætermittere; qui retineo: scit profecto, quia vix vtrique præcesit. Bün.

1) Idem per Stygiam paludem iurat] Hoc maximum grauisimumque deorum iusiurandum, ut Homerus tradit iliad. O. v. 38. Et Silius Italicus Lib. 13. v. 568.

As magnis semper diuis regique deorum

Iurari dignata palus, picis horrida riuo

Femiferum voluit Styx inter sulfura limam.

Quem autem Lactantius heic verbum profert, *Vna superstitio*, et reliqua; est 817. Lib. 12. Aeneidos, ubi non Iuppiter, sed Iuno iurat. Cell.

1) Idem per Stygiam paludem iurat] Cellarius hic et c. 17. 12. putauit, Lactantium hunc versum de Ioue iurante summisse, quum de Iunone agat; at Lactantius ea verba Virgilia tanquam descriptionem Stygiz paludis iurandi religione sacratæ addidit. Conf. Apollod. l. c. 2. §. 4. et Vosf. Theol. Gentil. l. 2. c. 81. Abduxit Cellarium nota Pon-

tani ad Virg. 12. Aen. 324. Alias ipsum Iouem per Stygiam paludem iurasse Taubau. et Emmenesf. ad Virg. 6. Aen. 324. docent. MS. Goth. C. C. C. et Ball. *vana superstitio*, abeunt a Poeta. Bün.

u) a quo reddita] Heumann. in addendis post p. 1046. pro *reddita*, scribit: *tradita*, at omnes libri: *reddita* repetunt: et recte; valet enim in Poeta idem quod simplex: *data*, secundum Seruium, neque male interrogans eandem vocem repetit. Bün.

x) quid per superos deierant] Goth. Rost. Ven. 1471-97: quid superos deierant. (Ven. vtraque: *superbos*) ut sine præpos. Tertull. Apol. c. 14: *Socrates quercum, hircum et canem deierabat*, sed amat in iurandi verbis præpositionem per. n. 12: *per Stygiam paludem iurat*. L. 5. 10. 8: *adiuratus per patrem*. L. 3. 20. 15: *per canem et anjerem deierabat*. Bün.

y) deuoluantur] Bon. Tax. Vltr. Iun. Lipsf. 3. Reünm. *reuoiantur*. Bün.

z) Si Parcarum tanta vis est] Parca fata sunt, de quibus Gellius Lib. 3. c. 16. Cell.

a) Parcarum] Paulo ante: *fata*. Par-

E

vniversi, quamque ipse rector ac dominus: cur non illæ potius regnare dicantur, quarum legibus ac statutis parere omnes deos necessitas cogit? Nunc cui dubium est, quin ^b is, qui alicui rei obsequitur, maximus non sit? nam si sit; non accipiat fata, sed faciat. Nunc ad illud, quod omiseram, redeo. In vna itaque ^c sola fuit continentior, quum eam deperiret; non virtute ^e aliqua, sed meru successoris. Quæ formido utique eius est, qui sit et mortalis et imbecillus ^f, et nihil ^g: quippe qui potuit et tunc, quum nasceretur, extinguere, sicut frater eius ante genitus extinctus est: qui si vivere potuisset, numquam minori concessisset imperium. Ipse autem furto seruatus ^b, furtimque nutritus ⁱ, ζεύς siue ζην adpellatus est; non, ut isti putant, a feruore ^k cælestis ignis; vel quod vitæ ^l sit dator; vel quod animantibus inspiret animas, quæ virtus solius Dei est, (quam enim posset inspirare animam, qui ipse accepit ^m aliunde?) sed quod primus ex li-

Parcas fata dici pluribus ostendunt Muncker. ad Fulgent. Mythol. I. c. 7. p. 40. et ibi laudatus Spanhem. de Numm. Præstantia, et iterum Muncker. ad Albric. Phil. de Deor. Imag. c. 10. p. 314. Bün.

b) nunc cui dubium - quin] Rectius, quam Goth. num dubium est cui, quin. Bün.

c) In vna utique] Lipsienses codd. itaque. Cell.

d) in vna itaque] Lego cum Bon. Tax. Cauc. Vltr. tribus Lipf. Reimm. Rost. Ven. secunda 1478-97: in vna itaque. Nam statim utique sequitur. Bün.

e) deperiret; non virtute] Vulgo, et non virtute: quæ copula abest ab Emman. et Lipf. MSS. Cell.

f) imbecillus] Præfero hic imbecillus ex Bon. Pal. et Lipf. tert. ne media vocalis i toties repetatur. Vid. quæ noto L. 4. 22. 5. Bün.

g) et nihil] Vid. ad L. 2. 1. 2. et L. 6. 22. 1. vindicatum, vnde perpe-

ram Reimm. Rost. et nihil. Ven. utraque 1478. cum Ven. 1493-97: et nihil. male. Bün.

h) furto seruatus] a matre, quæ Saturnum elusit, ne filium deuoraret. Fabula nota est apud Appollodorum Lib. 1. cap. 1. Ouid. 4. Fast. v. 200. seqq. Adde infra c. 13. Cell.

i) furtimque nutritus] inantro Cretæ insulæ a Curetibus. Ibidem. Adde post dicenda ad cap. 13. sect. 3. Cell.

k) ζεύς - a feruore] Athenag. pro Christ. p. 83: ζεύς ἢ ζέσσει ἕσσει κατὰ τὴς στοικῆς. Bün.

l) a feruore cælestis ignis, vel quod vitæ] Vel a ζέω ferueo; vel a ζόειν viuo Ζεύς dictus credebatur. Cell.

m) accepit aliunde] Goth. et Lipf. accepit: alii accipit. Cell.

n) accepit] Ita iam Ven. 1493. et 97. ediderant. recte; Reimm. cepit. Bun.

o) de-

liberis Saturni maribus vixerit. Potuerunt igitur homines 17
 alium deum habere rectorem^{o. p.}, si Saturnus non fuisset ab
 vxore delusus. At enim poetæ ista finxerunt. Errat, quisquis
 hoc putat. illi enim de hominibus loquebantur: sed, ut eos or-
 narent, quorum memoriam laudibus celebrabant[?]; deos esse
 dixerunt. Itaque illa potius ficta sunt, quæ tamquam de diis;
 non illa, quæ tamquam de hominibus locuti sunt: quod cla-
 rum fiet exemplo, quod inferemus. Danaen violaturus^r, 18
 aureos nummos largiter in sinum^s eius infudit. Hæc stupri
 merces fuit. At poetæ, qui quasi de deo loquebantur, ne au-
 thoritatem creditæ[?] maiestatis infringerent; finxerunt, ipsum
 in aureo imbre delapsum, eadem figura, qua umbres ferreos^{o. x}
 dicunt, quum multitudinem telorum, sagittarumque descri-
 bunt. Rapisæ dicitur in aquila^r Catamitum^{o. a.} poeti- 19

cus

o) *deum habere rectorem*] Angl. et
 Lips. scripti, et Rom. ed. *rectorem*:
 vulgati *regem*. Cell.

p) *rectorem*] Sic Reimm. Bün.

q) *laudibus celebrabant*] c. 9. 9-10.
 Lips. 2. 3. et Reimm. *concelebrabant*.
 Vindicaui Lactantio L. 5. 22. 2. Bün.

r) *Danaen violaturus*] MSS. Can-
 tabr. addit *Isppiser*, quod interpre-
 tantis glossema videtur. Potest enim
 abesse, et a ceteris abest. *Danae*
 autem Acrisii, Argiuorum regis,
 filia, Persei ex Ioue mater. Apollo-
 dor. 2. c. 2. n. 1. Horat. 3. od. 16.
 Hygin. fab. 63. Cell.

s) *in sinum*] Sic Reimm. Pitiscus
 ad Curt. 3. 8. not. 65. legit in nostro:
in sinu. Munckerus ad Hygin. fab. 63.
 (c) p. 110: *in sinus*. Habent Rost.
 et Ven. 1471. vtraque 1478: *in sinu*;
 at 1493-97: *in sinâ*. Linea signum
 78 m excidit in prioribus. Ita-
 rum in Epit. Taur. c. 11. 2: *in si-
 num infundens*. Loca veterum colle-
 git Weitzius ad Terent. Eun. 3. sc. 5.
 p. 211. sq. Bün.

t) *credita*] Sic fete omnes. In
 editione Cantabr. *crepita*. poterat
 videri p loco d impressum, nisi

Borrichius ex suo libro in appendi-
 ce de Lexicis retulisset p. 67. Bün.
 u) *qua ferreos imbres dicunt*] ut
 Virgil. 12. v. 284:

et ferreus ingruit imber. Cell.

x) *imbres ferreos*] Sat multa eius
 locutionis exempla dederunt *Ris-
 tershus*. ad Oppian. p. 261; *Cerda*
 ad Virg. 12. Aen. 284. Franc. *Iuretus*
 ad Paullin. Petrocor. 3. 453. p. 247:
Sauaro ad Sidon. Apoll. carm. 23.
 347. p. 196. Bün.

y) *in aquila*] Vid. Lucian. de Sac-
 crii. p. 364. Athenzi Dipnos. 13.
 f. 566. Alex. ab Alex. Hier. Genial.
 L. 4. c. 2. p. 865. Sex Vaticani: *in
 aquila*; quinque alii Vatic. Bon.
 Reimm. *in aquilam figuratam*. Bün.

z) *in aquila Catamitum*] Gany-
 medem. Festus: *Catamitum pro
 Ganymede dixerunt, qui fuit Iouis
 concubinus*. Gloss. vet. *Catamitus*,
 γανυμήδης. Cell.

a) *Catamitum*] i. e. Ganymedem.
 n. 29. L. 2. 16. 16-17. de fabula
 Lucian. dial. Iouis et Ganym. p. 189.
 et Io. Bapt. Pii Syllog. 3. c. 98. Hier.
 Magii Miscell. L. 2. c. 3. Bün.

cus color^b est. sed aut per legionem^c rapuit, cuius in-
 signe aquila est: aut nauis, in qua est impositus, tute-
 lam^d e^e habuit in aquila figuratam; sicut taurum,
 20 quum rapuit et transuexit Europam. Eodem modo conuer-
 tisse in bouem traditur Io, Inachi filiam^f, quæ vt iram Iuno-
 nis effugeret, vt erat iam fetis obsita, iam bos^g, transse di-
 eitur mare, in Aegyptumque venisse; atque ibi, recepta pri-
 21 stina specie^h; dea facta; quæ nunc Isis^k vocatur. Quo igitur
 argumento probari potest, nec Europam in tauro sedisse,
 nec Io factam bouem? Quod certus dies habetur in fastis, quo
 Ifidis nauigium^l celebratur: quæ res docet, non transse
 il-

b) *poeticus color*] Vid. n. 23. Quintil.
 L. 4. 2. Inst. sunt quadam et falsa
 expositiones - id interim ad solam ve-
 recundiam pertinet, unde etiam mihi
 videtur dici COLOR. Vbi Regius:
 color, qua res turpis honesta monstra-
 tur. Büñ.

c) *per legionem*] Sic meliores et
 vetustiores scripti et editi, alii cor-
 rupte: *prolegionem*, per religionem,
 receptam recte defendit Lipsius ad
 Senec. ep. 76. Crenius ad hæc et
 seqq. in Animadu. part. IX. p. 49.
 commendat H. Iunii L. 3. Animadu. 2.
 p. 113. L. 4. c. 12. p. 224. Büñ.

d) *tutelam habuit in aquila figu-
 ratam*] Tutela nauis, tutelare num-
 en: plerumque in puppi pictum.
 Quos pictos deos Ouidius dixit I.
 Trist. 3. Sæpe idem parafeimon et
 tutela, vt in nauis παρασήμων
 Διοσκύροισι, Act. Apost. 28, 11.
 Inde factum, vt tutela etiam
 παράσημον significet. Glosf. Gr.
 Lat. παράσημον τῆ πλοῖα,
tutela. Atque ita hoc loco aquila,
 taurus, tutela vocantur, quæ nuda
 fuerunt parafeima. Adi Sahmas. in
 Solin. sub fin. c. 34. p. 403. Cell.

e) *tutelam*] Dii in puppe picti dicti
nauium tutela. Vid. Lipsium c. I. Schef-
 fer. de Milit. Nouali L. 3. c. 1. Bochart.
 Chanaan L. 2. c. 3. et II. Lact. Epit. c. 11:

*Quis est taurus? utique nauis, que tu-
 telam habuit tauri specie figuratam.*
 Hinc taurus fuit tutela nauis, quæ Eu-
 ropam transuexit, licet Gall. et If. in
 contrarium abeant. Add. Wower.
 ad Petron. p. 210. Büñ.

f) *Io, Inachi filiam*] Ouid. Me-
 tamorph. 1. Cell.

g) *iam fetis obsita, iam bos*] He-
 mistichium Virg. 7. Aen. 790. unde
 diuersis typis edidi. Büñ.

h) *recepta pristina specie*] Emman.
 Goth. Lips. specie; vulgo forma. Cell.

i) *specie*] Sic Bon. Tax. Pen. Gron.
 Pal. Iun. Ultr. Lips. Goth. Reimm.
 et receperat Tornæs. 1587-1614. Büñ.

k) *nunc Isis*] c. 21. 20-21. Epit. c. 11. Büñ.

l) *Ifidis nauigium*] Tacit. German.
 c. 9: Pars Sueuorum Ifidi sacrificas -
 signum ipsum in modum liburna fi-
 guratum, docet aduectam religionem.
 Vbi Scioppius obseruat, Ifidi quor-
 annis mense Martio nauigium di-
 catum onustumque muneribus pelago
 commissum. Hinc Ifenacum quasi IS
 NACHEN dictum ex oppidi sigillo
 maiori et inscriptione eius antiqua
 probat Io. Ge. Iunckerus, Baldrich-
 hus. Consul, in Chronost. Acrosti-
 choque iubilo in Nou. Litt. Germ.
 1709. p. 208. At aliud visum Paulli-
 ni in Hist. Ifenac. in Synt. Ant.
 Germ. Büñ.

m) *nauigium*] i. e. nauigatio.
 Ifx-

illam, sed nauigasae. Igitur qui sapere sibi videntur, quia²³ intelligunt, viuum terrenumque corpus in cælo esse non posse, totam Ganymedeam fabulam pro falsoⁿ repudiant, nec sentiunt^o, in terra id esse factum; quia res, ac libido ipsa terrena est. Non ergo res ipsas gestas^{p. 7} finxerunt poe-²³ tæ, quod si facerent, essent vanissimi: sed rebus gestis ad-
diderunt quemdam colorem. Non enim obrectantes illa di-
cebant, sed ornare cupientes. Hinc homines decipiun-²⁴
tur, maxime quod, dum hæc omnia ficta esse arbitrantur a
poetis, colunt, quod ignorant. Nesciunt enim, qui sit^r poe-
ticæ licentiæ^r modus, quousque progredi fingendo liceat:
quum officium poetæ in eo sit, ut ea, quæ vere gesta sunt, in
aliquas^t species obliquis figurationibus cum decore aliquo con-
ver-

Isæus obseruat, hoc sensu poni apud
Vlpianum in L. prima §. ait prator
D. de fluminibus, et apud Sezuolam
in L. qui Rome §. Callimachus D.
de Verbor. Obligat. At hæc docte
examinant Dukerus de Latinit.
ICt. Veter. p. 364. Gronou. ad Scri-
ptor. Eccles. c. 25. Bün.

n) *fabulam pro falso*] Heumann.
corrigit *pro falsa* sc. fabula; at
Reimm. et omnes libri: *pro falso*,
i. e. *tamquam falsum*. Bün.

o) *nec sentiunt*] Sic Bonon. Iun.
Reimm. Canc. Vltr. Goth. Lipf. Ald.
Gymn. Gryph. Tornæs. Thom. If.
at veteres edd. 1471-97. Rost. *non*
sentiunt. Singularis est Paris. 1513:
NAM sentiunt. Ad hunc sensum
Heumann. corrigebat: *repudiantes*
sentiunt. Bün.

p) *Non ergo ipsa gesta finxerunt*]
ex cod. Gronou. in Obseru. p. 180.
Cell.

q) *res ipsas gestas*] Quum præter
cod. Gronouii et ed. Cell. omnes
scripti, editi exhibeant: *res ipsas ge-*
stas, præstat hos quippe antiquiores
sequi; et statim repetit: *rebus gestis*,
quæ priora respiciunt. Recta vero
illa alibi n. 33: *gesta sua*, et ex Ne-

potis Datame probata. Conf. Laët.
n. 30-34-36. L. 2. 10. 12. Strabo
L. 1. f. 27: *ἅπαντα μὲν θεύσι, ἀλλὰ πλεονεκτήσει*. Bün.

r) *qui sit*] Eleganter sic meliores
libri: pro vulgari: *quis sit*. Sic fo-
let: n. 39: *unde, qui sit, adparet*.
L. 6. L. 11: *sicut enim, qui sit verus*
Deus, ita qui sit verus cultus, igno-
rant. L. 6. 6. 11: *qui sit ex diuiniis*
fructus petendus. Lege omnino, quæ
de vsu *qui* monet Burmann. ad Phæ-
dri L. 1. fab. 13. 6. p. 32. Vnde male
in Reimm. cod. alius ex *qui* fecit
quis. Bün.

s) *poetica licentia*] L. 7. 22. 1-6-9.
Hoc amplius Ouid. 3. Am. 12. fin.

Exit in immensum fecunda licen-
tia vatum,

Obligat historica nec sua verba
sede.

Conf. notas ad Iuueni præf. v. 16.
et Rittershus. ad Oppian. p. 149.
Bün.

t) *in aliquas*] Hoc rectius, quam
Lipf. secundi, Goth. et Tornæs. *in*
alias, sequitur enim n. 25. et n. 30.
eorum. Bün.

25 versa traducat. Totum autem, quod referas, fingere, id
 26 est ineptum esse, et mendacem potius, quam poetam. Sed
 finxerint* ista, quæ fabulosa creduntur; num etiam illa, quæ
 de diis feminis, deorumque connubiis dicta sunt? cur igitur
 sic figurantur, sic coluntur? nisi forte non tantum poetæ,
 27 sed et pictores fictoresque imaginum* mentiuntur. Si enim
 hic est Iuppiter, qui a vobis dicitur deus: si non is est y^z,
 qui ex Saturno et Ope natus est; non oportuit nisi solius^a fi-
 28 mulacrum in templis omnibus collocari. Quid sibi mulierum
 effigies volunt? quid sexus infirmus? in quem si cecidit Iup-
 29 piter, eum vere ipsi lapides^{b. c} hominem fatebuntur. Men-
 titos aiunt esse poetas: et his tamen credunt; immo vero non
 esse

u) *Sed finxerint*] Ita Bon. Tax. Pal. Lipf. i. quod præfero Goth. Iun. Cauc. Vltr. *finxerunt*. Prius valet: *fac finxerint*. Bün.

x) *sed et pictores fictoresque imaginum*] Quum Bon. Tax. Pen. *sed pictores etiam imaginum cum Cell. legant, plenius Vltr. Pal. Goth. Lipf. i. 2. Iun. Cauc. Tornæ. sed et pictores etiam fictoresque imaginum*. Reimm. *sed pictores etiam fictoresque*. Ven. 1471. Rost. *sed pictores et fictoresque imaginum*. Vtraque 1478. Pier. *sed ut pictores fictoresque imaginum*. Parrh. Crat. Iunt. Ald. *sed et pictores fictoresque*. Lego: *sed et pictores fictoresque imaginum*. Nam etiam, ut notius, ex glossa videtur. Adparet Cicero i. Nat. D. c. 29: *Iouem-reliquos deos ea facie nouimus, qua pictores fictoresque voluerunt*. Bün.

y) *si enim hic est Iuppiter -- si non is est*] Prius est etiam in Lipsiensibus adparet: non itidem s^o posterius. Emman. et Goth. vtrumque habent: neutrum vulgati. Cell.

z) *Si enim hic est Iuppiter - si non is est*] Rost. *Si enim Iuppiter, qui a vobis dicitur deus, nominis est*. Vtraque 1478. et plures: *Si enim hic Iuppiter, qui a vobis dicitur deus, non*

is est. Ven. 1493. et Paris. 1513: *Si enim hic est Iuppiter, qui a nobis dicitur deus, si non is est*. At 1497. habet, ut Cell. *ædidit*. Sunt minus clara, nisi explices ex n. 38. et n. 39. Reimin. *Si enim hic est Iuppiter, qui a nobis dicitur deus, non is est, qui*. Bün.

a) *nisi solius*] sine contubernio coniugis filiarumque, n. 39. Bün.

b) *eum vere ipsi lapides hominem*] Plures libri *eum vere*, etiam Lipf. scripti, et ed. Rom. vetus: sed Ald. Betul. et Thom. *tum vero*. Sententia autem est, ipsos lapides simulacrorum stupa Iouis et impotentiam libidinis testari, si in sexum muliebrem inciderit. Ex quo hominem, non deum fuisse manifestum sit. Cell.

c) *eum vere ipsi lapides*] Goth. *eum non ipsi lapides*; ut non valeat: *nonne*, quod nostro, Ciceroni, Senecæ, aliis frequens. Heumanno ex Iunt. et Ald. *tum vero*, rectum. *Eum vere* Lipf. Pen. Reimm. Pal. Iun. Ven. 1471. et Rost. *Eum vero* Bon. Tax. Ven. 1472. vtraque 1478. Certe solet Lactantius *vero* haud raro huic pronomini subiicere, L. 2. 4. 8: *id vero*, n. 36: *is vero*. L. 6. 4. 5. c. 12. 18. c. 13. 7. L. 5. 9. 12. L. 7. 10. 10. Bün.

d) *Nom*

esse mentitos, re ipsa probant. Ita enim deorum simulacra confingunt, vt ex ipsa diuersitate sexus adpareat, vera esse, quæ dicunt poetæ. Nam quod aliud argumentum habet imago Catamiti, et effigies aquilæ, quum ante pedes Iouis ponuntur in templis, et cum ipso pariter adorantur, nisi vt nefandi sceleris ac stupri memoria maneat in æternum? Non igitur a poetis totum fictum^d est, aliquid fortasse traductum, et obliqua figuratione obscuratum, quo veritas inuoluta tegetur; sicut illud de sortitione^e regnorum. Aiunt enim, Ioui cælum obtigisse, Neptuno mare^f, inferna Plutoni. Cur non terra potius in sortem tertiam venit? nisi quod in terra gesta res est. Ergo illud in vero est^g, quod regnum orbis ita partiti, sortitique sunt, vt orientis imperium Ioui cederet; Plutoni, cui cognomen Agefilao fuit^{h,i}, pars occiden-

d) Non igitur a poetis totum fictum] Vt n. 25: totum fingere. Epit. c. 11. MSS. Goth. Nihil igitur a poetis in totum fictum est. De eleganti locutione in totum, notamus ad de Ira c. 21. 5. et Epit. c. 61. Etiam Bon. et Cauc. Nihil igitur. Bün.

e) de sortitione] Hæc explicat de Noacho et tribus filiis Huetius in Demonstr. Euang. p. m. 256: Laetantius ex Cic. 2. Nat. D. 25. et 26. haufit. Bün.

f) Neptuno mare] Absona quidem est derivatio Neptuni a nando in Cic. 2. Nat. D. c. 26. frustra tamen reponit Lipsius 1. Saturn. c. 2: a nubendo siue nuptu. Non modo, enim c. 1. Cicero dixit primas litteras immutari, sed Lib. 3. N. D. 24. reicitur: quamquam quoniam Neptunum a nando adpellatum putas, nullum eris nomen, quod non possis vna littera explicare, unde ductum sit. In quo quidem magis tu mihi natate visus es, quam ipse Neptunus. Nihil ergo corruptum in loco priori est, neque a stolido Herma, sed ab Marci ore fluxit. Bün.

g) illud in vero est] Goth. illud verum est. Nihil mutandum. Sic Reimm. et reliqui h. l. L. 1. 17. 1: quid sit in vero. Aliquoties ita Hieronymus L. 2. adu. Ruffinum, et Cyprianus L. 3. ep. 21. f. 70: quid sit in vero, rescribite. Vide quæ noto ad Lact. 3. 18. 7: Deo vindicta in integro semper est, et ad L. 6. 25. 3: Deus semper in proximo. Talia sunt: esse in facili, in tuto, inexpedito, in turbido, a Gronouio obseruata ad Liuii L. 3. c. 10. Bün.

h) Plutoni, cui cognomen Agefilao fuit] Plutonis cognomen Agefilas vel Agefilais. Callimachus hymno in lauacr. Pallad. v. 130.

ἐν νεκύεσσιν

Φοιταστῆι, μεγάλῳ τιμῖος
Ἀγεσίλα.

Vox ab ἄγειν et λαός videtur esse, quod populos ad inferna deducat. Plura apud Rhodigin. legas Lib. 10. Antiq. Lect. cap. 18. Cell.

i) cui cognomen Agefilao fuit] Goth. Hagesylas, Lips. 2d. Hagesilas; E 4 sed

dentis, obtingeret: eo, quod plaga oriens, ex qua lux mortalibus datur, superior, occidentis autem inferior esse videatur. Sic veritatem mendacio velauerunt, vt veritas ipsa persuasioni publicæ nihil derogaret. De Neptuni forte manifestum est, cuius regnum tale fuisse dicimus, quale M. Antonii fuit^k infinitum illud imperium^l, cui totius oræ maritimæ potestatem senatus decreuerat, vt prædones persequeretur, ac mare omne pacaret. Si Neptuno maritima omnia cum infu-
33 fulis obuenerunt^m. Quomodo id probari potest? nimirum

sed plures MSS. et edd. veteres, e. g. Sublac. Ven. 1471. 78. Rost. *Agefilao*, aut vt Reimm. *Hagesilao*, more Græcorum, dandi casu, idque eleganter. L. 1. 11. 61: *cui nomen Vrano fuit*. L. 5. 1. 22: *liber, cui Octauio titulus est*. L. 5. 4. 3: *Tertullianus in eo libro, cui Apologetico nomen est*. L. 1. 6. 3: *vt ei - scientia Trismegisto cognomen imponeret*. Iustino hanc elegantiam vindicauit Græuius ad L. 13. 7. et L. 29. c. 1. et Suetonio ad Vespas. c. 2. et Ciceroni Lib. 3. in Verr. c. 31: *cui Pyragro cognomen est*, et L. 5. c. 7. in Verr. *cui gemino cognomen est*. Plura Gronou. ad Liuii L. 1. c. 3. Cerda ad Virg. 9. Aen. v. 593. Vti vero Goth. *Hagesylas*, sic codex P. Danielis in Nep. Conon. c. 2; *Hagesylauque*, et plures veteres, teste Keuchenio ad Nep. Agefil. c. 1. *Bün.*

^k) *quale M. Antonii fuit*] Sic libri scripti, excusi, quos ægre defendas aut explices. In *Pompeium* omnia quadrant, cui lege Gabinia (Vellei. Pat. 2. 31.) huiusmodi imperium decretum fuit: vt verius legatur *Magni Pompeii*, quam *Marci Antonii*, qui vel Lactantii, vel antiquorum describentium lapsus est. *Cell.*

^l) *quale M. Antonii fuit infinitum illud imperium*] Sic cum plurimis Reimm. pro: *M. Antonii*, malunt:

Pompeii, aut *Magni Pompeii*, Thomas. Thyf. Gall. Cellar. Walch. legere. Sed videtur respexisse ad Cic. L. 2. in Verr. c. 3: *postea M. Antonii infinitum illud imperium senserant*. Ita omnes libri in Cicerone. vbi Asconius: *Hic, inquit, est M. Antonius, qui gratia Cotta Consulis et Cethegi factione in Senatu curationem infinitam nactus totius ora maritima et prouincias omnes depopulatus est*. Neque aliter Velleius L. 2. 31: *Idem hoc ante triennium in M. Antonii pratura decretum erat, sed etiam in Antonio homines aquo animo passî erant*. Vid. Vosf. ad h. l. et Hottomann. et Gruter. ad Cic. Ad do iterum Cic. L. 3. in Verr. c. 91: *ita se in illo infinito imperio M. Antonium gessisse*. Recte ergo Isæus ex XI. Vaticanis et aliis MSS. cum P. Ciacconio, Cæl. Rhodig. et Lat. Latinio contra duos MSS. defendit. Bælius quoque in *Diction. Crit. in Antoine* (8) T. I. ed. 1702. f. 266. tuetur. *Bün.*

^m) *obuenerunt*] Frequenter hoc verbo de forte adhibuit Cicero, quem hic imitatur et Ambrosius L. 1. off. 13: *poeta mundum in tres serunt esse diuisum: vt alii celum, alii mare, alii inferna coercenda imperiis sorte obuenerint*. Ita euenire Liuius L. 21. 17: *sortiri iussit Cornelio Hispania*

rum veteres historiæ docent. Antiquus auctor Euhemerus^u, qui fuit ex ciuitate Mesfene^{o. p.}, res gestas Iouis, et ceterorum, qui dii putantur, collegit, historiamque contexuit ex titulis, et inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur, maximeque in fano Iouis Triphylii⁹, vbi, auream columnam positam esse ab ipso Ioue, titulus indicabat, in qua columna gesta sua perscripsit, vt monumentum esset posteris rerum suarum. Hanc historiam et interpretatus³⁴ est Ennius^r, et secutus^{s. t.} cuius hæc verba sunt ibi^u: *Iuppiter imperium Neptuno dat maris, vt insulis omnibus, et, qua*

Hispania euenit, L. 32. c. 8: fortitis - Quincio Macedonia euenit. Lactantius n. 31: obtingere, eodem sensu. Büx.

n) Antiquus auctor Euhemerus] Antiquus, quia Caslandri, Antipatri filii, æqualis et amicus fuit, Euseb. Præpar. Lib. 2. c. 2. de quo Minucius Felix p. 160: *Euhemerus deorum natales, patrias, sepulcra diuumeras, et per provincias monstrat. Cell.*

o) qui fuit ex ciuitate Mesfene] Goth. codex *Mesfene*, quod præfero vulgato nomini *Mesana*, quæ Sicilia ciuitas, cum illa sit Peloponnesi. Nam Plutarcho etiam de Iside et Osiride p. 336. est *Εὐήμερος ὁ Μεσσηνίος*, *Mesfenius* genere. Arnobio tamen Lib. 4. p. 147. est *Agragantinus. Cell.*

p) ex ciuitate Mesfene] Lips. tert. *Mesfene*, Reimm. *Mesfenia*, Straboni etiam *Mesfenius* est, L. 1. f. 47. et Acliano L. 2. Hist. Var. c. 31. Haradinus in Ind. ad Plin. *Mesfanensem* e Sicilia fuisse credidit. Inquisiuit in Euhemeri patriam Iac. Nic. Lorenis Miscell. Epiphill. L. 10. c. 1. Iteus non sine errore tamquam *Mesfene* et *Mesana* vnam urbem significent loca scriptorum exposuit. Optime Laët. Epit. c. 13: *Euhemerus fuit Mesfenius. In Lips. 2d. prauè*

Mesana. In editis antiquis omnibus male: Mesana. Büx.

q) in fano Iouis Triphylii] Triphylia regio inter Elidem et Mesfeniam, Strab. 8. p. 232. Liu. 32. 5. Pausan. 1. Eliac. p. 152. Ei urbem Lepreum Pausanias tribuit. Inde Iuppiter Triphylius. *Cell.*

r) interpretatus est Ennius] Arnobius Lib. 4. p. 147: *Euhemeri libellos Ennius, clarum vt fieret cunctis, sermonem in Italiam transulit. Cell.*

s) et secutus] Sic constanter libri. Sensus est: et approbavit, et suam fecit historiam. *Cell.*

t) et interpretatus est Ennius et secutus] Optime Reimm. et Tornæz. 1587: *Hanc historiam et interpretatus est Ennius et secutus, cum Cicerone. Recte Cellarius explicat L. 1. 14. 2: no ineprias sequi ac probare videamur, L. 3. 14. 14: in academia, quam secutus es, quam probasti. Hic expressit Ciceronem L. 1. Nat. D. 42: qua ratio maxime tractata ab Euhemero est, quem noster et interpretatus et secutus est Ennius. Hinc coniecit Heumannii correctio: Interpretatus est Ennius, cuius. Büx.*

u) cuius hæc verba sunt ibi] Emmanuelensi cod. incisum ante *ibi*, vt sequentibus adhzreat. Lipsienses *vbi* habent, itidem sequentibus connexum. *Cell.*

x) se-

quæ secus mare^x essent, locis^y regnaret. Vera sunt ergo, quæ loquuntur poetæ; sed obtentu^z aliquo specieque velata.
 35 Potest et mons Olympus figuram poetis dedisse, vt Iouem dicerent cæli regnum esse fortitum^a, quod Olympus ambiguum nomen est et montis et cæli. In Olympo autem Iouem habitasse, docet historia eadem, quæ dicit: *Ea tempestate Iuppiter in monte Olympo^b maximam partem vitæ colebat^c, et eo ad eum in ius veniebant^d, si quæ res in controuersia erant*.
 Item: *Si quis quid noui inuenerat, quod ad vitam humanam^e utile esset, eo veniebat, atque Ioui ostendebat*. Multa in hunc modum poetæ transferunt, non vt in deos mentiantur, quos colunt; sed vt figuris versicoloribus^{e. f} venustatem ac

lepo-

x) *secus mare*] Reimm. Sublac. Ven. 1471-78. Rost. Paris. 1513: *secundum*. Ven. 1493: *secus dum*. Ven. 1497. *secū - mare*; at MS. C. C. C. Pier. Parrh. Crat. Gymn. quatuor-que Tornæs. *secus mare*, quod Ennii stilo aptius. Scriptores, qui *secus*, vt antiqua præpositione, vsi sunt, indicauit Vauasor de Vi et Vsu-Verb. in operib. f. 172. a. Bün.

y) *et quæ secus mare essent, locis*] Emman. codicis hæc scriptura est. Etiam Lips. 1. *secus* habuit, cui radente manu superinductum *secundum*. Vulgo: *vt insulis omnibus, et quæ secundum mare loca sunt, omnibus regnaret*. Cell.

z) *obtentu*] ab *obtendo*. L. 2. 4. 36. c. 6. 3. Conf. Cortium ad Sall. p. 943. et 1044. Bün.

a) *fortitum*] Reimm. et Lips. tert. *potitum*, recte quidem; nam Iuppiter per sortem cæli regnum obtinuit, n. 30. 31. sed idem valet: *fortitum*. Hinc in Epit. c. 12. de Ioue: *forte tenuisse*; de Plutone: *Plutonem inferos esse fortitum*, eodem sensu. Bün.

b) *Iuppiter in monte Olympo*] Multorum id montium nomen. Cuius ergo heic est? in Olympo Arcadiæ, *Ἰουὸν Ὄλυμπον τὸν Δία*, educatum Iouem ferebant, Paulan.

Arcad. p. 268. at Thesaliæ Olympus propior gigantomachæ. Afiz et Cypri montes hinc longius absunt. Cell.

c) *colebat*] i. e. *incolabat*; siue vt mox: *habiebat*. Plura talia Taubmann. ad Plaut. Pseud. 1. 2. 68. p. 967. Grauius ad Flor. 3. 6. Carrio et Gronou. ad Gell. 1. c. 10. Gronou. pater ad Liu. 31. 30. Inuenerant quoque Ciacconius et Vosius in Cæsaris MSS. 4. B. Gall. 1. n. 7: *colendi causa*, sed Dion. Vosius non meminerat huius significationis, alias non damnasset Ciacconium. Add. quæ noto ad Lact. 4. 10. 14. Augustin. de Ciuit. D. L. 10. c. 1: *deos non ob aliud adpellant calicolas, nisi quod calum colant non utique venerando, sed inhabitando, tamquam cali quosdam colonos -- ab incolendo enim colonos vocauit, non ab agricultura*. Bün.

d) *in ius veniebant*] Pro his Ennii Cicero: *adire in ius*, vt Cæsari quoque reddidit Ian. Guilicm. comprobantibus Dion. Vosio et Cell. ad Cæs. 1. B. Ciu. 87. 2. Plura Gronou. ad Senec. Hercul. Fur. 3. 733. Bün.

e) *figuris versicoloribus*] Sic MSS. Angl. et Lips. cum ed. Ald. et Rom. Vulgares libri, *variisque coloribus*. Cell.

f) *figuris versicoloribus*] Heuman-

no

leporem carminibus suis addant. Qui autem non intelligunt, quomodo, aut quare quidque figuratur^s, poetas velut mendaces et sacrilegos insequuntur. Hoc errore decepti etiam philosophi, quod ea, quæ de Ioue feruntur, minime in deum conuenire^t videbantur, duos Ioues fecerunt; vnum naturalemⁱ, alterum fabulosum. Viderunt ex parte, quod erat verum, eum scilicet, de quo poetæ loquuntur, hominem fuisse: in illo autem naturali Ioue, vulgari consuetudine religionis inducti, errauerunt, quod in deum nomen hominis transtulerunt; qui, vt supra diximus^k, quia solus est, non indiget nomine. Iouem autem illum esse, qui fit ex Ope Saturnoque natus, negari non potest. Vana igitur persuasio est eorum, qui nomen Iouis summo Deo tribuunt^l. Solent enim quidam errores suos hac excusatione defendere, qui convicti de vno Deo, quum id negare non possunt, ipsum se colere adfirmant: verum hoc sibi placere, vt Iuppiter nominetur, quo quid absurdius? Iuppiter enim sine contubernio coniugis filiaque coli non solet. Vnde qui fit

no præplacet: *figuris variisque coloribus*, sic Goth. At quia *verficoloribus* in Bon. Tax. Pen. Iun. Reimm. Cant. Lipf. Sublac. Ven. 1471. 72. vtraque 1478. 93. 97. Roff. Paris. Ald. est, præfero. Confirmat Epit. c. 11: *vt ea figura et quasi velamine aliquo verficolori pretegas*. Bün.

g) *figuratur*] Præfero: *singatur*, ex Bonon. Pal. Gron. Goth. et Lipf. 1. Conf. n. 24 - 26. Bün.

h) *in deum conuenire*] Parrh. *perperam conuenire*. n. 40: *in deum congruit*. c. 12. 4: *ratio in Vestamporuit conuenire*. Cic. pro Rosc. Amer. *in quem suspicio conueniret*. Bün.

i) *vnium naturalem*] c. 12. 4. c. 17. 2. Tertull. 2. Nation. 1. Augustin. L. 4. Ciu. D. c. 27. Plura Kortholt. ad Iustin. Parznes. ad Græcos f. 3. Bün.

k) *vt supra diximus*] L. 1. c. 6. 4-5. Bün.

l) *Vana-nomen Iouis-Deo tribuunt*] Vid. Minuc. Fel. c. 18. fin. Arnob. 1. p. 19. Origenes eontra Cels. L. 4. p. 196. L. 5. p. 261 - 262. L. 1. p. 18-20. Conf. Laët. 4. 9. 2. Augustin. Ciu. D. L. 19. c. 22. Seldenum meliora tradentem de diis Syr. Synt. 2. c. 1. p. 201. sqq. sequuntur Pfanner. Theol. Gent. p. 63. et Maius Theol. Prophet. p. 69. Bün.

m) *sine contubernio coniugis filiaque*] Vnde est quod Tarquinius Priscus, Samo thracius religionibus imbutus, vno templo et sub vno templo tria numina, Iouem, Iunonem, Mineruam, coniunxit, ea interpretatus de tribus regionibus aeris. Macrobi. 3. cap. 4. Cell.

n) *sine contubernio coniugis filiaque*] Vid. Dionys. Halic. Lib. 4. exeunte. Egregie rem illustrat ex nummis antiquis Rycquius de Capitolio Rom. c. 13. tot. p. 126 - 136. Bün.

o) *Vn-*

- fit. ^o p, adparet: nec fas est id nomen eo transferri, vbi nec
- 40 Minerua est vlla, nec Iuno. Quid? quod huius nominis proprietates non diuinam vim exprimit, sed humanam. Iouem enim, Iunonemque a iuuando esse dictos, Cicero interpretatur. Et Iuppiter, quasi iuuans pater, dicitur, quod nomen in Deum minime congruit; quia iuuare hominis est, opis aliquid conferentis in eum, qui sit alienus, et exigui
- 41 beneficii. Nemo sic Deum precatur, vt se adiuet; sed vt seruet, vt vitam salutemque tribuat: quod multo plus, ac maius est, quam iuuare. Et quoniam de patre loquimur, nullus pater dicitur filios iuuare, quum eos generat, aut educat. Illud enim leuius est, quam vt eo verbo magnitudo
- 42 paterni beneficii exprimitur. Quanto id magis inconueniens est Deo, qui verus est pater; per quem sumus, et cuius toti sumus; a quo fingimur, animamur, illuminamur; qui nobis vitam impertit, salutem tribuit, victum multiplicem
- 43 subministrat. Non intelligit beneficia diuina, qui se iuari tantummodo a Deo putat. Ergo non imperitus modo, sed etiam impius est, qui nomine Iouis virtutem summam
- 44 potestatis imminuit. Quare si Iouem et ex rebus gestis, et ex

o) Vnde qui sit] QVI Gothani est et Lipsiensium. Eleganter, et Ciceronis imitatione. Angl. codd. quis: vulgati quid. Cell.

p) qui sit] Rost. 1476: qui sit. sic solet, vt n. 24. indicauit. Add. not. ad L. 3. 14. 20. L. 6. 18. 7. Tertull. L. 1. Marc. 1: ne temere qui intercedat. Apolog. c. 18: si qui velis de deo inquirere. Ita Guetus restituit in Terentii Andr. 1. 1. 127. Conf. not. ad Gell. 7. c. 11: qui spondet mille numm. em? Nann. et Emmenesf. ad Virg. 1. Ecl. 19. Saepe Ciceroni Victorius et Græuius vindicauerunt. male aliquis in Reimm. ex qui corripit: quis. Bün.

q) Cicero interpretatur] Lib. 2. de Nat. D. c. 25. Iuppiter, inquit, id est IUVANS PATER, quem conuersis casibus adpellamus a Iuuando

Iouem. Et mox cap. 26: Iunonem a Iuuando credo nominatam. Cell.

r) exigui beneficii] Sic omnes libri. Olim coniciebam legendum: indigus beneficii, et lætabar, quum viderem idem Heumanno in mentem venisse. At nunc nihil muto; sed ex prioribus subaudio: et (iuuare est) exigui beneficii, subiicit enim n. 41: illud enim (iuuare) LEVIVS est, quam vt eo magnitudo paterni beneficii exprimitur. add. n. 43. Bün.

s) multiplicem subministrat] Hoc rectius ex Lipsf. et Reimm. quam Ball. et Goth. multiplicat et subministrat. Bün.

t) et ex rebus gestis, et] Reimm. et ex rebus gestis, et. Bene, sic edidit Tornæs. 1587 - 1614. Bün.

u) En-

ex moribus hominem fuisse, in terraque regnasse deprehendimus; superest, ut mortem quoque eius inuestigemus. Ennius in sacra historiaⁿ, descriptis omnibus, quæ in vita sua gessit, ad vltimum sic ait: *Deinde Iuppiter, postquam terram quinquies circueiuit, omnibusque amicis atque cognatis suis imperia diuisit x. y, reliquitque hominibus leges; mores, frumentaue parauit, multaue alia bona fecit, immortalis gloria, memoriaque adfectus, sempiterna monumenta suis reliquit: atate pesum acta^z, in Creta vitam commutauit a. b., et ad deos abiit: cumque Curetes filii sui curauerunt, decoraueruntque eum, et sepulcrum eius est in Creta in oppido Gnosso*

n) *Ennius in sacra historia*] quam ex Euhemero conuertit latine, ut modo dictum num. 33. et quidem modo oratione. Vid. Mich. Thomaf. ad num. 33. Cell.

x) *imperia diuisit*] Latine ac scite *imperia* Gronouii codex et Lipsiensis. Vulgo *imperium*. Adi Obseru. Eccl. Gron. p. 181. Cell.

y) *imperia diuisit*] Rost. Ven. 1471-97. Iunt. Ald. Paris. *imperium*, idque mauit Heumannus; at merito Gronouius et Cellarius: *imperia* vindicarunt. receperat iam Betuleius et habent MSS. Vltr. Iun. Cauc. Goth. Reimm. Guelpherb. Ita vero solet L. 2. 16. 13: *atribui - imperia*. L. 3. 22. 10: *mulieres - imperia* suscipere. Maxime in Epit. c. 13: *quum amicis suis atque cognatis distribuisset imperia*. c. 38: *feminis imperia permisit*. Biin.

z) *atate pesum acta*] Sic Guelpherb. membranæ, margo Reimm. Tornez. Bet. Thom. If. Gall. Spark. *pesum acta*. Bon. Tax. *textus* Reimm. de quo Bocat. L. 7. c. 1. sed Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Crat. Paris. Gymn. Ald. Bas. 1556: *pesum acta*, quod Betuleio non displicet, rite Itah. Martinio in Lex. Philol. f. m. 269. cui *pesum acta* est: *facta*

pesum per senectutem, aut esse a *pesum*. *Pesumare* adfertur ex Vet. Interpr. Sirac. II. 26. c. 36. II. c. 38. 22. de PESSVM doctissime Cortius ad Sallust. Iug. l. 4. p. 409. In MSS. plerisque Vaticanis, Perizæ; Lips. I. 3. Witteb. et edd. Ven. 1471. vtraque 1478. 1490: *atate pesum acta*, et intendit Rost. 1476. ut possit videri antiquum Emii compositum. Alius Vaticanus: *atate consummata*, et ita citat Politian. in Miscell. c. 35. Conf. Isaurum Seneca ep. 12: *vitam consummare et explere*. Biin.

a) *vitam commutauit*] Plerique codd. *commutauit*: Cantabr. *consummauit*. Cell.

b) *vitam commutauit*] Licet Heumannus ex 1472. 76. 78: *consummauit*, scribat; rectius tamen Reimm. et plures: *commutauit*. Nam in Epit. c. 13. iisdem verbis dicit: *Iouem in Creta vitam commutasse atque ad deos abisse*. Biin.

c) *Curetes filii sui*] Varii Curetes: heic Cretici, qui alibi nutritores Iouis dicuntur, Apollodor. I. c. 1. nunc filii eiusdem, hoc est filii Cretenses, quos in Creta genuit, X. Curetes. Diodor. Sic. 3. c. 61. Cell.

d) *Sepulcrum in Creta*] Variant scriptores. Vid. Orig. contra Cell.

Jo e: et dicitur *Vesta* hanc urbem creauisse^k: in quo sepulcro & eius est inscriptum antiquis litteris *Gracis*: ΖΑΝΚΡΟΝΟΥ^b, id est 47 Latine: Iuppiter Saturni. Hoc certe non poetæ tradunt,

sed antiquarum rerum scriptores, quæ adeo vera sunt, vt ea Sibyllinis versibus confirmentur, qui sunt tales:

δαίμονας ἀψύχαςⁱ νεκύων εἶδωλα καμόντων,
ὦν Κρήτη καύχημα τάφους ἢ δύσμορος ἴσχει.

48 Cicero de natura deorum^k, quum tres Ioues a theologis numerari^l diceret, ait, *tertium fuisse Cretensem, Saturni filium*; 49 cuius in illa insula sepulcrum ostenditur. Quomodo igitur potest deus alibi esse viuus, alibi mortuus; alibi habere templum, alibi sepulcrum^m? Sciant ergo Romani, Capitolium suum

L. 3. p. 136. sqq. Rittersh. ad Oppian. L. 3. Cyneg. 8. p. 90. Barth. ad Stat. 1. Theb. 278. p. 82. sq. Spanhem. ad Callim. p. 6. 7. Bün.

e) in Creta in oppido Gnofo] Quidam tollunt illud in Creta, tamquam superfluum. Habent vero MSS. Angl. et Lipf. et ed. Rom. ac Ald. De sepulcro Iouis Creteni Me-la 2. 7. et Callimach. hymn. in Iouem. v. 8. Cell.

f) urbem creauisse] not. n. 63. Bün.

g) in quo sepulcro] Iun. Goth. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 1478: in quo sepulcro. At 1493. Par. 1513. Gymn. in qua, nisi forte Ennius ita iunxit: inque, vt erat in Cell. Lactantius certe non ita iungit. In quo sepulcro, amiserendi casu, vt construatur cum: in. Cic. 5. Tusc. 35: quid aliud in bonis, non in regis sepulcro inscriberes. Probo ex Epit. 14. 4: et in eo scriptum est. Bün.

h) ΖΑΝΚΡΟΝΟΥ] Vid. c. 12. 9. c. 21. 7. et Gronou. in Script. Eccl. p. 181. qui illud ΖΑΝ, vt simplicius et antiquius, præfert, vbi in antiquis edd. ΖΕΥΣ. Recte. Vid. Epit.

c. 13. 4. Celeb. Wolfio videtur Ζεὺς placuisse ad Theophili L. 1. ad Autolyc. p. 46. (f) Bün.

i) δαίμονας ἀψύχας] Gothano codici adscripta translatio: *Demonones inanimes cadauerum simulacra, sepulcra mortuorum præ se feret Creta male peritura.* Cell.

k) Cicero de natura deorum] Lib. 3. cap. 21. Cell.

l) numerari] Bon. Tax. Pen. numerari, vt ipse Cicero l. N. D. 21: principio tres Ioues numerant ii, qui theologi nominantur. De Theologis conf. de Ira II. 8. not. Hinc recepit loco aliorum: nominari. In alio Bon. Lipf. tert. Reimm. Ven. 1472. vtraque 1478: enumerari. Bün.

m) quomodo - alibi sepulcrum] Obiicit simile Christianis Celsus apud Origenem L. 3. p. 136. fin. et p. 137. Origenes vero Christum e mortuis resurrexisse ait, illud vero Creten-ses de Ioue non tradere. Huc respexit Mornæus de Ver. Rel. Chr. c. 22. Lucianus de Sacrif. p. 367. hunc enim præter Ciceronem hic noster sequitur. Bün.

n) Ca-

suum, id est summum caputⁿ⁾ religionum publicarum, nihil esse aliud, quam inane monumentum. Veniamus nunc ad eius patrem, qui ante regnavit, et qui fortasse plus habebat in se, quod ex coitu tantorum elementorum^o genitus esse dicitur. Videamus, quid in eo^p fuerit deo dignum: in primis illud, quod aureum sæculum narratur habuisse, quod iustitia sub eo fuerit in terra. Teneo aliquid in eo, quod in eius^r filio non fuit. Quid enim tam conveniens Deo, quam iustum regimen ac pium sæculum? Sed quum eadem ratione^s natum esse cogito; non possum putare deum summum, quo videam^t esse aliquid antiquius, cælum scilicet atque terram. At ego Deum quero, ultra quem nihil sit^r omnino; qui fons, et origo sit rerum. Hic sit necesse est, qui cælum ipsum condidit, terramque fundavit. Saturnus autem si ex his^s natus est, ut putatur; quemadmodum^t potest Deus esse principalis, qui aliis ortum suum debet? aut quis præfuit mundo, antequam Saturnus gigneretur? Sed hoc poeticum est, ut di^s cebam paullo ante, figmentum. nec enim fieri poterat, ut elementa insensibilia, tantoque intervallo separata, in unum coirent, ac filium procrearent; aut is^t, qui natus esset, non potissimum genitoribus similis existeret; sed eam formam gereret, quam parentes sui non habebant. Quæramus ergo^s quid veritatis sub hac figura lateat. Minucius Felix in eo libro, qui Octaviusⁿ inscribitur, sic argumentatus est: Saturnum, quum fugatus esset a filio, in Italiamque venisset, Cæli filium dictum; quod soleamus eos, quorum virtutem miremur,

n) *Capitolium - summum caput*] iterum L. 3. 17. 12. add. Isæus p. 264. et Rycquii Comp. de Capitolio R. c. 10. p. 94. Bün.

o) *elementorum*] cæli et terræ; L. 1. 5. 7. not. Bün.

p) *in eo*] Bon. et Goth. in hoc. bene. Bün.

q) *quo videam*] Ex Bon. Gôth. Tax. Pal. Lipf. 1. quo videam recepi. MSS. Emman. Ball. et C. C. C. cum videam. Bün.

r) *nihil sit*] Goth. Bon. Iun. nihil sit, quia sequitur: qui - sit, et sic cum Tornæs 1587-1613. edo. Bün.

s) *quemadmodum*] pro notiori: quomodo. Sic Nepos Pelop. 1. 1. Dion. 1. 4. Bün

t) *aut is*] Reimm. ut is. bene. Bün.

u) *in eo libro, qui Octavius*] Vid. Minuc. c. 22. 11. Lipf. 2d. et Reimm. male: Octavius. Bün.

mur, aut qui repentine* y aduenerint, de cælo cecidisse*, dicere: terræ autem; quod ignotis parentibus natos, terræ filios nominemus. Sunt hæc quidem similia veri, non tamen vera: quia constat etiam tunc, quum regnaret, ita esse habitum. Potuit et sic argumentari: Saturnum, quum potentissimus rex esset, ad retinendam parentum suorum memoriam nomina eorum cælo terræque indidisse; quum hæc prius aliis vocabulis adpellarentur: qua ratione et montibus, et fluminibus nomina scimus imposita. Neque enim, quum dicunt poetæ de progenie Atlantis*, aut Inachi fluminis; id potissimum dicunt, homines ex rebus sensu carentibus potuisse generari; sed eos utique significant, qui nati sunt ex iis hominibus, qui vel viui, vel mortui nomina montibus, aut fluminibus indiderunt. Nam id apud veteres, maximeque Græcos vsitatum fuit. Sic maria eorum traxisse nomina accepimus, qui deciderant in ea, ut Aegæum, Icarium, Helleponticum: et in Latio Auentinus vocabulum monti dedit^b, in

x) qui repentine aduenerint] Vulgo legunt recentiores *repentino*, quasi *de repentino*. At Lips. MSS. et ed. Ald. et antiquiores Aldina, Rom. et Ven. *repentine*, aduerbii forma, non multum adhuc observata. Tertullianus in Apolog. c. 10. in eodem argumento, *ex inopinato apparentes*. Minucius, cuius mensi noster, non verba, expressit: *inopinato visos*. Cell.

y) *repentine*] vocali secunda. Sic MSS. Bon. Guelpherb. Ven. 1471. vtraque 1478. 93. 97. Pier Parrh. Paris. 1513. Crat. Ald. If. *aduerbii forma*, inquit, *non multum adhuc observata*: sed vellem addidisset, ubi aut a quo adhuc observata. Ego quidem reperi adhuc tantum apud H. Steph. in Cyrill. Lex. gr. lat. veteri, ubi f. 370. αἰφνιδίως, *repente*, *repentine*, et f. 405. αἰφνω, *repente*, *repentim*, *repentine*. In MS. Witteb. et Reimm. *repentius*. MSS. Angl. Lips. tert. Goth. Ultr. Cauc. et edd. Bas.

1556. Tornæs. Thom. et sequentes: *repentino*, vocali quarta. Voce Plauti Pseud. i. 1. 37: *Repente exortus sum, repentino occidi*, et Cic. pro Quintio c. 4: *et moritur repentino*. Lexicis addo *repentaliter* ex Fulg. Mythol. 3. c. 2. p. 105: *ex necessitate veniente repentaliter perterreri*. Büñ.

z) *de calo cecidisse*] Hæc abunde illustrant interpretes ad Minuc. c. 22. Sauro ad Sidon. 6. ep. 10. p. 378: *velut polo lapsa reputabitur*. Barth. Aduers. L. 6. c. 9. f. 271. sq. Politian. Miscell. c. 18. Rhodig. Lect. Ant. L. XI. c. 28. maxime Broukhuf. ad Tibull. i. 3. 90. p. 76. apud eosdem et Erasmus in Adagiis *de terra filiiis*. Conf. Tertull. L. 2. ad Nation. c. 12. Büñ.

a) *Atlantis*] Plenius Reimm. *Atlantis montis*, addito genere, ut mox: *Inachi fluminis*. Büñ.

b) *vocabulum dedit*] i. e. ut Livius i. 3: *Auentinus - cognomen colli fecit*. ibid. de Tiberino. Büñ.

c) *qui*

in quo sepultus est: Tiberina
et. Non ergo mirandum,
que attributa essent, qui reges
parcer ergo, non ex caelo nati
sed ex eo homine, cui nomen
tum, Trimegistus auctore
dom paucos extitisse, in quibus
his Vranum, Saturnum, Mercurium
vit. Hæc ille quia ignoravit, alio traduxit historiam: qui
quomodo potuerit argumentari, ostendi, nunc dicam, quo-
modo, ubi, a quo sit hoc factum. non enim Saturnus hoc,
sed Iuppiter fecit. In sacra historia sic Ennius tradit: Dein-
de Pancum h. i. deducit in montem; qui vocatur cali stela k. l.
Postquam eo adscendit, contemplatus est late terras, ibique in
eo monte aram creatam n. Calo: primusque in ea ara Iuppiter
sacri-

c) qui reges genuerant potentissimos]
Reimm. attributa essent, quos reges
fuisse potentissimos legimus. qui re-
ges genuerant potentissimos. Bün.

d) cui nomen Vranu] dandi casu.
Plura ad n. 31. Bün.

e) Trimegistus auctor] in libro,
cui clausi nomen fuit ad Tatum. Vid.
Fabricii Biblioth. Gr. L. I. c. 7. p. 50.
Bün.

f) qui quomodo posuerit argumen-
tari] Sic MSS. Angl. Goth. et Lips.
et ed. Rom. vetus. Alii interserunt
quoniam hoc modo: qui quoniam
quomodo. Cell.

g) a quo sit hoc factum] Lips. et
Emman. et Goth. sic legunt: alii sit
hoc dictum. Cell.

h) Pancum deducit in montem]
Sequitur codd. Lips. et Goth. et ed.
Rom. Sunt qui diuidunt, vt Cantabr.
Pancum. Mutata forma Pancum
Emman. Vulgo Pancum: Bocatius
Pancum, qui Thraciz mons notior
est. Cell.
i) Pancum] Vna voce quoque Reimm.

edd. Ven. 1471. vtraque 1478. 97.
Rost. Pancum. Lips. i. Pal. Bon. Tax.
et multi Vaticani diuisim Pancum, ex
iisdem alli: Pantum; alii iunctim
Panaum, vt Penize; alii Panem, te-
stibus Isæo et Gall. qui quum Pan-
geum ex Boccatio citant, noto meam
Boccatii ed. Ven. 1497: in Panæo
monte melius exhibere. Lips. tert.
Pan eum deducit in montem Cretz.
Bün.

k) cali stela] id est, fulcrum cæli,
propter altitudinem. nam στήλη
columna est. Libri male stella. Cell.

l) cali stela] Sic restituit Giacco-
nius. Vide Isæum. Bün.

m) aram creat] Sic libri scripti,
et impressi. Cell.

n) aram creat] Sic MSS. et edd.
pleræque, e. g. vtraque 1478-97. vbi
vitiose Sublac. et Ven. 1471: cream;
Rost. cream. Heumannus rescribit:
sacrat. nihil muto. Idem Ennius hoc
capite n. 46. dixit: urbem creauisse
et Laet. i. 22. 22: iubebat sibi sanum
creari, et Eplit. c. 24: sanum sibi
crea

F

sacrificauit, in eo loco suspexit in calum, quod nunc nos nominamus^{o.p.}: idque, quod supra mundum erat, quod aether vocabatur, de sui aui nomine calo nomen indidit: idque Iuppiter, quod aether vocatur, placans^{q.r.}, primum^s calum nominauit; eamque hostiam, quam ibi sacrauit^{t.u.}, totam adolcuit.

64 Néc hic tantum sacrificasse Iuppiter inuenitur. Cæsar quoque in Arato refert^x, Aglaosthenem^y dicere, Iouem, quum ex insula Naxo aduersus Titanas proficisceretur; et sacrificium faceret in litore, aquilam ei in auspiciam aduolasse, quam

65 victor bono omine acceptam tutelæ suæ subiugarit. Sacra
vero

creari iubebat. Ita Cicero pro Corn. Balbo c. 13. Romulum vocat principem creatorem urbis Romæ. Hoc sensu græc. κίλισιν est notissimum; vnde scholia Euripidis Hippolyti v. 31: ναὸν κύπριδος ἐγκαθίστατο exponit: ἐκίλισιν. Vid. Tan. Fabri not. ad Lucian. Timon. c. 1. p. m. 1044. et Spanhem. ad Callim. Apoll. v. 75. p. 93. vbi voces: ἀπόκίλισιν defendit, quia κίλισιν, κίλισιν, κίλισιες et κίλισιν de vrbibus. Conf. Muncker. ad Lact. Placid. L. 3. f. 1. p. 205. Bün.

o) quod nunc nos nominamus] Antiquiores libros expressi: alii addunt ἕρανον, vel Vranum, aut Vranum: sed sine causa. Mox ipse & Lactantius interpretatur, quod nunc calum adpellemus, tum ita primum ab Ioue adpellatum fuisse. Cell.

p) quod nunc nos nominamus] Ita, inquit Iseus, codex S. Saluat. Bonminus antiquus. Pen. et Tax. item Vlfr. et Iun. Ven. 1471. 72. vtraque 1478. 93. 97. (Thomæ. pro nominamus ex Bon. vocamus legit.) Lips. tert. et Reimm. quod nunc nos nominamus Vranum. Bonon. Antiquisf. in calum, quod nominatur. Cauci: in calum, quod

ἕρανος nominatur. Conf. Cic. 2. Nat. D. 36. ex Paquiuo: nostri calum, Graii perhibent athera. Bün.

q) placans] MSS. Angl. et Aldup. Alii precans. A Lipsiensibus prorsus abest participium. Cell.

r) placans] Emman. Cauc. Iun. Vlfr. Rost. Ven. 1471. vtraque 1478. Paris. placans, 1493. 97. precans. Goth. prauæ: peccans. Bün.

s) primum] Emman. primo. Plures edd. antiquæ Rost. Ven. 1471 - 78. Paris. cum MS. Goth. primus. Iuppiter ita primus et primo, s. primum nominauit. Bün.

t) sacrauit] Lipsiensis codd. sacrificauit. Cell.

u) sacrauit] Lips. Goth. Emman. Reimm. Ven. 472. vtraque 1478. sacrificauit. Rost. sacrauit. Vid. n. 64. Bün.

x) Cæsar quoque in Arato refert] Scholiastes Germanici hæc refert, qui et ipse Germanici ac Cæsaris nomine insignitur. Barth. Aduers. l. c. 15. Cell.

y) Aglaosthenem] Goth. vitiose: Aglaosthen. Scripsit Aglaosthenes Historiam Rer. Naxicarum. Naxus insula in Cyclacidibus. Vosf. Hist. Gr. L. 3. p. 318. Muncker. ad Hygin. Astron. c. 2. pr. et ipse Hygin. Poet. Astr. c. 17. et 16. Bün.

z) in

vero *liberia* etiam ante confedisse, illi aquilam in capite, atque illi regnum portendisse, testatur. Cui ergo sacrificare Iuppiter potuit, nisi Cælo auo? quem dicit Euhemerus in oceano^a mortuum, et in oppido Aulatia^{*} sepultum,

XII. Quoniam reuelauimus mysteria poetarum, et Saturni parentis inuenimus; ad virtutes eius et facta redeamus. Iustus in regno fuit. Primum ex hoc ipso iam deus non est, quod fuit^a: deinde quod^b ne iustus quidem fuit; sed impius non modo in filios, quos necauit; verum etiam in patrem, cuius^c dicitur abscidisse^d genitalia^e, quod forsitan vere acciderit. Sed homines respectu elementi, quod dicitur celum, totam fabulam explodunt tamquam ineptissime fictam, quam tamen Stoici, (vt solent,) ad rationem physicam^f conantur traducere, quorum sententiam Cicero, de natura deorum^g dislerens, posuit. *Celestem*, inquit, *altissimam, ætheriamque naturam, id est igneam, qua per sese omnia gigneret, vacare voluerunt ea parte corporis, qua conjunctione alterius egeret, ad procreandum.* Quæ ratio in Vestram

a) in oceano] Reimm. in occania, Goth. oceanica, Tornza. MS. oceanica. Bün.

b) in Oceania, in oppido Aulatia] Monstruose in libris scripta nomina. Reimm. Oceanica: Lips. Occana. Scythica cognomen Libyz apud Sophoclem. Oppidi nomen alii Aulacia, alii Auloria. Lips. i. Alaric.

c) quod fuit] Vis in verbo IUSTI et PVIT. Deum enim oportet Iustum ESSE, non FVISSE.

d) genitalia] Deles., inquit Flaccianus. QUOD, nec desinit id per se. Sed hoc ita intelligo: deus non est, quod ne iustus quidem fuit, sed impius. In Reimm. dicitur quod fuit.

e) cuius] Bon. Reimm. et antiquæ edd. cui. Bün.

f) abscidisse] Alii de Ioue, alii de Saturno referunt. Conf. Tertull. 2. ad Nat. c. 12. Orig. L. 1. Cels. p. 14. L. 4. p. 196. Athenag. pro Christ. p. 70-71. et p. 85. Huetius in Demonstr. Euang. ad Chamum, patrem denudatum videntem, cum Bocharto adplicat. Quintilianus auctor est L. 1. Inst. 6. Modestum scripsisse, quia Cælo Saturnus genitalia abscederit, hoc nomine adpellatos *calibes*. Bün.

g) cuius dicitur abscidisse genitalia] Goth. cod. cuius, alii cui. Cell.

h) ad rationem physicam] c. 11. n. 37. not. et Tertull. 1. adu. Marc. c. 13. Bün.

i) Cicero de natura deorum] Lib. 2. cap. 24. extr. Cell.

- 5 Itam potuit conuenire, si mas diceretur. Accirco enim virginem putant Vestam, quia ignis inuiolabile sit elementum, nihilque nasci possit ex eo, quippe qui omnia, quæ arripuerit, absumat. Ouidius in Fastis^b:

Nec tu aliud Vestam, quam viuam intellige flammam:

Nataque de flamma corpora nulla vides.

Iure igitur virgo est, qua semina nulla remittit,

Nec capit, et comites virginitatis amat.

- 7 Vulcano quoque id potuit adscribi, qui quidem putatur ignis, et tamen eumⁱ poetæ non absciderunt. potuit et Soli; in quo est natura, et causa gignentium. Nam sine Solis igneo calore neque nasci quidquam, neque augeri potest: ut nulli alii elemento magis opus sit genitalibus, quam calori; cuius metu concipiuntur^k, nascuntur, sustentantur omnia. Postremo etiam si ita sit, (ut volunt,) qui magis abscisum^l esse cælum putemus, quam omnino sine genitalibus natum? Nam si per se gignit, non indigebat utique genitalibus, quum Saturnum ipsum procrearet; si vero habuit, et a filio abscissa sunt, ortus rerum, et natura omnis interisset^m. Quid? quod ipsi Saturno non diuinum modo sensum, sed humanum quoque adimunt, quum adfirmant, esse eum Saturnum, qui cursum, et conuersionem spatiorum, et temporum continet; eumque grace idipsum nomen habere. Κρόνοςⁿ enim dicitur, quod est idem, quod χρόνος; id est, spatium temporis. Saturnus autem est adpellatus, quod saturetur^o annis. Hæc Cic-
- ce-

b) Ouidius in Fastis] Lib. 6. v. 291. seq. Cell.

i) et tamen eum] Multi eam ediderunt, quasi ad Vestam referentes: nos scriptos Lips. et ante CC annos editos sequuti eum scribimus. Cell.

k) cuius metu concipiuntur omnia] Emman. MS. metu, quo loco aliis est metu. Cell.

l) abscisum] abscissa Reimm. Goth. Ven. 1471. 93. 97. Rost. abscisum-abscissa. not. c. 12. n. 10. Bün.

m) interisset] Sic melius MSS.

Reimm. et vett. edd. quam Tornæs. 1587. et alix: interisisset. Sic 320. 17: perisset, et Cic. 2. diuin. c. 8: interisissent, et L. 1. diuin. 52. fin. interisese. Bün.

n) Κρόνος] Hinc Saturni sacra Cronia dicta Accio. Conf. Sauaron. ad Sidon. Carm. 15. p. 149. Huet. D. E. p. 257. Bün.

o) Saturnus; quod saturetur] Huet. titus c. 1. p. 290. a τῆς, saturis, cum aliis A. Acoluthus statuit, veris-

ceronis verba sunt ^p, exponentis sententiam Stoicorum, quæ quam vana sit, cuius intelligere promptissimum est. Si enim Saturnus cæli est filius: quomodo potuit aut tempus e cælo gigni^r; aut cælum a tempore abscidi^t; aut postea tempus imperio spoliari a filio Ioue? Aut quomodo Iuppiter natus est ex tempore? Aut quibus annis saturari posset æternitas, cui nullus est finis?

XIII. Si ergo vanæ sunt istæ rationes philosophorum: quid superest, nisi vt vere factum esse credamus, id est, hominem ab homine abscisum^e? nisi forte aliquis existimet^b, deum

risime deriuari ab Armenico s. Aegyptiaco SATOR cum N suffixo, vt *Satorn* sit *magnus culter*; habetur enim pro inuentore facis mesforiz, quæ genitalia cæli, i. e. gramina, herbas, flores, segetes, cæli beneficio progenitas, defecuit. Vid. Acoluthi *Epist.* ad B. 'Abb. Lucensem *MO-LANVM* in Leibnitii *Collect. Etymol.* p. 162. *Bün.*

p) *Hæc Ciceronis verba sunt*] dicto *Lib. 2. de Nat. deor. cap. 25. Cell.*

r) *e cælo gigni*] Goth. et Lipsf. *e cælo*: vulgo *a cælo*. *Cell.*

s) *e cælo gigni*] Cum Goth. et Lipsf. *Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. faciunt; sed facile adparet*, inquit *Heumannus*, a cælo *rescribi oportere*. *Non puto*. Sic dixit c. XI. 61: *adparet non ex cælo natum esse*. Latini enim haud raro dicunt, gigni, generari, nasci ex aliquo, ex aliqua. *Lact. 4. 12. 13: ex homine natus est. L. 1. 8. 4: ex duobus sexibus nati. L. 1. 17. 9: genuit ex, sæpe repetitum. Cic. 3. Nat. D. c. 16: Hercules-bis ex Alcmena, quem Iuppiter genuit. Ouid. 9. Metam. 330: Me pater ex alia genuit. Bün.*

t) *abscidi*] MS. C. C. C. et *Emman. excidi*, sed vid. n. 2-8. c. 13. 1: *Verbum abscidere pluribus vindicauit Mureticus ad Fulgent. Mythol. L.*

c. 2. p. 32. sq. et *Lib. 3. c. 5. p. 111. vbi de eadem re. Add. Popmam ad Cic. 2. Att. ep. 7. pr. Bün.*

a) *abscisum*] Goth. *Reimm. Ven. 1471. 72. 93. 97. Paris 1513. Rost. 1476. abscisum. Vid. c. 12. 10. not. Bün.*

b) *nisi forte aliquis existimet*] Sic omnes libri in coniunctiuo: *existimet*, præter Lipsf. tert. et *Reimm. existimat. Heumannus: lege*, inquit, *existimat, ita enim Latini loquuntur*. Hoc certum, Ciceronem et Lactantium plerumque *nisi forte*: cum indicatiuo efferre. *L. 1. c. 11. n. 7. et n. 26. L. 1. 16. 8. L. 2. 1. 16. L. 5. 13. 16. L. 6. 2. 9. c. 22. 1. Opif. 14. 4. Epit. c. 30. fin. et nihil frequentius in Cicerone; nonnumquam tamen cum coniunctiuo. Lactantius 1. 3. 2: nisi forte arbitremur. vbi noto: de Ira 10. 35: nisi forte quis arbitretur. Cicero L. 10. Att. 8: nisi forte censueris. Conf. de Senect. c. 10. et prætulit. Burmannus in Quintil. 12. Inst. 2. princ. nisi forte accedamus iis. Appulei: I. Apol. p. 291: nisi forte hoc vos induxerit. Omnes libri, etiam mæx antiquæ membranæ in Hilar. L. 5. Trinit. f. 106: nisi forte hic dicendo verus sit, et non sit verus iste faciendo; et *Lib. 9. f. 297: nisi forte sit aut tribuat. Bün.**

deum fuisse, qui timuit coheredem^c: quum, siquid diuinitatis habuisset, non patris genitalia debuere amputare, sed propria, ne Iuppiter nasceretur, qui eum regni possessione
 2 priuauit. Idem, sororem suam Rheam, quam latine Opem dicimus, quum haberet vxorem, responso vetitus^d esse dicitur, mares liberos educare: quod futurum esset, ut a filio pelleretur. quam rem meruens, natos sibi filios non utique deuorabat, (ut ferunt fabulæ^e,) sed necabat. quamquam scriptum sit in historia sacra^f, Saturnum, et Opem, ceterosque tunc homines humanam carnem solitos esitare: verum primum Iouem, leges hominibus, moresque condentem, edicto prohibuisse, ne liceret eo cibo vesci. Quod si verum est, quæ potest
 3 est in eo fuisse iustitia? Sed fictum fane putemus, Saturnum filios deuorasse, modo cum aliqua ratione: num^g iccirco^b, quod ait vulgus, comedisse filios suos eum, qui extulerit, sepulturæque mandauerit? Ops autem quum Iouem peperisset, subtraxit infantem, eumque nutriendum furtim
 4 misit in Cretamⁱ. Rursum imprudentiam reprehendam, necesse est. Cur enim responsum ab alio potius accepit? Cur in cælo constitutus, quæ gerebantur in terra, non videbat?
 5 Cur eum Corybantes^k cymbalis fefellerunt? Postremo cur

ex-

c) *timuit coheredem*] c. II. n. II. *Bün.*

d) *responso vetitus*] responso Teluridis matris. Apollodor. I. c. I. *Cell.*

e) *ut ferunt fabula*] κατέπινε, Apollod. d. I. *Cell.*

f) *in historia sacra*] Ennii, de qua ante paullo cap. II. num. 45. *Cell.*

g) *modo cum aliqua ratione: num*] hæc omnia, tamquam immixtum glossationem tollit Heumannus. Non ausim tollere, refragantibus omnibus libris. Emman. *modo cum aliqua ratione: nam*, tum sign. interrog. tollendum. *Bün.*

h) *num iccirco*] subaudi putemus, ἐκ κοινῆ. Num duo Lips. et alii scripti, et Betuleius: plures quidem nunc, etiam Lips. I. *Cell.*

i) *furtim misit in Cretam*] Antea cap. II. num. 16. idem dictum, quod de Creta insula fere omnes intelligunt. Arcades autem de χώρα ἐν τῷ Λυκαίῳ Κρητέα, de loco Cretea in Lycao, siue Olympo, Arcadiæ monte, interpretati sunt. Pausan. Arcad. p. 268. *Cell.*

k) *Corybantes cymbalis*] Corybantes, ἐν θεοισιαστικοῖς ὄντες, numine seu furore correpti, Strab. 10. p. 326. Tales Matris deum sacerdotes, tales etiam in Creta iuxta Curetas. *ibidem*. Ouidius Fast. 4. v. 210. de Iouis eisdem incunabulis:

Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus. *Cell.*

l) *Corybantes*] L. I. 21. 40. in nummo totam fabulam oculis contrectandam

estine alijs vis potentior, aut maior, quæ illius vinceret potestatem? Nimirum senex a iuvene facile victus est, ac spoliatus imperio. . . Fugit igitur expulsus, et in Italiam navigio venit, quam errasset diu; sicut Ovidius in Fastorum libris⁷ refert:

Causa ratis superest. Tuscan rate venit ad annem

Ante perorato falcifer orbe deus.

Hunc errantem atque inopem Ianus⁸ excepit: cuius rei argumenta sunt nummi veteres, in quibus est cum duplici fronte Ianus, et in altera parte navis, sicut idem poeta⁹ subiicit⁷:

At bona posteritas puppim formavit in are⁹,

Hospitis adventum testificata Dei.

Omnes ergo non tantum poetæ, sed historiarum quoque ac rerum antiquarum scriptores, hominem fuisse, consentiunt, qui res eius in Italia gestas memoriæ prodiderunt. Græci; Diodorus^r, et Thallus^s: Latini, Nepos, et Cassius^t, et

Var-

dam dedit Gronovius ad Mimn. c. 21. p. 201. Spanhem. ad Callim. in Iovem p. 21-23. Conf. Luciani dial. Vener. et Cupid. p. 206. et de Saltat. p. 788. Langbein ad Dionys. Longin. *regl* v. 185, sect. 39. Vosf. Theol. Gentil. L. 2. c. 53. Montfaucon. Antiqu. *Epig.* T. 1. l. 301. *sq.* Bün.

20) Ovidius in Fastorum libris] *Lib.* 1. v. 233. *Cell.*

21) Ianus] Arnob. 3. p. 117. Cypr. *Epist.* Van. c. 1. 4. Tertull. *Apol.* c. 10. *Mit.* L. 32. c. 3. sect. 13. cetera sunt notæ ad Mirac. Fel. c. 22. *Optim.* p. 11. *Animadu.* p. 52. Maxime Montfaucon. T. 1. *Ant.* *Expl.* T. 1. *Bün.*

22) Idem poeta subiicit] *Fast.* 1. v. 185. *Cell.*

23) Thallus] In libri plerique: Goth. *subnectere* forte: *subnectis*. *Re-* *videndæ* *notæ*. L. 1. 10. 61. *subiecti* *verba*. L. 2. *Ep.* 13. *verba* *subiecti*. L. 4. 5. & L. 5. 8. 6. *Epig.* *Tant.* c. 42. *Gronovii* quoque *indicavit*

Grævius in de Harusp. *Respons.* c. 17. *Add.* Gronov. ad *Phædr.* 1. 19. 2. *At-* *tamen subnectere hoc sensu etiam* *vñs* L. 7. 14. 17: *collecta-subnectam.* L. 7. 24. 1: *nunc reliqua subnectam.* *Mort. Pers.* 53. 1: *causæ ruinam sub-* *nectam.* *Nihil frequentius in Vale-* *rio Maximo.* *Vid.* L. 2. c. 6. 15. c. 8. n. 6. L. 3. c. 3. n. 2. c. 7. *pr.* L. 4. c. 8. *extern.* 2. L. 5. 6. 2. L. 6. 1. *ext.* 1. L. 7. 6. 6. L. 8. 1. 7. *Idem est Ammiano* *Marcellino: subserere.* L. 14. 11: *qui-* *bus subserere - exemplum.* L. 16. 2: *quam subsererent quidam.* *Bün.*

24) puppim formavit in are] *Melior-* *es libri Ovidiani servavit.* *Moneta* *significatur, sicut modo nummi ve-* *teres dicebantur: vbi solus Emman.* *cod. picture veteres.* *Cell.*

25) Diodorus] *Siculus Lib.* 3. cap. 61. *Cell.*

26) Thallus] c. 23. 2. *Minuc. Fel.* c. 22. *Tertull.* 2. *ad Nat.* c. 12. *rectius,* *quam Goth. et Reimn. Thallus,* *Bün.*

27) Thallus, Nepos, Cassius] *Ne-* *pos*

9 Varro. Nam quum agrēsti quodam more in Italia viueretur,

*Is genus indocile u, ac dispersum montibus altis
Composuit, legesque dedit, Latinumque vocari
Maluit, bis quoniam tutus latuisset in oris.*

10 Censetne aliquis deum esse, qui pulsus est, qui fugit, qui latuit? nemo tam stultus est. Qui enim fugit, aut latet, et vim, et mortem timeat, necesse est. Orpheus, qui temporibus eius recentior fuit, aperte, Saturnum in terra, et apud homines regnasse, commemorat:

*πρώτιστος μὲν ἀναξ ἐκ ἐπιχθονίων Κρόνος ἀνδρῶν.
ἐκ δὲ Κρόνου γέγερ' αὐτὸς ἀναξ μέγας εὐρύσπασ* Ζεύς.*

12 Item Maro noster:

Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.

et alio loco:

*Aureaque (ut perhibent) illo sub rege fuere
Secula: sic placida populos in pace regebat.*

13 Neque superius dixit, in cælo egisse vitam; neque inferius, superos in pace rexisse. Vnde adparet, illum regem fuisse terrenum: quod alibi apertius^a declarat:

Aurea condet

*Secula, que rursus Latio regnata per arua
Saturno quondam.*

14 Ennius quidem in Euhemero^b non primum dicit regnasse Saturnum, sed Vranum patrem. *Initio^c, inquit, primus in*

ter-

pos in Chronicorum libris, qui vna cum Thalli et Casii Seueri historiis interierunt. Eisdem auctores de Saturni regno terrestri Minucius Felix citat, et Tertullianus Apolog. c. 10. *Cell.*

u) Is genus indocile] Virgiliani versus Lib. 8. 321. seq. *Cell.*

x) εὐρύσπασ] In Goth. est duplex horum versuum versio: hæc vox vertitur lepide: 1) omnia prospiculator; 2) melius: *latus visibus.* Lips. tert. *omnia perspicans.* Bün.

y) Item Maro noster] Georgie. Lib. 2. extremo. *Cell.*

z) et alio loco] Aeneid. 8. v. 324. *Cell.*

**) quod alibi apertius*] Aeneid. 6. v. 792. *Cell.*

b) Ennius in Euhemero] in historia sacra, qua Euhemerum expressit. Supra cap. 11. num. 33. 34. *Cell.*

c) Initio] Sic omnes libri sine præpos. in aut ab. Optime. Conf. Epit. 14. 4. Pari modo sæpe Sulpicius Seuerus posuit: *principio.* Vterque more veterum. Cum Ennio h. l. Sallust. Catil. 2. 1: *Initio reges.* Vbi plura Cortius p. 9. Bün.

a) sa-

terris imperium summum Vranus habuit. Is id regnum una cum fratribus suis instituit atque paravit. Non magna dissen-
sio: siquidem maximorum auctorum de filio ac patre dubitatio est. Sed tamen utrumque fieri potest, ut et primus Vranus eminere inter ceteros potentia cœperit, et principatum habere, non regnum; postea Saturnus maiores sibi opes comparauerit, ac regnum nomen adsciuerit.

XIII. Nunc, quoniam ab iis, quæ retulimus, ali-
quantulum sacra historia^{a. b} dissentit, aperiamus ea, quæ ve-
ris litteris continentur; ne poetarum ineptias in accusandis
religionibus sequi^c ac probare videamur. Hæc Ennii verba
sunt: *Exin^d Saturnus uxorem duxit Opem. Titan, qui ma-
ior natu erat, postulat, ut ipse regnaret. ibi Vesta^e mater co-
rum, et sorores, Ceres atque Ops, suadent Saturno, ut de
regno non concedat fratri. Ibi Titan, qui facile deterior^f es-
set, quam Saturnus, iccirco, et quod videbat matrem, atque
sorores suas operam dare, ut Saturnus regnaret, concessit
eis^g, ut is regnaret. Itaque pactus est cum Saturno, uti, si
quid liberum virilis sexus^h ei natum esset, ne quid educa-
retⁱ. Id eius rei causa fecit, uti ad suos gnatos regnum redi-
ret.*

a) *sacra historia*] Ennii liber, ex Eubemero expressus, ut modo diximus. Cell.

b) *sacra historia*] L. I. 22. 21. Büñ.

c) *sequi*] L. I. c. H. 34. not. Büñ.

d) *Exin*] Reimm. *Exin^d*. Büñ.

e) *ibi Vesta*] Lipl. *ubi*; qui in ceteris Ennii verba non aliter referunt, quam sunt edita. Cell.

f) *facile deterior*] Goth. Lipl. tert. Büñ. Ven. utraque 1478. Crat. *Tertius. 9. 4: facie deterior*. Non male; *deterius* Ven. 1478: *facie clarius*. Büñ.

g) *concessit eis*] *sancti et sororibus*: ex Ennii codice. Vulgo *ut*, quasi Saturnus, quod male cum *ut*, quod sequitur, coniungitur, seu *operam* red-
denda. Cell.

h) *si quid liberum virilis sexus*] F 5

Goth. *virile sexus*, nunc forte in Ennio legendum: SECVS, sepe hæc vox corrupta. Vid. Gronou. ad Liuv. 26. c. 47. atque filium ad Gell. 3. 10. et ad Ammian. Marcell. L. 16. c. 11. add. Weitzius ad Hymnos Festiuales p. 286. sq. Büñ.

i) *ne quid educaret*] Vltr. Pen. Reimm. Lipl. tres, et membr. Guelpherb. et Sublac. Ven. 1478. 1493-97. cum Rost. *ne quid educaret*, quod merito Heinsius defendit, tamquam *elegantè redundans* ad Ouid. Heroid. ep. 6. 151. ed. Burm. p. 86. Corrupe-
rant utraque Ven. 1478: *ne quem educaret*. Paris. 1513: *ne quem edu-
carent*. Parrhus. Ald. Crat. *neque edu-
carent*. Tandem recentiores: *ne edu-
carent*. Edidi: *ne quid educaret*. Büñ.

F 5

k) *in*

4 ret. Tum Saturno filius, qui primus natus est, cum necauerunt. Deinde posterius nati sunt gemini, Iuppiter atque Iuno. Tum Iunonem Saturno in conspectum dedere^k, atque Iouem clam abscondunt, dantque eum Vestæ educandam, celantes Saturnum^l. Item Neptunum clam Saturno Ops parit, cuiusque clanculum abscondit. Ad eundem modum tertio parit Ops parit geminos, Plutonem et Glaucam. Pluton latine est *dispiter* m. n: alii Orcum dicunt. ibi Glaucam filiam Saturno ostendunt, ac filium Plutonem celant atque abscondunt. Deinde
6 Glaucæ parua emoritur. Hæc^o, (ut scripta sunt p,) Iouis, fratrumque eius stirps atque cognatio. In hunc modum nobis
7 ex sacra scriptione traditum est^q. Item paullo post hæc refert^r: Deinde Titan, postquam rescivit Saturno filios procreator

k) in conspectum dedere] Ven. 1471. vtraque 1478. Rost. in conspectu dedere. Büñ.

l) Celantes Saturnum] Goth. Sublac. Ven. 1471. secunda 1478. Rost. celantes Saturno. Büñ.

m) Pluton latine est *dispiter*] Libri omnes *Dispiter*, quod Iouis, non Platonis cognomen est. Macrobius Saturn. i. cap. 15: *Iouem Romani Dispitrem adpellant, ut diei patrem. Pluton autem latine sonat dis vel ditis, id est diues.* Vnde Isidorus Orig. Lib. 8. c. 11: *Pluton graeco, latine Dispiter, vel Ditis pater.* Ergo *Dispiter* vel *Dis* pater legendum videtur de Saturno. Cell.

n) Pluton - *dispiter*] plerique *dispiter* ediderunt nota Cell. ex Isæo. Tentauit etiam hunc locum Munckerus ad Hygin. fab. 139. p. 205. sq. qui quoniam MS. antiquum præfert: *Diispater* suspicatur scripsisse Ennium: *Ditispater*, sed fallitur, putans Isæum ita scripsisse, Isæus eum codicem non vidit, sed est *Io. Cauci* apud Gall. Idem Munckerus ad fab. 41. p. 91. receptam: *dispiter* ex Isidoro c. l. defenderat. Plerique Guelpherb. *dispiter*, at Guelph. papyr.

DISPITER, priori i aliquis superscripsit: e. Glosar. antiquum Latino Græcum apud H. Stephanum: *DISPITER* $\chi\alpha\alpha\omega\nu$. in rariss. ed. Ven. 1471. clare: *DISPITER*. Hinc ausus sum recipere. Büñ.

o) Hæc] Hæc quippe verba Ennii omnia a voce: *Hæc est* diuersis typis imprimenda curauit; plintheo post cognatio posito. Büñ.

p) ut scripta sunt] Dele, inquit Heumannus, est *glossema*. Immo sunt verba Ennii repetita in Epitome c. 13. non ergo delenda. Büñ.

q) traditum est] ante *tradita* est ediderant; at Reimm. Goth. Lips. 2. 3. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Paris. 1513: *traditum est*. Recliff. me. Ita quoque codex Taurin. in Epit. c. 13: *traditum est*. Deuiset V. C. Dauisius non Epitomes codicem ex Institutionibus, sed Institutiones h. l. ex Epitome emendare; quod iure fecit Anon. Britannus fide trium MSS. Instit. Lactantii, puto Anglicanorum. Büñ.

r) hæc refert] Goth. Reimm. et Lips. 2d. hæc *infert*. non male. L. 7. 13. 3; hæc *insulit*, vbi plura. Büñ.

s) clam,

tos atque educatos esse clam; seducit^s secum filios suos, qui Titani vocantur, fratremque suum Saturnum atque Opem comprehendit, eosque muro circumegit.^u et custodiam iis^x adponit. Hæc historia quam vera sit, docet Sibylla Erythraea, eadem fere dicens; nisi quod in paucis, quæ ad rem non pertinent, discrepat. Iuppiter ergo liberatur summi sceleris crimine: quod patrem vinxisse compedibus^v perhibetur. Id enim Titan patruus fecit, quod ille contra pactionem iusque

s) clam, seducit] Goth. *clann sese*; ducit. Lips. *adus* et Reimm. *clann se*, seducit. edd. omnes: *seducit*, elegantiori notione pro: *seorsum ducit*. Conf. Burmann. ad Quintil. L. 7. Inst. c. 2. p. 603. Bün.

t) eosque muro circumegit] Sic libri, scripti, editi, dure. Quidam malunt contra libros *murum* legere, quod propius Latinitatis indoli, ut *a circum* casus pendeat. Cell.

u) eosque muro circumegit] Sic cum pluribus scriptis editisque Reimm. tres Guelpherb. et Witeb. quod durum Cellario, et ab Ifzo damnatum, qui putat Lactantium scripsisse: *eosque murum circumegit*. Certe Goth. *eosque muros circumegit*. Quid, inquit Wakehins, si *hois* legas: *eosque e muro circumegit*, i. e. IN MURO, ut *ex muro manus pandere*, e *muris clamorem tollere*. Idem defendit in Misc. Lips. T. 3. p. 360. Non invidio quidem; sed ni fallor non magis ita quam *curre* e *maris* pro *in muris* dici potest. quis unquam exaudiuit, ab hoste hostes captos in murum duci, in muro circumagi et sic eis custodiam adponi. Lactantius dicit, eadem fere dixisse Sibyllam, hæc vero habet:

Κρίψεν δ' ἐν γαίῃ, καὶ ἐν
ζωσμοῖς ἐφύλασσε.

Olim cogitabam: eosque NERVO

CIRCUMPEGIT, aut Latinus: in *neruos compedit*; nam sequitur n. 9. *vinxisse compedibus*, et n. 10: *custodiis circumsepitos: atque in vincula coniectos* de phrasi: *compingere in vincula, carcerem*. Schott. ad Aur. Victor. de Viris Illustr. c. 1. In Ven. 1493. 97. et Paris. 1513: *circummagis*, aut *circumagis*. Vnde Heumann. *circumcingit*. Certe aptius. *Unus papyraceus Guelpherb. elatissime: eosque muro circumdat*; ut Ouid. 8. Met. 621: *quercus modico circumdata muro*. Liu. 1. 36: *muro urbem circumdedit*. Nihil tamen muro; *circumagere*, rariori sensu est *circumdare*. Mart. Capella L. 5. ed. Grot. p. 137: *erat pallio circumactus*, et L. 1. p. 6: *solis caput radiis perfusum circumactumque*. Mela 2. 2. p. 173: *pelagus terras magno ambitu circumagis*, quod c. 4. p. 223: *circumdat* esset, nisi forte *mauis*, ut Tacitus 5. Hist. c. 11: *mania regia circumiecta*, sic in Lact. *eosque muro circumiegit*, aut: *eos muro circumsepit*, ut Seneca. L. Clem. c. 19: *se muris turribusque sepere*. Bün.

x) iis] Sic correxi ex MSS. Reimm. *hijs*, i. e. *iis*. Bün.

y) patrem vinxisse compedibus perhibetur] Titan Iouis patrem, fratrem suum Saturnum vinxit: Iuppiter servatus autem in causa fuit, ut pater suus vinciretur. Cell.

x) ma-

10 que iurandum mares liberos^a sustulisset^a. Reliqua historia sic continetur: Iouem aduultum, quum audiuisset, patrem atque matrem custodiis circumseptos^b, atque in vincula coniectos; venisse cum magna Cretensium multitudine, Titanumque, ac filios eius pugnando vicisse, parentes vinculis exemisse, patri regnum reddidisse, atque ita in Cretam remeasse. Post hæc deinde^c Saturno datam sortem, vt caueret, ne filius eum regno expelleret: illum eleuandæ^d sortis^e, atque effugiendi periculi gratia insidiatum Ioui, vt eum necaret; Iouem cognitis insidiis regnum sibi denuo vindicasse, ac fugasse^f Saturnum: qui quum iactatus esset per omnes terras, persequentibus armatis, quos ad eum comprehendendum, vel necandum Iuppiter miserat, vix in Italia locum, in quo lateret, inuenit.

1 XV. Quibus ex rebus quum constet illos homines fuisse, non est obscurum, qua ratione dii cæperint nominari.
2 Si enim nulli reges ante Saturnum, vel Vranum fuerunt propter hominum raritatem, qui agrestem vitam sine vlllo rectore vivebant^a; non est dubium, quin illis temporibus homines regem ipsum, totamque gentem summis laudibus, ac

2) mares liberos] I. II. 16: ex liberis maribus c. 13. 2: mares liberos educare. Büñ.

a) sustulisset] i. e. e terra sublatos, susceptos educasset, n. 3. n. 7. L. 1. 16. 10. Plura Pitisc. ad Curt. L. 9. 1. 25. not. 58. Schott. ad Senec. L. 4. Controu. 26. p. 313. Barth. ad Stat. I. Silu. II. 109. p. 66. et Bartholin. de Puerperio veterum p. 72. sq. Büñ.

b) custodiis circumseptos] Sueton. August. c. 65. sepsit custodia militum. Büñ.

c) Post hæc deinde] Pleonasmus. Vid. not. L. 2. 13. 11: postea deinde. L. 7. 5. 21: Post deinde. Posthac deinde

ex Colum. III. 4. indicauit Heusinger. ad Vechner. p. 157. Büñ.

d) eleuanda sortis] Emman. et C. C. alienanda sortis. Nilhil muto. Sic eleuare fidem dixit. L. 2. 7. 8. i. e. minuire auctoritatem sortis. Phœdr. 3. 10. 7: sed fabulosam ne vetustatem eleuent. Vbi plura Burmannus p. 137. Add. Torren. ad Val. Max. 1. 6. 12. p. 69. et Vorst. ad L. 6. 9. cxt. 1. p. 612. Büñ.

e) sortis] oraculi. Vid. not. L. 1. c. 6. 12. Büñ.

f) fugasse] Parrh. perperam fugisse. Vid. L. 1. 12. 10. L. 5. 5. 10. Büñ.

a) vitam vivebant] noto ad L. 7. 24. 15. Büñ.

ac novis honoribus iactare^b cœperint, vt etiam deos adpellarent, siue ob miraculum virtutis; (hoc vere putabant^c rudes adhuc, et simplices,) siue, vt fieri solet^d, in adulationem præsentis potentia; siue ob beneficia, quibus erant ad humanitatem compositi. Deinde ipsi reges, quum cari fuissent^e iis, quorum vitam composuerant, magnum sui desiderium mortui reliquerunt. Itaque homines eorum simulacra finxerunt; vt haberent aliquod ex imaginum contemplatione solarium^f: progresstique longius per amorem meriti^g, memoriam defunctorum colere cœperunt, vt et gratiam referre benemeritis viderentur, et successores eorum adlicerent ad bene imperandi cupiditatem. Quod Cicero de Natura deorum^h docet, dicens: *Suscipit autem vita hominum consuetudoque communis, vt beneficiis excellentes viros in calumfama ac voluntate tollerent. Hinc Hercules, hinc Castor, hinc Pollux, hinc Aesculapius, hinc Liber.* Et alio loco

co

b) honoribus iactare] Sic Reimm. et plurimi. At Ven. 1471. et Rost. 1476: honoribus tractare. Vtraque Ven. 1478: honoribus iactare. corrupte. In solens honoribus iactare aliquem; malle: honoribus MACTARE. Ita Lact. 5, 9. 11: eos laudant et honoribus mactant. Vbi plura dant a me citati auctores. Bün.

c) hoc vere putabant] Sic Reimm. et plures. At Lips. tert. Ven. 1493. 97. Parrh. hoc vere putant. Emman. hoc vere putabant siue rudes. Heumanno hæc verba; hoc vere putabant rudes adhue, et simplices; sunt certum glossema. Bün.

d) vt fieri solet] Sublac. et Rost. vt solet. Haud raro illud fieri Lactantius alique omittunt. Conf. L. 1. 1. 6. not. L. 6. 10. 19. not. Bün.

e) cari fuissent] Sic recte plerique omnes. In Petrarcho omnibus edd. Oper. L. 2. de Otio Religios. f. 319.

legitur perperam: carnis fens. Bün.

f) ex imaginum contemplatione solarium] Lips. 2: ex imaginum consolatione solarium. Recepta vera. L. 2. 2. 7: si quis imaginem contempletur, vt ex ea solarium capiat etc. Bün.

g) per amorem meriti, memoriam] MSS. Emman. Ball. C. C. C. Tax. Pen. Goth. Lips. 2. 3. Reimm. Ven. 1493. 97: Paris 1513. Tornæs. 1. et 4. Itæus, Betul. vocem meriti proferunt. Heumannus agnoscit et hic glossema, nec tam illatino, inquit, scripsit Lactantius. Vox meriti quoque abfuit ab codice MSS. Petrarcho loco n. 3. citato: Nihilominus timide proscribo, exponens per amorem meriti; ex amore, quo, reges bene de ipsis meruerant. Conf. Lib. 7. 14. 1-3. de Ira c. 11. 7. Sic per gratiam. L. 1. 10. 4. L. 6. 12. 9. Bün.

h) Quod Cicero de Natura deorum] Lib. 2. cap. 24. Coll.

d) et

co ^{i. k.}: *Atque in plerisque ciuitatibus intelligi potest, ac uenda virtutis gratia, aut quo libentius reipublica causa periculum adiret optimus quisque^m, virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam.* Hac scilicet ratione Romani Cæsares suos consecrauerunt, et Mauri reges suosⁿ.

7 Sic paullatim religiones esse cæpere, dum illi primi, qui eos nouerant, eo ritu suos liberos, ac nepotes, deinde omnes posteros imbuerunt. Et hi tamen^o summi reges ob celebri-

8 tatem nominis in prouinciis omnibus colebantur. Priuatim vero singuli populi gentis aut urbis suæ conditores, seu uirifortitudine insignes erant, seu feminae castitate mirabiles, summa ueneratione coluerunt, ut Aegyptii Isidem, Mauri Iubam^p, Mace-

i) *et alio loco*] Lib. 3. de Nat. deorum cap. 19. Vulgo legunt: *Et alio in loco atque alio.* Verba autem Ciceronis, quæ sequuntur, non nisi ex vno loco, quem signauimus, deprompta sunt omnia. Quorum initium cum ATQVE sit, scilicet *Atque in plerisque* etc. quis non videt *Atque* Ciceronis esse, et alio frustra ex antecedente repetitum? nam etiam superiore loco ex Lib. 2. cap. 24. Tullianum autem Lactantius sine necessitate conseruauerat. Cell.

k) *et alio loco*] Recte ita Cell. Sic optimi libri, nec aliter Codex Pe-trarchæ c. l. pro: *alio in loco atque alio*, quod omnes edd. ante Isæum habent, hic correxit: *Et alio loco. Atque ADEO*-quæ Bouhierio merito uidetur uera lectio. Probat etiam uehementer: *acuenda virtutis*, uti in Cicerone omnino legendum. Bân.

l) *acuenda virtutis*] in Cicerone *augenda* legitur. Cell.

m) *optimus quisque*] i. e. fortis-simus quisque, ut sequitur: *fortium.* Conf. not. L. 3. 17. 8. Bân.

n) *et Mauri reges suos*] Consecra-tionem Maurorum regum attingit Tertullianus Apologet. cap. 24. Vni-

cuique, inquit, *provincia et ciuitati ius deus est, ut Syria Astartes, ut Arabia Disares, ut Noricis Bel-nus, ut Africa Calesis, ut Maur-tania reguli sui.* Cell.

o) *Et hi tamen*] Sic omnes libri, forte: *Et hi tandem.* Heumann. *Ex ita tandem.* Sæpe enim *tamen* et *tandem* in MSS. confunduntur; at si Brækhufium audias ad Pro-pert. 2. 1. 76. p. 99. *tamen* interdum ualeat *tandem*, vel *denique.* Vide quæ noto ad Mort. Perf. c. 33. 2. Bân.

p) *Mauri Iubam*] Notauit Cellarius ad Eutr. 6. 18. 2. et ad Minuc. c. 22. *Iubam* Nunnidarum, non *Maurorum* fuisse regem, intelligens de tempore Iubæ. At Gronouius defendit Minucium, quia eius tempore Nupidia sub Mauritania Cæ-sariensi continebatur, qua ratione etiam hic Lactantius, Eutropius, Sext. Rufus, Isidorus alique defendi possunt; Dauisus ad Minuc. p. 137. putat, proprie sic dictis Mauri reges Iubarum nomine fuisse. Vosio L. 1. de Idolol. c. 32. persuasum, *Iubam*, ut Nimrodi Bel, non proprium nomen, sed *cognomen* fuisse, ad conuenientiam cum nomine Dei

Macedones Cabirum[†], Pœni Vranum, Latini Faunum, Sabini Sancum[†], Romani Quirinum. Eodem utique modo Athenæ Mineruam, Samos Iunonem, Paphos Venerem, Lemnos Vulcanum, Naxos Liberum, Apollinem Delphi[‡]. Sic per populos atque regiones varia sacra suscepta sunt, dum grati homines esse in suos principes cupiunt; et, quos alios honores vita carentibus deferant, inuenire non possunt. Præterea pietas eorum, qui successerant, plurimum contulit ad errorem: qui, ut diuina stirpe nati viderentur, diuinos honores parentibus detulerunt, deferrique iusserunt. Anne potest aliquis dubitare, quomodo religiones deorum sint instituta? quum apud Maronem * legat Aeneæ verba sociis imperantis:

Nunq

τετραγραμμάτω eliciendam, de qua re Selden. de Diis Syr. Synt. 2. c. l. c. 203. Ipse vero Cellarius ad Eutrop. l. 5. fin. docuit, *sollemne latinis Numidas adpellare Mauritanos*, idque de Iuba ex altero ciuili bello constare. Conf. ibid. l. 7. c. 5. 13. et ad Sext. Ruf. c. 4. Harduini ex Oper. Select. sententiam exhibent Acta Er. Lat. Lips. 1710. p. 54. *Bün.*

q) *Macedones Cabirum*] Cabiri, Καβίρειοι, non vnius gentis numina. In Phœnice, Lemno, Samothrace culti, et alibi. Eusebium lege Præpar. Euang. 2. cap. vlt. et Rhodigin. l. A. 16. c. 20. *Cell.*

r) *Cabirum*] de Cabiris erudite Girtler. in Orig. Sacr. l. 1. c. 17. §. 22-27. Reland. in Dissertt. Misc. 5. part. primæ. Guthberlet de Mysteriis Deor. Cabirorum Francq. 1703. & a quem Fabricius in Bibliogr. Antiq. c. 8. laudat Io. Ant. Astorius de Diis Cabiris Ven. 1703. 8. *Bün.*

s) *Sabini Sancum*] Sancus, Sanctus (varie scribitur, sed Sancus recte, Scaligero censore) deus est Fidius, vel eius generis; alius Hercules: dictus ita ab Sabina

lingua, ut Varro ait Lib. 4. de LL. Propertius Lib. 4. eleg. 10. extr.

Sic Sancum Tatia composuero Cures. Ouidius Fast. 6. v. 213: *Sanco Fidius*? Grut. Inscript. p. 96. SANCO FIDIO SEMOPATRI. *Cell.*

t) *Sabini Sancum*] Sic optime Bon. et Vaticani aliquot. Alii mire variant: Emman. *Sanctum*. Cant. et Rost. *Xanctum*. Reimm. et Lips. 2d. *Sabini Tatium alias Sanctum*. Lips. 1. 3: *Ratum*. Vltr. *Annaum*. Goth. *Auneum*. Vid. Iseus h. l. add. Brisson. de Ritu Nupt. p. 64: *Sancus* deus erat apud *Sabinos*, qui pactis et foederibus præerat, dictus a sanctiando. Plura Grabijs ad Iustin. Mart. Apol. 1. p. 51. Heinf. et Burmann. ad Ouid. 6. Fast. 213. p. 386. sqq. Montfauc. T. 1 part. 2. f. 410. *Bün.*

u) *Apollinem Delphi*] MS. Lips. secund. text. *Delphos*. Laët. 1. 7. 1. Goth. et Ball. *Apollinem Delos*. Conf. Spanhem. ad Callimachi Hymn. in Delum. et Fabricii Bibliogr. Antiqu. p. 259. *Bün.*

x) *apud Maronem*] Aeneid. 7. v. 133. *Cell.*

y) *Posca-*

*Nunc pateras libate Ioui, precibusque vocate
Anchisen genitorem.*

cui non tantum immortalitatem, verum etiam ventorum tri-
buit potestatem:

*Poscimus ventos, atque hæc mea sacra quotannis,
Urbe, velit, posita, templis sibi ferre dicatis.*

- 13 Idem scilicet de Ioue* Liber, et Pan, et Mercurius, et Apollo
fecerunt: ac postea de his ipsis successores eorum. Acces-
serunt etiam poetæ, et, compositis ad voluptatem carminibus,
in cælum eos sustulerunt: sicut faciunt, qui apud reges etiam
14 malos panegyricis mendacibus adulantur. Quod malum a
Græcis ortum est, quorum leuitas^a instructa dicendi facultate
et copia, incredibile est, quantas^b mendaciorum nebulas ex-
citauerit. Itaque admirati eos, et susceperunt primi sacra il-
15 lorum, et vniuersis gentibus tradiderunt: Ob hanc vari-
tatem Sibylla sic eos increpat:

*Ἐλλὰς δὴ τίς πέποιθώς ἐπ' ἀνδράσιν ἡγεμόνεσσι;
Πρὸς τί δὲ δῶρα μάταια καταφθιμένοις ἀνατίθης;
Θύεις εἰδώλοις. τίς τοι πλάνην βάλειν ἐν νῶ
ὡς τέ σε ταῦδε ποιεῖν μεγάλοιο θεοῖο προσώπη
λειπομένου.*

- 16 M. Tullius, qui non tantum perfectus orator, sed et-
iam

y) *Poscimus ventos*] Aeneid. 5.
v. 59. Cell.

z) *Idem de Ioue fecerunt de his*
noto ad L. 2. 3. 3: *de eo facies*. Rost.
Idem deo Ioue. Nec hoc illatinum.
Bün.

a) *leuitas*] Græcorum leuitatem
aliquoties perstringit L. 1. 18. 7.
L. 3. 14. 7. et est communis eorum
nota. Vid. Lud. Viuém ad Augustin.
L. 1. Ciu. D. c. 4. et L. 2. c. 14. et,
quem plures exscribunt, Abra-
mum ad Cic. pro Ligar. c. 4. et
Cort. ad Sall. Catil. 8. 2. p. 55. Bün.

b) *incredibile est, quantas exci-
tauerit*] Eleganter. (vnde perperam
Goth. *incredibilis est*) Iterum noster
de Opific. c. 7. n. 11. Iam barbæ

ratio incredibile est, quantum con-
ferat. Opif. 8. 6: *quarum duplicitas
incredibile est, quantum conferat*. Eo-
dem modo: *dici non potest*. Lact. 3.
19. 18: *dici non potest, quantam ce-
citasem pariat ignoratio veritatis*.
L. 5. 11. 12: *dici non potest, quanta-
excogitauerint*. Sulpic. Seuer. epist.
3. 18: *credi non potest, quanta homi-
num multitudo conuenerit*. Bün.

c) *Ἐλλὰς δὴ τίς*] Goth. codice
hæc versio adiecta: *Gracia quid con-
fidis in viros principes? cui bono au-
tem dona inania mortais adquiris,
immolas simulacris? Quis tibi erro-
rem in mente posuit hæc perficere reli-
cto Dei magni ore vel facis?* Cell.

d) *notæ*

iam philosophus ^d fuit; siquidem solus existit Platonis imitator ^e, in eo libro, quo ^f seipsum ^g de morte filiae consolatus est, non dubitavit dicere, deos, qui publice colerentur, homines fuisse. Quod ipsius testimonium eo ^h debet grauisimum iudicari, quod et augurale habuit sacerdotium ⁱ, et eosdem se colere venerarique testatur. Itaque intra paucos versiculos ^k duas res nobis dedit. Nam, dum imaginem filiae eodem se modo consecraturum esse profiteretur, quo illi a veteribus sunt consecrati ^l; et illos mortuos esse docuit, et originem vanae superstitionis ostendit. *Quum vero*, inquit, *et mares et feminas complures ex hominibus in deorum numero esse videamus, et eorum in urbibus atque agris augustissima delubra veneremur: adsentiamus* ^m *eorum sapientiae, quorum ingenii et inuentis omnem vitam legibus et institutis excelsam constitutamque habemus.* *Quod si ullum unquam* ⁿ

ani-

^d) non tantum - sed etiam philosophus] Ven. 1493. 97. Parrh. Crat. omisso etiam. Nihil noui in Lactantio, ut multis locis notavi. At veteres edd. Rost. vtraque Ven. 1478. Paris 1513: sed et. hinc tandem plane excidit: etiam. Büñ.

^e) Solus - imitator] Lips. tert. solus omisit. Büñ.

^f) in eo libro, quo se ipsum de morte filiae] Perit hic liber cum aliis multis. Cell.

^g) quo se ipsum] Goth. quo se ipse. Ex more Gothani, de quo alibi. Büñ.

^h) eo] valet ideo, ut L. 4. 5. 9. c. 24. 4. L. 5. L. 21. c. 15. 4. L. 6. 17. 17. L. 7. 1. 19. Büñ.

ⁱ) augurale - sacerdotium] c. 17. 3. In Lips. 2. Reimm. et Sublac. augurale. Büñ.

^k) versiculos] eleganter pro vulg. lineas. Conf. L. 2. 8. 13: in his decem versibus. Nep. Epam. c. 3. Vid. Barth. Aduersar. L. 54. c. 21. et ad Paulin. Petrocor. Vit. Martini L. 2. v. 78. p. 93. sqq. Crucqu. ad

Cic. pro Milone c. 26. Lipsius L. 3. Misc. ep. 39. Pitist. ad Sueton. August. c. 87. B. Stolberg. Disp. de ΣΙΧΟΜΕΤΕΛΑ veterum; Schwartzius de Ornamentis Libror. 2. disl. §. 10. Büñ.

^l) sunt consecrati] Reimm. sine consecrati, cum Lips. tert. Büñ.

^m) adsentiamus] Sublac. 1465. Rost. Ven. 1471-97. Parrh. adsentiam. Fr. Fabritius testatur MS. Lactantii librum habere adsentiamus, atque eandem vocem Ciceroni L. 1. Off. 6. restituit cum aliis. Certe Gothanus clare: adsentiamus. Atque hæc forma placet Lactantio L. 1. 5. 19: adsentit. c. 18. 13: adsentit. L. 3. 29. 8: Virgilius adsentit. Epit. c. 12: Poeta adsentians. Immo ipse Cicero consensu codd. L. 1. Att. ep. 14: Curioni adsenferunt. L. 2. ep. 1: adsentit Senatus. pro Manil. c. 26: eius voluntariibus adsenferens. Male igitur alii de Ciceronis consensu dubitarunt. Conf. Quintil. 1. Inst. c. 5. Büñ.

G

n) il-

animal consecrandum fuit, illudⁿ profecto fuit. Si Cadmi progenies, aut Amphitryonis o.p., aut Tyndari in calum tollenda fama^q fuit; huic idem bonus certe dicandus est: quod quidem faciam, teque omnium optimam, doctissimamque, adprobantibus diis immortalibus ipsis, in eorum cœtu locatam^r, ad opinionem^t omnium mortalium consecrabo. Fortasse dicat aliquis, præ nimio lætu^s delirasse Ciceronem. Atqui omnis illa oratio, et doctrina, et exemplis, et ipso loquendi genere perfecta, non ægri, sed constantis animi ac iudicii fuit, et hæc ipsa sententia nullum præfert^s indicium doloris. Neque enim puto, illum tam varie, tam copiose, tam ornate scribere potuisse; nisi lætum eius et ratio ipsa, et consolatio amicorum, et temporis longitudo mitigasset. Quid? quod idem dicit in libris de Republica, idem de Gloriaⁿ. Nam de Legibus^x, quo in opere, Platonem secutus, leges voluit ponere, quibus pu-

n) *illud*] Lipf. tert. ad marg. Thom. scilicet *filia mea*, per glossam. Bün.

o) *Si Cadmi progenies, aut Amphitryonis*] Bacchus, Cadmi ex Semelste nepos; Hercules, et Dioscuri, Castor et Pollux, Tyndaridæ dicti, notantur. Ceterum *Amphitryonis* lego cum Goth. Lipf. MSS. Rom. antiqua Veneta et Isæi editione: non *Amphionis*, quod Aldus et alii habent. Cell.

p) *Amphitryonis*] Hæc vox recta est in Fax. Pen. Vkr. Pal. Iun. Cauc. Angl. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 1478-97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. et merito vindicauit Betuleius, eumque secuti Isæus et Galæus, quum *Amphionis liberi calamitatis prouerbium fecerint: NIOBES FILII*, nec in deos, vt Hercules *Amphitryonis*, relati. Vnde Aldi, Thomas. Gryph. Thyssii: *Amphionis* proscribenda lectio. Bün.

q) *fama*] Lipf. 2. 3: *forma*. Sæpe hæc voces mutantur in libris. Vid. not. L. 2. 16. 16. at *fama* hic rectum. Cicero 1. Tuscul. c. 12: *ca-*

dem fama celebritate Tyndaridæ fratres, et Lact. 1. 15. 5: in calum fama^q - tollerent. Bün.

r) *in cœtu locatam*] Goth. et Lipf. tert. *in cœtum*, accus. casu, vt secundum multos Lact. 1. 18. 18: *duces in deorum cœtum locari*; at hic Goth. *in cœtu*; vt fere semper Cicero, et ipse Lact. 5. 8. 2: *in domicilio collocare*. L. 4. 23. 2: *vitam in optimo statu collocant*. Conf. not. 2. 2. 4. Bün.

s) *præ nimio lætu*] Cic. 4. Tusc. 29: *consolationis librum in medio (non enim sapientes erasmus) mœrore et dolore conscripsimus*. Bün.

t) *præfert*] 1. e. præ se fert. Vid. not. L. 6. 18. 1. vnde male Reimm: Lipf. tert. Rost. Ven. 1471. vtraque 1478: *profert*. Bün.

u) *de Republica, idem de Gloria*] Et hi libri in deperditis numerantur. Fragmentum tamen de Republica, Somnium Scipionis, huius argumenti aliquid retinet. Cell.

x) *Nam de Legibus*] Lib. 2. cap. 8. Cell.

y) *usu-*

putaret usuram esse iustam ex sapientem ciuitatem¹, de religio-
ne ita sanxit: *Diuos, et eos, qui caelestes semper habitati sunt,*
colunt; et illos, quos in caelo merita locauerunt, Herculem,
Liberum, Aesculapium, Pollucem, Castorem², Quirinum.
Item in Tusculanis^a, quum diceret totum pæne cælum hu-²⁴
mano genere completum: *Si vero^b, inquit, scrutari vetera,*
et ex illis ea, quæ scriptores Græcia prodiderunt, eruere coner;
ipsi illi; maiorum gentium dii qui habentur, hinc a nobis pro-
fecti in caelum reperientur. *Quare, quorum demonstran-²⁵*
tur sepulcra in Græcia; reminiscere, quoniam es initiatus^d, quæ
era-

1) *usuram - iustam et sapientem ciuitatem*] Addunt *ciuitatem* MSS. omnes, etiam Reimm. et edd. Sublac. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Crat. Paris. Tornæ. Gryph. Iunt. Ald. Gymn. Thom. Iæzus, Cant. Rectissime. rephexit ad Platonis institutum, qui CIVITATEM de SAPIENTIBVS voluit componere, Lact. 3. 25. 7. Vnde absona sunt h. l. omnia, quæ Gallus et Walchius, perperam vocem *ciuitatem* omittentes, de *usura* hic adnotarunt. Ridiculam illam Galli de *usura* commentationem ex instituto confutauit Lud. Bulteau, (hic enim auctor est teste Pezii Bibliotheca Bened. Maurian. L. 1. p. 61.) in *Defense des Sentimens de Lactance sur le Suiet de l'Usure*, a Paris 1672. quod scriptum recenset Journal des Sçauans 1672. p. 16-19. Hinc non opus puto dicta a me in Misc. Lips. 7. 3. p. 140. repetere. Num vero, vt Walchius ibidem in Miscell. p. 361. regerit, sic VSVRA SAPIENS vt SAPIENS EXCVSATIO - MODERATIO dici possit, ipse viderit. Idem, qui modus est facillimus se expediendi, *probabile est*, inquit, *verba hæc*: quo in opere, Platonem secutus, leges voluit ponere, quibus putaret usuram esse iustam et sapientem, *sapere glossemæ*. Heumannus hic nullam glossemam suboluit. Addidit

vero hic illa, vt leges sapienti et iustæ ciuitati positæ eo sapientius datæ crederentur, et vt huic testimonio de HOMINIBVS in cælo ab HOMINIBVS locatis, quod hic vrget, grauisimo, maior fides haberetur. His gemina sunt Lact. 1. 5. 24: *Quem* (Platonem) *Cicero secutus atque imitatus in plurimis in iis libris, quos de Legibus scripsit.* Idem manifestum ex ipso Cicerone de Legibus L. 2. 6: *ut fecit Plato - granisimus - de Legibus, id mihi credo esse faciendum.* ibid. c. 7. c. 15. c. 16. c. 18. c. 27. Lib. 3. c. 1. *Bün.*

2) *Pollucem, Castorem*] Goth. Lips. tert. *Castorem, Pollucem*, ordine consueto, et sic Cicero h. l. *Bün.*

a) *item in Tusculanis*] Lib. 1. cap. 13. pr. *Cell.*

b) *Si vero*] Emman. C. C. C. Goth. Lips. 2. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 1478: *Si vero*, et voluerunt ita Ven. 1493. 97. in quibus: *si viro*. Certe in Cicerone legimus: *si vero*. Recte hinc pro aliorum: *si voluero* edidi. *Bün.*

c) *profecti*] Lips. tert. *prouerti*. Prius in Cicerone et reliquis Lactantii. *Bün.*

d) *quoniam es initiatus*] in paganis sacris institutus. De initiis mysteriisque, et vsu eorum inter paganos, Ciceronem consulas Lib. 2. de Legib. cap. 14. *Cell.*

traduntur mysteriis: tum denique, quam hoc late pateat, in-
 26 telliges. Testatus est videlicet Attici^e conscientiam^f; ex
 ipsis mysteriis intelligi posse; quod omnes illi homines fue-
 rint^g, qui cofuntur: et quum de Hercule, Libero, Aescula-
 27 pio; Castore, Polluce, incunctanter^h fateretur: de Apolline
 ac Ioue patribus eorum; item de Neptuno, Vulcano, Marte,
 Mercurio, quos maiorum gentium deos adpellauit, timuit
 aperte confiteri. Et iccirco ait, late hoc patere, vt idem
 28 de Ioue, ceterisque antiquioribus diis intelligamus, quorum
 memoriam si eadem ratione veteres consecrauerunt, qua se
 imaginem, nomenque filiaē consecraturum esse dicit, ignosci
 29 merentibus potest, credentibus non potest. Quis enim
 tam demens, qui consensu et placitoⁱ innumerabilium stul-
 torum aperiri cælum mortuis arbitretur? aut aliquem, quod
 ipse non habeat, dare alteri posse? Apud Romanos deus
 Iulius, quia hoc scelerato homini placuit Antonio^k; deus
 Qui-

e) Attici] Sic omnes scripti, edi-
 tique. Sed Atticus iam fenex erat,
 quum Cicero cum iuvene disputet,
 vt ex L. 2. Tusc. c. 12. probat Dau-
 sius ad L. 1. Tusc. c. 5. p. 8-9. et
 c. 13. p. 26. Hinc per litteram A. in
 Cicrone non Atticum, sed Adole-
 scentem intelligit, præeunte Lambi-
 no. Conf. Turneb. Aduers. L. 9.
 c. 18. fin. Ifæus et Sparkius adsen-
 tiunt Lactantio, et Cellarius ad
 Lact. 3. 17. 34. Bün.

f) conscientiam] Angl. Lips. 2. 3.
 Reimm. Koff. Ven. 1471. 72. vtra-
 que 1478. 93. 97. Parrh. Paris. Crat.
 Gymn. conscientiam; ita igitur di-
 stinguunt: Testatus est videlicet At-
 tici conscientiam. Valet testari ita
 restem vocare. Bün.

g) quod-fuerint] Lego cum Goth.
 et Reimm. quod-fuerint. Bün.

h) incunctanter] Aliquoties hac
 voce vtitur L. 2. 7. 8: cotem in-
 cunctanter secuit. Elegantius in e-
 dem historia Liuius L. 1. c. 36:

haud cunctanter. Conf. Lact. 6. 12.
 23. Vñus ante nostrum Cyprianus
 de Lapsis ed. Bas. f. 286. b: incun-
 ctanter et largiter fiat operatio. de
 Mortalit. prope fin. incunctanter ac
 libenter. Sæpe Martiani Capella L. 2.
 p. 25: incunctanter absoluit. p. 35:
 incunctanter exhaustit, et L. 6. p. 194.
 Habent quidam codices apud Lucre-
 tium L. 3. 490. et placet Preigero.
 Conf. Cellar. Cur. p. 215. Bün.

i) consensu et placito] Conf. n. 29:
 placuit Antonio. L. 7. 25. 8: si statu-
 ta et placita differri possunt. Tertull.
 Patient. Omnia placita eius tuetur,
 omnibus mandatis eius interuenit. Bün.

k) deus Iulius, quia-placuit Anto-
 nio] Dignus Plinii locus Panegy-
 c. 11. qui cum hoc nostro compona-
 tur. Dicauit, inquit, calo Tiberius
 Augustum, sed vt maiestatis nomen
 induceret: Claudium Nero, sed vt ir-
 videret: Vespasianum Titus, Domi-
 tianus Titum; sed ille, vt dei filius,
 hic, vt frater videretur. Cell.

l) deus

Quirinus¹; quia hoc pastoribus visum est: quum alter gemini fratris² existerit, alter patriæ parricida. Quod si³

COS. non fuisset Antonius, C. Cæsar pro suis in rempublicam meritis etiam defuncti hominis honore caruisset, et quidem consilio Pisonis soceri, et L. Cæsar⁴ propinqui, qui vetabant funus fieri: et Dolabellæ COS. qui columnam in foro, id est, titulum eius⁵ euertit, ac forum expiavit. Nam⁶

Romulum desiderio suis fuisse, declarat Ennius, apud quem populus, amisum regem dolens, hæc loquitur:

O Romule Romule, dic, o⁷,

Qualem⁸ te patriæ custodem dii genuerunt?

Tu produxisti nos intra luminis oras.

O pater, o genitor, o sanguen⁹ diis oriundum.

Ob

1) *deus Quirinus*] Tertull. 2. Nat. 9; *Romulus post mortem deus. Sane Romulus et fratrem interfecit et alienas virgines dolo rapuit, ideo Quirinus est, quia tunc parentibus quærisatans est per illum.* Bün.

m) *gemini fratris*] Gronou. ex optimo codice *gemini* restituit in vulgato locum *germani*. Vide Obs. in Script. eccl. p. 181. Cell.

n) *gemini fratris*] Iam ante Gronouinum scriptura *librum melius et acrius* sic habere, Ianus Guilielmus in *Question. in Plaut. Menæchm. c. 3.* apud Gruter. in Fac. Crit. T. 3. part. 2. p. 403. obseruauit. Et habent Emman. Lips. 1. Goth. Cauc. Pal. Vkr. Ven. 1471. 72. vtraque 78. defendisque merito Crenius p. IX. Animadu. p. 57. Conf. Cypr. Idol. Van. 5. 2. et Lit. 1. c. 7. Placet quoque Heumanno; Walchio *germani* visum rectius. Bün.

o) *Pisonis soceri, et L. Cæsar*] L. Piso Cæpurnius, Cæsar⁴ socer, post credens illius æque ac L. Cæsar pro libertate stetit, quod de isto Philipp. 12. cap. 6. de hoc Lib. 9. epist. 14. confirmatur. Cell.

p) *id est, tumulorum eius*] Sic Go-

thanus codex: alii *titulum*. Sed columna illa, siue ara, instar tumuli fuit. Qui malunt *titulum*, habent pro se columnæ ipsi inscriptum: PARENTI PATRIÆ. Sueton. c. 85. Illam euertit consul Dolabella, quod factum magnopere laudat Cicero Philipp. 1. c. 2. ad Attic. 14. ep. 15. Cell.

q) *titulum eius*] Receptit Cellarius *tumulum* ex solo Gothano. Reliqui MSS. et editi omnes: *titulum eius*. Illustrat postremum Weitzius Peristeph. H. 4. 3: *incisos tumulis titulos*. Kirchmann. de Funer. L. 3. c. 19. 20. maxime Faes ad Girald. de Sepel. Ritu f. 708. sqq. Muncker. ad Hygin. fab. 80. p. 132. Bün.

r) *Romule, dic, o*] Reimm. Lips. 2. Goth. Ven. 1471-97. Rost. *dic, qualem*. Placet mihi emendatio Pet. Scriuerii MS. Ennii fragmentis in 4t. editis pag. IX. eius manu adscripta: *Lego, inquit, dice pro dic. Sic Lib. 1. face pro fac, et sic comici.* Bün.

s) *Qualem*] Omnes ita, non vt Barthius: *quales*. Vid. Cren. p. IX. Animadu. p. 58. Bün.

t) *o sanguen*] Reimm. Lips. 2. Goth.

- 3² Ob hoc desiderium facilius creditum est Iulio Procuro* mentienti, qui subornatus* a patribus est, vt nuntiaret plebi*², vidisse se regem humano habitu augustiorem; eumque mandasse ad populum, vt sibi delubrum fieret, *se deum esse, et*
 33 *Quirinum vocari**. Quo facto et ipsi populo persuasit, Romulum ad deos abisse**²: et senatum suspicione cædis regie liberauit.

- 1 XVI. Poteram iis, quæ retuli, esse contentus: sed
 2 supersunt adhuc multa suscepto operi necessaria. Nam quamuis, ipso religionum capite destructo, vniuersa sustulerim: libet tamen proseguere cetera, et redarguere plenius inueteratam persuasionem, vt tandem homines suorum pudeat ac
 3 pœniteat errorum. Magnum hoc opus, et homine dignum:

Relligionum animos nodis exsoluere pergo.

vt ait Lucretius^b, qui quidem hoc efficere non poterat; quia nihil veri adferebat^c. Nostrum est hoc officium, qui et verum

Goth. Rost. o sanguine. Ven. 1471. vtraque 1478. o sanguinem. At: o sanguen in versu rectum. Veteres dicebant: hic sanguis et hoc sanguen, teste Arnobio L. 1. p. 36. vbi plura Elmenh. p. 55. et Heinf. et Burmann ad Petron. c. 56. p. 300. Cic. 5. Fin. c. 11: quis est, cui, mors quum adpropinquet, non refugiat sanguen atque albescat. Add. Vosf. ad Scriuer. Collect. Tragic. p. 54. Bün.

u) Iulio Procuro] Liuius Lib. 1. cap. 16. Cell.

x) subornatus] Lipf. 2: subordinatus, minus eleganter. Eamdem vocem de eodem in Augustino de Ciuit. Dei L. 3. c. 15. Viues correxit, et ed. nouisf. Veneta 1752. f. 70. recte edidit: subornatum nescio quem Iulium Proculum. Bün.

y) vt nuntiaret plebi] Sic Goth. Lipf. Emman. scite: perperam sua addunt alii. Cell.

z) plebi] Omittunt sua quoque Tax. Pen. Cauc. Pal. Bün.

*) se - deum -- vocari] sunt ipsa Ciceronis verba ex 1. Leg. c. 1. Conf. Tertull. 4. adu. Marc. c. 7. Bün.

***) abisse] Reimm. abisse, contracte, vt idem sæpe et more Ciceronis et Liuii. Vid. not. ad Laët. 3. 18. 5. Bün.

a) proseguere] Goth. Lipf. tert. Reimm. persequi, vt cap. 1. 12: litteris persequemur: Procliu in MSS. psequi et psequi, vti per notas scribunt, confundi. Bün.

b) vt ait Lucretius] Lib. 1. v. 931. Cell.

c) adferebat] Sic plerique MSS. et vet. edd. Tornæs. 1. 4. et Cant. asferebat. Vid. not. 1. 1. 17. At proximum: adserimus rectum, i. e. defendimus, statim sequitur oppos. refutamus, et n. 11. adserimus. Bün.

d) ad

rum Deum adserimus, et falsos refutamus. Illi ergo, qui
 poetas finxisse de diis fabulas opinantur, et deas feminas esse
 credunt et colunt; reuoluuntur imprudentes ad id, quod^d ne-
 gauerant, coire illos ac parere. Nec enim fieri potest, ^f
 quin duo sexus generandi causa sint instituti. Recepta vero
 sexuum diuersitate, non intelligunt consequens esse, ut con-
 cipiant, quod in Deum cadere non potest, (*secus*) ut isti pu-
 tant^{e-f}. nam et Iouis esse filios dicunt, et ceterorum deorum.
 Nascantur ergo, et quotidie quidem dii noui. nec enim vin- ⁶
 cuntur ab hominibus fecunditate. Igitur deorum innume-
 rabiliū plena sunt omnia, nullo scilicet moriente. Nam ⁷
 quum hominum vis incredibilis, numerus sit inæstima-
 bi-

d) ad id, quod] Sublac. Ven. 1471. Rost. ad quod negauerans. Sic resti-
 tutum L. 2. 10. 6: ad quod audie-
 rant. Bün.

e) *secus ut isti putant*] MSS. Emman. et duo Lips. antiquiores, et ed. Rom. 1474. et Ven. 1490: *sed ut isti putant*, quod in Lips. utroque breuiata forma s̄ exp̄sum est: in tertio Lips. s̄m, quod est *secundum*. Non dubito, *secus* Firmianum scripsisse, quod per notas signatum, aut breuiatum, ab errantibus *sed*, ab aliis *secundum* fuit lectum, et quia neutrum sententiz concordat, eiectum prorsus fuit a recentioribus. Sicut autem cum *aque* iunguntur *ac*, *atque*, *ut*, *quam*; ita etiam non minus *secus ut*, quam *secus ac*, vel *quam*, latine dici potest. Qui *ac* pro *ut* leget, non errabit; at longius a libris recedet. Lips. tertio *qd*, hoc est *quod*, pro *ut* positum est, (*secundum quod isti*) unde suspiceris licet, ex *quam*, post *secus* uitatione, deprauatum esse. Cell.

f) *secus ut isti putant*] Ita quidem solus Cellarius, sed ex nullo MSS. aut edd. probatur, et adhuc desiderantur exempla constructionis, *secus*,

ut, pro: *ac*. In MSS. Guelph. omnibus, Witt. Emm. Reimm. Lips. 1. 2. Rost. Ven. 1471. utraque 1478-97. Pier. *sed ut*. in Goth. s̄ *isti putant*, quæ nota, Heusingero notante, in Gothano ubique valet: *secundum*, quod miror, ego quoties in MSS. reperi, s̄ notauit *sed*. In Lips. tert. s̄m quod, hoc est, teste ipso Cellario: *secundum quod*. Illa uerba apud scriptores sacros haud raro ualent latinius, *ut*, *sicut*. Cyprian. ep. 58. ed. Oxon. (Erasmi L. 4. ep. 6. Pamel. ed. ep. 56.) princ. *Cogitaueram*-secundum QVOD frequenter *desiderastis*, ipse ad uos uenire. Sic Vet. Interpr. Lat. 2. Petr. 1. 14: *secundum quod et Dominus significauit mihi*, gr. *καθως*. Dan. 9. 14: *secundum quod factum est*. Heumanus ex ingenio: *secus ac*. At, quum illud *secus* in nullo MSS. sit; aut, ut Lips. tert. habet, aut cum Parrh. Crat. Ald. Gymn. Gryph. Tornæs. Thom. Iæco: *ut isti putant*; lego, eadem formula, *ut isti putant*, vsus. L. 1. 11. 16. Bün.

g) *hominum vis incredibilis*] Parrh. Ald. Crat. *hominum uix incredibilis*. Utraque 1478. hoc ordine:

bilis^b, quos tamen, sicuti nascuntur, mori necesse est: quid deorumⁱ esse tandem putemus, qui tot sæculis nati sunt, immortalesque manserunt? Cur ergo tam pauci coluntur? nisi forte arbitramur, non generandi causa, sed tantummodo capiendæ voluptatis, duos esse sexus deorum, et ea exercere^k, quæ homunculos et facere et pati pudet. Quum vero dicantur aliqui ex aliquibus nati; consequens est, vt semper nascantur^l, siquidem aliquando sunt nati: vel, si aliquando^m nasci desierunt, scire nos conuenit, cur, aut quando desierint. Non illepide Seneca in libris moralis philosophiæ^{n.o}: *Quid ergo est, inquit, quare apud poetas salacissimus^p, Iuppiter desierit liberos tollere? Vtrum sexagenarius factus*

vis hominum incredibilis. Eleganter vis pro copia, multitudine. Lact. 7. 4. 11. ex Cicero: tantam vim natricum viperarumque. c. 5. 15: infinita vis animarum. vbi n. 9. infinitam multitudinem exponit. Sæpe ita Cicero, Cæsar, alii. Bün.

b) numerus inestimabilis] Reimm. inexestimabilis. Recepta recta valet, vt num. 6: innumerabilis. Sic quos Cicero apud nostrum de Ira c. 10. 10. dixerat: mundos innumerabiles. Lactantius vocat ibid. n. 11: moles inestimabiles. Epit. 72. 1: Vis inestimabilis angelorum. de Mort. Perf. 33. 9: vermiculorum inestimabile scabebat agmen. Ammian. Marcell. L. 16. c. 12. p. 164. ed. Gron. inestimabiles mortuorum aceruis. Membranæ meæ et edd. vet. Lat. Int. Iob. 36, 26: numerus annorum eius inestimabilis, vbi Castell. est annis infinitus. Augustin. Ciui. Dei. L. 3. c. 31: Locustarum multitudinem - ingenti atque inestimabili nube dicunt in mare esse deiectam. Lexica silent de hoc significato. Heumann. legit: hominum vis incredibilis sit et inestimabilis. Bün.

i) quid Deorum] i. e. quam mul-

tos. Vid. L. 7. 6. 3-8. Sæpe ita Cicero vno in loco a me ad L. 1. 3. 21. excitato. Bün.

k) ea exercere] facere, patrare, committere. Epit. 10. 1: exercere omnia libidinum genera, et L. 6. 23. 11. Bün.

l) consequens - nascantur] Idem Minuc. c. 23. 4-5. Cypr. Idol. Vari. c. 2. 3. Bün.

m) si aliquando] Reimm. si quando, vt c. 19. 6. Bün.

n) in libris moralis philosophiæ] Goth. Emman. Lips. omnes, et Rom. moralis; ceteri moralibus. Cell.

o) moralis philosophiæ] Sic recte Reimm. Ven. 1493. 97. Par. 1513. Tornæz 1. et 4. et ipse Lactantius L. 6. 17. 28: Sententia Seneca in libris moralis Philosophiæ. Alia est ratio, quum abest vox Philosophiæ, vt L. 2. 2. 14: Seneca in libris moralibus. Phil. Beroaldus memoriz lapsu citat sub tit. Pr. NATURALIS Philosophiæ ad Suet. Claud. c. 19. ed. Bonn. 1493. f. 194. Bün.

p) salacissimus] Aptius, quam Goth. Lips. 2. 3. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. Paris. fallacissimus. Non opus hic Fabrum exscribere.

*factus est, et illi lex Papia? fibulam imposuit? an impetra-
vit ius trium liberorum? Antandem illi venit in mentem: AB
ALIO ESPECTES, ALTERI QVOD PECERIS? et: timet, ne quis sibi
faciat, quod ipse Saturno? At isti, qui deos adserunt, videant, 11
quomodo respondeant huic argumento, quod inferemus: Si
duo sunt sexus deorum, sequitur concubitus: et si coeunt; et
domos habeant necesse est. Nec enim carent virtute ac pu-
dore, vt hoc promiscue, aut in propatulo* faciant, sicut mu-
ta videmus facere animalia. Si domos habent, consequens 12
est, vt et vrbes habeant, et quidem auctore Nasone, qui
ait:*

*Plebs? habitat diuersa locis; hac fronte potentes
Calicola, clarique suos posuere penates.*

Si habent vrbes; et agros igitur habebunt. Iam, quis non 13
videat, quæ sequantur? arare illos, et colere: quod quidem
victus causa fit. Ergo mortales sunt. Quod argumentum re- 14
trouersum idem valet. Si enim agros non habent; ne vrbes
qui-

bere. Dicitur Iuppiter (scilicet et ipse *corniger*;) *salax*, vt Ouidio 4. Fast. 771: *salax aries*. Arnob. 4. (Iuppiter) *salax deus*. p. 142. Büñ. q) *sexagenarius factus est, et illi lex Papia*] Lex Papia Poppæa, a susceptis sub Augusto consulibus M. Papio et Q. Poppæo lata de variis circa coniugia fuit, quæ senibus interdixit. Dio Casl. 56. Tacit. 3. 25. De fibula, Cornel. Celsus 7. 25. Cell. r) *Lex Papia*] Qua sexagenarius ducere vxores fuit vetitum. Vid. Alexand. ab Alex. L. 4. c. 22. p. 1159. Loensis Miscell. Epiphill. II. L. 9. c. 9. Büñ.

s) *fibulam imposuit*] Lips. tert. Reimm. Rost. Ven. 1471-97. Pier. Parrh. *fabulam*. Primus veram vocem *fibulam* reddidit Beroaldus in comm. ad Sueton. Claud. c. 19. postea ab Aldo et sequentibus edd. recepta. Fibularum variarum figuras Montfaucon. Antiqu. Expliq. T. 3.

f. 47. sqq. Seruum, cuius genitalibus fibula addita, Pignor. de Seruis p. 154. exhibuit. *Fibulam imponere* secundum Io. Rhodium de Acia c. 6. p. 56. sq. ed. Patav. 1639. 4. valet: *ob aetatem ingravescentem nuptias vetare*. Translate quoque Tertullianus de Monogam. c. 3: *supremam carni fibulam imponere, libidinem comescere*. Büñ.

t) *ius trium liberorum*] Accurate de hoc iure Duarenus excitatus a Radero ad Martial. L. 2. Epigr. 63. f. 242. Conf. Bartholin. de Puerperio Veter. ed. Westren. p. 5-7. Pitisc. L. A. R. T. 2. f. 62. et. 1001. Büñ. u) *in propatulo*] Vid. L. 3. 15. 20. Büñ. x) *auctore Nasone, qui ait*] Metamorph. I. v. 173. Cell.

y) *Plebs*] i. e. minores dii, quos Augustinus, L. 1. Ciu. D. c. 4. vocat *deos gregales et de turba plebis*. Seneca ep. 110: *deos inferioris nota*. Ouidius: *de plebe deor*. Büñ.

quidem: si vrbes non habent; ne domos quidem: si domibus carent; ergo et concubitu: si concubitus ab his abest; et sexus igitur femineus: In diis autem videmus, et feminas esse.
 15 Ergo dii non sunt. Dissoluat hoc argumentum, si quis potest. Ita enim res rem sequitur; vt hæc vltima necesse
 16 sit, confiteri. Sed ne illud quidem dissoluet aliquis: Ex duobus sexibus alter fortior, alter infirmior est. Robustiores enim mares sunt, feminæ imbecilliores. Imbecillitas au-
 17 tem non cadit in Deum: ergo nec femineus sexus. Huic additur superioris argumenti extrema illa conclusio: vt dii non sint, quoniam in diis et feminæ sunt.

1 XVII. Ob has rationes Stoici alioverfus^a deos interpretantur^b; et quia non peruident^c, quid sit in vero^d; conantur eos cum rerum naturalium ratione^e coniungere. Quos Cicero secutus, de dñs ac religionibus eorum hanc sententiam
 2 tulit^f: *Videtisne igitur, vt a physicis rebus bene atque vtiliter inuentis tracta ratio sit ad commentitios ac fictos deos? quæ res genuit falsas opiniones, erroresque turbulentos, et superstitiones & pane anilesⁱ. Et formæ enim deorum nobis, et atates, et*

a) *alioverfus*] Ita rectius plures MSS. et Ven. 1493. 97. Paris. Vbi Reimm. Ven. 1471. vtraque 1478. Parrh. *alioverfus*, forte excidit linea, et voluerunt: *alioversum*, quod est Plauti. Pro recepta Falster. Suppl. L. L. p. 21. Bün.

b) *alioverfus interpretantur*] physice de elementis eorumque generationibus. Cell.

c) *non peruident*] Vtraque 1478: *non vident, quia*. Reimm. *provident*. Sublac. Ven. 1471. Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. Crat. Paris. Iunt. Ald. Gymn. *non prouident*. At cum MSS. Gryph. Thom. *peruident*. rectum et Lactantianæ elegantiz. L. 2. 3. 8: *ex factis et moribus peruidetur*. L. 2. 8. 65: *non potest peruideri*. L. 4. 30. 7: *nec vim rationemque penitus peruidebant*. L. 5. 8. 6: *Dens ipsas cogitationes peruidet*. Bün.

d) *quid sit in vero*] L. 1. c. 11. n. 31: *illud in vero est*. Tertull. de Resurr. *Non enim hanc (mortem) esse in vero, qua sit in medio*. Cypr. ep. 9. fin. ed. Oxon. *quid sit in vero, rescribite*. Bün.

e) *cum rerum naturalium ratione*] Vid. L. 1. c. 11. 37. Lips. 1. Physiol. Stoic. disl. nona fin. Salmas. ad Menagium Epist. p. 64. sq. Bün.

f) *hanc sententiam tulit*] Lib. 2. de Nat. deorum cap. 28. pr. Cell.

g) *et superstitiones*] Scias, ET ex Goth. et Lips. codd. adiectum esse, quod neglexerunt vulgati. Cell.

h) *et superstitiones*] Exhibuit copulam et Reimm. Bün.

i) *pane aniles*] Hic et n. 3. perperam Lips. 2: *pene viles*. Vid. præter Ciceronem Epit. Taur. c. 22. 4. et Augustin. Ciuit. Dei. L. 4. c. 30. Bün.

k) *am-*

et vestitus, ornatusque noti sunt: genera præterea, coniugia, cognationes omnes, omniaque traducta ad similitudinem imbecillitatis humane. Quid planius, quid verius dici potest? Romanae philosophiæ princeps, et amplissimo sacerdotio præditus^{k. l.}, commentitiosac fictos deos redarguit, quorum cultus, superstitiones pæne aniles esse, testatur: falsis opinionibus, erroribusque turbulentis implicatos esse homines queritur. Nam totus liber tertius de Natura deorum omnes funditus religiones evertit ac delet. Quid ergo a nobis expectatur amplius? num eloquentia superare possumus Ciceronem? minime id quidem: sed fiducia illi defuit ignorantia veritatem. quod ipse simpliciter in eodem opere confitetur. Ait enim, facilius^m se posseⁿ dicere, quid non sit, quam quid sit; hoc est, falsa se intelligere, vera nescire. Clarum est igitur, homines fuisse illos, qui dii putantur, et eorum memoriam post mortem consecratam esse. ideo etiam ætates diversæ sunt, et certe imagines singulorum; quod in eo habitu, et ætate singulorum simulacra configurata^o sunt, in qua quemque mors deprehendit. Consideremus, (si placet,) ærumnas infelicium deorum. Isis filium perdidit^p, Ceres filiam^q: expulsa, et per orbem terræ iactata Latona, vix insulam parvam^r; in qua pareret, inuenit. Deum mater et amavit for-

k) *amplissimo sacerdotio præditus*] auguratu. Augur enim Cicero fuit. Cell.

l) *sacerdotio*] sc. augurali. L. 1. 15. 17. et Epit. c. 22: *augurale habuit sacerdotium*, cuius dignitatem ipse Cicero describit L. 2. Leg. c. 12. Büñ.

m) *nit-facilius*] Credo respexisse ad Cic. 1. Nat. D. 21. fin. *quid non sit citius, quam quid sit, dixerim*, et in princ. *ibid. mihi non tam facile in mentem venire solet, quare verum sit aliquid, quam quare falsum*. Conf. Cic. 2. Nat. D. c. 1. et Laët. L. 2. 3. 24. de Ira c. 11. 10. Büñ.

n) *se posse*] Reimm. *posse se*, grato

Ciceroni et nostro sono. Büñ.

o) *configurata*] Laët. 7. 4. 12. Hac forma etiam Tertull. de Anima c. 34. Gell. Noct. Att. 12. c. 1: *recentem indolem configuras*. Büñ.

p) *Isis filium perdidit*] De Iside, Aegyptiorum dea, eiusque tam perditio quam inuento filio paruulo, cap. 21. huius libri consulatur. Cell.

q) *Ceres filiam*] Proserpinam. Vid. Claudian. de Raptu. Cell.

r) *Latona, vix insulam parvam*] Latona, Poli filia, ex Ioue grauida, Pythonis agitata insidiis, in insula Ortygia, quæ postmodum *Delus* dicta, Apollinem et Dianam enixa traditur. Hygin. fab. 140. Cell.

o) for-

formosum adolescentem^s, et eundem cum pellice deprehensum, exsectis virilibus^c; semiuirum reddidit, et ideo nunc sacra eius a Gallis sacerdotibus^a celebrantur. Iuno pellices acerrime persecuta est, quia parere ipsa non potuit ex fratre. Insulam Samum scribit Varro prius Partheniam nominatam; quod ibi Iuno^a adoleuerit, ibique etiam Iouinupserit. Itaque nobilissimum et antiquissimum templum eius est Sami, et simulacrum in habitu nubentis figuratum, et sacra eius anniuersaria nuptiarum ritu celebrantur. Si ergo adoleuit, si virgo fuit primo, postea mulier^v; hominem fuisse, qui non intelligit, pecudem se fatetur. Quid loquar obscenitatem Veneris, omnium libidinibus prostituta, non deorum tantum, sed et hominum? hæc enim ex famoso Martis stuprogenuit^a Harmoniam^{a, b}, ex Mercurio Hermaphroditum^c, qui est natus androgynus: ex Ioue Cupidinem, ex Anchise Aeneam,

s) *formosum adolescentem*] Atyn, de quo existat Catulli carmen. Cell.

t) *exsectis virilibus*] Recte MSS. et Ven. 1471. secunda 1478. 93. 97. Paris. et reliquæ: *exsectis* vel *exsectis*; male prima Ven. 1478: *exsectis*, peius Rost. *exsectis*, pessime Lipsi. secundus: *exerratis*. Apulei. 7. Metam. p. 198: *exsectis genitalibus*. Büñ.

u) *sacra - a Gallis sacerdotibus*] Vid. Weitz. ad Prudent. p. 630. Büñ.

x) *Samum - Iuno*] L. 1. 15. 9. Strabo ed. nou. L. 14. f. 637. de eius templo et sacris Sauaro ad Sidon. Apoll. carm. 9. p. 122. Add. Spanhem. ad Callim. Dian. v. 228. p. 283. et ad Delum. v. 48. de *Samo Parthenia* dicta, p. 358-360. et Muncker. ad Hygin. fab. 14. p. 41. Büñ.

y) *virgo - postea mulier*] Opif. 12. 17. Sic *mulieres virginibus* opponit Mort. Perf. c. 27. 6. Conf. L. 6. 23. 24. Hieron. in Oseam c. 2: *homo quum uxorem accepit, de virgine mulierem*

facit. Plura Tertull. de Virg. Vel. c. 4. et 5. Barth. Aduers. L. 26. c. 4. Muncker. ad Hygin. fab. 23. p. 61. Dukerus et alii de Latinit. Vet. Iurisc. p. 33-36. sq. Büñ.

x) *Hac - genuit*] i. e. peperit. Nam, femina etiam *gignere* dicuntur. Vid. Heinf. ad Ouid. 8. Met. 49: *Si qua te genuit*. Sic Venus Cupidini minatur Apul. 5. Met. p. 172: *scias, multo te meliorem filium alium genituram*. Add. Burm. ad Phædr. 3. 15. 14. p. 153. et Dauis. ad Cic. 1. Tusc. 42. Büñ.

a) *supro genuit Harmoniam*] Eadem Apollodor. 3. 4. Hygin. fab. 159. Cell.

b) *Harmoniam*] Rectius, quam Lipsi. tert. *Hermionem*, quæ huc non pertinet. Vid. Hygin. fab. 122. Idem vitium in scholiaste Horatii correxit Muncker. ad Hyg. fab. 6. p. 23. conf. fab. 155. p. 226. Plura Cren. p. IX. Animadu. p. 61. sqq. Büñ.

c) *Hermaphroditum*] Hygin. fab. 271. Euseb. Præpar. 2. c. 2. Cell.

d) *ex*

am, ex Bute Erycen^d; ex Adone^e quidem nullum potuit, quod etiam tum^f puer ab apro ictus^g et occisus est. quæ prim^o (vt in historia sacra continetur,) artem meretriciam instituit, auctorque mulieribus in Cypro^h fuit, vti vulgo corpore^h questum facerent: quod iccirco imperauit, ne sola præter alias mulieres impudica, et virorum adpetens videretur. Etiamneⁱ habet hæc^l aliquid numinis^m? cuius plura numerantur adulteria, quam partus. Sed ne illæ quidem virginesⁿ illibata

tana

^d) ex Bute Erycen] Butes, ex Neptuno genus trahens per Amycum, Aeneid. 5. 372. ex Venere Erycen genuit, qui ab Hercule occisus, nomen monti Siciliz dedit, in quo matri templum condiderat. Seruius ad Aeneid. 1. v. 570. Cell.

^e) ex Adone] Contendit X. Witfius L. 2. Aegypt. c. 2. n. 15. p. 66. Adonem Phœnicium numen idem esse ac Osirim, atque exponit mysterium, hoc modo: Antiquos Adonim pro sole sumfisse, et finxisse, illum ab Apro, hirsuta et aspera fera ictum, quod aspera et hirsuta hiems, per quam solis vires paulatim deficiant. Witfius Vosfium de Idolol. L. 2. c. 4. fecutus est. Tirones notent dici: *Adon*, *Adonis*, et *Adonis*, *Adonidis*. Vid. Muncker. ad Hygin. fab. 10. p. 29. Bün.

^f) quod etiam tum] Rost. vitiose: *qui est tum*. Lipf. 1. 3. Reimm. cum vtraque Ven. 1478 - 97. Paris. *qui etiam tum*; etiam Ven. 1471: *etiam suam puer*, da er noch ein Knabe war. Sic sæpe Cicero. Vid. Schwartz. Tursell. de Partic. p. 272. Heumanus legit: *etiam dum*, sine adfensu codd. et necessitate. Bün.

^g) ab apro ictus] i. e. percussus ab apro, Ouid. 3. Met. 213. Proprie de motu aprorum ictus dicitur. Vid. interpretes ad Phædr. 1. fab. 21. 6. *aper vindicauis ictu veterem iniu-*

riam. In Lipf. 1. et Pal. *apri ictus occisus est*. Vett. edd. *ab apro ictus occisus est*, sine copula ET: forte scripsit: *apri ictum*, aut: *ab apri ictu occisus est*. Bün.

^h) in Cypro] Sic Lipf. et Rom. quod præferendum Angl. cod. in *supro*. Cell.

ⁱ) in Cypro] Ita MSS. meliores, et Goth. vbi perperam MSS. C. C. C. Emman. Cant. et Sublac. Ven. 1471. et Rost. in *supro*. Biin.

^k) vulgo corpore] Rost. Ven. 1471. vtraque 1478 - 97. Pier. Parrh. Paris. *vulgo corporum questum facerent*. *Vulgo*, quod omnes libri habent, h. l. est *passim*. Et vtrumque *corpore questum facere*, et *corporum questum facere* dici potest. Crenius part. VIII. Animadu. p. 63. mauult: *vulgato corpore*. L. 1. 20. 2: *propter vulgato corporis vilitatem*. L. 6. 23. 15: *vulgatis corporibus*. Ad rem conf. Bernegg. et Vorst. ad Iustm. 18. 5. 4. Biin.

^l) habet hæc] Fortius Reimm. *habet et hæc*, licet præcedat: *etiam*. Bün.

^m) aliquid numinis] Sic L. 2. 2. 16: *aliquid dei*. L. 1. 9. 1: *quid diuini*. L. 1. 13. 1: *si quid diuinitatis habuisset*. Hinc male margo Reimm. correxerit: *aliquid muneris*, iterum Laët. Ira 11. 3: *aliquid numinis*. Bün.

ⁿ) Sed ne illa quidem virgines] Minerua et Diana. Cell.

o) io.

tam castitatem seruare potuerunt. Vnde enim putemus
 Erichthonium esse natum? an ex terra, vt poetæ videri vo-
 12 lunt? At res ipsa clamat. Nam quum Vulcanus diis ar-
 ma fecisset, eique Iuppiter optionem dedisset præmii, quod
 vellet, postulandi, iurassetque, (vt solebat,) per infernam
 paludem^o, se nihil negaturum: tum faber claudus Mineruæ
 13 nuptias postulauit. Hic Iuppiter opt. max. tanta religio-
 ne constrictus, abnuere non potuit: Mineruam tamen mo-
 nuuit repugnare, pudicitiamque defendere. Tum in illa col-
 luctatione Vulcanum in terram profudisse aiunt semen, vnde
 sit Erichthonius^p natus: idque illi nomen impositum ἀπὸ τῆς
 14 ἐπίδου καὶ χθονός, id est, ex certamine atque humo. Cur
 igitur virgo eum puerum, cum dracone conclusum^q, et ob-
 signatum, tribus virginibus Cecropidis^r commendauit? eui-
 dens, vt opinor, incestum^s; quod nullo modo possit colo-
 15 rari. Altera quum pæne amatorem suum perdidisset^t;
 qui erat *turbatis distractus equis*^x; præstantissimum medi-
 cum

^o) *iurassetque per infernam paludem*] Dictum antea ad cap. II. num. 12. Cell.

^p) *vnde - Erichthonius*] Vid. Tertull. de spectac. c. 9. fin. August. L. 18. Ciu. D. c. 12. Cyprian. de Ieiunio f. 306. ed. Bas. Orig. L. 8. contra Celsum p. 422. Muncker. ad Hygin. fab. 166. p. 238. Bün.

^q) *virgo puerum, cum dracone conclusum*] Lege Ouid. Metamorph. 2. v. 553. Hygin. fab. 166. *Virgo autem Minerua est.* Cell.

^r) *tribus virginibus Cecropidis*] Cecropis filiabus. Hygin. d. l. Cell.

^s) *commendauit*] eleganter pro: *deposuit*, siue, vt Hygin. fab. 166: *dedit in cistula seruandum.* Apul. Apolog. p. 308: *aliena custodia commendatam.* paullo post p. 309. explicat: *deponere.* Add. Gronou. ad Gell. Noct. Att. L. 12. c. 1. p. 547: *commendati ad nutricem aliam filii.* et Græuius ad Cicer. pro Cluentio

c. 12: *spem in aluo commendatam in viro continebat.* De differentia verborum *commendare* et *deponere* consule Burmann. ad Phædr. 1. fab. 173. p. 43. Bün.

^t) *incestum*] neutro genere, vt Minuc. Fel. 31. 3: *incestum penes vos saepe deprehenditur, semper admittitur.* add. n. 4-6. Conf. Laet. 6. 20. 28: *incesta.* Liu. 2. 42: *vt virgo Vestalis damnata incesti pœnas dederit.* add. Plin. L. 4. ep. II. Bün.

^u) *Altera cum pæne amatorem suum perdidisset*] Altera dearum virginum, Diana, cuius *voluntate* (Hygin. fab. 151.) Hippolytus fingitur reuocatus in vitam. Noster autem de periculo vitæ, non de morte, fabulam interpretatur: et medico in Græca fabula Græculum nomen *Asclepii* dat, non *Aesculapii*. Gronou. Obs. eccl. p. 181. Cell.

^x) *turbatis distractus equis*] ex Virg. 7. Aen. 767. Bün.

y) *As-*

eam Asclepium⁷ curando imeni aduocauit, eumque sa-
natum

--- secretis alma recondis^a

Sedibus, et nympha Egerie, nemorique relegat: 1

Solus ubi in siluis Italis, ignobilis amam

Exigeret; versoque ubi nomine Virbius esset.

Quid sibi vult hæc tam diligens, tam sollicita curatio? quid secre- 16
tæ sedes? quid relegatio vel tam longe, vel ad mulierem, vel in so-
litudinem? quid deinde nominis commutatio? postremo, quid
equorum tam pertinax abominatio^a? quid significant hæc
omnia, nisi conscientiam stupri, et amorem minime virginal-
lem? Erat plane^b, cur tantum laborem pro tam fideli iuvene 17
fisciperet; qui amanti noueræ^c obsequium^d pernegarat^e.

XVIII. Hoc in loco refellendi sunt etiam ii, qui deos
ex hominibus esse factos, non tantum fatentur; sed, vt eos
laudent, etiam gloriantur, aut virtutis gratia, vt Herculem;
aut munerum, vt Cererem ac Liberum; aut artium reperta-
rum,

y) *Asclepium*] Edd. omnes ha-
bent *Aesculapium*, vt c. 18. n. 1. et
21. contenditque Heumannus, ma-
le Gronouium O. E. p. 181. rescripsit
se *Asclepium*. Variant sæpe libri in
hoc nomine. Certe antiquissimi co-
dices Taurin. in Epit. c. 2. et Col-
bertin. in de Mort. Persec. c. 33. 5.
præferunt: *Asclepius*; et nostro lo-
co Goth. habet: *Asclepiuni*. Obser-
uauit Cupérus in Harpocrate ed. in
4t. p. 80. Hyginum græcos imita-
tum, et tres inscriptiones apud Gru-
terum quoque *Asclepium* dixisse.
Bün.

z) *secretis alma recondis*] ex Vir-
gili Lib. 7. v. 774. seq. Cell.

a) *equorum tam pertinax abomi-
natio*] Virgilius d. l. v. 778.

*Triuis templo lucisque sacratis
Corripedes arcensur equi.* Cell.

b) *Erat plane*] Vtraque 1478. Parrh.

Erat plane. Corruerunt elegantem
ironiz formulam. Lib. 3. 17. 43: *est
plane, cur quisquam putet.* Conf.
not. ad L. 1. c. 18. 25: *est vero, cur.*
Bün.

c) *amanti noueræ*] Phædræ, The-
sei vxori, cui Hippolyti fatum in
fabulis imputatur. Vide Ouidii epist.
4. quæ huius Phædræ est ad Hippo-
lytum. Cell.

d) *obsequium*] Frequens amato-
rium vocabulum. Ouid. 2. Amor.
3. 5: *mollis in obsequium facilisque
rogantibus esset.* Vid. Burmann. ad
Quintil. L. 8. Inst. 3. p. 691. et Er-
hard. ad Petron. c. 113. p. 524. Bün.

e) *pernegarat*] Lego cum Goth. et
Tornæ. duabus in plusquamperf.
pernegarat. Præterea latet vis maior
in composito, quod est omnino et pe-
nitentia negare et recusare. Vid. Sene-
cæ Hippolyt. Act. II. a 671-718. Bün.

2 ram, vt Aesculapium, ac Mineruam ^{a. b.}. Hæc vero quam
 inepta sint, quamque non digna, propter quæ hōmīnes inex-
 piabili se scelere contaminent ^{c.}, hostesque Deo vero fiant, quo
 3 contemto, martuorum sacra suscipiunt; ex singulis rebus osten-
 dam. Virtutem esse dicunt, quæ hominem tollat in cæ-
 lum; non illam, de qua philosophi disserunt ^{d. e.}, quæ posita
 est in bonis animi; sed hanc corporalem, quæ dicitur fortitu-
 do; quæ, quoniam præcipua in Hercule fuit, immortalita-
 4 tem meruisse creditur. Quis tam stulte ineptus ^{f.} est, vt
 corporis vires diuinum, vel etiam humanum bonum iudicet;
 quum sint et maiores pecudibus ^{g. h.} attributæ; et vno morbo
 sæpe frangantur, vel ipsa senectute minuantur, ad extremum
 5 morte terminentur ^{i. k.} et corruant? Itaque idem ille, quum
 deformari vlceribus toros suos cerneret, nec sanari se voluit,
 nec senem fieri ^{l.}; ne quando seipso minor aut deformior vi-
 do-

a) ac Mineruam] AC ex Gotha-
 no: Lipf. aut, alii vel. Cell.

b) ac Mineruam] Edd. quot vidi,
 omnes, e. g. Ven. 1471 - 97. Rost.
 Paris. vel Mineruam. Reimm. aut.
 Non tamen ausim cum Heumanno
 inde colligere adscripta fuisse ab alia
 manu. Nam capitè hoc vt de Her-
 cule, Cerere, Libero, Aesculapio
 agit, sic etiam de Minerua. n. 23.
 Bün.

c) homines inexplabili se scelere con-
 taminent] Goth. homines inexplabili
 scelere cuncta minentur. Res eodem
 recidet, si corrigas: homines inex-
 piabili scelere contaminentur, vt L. 5.
 1. 1: inexplabili scelere contaminari
 atque adstringi. Bün.

d) philosophi disserunt] Ex Emman.
 et Lipf. est: dixerunt, vulgo. Cell.

e) disserunt] Goth. Iun. Cauci cum
 edd. dixerunt; vbi Bon. Emman.
 Reimm. Lipf. disserunt. Bene. Ad rem
 confer Laët. 3. 12. 1 - 4. Bün.

f) stulte ineptus] Sic omnes libri,
 vt videatur ex memoria citasse Meur-
 sius in Crit. Arnob. p. 75. vbi ha-

bet: stolide ineptus. Idem Plautum:
 inpre stultum, et Arnobium: in-
 eptissime fatuos, dixisse obseruat.
 Bün.

g) maiores et pecudibus] Cum Lipf.
 1. postponimus ET, quod reliquū
 ante maiores locat. Cell.

h) et maiores pecudibus] Cellarius
 ex vno Lipf. quum sint maiores et
 pecudibus. Malim reliquos scriptos
 Reimm. etiam Goth. et omnes edd.
 sequi, qui habent: et maiores pecu-
 dibus. At hoc leuiculum. Bün.

i) ad extremum morte terminen-
 tur] Hæc ex codice suo inseruit
 Gronouius Obs. eccl. p. 182. Cell.

k) ad extremum morte terminentur]
 Hæc quippe ex solo Gronouii codi-
 ce Heumanno suspecta diuersis typis
 imprimenda curau; quæ tamen
 Gronouius satis bene tuetur, quem
 lege in Obs. in Eccl. c. 17. p. 182.
 Certe Lactantius amat verbum ter-
 minare. L. 3. 12. 32: quæ (vita) curvo
 corpora terminatur. Conf. L. 7. 15. 14.
 Bün.

l) nec sanari se voluit, nec senem
 fieri]

deretur. Hunc a rogo; quo^m viuum seipsum combusle-
 rar², adscendisse in cælum putauerunt: eaque ipsa, quæ stul-
 tissime admirati sunt, simulacris et imaginibus expressa^o, et
 consecrata posuerunt; vt in perpetuum vanitatis eorum mōni-
 menta perstarent, qui ob necem bestiarum deos fieri credi-
 dissent. Sed hæc Græcorum fortasse culpa sit, qui res
 leuissimas^p pro maximis semper habuerunt. Quid nostri,
 num sapientiores^q? qui athleticam quidem virtutem conte-
 mnaunt, quia nihil obest; sed regiam, quia late solet nocere^r,
 sic admirantur, vt fortes et bellicosos duces in deorum cœtum
 locari^s arbitrentur; nec esse vllam aliam ad immortalitatem
 viam,

fieri] Sic plerique omnes scripti,
 editi: *nec sanum se voluit, nec senem
 fieri.* habet codex antiquus, quod
 mihi probatur, quia illa similitudo
 dictionum *sanum* et *senem* efficit
 quamdam orationis venustatem.
 Alter codex S. Saluatoris habet:
*nec sanari se voluit, ne senex aut de-
 formior videretur,* quæ etiam oratio
 non est inepta, neque inconcinna,
 sed quia (in) lectione vulgata est
 optimus sensus, eam retinimus.
 Thomas. Vtraque lectio: *nec sana-
 ri se voluit, et nec sanum se voluit,*
 pro: *nec sanari voluit, nec sanus es-
 se vel fieri voluit,* sapit archaismum,
 Lactantio more Ciceronis consue-
 tum. Exempla indicaui ad libr. de
 Mort. Pers. c. 14. 3: *qui semper se
 videri volebat astutum.* Bün.

m) Hunc a rogo, quo] Reimm.
 Lips. 2d. et Rost. vtraque 1478:
Hunc ergo, quo. Voluerunt vt Crat.
Hunc ergo, quo. Paulo rectius Iun.
 Ven. 1493. 97. Parrh. Paris: *Hunc
 ergo, qui.* Conf. L. 1. 9. 11. pro re-
 cepta Goth. Pen. Cauc. Lips. 1. 3. At
 in Lect. Vltr. sibi non constat Gal-
 lauz. Præterea Pen. Cauc. Reimm.
se ipse combusserat. Bene. Bün.

n) Hunc a rogo, quo viuum se-
 ipsum combusserat] Vide Herculem
 Octzum Senecæ. Cell.

o) expressa] Sublac. Rost. Ven. 1471.
 vtraque 1478. Rost. Parrh. Ald. Crat.
compressa. Sed *expressa* Reimm. et
 aliorum rectum, nisi velis: *com-
 pressa,* contracte. L. 2. 6. 1: *figuræ
 humana speciem comprehendit.* L. 4. 8. 9:
spiritum in effigiem comprehendit. Bün.
 p) Græcorum-leuissimas] Vid. L. 1.
 c. 15. 14. not. et Cren. part. VIII.
 Animadu. p. 63. Bün.

q) Quid nostri, num sapientiores]
 Quid Romani, qui deos, quos con-
 fecerant, non ex corporis robo-
 re, sed bellica gloria, tanquam ex
 merito, metiuntur? Cell.

r) quia late solet nocere] Egregie
 Seneca ep. 95: *Non priuatim solum,
 sed publice furimus. Homicidia com-
 peccamus et singulas cades,* (Vid. Lact.
 h. l. n. 10:) *quid bella et occisurum
 gentium gloriosum scelus? non aua-
 ritia, non crudelitas modum nouit:
 et ista, quamdiu furtim et a singulis
 fiunt, minus noxia minusque mon-
 strosa sunt, ex Senatusconsultis ple-
 bisque scitis saua exercentur et publi-
 ce iubentur vetita priuatim.* - *Non
 pudet homines mitissimum genus,
 gaudere sanguine alterno, bella gere-
 re gerendaque liberis tradere, quum
 inter se etiam mutis ac feris pax sit.*
 Bün.

s) in - cœtum locari] Reimm. et
 Lips.

viam, quam exercitus ducere, aliena vastare, vrbes delere, oppida excindere*,*, liberos populos aut trucidare, aut subiicere seruituti. Videlicet quo plures homines adfluxerint, spoliauerint, occiderint; eo se nobiliores et clariores putant, et inanis gloriæ specie capti, sceleribus suis nomen virtutis imponunt. **Iam mallet, vt a ferarum cædibus deos sibi fingerent, quam immortalitatem tam cruentam probarent. Si quis vnum hominem iugulauerit*, pro contaminato ac nefario habetur, nec ad terrenum hoc domicilium deorum** admitti eum fas putant. Ille autem, qui infinita hominum millia trucidauerit; cruore campos inundauerit; flumina^a infecerit; non modo in templum, sed etiam in**

cæ-

Lipf. 2. *in-cætu collocari*. Goth. Lipf. tert. Rost. Ven. 1471. vtraque 1478: *in-cætu locari*, auferendi casu. Variant quoque L. 1. 15. 20. not. Bün.

1) *oppida excindere*] Sic Emman.

Goth. et duo Lipf. quod præstat vulgato *excidere*, N demto. Stephanus quidem et Nizolius ex Cic. pro Domo c. 23. extr. laudant etiam *vrbes excidere*, sed Palatini omnes ibi odio *excipere*, quos Grut. et Gronou. secuti sunt. Cell.

u) *oppida excindere*] Plures scripti et Sublac. Rost. Ven. 1471-97. et longe plures: *excidere*. Nec video quare *excindere* præstet. Idem Gronouius, cuius auctoritate se hic tuetur Cellarius, vbi maxime de Africano agitur apud Ciceronem, *excidere* præfert. L. 1. Off. c. 22: *nec plus Africanus in excidenda Numantia respública profuit*. de Somn. Scip. c. 2: *Numantiam excides*. de Senect. c. 6: *Carthaginem excisam*. pro Publ. Sext. 15: *urbem - excisam dixit*. Velleius L. 1. 12: *statuit Senatus Carthaginem excidere*. L. 2. c. 4: *excisam Numantiam aquauit solo*, excisa Carthagine, excisos terrores, i. e. Carthaginem et Numantiam. c. 5: *ante tempus excisæ Numantia*. c. 6: *Fregellas exciderat*. Val. Max. L. 9.

12: *Numantia - excidenda*. Sall. Lib. 3. Fragm. c. 3: *oppida excisa*. Solin. c. 27: *Carthago exciditur*. Sulpic. Seu. 1. Hist. c. 49. 4: *urbem excidit*. Sic Nic. Heinf. in Flor. L. 2. c. 2. 37. de *excidendis moribus*. Immo ipse Laet. de Mort. Perf. 2. 6: *ad excidendum templum*. Vindico etiam ex pluribus edd. Laet. 5. 3. 22. *excidere*. Bün.

x) *si quis vnum iugulauerit*] Cypr. L. 2. ep. 2. f. 33. ed. Bas. *Homicidium quum admittunt singuli, crimen est, virtus vocatur, quum publice geritur*. Bün.

y) *ad terrenum hoc domicilium deorum*] qui in terris agentes iam tunc spem consecrationis propter virtutis gloriam habebant. Cell.

z) *ad terrenum-domicilium deorum*] Non quadrat hic Cellarii explicatio. Vult Lactantius, homicidas non admitti ad templum, a templis excludi. Vid. L. 3. 17. 10 - 13 - 14: *terrestre illud domicilium Iouis*. Bün.

a) *cruore campos inundauerit, flumina*] Hi sunt, de quibus Plinius Panegy. cap. 12: *Vident Romanum ducem vnum ex illis veteribus et priscais, quibus imperatorum nomen addebant consecrati cadibus campi, et infecta victoris maria*. Cell.

b) Si

cælum admittitur. Apud Ennium sic loquitur Africanus:

*Si fas endo plagas caelestium escendere cuiquam est,^b
Mi soli cali maxima porta patet.*

scilicet quia magnam partem generis humani exstinxit ac perdidit. O quantis in tenebris, Africane, versatus es? ¹² vel potius o Poeta^d, qui per cædes et sanguinem patere hominibus in cælum adscensum putaueris. Cui vanitati et Cicerone^e adsensit. *Est vero^f, inquit; Africane &. nam et Herculi*

b) *Si fas endo plagas caelestium escendere cuiquam est*] Sic Ennianum verbum fere legit Seneca epist. 108. et Gronou. cum Pithæo emendauit, Obs. eccl. p. 182. Vulgo nimis corruptus fuit. Cell.

c) *endo*] per archaismum pro in vide notās ad Lact. 5. 9. 20. ex Lucilio: *Lactare endo forum se*. Vindicauit Gellio Gronouius L. 5. c. 19; *endo filio*. Conf. Turneb. ad Cic. 2. Leg. c. 8. et Vosf. Art. Grammat. L. 2. c. 28. p. 281. et Pithæi Aduers. L. 1. c. 11. p. 19-20. Salmasius Lib. 1. ep. 8. p. 24. præfert: *Si faciendo plagas ex MSS. reiecta lectione omnium, ut ait, editionum Lactantii: si fas cadendo, et Pithæana: si fas endo*. Gallæus Salmasii mentem peruertit. Nicolaus Heinsius ad Prud. Cathemer. H. 10. 90. legit: *Si fas endo plagas caelestes scandere cuiquam*. Adde omnino nostro loco Isæum, et quæ interpretes ad Senecæ ep. 108. ubi hoc ipsum Ennianum Epigramma produciunt, adnotarunt. In Sublac. præte: *si fas credendo*. Rost. *si phas credendo*, ut putes, non Africanum, sed Abrahamum loqui. Ven. 1471. vtraque 1478: *sic fas cedendo*. 1493: *si facieno*. 1497: *si faciendo*, cum Paris. 1513. Emman. et Goth. Ex his vides, quam vacillet Salmasii fides de omnibus editionibus. Reimm. si

phas colendo caelestia, sc. caelestium escendere; at margo: si faciendo plagas caelestium ascendere cuiquam est. Habet *escendere* solus Gronouius; at Emman. et Goth. cum Seneca *ascendere*. Lips. tres et omnes edd. *scandere*. Büñ.

d) *in tenebris, Africane, versatus es? vel potius o Poeta*] Africanus hic est ipse Scipio, et Poeta est Ennius. Lepida metamorphosi Hoffmannus in Lexico Vniuers. ed. Lugd. B. T. 1. f. 102. Hendreich in Pandectis Brandenb. f. 57. a. et priores editiones des Compend. Gelehrten Lexici, Leip. a. 1715. et 1726. (tertia non est ad manus) ex verbis Lactantii finxerunt *Poetam* nomine *Africanum Ennio laudatum*; cuius cæcitatem deplorat Lactantius, Hendreichium ideo notaauerat Fabricius in Bibl. Gr. L. 5. c. 1. p. 271. Büñ.

e) *et Cicero*] Eth. 1. est etiam. Hinc Lips. 2. 3. et primæ edd. *etiam Cicero*. Büñ.

f) *Est vero*] Rectius quam Lips. 2. Reimm. *En vero*. Büñ.

g) *Est vero, inquit, Africane*] Hæc adprobationis verba ex eodem libro sunt Ciceronis, quo de Enniâ iam dictis versibus egit, de quibus Seneca prædicta epist. 108: *Est apud Ciceronem in his ipsis de Republicâ hoc epigramma: Si fas endo etc.* Cell.

culi eadem ipsa porta^b patuit. Tamquamⁱ ipse plane, quum
 14 id fieret, ianitor fuerit in cælo. Equidem statuere non
 possum, dolendumne potius, an ridendum putem, quum
 videam, graues, et doctos, et, vt sibi videntur, sapientes vi-
 15 ros in tam miserandis errorum fluctibus volutari. Si hæc
 est virtus, quæ nos immortales facit, mori equidem malim^k,
 16 quam exitio esse^l quamplurimis. Si aliter immortalitas
 parari non potest, nisi per sanguinem: quid fiet, si omnes in
 concordiam consenserint^m? quod certe fieri poterit, si, per-
 nicioso et impio furore proiectoⁿ, innocentes esse ac iusti ve-
 17 lint. Num igitur nemo erit cælo dignus? num peribit
 virtus, quia hominibus in homines sæuire non dabitur^o? sed
 isti, qui euersiones vrbium, populorumque summam gloriam
 computant^p, otium publicum non ferent; rapiant, sæuiant,
 et iniuriis insolenter illatis, humanæ societatis fœdus irrum-
 pent

h) eadem ipsa porta] Goth. Reimm. Lipf. tert. *eadem ista porta*. Sublac. Rost. Ven. 1493. 97: *eadem via ista*. Frequenter Ciceroni et nostro *idem ipse* iunguntur. Vid. L. 5. 10. 6. L. 7. 3. 6. Bün.

i) Tamquam] inseruit particula ironiz. Bün.

k) mori equidem malim] Rom. Ven. et Ald. ita: Lipf. *quidem*. Goth. *mori quidem prius malimus*. Cell.

l) exitio esse] Rectius quam Rost. et vtraque Ven. 1478: *exitium esse*. Bün.

m) in concordiam consenserint] Goth. *in concordiam consenserint*. vt Lact. 5. 6. 8: *omnis multitudo in vnius adulationem concesserat*. Similis variatio in libris ad Herenn. L. 4. c. 9: *imperio R. omnes - voluntate concesserunt*. Conf. Wasf. et Cortius ad Sall. Catil. c. 20. et hic ad Iugurth. c. 18. fin. p. 506. Nihil tamen muto, pro recepta Lact. L. 5. 7. n. 3: *in eam multitudo vniuersa consenserit*. vbi plura. Bün.

n) furore proiecto] i. e. abiecto. L. 7. 18. 9: *tempus, quo insulzia proiectetur*. Proicere pro abiicere frequen-

ter dici, obseruauit Græuius ad Cic. pro Planc. c. 33. Alibi non ita trita notione proicere valet *vili pretio vendere*, aut pretium imminuere, vt Seneca epist. 45: *Proicimus bonum, si hoc nomen pani aut polenta damus*. Confule Græuium ad Cic. 14. Fam. ep. 2. p. 352. et Schulting. ad Senecæ Patris Controu. L. 5. c. 31. p. 307. Bün.

o) non dabitur] i. e. non licabit. noto ad L. 2. 1. 17. Bün.

p) summam gloriam computant] Hoc verbum a Lactantio huc positum esse, non credo. Tam turpiter is non loquitur. Scribo itaque: putant. Heumannus: Quidni ita loquatur, nec turpiter? Iterum Lactantius L. 5. 17. 24: *quum pro amicitia et fide mori summa gloria computetur*. L. 3. 3. 16: *hominum sapientiam pro summa stultitia computat*. L. 6. 20. 10: *pro voluptate computat*. Arnob. L. 1. fin. *pro ludicris ea - computate*. Vnde hic non audio Lipf. tertii et Reimm. reputant, vbi omnes reliqui scripti et editi: *computant legunt*. Bün.

q) fur-

pent; vt habere hostem possint, quem scelerarius deleant, quam lacesierint. Nunc ad reliqua pergamus. Nomen deorum Cereri, ac Libero traditio munerum fecit. Possum diuinis docere litteris, vinum atque fruges ante progeniem Cæli atque Saturni fuisse in usum hominum: sed ab his sane inuenta esse fingamus. Num potest plus aut maius videri, collegisse fruges, hisque fractis, panem facere docuisse; aut uvas de vitibus lectas expressisse, vinumque fecisse: quam fruges ipsas, aut vites generasse, aut protulisse de terra? Reliquerit hæc sane Deus humanis ingeniis eruenda: tamen fieri non potest, quin ipsius sint omnia, quæ sapientiam tribuit homini, vt inueniret, et ipsa illa, quæ possent inueniri. Artes quoque suis inuentoribus immortalitatem peperisse dicuntur, vt Aesculapio medicina, Vulcano fabrica. Colamus igitur et illos, qui fullonicam, sutrinamque

9) *fædus irrumperens*] Sic libri. Vide quæ noto ad de Ira c. 14. 6. vbi tres MSS. et Rost. *irrumperis institutum*, et Goth. cum Rost. vtraque 1478. de Ira c. 23. 26: *fæderis - coniunctio irrumperitur*. Nihilominus, si addicerent codices, malletm his locis *dirumpere*. Exempla dedit Torrenius ad Val. Max. L. 8. 1. 10. not. 45. p. 701. Ipse Lactantius Epit. c. 39. 11: *vinula diruperit*, vbi MS. littera canina geminata: *DIRVMPERIT*, more MSS. vnde neglecta prima littera factum: *irrumperere*. Conf. L. 5. 22. 14. L. 6. 9. 4. Bün.

v) *fuisse in usum hominum*] Goth. Ven. Rom. *in usum*: ceteri in *usu*. Dicitur sic, esse cui in auxilium, Eutrop. Lib. 4. c. 3. n. 2. et Lib. 6. c. 17. n. 4. Sex. Ruf. c. 11. Cell.

5) *fuisse in usum*] Sic cum Goth. Ven. 1471. 72. vtraque 1478. 93. 97. Rost. Pet. Parrh. Paris. vt Goth. Lact. 6. 15. 9: *in usus esse*. Festus in *Admissio*, *quomodo manifestans non sit in usum, ex membr.* Leidens. apud

Munckerum ad Hygin. fab. 41. p. 91. vbi plura talia. Reimm. Aldus et Thomasius cum sequacibus: *in usu*. Bün.

r) *Reliquerit hæc sane Deus*] Sic Reimm. et plures. Valet, vt alias, parl elegantia: *Ponamus, fingamus*, Deum reliquisse hæc etc. Vnde Parrh. Aldi et Crat. *Reliquit*, hic non quadrat. Ita Cicero. L. 1. Nat. D. 25. et c. 30. SINT SANE. processit: *concedam*. Lact. Ira. 10. 49: *sed fuerint sapientes*. Bün.

n) *quæ possent inueniri*] Addunt MSS. Cantab. et tres Lips. et ed. Rom. Ven. et Ald. *primus inuenit*: quæ recte ab aliis expunguntur. Vid. Mich. Thom. Cell.

x) *possent inueniri*] Post *inueniri* adiuunt multi scripti et Sublac 1465. Ven. 1471 - 97. Pier. Parrh. Crat. Gymn. Iunt. Ald. Paris. Gryph. Tornæs. *primus inuenit*, quæ ab antiquis Bon. et Emman. aliena et iure a Thomasio expuncta. Bün.

y) *fullonicam*] Heumannus: *leggerim*,
H 3

que docuerunt. Cur autem figulinæ^a repertori honos non
²² habetur? an quia isti diuites vasa Samia^a contemnunt^b? Sunt
 et aliæ artes, quarum repertores humanæ vitæ plurimum
²³ profuerunt. Cur non etiam illis adtributa sunt templa? Sed
 nimirum Minerua est, quæ omnes reperit: ideoque illi opi-
 fices supplicant. Ergo ab his sordibus^c Minerua adscendit
²⁴ in cælum. Est vero, cur quisquam^{d, e} derelinquat eum,
 qui terram cum animantibus, cælum cum astris et luminibus
 exorsus est, vt eam veneretur, quæ telam docuit ordiri.

Quid

vim, inquit, fulloniam. Et ipse mallem. At omnes scripti, editi: fullonicam. Vtrumque, vti recte Schœttingen. in Antiquit. Trituræ et Fulloniz Trai. ad Rhen. 1727. p. II. p. 2. obseruauit, testimonio auctorum probatorum nititur - Fullonicam dixit Plin. L. 7. c. 57. et Vitruuius Proœmio L. 6. circa finem. Ad rem Plin. L. 7. c. 56. Fulloniam artem Nicias Megarensis, Sutrinam Tychius Bœotius, Figlinas (officinas) Corœbus Atheniensis (inuenit). Vox Sutrina est Varronis L. 4. L. L. p. 24. vnde non opus ex marg. Reimm. legere sutriam. Bün.

2) figulina] Ven. 1471-97. et Paris. figulino. Peius Rost. effigigine. Parrh. figuline. Vnde recte sequentes edd. figulina. Bün.

a) vasa Samia] e Samo insula, Epheso obiecta. Præstabant eius vasa fictilia. Plin. 35. c. 12: Maior pars hominum terrenis vititur vasis. Samia etiamnum in esculentis laudantur. Cicero pro Muræna cap. 36. cum triclinium sterni dixisset, addit, exposuit vasa Samia. De terra Samia candida et glebosa, idem Plin. 35. c. 16. pr. legatur. Cell.

b) diuites vasa Samia contemnunt] Diuites ab iis, docente Barthio Advers. L. 35. c. 4. fin. abhorruerunt. Vnde Agathocli Regi, figulo qui oriundus erat, Samius vasis cœnasse

maximæ humilitati dabatur. Vid. Auson. epigr. 8. atque diuiti isti apud Plautum Captiu. Act. 2. sc. 2. 40. sq. vitio vertebatur, quod ad rem diuinam Samiis vasis esset vsus, neque aliter Cicero pro Muræna c. 36. intelligi potest nec debet, vti recte Camerarius, Manutius et Græuius demonstrarunt. Bün.

c) ab his sordibus] i. e. inuentis et opificiis sordidis, vilibus, more Ciceronis et veterum. Cic. 1. Off. c. 42: opifices omnes in sordida arte versantur. Bün.

d) Est vero, cur quisquam] Lipf. 1. et vet. edd. Est vero causa, cur quisquam: sed reliqui duo Lipf. et alii codd. illud causa elegantius extrudunt. Sic paullo ante cap. 17. ex. Erat plane, cur tantum laborem e Ironia. Cell.

e) Est vero, cur] Sic eleganter Bon. Tax. Pen. Iun. Vltr. Pal. Lipf. tert. Goth. et Angl. At prauè Lipf. 2dus: Enim vero, cur. Reimm. Est vero, cur. Ven. 1471-97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Gymn. Gryph. est vero causa, cur. Merito causa a Thomaasio exturbata. Laët. L. 2. 6. 16: Est vero, cur illorum auctoritas tanti habeatur. L. 3. 17. 43: Est plane, cur quisquam putes. de Ira. 16. 2: ergo est, propter quod Deus debeat gratificari. Bün.

f) Quid

Quid ille^f, qui vulnera in corporibus sanare docuit? num²⁵ potest esse præstantior, quam qui corpora ipsa formauit? sentiendi ac viuendi rationem dedit? herbas denique ipsas, et cetera, quibus medendi ars constat, excogitauit ac protulit?

XVIII. At enim dicit aliquis, et huic summo, qui fecit omnia; et illis, qui partim profuerunt^a, suam venerationem esse tribuendam. Primum nec factum est vquam, ut qui hos coluit^b, etiam Deum coluerit, neque fieri potest; quoniam, si honos idem tribuitur aliis, ipse omnino non colitur. cuius religio est, illum esse vnum ac solum Deum, credere. Clamat summus poeta^c, eos omnes, qui *inuentas vitam excoluere per artes*, apud inferos esse, ipsumque illum *repertorem medicinae talis et artis*^{d.e} ad Stygias undas

f) *Quid ille*] Aesculapius. n. i. et n. 21. *Bün.*

a) *qui partim profuerunt*] Sic libri plures et Reimm. *Rescribo*, inquit Heumannus, *per artem profuerunt*, quia edd. 1472. 76. 78. (addatur et prior. 1478.) exhibent *partem*, quasi *per artem*. Conf. c. 18. 22. Ingeniose, nisi qui partim profuerunt, hic opponantur verbis: SVMMO, qui fecit OMNIA. Coluerunt enim plures, quam qui modo *per artem profuerunt*. Vide hoc caput a n. 1 - ad n. 21. et L. 7. 14. 1. *Bün.*

b) *qui hos coluit*] Sic edidi ex MSS. Bon. Pal. Iun. Lips. tribus Reimm. Tornzs. 1587 - 1613. et Iszo, Heumanno conspirante. *Bün.*

c) *Clamas summus poeta*] Virgilius Lib. 6. v. 663. *Cell.*

d) *ipsumque illum medicinae artis repertorem*] Duo scripti Lips. et vettustæ editionis libri, *medicinae repertorem talis et artis*: primus Lips. ne repertoris quidem vocabulum habet. Videtur mendam latere. *Cell.*

e) *illum repertorem medicinae talis et artis*] Sic excudi curavi pro le-

stione Thom. Isæi Thyf. Gall. Spark. Cantab. Walch. Cellarij: *illum medicinae artis repertorem*. Heumannus dicit, in sex suis antiquis ita legi: *medicinae artis repertorem talis et artis*, et inde colligit ita scripserit Lactantium: *medica repertorem artis*. At illæ sex et plures, scilicet Ven. 1471. 72. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornzs. exhibent sine variatione: *medicinae repertorem talis et artis*, nulla, quod sciam, vocem: *artis* bis posuit. Betuleius singularis: *illum medicinae repertorem*. Pro editis antiquis sunt MSS. Vltr. Cauc. Iunii, legunt enim: *medicinae repertorem talis et artis*: sed omnium optime Reimm. Lips. 2. 3. et Goth. et nouisf. Tornzs 1587 - 1613: *ipsun-que illum repertorem medicinae, talis et artis*, seruato ordine verborum ex Virgilio, quorum verborum si editores tot ac tales recordati essent, nihil, credo, mutassent. Ita vero Virgil. L. 7. Aen. 772:

*Ipse REPERTOREM MEDICINAE
TALIS ET ARTIS*

- vndas fulmine esse detrusum* *f*: vt intelligamus, quantum valeat pater omnipotens, qui et deos fulminibus exstinguat *g*.
- 4 Sed homines ingeniosi hanc secum habebant fortasse rationem: quia deus fulminari non potest; adparet non esse factum. immo vero, quia factum est, adparet hominem fuisse, non de-
- 5 um. mendacium enim poetarum non in facto est, sed in nomine. metuebant enim malum *h*, si contra publicam persuasionem faterentur, quod erat verum. Quod si hoc constat inter ipsos, ex hominibus deos factos: cur ergo non credunt poetis, si quando illorum fugas *i*, et vulnera, et mortes *k*, et bella, et adulteria describunt? Quibus de rebus *l*
- 7 intelligi datur *m*, non potuisse villo pacto fieri deos: quia ne homi-

*Fulmine Phœbigenam STYGIAS
DETRVSIT IN VNDAS.*

talis et artis valet: tanta, tam insignis etiam, tam celebris etiam artis, quæ secundum Seruium, etiam facta dissolueret. Iterum Lact. 7. 15. 12: *regnum tanta mole fundatum, ac tandem per tot et tales viros auctum* etc. L. 5. 14. 7: *tot ac tales viri.* Ira 10. 32: *tanta - et talia.* Conf. Cic. Ligar. c. 12: *his tot ac talibus viris.* Hanc voculæ TALIS notionem elegantem multis probarunt Græuius ad Cic. L. 8. ad Att. ep. 9. p. 780. Heinsius ad Ouid. 5. Fast. 460. ed. Burm. p. 344. Burmann. ad Petron. c. 61. p. 307. et Phædr. L. 3. 9. 6. p. 135. sq. Corrius ad Sallust. Iugurth. c. 63. p. 701. Betuleium et Heumannum offenderunt illa: *medicina artis*, vnde ille *artis* audacter eiecit, hic vero in: *medice artis* mutauit. At Dictys Cret. L. 1: *solertiam artis medicina*, et Hyginus sæpius in vno capite 274: *artem medicinam* dixit. vbi Munckerus p. 328. et ad fab. 101. p. 162. plura exempla dedit. Conf. Sanctii Mineru. L. 4. c. 4. p. 557. ex Varrone L. 4. L. L. *ab arte medicina ut sit medicus.* Büñ.

f) ad Stygias vndas fulmine esse

detrusum] Dicitum ad Lib. 1. cap. 10. num. 1. Cell.

g) et deos fulminibus exstinguat] Sed fulmine ictus demum deus factus Aesculapius. Minucius c. 21. et ex eo Cyr. de Idol. Van. c. 1: *Aesculapius vt in deum surgat, fulminat.* Arnob. 1. p. 24: *Nonne Aesculapium medicaminum repertorem post poenas et supplicia fulminis custodem nuncupastis et praesidem sanitatis, valetudinis et salutis?* in Reimn. *qui etiam deos.* Büñ.

h) metuebant - malum] i.e. poenam. Vindicauit hanc formulam ad de Mort. Perf. c. 50. 5. Sic Prudent. Peristeph. H. 10. 208: *reformidat malum.* Büñ.

i) fugas etc.] obiecit eadem pluribus Athenag. Legat. pro Christianis ed. Oxon. p. 74-77. adde doctas H. Stephani ex Sexto Philof. et Dechairii ex Longino et Cicerone notas. Büñ.

k) mortes] de plurali vid. not. ad L. 7. 10. 11. et ad de Mortib. Persecut. princ. Büñ.

l) Quibus de rebus] Tres. Lips. et Goth. *de rebus*: ceteri *ex rebus.* Cell.

m) Quibus de rebus intelligi datur] Sic et Reimn. At Sublac. Ven. 1471-

homines quidem probi fuerunt: eaque in vita sua gesserunt, quae mortem pariunt sempiternam.

XX. Venio nunc ad^a proprias Romanorum religiones, quoniam de communibus dixi. Romuli nutrix Lupa^b honoribus est adfecta diuinis. Et ferrem, si animal ipsum fuisset, cuius^c figuram gerit. Auctor est Liuius^d, Laurentinae^e esse simulacrum, et quidem non corporis, sed mentis ac morum. Fuit enim Faustuli vxor, et propter vulgati corporis vilitatem^f, Lupa inter pastores, id est, meretrix

97. Rost. reliquae cum aliis MSS. quibus ex rebus intelligi datur. Praefero. Sic L. 5. 20. 11: ex quo intelligi datur. L. 2. 9. 22: ex animum fetibus datur scire. Bün.

a) Venio nunc ad] Cic. I. Diuin. 24: Veniamus nunc ad somnia. Bün.

b) Lupa] Notarunt docti ad Minuc. c. 25. adde Liuium L. 10. c. 23. Tertull. 2. ad Nat. c. 9. fin. Arnob. L. 4. p. 128. Bün.

c) si animal ipsum fuisset, cuius] Goth. si animal ipsum, cuius. repetit ex prioribus: si animal ipsum fuisset sc. honoribus adfectum diuinis. Betuleius et Iseus haec non sunt adsecuti, putantes, Lactantium negasse, Lupam fuisse animal. Bün.

d) Auctor est Liuius] Lib. 1. cap. 4. praeter quem de Laurentia Macrobius Saturn. Lib. 1. cap. 10. consulatur. Alii scribunt Laurentia. Vide Gronou. ad d. I. Liuii. Cell.

e) Laurentina] Ita edidi pro Parrh. Ald. Thom. Cellariana: Laurentia, et ed. Heum. Laurentia. Reimm. Laurentine. Lips. secundus Tharentia. Ven. 93: Tarentina. Caue. et Vltr. et Ven. 1497. Tarentina. Ven. 1471: Laurentina. Rost. Laurentine, per i mediam vocalem. Bon. Tax. Pen. Goth. vtraque Ven. 1478. Paris. 1513. Iseus: Laurentina. Vides meliores, etiam vbi corrupti, propius abesse a voce: Laurentina. Docet Heinsius ad Ouid. 3.

Fast. 55: antiquissima exemplaria Lactantii agnoscere Laurentina, subiicitque: Quum scriptores Christiani (in his potiores MSS. August. L. 6. Ciuit. D. c. 7.) Laurentinam hanc feminam adpellare malint, quam Laurentiam, non dubita et Lactantium sic enuntiasse. Eodem teste codex veterrimus Egmondanus Prudent. L. 2. Symm. 562. habet: Laurentina. Ideo sic h. l. legimus, quia n. 4. Laurentinalia retentum, vbi si quis malit: Laurentalia, hic n. 1. Laurentia legerit rectius. Bün.

f) vulgati corporis vilitatem] Pessime Ven. 1493: Vulcani nominis vilitatem. Sublac. Rost. Ven. 1471-78-93. Pier. Parrh. Paris. vulgati nominis vilitatem. At MSS. plures. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæs. Thom. et recentiores recte: vulgati corporis vilitatem. Respice, quae dixi ad L. 1. 17. 10. Maxime huc pertinet Epit. c. 20. 2: Faustuli coniugem - vulgati fuisse corporis. Liuius I. 4: Laurentiam vulgato corpore Lupam. Arnob. 2. p. 73: venalia ut prosterneant corpora vilitatem sui populo publicarent. Curtius L. 5. 1. 38: apud quas (Babylonias matronas et virgines) comitas habetur vulgati corporis vilitas. In Ouid. 10. Met. 240. cum Burinanno lego: corpora cum fama prima vulgatae feruntur. Conf. Stewech. ad Arnob. c. l. p. 77. Bün.

- 3 trix & nuncupata est, vnde etiam Lupanar dicitur. exemplum
 scilicet Atheniensium in ea figuranda Romani secuti sunt, apud
 quos meretrix quaedam nomine Leana, quum tyrannum occi-
 disset^b; quia nefas erat simulacrum constitui meretricis in tem-
 4 plo, animalis effigiem posuerunt, cuius nomen gerebat. Ita-
 que vt illi monumentum ex nomine, sic isti ex professione fece-
 runt. Huius nominiⁱ etiam dies festus dicatus est, et Larenti-
 5 nalia^{k.l} constituta. Nec hanc solam^{m.n} Romani meretri-
 cem colunt, sed Faulam^o quoque, quam Herculis scortum
 fuis-

g) *id est, meretrix*] Hæc delent Ven. 1471. et Sublac. et non habet Liuius 1. c. 4. Possunt abesse. Bün.

b) *Leana, quum tyrannum occidisset*] Amica Aristogitonis fuerat, qui Hipparchum, Pisistrati filium, tyrannum occidit, ideoque coniurationis suspectam Hippias, alter filius Pisistrati, crudeliter enecauit. Sublatis tyrannishuic tamquam bene meritæ Athenienses lænam æneam posuerunt. Pausan. Attic. p. 20. 21. Cell.

i) *Huius nomini*] Sic Bon. Vlfr. Lips. 1. et Goth. At Lips. 2. 3: *nominis*, cum Rost. et Ven. 1471-97. Recepta recta. Bün.

k) *Larentinalia*] a. d. X. kalend. Ianuar. Macrob. d. l. Cell.

l) *Larentinalia*] Sic plures scripti et Rost. et Ven. prima 1478. Parrh. Ald. Gryph. Crat. Tornæ. Thom. eumque sequentes. Optime. Vitiose Ven. secunda 1478: *Larentilinalia*. Ven. 1493. 97: *Tarentinalia*. Reimm. Lips. secund. et Gymn. *Laurentinalia*. Paris. *Laurentalia*. In MS. Taurin. Epit. c. 20: ex *Larentali*, proxime fingitur: *Larentalia*. Vid. n. i. dicta. Bün.

m) *Nec hanc solam*] Vulgo *solum*. Nos Goth. Lips. Rom. secuti. Cell.

n) *Nec hanc solam*] Sic plures scripti et editi antiqui, Reimm. Ven.

1471. 72. vtraque 1478-97. Pier. Parrh. Paris Iunt. At Ald. et sequentes: *solum*, vt notius dederunt. Bün.

o) *Faulam*] Vossius L. l. de Idolol. c. 12. putabat, Lactantium scripsisse more prisco: FLAVRAM, i. e. *Floram*, cui temere nonnulli adfenserunt, quum constanter libri habeant: FAULAM; et diuersas fuisse meretrices *Faulam* et *Floram* adparet quoque ex Epitom. Taurin. c. 25: *Faula quoque et Flora meretrices, quarum altera Herculis fuit scortum sicut Verrius tradit* etc. Betuleius, Spark. Iæus: *Faulam* esse Plutarchi in Quæst. Rom. f. m. 272: *Larentiam* *Φαβολαν* putant, Vossius et alii illa de Larentia, quam Plutarchus *Φαβολαν* dixit, ad vnam illam Romuli nutricem referunt. Accam Larentiam et Floram meretrices propudiosas vocat Minuc. c. 25. n. 9. et Cyprianus de Idol. Van. 2. 6. Duas Accas constituunt Scaliger. ad Varron. L. l. p. 78. sq. et Popma p. 541. et Pitisc. Lex. Ant. Rom. T. I. f. 10. quas Plutarchus confundit. Conf. Lud. Viuem ad August. Ciu. D. L. 6. c. 7. qui tamen FLAVAM perperam vocauit. Alia plura Bayle Dictionaire Histor. et Critique: FLORA. Bün.

p) *Lam*]

fuisse, Verrius scribit. Iam ^p quanta ista immortalitas putanda est, quam etiam meretrices adsequuntur^r; Flora^s, quum magnas opes ex arte meretricia quæsiisset, populum scripsit hæredem^s; certamque pecuniam reliquit, cuius ex annuo fœnore suus natalis dies celebraretur, editione ludorum, quos appellant Floralia^s. Quod quia senatui flagitiosum videbatur, ab ipso nomine argumentum sumi placuit; ut pudendæ rei quædam dignitas adderetur. Deam finxerunt esse, quæ floribus præsit, eamque oportere placari, ut fruges cum arboribus, aut vitibus^x bene prospereque florescerent. Eum colorem secutus in Fastis poeta^s, non ignobilem^r nympham fuisse, narrauit, quæ sit Chloris vocitata, eamque Zephyro nuptam, quasi dotis loco id accepisse muneris^a a marito, ut haberet

p) *Iam*] Particula connexioni et transitioni inseruiens. Bün.

q) *quanta ista immortalitas putanda*] Heumannus scribit: *quantiputanda*. Sic Cicero L. 5. Tusc. Qu. 37: *Quantum vero ista civitas estimanda est, ex qua boni sapientesque peluuntur?* At, quia omnes, in his Reimm. habent: *QUANTA*, nihil est mutandum. Ita L. 5. 20. 13: *Quanta maiestas putanda est, qua adoratur in templis, illuditur in theatris?* Bün.

r) *putanda est - adsequuntur*] Rescripti EST ex Bon. Vltr. Iun. Reimm. Lips. 2. Gymn. Tornæs. 1587-1613: *adsequuntur*. Lips. tert. Reimm. Gymn. Tornæs. Potest tamen: *sit - adsequuntur*, ex Ven. 1471-97. et pluribus aliis et Cell. tolerari. Rem ipsam docte illustrat Borremansius in Var. Lect. c. 10. p. 91. seqq. Bün.

s) *Flora*] Goth. *ut Flora*. Cell.

t) *populum scripsit heredem*] Aliter Varro Lib. 4. de LL. c. 10. antiquam Sabinorum deam fuisse Floram, Romæ ex Tatii regis voto cum aliis dedicatam. Cell.

u) *quos appellant Floralia*] Recte etiam dicuntur *Ludi Floralia*, ut ite-

rum MS. Taur. Epit. c. 20. *Habent*, inquit Quintil. I. Inst. c. 5. *quodam faciem solaccismi et dici vitiosa non possunt: ut Ludi Floralia ac Megalesia: quamquam hac sequenti tempore interciderint, numquam aliter a veteribus dicta*. ad rem conf. Tertull. 1. Spectac. c. 17. Pitisc. L. A. R. T. L. f. 793. Bün.

x) *aut vitibus*] Sic libri plerique; at Reimm. et *vitibus*. Censeo, inquit Heumannus, *hoc esse glossemam*. Mihi secus videtur, moto Ovidii verbis, (quem citat. n. 8.) Lib. 5. Fast. 261-270. huc pertinent illa de Flora dicta v. 264: *Si bene FLORVERIT VINEA, Bacchus erit, et v. 269: VINA quoque FLORENT*. Bün.

y) *in Fastis poeta*] Ovidius Lib. 5. Fast. v. 195. seqq. *Chloris erant quo Flora vocor*, etc. Cell.

z) *non ignobilem*] Ven. 1493. 97. Pier. *non ignobilem*. Non inscite, si addicerent MSS. ex quibus et Ven. 1471-78. Parrh. Paris. aliis præfero: *non ignobilis*. Sic L. 5. 1. 22: *non ignobilis - loci*. Bün.

a) *id - muneris*] noto ad L. 5. 2. 10: *id operis*. Cicero 2. Leg. 3: *tamquam id habuerit operis ac muneris*. Bün.

b) 1750

- beret omnium florum potestatem. Honestè quidem ista dicuntur; sed inhonestè turpiterque creduntur: nec debent, quum veritas quæritur, huiusmodi nos velamenta decipere.
- 9 Celebrantur ergo illi ludi cum omni lasciuia^b, conuenienter^c memoriæ meretricis. nam præter verborum licentiam, quibus obscenitas omnis effunditur; exuuntur etiam vestibus, populo flagitante, meretrices; quæ tunc mimarum^d funguntur officio, et in conspectu populi, vsque ad satietatem impudicorum luminum, cum pudendis motibus^f detinentur.
- 10 Cloacinae^e simulacrum, in cloaca maxima^h repertum, Tatius consecrauit: et, quia, cuius esset effigies, ignorabat, ex loco illi nomen imposuit. Pauorem Palloremqueⁱ Tullus Hostilius figurauit et coluit. Quid de hoc dicam, nisi dignum fuisse, qui semper deos suos, sicut optari solet, præsentés haberet^k? Ab hoc illud M. Marcelli de consecratione Hono-

no-

b) ergo illi ludi cum omni lasciuia] Ludi Florales siue Floralia num. 6. de quorum licentia et obscenitate legi. possunt Seneca epist. 97. Val. Max. 2. c. 10. n. 8. Martial. Lib. 1. epig. 1. Cell.

c) conuenienter] Restitui conuenienter ex Bon. Tax. Cauc. Vltr. Reimmi. Goth. quum edd. conuenientes haberent minus conuenienter. Bün.

d) meretrices; quæ tunc mimarum] Plures mimorum, viriliter: at duo Lipf. et totidem quos Sparkius inspexit, mimarum. Maximus etiam d. l. in Floralibus mimas nudatas memorat. Cell.

e) quæ-mimarum] Sic genere femin. Bön. Iun. Cauc. Reimm. Ball. Coll. Corp. Chr. Emman. prope a Ven. Vltr. Goth. minarum. Edd. omnes: mimorum, aut peius, vt Ven. 1493. 97. minorum, et Paris. 1513: minimorum. Sæpe in talibus libri errant. Bün.

f) cum pudendis motibus] Sublac. Ven. 1471. Rost. Ven. 1493. 97. Paris.

cum impudendis motibus. Walch. vitiose: cum pudendis moribus. Pudentos illos motus graphice descripsit Arnob. L. 2. p. 73. vbi plura p. 90. Elmenhorstius. Bün.

g) Cloacina] Sequitur Minnc. Fel. c. 25. vbi plura interpretes. ibidem de Pauore, Pallore, Febri. Conf. Scheid. de Diis Germ. c. 9. p. m. 134. Salmf. ad Pall. c. 4. f. 117. Harduin. ad Plin. T. 3. p. 212. Pfanner. Theol. Gentil. p. 5. sq. Pitisc. L. A. R. T. 1. f. 474. T. 2. f. 1049. Bün.

h) Cloacina simulacrum, in cloaca maxima] De cloacarum mirando opere diximus ad Eutrop. l. cap. 5. De Cloacina dea, Varro Lib. 4. LL. c. 10. Cell.

i) Pauorem Palloremque] Liuius Lib. 1. cap. 27: Tullus in re trepidam vomit Pallori ac Pauori fanâ. Celli

k) præsentés haberet] Lego, inquit Thomasius, secum haberet ex antiquo codice: nam illud (præsentés) intelligeretur, i. e. fautores: quum tamē pauor et pallor fauere non possint.

noris, atque Virtutis^l, honestate nominum differt, re congruit. Eadem vanitate Mentem quoque inter deos^m collocavit senatus, quam profecto si habuisset; eiusmodi sacra numquam suscepisset. *Magnum* Cicero, *audaxque confilium*^{n.º} suscepisse *Graciam* dicit; quod *Cupidinum*, et *Amorum simulacra in gymnasiis consecrasset*. adulatus est videlicet Attico, et irrisit hominem familiarem. Non enim illud magnum, aut omnino consilium dicendum fuit; sed impudicorum hominum perditam et deploratam nequitiam, qui liberos suos, quos erudire ad honesta^p deberent, prostituerunt libidini iuuentutis: a quibus flagitiorum deos, et in illis potissimum locis, ubi nuda corpora corruptorum^q luminibus patent; et in illa coli ætate voluerunt, quæ simplex et improuida^r prius irretiri, et in laqueos potest cadere, quam cauere. Quid mirum, si ab hac gente vniuersa flagitia manarunt, apud quam ipsa vitia religiosa^s sunt, eaque non modo non vitantur, verum etiam coluntur? Et ideo huic sententiæ, tamquam Græcos

pru-

sint, sed nocere. At enim quum omnes scripti reliqui et editi habeant *presentes*, adparet, illud *secum esse glossatoris expositionem, elegantem vsu veterum ignorantis. Presentes dii Latinis modo sunt propitii, fauentes, modo qui adsunt*, de quibus Saluagnius ad Ouid. Ibin. v. 285. p. 66. Heinf. ad Trist. 5. 2. 45. p. 662. Westerb. ad Terent. Phorm. 2. 2. 31: *Ea qui prebet, non tu hunc habeas plane presensem deum?* Emmenesf. ad Virg. 1. Eccl. 42. Bün.

l) *M. Marcelli de consecratione Honoris, atque Virtutis*] Marcellus Syracusarum expugnator, Honori et Virtuti templum vouit et consecrauit. Val. Max. I. c. 1. n. 8. aut ædes gemellas iunctim locauit, Symmach. Lib. 1. ep. 14. al. 21. nisi Marcellus tantum renouauit dedicatum Ligustico bello a Q. Maximo, Cic. 2. Nat. deor. c. 23. Cell.

m) *Mentem quoque inser deos*]

Vide Ouid. 6. Fast. v. 241. Liuium 22. c. 9. Lib. 23. c. 31. Cell.

n) *Magnum Cicero, audaxque confilium*] Perdidimus hunc Ciceronis locum, ex quocumque etiam libro fuit. Cell.

o) *magnum Cicero*] Perditum hunc Ciceronis locum dicit Cellarius, si h. c. sect. 17. cum his iungas, vix dubium est, quin ad Cic. L. 2. de Legib. c. 11. respexerit, ita quoque Turnebo ad Cic. locum f. 147. visum. Bün.

p) *ad honesta*] Bon. Lips. 1. Pal. Goth. Gymn. ad honestatem. Bün.

q) *corruptorum corruptores, adulteros*, iunxit L. 1. 10. 13. exemplo Ciceronis L. 3. in Verr. c. 2. Bün.

r) *qua simplex et improuida*] Epit. 63. 7. Bün.

s) *ipsa vitia religiosa*] Cypr. L. 2. ep. 2. f. 33. ed. Bas. *sunt miseris et delicta religiosa.* Bün.

prudencia vinceret, adiecit: *Virtutes enim oportere*^{t. *}, non
 17 *vitia consecrari.* Quod si recipis, o M. Tulli, non vides,
 fore^{*}, vt irrumpant vitia cum virtutibus^{*}? quia mala bo-
 nis adhærent, et in animis hominum potentiora sunt, quæ si
 vetas consecrari, respondebit tibi illa eadem Græcia; se alios
 deos colere, vt profint; alios, ne noceant. Hæc enim sem-
 per excusatio est eorum, qui mala sua pro diis habent; vt
 18 Romani Rubiginem^{a. b.}, ac Febrem^{c. d.}. Si ergo vitia con-
 secranda non sunt, in quo tibi adsentior, ne virtutes quidem.
 Non enim per se sapiunt, aut sentiunt: neque intra parietes,
 aut ædiculas luto factas, sed intra pectus collocandæ sunt, et in-

t) *Virtutes enim oportere*] Cicero-
 nis verba sunt, ideoque infinito mo-
 do efferenda cum Lipf. Goth. Em-
 man. Rom. Ven. Ceteri legunt *opor-
 tere*. Cell.

u) *virtutes - oportere*] Habent *opor-
 tere* cum Lipf. Goth. Emman. plures,
 Bon. Tax. Reimm. C. C. C. Pen.
 Cauc. Pal. Iun. Vltr. Guelph. Sublac.
 Ven. 1471-97. Rost. Paris. conne-
 ctuntur cum illis num. 14: *suscepisse*
dicir, et adiecit *oportere*. Bün.

x) *non vides, fore*] Ex iisdem Lipf.
 scriptis et ed. Rom. ac Ven. *fore*:
vulgares forte. Cell.

y) *fore, vt irrumpant*] Sic Bon.
 Tax. Pen. Iun. Cauc. Lipf. Rost.
 Ven. 1471-72. secunda 78. Parrh.
 Ifæus, Paris. Crat. Gymn. Tornæs.
 rectius, quam Goth. Vltr. Ven.
 priina 1478. 97. Gymn. Iunt. Ald.
 Thomas. *forte*, et sic in Reimm. cor-
 rectum. Bün.

z) *irrumpant vitia cum vir-
 tutibus*] mit eindringen. Scite.
 Curtius 3. 12. 10: *Leonatus exspe-
 ctato diu qui se intromitteret - intrat.*
*Ea res turbauerat feminas, quod ir-
 rupisse, non admissus videbatur.*
 Verbum illud Lactantii magistro
 Arnobio frequens L. 1. p. 3: *neque*
ulla irruerit nouitas - irrupisse has

labes. Ouid 1. Metam. 128: *Protinus*
irrumpit - omne nefus. Vim verbi
irrumpere demonstrant Burmann. ad
 Ouid. 2. Trist. 1. 305. p. 522. ad
 Quintil. 2. Instit. 1. p. 126. et Dra-
 kenb. ad Sil. Ital. 2. 378. p. 91.
 Bün.

a) *Romani Rubiginem*] At Varro
 Lib. 5. LL. c. 3. et Festus *Robigum*
 deum virili forma nominant. Festi
 verba: *Robigalia dies festus, VII.*
kalend. Maias, quo Robigo deo suo,
quem putabant rubiginem, sacrificab-
ant. Cell.

b) *Rubiginem*] Vid. Tiraquell. ad Alex.
 ab Alex. Dier. Gen. L. 1. c. 13. p. 104.
 et L. 6. c. 8. p. 513. Pitisc. L. A. R.
 T. 2. f. 631. sq. Robbigus XII. Ro-
 bigaliorum libros edidit, vbi res
 criticæ, non Robigalia illustrantur.
 Bün.

c) *ac Febrem*] Val. Maximus Lib. 2.
 cap. 5. n. 6: *Febrem ad minus nocen-*
dum templis colebant, quorum adhuc
unum in Palatio. Adde Cic. 3. Nat.
 D. c. 25. Cell.

d) *Febrem*] Vid. Weitz. ad Pru-
 dent. p. 657. Interpretes ad Minuc.
 c. 25. n. 8. Perizon. ad Aelian. Var.
 Hist. L. 12. c. 11. Bün.

e) *no*

interius comprehendendæ, ne sint falsæ^{e, f}, si extra hominem fuerint collocatæ. Itaque præclaram illam legem tuam derideo^g, quam ponis his verbis: AST OLLA^h, PROPTER QUAE DATVR HOMINI ADSCENSVS IN CAELVM; MENTEM, VIRTVTEM, PIETATEM, FIDEM; EARVMQVE LAVDVMⁱ DELVBRA SVNTO. Atqui hæc separari ab homine non possunt. Si enim colenda sunt, in homine ipso sunt, necesse est. Si autem sunt extra hominem, quid opus est ea colere, quibus careas^{k, l}? virtus enim colenda est^m, non imago virtutis; et colenda, non sacrificiis aliquo, aut ture, aut precatatione solemnibus; sed voluntate sola atque proposito. Nam quid est aliud colere virtutem, nisi eam comprehendere animo et tenere? quod vnusquisque simul ac cæpit velleⁿ, consequitur. Hic solus virtutis est cultus: nam religio et veneratio nulla alia nisi vnus Dei tenenda est. Quid igitur opus est, o vir sapientissime, superuacuis exstructionibus loca occupare, quæ possint humanis vsibus cedere? quid sacerdotes constituere, vana et insensibilia culturos? quid immolare victimas? quid tantos sumtus vel fingendis, vel colendis imaginibus impendere? Firmius et incorruptius templum est pectus humanum. hoc potius

e) ne sint falsa] Emman. ne sint fabula. Cell.

f) ne sint falsa] Emman. Vep. 1471. 93. 97. et Rost. ne sint fabula. Bün.

g) illam legem tuam derideo] propositam Lib. 2. de Legib. cap. 8. Cell.

h) olla] Sic libri plerique MSS. et edd. vetustæ. At Lips. 2. Reimm. Tornæz. Spark. Walch. illa. Est vero olla vera scriptura, in legibus veteres antiqua vocabula amabant. Sæpius repetitur vox antiqua in Cic. 2. Leg. c. 8. Bün.

i) laudatam] i. e. rerum laudandarum et virtutum, secundum Turnebum ad Cic. c. 1. f. 139. Bün.

k) quibus careas] Goth. Lips. sic; alii careamus. Cell.

l) quibus careas] Sic Thomas. ex Bon. citat ad marg. At Isaacus ex eod. Acto Bonon. et Taxaq. quibus careamus

Præfero: careas, ex Pen. Lips. Goth. Cauc. Reimm. Vltr. Iun. Palat. quod merito Cellarius pro edd. careamus restituit. Bün.

m) Virtus enim colenda est] ENIM, vulgo neglectum, addunt Lips. et Emman. Cell.

n) simul ac cæpit velle] Rost. simul ac cepit. Cauc. Pal. Lips. 1. Reimm. Ven. prima 1478: simul ac cepit. Iun. Parrh. Crat. Tornæz. simul occæpit. Bon. simul vs occæpit. Posteriori voce vtuntur Lucretius, Terentius Tacitus, Apuleius, et sæpe Liuius et Arnobius. Simul vs est ipsius Ciceronis. Nonnumquam vs ac, atque, post simul omittuntur, vt in codice Iunii. Receptam operose defendit Crenius p. IX. Aninadu. p. 66-68. Bün.

o) Haec

24 potius ornetur: hoc veris illis numinibus impleatur. Has ergo falsas consecrationes sequitur, quod necesse est^o. Qui enim virtutes sic colunt, id est, qui umbras atque imagines^p virtutum consecrantur; ea ipsa, quæ vera sunt, tenere non possunt. Itaque nulla in quoquam virtus est, vitiiis ubique dominantibus; nulla fides, omnia pro se vnoquoque rapiente; nulla pietas, nec consanguineis, nec parentibus parcente auaritia, et cupiditate^r in venenum^r et ferrum ruente; nulla pax, nulla concordia, publice bellis sæuientibus, priuatum vero inimicitiiis vsque ad sanguinem furentibus; nulla pudicitia, libidinibus^{*} effrenatis omnem sexum, et omnes corporis partes contaminantibus. Nec tamen desinunt ea colere, quæ fugiant et oderunt: colunt enim ture, ac summis digitis^s, quæ

a) *Has ergo falsas consecrationes sequitur, quod necesse est*]. Sic MSS. Cauc. Iun. Vltr. Reimm. Lipf. Goth. Rost. Ven. 1471-97. Paris. Tornæs. Spark. Gryph. vt subaudiatur post sequitur: Cicero, quem refutat a n. 14- ad n. 24. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Mæus: *Has ergo falsas consecrationes esse sequitur, quod necesse est*. Solus Thomas. in margine: *alii, (sed quinam?) has ergo falsas consecrationes sequi quid necesse est?* Heumanno placet postrema lectio. Bün.

p) *umbras atque imagines*] Vid. L. 6. 6. 25. c. 7. 1. c. 11. 13. Bün.

q) *'auaritia, et cupiditate*] Hæc pro synonymis hic iunxit. Omnis enim *auaritia* est *cupiditas*, non contra - omnis *cupiditas* est *auaritia*, vti docte demonstrat Broukhus. ad Tibull. 1. 1. 90. p. 30. adde Duker. ad Flor. 3. 11. 2. Lactantius sæpe *cupiditatem* pro *auaritia* posuit, e. g. L. 5. 6. 1-2. L. 6. 4. 10. c. 5. 13 - 15. Cic. 1. Inuent. 50: *maximum malum est auaritia, multos enim magnis incommodis adfcit pecunia cupiditas*. Bün.

r) *in venenum*] Iun. Goth. Lipf. 2. 3. Reimm. *in venena*. Bün.

*) *pudicitia, libidinibus*] Rectam vim harum vocum docet Duker. ad Flor. L. 4. c. 11. 9. p. 853. Bün.

s) *ture, ac summis digitis*] Summis enim et eminulis digitis tus in sacrum ignem iaciebant. Prudentius in Eulalia v. 122:

*Si modicum salis eminulis
Turis et exiguum digitis
Tangere, virgo, benigna velis,
Pœna grauis procul a fuerit.*

Ouidius Fast. 2. v. 573. de alio ritu:
Et digitis tria tura tribus sub limine ponit. Cell.

r) *ture, ac summis digitis*] i. e. *extremis*. Sæpe ita cum optunis quibusque, vt notamus ad L. 5. 10. 3: *quorum - summam figuram gerunt*. Scite Celsus de pedibus dixit L. 8. 10. 5: *summis digitis insistere*. Ad rem ipsam conf. Lact. 4. 3. 9. L. 5. 18. 12. c. 19. 29. Ep. 58. 18. Plura Grauius ad Hieron. epist. ad Heliod. f. 2. ed. Francf. f. 217: *si quis duobus digitulis tura in bustum ara iaceat*. Turneb. Aduersf. 19. c. 21. et Io. Brodzus Miscell. L. 5. c. 8. Bün.

u) *hor-*

quæ sensibus intimis horrere debuerunt^{*.*}: qui error omnis ex illius principalis ac summi boni ignoratione descendit. Vrbe a Gallis occupata, obsessi in Capitolio Romani, quum²⁷ ex mulierum capillis tormenta^{2.*} fecissent, ædem Veneri Caluæ^a consecrarunt. Non igitur intelligunt, quam vanæ²⁸ sint religiones, vel ex eo ipso, quod eas his ineptiis cauillantur. A Lacedæmoniis fortasse didicerant, deos sibi ex²⁹ euentis fingere, qui quum Messenios obsiderent, et illi furtim, deceptis obsessoribus, egressi, ad diripiendam Lacedæmonem eucurrissent; a Spartanis mulieribus fusi fugatique sunt. Co-³⁰gnitis autem hostium dolis^b, Lacedæmonii sequebantur. His armatæ mulieres obuiam longius exierunt, quæ quum viros suos cernerent parere se ad pugnam; quod putarent Messenios esse, corpora sua nudauerunt. At illi vxoribus cogni-³¹ tis, et adpectu in libidinem concitati; sicut erant^c, armati

n) *horrere debuerunt*] Goth. et Cantabr. *horrere*: Emman. *horrescere*; vulgo *colere*, quod ex præcedente repetitum videtur. *Cell.*

z) *horrere debuerunt*] Sic Goth. et Emman. et Reimm. margo. At Cantabr. et textus Reimm. Sublac. Rost. et Ven. 1471: *horrescere*, Cellarius codd. Angl. hic haud accurate citauit. *Horrere*, inquit Thomas. *habent aliquos codd. MSS - quod probatur, quia hic redit ad reprehendendos illos, qui vitia imitatione graecorum colabant, qua non colere - sed horrere debuerunt. Horresc. exhibent MSS. Vltr. Cau. Ven. 1493. 97. Betul. Tornæs. 1587 - 1613. Ifæus, Gall. Spark. Bün.*

y) *ex mulierum capillis tormenta*] Vegetius Lib. 4. cap. 9. hoc, et quod de Venere Calua est, narrauit. Id alibi etiam in graui obsidione factum, cum nerui tormentorum et machinarum deessent, Carthagine, Flor. 2. c. 15. n. 10. Salonis, Cæf. Cui. 3. c. 9. Aquileiæ, Capitolin, Maximino iun. c. 7. *Cell.*

z) *ex mulierum capillis tormenta*] Tormenta sunt *orti funes ex capillis*, vincula machinarum bell. Vid. Maasuicii not. ad Polyæn. L. 8. Stratag. c. 67. *Bün.*

a) *Veneri Calua*] de eadem Cyprian. de Idolor. Vanit. c. 2. 10. Scheid. de Diis Germ. p. 133. Pitiscæ L. A. R. T. 2. f. 1049. *Bün.*

b) *Cognitis - hostium dolis*] Emman. et Lipsiens. *dolis*, vbi *insidiis* ceteri legunt. *Cell.*

c) *sicut erant*] Supra L. 1. 8. 4. hæc voculæ rei veritatem heic non mutatam rei conditionem notant. Cic. in Bruto c. 14: *Vt erat lana amictus, ita venit in concionem*. Ouid. 5. Met. fab. 10: *Sicut eram, fugio sine vestibus*. Valer. Max. L. 4. 6. 3: *quem (Plautium) amici, sicut erat, togatum et calceatum corpori coniugis inuixerunt*, et L. 6. 5. ext. 4: *gladio cinctus - sicut erat - processit*. Conf. Iustin. L. 14. 4. 1. et L. 26. 2. 4. Barth. L. 16. Aduers. c. 5. et ad Claudian. 3. Consul. Honor. 163. p. 527. Iac. Gronou. ad Lucian. T. 2. p. 909. *Cellar.*

32 mari permisti sunt: utique promiscue; nec enim vacabat discernere. Sic iuuenes, ab iisdem antea missi ^{d. e.}, cum virginibus ^{f.}, ex quibus sunt Parthenii nati ^{g.}. Propter huius facti memoriam ædem Veneri armata ^{h. i.} simulacrumque posuerunt, quod tamen ex causa turpi venit, tamen honestius videtur; 33 armatam Venerem consecrasse, quam caluam. Eodem tempore ^{k.} Ioui quoque Pistori ^{l. m.} ara posita ^{n.} est, quod eos in quie-

ad Nepos. Pelop. 3. 2. et ad Curtium L. 8. 3. 10. et Pistisc. ad Curt. 3. 11. 9. et Freinshem. aliosque ad Flor. L. 3. c. 10. 22. ad: *qualis erat*. Plerisque enim omnibus illa formula, *ut erat, sicut erat*, usitata. Bün.

d) *ab iisdem antea missi*] Lectio est Goth. Emman. et Lipliensium scriptorum manu; ac ed. vet. Rom. Ven. et Ald. Posteriores ediderunt *ante admissi*. Cell.

e) *antea missi*] Sic aut: *ante missi* habent tres Vatic. duo Bonon. tres Lips. Goth. Cauc. Iun. Vltr. Emman. Cant. Sublac. Ven. 1471-97. Paris. Parrh. Ald. Gymn. Crat. Tornæs. Betul. et plures. At *ante admissi* habet Gryph. obseruante Iſæo, *Larinus Latinus putauit lectionem ante admissi*, (quam cum eo Iſæus *Aldina* editioni tribuit) *non modo minus absurdam esse et sensu carentem, ut censuit Thomasio, sed etiam valde adpositam et cum historia congruentem*. Atqui, addit, *verbum admittere est marem femina, vel feminam mari adnouere ad initum, unde admissio, admissura, admissarius*. Petrus Ciacconius suspicabatur legendum: *antea dimissi*. Lego ut editum. Heuman-
no verba: *sic iuuenes--nati*, glossema sunt. In Reimm. *sicuti iuuenes--cum virginibus*, post demum adscripta, omisissis verbis: *ex quibus--Parthenii nati*. Bün.

f) *cum virginibus*] repete ex n. 31: *permisti sunt*. Bün.

g) *ex quibus sunt Parthenii nati*] Hæc aliter Iustinus Lib. 3. cap. 4. narravit. Cell.

h) *Veneri armata*] Pausanias Lacon. p. 106. de Veneris Vranix templo, eiusque simulacro, *ὄντη ἡ θεὸς ἑὸν ὄραν ὠπλιαμένον*. Cell.

i) *Veneri armata*] Vid. Camerarii aliorumque notas ad Quintil. 2. Institut. c. 4. Sched. de Diis Germ. p. 133. Cren. part. IX. Animadu. p. 69. Bün.

k) *Eodem tempore*] obfessi a Gallis Capitolii tempore. Cell.

l) *Ioui - Pistori ara posita est*] Ouidius Fast. 6. v. 350:

Dicam Pistoris quid velit ara Iouis. Cell.

m) *Ioui - Pistori*] Ven. 1471. vtraque 78 - 97. Roſt. Ioui Pistori. Male. Conf. Bened. Aueran. dist. X. in Anthol. n. 22. Bün.

n) *ara posita*] Sic recte Bon. Tax. Pen. Cauc. Iun. Pal. Vltr. Goth. Lips. Reimm. cum Thomasio et seqq. ubi perperam. Ven. 1471-97. Roſt. Paris. Parrh. Crat. Ald. Gymn. Gryph. Tornæs. Walch. *ara apposita*; ex vltima prioris et prima sequentis vocis illa syllaba adfecta. Lact. 1. 21. 36: *ara posita est*, et Epit. Taur. MSS. c. 6. et c. 20. Bün.

o) in.

quiete ^o *monuisset* ^q, ut ex omni frumento, quod haberent, panem facerent, et in hostium castra iactarent, eoque facto, soluta esset ^r obsidio, desperantibus Gallis, inopia subigi posse Romanos. Quæ ista religionum derisio ^r est? si earum ³⁴ defensor essem, quid tam grauius queri possem, quam deorum numen in tantum venisse contemptum, ut turpissimis nominibus ludibrio habeatur? Quis non rideat Fornacem deam ^r? ³⁵ vel potius doctos viros celebrandis Fornacalibus ^o operari ^r? quis, quum audiat deam Mutam ^o, tenere risum queat? Hanc esse dicunt, ex qua sint nati Lares, et ipsam Laram nominant, vel Larundam. Quid præstare colenti potest, quæ loqui non potest? Colitur et Caca; quæ Herculi fecit indicium ^a de ³⁶ fur-

^o) *in quiete monuisset*] De somnio hoc silent historiz: de iactatis panibus Liuius 5. c. 48. Flor. 1. c. 13. consulatur. *Cell.*

^p) *in quiete*] eleganter pro somnio, ut sæpe Cicero in L. 1. diuin. c. 24. 28. 29. 43. 60. 61. 66. 70. Valer. Max. L. 1. c. 7. n. 1-4-6-8. extern. 1-6. et 10. Lact. 2. 7. 20. not. *Bün.*

^q) *monuisset*] Sollemne de talibus formis verbum Epit. c. 20. Vid. Broukhuf ad Tibull. 3. 4. 11. p. 314. sq. et ad L. 1. 7. 56. p. 134. Burmann. ad Petron. c. 106. p. 491. Heins. et Burmann. ad Ouid. 13. Met. 216. *Bün.*

^r) *soluta esset*] Sic restituo ex MSS. Angl. Goth. Reimm. Sublac. Ven. 1471-97. Paris. Tornæs. 1587-1613. quod male Parrh. Ald. Gymn. Crat. Gryph. Thom. et sequaces in: *soluta est*, mutarant. *Bün.*

^s) *religionum derisio*] Sic recte omnes, præter Goth. qui: *religionum diuersitas*. Male. Hic locus Borrichiorum et Cellarii diligentiam fugit, Lege Olai Borr. Cogit. p. 273. Andreæ Borr. Vindic. p. 59. et Cellarii iudicium de Vindic. p. 35. ergo non tantum ex interpretis in

Lact. 4. 18. 22. sed ipsius Lactantii stilo vox probata. *Bün.*

^t) *Quis non rideat Fornacem deam*] Inde *Fornacalia* festum dictum, ut sequitur. Ouidius de dea Fast. 2. v. 525:

Facta dea est Fornax etc. Cell.

^u) *celebrandis Fornacalibus*] mensis Februario. Ouidius Fast. 2. 527:

Curio legitimis nunc Fornacalia verbis

Maximus indicit, nec statâ sacra facit. Cell.

^x) *Fornacalibus*] farris torrendi feriis a Numa institutis. Auctores de his indicat Pitisc. L. A. R. T. l. f. 807. sq. male. Reimm. *fornacibus*. *Bün.*

^y) *operari*] sensu sacro, ut Liuius L. 1. c. 31: *operatum his sacris se abdidisse*. *Bün.*

^z) *quum audiat deam Mutam*] Ouidio Fast. 2. v. 572. dicta *Tacita*. De *Lara*, eiusque nomine et filii *Laribus*, lege quæ Ouidius finxit eodem Lib. 2. Fastor. v. 599. seqq. *Cell.*

^a) *Caca, qua Herculi fecit indicium*] Virgilius Lib. 8. ex auersis vestigiis bouum indicium Herculem inuenisse tradit: at etiam prodicionem sororis Cacz accessisse, Seruius in *Aeneid.*

furto bouum; diuinitatem consecuta, quia prodidit fratrem: et Cunina^b; quæ infantes in cunis tuerur, ac fascinam^c submouet: et Sterculus^{d. e}; qui stercoreandi agri rationem primus induxit: et Mutinus^{f. g}; in cuius sinu pudendo nubentes præsent^h, - vt illarum pudicitiam prior deus delibasse

neid. 8. v. 190. memorauit. *Cacium*, inquit, soror sua eiusdem nominis prodidit. Vnde etiam facellum meruit, in quo ei peruigili igne, sicut Vesta, sacrificabatur. Cell.

b) et Cunina] Augustinus Lib. 4. de Ciu. D. cap. 11: *Cunas tuatur, et vocetur dea Cunina*. Cell.

c) Cunina-fascinum] Vid. Turneb. Aduers. 9. c. 28. Gyrald. Oper. T. 1. f. 293. sq. Bartholin. de Puerper. Vet. ed. Wetsk. p. 106. et p. 159-162. in Ven. 1471-78. Rost. *fascinas*. prave. Ven. 1493. 97: *fascinum*. vitiose. Bün.

d) et Sterculus] Vulgo quatuor syllabis *Sterculus*: at tribus Goth. cod. et Tertullianus Apol. c. 25. Sic Prudentius Laurentio v. 450:

*Ianum bifrontem et Sterculum
Colit senatus.*

Lipf. MSS. *Stercutus* per T, quod etiam apud Plinium legitur 17. c. 9. et Isidor. Orig. 17. c. 1. nisi corruptum ex *Sterculus* est. Cell.

e) Sterculus] In Lipf. et Reimm. *Stercutus*, vt Pen. Sublac. et MS. Taur. Epit. c. 21. Ven. 1493. 97. Paris. *Stercutius*. Bon. *Stercus*. Cauc. Pal. Vltr. cum Goth. *Sterculus*. Tax. *Sterculinus*. Ven. 1471. vtraque 1478: *Sterculius*. Parrh. *Stercullius*. Variant et libri Tertulliani in Apol. c. 24. et ad Nation. L. 1. c. 9. Augustini L. 18. Ciu. D. c. 15. Plinii L. 17. c. 9. Scarabæo Critico opus est in vero dei stercorei nomine eruendo. Bün.

f) et Mutinus] Sic legendum, quamquam omnes scripti *Tutinus*. Augustinus Civ. Dei Lib. 4. c. 11: *Ipsè*

(Iuppiter) *sit Mutinus, qui est apud Græcos Priapus, si non pudes*. Quidam *Mutunus* præferunt. Cell.

g) Mutinus] Bon. Pen. Angl. Goth. Vltr. Iun. Reimm. Ven. vtraque 1478. Parrh. Iunt. *Tutinus*. Sublac. Ven. 1471. et Rost. *Tutinus*. Ven. 1493. 97. Paris. 1513: *Futinus*, quod verum nomen visum Heumanno a *futuo*. In Lipf. tert. *Motinus*. Cauc. *Mutunus*. Ald. Gymn. Gryph. Tor. nxs. *Mutinus*. In Augustino L. 4. Ciu. D. c. 11. testibus Viue et Benedictinis, non minus variant libri, nulli tamen MSS. Laët. et Aug. *Futinus*, quod in edd. ex *Tutinus* corruptum credo. Conf. Festum in Litt. M. *Mutinus* p. 256. add. Tertull. Apol. c. 25. et L. 2. ad Nation. c. 11. add. Arnob. L. 4. p. 131. et 133. et ad eum Ekmenhorst. de genuina scriptura et origine post Ian. Gulielmum L. 1. Verisimil. c. 23. Omnium doctissime Salmasis in Plin. Exercit. in Solin. c. 26. ed. Traiect. f. 219. seq. Conf. Brisson. Rit. Nupt. p. 93. Casp. Bartholin. not. ad Th. Barthol. de Puerper. Vet. p. 1-3. Gyrald. Oper. T. 1. f. 294. Rigaltius ad Tert. Nat. c. 1. putat, vocabula ista ficta a MEO et TVO inter amantium complexus. Bün.

h) præsent] Heum. legit: *resident*, vel *prius sedent*. At omnes libri: *præsent*, quod tuetur Gulielm. c. 1. vt rectum et verbum in casto operantium proprium. De re Arnob. c. 1. *Etiame Mutunus, cuius immanibus pudendis horrentisque fasci- no vestras inequtare matronas et au-*
spe-

seⁱ videatur: et mille alia portenta: ut iam vaniores, qui hæc colenda susceperint, quam Aegyptios esse, dicamus, qui monstruosa^k et ridicula quædam simulacra venerantur^l. Et hæc³⁷ tamen habent aliquam imaginem^m. Quid, quiⁿ lapidem colunt informem atque rudem, cui nomen est Terminus? Hic est, quem pro Ioue Saturnus dicitur deuorasse: nec immerito illi honos tribuitur. Nam quum Tarquinius Capitolium³⁸ Facere veller; atque in eo loco^o multorum deorum sacella essent; consuluit eos per auguria, utrum Ioui cederent^p; et,

ce-

spicabile ducitis et optatis. Augustin. C. D. L. 6. 9: *quum ibi sit et Priapus nimis masculus, super cuius immanissimum et turpissimum fascinum sedere noua nupta iubeatur.* L. 7. c. 24: *in celebratione nuptiarum super Priapi scapum noua nupta sedere iubeatur.* Büñ.

i) *prior - delibasse*] Ita recte omnes scripti et editi mei. Nescio quas editiones inuauat Brisson. de Ritu Nupt. p. 93. vbi vulgo scriptum: *delibasse.* Delibare est prægustare, ut de Mort. Pers. 38. 4. de nequissimo imperatore dictum: *ut ipse in omnibus nuptiis prægustator esset,* vbi Tollius consulatur. Büñ.

k) *monstruosa*] Sic MSS. et vet. edd. Sublac. 1465. Rost. Ven. 1471-97. Parrh. Pier. Paris. Gryph. Tornæ. Thom. et plures recentiores. Heumanno ex Iunt. et Ald. *monstruosum* rectum visum, pro quo, inquit, *monachi medio æno dicebant: monstruosa.* At Scheffero, Heinio, Gæzio, Burmanno rectius in prosa *monstruosus* quam *monstruosus*, quod Poetis magis familiare; idemque egregie Dausiquum in Orthogr. monstrare auctor est Burm. ad Petron. c. 69. p. 343. sq. Büñ.

l) *venerantur*] Sic Bon. Tax. Pen. Cauc. Vltr. Pal. Lips. Goth. vbi edd. Ven. 1471-97. Rost. Paris. Parrh.

Crat. Ald. Gymn. Gryph. Tornæ. *venerantur et colunt.* Nec hoc male. Senec. i. Clem. c. 19. (Deos) *intuemur venerantes colentesque.* Ipse Lactantius iungit L. 2. 5. 5. l. 3. 9. 17: *venerari et colere.* et Epit. 25. 15: *colenda ac veneranda.* Conf. L. 1. 15. 17. L. 2. 5. 5. Ipse Cicero i. N. D. 42: *deos colere, precari, venerari.* et L. 2. N. D. 28: *deos et venerari et colere.* Büñ.

m) *habent aliquam imaginem*] i. e. speciem, more Ciceronis, *einen Schein.* Büñ.

n) *Quid, qui*] Sic Lips. Goth. Reimm. Cauc. Pal. Iun. Vltr. Emman. Sublac. Ven. 1471-97. Paris. Gryph. Tornæ. Thom. Gall. Sparks. Cant. Cell. pro quo MS. C. C. C. Parrh. Crat. Ald. Gymn. Betul. Ifæus: *quid? quod.* Recepta verior: *quid, qui respiciunt.* sect. n. 42: *quid de his dicam, qui colunt talia.* Büñ.

o) *atque in eo loco*] Sic rescripti ex Goth. Lipsi. 2. 3. Reimm. et tribus Tornæ. edd. quia sonantius vulgato: *eoque in loco.* Büñ.

p) *utrum Ioui cederent*] Sic Lipsienses: alii scripti *cedere vellent:* quidam *cedere.* Cell.

q) *Ioui cederent*] Sic cum Lipsiensibus, Goth. Reimm. Bon. Tax. Pen. Cauc. Iun. Vltr. Betul. Ifæus, Cant. Spark. *cedere vellent.* Emman. Sublac.

cedentibus ceteris, solus Terminus^r mansit. Vnde illum poet
 39 *ta Capitoli immobile saxum*^s vocat. Iam ex hoc ipso quam
 magnus^t Iuppiter inuenitur, cui non cesit lapis, ea fortasse
 fiducia^u, quod illum de paternis faucibus liberauerat. Fa-
 40 *cto* itaque Capitolio, supra ipsum Terminum foramen est in
 recto relictum: vt, quia non ceserat; libero caelo frueretur^v.
 quo ne ipsi quidem fruebantur, qui lapidem frui putauerunt.
 41 Et huic ergo publice supplicatur, quasi custodi finium deo: qui
 non tantum lapis, sed etiam stipites interdum est. Quid de
 42 iis dicam, qui colunt talia, nisi ipsos potissimum lapides, ac
 stipites esse?

1 XXI. Diximus de diis ipsis, qui coluntur: nunc de fa-
 cris^a, ac mysteriis eorum pauca dicenda sunt. Apud Cyprios
 humanam^{b,c} hostiam Ioui Teucus immolauit, idque sacrifi-
 cium

lac. Ven. 1471-97. et pleraque, ce-
 dere. vitiose in textu Thomi. et Gall.
 quum in notis et variis cederent pro-
 basent. Büñ.

r) *solus Terminus*] Immo et *Dea lu-
 ventas* cum Termino fuit contumax,
 testantibus aliis, quos indicat Ryc-
 quius de Capitol. Rom. c. 9. p. 81. et
 c. 14. pr. de *Termino*. Conf. Liuium
 L. 1. c. 55. Rupertum ad Flor. 1.
 c. 7. n. 8. Crenium part. IX. Anim-
 adu. p. 71-77. Büñ.

s) *poeta Capitoli immobile saxum*]
 Aeneid. 9. v. 448. Cell.

t) *Iam quam magnus*] Similis iro-
 nia L. 1. 20. 6: *Iam quanta ista im-
 mortalitas putanda* sit etc. Conf.
 L. 5. 20. 13. Büñ.

u) *fiducia*] Reimm. *indicia*. Büñ.
 x) *libero calo frueretur*] Sic Cicero 5.
 Tusc. 13: *volucres calo frui libero*.
 Senec. ad Polyb. c. 28. extr. *Fruitur
 nunc aperto et libero calo*. Büñ.

a) *de sacris*] Lege Alex. ab Alexan-
 dro L. 6. cap. vlt. et Tiraquellum
 Vof. L. 1. Idol. c. 35. et L. 11. et

Cren. p. IX. Animadu. p. 77. sqq.
 Büñ.

b) *Apud Cyprios autem*] MSS.
 Angl. Goth. Lipf. 1. *Apud Cypros au-
 tem*. Lipf. 2. clare *Apud Ci-
 prios autem*: tertius eodem modo
 nisi quod leui prauatione *Cipries* ha-
 bet. Vetusæ edd. *apud Cyprios*, sed
 hæ expungerunt *autem*, quod vel
 simile, adfuisse, præter scriptos
 libros, ex Aldi substituto *apud Cy-
 pri Salaminem*, adparet, quem re-
 centiores sunt secuti. Cell.

c) *Apud Cyprios humanam*] Sic
 (non: *Cypros autem*) clare in Go-
 thano, nec aliter Bon. Pen. Iun. Pal.
 Vltr. Bononiensem, de quo tacet
 Thomafius, hic Isæus inspexit in
 suis variis, item ed. Ven. 1493. Par.
 1513. intendit. 1497. quæ vitiose lit-
 tera p inuerfa: *apud Cydrios huma-
 nam*, (nisi calamus in meo ita *Cy-
 crios* correxit.) MS. Emman. Sublac.
 Ven. 1471. vtraque 1478. et Rost.
Apud Cypros autem (non: *Cyprios*,
 vt vult Heumannus). Illa: *apud Cypri*
 Sala-

cium posteris tradidit: quod est nuper, Hadriano imperante, sublatum ^{d. e.} Erat lex apud Tauros ^{f.}, inhumanam et feram gentem, vti Dianæ hospites immolarentur ^{g.}: et id sacrificium multis temporibus celebratum est. Galli Esum ^{h.} atque Teutamem ^{i. k.} humano cruore placabant. Ne Latini quidem huius immanitatis expertes fuerunt, siquidem Latiaris ^{l.} Iup-

Salaminem non Aldus, vt putat Cellarius, substituit, sed ante eum Parrh. et Iun. exhibuerunt, neque ea indocta, ab Heumanno docte adfecta. Vt apud Salaminem valeat: *Salamine*. Sic de Mort. Pers. 48. 2: apud Mediolanum, vbi Eusebius: ἐν τῇ Μεδιολανῶ. At quia in sequentibus non vrbes, sed gentes Tauros, Gallos, Latinos memorat, apud Cyprios scripsisse videtur. Epit. c. 23: Ioni Cyprio, sicut Teucrus instituerat, humana hostia mactari solebat. Rem illustrat Betuleius. Büñ. ^{d)} Hadriano imperante sublatum] Silent historiz. Cell.

^{e)} Hadriano - sublatum] Hadrianum hæc sacra antiquasse, neque apud Dionem, neque apud Spartianum, nec Eutropium legitur. Eusebius scribit, Adriani temporibus has impij erroris nebulas Euangelici solis splendore fuisse discussas. Eutropius vero Traiani temporibus Salaminiam (sic enim ipsam cum Plinio vocat) a Iudæis deletam fuisse ait. Spartianus quidem auctor est, Adriam Romanam sacrificia diligenter curasse, ceterum externa neglexisse. Ex Actis Apost. c. 13. certum est, Paulum et Barnabam Salamine Cypri in synagogis Iud. verbum Dei adnuntiasse. Hæc a Constantio Constantia fuit postea adpellata. Betuleius.

^{f)} Erat lex apud Tauros] Populum supra Pontum Euxinum. Ouidius exsul Lib. 4. Trist. eleg. 4. v. 63:

*Nec procul a nobis locus est, vbi
Taurica dira
Cede phœtrata pascitur ara
dea.* Cell.

^{g)} apud Tauros - Diana hospites immolarentur] Et hæc docte illustrat Betuleius. Büñ.

^{h)} Esum] i. e. Martem. Vid. Schedium de Diis Gerin. c. 6. p. III. sq. Büñ.

ⁱ⁾ Galli Esum atque Teutamem] Cæsar. de Gallis Lib. 6. cap. 16: pro victimis homines immolant. Esum siue Hesium Martem; Teutamem Mercurium interpretantur, qui et Aegyptiis Teush adpellatus fuit, vti huius libri cap. 6. est ostensum. De vtroque Lucanus Lib. 1. v. 444:

*Es quibus immitis placatur sanguine dero
Teutates, horrensque feris altari-
bus Esum.* Cell.

^{k)} Teutamem] i. e. Mercurium. Sched. c. 1. c. 5. p. 107. sq. Add. Leibnit. ad Thom. 1. Script. Rer. Brunsvic. f. 8. not. (c) et Vosf. Idolol. L. 1. c. 35. de Gallorum victimis humanis. Cicero pro Fonteio c. 10. Sublac. Rost. Ven. 1471. secunda 1478. 93. 97: Theutamem. Ven. prima 1478: Theutamem. At Parrh. Ald. Paris. Teutamem, aut Theutamem. Büñ.

^{l)} Latiaris] Correxii ex Goth. et Cauci MSS. Latiaris. Sic quoque Cl. Puteani MSS. Laet. h. l. teste Laubino ad Cic. pro Milone c. 31. vbi cum Grut. et Grauius ex MS. defenditur ea vox. Etiam in Taurin. Epit.

- 4 Iuppiter etiam nunc sanguine ^m colitur humano. Quid ab his boni ⁿ precantur ^o?, qui sic sacrificant? Aut quid tales dii hominibus præstare possunt, quorum pœnis propitiatur? Sed de Barbaris non est adeo mirandum, quorum religio cum moribus congruit: Nostri vero, qui semper mansuetudinis et humanitatis gloriam sibi vindicarunt, nonne sacrilegis his sacris immaniores reperiuntur? Hi enim potius scelerati sunt habendi, qui, quum sint liberalium disciplinarum studiis expoliti, ab humanitate desciscunt, quam qui rudes et imperiti ad mala facinora bonorum ignoratione labuntur. Ad-
- pe

Epit. c. 23: *Latialis Iuppiter*. Testatur quoque Iuretus not. ad Symmachi Lib. 1. ep. 9. Lactantii membranas habere: *Latialis Iuppiter*. In editis regnat: *Latialis*, sola Ven. 1497: *Latinis Iuppiter*. vitiose. Insumul obseruo Cellarium, humanum immolatum sanguinem hic ad amphitheatrum referentem, errasse, atque ideo in notis ad Minutium c. 30. 1-4. ad ferias Latinas in monte Albano retulisse. Bün.

m) *Latialis Iuppiter etiam nunc sanguine*] Idem obiciunt Tertullianus Apolog. c. 9. et in Scorpiace c. 7. Mimuc. Felix p. 297. (vbi Elmenhorst. vide) et Prudentius adu. Symmach. Lib. 1. v. 396. Ritus non satis notus. Videtur in amphitheatrali munere, auspiciandi causa, noxius seu damnatus mactari pro victima solitus. Tertullianus enim Apolog. c. 9: *Sed bestiarum, inquit, etc.* Adde Lipsium de Amphitheatro cap. 4. Cell.

n) *Quid ab his boni*] Sic omnes scripti et editi, quos sequi æquius quam vnum Gothanum hic non plane sanum, habet enim: *Quid a diis bonis*, sensus facilis: *Quid boni precantur ab his sc. diis*. Bün.

o) *Quid a diis boni precantur*] Plerique scripti, editi, *quid ab his boni*

precantur. inepte. Quam propius et indoli Latinitatis et seriei verborum insequentium Gothanus codex, quem expressimus, accedit? Cell.

p) *precantur*] Sic recte Goth. tres Lips. Reimm. Rost. Ven. 1471. secunda 1478. Paris. 1513. Tornæ. Bëtul. Cell. vbi perperam prima 1478. 93. 97. Parrh. Ald. Gymn. Gryph. Crat. Thomas. Isæus. Gall. ed. Cantabr. *precatur* in singul. quum sequatur in omnibus: *sacrificant*. Hinc cognoscas incuriam editorum. Bün.

q) *qui sic sacrificant*] Sic Goth. Lips. tres, Cauc. Pal. Vltr. et Sublac. Ven. 1471 - 97. Rost. Paris. Gryph. Vbi Parrh. Ald. Gymn. Tornæ. quibus sic *sacrificant*. Bün.

r) *ab humanitate desciscunt*] Lips. 2. et Reimm. perperam: *ab humanitate desistunt*. L. 4. II. 1. a lege desciscerent. Ira 23. 21: a pietate desciscere, restituiimus. Bün.

s) *ad facinora labuntur*] Suspicio, inquit Heumannus, Lactantium scripsisse: *delabuntur*. At rectum simplex. Lact. 4. 1. 3: *ad hos fragiles deos lapsi*. L. 6. 13. 3: *qui ad peccatum labuntur*. L. 6. 24. 1: *ad iniustitia viam lapsus est*. Ipse Cicero pro Sextio c. 55: *ad insolitum genus dicendi labi*. Bün.

t) *Reo*

paret tamen, antiquum esse hunc immolatorum hominum ritum; siquidem Saturnus in Latio eodem genere sacrificii cultus est: non quidem ut homo ad aram immolaretur; sed ut in Tiberim de ponte Milvius mitteretur: quod ex responso quodam factitatum, Varro auctor est, cuius responsi ultimus versus est talis:

καὶ κεφαλαῖς Κρονίων καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε Φωτα.

Quod quia videtur ambiguum; et fax illi, et homo iacti solet. Verum id genus sacrificii ab Hercule, quum ex Hispania rediret, dicitur esse sublatum, ritu tamen permanente, ut pro veris hominibus imagines iacerentur ex scirpo: ut Ovidius in Fastis docet:

Donec in hac venit Tirynthius arua, quotannis

Tristis Leucadio sacra peracta modo.

Illum framinæ in aquam misisse Quirites:

Herculis exemplo corpora falsa iaci.

Hæc sacra Vestales virgines faciunt, ut ait idem:

Tam quoque præscorum virgo simulacra virorum

Mittere robore scirpea ponte solet.

Nam de infantibus, qui eidem Saturno immolabantur propter

[Κρονίων] MS. Cæci Αἰδῶν, hic ex Macrobo. i. Sat. 7. Ifxus et Tiberis hic scribendum censent.

Κρονίων hic est Iupiter, ut illi putabant, Saturnus vero L. 46: Ζῆν Κρόνος.

hic accentu Φωτα, ad præteritum ambiguitatem. Conf. L. 46. ad August. C. D. L. 7.

[Quum in Fastis docet] L. 5. Cell.

[Cæci] Goth. aufe-
[Cæci] Goth. aufe-
[Cæci] Goth. aufe-

[Cæci] Goth. aufe-
[Cæci] Goth. aufe-
[Cæci] Goth. aufe-

hic edidit; quod, ut rectius, recepti præcessit: *misisse*. Bütt.

2) *ut idem ait*] Lib. 5. Fastor. v. 621. Cell.

a) *Nam*] Transitioni *nam* h. l. eleganter inseruit. de quo plura ad de Opif. c. 10. n. 26. ubi docti viri voculam illam sollicitant. Bütt.

b) *de infantibus, qui eidem Saturno*] Tertullianus Apologet. c. 9: *Infantes penes Africam Saturno immolabantur palam, usque ad proconsulatum Tiberis*. Cell.

c) *de infantibus-Saturno immolabantur*] Auctores collegerunt de hac re Tiraquell. ad Alex. ab Alex. L. 6. c. ult. p. 749. Elmenh. ad Arnob. L. 2. p. 103. Cren. p. IX. Animadu. p. 77. sq. Bütt.

10 propter odium Iouis; quid dicam, non inuenio. Tam barbaros, tam immanes^{d.} fuisse homines, vt parricidium suum, id est, retrum atque execrabile humano generi factus, sacrificium vocarent: quum teneras, atque innocentes^f animas, quæ maxime est ætas & parentibus dulcior^h; sine vilo respectu pietatisⁱ exstinguerent, immanitatemque omnium bestiarum, quæ tamen fetus suos amant, feritate superarent.

11 O demerentiam insanabilem! quid illis isti dii amplius facere possent, si essent iratissimi, quam faciunt propitii? quum suos

d) Non inuenio barbaros tam immanes] Sic incidunt et legunt MSS. Angl. et Lips. et edd. Rom. ac Ven. antiquæ. Id vero discriminis inter est, quod Lips. inclusum prius *tam* expungunt, a ceteris seruatim. Aldus et vulgares, *quid dicam, non inuenio. Tam* etc. Cell.

e) *quid dicam, non inuenio. Tam barbaros, tam immanes*] Rost. *quid dicam? Non inuenio tam barbaros immanes.* Reimm. vtraque Ven. 1478. 93. 97. Paris. *quid dicam? Non inuenio tam barbaros tam immanes* etc. bis *tam* repetito. Muto solam distinctionem et lego cum Parrh. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæ. Thom. Bodil. Ihes. Thyf. Gall. Spark. et Cant. ed. *quid dicam? non inuenio. Tam barbaros, tam immanes.* Ex Cellarii et nonnullorum veterum distinctione consequeretur, BARBAROS num. 10. Romanis cunctioribus opponi, at barbaros quoque immolasse infantes Lactantius non ignorabat, vti clarum ex epit. c. 23: *eadem Saturno Carthaginenses infantes profecabant.* adde a me n. 9. citatos auctores, qui barbaras gentes ab hoc parricidio non liberant. Si quis attente repetat ex n. 4. verba: DE BARBARIS NON est adeo MIRANDVM, iam sentiat, omnia planiora fieri, si elegantem hic et Ciceronianam ellipsin statuamus, nulla vocu-

la mutata: *Nam de infantibus - quid dicam non inuenio.* (MIRANDVM EST) TAM BARBAROS, TAM immanes fuisse homines, vt parricidium - sacrificium vocarent. Obseruari iam in indice meo ad Castellionis Cod. S. p. 107. auctore Græuio ad Cic. 2. Att. ep. 6. et ad Instin. 2. c. 14. Nihil frequentius optimis scriptoribus, quam in admirationibus vti infinitiuis, omisso MIRANDVM EST. Bün.

f) *innocentes*] Viti huius vocis eximie illustrat Gronou. ad Minuc. 2. p. 9. 10. ad verba: *annis adhuc innocentibus.* Bün.

g) *animas, qua - atas*] pro: *quarum atas.* Eleganter Instin. 18. 6: *impubes, que atas* (i. e. quorum atas,) etiam hostium misericordiam provocat, aris admocebant. Plura Gronou. ad Liuii L. 23. 11. vbi ex L. 24. citat: *puellis vt saltem parcerent, a qua etate etiam hostes iratos abstinere.* Conf. Burmann. ad Quintil. 5. Inst. 10. p. 426. et Cortium ad Sall. Jug. 5. 2. p. 429. et ad Catil. 2. 1. p. 9. Bün.

h) *maxime - dulcior*] Singularis constructio pro: *maxime dulcis,* aut: *dulcissima.* Vid. Heusinger. ad Vechner. Hellenol. p. 171. Bün.

i) *pietatis*] Amoris parentum aduersus liberos. L. 4. 17. Mort. Pers. c. 52. 2. Bün.

k) or-

suos cultores parricidiis inquinant, orbitatibus mactant^k, humanis sensibus spoliant? Quid potest esse his hominibus san-¹²cti? Aut quid in profanis locis facient^l, qui inter aras deorum summa scelera^m committunt? Pescenniusⁿ Festus¹³ in libris historiarum per satiram^o refert, Carthaginienses Saturno humanas hostias soliros immolare, et quum victi essent ab Agathocle rege Siculorum^q, irarum sibi deum putavisse; itaque, ut diligentius piaculum soluerent, ducentos nobilium filios immolasse.

*Tantum religio potuit^r suadere malorum,
Quae peperit saepe scelerosa atque impia facta.* 14

Cui ergo dementissimi homines^s illo sacrificio consulēbant? ¹⁵ quum tantam partem civitatis occiderent, quantam fortasse^t ne

k) orbitatibus mactant] L. 5. 10. 14, graui eos infortunio mactat. Cic. 1. Catil. exeunte: aeternis suppliciiis vivos morsuosque mactabis. In Bon. orbitate. Alia non protrita de mactare. Drakenb. ad Sil. It. 17. v. 500. p. 873. Bün.

l) facient] Goth. Lipf. 2. et Reimm, faciunt. Bün.

m) inter aras - scelera] Cypr. ed. Oxon. f. 7. ad Donatum L. 2. ep. 2. ed Bas. inter leges ipsas delinquitur inter iura peccatur. Bün.

n) Pescennius] Sic rectius vtraque 1478. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Thom. Tornæ. quam Sublac. Ven. 1471. 93. 97. et Rost. Pescennius. Bün.

o) Pescennius Festus - per satiram] Huius ætas historici non constat. Historias autem per satiram dixit, quas Græci vocarent ποικίλης ἱστορίας βιβλία. tralatio sumta a saturnalance, quæ variarum rerum copia erat referta. Vossius. Cell.

p) per satiram] In edd. antiquis omnibus: per Sacyram. At docti ad Sall. Incurth. c. 31. maxime Wasse p. 315. et Curtius p. 549. multis mo-

dis satiram per u præferunt et abunde illustant. Bün.

q) ab Agathocle rege Siculorum] quod bellum Iustinus scripsit Lib. 22. maxime c. 6. et 7. Cell.

r) Tantum religio potuit] Prior versus est integer Lucretii Lib. 1. 102. alter ex eiusdem libri v. 84:

*Religio peperit scelerosa atque
impia facta,*

leui mutatione productus. Cell.

s) dementissimi homines] Lipf. 2: clementissimi. At recte reliqui libri: dementissimi. sequitur n. 16: insana, et n. 11: o dementiam. Sæpe hæ voces demens, clemens, dementia, clementia confunduntur in libris, ob similitudinem d litteræ cum cl. Vid. not. L. 5. 10. 4. Bün.

t) quantam fortasse etc.] At secundum Iustinum c. l. tria millia de Pœnis, secundum Orosium duo millia, secundum Diodorum mille, notante Bongarsio ceciderunt. Ergo Lactantius de nobilibus, tamquam eximia civitatis parte, intelligendus, quorum fortasse ne ducenti quidem ceciderent. Bün.

u) Ab

16 ne Agathocles quidem victor occiderat. Ab isto genere sacrorum non minoris insaniam * iudicanda sunt publica illa sacra, quorum alia sunt matris deum *, in quibus homines suis ipsi virilibus ⁊ litant; amputato enim sexu nec viros se, nec feminas faciunt: alia Virtutis, quam eandem Bellonam ⁊ vocant, in quibus ipsi sacerdotes non alieno, sed suo eruere sacrificant a. b. Sectis namque humeris c, et vtraque manu districtos gladios exerentes, currunt, efferuntur d. e, insaniant.

u) Ab isto genere sacrorum non minoris insaniam] Deleo, inquit Heumannus, quatuor hac verba: (ab isto genere sacrorum,) scilicet ad: non minoris aliquis in margine adscripsit: isto genere sacrorum. Mihi vero non sine causa omnes scripti et editi illa quatuor verba exhibere videntur. Sic aliquoties vetus interpres Lat. Psal. 8. 6. et Hebr. 2, 7: *minuisti eum paullo minus ab angelis*, uti quoque citat Facundus Episc. L. 6. c. 3. p. 236. et p. 240. Saepe ita vetustissimus interpres Lat. Irenæi L. 2. c. 43: *in quantum minor est ab eo, qui factus non est*, et L. 2. c. 63. f. 193: *inferiora sunt ab eo, qui ea fecit*. vbi vide Grabii notam (a) et ad L. 1. c. 25. f. 102. not. d. ad verba: *plus potuisse iustitia et prudentia et sapientia ab omnibus*. Hi illud ab post comparatiuum ponunt pro quam, vnde sensus esset: *non minoris insaniam publica illa sacra, quam istud genus sacrorum*. Ipse Lactantius hæc ita extulit in huius loci Epitome c. 23: *Nec illa his humaniora sunt, que fiunt etiam nunc Matri magna atque Bellona*. Alioquin elegantius posset defendere, si exponas: *ab pro post*. Post istud genus sacrorum, uti ex mente Heintii ad Ouid. Heroid. XVI. 96. versus Heroid. XVIII. 69. consentiente Heumanno explicandus: *A Veneris facie non est prior vlla, tnaque*. Bün.

x) quorum alia sunt matris deum]

De cuius nefandis sacris Augustinus Ciu. Dei Lib. 7. cap. 26. legatur. Cell. y) suis ipsi virilibus]. Reimm. suis ipsis virilibus hic placet. Bün.

z) Bellonam] L. 5. 10. 15. et interpretes ad Minuc. c. 30. Egregie illustrat hanc sectionem Seneca apud August. Giu. D. 6. c. 10. Explicat Lipsius L. 2. Elect. c. 18. et Nic. Abram. ad Cic. in Pison. c. 20. Bræckhus. ad Tibull. 1. 7. 51. p. 132. Conf. Pitisci L. A. R. T. 1. f. 270. Bün.

a) suo cruore sacrificant] Minucius Felix p. 298: *Bellona sacrum suum hausit humani cruoris imbuit*. Sacrum suum, est, sibi sacratum, sibi seruientem hominem. Cell.

b) suo cruore sacrificant:] M. Theod. Cruger. in erudita dis. *περι των αντιψυχων* p. 23. hic legit: *suo cruore* pro principe sacrificant. Mei libri omnes, et recte, sine istis: *pro principe*; nec habet Epit. c. 23. Bün.

c) sectis - humeris] de his Bellonariis Senec. Vit. Beat. c. 27: *aliquis secandi lacertos suos artifex, brachia atque humeros suspensa manu cruentis at*. Bün.

d) efferuntur] Sic libri: ut non sit quod Gallæus cum Dempstero correxerit efferantur. Videtur Tullium imitatus pro Cælio cap. 9. dicentem: *Lesi dolent, irati efferuntur, pugnant læcessiti*. Cell.

e) efferuntur, insaniant] Deprehendo

niunt. Optime igitur Quintilianus in Fanatico *f. 8*: *Isud*, inquit, *si Deus cogit, iratus est.* Etiamne hæc sacra sunt? ¹⁸ nonne satius ^b est pecudum more viuere, quam deos tam impios, tam profanos, tam sanguinarios colere? Sed vnde ¹⁹ isti errores, et hæc tanta flagitia manauerint, suo loco disseremus. Interim videamus et cetera, quæ carent scelere, ne studio insectandi videamur eligere peiora ⁱ. *Isidis* ^k *Aegyptia* ²⁰ sacra ^l sunt, quatenus filium paruulum vel perdiderit, vel inuenerit. Nam primo sacerdotes eius, deglabrato ^m corpore, sua pectora ⁿ tundunt, lamentantur, sicut ipsa, quum perdidit, fe-

hendo in Reimm. et omnibus scriptis et editis: *efferruntur*; vt nequidquam Demisterus et Gallæus, frustra quoque Meursius in Commentar. in Lycophronis Casandr. v. 4. legendum censeant: *efferrantur* ab *efferrare*. Est *efferrari* constans in talibus Lactantii verbum, L. 4. Inst. 27. 12: *Percirus demensit, effertur, insanit.* L. 6. 20. 32: *quom exclamare, et efferrari, et exsilire ceperint.* Epit. ex Taur. et Bon. c. 63. 8: *tanta efferrantur insaniam.* Docte Seneca 2. Ira c. 4: *Et vt facias, quemadmodum incipient adfectus, aut crescens, aut efferrantur - tertius motus (quo efferrantur) est iam impotens - qui rationem eicit.* Cicero de *Orat.* 5. c. 10: *iracundia efferrantur.* Cicero fere de omnibus adfectibus vehementioribus vtitur illud *efferrari*. *Bün.*

f) Quintilianus in Fanatico] non adparet. *Cell.*

g) Fanatico] Rectius quam Rost. Ven. 97: *Phanatico*. Vtraque 1478: *Pharico*. Parrh. Iunt. Ald. *Fanatico bello*. Declamationis titulum credit Fabric. B. L. p. 430. Non aliunde notus hic titulus. *Bün.*

h) nonne satius] Reimm. Lipf. 2: *non satius est*, pro nonne, vt notauit ad Epit. c. 36. ex MS. Taur. *Non satius fuerat*, vbi sine necessitate vni-

ci codis scriptura correctæ in *nonne*. Hic tamen satius, plures sequi, quam mutare. *Bün.*

i) eligere peiora] Rectius sic MSS. et vtraque 1478. 93. 97. alize, quam Sublac. Ven. 1471. et Rost. *eligere potiora*. Expresit Cyprian. L. 2. ep. 2. f. 34: *ne nos videamur eligere forte peiora, et studio destruendi per ea oculos tuos ducere.* Cicerone auctore L. 3. de Legib. 10. pr. *est iniqua in omni re accusanda, pratermissis bonis, malorum enumeratio vitiorumque selectio.* *Bün.*

k) Isidis] Vid. Plutarch. liber de Iside. Witfii *Aegypt.* L. 2. c. 3. 4. L. 3. c. 4. Tertull. 1. Marc. 13. *Bün.*

l) Isidis Aegyptia sacra] Supra cap. 11. num. 20. cap. 17. n. 6. *Cell.*

m) deglabrato] Sic recte cum MSS. Reimm. Ven. vtraque 1478. et pleræque. vitiose 1471: *delabrato*, vnde peius dolobrauit. Rost. *dolabrato*. Herod. in Euterpe: Sacerdotes tertio quoque die corpus eradunt, ne quis pediculus deos colentibus aut alia sordes creetur. Add. Plut. de Iside f. 54. qui docet, derasisse caput luctus causa et glabrum fecisse totum vndique corpus. *Bün.*

n) pectora tundunt] Lipf. 2. vitiose *condunt*. Reimm. *condunt*. Docte Castellio transtulit Luc. 18, 13: *præ-*

fecerat. Deinde puer producitur quasi inuentus, et in latinitate luctus ille mutatur. Ideo Lucanus ° :

numquamque satis questus Osiris.

- 21 Semper enim perdunt, et semper inveniunt. Refertur ergo in sacris imago rei, quæ vere gesta ^k est, quæ profecto, si quid sapientius, declarar, mortalem mulierem fuisse, ac pæne orbam, nisi vnicum reperisset. Quod illum ipsum poetam ^m minime fugit, apud quem Pompeius adolescens, mortis patris audita, hæc loquitur :

Euoluam busto ⁿ iam numen gentibus Isim;

Et tectum lino ° spargam per vulgus Osirim.

- 22 Hic est Osiris, quem Serapim vel Serapidem vulgus adpellat. Solent enim mortuis consecratis nomina immutari; credo, 23 ne quis putet eos homines fuisse. Nam et Romulus post mortem Quirinus factus ^p est; et Leda Nemesis^r; et Circe Marica^s; et Ino, postquam se præcipitauit^t, Leuco-

thea

Æus tundeat, phrasi præter ceteros Quidio frequenti. Sic Apul. 4. Metam. p. 198: *quid pectora - tunditis?* Büñ.

o) *Ideo Lucanus*] Lapsus memoria, quia Quidii verba sunt Lib. 9. Metam. v. 692. Cell.

k) *qua vere gesta est*] Sic Emman. et Lipf. codd. *vere*; vulgo *vera*. Cell.

l) *vere gesta*] Sic recte MSS. Goth. Bon. Tax. Cæuc. Iun. Vltr. Pal. cum Reimm. Emman. et Lipf. et iam receperant Crat. Gymn. Betul. et Tornæs. ab 1548 - ad 1613. In Gotting. contra mentem Heumannii, vt in Ven. 1471 - 97. et aliis: *vera*. Büñ.

m) *illum ipsum poetam*] Hic deum Lucanus est, cuius verba mox sequuntur ex Lib. 9. v. 158: *Euoluam busto etc.* Cell.

n) *euoluam busto*] i. e. loco cit. Lucani v. 153: *adytis retegam corpus, siue v. 155: tumulo euellam.* Büñ.

o) *tectum lino*] MS. Ball. legit *lino*, i. e. linteis inuolutum. Spark. *lino* in

omnibus Lucani codicibus legi sæpe tradit. Büñ.

p) *Quirinus factus est*] MSS. Emm. Goth. Lipf. *factus*: quod aliis est *dictus*. Cell.

q) *Quirinus factus*] Sic Bon. Tax. Pen. Vltr. Iun. Gron. Reimm. Tornæs. 1587 - 613. pro edd. *dictus*. Büñ.

r) *et Leda Nemesis*] Eadem etiã Germanici Cæsaris paraphrasta in *Cygnus* est: diuersa aliis. Vid. Hygin. Poet. Astr. 2. cap. 8. in *Oloro*. Cell.

s) *et Circe Marica*] Varias de Marica opiniones recenset Seruius in Aeneid. 7. v. 47. Sed et Circe Hesiodo Theog. extrem. est Latini mater, qui Maroni d. l. *genitus Lawrence Marica*. Cell.

t) *postquam se precipitauit*] Adhuc pleraque MSS. et edd. omnes SE: at Gothan. sine pronomine: postquam *precipitauit*. Sæpe pronomine SE in hoc verbo et aliis omititur. Multa exempla dat Vechner. Hellen. p. 66. sq. ed. Heusingeri. Büñ.

u) *Leno*.

thea^a; materque Matuta^a, et Melicertes filius eius, Palæmon, atque Portunus. Sacra vero Cereris Eleufinæ^a non sunt his^a 24
 difsimilia. Nam, sicut ibi Ofiris puer planctu matris inquiri-
 tur: ita hic ad incestum patruī matrimonium rapta Proserpi-
 na, quam quia facibus ex Aetnæ vertice accensis quaesisse in
 Sicilia Ceres dicitur; iccirco sacra eius ardentium tædarum
 iactatione celebrantur. Apud Lampfacum Priapo litabilis^a 25
 victima est asellus, cuius sacrificii ratio in Fastis hæc redditur:
 quum dii omnes ad festum matris magnæ convenissent, epu-
 lisque satiati, noctem lusibus ducerent; quieuisse humi Ve-
 stam^b, somnumque cepisse: ibi Priapum somno eius ac pudic-
 itiz infidiatum; sed illam intemptiuo clamore aselli, quo
 Sile-

n) *Leucothea*] Rescripti syll. pen-
 ultimam per e, iubentibus Bon. Tax.
 Pen. Iun. Vltr. Pal. Cauc. Lips. 1.
 Goth. et Ven. 1493. 97. Paris. Parrh.
 Ald. Gryph. Tornæz. Betul. Crat. in
 quibus: *Leucothea*, et vero propius
 Ven. 1471. utraque 1478. Roit. *Leu-
 cotea*. Cicero i. Tusc. 12: *Ino*, *Cad-
 mi filia*, nonne *Leucothea nominata*.
a Græcis Matuta perhibetur a nostris.
 Conf. 3. Nat. D. 15. et 19. Cyprian.
 Idol. Vanit. c. 1. 3. Ita quoque Har-
 drin. et Dalechamp. ead. recte in
 Plinii L. 5. c. 9. extr. non *Leucothea*,
 vt Fabri Thesaurus et Secretar. Ex-
 ped. 13. A. 1713. p. 91. et hic recentio-
 res male Thomasiū secutz in Lact.
 habent. Rectiora dudum monuit
 Muncker. ad Hygin. fab. 2. p. 15. sed
 ibidem extrat, quum scribit, Lactan-
 tium L. 1. c. 6. docuisse: *Leucothea*
festu dicta Matralia, nulla in La-
 ctancio inuenitur *Matralia*, Fe-
 stus vero memorat *matralia matris*
Matusa festa. Büñ.

x) et *Ino*, *Leucothea*, *Matusa*]
 Ouidius Metamorph. 4. de Ino et Me-
 licerta in marinos deos a Neptuno
 mutatis, v. 340:

nomenque simul faciemque mo-
 uavit^a

*Leucothoëque deum cum matre Pa-
 lemone dixit*. Cell.

y) *Cereris Eleufinæ*] Egregie Span-
 hem. ad Callim. in Cererem. Barth.
 ad Stat. 4. Silii. 8. 50. p. 414. Meursius
 in Eleufinis. Büñ.

z) *litabilis victima*] Gronou. cod.
habilis, id est idonea. Non male.
 Cell.

a) *litabilis*] Bon. *litalis*. Lips. 2d.
ficabitur. Paris: *laralis*. Ven. 1471.
 utraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Ald.
larabilis. Idem vult e simplex in Roit.
larabilis. Crat. et Gymn. *larabilis* † ali-
 ter: *larabilis*. Gronouio ex suo cod.
 placebat: *habilis*, certe dicitur scēt.
 30: *aprior victima*, nec aliter in h. l.
 Epit. c. 23. At MSS. Goth. Lips. 1. 3.
 Reimm: *litabilis*, vt in Epit. c. 65.
 dixit: *litabiliorē victimam*. Minuc.
 32. 2: *est litabilis hostia bonus ani-
 mus*. Heinsius ad Ouid. 6. Fast. 631.
 p. 420. præfert ex Bon. *litalis*. Mox
 Reimm. *ratio traditur*. Büñ.

b) *quieuisse humi Vestam*] Lotidi
 nymphæ Ouidius Fast. 1. v. 423. seqq.
 tribuit: at idem Lib. 6. v. 335. etiam
 Vestæ. Cell.

c) ve-

Silenus vehebarur^c, excitatam; libidinem vero insidiatoris es-
 26 se deceptam^d *. Hac de causa Lampfacenos asellum Priapo,
 quasi in vltionem, mactare consueuisse: apud Romanos
 vero eundem Vestalibus sacris in honorem pudicitiae conser-
 27 vatæ, panibus coronari. Quid turpius? quid flagitiosius?
 quam si Vesta beneficio asini virgo est? At poeta fabulam fun-
 28 xit. Num ergo illud est verius, quod referunt ii, qui *Περσέ-
 νόμεια* conscripserunt, quum de duabus Cancris stellis loquuntur,
 quas Græci *ὄνος*^e vocant, asellos fuisse, qui Liberum patrem
 transuexerint, quum animum transire non posset: quorum
 alteri hoc præmium dederit, vt humana voce loqueretur:
 itaque inter eum Priapumque ortum esse certamen de obsceni
 29 rem. Hoc vero multo magis ineptum est: sed poetis licet,
 quidquid velint. Non excutio tam deforme mysterium,
 nec Priapum denudo; ne quid adpareat risu dignum. Fin-
 xerunt hæc sane poetæ: sed necesse est, alicuius maioris
 30 turpitudinis tegendæ gratia ficta sint. Quæ sit *ε*^h ergo,
 quæramus. At ea profecto manifesta est. Nam sicut Lunæ
 taurus mactatur, quia similiter habet cornuaⁱ; et

Placat equo^k Persis^l radiis Hyperiona cinctum;
Ne detur celeri victima tarda deo:

c) *vehebarur*] More veterum, vt n. 28: *qui vehi equis, asinis* etc. Vid. Iustin. L. 41. 3. 4. *Bün.*

d) *esse deceptam*] Vulgo *desectam*: at Emm. Goth. Lips. *deceptam*. Cell.

*) *deceptam*] Sic Sublac. Rost. Paris. Tornæ. *Bün.*

e) *de duabus Cancris stellis - quas ὄνος*] Hyginam lege Poet. Astr. Lib. 2. c. 23. *Cell.*

f) *obsceni*] Sic plures MSS. Bon. tres Vatic. Tax. Pen. Ultr. Cauc. Lips. Goth. Pal. Reimm. et editiones vetustiores, vt frustra adstant recentiores: *membri*. Sic locus geminus. Epit. 23: *magnit. virilis obsceni obsequens de Prodig. c. 84: puer dupli- cipi obsceno nasus*. Plura Burmann.

ita
 ad Ouid. 6. Fast. 633. p. 420. Gallæus non intellexit Thomasi notam, vnde omnia turbat in nota. rectior in variis. *Bün.*

g) *Quæ sit ergo, quæramus*] Emmari. Lips. *sit*; non *sint*, quod in vulgatis est. *Cell.*

h) *Quæ sit*] Ita Bon. Tax. Pen. Cauc. Optime. subaudi: *surpiscudo*. *Bün.*

i) *quia similitudo habet cornua*] poetis *bicornis luna*: et Aeneid. 3. v. 645:

Tertia iam lunæ se cornua tumine complens. *Cell.*

k) *Placat equo*] Vid. Bernegg. ad Iustin. 1. 10. 5: *Hyperion est Sol*: Arnob. L. 4. p. 135. 141. Miscell. Lips. T. 1. p. 122. *Bün.*

l) *Placat equo Persis*] Ouid. Fast. 1.

ita in hoc quia magnitudo membri virilis enormis est, non potuit ei monstro aptior victima reperiri, quam quæ ipsum, cui mactatur, posset imitari. Apud Lindum, quod est op-³pidum Rhodi, Herculis sacra sunt, quorum a ceteris longe diversus est ritus; siquidem non ἐνΦημίαι^{m. n.}, (vt Græci adpellant,) sed maledictis et execratione celebrantur: eaque pro violatis habent, si quando inter solemnes ritus vel imprudenti alicui exciderit * bonum verbum. Cuius rei hæc ratio red-³ditur, si tamen vlla esse ratio ^p in rebus vanissimis potest. Hercules ^r, quum eo delatus esset, famemque pateretur, ara-³torem quemdam conspexit operantem ^r, ab eoque petere cœpit, vt sibi vnum bouem venderet. Enimuero ille negauit ^r fieri posse, quia spes sua omnis colendæ terræ duobus illis iu-³uencis ^{r. n.} niteretur. Hercules solita violentia vsus, quia ³vnum

v. 385. Persis est Persia, regio, pro incolis posita, Græce Περσῆς, id[⊙]. Cell.

m) ἐνΦημίαι] Sunt bona verba, quæ in sacris dicenda erant. Ouidius Fast. 1. v. 72:

Nunc dicenda bono sunt bona verba die. Cell.

n) ἐνΦημίαι] ἐνΦημίαι latinis est linguis fanere, quas voces docte illustrat Spanhem. in Callim. Apoll. v. 17. p. 58. sq. et in Cerer. v. 18. p. 676. Bün.

o) imprudens - exciderit] Ven. 1471. vtraque 78. Rost. impudens. male. Incogitanter prolata eleganter dicuntur excidere. Virg. 2. Aen. 658: tantumque nefas patrio excidit ore. vbi Emenes. ex Ouid. 7. Met. 171: quod inquit, excidit ore pio scelus? Bün.

p) vlla esse ratio] Reimm. ratio hic omittit. At sæpe veteres substantium repetere ostendi ad Castellionis Dialogos S. Bün.

q) Hercules] Vid. Apollodor. L. 2. p. 218. et not. Galei p. 50. Origen.

contra Cels. L. 7. p. 368. Erasmi Adag. Chil. 2. Cent. 5. n. 19. Hadr. Iunii Animaduers. L. 4. c. 2. 11. Bün.

r) aratorem - conspexit operantem] Proprie opus dicitur de agricultura.

Hinc Hesiodi ἔργα, ὄρα, nota. Sæpe Columella, alii. Conf. Broukhus. ad Tibull. 1. 10. 8. p. 182: Et durum terra rusticus urget opus. Rarius verbum operari hoc sensu. Ex Reimm. pro adspexit, aptius conspexit recepi. Bün.

s) Enimuero ille negauit] Sic edidi ex Emman. C. C. C. Lipsf. 2. 3. Goth. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Ald. Paris. Gymn. Gryph. Betul. Tornæs. omnibus. Qui Thomasiū sequuntur, elegantem particulam extrudunt. Bün.

t) iuencis] cum MSS. sic edo. Vulgati iumentis. Cell.

u) iuencis] Sic cum Lipsf. Goth. Emman. Ball. Cant. edd. Sublac. Ven. 93. 97. Parrh. Paris. vbi reliquæ: iumentis. Martial. 4. Epigr. 55: foribus excolit iuencis arma. Bün.

K

x) id

vn̄um accipere non potuit, vtrumque susulit. At ille infelix, quum boues suos mactari videret; iniuriam suam maledictis vltus est, quod homini eleganti, et vrbano gratissimum fuit. Nam dum comitibus suis epulas adparat, dumque alienos boues deuorat; illum, sibi amarissime conuiciantem, cum risu et cachinnis audiebat. Sed postquam Herculi diuinos honores ob admirationem virtutis deferri placuit; a civibus ei ara posita est, quam de facto, βούρυγον, id est, *bouis iugum* ^x, nominauit, ad quam duo iuncti boues ^y immolarentur, sicut illi, quos abstulerat aratori: eumque ipsum sibi constituit sacerdotem, ac præcepit, vt iisdem maledictis semper in celebrandis sacrificiis vteretur; quod negaret, se vniquam epulatum esse iucundius ^z. Hæc iam non sacra sunt, sed sacrilegia, in quibus id sanctum ducitur, quod in aliis si fiat, etiam seuerissime vindicatur. Ipsius autem Cretici Iouis sacra quid aliud, quam quomodo sit aut subtractus patri, aut nutritus, ostendunt? Capella ^a est Amalthæe nymphæ, quæ vberibus suis aluit infantem, de qua Germanicus Cæsar in Aratæo carmine sic ait:

- - - *Illâ putatur ^b*

Nutrix esse Iouis; si vere Iuppiter infans

Vbera Cretæ mulsit fidissima capræ,

Sidere quæ claro gratum testatur alumnus.

Huius capellæ corio vsurum esse pro scuto Iouem contra Titanas dimicantem, Musæus auctor est. vnde a poetis αἰγίλοχος ^c no-

^x) id est, *bouis iugum*] Hæc omittit Goth. et potest hæc interpretatio esse recentius addita, vt multa talia. Büñ.

^y) *iuncti boues*] Sic rectius cum MSS. Ven. 1493. 97. Parrh. Crat. Paris. Ald. quam Sublac. Ven. 1471. et Rost. vici. vtraque 1478. vindi. Büñ.

^z) *negaret, se vniquam epulatum-iucundius*] Eleganter imitatur illa Ciceronis 5. Tusc. 34: *negauit, vniquam se bibisse iucundius - nihil - illo pane iucundius. c. 35. cæna incunda,* Büñ.

^a) *Capella*] Vid. not. ad Miruc. c. 21. Weitz. ad Prud. 14. Peristeph. 618. p. 623. de Amalthea. Laët. 1. 22. 19. 20. Büñ.

^b) *illa putatur*] Grotius in Germ. Cæs. *vna putatur*, edidit p. 22. Cell.

^c) αἰγίλοχος] Exhibet Spanhem. in Callim. Iouem v. 49. p. 19. nummum, vbi infans Iuppiter capra vhitur. adde Montfauc. T. 1. Antiq. Expliqu. vbi plura. Büñ.

nominat. Ita quidquid est gestum in abscondendo puero ; id ipsum per imaginem geritur in sacris. Sed et matris eius 40 mysterium idem continet, quod Quidius exponit in Fastis ^d:

*Ardua iam dudum resonat tinnitibus Ide,
Tutus ut infanti vagiat ore puer.
Pars clypeos sudibus, galeas pars tundit inanes :
Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.
Res latuit, priscique manent imitamina facti
Aera dea ; comites raucaque terga mouent.
Cymbala pro galeis, pro scutis tympana pulsant :
Tibia dat Phrygios, ut dedit ante, modos.*

Hanc totam opinionem, quasi a poetis fictam, Sallustius re- 41
spuit, voluitque ingeniose interpretari, cur altores Iouis dicantur Curetes fuisse, et sic ait : Quia principes intelligendi diuini ^{e. f} fuerunt, vetustatem, ut cetera, in maius componentem, altores Iouis celebrauissent. Quantum errauerit ho- 42
mo eruditus, iam res ipsa declarat. si enim princeps est Iupiter et deorum et religionum ; si ante illum dii nulli colebantur vulgo, quia nondum nati fuerant, qui coluntur ; adparet, Curetes ex diuerso principes fuisse diuini non intelligendi ^s, per quos error omnis inductus est, et Dei veri memoria sublata. Ex ipsis itaque mysteriis, et caerimoniis intelli- 43
gere debuerunt, hominibus se mortuis supplicare. Non 44
igitur exigo, ut aliquis poetarum fictionibus credat, qui hos mentiri putat, pontificum ipsorum scripta consideret, et, quidquid est litterarum, ad sacra pertinentium, reuoluat : plura fortasse, quam nos adferimus, inueniet, ex quibus intelli-
gat,

^d) *Quidius exponit in Fastis*] Lib. 4. v. 207. seqq. Cell.

^e) *intelligendi diuini*] Sic MSS. libri: non *diuina*. Iidem mox componentem, non *componentes*. Cell.

^f) *principes intelligendi diuini*] Ita Bon. Tax. Pen. Cauc. Palat. cum Lips. Emman. Cant. Sublac. Ven. 1471. 72. vtraque 78-97. Ross. Paris. Parrh. At Goth. peccat in numero: *principes intelligendi diuini fueris*.

Significant vero *principes intelligendi diuini* ex c. 22. 18: *colendorum deorum primi auctores*. Iidem libri: *componentem*. recte. Defendit et illustrat Carrio L. 2. Lect. Antiq. c. 7. Bün.

^g) *principes fuisse diuini non intelligendi*] Dietsi codices iterum h. L. *diuini*, i. e. non dedisse intellectum notitiamque Dei cultusque diuini, sed errorem induxisse. Bün.

K 2

b) *falsa*

gar, inania, inepta, commentitia esse omnia, quæ pro san-
 45 ctis habentur. Si quis autem percepta sapientia deposuerit
 errorem; profecto ridebit ineptias hominum pæne demen-
 tium. illos dico, quî vel inhonesto saltatu tripudiant ^b; vel
 qui nudi, vncti ⁱ, coronati, personati, aut luto obliti currunt.
 46 Quid de scutis iam vetustate putridis dicam? quæ quum por-
 47 tant, deos ipsos se gestare humeris suis arbitrantur. Nam
 Furius Bibaculus ^k inter præcipua pietatis exempla numerat-
 ur, qui quum prætor esset; tamen lictoribus præeuntibus,
 ancile ^l portauit, quum haberet, magistratus ^m beneficio, mu-
 48 neris eius vacationem. Non ergo ille Furius, sed plane
 furiosus fuit, qui præturam hoc ministerio se putauit ornare.
 Merito igitur, quum hæc a viris non imperitis ac rudibus fiant,
 Lucretius exclamat ⁿ:

*O stultas hominum mentes, o pectora cæca!
 Qualibus in tenebris vite, quantisque periclis
 Degitur hoc æui, quodcumque est!*

49 Quis hæc ludibria non derideat ^o, qui habeat aliquid sanitatis?
 quum videat, homines velut mente captos ea serio facere, quæ
 si quis faciat in lusu ^p, nimis lasciuus ^q et ineptus esse videatur.

XXII.

^b) saltatu tripudians] Salios innuit
 Martis sacerdotes. Isæus. in Goth.
 saltu. Bün.

ⁱ) nudi, vncti] Lupercos signifi-
 cat Panos sacerdotes. Isæus.

^k) Furius Bibaculus] Lege Valer.
 Maximum Lib. 1. cap. 1. exemplo 9.
 Cell.

^l) ancile] figuram ancilium. Vid.
 in Græuii Floro L. 1. c. 2. p. 16. ed.
 Wetsten. Conf. Pitisci L. A. R. T. 1.
 f. 92. Bün.

^m) magistratus] i. e. præturæ. ne
 quis, vt nostræ ætatis mos est, de
 collegio senatus capiat. Bün.

ⁿ) Lucretius exclamat] Lib. 2.
 v. 14. Cell.

^o) derideat] Goth. Lipf. 2. 3: ri-
 deat. Bün.

^p) in lusu] Sic edd. veteres MS.
 Goth. in lusum. Emman. in ludo.
 Bün.

^q) in lusu, nimis lasciuus] Lipf.
 lusu, suppressa præpositione: Emman.
 ludo. Carrioni placebat mimus pro
 nimis. Cell.

^r) nimis lasciuus] Sic habent pleri-
 que scripti et Sublac. Ven. 1471. 72.
 vtraque 78-57. et plures. Goth. vi-
 tiose: lasciuus. Thomafius ex Bon.
 malebat: minus sanus, eumque secu-
 tus Isæus. Ex ingenio Carrio L. 2.
 Lect. Antiq. c. 7: MIMVS lasciuus re-
 stituit; nec aliter correxit Iac. I. N.
 Schegkius in Præmesf. Epit. 14. Cer-
 te minus et mimus sæpe in libris
 confunduntur. Huc pertineret Laët.
 2. 18. 3: Si omnis imitatio, non res-
 -seria,

XXII. Harum vanitatum apud Romanos auctor et constitutor Sabinus ille rex ^a fuit, qui maxime animos hominum rudes atque imperitos nouis superstitionibus implicauit. quod ut faceret aliqua cum auctoritate, simulauit cum dea Egeria nocturnos se habere congressus. Erat quaedam spelunca ² peropaca in nemore Aricino ^{b, c}, vnde riuus perenni fonte manabat. huc, remotis arbitris ^d, se inferre consueuerat, ut mentiri posset, monitu deæ coniugis ea sacra populo se tradere, quæ acceptissima diis essent. videlicet astutiam Minois ³ voluit imitari, qui se in antrum Iouis recondebat; et ibi diu moratus ^e, leges, tamquam sibi a Ioue traditas, adferebat, ut homines ad parendum non modo imperio, sed etiam religione constringeret. Nec difficile sane fuit persuadere pastoribus. ⁴ Itaque pontifices, flamines, salios, augures creauit; deos per familias descripsit ^f: sic noui populi feroces animos mitig-

-seria, sed quasi ludus ac iocus est, non religio in simulacris, sed mimus religionis est. Thomafium, qui putauit, lascinium de sola libidine dici, refutauit Iſæus, vbi *Lascinia*, inquit, hic non est libido, sed hilaritas et iocus petulantior. Vlpianus in L. Cornelia D. ad L. Cornel. de Sicar. *Quos quidam per lasciniam causam mortis præbuisset*. Sic Cicero 2. de Finib. c. 20. L. primo de diuinat. 14. Varro pr. de re rustica. Vid. Budæum in annot. ad L. ex conducto §. Si vis tempestatis D. locati. hæcenus Iſæus. Merito hic addo Macrobr. 2. Saturn. 7: *videbimus et adhibendis comiuisio mimos vitasæ lasciuam*. Sic Sallustius Iugurth. c. 66. *ludum et lasciuiam iunxit*. His amplius noto LASCIVVM hinc maxime respicere ad saltationem et exultationem saliorum et ancilia portantium, quam vocis vim abunde illustrauit meus index ad Castell. Cod. Sacr. p. 119. *Bün.*

a) Sabinus - rex] scil. Numa Pompilius n. 5. L. 2. 16. 15. Liuius L. 1.

c. 18. c. 19. c. 21. Valer. Max. L. 1. 2. 1. Conf. Lud. Viu. ad Augustin. C. D. L. 7. c. 34. *Bün.*

b) in nemore Aricino] MSS. *Ericino*: vulg. *Ariano*. Sed *Aricia*, et nomen *Aricinum* non ignorantur. *Cell.*

c) *Aricino*] Lips. 2: *Hericino*. Goth. *Aericino*. Emman. Cant. Reimm. Sublac. Ven. 1471. Rost. *Ericino*. Thomas. et adſeclæ: *Ariano*; at vtraque Ven. 1478. 93. 97. Parrh. Paris. Ald. Gymn. Crat. Gryph. Tornæs. Iſæus. *Aricino*. rectissime; adde Wasse ad Sallust. Iugurth. c. 31. p. 315. ex Ouid. 3. Fast. 263. *Bün.*

d) remotis arbitris] Vid. Cort. ad Sall. Catil. 20. 1. p. 127. *Bün.*

e) ibi diu moratus] scil. per nouem annos, uti multi tradidere. Dauisius vero nono quoque anno cum Valerio verius statui docet ad Cic. 2. Tusc. 13. p. 127. Add. Spanhem. ad Callim. Dian. v. 193. p. 259. 260. *Bün.*

f) deos per familias descripsit] Ita libri, at Dukerus ad Flor. 1. 1. p. 38: *vide*, inquit, *an apud Lactantium legem*

- 5 gaudit, et ad studia pacis a rebus bellicis auocauit. Sed quum alios falleret, seipsum tamen non fefellit. nam post annos plurimos, Cornelio et Bebio coss. in agro scribæ Petilii sub Ianiculo arcæ duæ lapideæ sunt repertæ & a fosforibus, quarum in altera corpus Numæ fuit; in altera septem Latini libri de iure pontificio; item Græci totidem, de disciplina sapientiæ scripti: quibus religiones, non eas modo, quas ipse instituerat, sed omnes^b præterea dissoluit. Qua re ad senatum delata, decretum est, vt hi libri abolerentur. Ita eos Q. Petilius prætor vrbanus^{i.k} in concione populi^l concremauit.
- 7 Insipienter id quidem. quid enim profuit, libros esse combustos? quum hoc ipsum, quod sunt^m ideo combusti, quia
- 8 religionibus derogabantⁿ, memoriæ sit traditum? Nemo ergo tunc in Senatu non stultissimus. potuerunt enim^o et libri aboleri, et res tamen in memoriam non exire^p. Ita dum volunt etiam posteris adprobare, quanta pietate defenderint re-

legendum sit: et eos per familias descripsit; relato pronomine: eos ad pontifices - augures. Bün.

g) arca duæ lapideæ sunt repertæ] Valer. Max. Lib. 1. cap. 1. n. 12. Cell.

b) sed omnes] Aliquæ ex parte ad soluendam religionem pertinere existimatos esse Valer. Max. 1. c. 1. 12. cum Liuius tradit; nimium inde dixisse Firmianum probat Selden. de Iure Nat. et Gent. L. 1. c. 2. p. 16. Plura de his libris Augustin. C. D. L. 7. c. 34. et Lud. Viues ad eum. Bün.

i) prætor urbanus] MSS. urbanus: vulgati urbis. Cell.

k) prætor urbanus] Sic Goth. Emman. Cant. Sublac. Ven. 1471-97. Rost. Parrh. Paris. Crat. Gymn. habent cum Valerio Maximo. In Gryph. et Tornæ. per notas urbis hinc Thomafius et alii: urbis finxerunt. Bün.

l) in concione populi] Addidi præpositionem in ex MSS. Lipf. Reimm.

Goth. et edd. plerisque omnibus, neglectam ab Cell. Walch. Heumann. Bün.

m) quod sunt] Sic scripti, editi, mallet cum Heumann. quod sunt. Bün.

n) religionibus derogabant] Goth. de religionibus derogabant. Et hoc elegans. Vltr. a religionibus. Bün.

o) potuerunt enim] Ven. 1471: Potuerant. Bün.

p) res - in memoriam non exire] Ita omnes scripti et excusi. paullo obscurius. In Minucio c. 16. 6: in memoriam exire notat famam consequi, Senecæ L. 3. Benef. c. 38: opus nunquam a memoria hominum exiturum dixit de opere æternæ perpetuæ memoriz. Vult Lactantius, debuisse hos libros CLAM potius aboleri, non PALAM in concione. Ita enim res non exiisset in memoriam, siue memoriæ non fuisset tradita. Illustrat hæc Augustin. Ciu. D. L. 7. c. 35. Reimm. vocem: res, neglexit. Bün.

q) Fan-

religiones; auctoritatem religionum ipsarum testando minuerunt. Sed ut Pompilius apud Romanos institutor ineptarum religionum fuit: sic ante Pompilium Faunus in Latio, qui et Saturno auctore nefaria sacra constituit, et Picum patrem inter deos honoravit: et sororem suam Fatuam Faunam, eandemque coniugem, consecrauit, quam Gabius Basus Fatuam nominatam tradit, quod mulieribus fata canere consuevisset, ut Faunus viris. Eandem Varro scribit tantæ pudicitiae fuisse; ut nemo eam, quoad vixerit, præter virum suum, mas viderit, nec nomen eius audierit. Iccirco illi mulieres in operto sacrificant, et Bonam deam nominant:

et

q) *Faunus in Latio, qui et Saturno auctore*] De horum genere et propagatione Virgilius Lib. 7. v. 47. Cell.

r) *Fatuam Faunam*] Macrobius Saturnalis. Lib. 1. cap. 12. *Auctor est Cornelius Labeo, eandem Bonam deam, Faunamque, et Opem, et Fatuamponificum libris indigitari. Bonam, quod omnium nobis ad victum bonorum causa est: Faunam, quod omni usus animantium fauet: Opem, quod ipsius auxilio vita constat: Fatuam a fando. Idem ex ritu occultiore sacerorum docet, Bonam deam et Terram eandem esse. Cell.*

s) *eandemque coniugem*] Sic restitui ex Lipsio 2. 3. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. Paris. et Tornæs. 1587-1613. vbi in Ven. 1497. Parrh. Gymn. Gryph. Thomas. et eum secutus, et Cell. eamque. Heumannus mecum facit. In Reimund. *Fausam*, aut *Fansam Faunam eandemque*. Conf. not. Epit. 22. 1. Bün.

t) *quam Gabius Basus*] Gabius, vel Gavius, Basius haud dubie in libro, quem de Diis composuit, testante Macrobio Lib. 1. Saturn. c. 9. Laudatur sæpe a Gellio, ex libris de Origine vocabulorum, Lib. 2. cap. 4. et ex Commentariis, Lib. 3. cap. 9. et alibi. Vossius ponit sub Augusto Cæsare. Ceterum quidam C. Basus,

quasi Caius: sed clare Goth. et Lips. Gabius. Cell.

u) *Gabius Basus*] Sic plures MSS. et Sublac. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Rost. Cellarius secutus videtur auctorem notæ ad Gell. L. 3. c. 9. ed. Gronou. p. 227. Bün.

x) *tanta pudicitia*] refutat Tertullianus, et præterea non sororem sed filiam Fauni dicit 2. ad Nat. c. 9. Conf. Arnob. 1. p. 15. et p. 20. Bün.

y) *in operto*] vocali media. Sic Bon. et alii codices antiqui, teste Thom. et Isæo, nec aliter Sublac. Ven. 1471. 72. vtraque 1478-97. Parrh. Paris. Crat. Iunt. Ald. Gymn. Gryph. Tornæs. Betul. immo et reliquæ mex. Nescio quas edd. intelligat Thomastius, in quibus in *operto* sit; licet sciam, etiam libro 6. 7. 3. has voces confusas. Ciceroni recte locus sacerorum dicitur *opertum Bona dea*, in Parad. c. 4. et Plinio: *sacra operatanae*, L. 10. sect. 77. de Bona dea. Lact. 3. 20. 4. Bün.

z) *in operto sacrificant*] in loco a viris omnibus remoto, quos nefas erat his sacris interesse, quæ in ædibus consulis vel prætoris, Plutarch. Cæf. p. 711. vel Pontificis Maximi, Liu. epit. 103. a primariis feminis celebrabantur. Cell.

K 4

a) Sext.

et Sex. Clodius ^a in eo libro, quem græce scripsit, refert, Fauni hanc vxorem fuisse, quæ quia ^c contra morem decusque regium clam vini ollam ^b ebiberat, et ebria facta erat; virgis myrreis a viro vsque ad mortem ^d caesam ^{e, f}: postea vero quum eum facti sui pœniteret, et desiderium eius ferre non posset; diuinum illi honorem detulisse. iccirco in sacris eius
 12 obuolutam vini amphoram poni. Reliquit ergo posteris Faunus quoque non parum erroris. quem tamen prudentes
 13 quique & perspicuiunt. Nam Lucilius eorum stultitiam, qui simulacra deos putant esse, deridet his versibus ^{b, i}:

*Terriculas ^k Lamias, Fauni quas Pompiliique
 Instituire Numæ, tremit has; hic omnia ponit.*

Vt

^a) *Sext. Clodius*] Ex Arnobio L. 5. p. 168. Vid. Vosf. Hist. Gr. L. 4. part. 3. p. 511. Omiph. Panuin. Ciuit. Rom. c. 37. Bofius et Græu. ad Cic. 4. Att. ep. 15. Bün.

^b) *vini ollam*] Sic omnes scripti et editi, quod defendit Iſæus contra eruditam coniecturam Meurfii libro 5. Crit. Arnob. c. 6: *vini OB-BAM* legentis, quia *Obba* poculi genus fuerit et *vas vinarium*. Obbam quoque in nostro legit Heinſius, et doctè operoseque defendit ad Ouid. 3. Art. 244. ed. Burm. p. 672. Conf. Theod. Marcil. ad Perf. Sat. 5. 148. p. 128. fqq. Aelian. Hist. Var. L. 2. c. 38. et ad eam Perizon. Plura Pitisc. L. A. R. T. 2. f. 300. vbi numerus in versu Perfii corrig. et pro

ἀμβροξ legendum *ἀμβριξ*. de qua voce præter Hefychium H. Steph. Thes. Gr. T. 5. indic. et Casaub. ad Athen. L. 11. c. 8. f. 504. Rem illustrant M. Iani obseru. de Vini vsu feminis Rom. interdicto in Miscell. Lips. T. 3. Obs. 61. p. 185. et M. Car. Günth. Ludouici de Ritu osculis explorandi Romanarum mulierum abstinentiam a vino etc. Bün.

^c) *que quia*] Sic omnes. Heuman-

nus *que* eiicit. Forte: *atque quia*, aut: *eamque, quia*. Bün.

^d) *vsque ad mortem*] Goth. *vsque mortem*, pro *vsque ad*. Sic Lips. 2. in Lact. 2. 12. 5: *bibit vsque ebrietatem*. Pari modo aliquoties Iustinus alique posuere. Bün.

^e) *vsque ad mortem caesam*] Multi *caesam*: sed Lips. alter, et Rom. et Ven. *caesam*. Cell.

^f) *caesam*] habent quoque Lips. tert. Goth. Rost. Ven. 1471-97. Paris. Bün.

^g) *prudentes quique*] Elegantius plerumque noster cum superlat. iungit. Iterum tamen L. 6. 12. 21: *boni quique iudices*; similia exempla ex Iustino, Suetonio, Tacito collegit Bangius Obseru. Philol. L. 2. p. 831. Bün.

^h) *his versibus*] non *verbis*, cum Goth. et Lips. Cell.

ⁱ) *versibus*] Sic Bon. Iun. Pal. Vltr. Tax. Pen. Sublac. Ven. 1471. 72. vtraque 1478. Rost. Paris. Bün.

^k) *Terriculas*] Quia *terrícolas*, quod in plerisque omnibus erat, non quadrat, auctoritate MS. Reimm. et vetustissimi codicis Taurini. et Dauisii consensu ex Epit. c. 22. rescri-

*Vt pueri infantes credunt signa omnia abena
 Viuere, et esse homines: sic isti omnia ficta
 Vera putant; credunt signis cor inesse in abenis!
 Pergula^m pictorum, veri nihil: omnia ficta.*

Poeta quidem stultos homines infantibus comparauit: At ego ¹⁴
 multo imprudentiores esse dico. Illi enim simulacra homines
 putant esse, hi deos: illos ætas facit putare, quod non est;
 hos stultitia: illi utique breui desinunt falliⁿ; horum vani-
 tas et durat^o et semper crescit. Sacra Liberi patris primus ¹⁵
 Orphe-

scripti: terriculas, vt iam olim ex
 coniectura Fruterius voluit. *Terric-
 culas Lamias* hic quoque legit Ezech.
 Spanhemius in Obseru. in Callim.
 Dian. v. 67. p. 174. 175. qui omnia
 eruditissime explicat, productis quo-
 que *turribus Lamiciis* Tertulliani,
 vnde Huetius, in *Demonstrat. Propo-
 sif. IV. c. 8. §. 3. p. m. 155: Turrico-
 las* in Lactantio legendum putauit.
 Huetii emendatio Heumanno do-
 ctior, at illa mihi verior videtur.
 Terriculis sine terriculamentis in-
 fantes terrebant. Scholia ad Aristoph.
 Equit. 690. Μορμῶ το μορμο-
 λύκειον ἢ λεγῶσι Λαμίων.
 Μορμολύκεια δὲ ἔλκυον, τὰ
 φοβερά. Ibid. conf. Casaub. f. 93.
 Mormo fingebatur Dea, quæ infantes
 deuoraret, et Lamia simile formi-
 dolosum numen. De Lamiis plura
 Gyrald. Hist. deor. Synt. XV. f. 447.
 Bün.

l) *inesse in abenis*] ad oram vnius
 libri Isæi pro *abenis* scriptum erat:
inanis, vnde ille iungebat ita: *inesse
 inanis Pergula*. Scilicet voluit liber:
in aenis, sine adspirationis littera *h*.
 quod valet: *in abenis*. In MS. Taur.
 Epit. c. 22: *inesse in banis*, vnde fa-
 cile corrigere: *inesse in abenis*, quo-
 modo hic, vt illic Pfaffius, restitui-
 mus. Saepè Cicero et Lactantius præ-

positionem sic geminant. Lact. 2.
 8. 22: *in qua inest prouidentia*. L. 2.
 5. 8: *in sideribus inesse videmus*.
 Conf. L. 5. 21. 8. ex Cicerone: *in quo
 inesse illa non cernunt*. Opif. 6. 2: *in
 omnibus inesse rationem*. Alia huius
 elegantia dat Burmannus ad Quint-
 til, 2. Inst. 17. fin. p. 199. et meus
 index ad Castellion. vers. Cod. S.
 p. 106. Bün.

m) *Pergula*] Illustrat Cuiacius
 L. XI. Obseru. c. 13. extr. Pitisc. L.
 A. R. T. 2. f. 409. Bün.

n) *infantibus comparauit - falli*]
 Conf. Lact. 2. 4. 14. 15. Seneca ep. 4:
*non pueritia in nobis, sed quod est
 grauius, puerilitas remanet: et hoc
 quidem peius est, quod auctoritatem
 habemus senum, vitia puerorum, nec
 puerorum tantum, sed infantium*. Illi
 leuia, hi falsa formidant: nos utra-
 que. Idem epist. 24: *Scies nihil esse
 in istis terribile, nisi ipsum timorem
 Quod vides accidere pueris, hoc nobis
 masculis pueris euenit. Illi quos a-
 mant, quibus aduenerunt, cum qui-
 bus ludunt, si personatos vident, ex-
 pavescunt - rebus persona demenda*.
 Conf. ep. 110: *Nam veluti pueri tre-
 pidant*. reliqua. Bün.

o) *et durat*] Goth. *indurat semper
 et crescit*. - Sublac. Ven. 1471. Rost.
et delirat semper et crescit. Bün.

Orpheus induxit in Græciam, primusque celebrauit in monte Bœotix Thebis, vbi Liber natus est, proximo °, qui quum frequentèr citharæ cantu personaret; Cithæron P adpellatus est. 16 Ea sacra etiam nunc Orphica nominantur, in quibus ipse post- 17 ea dilaceratus et carptus est. et fuit per eadem fere tempora, quibus Faunus. sed quis ætate præceserit, dubitari potest, siquidem per eosdem annos Latinus Priamusque regnauerunt; item patres eorum Faunus q et Laomedon r, quo regnante, Orpheus cum Argonautis ad Iliensium litus accessit. 18 Procedamus igitur vltcrius, et quæramus, quis omnino colen- 19 dorum deorum primus auctor exstiterit. Didymus in libris s ἐξηγήσεως Πινδαρικῆς ait, Melissea Cretensium regem primum diis sacrificasse, ac ritus novos, sacrorumque pompas introduxisse. Huius duas fuisse filias, Amaltheam, et Melissam t, quæ Iouem puerum caprino lacte ac melle nutrierunt. 20 vnde poetica illa fabula originem sumpsit, aduolasse apes, at- que os pueri melle complexse. Melissam vero a patre primam facer-

o) in monte Bœotia Thebis-proximo] Vt Strabo describit Lib. 9. p. 279. mons Cithæron in occidua parte Bœotix est, supra Crisæum sinum, cuius caput cum Megaricis et Atticis montibus connexum. Cell.

p) Cithæron] Multæ edd. Cithæron, vt in sua quoque inuenit Muncker. qui id quoque tuetur ad Hygin. fab. 8. p. 25. sed Cithæron præferendum. Vid. Muncker. ad fab. 240. p. 295. Bün.

q) item patres eorum Faunus] Male libri Picus, sed vulgares. Re- ète Gronouii membrana: Faunus et Laomedon. Faunus enim Latini pater. Cell.

r) Faunus et Laomedon] Sic Bon. Tax. Vltr. Gronou. et Emman. in Gothano Picus, at superscriptum Faunus. Latini enim pater Faunus. Monente Gronouio in obs. Eccl. c. 17. p. 184. recte Faunus a Gallæo, Spark. Cell. receptum. Bün.

s) Didymus in libris] Plures Didymi: Vosfio hic Chalcenterus cognomine, vt apud Ammianum est 22. c. 42. quasi æneis intestinis robustus ad studia et labores. Floruisse dicitur sub Cæsare dictatore et triumviris. Cell.

t) Amaltheam et Melissam] L. 1. c. 21. 38. Docet Bochart. in Hieroz. p. 11. c. 51. f. 630. ex Galeno, Callimacho, aliis duas has nutrices Ioui datas, quia lac caprarum non tuto sine melle bibi possit, idque fuisse apud veteres valde vsitatum. Add. Tom. 2. L. 4. c. 12. f. 525. Spanhem. ad Callim. Iouem. v. 49. p. 20. Salmast. et If. Vosf. locis a Colomessio in Obseru. Sacr. ad Es. 7. 15. citatis. adludit Tertull. de Corona: Suscepti (ex baptisinate) lactis et mel- lis concordiam praguissimus, et 1. adu. Marc. c. 14: mellis et lactis societatem dixit. Bün.

se) Hi.

sacerdotem Matri magnæ constitutam. vnde adhuc eiusdem
 Matri antistites Melissæ nuncupantur. Historia vero sa-²¹
 cra * testatur, ipsum Iouem, postquam rerum potitus sit *, in
 tantam insolentiam venisse, vt ipse sibi fana multis in locis
 constitueret. Nam quum terras circuiret, vt in quamque²²
 regionem venerat ⁊, reges principesue populorum hospitio fi-
 bi et amicitia copulabat : et quum a quoque digrederetur, iu-
 bebatur sibi fanum creari * hospitis sui nomine ; quasi ita pos-
 set amicitie et fœderis memoria conseruari. Sic constituta²³
 sunt templa Ioui Atabyrio^a, Ioui Labrandeo, (Atabyrius enim
 et Labrandeus^b hospites eius^c atque adiutores in bello fue-
 runt,)

^a) *Historia sacra*] Vid. L. I. c. 14. 1. Büñ.

^x) *rerum potitus sit.*] Ita correxi
 ex Goth. Lips. 2. et Reimm. † Nam
 Taur. in. Epit. c. 24: *Postquam im-
 perium cepit. Sola Rost. re potitus
 est. At verum quoque rectum, et sæ-
 pe auctores: rerum potiri.* Büñ.

^y) *vt in quamque regionem vene-
 ras*] Sic restituo ex Bonon. Reimm.
 Lips. tert. et Isæo. *Vt quoque ha-
 bet Lips. 2. Confirmatur hæc lectio
 ex MS. Taurin. Epit. c. 24: vt quem-
 que in locum veneras. Valet vt, sic-
 vt recte monet Isæus, statim atque,
 simul ac, et venustatis obtinet mirum
 quantum. Plaut. Pænul. vt quemque-
 offenderas. Terent. Hecyr. vt
 quisque veneras. Antea in edd. Sub-
 lac. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris.
 Gryph. Tornæs. Betul. in quamcum-
 que regionem veneras. Ven. 93. 97.
 Parrh. Ald. Gymn. Crat. in quam-
 cumque regionem veniret. Büñ.*

^z) *fanum creari*] Phrasin illustra-
 vi ad L. I. c. II. 63. mox. Reimm.
 quasi vt possit. Büñ.

^a) *Atabyrio*] De hoc multa do-
 ctissime Bochart. Geogr. S. L. I.
 c. 7. f. m. 369. Meursii Rhod. L. I.
 c. 8. p. 23. Gyrald. Hist. Deor. Synt.
 II. ed. Lugd. B. f. 98. b. Tam in hac
 quam Oporin. ed. 1560. f. 97. vitio-
 se legitur : in Atabyrio (monte) ones
 zneas fuisse, quæ mugirent, lege:

*boues, gr. Βοες, quam fabulam re-
 cte exponit Bochart. c. I. Add. Cell.
 Not. Orb. Ant. L. 3. c. 2. p. 31. vbi
 perstat in sententia, non ab hospite,
 sed a monte ita dictum Iouem. Add.
 Montfauc. T. I. Ant. Expl. f. 53. Büñ.*

^b) *Labrandeus*] Negarat Cellarius
 h. I. Iouem ab Labrandeo hospite sic
 dictum, at sententiam temperauit in
 Not. O. A. L. 3. c. 3. p. 104. conii-
 ciens, Labrandeum Iouis hospitem
 forsan Labrandam vicum condidisse,
 aut nomine insigniuisse. Acta Erud.
 Lips. Lat. 1699. p. 423. a MILESIIS
 Iouem Labrandeum cum hasta et
 securi cultum referunt ex OSSERV.
 ISTOR. etc. In quo vitium subesse
 puto, non enim de Milesiis in Ionia,
 sed Mylasiis in Caria præter alios
 Plutarchus in Quæst. Græc. f. 301. sq.
 ita tradit Goth. Labriandrus. Reimm.
 Lips. tert. Labriandio - Labriandus.
 MSS. Angl. Sublac. Rost. Ven. 1471:
 Labriandus. vtraque 1478: Labriand-
 do - Labriandus. Paris. Labryando-
 - Labryandus. Ven. 93. 97: Labriand-
 dro - Labryando. Parrh. Ald. etc. La-
 bradeo - Labradens. fuit Labradens a
 securi, quam loco fulminis gestabat,
 ita dictus obseruare Lud. Viue ad
 August. C. D. L. 7. c. II. vbi postea
 prauè: Labriandum habent edd. Plu-
 ra Montfauc. T. I. Ant. Expl. f. 41. Büñ.

^c) *Atabyrius et Labrandeus ho-
 spi-*

runt,) item Ioui Laprio^d, Ioui Molioni^{e. f.}, Ioui Casio^{s. b.},
 et quæ sunt in eumdem modum: quod ille astutissime excogitauit; vt et sibi honoremⁱ diuinum, et hospitibus suis perpetuum nomen adquireret cum religione coniunctum. Gaudebant ergo illi, et huic imperio eius libenter obsequebantur; et nominis sui gratia ritus annuos et festa celebrabant. Simile quiddam in Sicilia fecit Aeneas; quum conditæ vrbi Acestæ hospitis nomen imposuit; vt eam postmodum lætus ac libens Acestes diligeret, augeret, ornaret. Hoc modo religionem cultus sui per orbem terræ Iuppiter seminauit^k; et exemplum ceteris ad imitandum dedit. Siue igitur a Meliseo, sicut Didymus tradidit^l, colendorum deorum ritus effluxit; siue ab ipso quoque Ioue, vt Euhemerus tradit; de tempore tamen constat, quando dii coli cæperint. Meliseus quidem multum antecessit ætate: quippe qui educauerit Iouern

spites eius] Non ab hospitibus aut fociiis, sed a loco vtrumque Iouis cognomen Strabo, alii deducunt. *Atabyris* mons Rhodi, in quo templum Iouis Atabyrii fuit: et *Labranda* vicus Mylasiorum in Caria, Iouis Labrandei, *Λαυραυδηνῶς*, Strab. 14. p. 450. 453. templo celebratus. *Cell.*

d) Ioui Laprio] Bon. Reimm. Lipf. 1. et 3: *Ioui Labrio*. Büin.

e) Ioui Laprio, Ioui Molioni] ignota aliis cognomina, certe inter infinita alia non commemorata. *Cell.*

f) Molioni] Sic Bon. Goth. Lipf. et edd. vetultæ, MS. Pen. *Moloni*. Vltr. *Malioni*. In Reimm. *Melioni*, correctum. Büin.

g) Ioui Casio] Nomen, locum, vnde cognominatio, Plinius Lib. 5. c. 12. ita declarat: *A Pelusio Chabria castra, Casius mons, delubrum Iouis Casii, tumulus Magni Pompeii*. *Cell.*

h) Ioui Casio] Sext. Pyrrhon. L. 3. Hypot. *cepas nullus vquam edit eorum, qui sacris Casii Iouis apud Pe-*

lusum iniantur. Plura Valefius ad Ammian. Marcell. L. 22. c. 14. p. 359. sq. Græu. ad Sueton. Vespas. 5. p. 821. et Wolf. ad Theophili Autolye. L. 1. p. 44. (b) qui *Casio* ex MS. C. C. C. apud Spark. præfert aliorum: *Casio*. add. Salmas. ad Solin. c. 54. f. 401. Montfauc. T. 1. Ant. Expl. f. 40. Büin.

i) et sibi honorem] Sic MSS. et editi omnes, præter vtramque Thomassii et Cell. in quibus erat: *et si honorem*. Faérnus in MS. ad Terent. Adelph. inueniebat *si* pro *sibi*, putabatque *si* pro *sibi* contracte, vt *mi* pro *nisi*, *mi* pro *mibi* dici. Error inde ortus, quia in MSS. sæpe per compendium *si* pro *sibi*, *ti* pro *tibi*, *i* pro *ibi*, vti quoque Rittersh. ad Günther. Lig. L. 4. 447. p. 91. notauit. Büin.

k) religionem seminauit] Epit. 24. 4. Lib. 4. Inst. 10. 3. c. 25. 2. Büin.

l) Didymus tradidit] Sic edidi ex Goth. Lipf. 2. Reimm. vtraque 1478. Tornæs. *Didymus tradit*. Ven. 493. 97. Paris. quod alii omittunt. Büin.

m) Io-

Iouem pro nepote ^{m. n.}; et iccirco fieri potest, vel vt ante, vel adhuc puero Ioue, deos colere instituerit, id est alumni sui matrem, et auiam Tellurem, quæ fuit Vrani coniux; et patrem Saturnum: et ipse hoc exemplo atque instituto Iouem ad tantam superbiam prouexerit, vt postea sibi diuinos honores auderet adsumere.

XXIII. Nunc, quoniam vanarum superstitionum originem deprehendimus; superest, vt etiam tempora colligamus, per quæ fuerint illi, quorum memoria colitur. Theophilus in libro de temporibus ^a ad Autolicum scripto ait, in historia sua Thallum ^b dicere, quod Belus, quem Babylonii et Asfyrii colunt, antiquior Troiano bello fuisse inueniatur ^c CCCXXII annis: Belum autem Saturno æqualem ^d fuisse; et vtrumque vno tempore adoleuisse. Quod adeo verum est, vt ^e ratione ipsa colligi possit. Nam et Agamemnon, qui gesit bellum Troicum, Iouis abnepos fuit; et Achilles, Ajaxque pronepotes; et Vlyses eodem gradu proximus fuit: Priamus quidem longa serie. sed auctores quidam tradunt, Dardanum

et

^{m)} *Iouem pronepotem*] Sic est in MSS. Angl. Lipf. Goth. In vulgatis *nepotem*. Cell.

ⁿ⁾ *pro nepote*] Sic correxi ex Reimm. MS. quum in Bon. Tax. Pen. Iun. Goth. Lipf. Angl. Sublac. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. esset *pronepotem*: quum Iouem pro filio nutrierint Amalthea et Melisa, PRO Melisfi earum patris NEPOTE ergo habendus. Consentiant Dauis ad Epit. c. 24. et Heumann. h. l. Parrhas. Iunt. Ald. Gymn. Gryph. Thom. *nepotem* legunt, quod Isæus tuetur, at *nepos* erat potius Vrani siue Cæli Iuppiter. Bün.

^{a)} *Theophilus in libro de temporibus*] Scilicet liber tertius Theophili temporum rationes describit ab O. Cad M. Antonini Veri imperium, verba leguntur in ed. Wolf. p. 394.

vbi Wolfius consulendus. Conf. Lact. Epit. c. 24. Bün.

^{b)} *Thallum*] Lact. i. 13. 8. labitur Isæus, putans, in omnibus excusis Lact. legi: *Thalum*. iam Parrh. edidit: *Thallum*, et Ven. 1471. vtraque 1478. Rost. Paris. *Tallum*. Conf. Meurs. Hypocrit. Minut. p. 259. Bün.

^{c)} *inueniatur*] Sic edo ex Goth. Lipf. 2. 3. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. reclusi, quam aliorum: *inuenitur*. Bün.

^{d)} *æqualem*] longe elegantius, quam *coanum*, *coasaneum*: statim exponit: *vno tempore adoleuisse*. Bün.

^{e)} *Quod adeo verum est, vt etc.*] Sic L. 3. 19. 5. Op. 9. 4. elegans formula. Quintil. i. Inst. a. p. 31. Veget. i. c. 3. Bün.

f) Co-

et Iasum Coriti filios ^f fuisse, non Iouis. nec enim, si ita fuisset, ad vsus impudicos Ganymedem, pronepotem suum, habere potuisset. Itaque parentibus ^z illorum, quos supra nominavi, si congruenter annos diuidas, numerus consentiet. Ab excidio autem Troianæ urbis colliguntur anni MCCCCLXX ^b. Ex hac temporum ratione manifestum est, ante annos non amplius quam MDCCC natum esse Saturnum, qui et sator ^t omnium deorum fuit. Non ergo isti gloriantur sacrorum vetustate, quorum et origo, et ratio, et tempora deprehensa sunt. Restant adhuc aliqua, quæ ad arguendas religiones falsas plurimum valent: sed iam finem facere libro decreui, ne modum excedat. Ea enim plenius sunt exsequenda, ut omnibus refutatis, quæ veritati videntur obstare; homines, qui bonorum ignorantia vagantur incerti, ad religionem veram possimus imbuere. Primus autem sapientiæ gradus ^k est, falsa intelligere; secundus, vera cognoscere ^{l. m.}. Ergo apud quem hæc prima institutio nostra profecerit, qua falsa deteximus; excitabitur ad veri cognitionem, qua nulla est homini iucundior voluptas: et erit iam sapientia cælestis disciplinæ dignus, qui ad cognoscenda cetera libens ac paratus accesserit.

L. COE-

f) *Coriti filios*] sic aut *Corithi* rectius, quam *Corinthi*, ut Lipf. 2. Rost. Ven. 1471. vtraque 1478. Bün.

g) *Itaque parentibus*] MSS. *itaque*: vulgares *isa*. Cell.

h) *MCCCCLXX*] Lipf. scripti plenis litteris, *mille quadringenti septuaginta*, nisi quod vnus, isque medius *sexaginta*. Mox iidem plene *mille octingentos*. Cell.

i) *qui et sator*] Lipf. 2. et 3. cum Reimm. *qui sator*. forte rectius. Bün.

k) *Primus-gradus*] Conf. Ira 2. 2-8. Bün.

l) *vera cognoscere*] Goth. hoc modo: quod aliis simpliciter est *cognoscere*. Cell.

m) *vera cognoscere*] Cellarius ex solo Gothano ediderat: *recognoscere*. At quum plurimi scripti, editique omnes in his Sublac. Rost. Ven. 1471-97. habeant: *cognoscere*, et n. 9: ad *veri cognitionem* legatur, rescripti *cognoscere*. Heumannus idem sentit. Bün.



a) *QUAM*

L. COELII LACTANTII FIRMIANI
DIVINARVM INSTITVTIONVMLIBER II.
DE ORIGINE ERRORIS.

I.

Quamquam primo libro, religiones deorum falsas esse, monstrauerim ^a; quod ii, quorum varios, dissimilesque cultus per vniuersam terram consensus hominum stulta persuasione suscepit, mortales fuerint, functique vita ^b, diuinæ necessitati morte concesserint ^c: tamen, ne qua dubitatio relinquatur; hic secundus liber fontem ipsum patefaciet errorum; causasque omnes explicabit ^d, quibus decepti homines, et primitus deos esse crediderint, et postmodum inveterata persuasione in susceptis prauissime religionibus perseverarint. Gestio enim, (Constantine imperator ^{e, f}), convictis inanibus ^{g, h}, et hominum impia vanitate detecta,

^a *Quamquam - monstrauerim*] *Esse et quamquam*, inquit Valla L. 2. Eleg. c. 21. *semper adfiscunt indicationem, duntaxat in principio*, et postea notat hunc Lactantii locum; sed Bangius L. 2. *obl. Philol. p. 1258. defendit, initio quoque cum coniunctivo poni.* *Bün.*

^b *functique vita*] Hic valet: postquam vixerunt, vitam exegerunt, alias solet *fungi vita* idem esse ac *fungi morte, mori.* de quo ad Senec. *Med. Act. 5. p. 529. Gronouius; add. Burmann. ad Ouid. Tom. 1. p. 823. Bün.*

^c *diuina necessitati morte concesserint*] Heumanno hæc verba: *functique vita, diuina necessitati morte concesserint*, glossema esse putat, et a Lactantio stilo aliena. At videntur mihi ultra glossatoris captum, et Lactantio conformia. Ita de Opif. 17. n. 7: *quum fetum in utero necessitas diuina formauerit.* L. 7. *Inst. 5. 18: sic*

us (vita) necessitate diuina nobis data est, ita rursus diuina necessitate soluitur. *Bün.*

^d *explicabit*] *Reimm. exemplificabit.* *barbare. Bün.*

^e *Constantine imperator*] Absunt inclusa a pluribus MSS. etiam a Goth. et Lipf. 1. *Cell.*

^f *(Constantine imperator)*] Hæc non sunt in duobus Bonon. quinque Vaticanis, Tax. Pen. Pal. Vltr. Iun. Emman. Cant. C. C. C. Goth. Lipf. primo, Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *Bün.*

^g *convictis inanibus*] *Codd. Lipf. duo, et Cantabr. et Th. Spark. manibus*, quia manes sint gentilium dii. Verum malo cum aliis, *inanibus*, id est falsis opinionibus, quod et calculo suo probauit nuper acerrimi iudicii vir Io. Clericus in *Arte Critica.* *Cell.*

^h *convictis inanibus*] *Vltr. Iun.*

Etāⁱ, singularis Dei adferere maiestatem, suscipiens^k vtilius et maius officium^l reuocandi^m homines a prauis itineribus, et in gratiam secum ipsos reducendi; ne se, vt quidam philosophi faciunt, tantopere despiciant; neue se infirmos, et superuactos, et nihili^{n. o.}, et frustra omnino natos putent, quæ opinio plerisque ad vitia compellit. Nam dum existimant, nulli deo nos esse curæ; aut post mortem nihil esse futuros; totos se libidinibus addicunt, et, dum licere sibi putant, hauriendis voluptatibus sitienter^p incumbunt, per quas imprudentes in laque-

que-

conuictis manibus, quod Gallæo et Sparkio placet. Cant. Reimm. Ball. duo Lipf. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Parrh. Ald. *conuictis manibus*. Crat. Gymn. *conuictis manibus*. vnde Clericus Art. Crit. P. III. S. i. c. 4. 6. p. 44. effingit: (nisi in edd. vidit, idque dissimulat) *conuictis inanibus nempe diis, qui relictus*, pergit, *opponuntur* singulari Deo, *quam Manes*. Certe non tantum codex Gothanus, sed etiam Ven. 1493. 1497. Paris. 1513. Gryph. Betul. omnes Tornæs. duæ; Thomas. If. ed. Cant. *conuictis inanibus* exhibuerant. Heumannus ex ingenio: *conuictis diis inanibus*. Vera lectio videtur: *conuictis inanibus*, siue vox *diis* addatur siue intelligatur. Iterum in Epit. ex Taurin. c. 25: *quanto satius est, spretis inanibus* (egit ibi de diis) *ad Deum se conuertere*. Præterea, vt hic: *inanibus - vanitate*, sic profanam religionem L. 2. 2. 9. dixit *inanem* et *vanam*. Pro iis, qui *manibus* præferunt, conferenda sect. 1. et sect. 5. vbi vero et viuo Deo *mortuos*, i. e. *deos Manes* opponit, de quibus Herald. ad Arnob. L. 2. p. 89. p. 115. Pari modo edd. veteres pro: *inanes* supposituisse *manes*. noto ad L. 2. 2. 18. Bün.

i) *vanitate detecta*] Non male Goth. *vanitate desecta*. Biin.

k) *suscipiens*] Hoc rectum, non Ven. 93. 97: *suspiciens*, nec Gymn. *suspiciens*. Bün.

l) *vtilius et maius officium*] Hoc dicitur nostro. L. i. i. 8. *professio multo melior, vtilior, gloriosior quam illa oratoria etc.* vt recte quoque Heumann. vidit. Bün.

m) *officium reuocandi*] Interferunt Sublac. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Paris. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Bet. Tornæs. *officium scilicet reuocandi*. Videtur excidisse in aliis, quia per litteram s. vt in Parrh. *officium s. reuocandi*, sæpe notabatur. Bün.

n) *et nihili, et frustra*] Plures editi non agnoscunt *et nihili*, quod tamen est in Lipsiensibus tribus, et Betuleii libro, ac, demta littera, *et nihil*, in Goth. et Angl. Cell.

o) *et nihili*] Merito Cellarius ex Lipf. tribus et Betul. recepit, habent et MS. C. C. C. Reimm. Vltr. Cauc. Pal. et Tornæs. Minus recte Sublac. Rost. (secus ac Gall. vult) Ven. 471. et vtraque 1478. 93. 97. Parrh. Crat. Paris. Gymn. Gryph. *et nihil*. Prius confirmo ex Lact. i. ii. 16: *qui sit et mortalis et imbecillus et nihili*, et L. 6. 22. 1: *inspiciens, et ineptus et nihili est*. Bün.

p) *hauriendis voluptatibus sitienter*] Parrh. Ald. Crat. Gymn. *sitientes*. Ven. 1493. 97. Paris. *scienter*. Profecto

queos mortis incurrunt 1. Ignorant enim, quæ sit hominis ratio, quam si tenere vellent, in primis Deum suum agnoscerent; virtutem iustitiamque sequerentur; terrenis figmentis animas suas non substernerent; mortiferas libidinum suavitates non adpeterent; denique seipsum magni æstimarent; atque intelligerent, plus esse in homine, quam videtur, cuius vim, conditionemque non aliter posse retineri; nisi cultum veri parentis sui, deposita prauitate, susceperint. Equidem, sicut oportet, de summa rerum sæpenumero cogitans, admirari soleo, maiestatem Dei singularis, quæ continet, regitque omnia, in tantam venisse obliuionem, ut, quæ sola coli debeat, sola potissimum negligatur; homines autem ipsos ad tantam cæcitatem esse deductos, ut vero ac viuo Deo mortuos anteferant; terrenos autem, sepultosque in terra, ei (*præponant*), qui fundator ipsius terræ fuit. Et tamen huic impietati hominum posset venia concedi, si omnino ab ignorantia diuini nominis veniret hic error; quum vero ipsos deorum cultores sæpe videamus Deum summum et confiteri, et præ-

fecto inscienter. Optime Ven. 1471. vtraque 78. Rost. Gryph. Toruæ. Betul. Thom. cum MSS. et Reimm. *scienter.* L. 7. 27. 8. ut cupidius, ut ardentius hauriendis libidinibus insensens. Bün.

q) in laqueos mortis incurrunt] L. 4. 26. 15. Epit. 63. 9. Bün.

r) substernerent] MS. C. C. C. sustinens. Male. Vid. L. 4. 3. l. Epit. 25. 2. et c. 73. 5. Bün.

s) mortiferas libidinum suavitates] Goth. et Lipf. suauitates: alii voluptates. Cell.

t) libidinum suavitates] Sic rectius Bon. Tax. cum Reimm. Goth. et Lipf. Bün.

u) anteferant] Ita edidi ex Vlfr. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Piar. Parrh. Crat. Ald. Iunt. Paris. Gymn. Toruæ. Pro quo Thomaf. et secuti notius: præferant

dederant. Nepos Them. c. 1: anteferatur huic nemo. Bün.

x) sepultosque in terra, ei qui] Ex Emman. et Lipf. elegantius quam vulgatum, in terraque sepultos. Omnes etiam Lipf. et vetustæ edd. tollunt, quod sequitur, præponunt, ideoque a nobis vnici inclusum. Cell.

y) terrenos autem sepultosque in terra, ei] Sic cum Lipf. Goth. et Reimm. At Emman. sepultosque, ei, (omisissis in terra,) vetustæ edd. Sublac. Ven. 1471. 97. Crat. Paris. Parrh. Iunt. Ald. Gymn. terrenos autem in terraque sepultos ei, qui, eiecto: præponant. Heum. deletum vult: autem. Forte legendum: terrenos item sepultosque in terra ei, qui. Haud raro Cicero et alii item postponunt. Bün.

L

2) quem

prædicare : quam sibi veniam sperare, possint impietatis suæ ? qui non agnoscunt cultum eius, quem prorsus ignorari ab homine fas non est^a. Nam et quum iurant ; et quum optant ; et quum gratias agunt : non Iouem, aut deos multos, sed Deum nominant^a : adeo ipsa veritas, cogente natura, etiam ab inuitis peccatoribus^b erumpit. Quod quidem non faciunt in prosperis rebus. nam tum maxime Deus ex memoria hominum elabitur ; quum, beneficiis eius fruentes, honorem dare diuinæ indulgentiæ deberent. At vero si^c qua necessitas grauis presferit^d : tunc Deum recordantur. si belli terror infremue-

x) quem prorsus ignorari ab homine fas non est] i. e. qui ut prorsus ignoretur ab homine fieri non potest. Adfirmavit enim, errorem ab ignoratione diuini nominis non venisse. Ita explicat h. l. Dauis. ad Cæsar. L. 1. B. Gall. 50: *non esse fas Germanos superare* etc. Hinc scite Lipsius illa Herodoti ex L. 1. τὴν πεπερωμένην μοῖραν ἀδύνατον εἶναι ἀποφυγῆσαι καὶ Θεῷ, destinatam sortem nec Deo fas effugere, transtulit L. 1. Phys. Stoic. dist. 12. add. Burmann. ad Ouid. 1. Fast. 329. p. 34. et Lambin. ad Hor. L. 1. Carm. 11. 1. Ad rem pertinet Tertull. Apolog. c. 17: *Hac est summa delicti nolentium recognoscere, quem ignorare non possunt.* de Pernit. c. 5: *Etiā ignorantēs dominum nulla exceptio tueatur a pœna (quia Deum in aperto constitutum et vel ex ipsis celestibus bonis comprehensibilem ignorari non licet), quanto cognitum despici periculosum est.* Conf. de Anima c. 2. et c. 6. et L. 5. adu. Marc. c. 16. Bün.

a) *sed Deum nominant*] Cypr. Idol. Van. c. 5: *dici frequenter audimus: a Deus; et: Deus uidet; et: Deo commenda; et: Deus mihi reddet; et: quod vult Deus; et: si Deus dederit. atque hæc est summa delicti, nolle*

agnoscere, quem ignorare non possis. Vides hunc esse secutum Tertullianum. Conf. eum de Resurr. Carn. c. 3. At lubricam esse talem probationem ex patribus et Clerico docet Dauis. ad Minuc. c. 18. fin. Bün.

b) *ab inuitis peccatoribus*] Ven. vtraque 1478: *ab inuidis peccatoribus.* Sublac. Ven. 1493. 97. Paris. *ab inuitis peccatoribus.* qui peccant omnes; rectissime MSS. Reimm. et Rost. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæs. Thom. reliqui: *ab inuisis peccatoribus.* Laët. 3. 14. 21: *confessio pœne inuiso tibi ab intimo pectora expressa est.* Bün.

c) *si-presferit - infremuerit - incubuerit - denegauerit - ingruerit*] Sic quidem omnes edd. Sublac. Ven. 1471-97. Rost. reliquæ; at Isæo et Gall. testibus in modo indicandi MSS. Bon. Tax. Pen. Cauc. Lips. 1. Pal. Iun. Vltr. *presfit - infremuit - incubuit - denegauit - ingruit.* Sane sequitur indic. n. 10: *si - iactatur - si afflictatur - si - exposcit.* Etiā Lips. 2. et Reimm. *infremuit - incubuit - denegauit - ingruit.* Bün.

d) *necessitas - presferit*] Emman. *noc - peruenient.* Goth. *impresferit.* praue. Cic. pro Rosc. Amer. c. 34: *qua necessitas enim tanta premebas.* Bün.

e) *belli*

muerit ^e; si morborum pestifera vis incubuerit ^f; si alimenta frugibus longa siccitas denegauerit; si saeva tempestas, si grando ingruerit ^g: ad Deum confugitur ^h; ⁱ a Deo petitur auxilium; Deus, vt subueniat, oratur. si quis in mari vento saeuiente iactatur, hunc inuocat: si quis aliqua vi afflictor, hunc potius implorat ^k: si quis ad extremam mendicandi necessitatem deductus, victum precibus exposcit, Deum solum obtestatur; et per eius diuinum atque vnicum nomen ^l hominum sibi misericordiam querit. Numquam ^m igitur Dei meminerunt, nisi dum in malis sunt ⁿ; postquam metus deseruit ^o, et pericula recesserunt, tum vero alacres ad deorum templa concurrunt; his libant; his sacrificant; hos

CO-

e) *belli - infrennerit*] L. 2. c. 4. 36: *frangensibus bellis.* Bün.

f) *morborum pestifera vis incubuerit*] Imitatur Horatium l. Carm. 3. 30. *Sq. macies et noua febrim Terris incubuit cohors.* Bün.

g) *tempestas - ingruerit*] Sic interpr. vetus Lat. Prou. l. 27. Bün.

h) *confugitur*] Et suauius et sonantius est quam aliorum *confugiunt*, probatum calculo Emman. Goth. et Lips. codicum. Cell.

i) *confugitur*] Conspirant cum Goth. Lips. Emman. Pal. Cauc. Vltr. Borz. et confirmatur hæc suauitas ex de Mort. Pers. 33. 5: *Confugitur ad idola, Apollo et Aesculapius orantur, remedium flagitatur.* Bün.

k) *hunc potius implorant*] MSS. Angl. Vltr. Pal. Goth. Lips. l. 3. Iun. Reimm. Sublac. Ven. 1471-97. Rost. Pier. Parrh. Paris. exhibent POTIUS, pro quo Aldus, Gymn. Thom. et sequentes: *hunc protinus implorant.* uocula Lactantio alias frequenti dederant. Bün.

l) *per eius diuinum atque vnicum nomen*] Verius nomen, etiam scriptorum auctoritate, quam *nomen*, quod in editorum est plurimis. Cell.

m) *unicum nomen*] Heumannus

rescribit ex Ald. et Iunt. *nomen*. Nos sequimur Bon. Tax. Pen. Iun. Vltr. tres Lips. etiam Gothan. Reimm. Emman. Cant. Ball. C. C. C. Sublac. Ven. 1471. 72. vtramque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. qui hic: *nomen*; vt n. 6: *diuini nominis*. Vbique hic vrget, hostes veritatis in malis Deum *nominare*, non deos, n. 7-10. Similis variatio L. 2. 17. 9. vbi MSS. *unicum nomen*. Bün.

n) *in malis sunt*] in rebus aduersis. L. 6. 25. 14: *etiam in malis gratias agit*. Cic. pro Cluentio c. 61: *unum - in malis perfugium calamitatis*. Sulpic. Seuer. Hist. S. L. 1. 24. 6: *Ita semper in secundis rebus, imemores caelestium beneficiorum, idolis supplicabant: in aduersis Deo*. Bün.

o) *metus deseruit*] Heumann. legit *deseruit*. At Reimm. et libri omnes: *deseruit*; sine pron. eos. Ponitur absolute, vt quidam libri Riuii et Gruteri in Sallust. Iug. 42. fin. *tempus quam res maturius desereret*. Cic. 2. Inuent. 38: *quum spes deseruisset*. Plaut. Mostell. 1. 2. 64. 65. nunc simul: *res; fides, fama, virtus decusque deseruerunt*. Menzschm. 5. 2. 4: *Pernicitas deserit*. Bün.

12 coronant p. 9. Deo autem, quem in ipsa necessitate implo-
rauerant; ne verbo quidem gratias agunt. Adeo ex rerum
prosperitate luxuria; ex luxuria vero, vt vitia omnia, sic im-
13 pietas aduersus Deum nascitur. Quanam istud ex causa
fieri putemus, nisi esse aliquam peruersam potestatem, quæ
veritatis sit semper inimica; quæ humanis erroribus gaudeat;
cui vnicum ac perpetuum sit opus, obfundere tenebras, et
hominum cæcare mentes, ne lucem videant, ne de-
nique in cælum adspiciant, ac naturam corporis sui ser-
uent.

p) *hos coronant*] Simulacra deorum
sertis redimita. Plinius 21. c. 3: *Co-
rona deorum honos erant et Larium
publicorum priuatorumque.* Coronæ,
coronamenta florum, quæ in hortis
feruntur, vti principio eius libri ex-
plicatur. Arnobius Lib. 7. p. 237:
*Etiarne dii sertis, coronis adficiun-
tur, et floribus?* Cell.

q) *coronant*] Vid. Gronouium et alios
ad Minuc. 3. p. 20. c. 24. p. 248. add.
Herald. et Elmenh. ad illa Arnob.
L. 7. p. 237: *Etiarne dii - coronis
adficiuntur.* Büñ.

r) *ex prosperitate luxuria*] L. 5.
22. 14. Sulpic. Seuer. L. 1. Hist. 40. 4.
Büñ.

s) *veritatis - inimica*] Heumann.
scribendum ducit: *veritati sit.* Conf.
3. 29. 11-13. Pro libris, etiam
Reimm. et L. 2. 16. 19. *veritatis ini-
mici.* Büñ.

t) *offundere tenebras*] Clare MS.
Emman. *obfundere*, quod aptius est
quam *effundere* ceterorum. Cell.

u) *offundere tenebras*] Sic Bon.
Tax. Pen. cum Emman. *obfundere*:
cum Thom. et Tornæs. quod omni-
no rectum, non Reimm. Gøth. Lips.
Vltr. Ven. 1471-97. Rost. *effundere*.
Iterum L. 2. 16. 15: *offundunt tene-
bras et veritatem caligine obducunt.*
ibid. n. 5: *errores - offundunt.* L. 7.
24: *tenebra, quibus offundetur ca-*

lum. de Ira 1. 5: *quibus (tenebris)
offusa est hominis cogitatio.* Cic. 3.
Fin. 13: *obscuratur et offunditur luce
solis lumen lucerna.* pro Domo c. 53:
tenebris offusis. Nec aliter Lilius,
Curtius, alii. Ita Gronou. ad Sen.
Quæst. Nat. 5. 3: *caligo offunditur
et offusa caligo.* defenditur a Bur-
manno ad Quint. L. 9. Inst. c. 3.
p. 812. et ablegatur ad Gron. 4.
Obs. 21. Heinl. ad Valer. Flacc. 4.
482. Cuper. 2. Obseru. 6. Büñ.

x) *naturam corporis sui*] Intelli-
git statum humani corporis rectum,
quod argumentum vt hic n. 14-19.
sic sæpe vrget. Vid. L. 2. 2. 18-24.
c. 3. 10. c. 17. 9. c. 18. 1-5-6. L. 3. 10.
10-15. c. 12. 26. c. 20. 11. c. 27. 13-16.
L. 4. 1. 4. L. 5. 19. 1. L. 7. 5. 6. et n. 20.
c. 9. 11. de Ira c. 7. 4-5. c. 20. 10-11.
Opif. c. 8. 2-3. c. 19. 10. Epit. c. 25.
4. c. 69. 3. c. 70. 11. Aliorum patrum
loca dant Elmenh. et Ouzel. ad Mi-
nuc. c. 17. p. 147. et 149. sed locus
Prudentii ex Apoth. 281. ab iis sup-
primitur, quia ex Weitzio ad h. l.
multa descripserant, add. Weitz. ibid.
p. 617. In nonnullis secutus est Cice-
ronem L. 1. Leg. c. 9: *quum ceteras
animantes abiecisset ad pastum, so-
lum hominem erexit ad calique, qua-
si cognationis domicilii que pristini con-
spectum excitauit.* L. 2. Nat. D. 56:
Deus homines humo excitatos celsos et
ere-

vent⁷. Nam quum ceteræ animantes pronis corporibus in hu-¹⁴
 mum spectent⁸, quia rationem ac sapientiam non acceperunt; no-
 bis autem status rectus^a, sublimis vultus ab artifice Deo datus
 sit; adparer, istas religiones deorum non esse rationis hu-
 manæ; quia curuant cæleste animal ad veneranda terrena^b.
 Parens enim noster ille vnus et solus, quum fingeret homi-¹⁵
 nem, id est, animal intelligens et rationis capax; eum vero^c,
 ex humo subleuaturn^d, ad contemplationem sui artificis ere-
 xit^e. quod optime ingeniosus poeta^f signauit^g:

*Pronaque quum spectent animalia cetera terram;
 Os homini sublime dedit, calumque videre
 Iussit, et erectos ad sidera tollere vultus.*

Hinc

*erectos constituit, ut deorum cogni-
 tionem calum insuentes capere possent.*
 Conf. Sen. de Otio Sap. c. 32. epist.
 92. et 94. Barth. L. 19. Aduers. c. 7.
 et L. 36. 16. Post verba: *naturam
 corporis sui*, quæ addidit Thomasius
 et sequentes, adprobatque Isæus, ab-
 sunt a ceteris MSS. et Reimm. et
 omnibus editis antiquis, et hic sunt
 absona. Büñ.

g) ac naturam corporis sui seruens]
 Addunt vulgo: *cuius originem suo
 loco narrabimus; nunc fallacias ar-
 guamus*: sed absunt a MSS. Angl.
 Goth. Lips. et ab ed. Rom. Ven. et
 Ald. Cell.

z) in humum spectens] Heumann.
 delet IN, quia n. 15. et 17. abest. At id
 non est perpetuum, et habent hic
 omnes, et sæpius Laët. L. 3. 10. 10 - 12.
 c. 27. 13 - 15 - 16. L. 5. 19. 1. L. 7. 5. 20.
 Büñ.

a) status rectus] Sic plures MSS. et
 editi, præter Ven. 1471. *status ere-
 ctus*. non opus. Vid. n. 16: *recti*. n. 18:
recta. add. Gronou. Obseru. in Script.
 Eccl. p. 34. Büñ.

b) ad veneranda terrena] Lips.
 tert. et Reimm. *ad venerandum*.
 Sic variant L. 6. 20. 9: *ad corrumpen-
 dum animos*. Büñ.

c) eum vero] Eici oportere vero,
 inquit Heumannus, manifestum est.
 At habent Bon. Tax. Pen. Cauc.
 Iun. Lips. Goth. Pal. Vlter. Iun. tres
 Vatic. Cant. Reimm. Sublac. Ven.
 1471-97. Pier. Parrh. Crat. Paris.
 Gymn. Gryph. Tornæz. Sæpe La-
 ctantius particulam *vero*, etsi parum
 valeat, post *enim*, *autem* pronomini
is addere solet. L. 6. 4. 5: *Quisquis
 enim - is vero*. c. 12. 18. L. 7. 10. 10-
 Büñ.

d) eum vero ex humo subleuaturn]
 Quam ornatio hæc scriptorum le-
 ctio, quam vulgata: *enimvero ex
 humo subleuauit!* Cell.

e) subleuaturn-erexit] Sic elegan-
 tius MSS. et Ven. 1471. 93. 57. Rost.
 Paris. Tornæz. quam vtraque 1478:
subleuauit, erexit. aut cum coniun-
 ctione Parrh. Ald. Gymn. Gryph.
subleuauit et erexit. Büñ.

f) ingeniosus poeta] Nemo Ouidii
 verba ex Metamorph. I. ignorat. Cell.
g) signauit] Goth. *significauit*,
 hoc notius est subornatum. Recte
 Heumannus prius illustrauit ex Virg.
 3. Aen. 287: *remi carmine signo*.
 Büñ.

- 16 Hinc utique ἀνθρώπων ^b Græci adpellarunt, quod sursum spectet. Ipsi ergo sibi renuntiant, seque hominum nomine abdicant, qui non sursum adspiciunt, sed deorsum. nisi forte id ipsum, quod recti sumus, sine causa homini adtributum
- 17 putant. Spectare nos cælum Deus voluit, utique non frustra. nam et aues, et ex mutis pæne omnia cælum videntⁱ: sed nobis proprie datum est ^k, cælum rigidis^l ac stantibus^m intrueri; ut religionem ibi quæramus; ut Deum, cuius sedes illa est, quem oculis ⁿ non possumus, animo contemplemur. quod profecto non facit, qui æs, aut lapidem, quæ sunt terrena, veneratur.
- 18 Est autem prauissimum, quum ratio corporis recta sit, quod est temporale; ipsum vero animum ^o, qui est æter-

b) ἀνθρώπων] Quam varient in deriuatione græca vid. Betuleium h. l. Etymologici magni auctor ab ἀνω θεῶν, sursum spectare. Rob. Constantini Lex. Græcolat. f. 16l. ex Socrate apud Plat. in Cratylo quasi ἀναθεῶν ἀόρατα, ἀ ἀνα ἴερα. add. ex Heumanno Suicer. Thef. Eccl. T. 1. f. 350. Bün.

i) Nam et aues - vident] Hæc tamquam glossema Heumannus exterminanda censet; quia c. 9. 26. contraria. Quum vero omnes libri habeant, forte ita conciliare liceat: H. L. aues - adfirmat cælum videre, scil. si caput quasi contra rationem suæ fictionis reclinet, contra c. 9. 26. negat cælum suspicere, scil. secundum rationem suæ fictionis, qua caput demittere solent. Bün.

k) nobis datum est - rigidis ac stantibus intrueri] dictum, ut illa Claud. L. 1. in Rufin. Natura beatis omnibus esse dedit, i. e. natura omnibus concessit esse beatos. Horat. L. Serm. 4. 39: DEDERIM quibus esse POETIS. de Arte Poet. 372:

MEDIOCRIBVS esse Poetis

Non homines, non Di non CONCES-
SERE columna.

Vid. Bentley. ad Horat. c. l. p. 400. et plura apud Heinf. ad Ouid. ep. 14. Heroid. 64. p. 189. sq. Sic Laet. l. 18. 17: dabitur, i. e. licebit. plura Westerhou. ad Ter. Eun. 3. l. 5. p. 311. Bün.

l) rigidis] i. e. n. 16: rectis. L. 2. 17. 9: hominem rigidum figurauit. Opif. 8. 2: hunc ad cæli conspectationem rigidum erexit. Op. c. 10. 21: rigidum collum. add. Gronou. ad Senec. ep. 71. p. 267. Bün.

m) rigidis ac stantibus] nobis rigidis ac erectis. Cell.

n) quem oculis] Bon. Tax. Pen. Reimm. quoniam oculis. recte, Heumanno auctore. Bün.

o) ipsum vero animum] Sic libri. Heumannus vero eiicit. Mihi videtur vero indignationis aliquid declarare. Sic Terent. Eun. 5. 3. 3: mono vero ocinus te: vbi Donatus: vero posuit pro interiectione stonachanti. Sic sæpe Terentius et Cicero. his adde a me dicta ad n. 15: eum vero. add. L. 2. 4. 7: quidquid autem - illi vero. mox Reimm. qui sit æternus. Bün.

p) et

ternus, humilem fieri : quum figura et status nihil aliud significent, nisi mentem hominis eo spectare oportere, quo vultum; et animum tam rectum esse debere, quam corpus, ut id, cui dominari debet, imitetur *p. 4.* Verum homines et nominis sui, et rationis oblitri, oculos suos ab alto deiiciunt, soloque defigunt; atque timent opera digitorum suorum: quasi quidquam esse possit artifice suo maius.

II. Quæ a igitur amentia est, aut ea fingere, quæ ipsi postmodum timeant; aut timere, quæ finxerint? Non ipsa, inquiunt, timemus, sed eos, ad quorum imaginem ficta, et quorum nominibus consecrata sunt. nempe ideo timetis, quod eos esse in cælo arbitramini; neque enim, si dii sunt, aliter fieri potest. Cur igitur oculos in cælum non tollitis? et aduocatis nominibus eorum, in aperto sacrificia celebratis?

cur

p) ut id, cui dominari debet, imitetur] Editum a multis *ne id.* Sed ratio recti in corpore, imitanda animo, significatur. *Ut* etiam in MSS. Lips. et Angl. et editis Rom. Ven. et Iszi. Cell.

q) ut id, cui dominari debet, imitetur] Sic Bon. Pen. Cauc. Iun. Pal. Vltr. Reimm. Lips. tres, Goth. Angl. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. utraque 78. 90. 93. 97. Paris. Gymn. Crat. Betul. et defendunt Is. Gall. Spark. recteque exponit Cellarius. Recentiores Parth. 1509. Iunt. Ald. Gryph. Thom. *ne pro ut* ediderunt; Heumannus proscribit hæc omnia, tamquam ineptum glossema. His vero verbis fere gemina L. 2. 12. 10-12. Bün.

r) nominis sui] n. 16. hæc explicat Epitom. c. 25: *Quanto satius est-tueri statum, quem a Deo acceperis, tueri nomen.* *Iccirco enim* ἵκτιστος, quia sursum spectat, nominatur. Bün.

s) oculos-deiiciunt] eleganter Senec. ad Helu. c. 13: *deiciebat oculos.* ad Marciam c. 18: *quum satios spectaculo supernorum in terram deiiceris oculos.* Bün.

t) quasi] valet quasi vero. Immo Reimm. Lips. 2. 3. Goth. Emman. habent quasi vero. Nihil mutò; hi no-

tius pro quasi, quod et ipsum elegans, supposuere. Bün.

a) Quæ igitur amentia] Lepido errore rubricator edit. Rost. 1476. in exemplari Celeberr. D. WOLFFII Theol. Hamb. quum non inueniret primam litteram Q impressam, ante *ut* adpinxit A, ut legatur: *Aue igitur amentia est.* Sæpe ille in initialibus errauit, etiam meo Rost. exemplari antiqua manus pro *que* in marg. adscripsit *Aue.* Scilicet hi præ turpia pietate impii in suum *Aue* fuerunt. Bün.

b) aduocatis nominibus] Sic omnes libri, i. e. inuocatis. iterum n. 5: *nomen precibus aduocare.* L. 2. 5. 11: *quibus quasque (stellam) nominibus, quibus precibus aduocemus.* Lexica hunc significatum non obseruauerunt; habet etiam Augustin. Ciu. D. L. 2. c. 5: *ut honoribus eam talibus aduocarent cultores sui.* Varro iungit apud August. L. 4. Ciu. D. c. 22: *Ex eo poterimus scire, quem cuiusque rei causa Deum aduocare atque inuocare debeamus.* Idem Varro de Re Rust. L. 1. c. 1. 7: *Deis ad uenerationem aduocatis.* Bün.

c) aduocatis nominibus eorum] Goth.

cur ad parietes, et ligna, et lapides potissimum^d, quam illo spectatis, vbi eos esse creditis? quid sibi templa, quid aræ volunt? quid denique ipsa simulacra? quæ aut mortuorum, aut absentium monumenta sunt. Nam omnino fingendarum similitudinum ratio iccirco ab hominibus inuenta est, vt posset eorum memoria retineri, qui vel morte subtraçti, vel absentia fuerant separati. Deos igitur in quorum numero reponemus^e? si in mortuorum; quis tam stultus, vt colat? si in absentium; colendi ergo non sunt, si nec vident, quæ facimus; nec audiunt, quæ precamur. Si autem dii^f absentes esse non possunt, qui, quoniam diuini sunt^g, in quacumque mundi parte fuerint, vident et audiunt vniuersa; superuacua ergo sunt simulacra, illis vbique præsentibus, quum satis sit, audientium nomina precibus aduocare. At enim præsentibus non nisi ad imagines suas adsunt. Ita plane^h: quemadmodum vulgus existimat, mortuorum animas circa tumulos et corporum suorum reliquias oberrareⁱ. Sed tamen postquam

Goth. cod. lectio, venustior sane quam vulgata, *aduocatis deorum nominibus*. Lipsf. i. etiam eorum habet, sed medio loco. Cell.

d) *potissimum*] Heumannus legit: *potius*. mallet et ipse, nisi libri omnes: *potissimum* haberent. Est vero Lactantius singularis in vsu particularum *potius*, *potissimum*. de priori ad L. 6. 12. 12. de posteriori L. 2. 3. 17: *quos dicas potissimum stultiores*. L. 2. 18. 3: *imitatio non res potissimum seria, sed quasi ludus ac iocus est*. L. 1. 11. 58: *Neque enim id potissimum dicunt - sed - significant*, et ibid. n. 54: *non potissimum - sed*. Bün.

e) *in quorum numero reponemus*] sexto casu. Lact. 2. 5. 7-8. c. 7. 12. L. 3. 4. 13. de Ira 22. 6. ita quoque Cicero 3. N. D. c. 9. et c. 19. et 20. L. 1. Orat. 13. Bün.

f) *Si autem dii*] Lipsf. tert. et Reimm. *Si sunt dii*. Bün.

g) *diuini sunt*] L. 1. 11. 10. not. Bün.

h) *Ita plane*] L. 1. 11. 9. not. Bün.

i) *animas circa tumulos - oberrare*]

Pesime Rost. et vtraque Ven. 1478: *animas circa tumultus - aberrare*. etiam Ven. 1471. 93. 97. Paris. *aberrare*. Rectissime Reimm. Parrh. Ald. Gymn. Gryph. Tornæz. Thom. aliz: *oberrare*. Macrobr. 1. Somn. Scip. c. 9: *Sed nec (anima) post mortem facile corpus relinquit - sed aut suum oberrat cadaver*. reliqua. c. 13: *Sic extorta animæ diu circa corpus eiusque sepulturam - peruagantur*. Ammianus Marcell. L. 19. c. 12: *si qui per monumentum transisse vespere malivolorum argueretur indicis, ut veneficus, sepulcrorumque honores et errantium ibidem animarum ludibria colligens vana pronuntiatius reus capite interibat*. Habent a Platone, ad quem prouocat Origenes contra Cels. L. 2. p. 97. vbi vide Spencerrum et Libr. 7. p. 334. Bün.

k) *si*

quam Deus ille præsto esse cæpit; iam simulacro eius opus non est. quæro enim, si quis imaginem^k hominis peregre constituti contempletur sapius, ut ex ea solatium capiat absentis; num idem sanus esse videatur, si, eo reuerso^l atque præfente, in contemplanda imagine perseveret; eaque potius, quam ipsius hominis adspectu, frui velit? Minime profecto. Et tamen^m hominis imagoⁿ necessaria tum videtur, quum 8
procul abest; superuacua futura, quum præsto est: Dei autem, cuius numen atque spiritus ubique diffusus^{o, p,} abesse numquam potest, semper utique imago superuacua est. Sed 9
verentur, ne omnis eorum religio inanis sit et vana^{q,} si nihil in præfenti videant, quod adorent: et ideo simulacra constituunt, quæ, quia mortuorum sunt imagines, similia mortuis sunt: omni enim sensu carent. Dei autem in æternum 10
viuentis viuum et sensibile debet esse simulacrum, quod, si a similitudine id nomen accepit, quomodo possunt^r ista simula-
cra

k) *si quis imaginem*] Senec. ep. 40. pr. *Si imagines nobis amicorum absentium incunda sunt, qua memoriam renouant, et desiderium absentie falso atque inani solatio lenant: quanto incundiores sunt listera, qua vera amici absentis vestigia, veras notas adferunt.* Bün.

l) *eo reuerso*] De hoc verbo certarunt inter se Cellarius et Borrichii; ille in Antibarb. p. 151. et Curis p. 167. hi in Cogitation. contra Vosf. p. 223. et in Vindic. p. 204. neque vlli occurrit insignis locus Nepotis in Them. 5. 2: *reuersus est.* Quum vero Cicero hac forma absteineat, consolationem eius subornatam esse, ex hoc etiam adparet, quod in ed. Hamburg. f. 318: *reuersum in patriam* legitur. Bün.

m) *Et tamen*] Sic Bon. Tax. Pen. Vltr. Iun. Pal. et cum Lipsf. et Angl. Gothan. Rosf. Ven. 1471. vtraque 78. 93-97. Paris. Bün.

n) *Et tamen hominis imago*] MSS. Angl. et Lipsf. cum Rom. *Et tamen: non quod alii Et enim.* Cell.

o) *cuius numen atque spiritus ubique diffusus*] Goth. ac Lipsf. codd. sequutus sum: alii verba transponunt, *spiritus ac numen ubique diffusum.* Cell.

p) *spiritus ubique diffusus*] Pro hoc ordine a Cellario restituto facit Laët. L. 7. 3. II. Bün.

q) *inanis sit et vana*] MSS. C. C. C. Emman. Cant. Cauc. Iun. Sublac. Rosf. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93-97. Pier. Parrh. Paris. Crat. *inanis sit et vacua.* sic variant quoque L. 7. 6. 3. Num forte imitatus est suum Arnobium? L. 5. p. 156. *ut inane fiat ac vacuum, et sacrorum vis vaneſcat.* L. 7. p. 212: *in vacuis ludat vanitatis erroribus,* et p. 227: *inanisimum esse reperiatur et vacuum et nulla soliditate firmatum.* Nihil tamen muto. Vid. L. 2. 1. 2. c. 9. 1. c. 17. 6-12. L. 3. 4. 10. ubi quoque *inanis et vanus* iunguntur. Bün.

r) *quomodo possunt*] Reimm. Lipsf. 2. 3: *qui possunt.* ut sæpe Cicero *qui pro quomodo posuit.* Receptit Tornez. 1587-1613. Bün.

era Deo similia iudicari, quæ nec sentiunt ¹¹, nec mouentur? Itaque simulacrum Dei non illud est, quod digitis hominis ex lapide, aut ære, aliaue materia fabricatur; sed ipse homo; quoniam et sentit, et mouetur, et multas magnasque actiones ¹² habet. Nec intelligunt homines ineptissimi, quod si sentire simulaera et moueri possent; vltro adoratura hominem fuissent, a quo ¹³ sunt expolita: quæ essent aut incultus et horridus lapis, aut materia informis et rudis, nisi fuissent ab homine formata. Homo igitur illorum quasi parens putandus est; per cuius manus nata sunt; per quem speciem, figuram, pulchritudinem habere cœperunt. Et ideo melior est, qui fecit, quam illa, quæ facta sunt: & tamen factorem ipsum nemo suspicit ¹ aut veretur ². quæ fecit, timet ³, tam-

s) *qua nec sentiunt*] Lipf. *nec*: vulgo *nihil*. Cell.

t) *qua nec sentiunt*] Sic Bon. Tax. Pen. Cauc. Pal. Iun. Vltr. Ball. Cott. Bodl. Reimm. Emman. etiam Goth. et Tornæs. 1587-1613. Bün.

u) *hominem fuissent, a quo*] Singulariter Goth. omnes Lipf. et Emman. quod elegantius: editi plerique *homines, a quibus*. Cell.

x) *hominem - a quo*] Heumannus longe præfert scripturam editorum: *homines - a quibus*. Mihi vix recta videtur lectio MSS. Bon. Pen. Vltr. Cauc. Iun. Pal. Cott. C. C. C. Bodl. Ball. Einman. Reimm. Goth. et trium Lipf. *hominem fuissent, a quo*, in singulari, quem omnino requirunt proxima verba huius ipsius sect. 11: *nisi fuissent ab homine formata*, et sect. 12: *Homo - illorum* (simulacrorum) *parens - per cuius manus nata sunt*. Bün.

y) *suspicit*] Recte ita Goth. et Betul. quod est veneratur, æstimat: prae vulgati *suscipit*, etiam Lipsiensis scripti. Cell.

z) *nemo suspicit aut veretur*] Bon. *nemo suspicit aut veneratur*. Expres-

ferunt verum *sufficit*. Ven. 1471. Paris. 1513. Gryph. Betul. et omnes Tornæs. et sic volebat Muncker. ad Fulgent. p. 163. Clarum ex n. 14: *suspiciant*, et ex contrario n. 15: *despicere*. Sic Laët. 2. 5. 3: *suspiciat et honorificet parentem generis humani*. c. 13. 10. L. 4. 16. 2. *Elegantem Seneca Vita Beat. c. 25: non suspiciam me ob ista, non ideo tamen me despiciam*. Est frequentissima confusio in libris verborum *suspiciere* et *suscipere*. Bün.

a) *nemo - veretur, qua fecit, timet*] Sic fere omnes scripti, et excusi. At postrema hæc: *qua fecit, timet*, vox *nemo* hic regere non posse videtur, hinc Heumannus: *lego, inquit, veretur, qui qua fecit, timet*. Sed ne sic quidem pronomen *qui* cum voce *nemo* quadrat; nec *qui* referri potest ad *factorem*. Nam hic arguit, quod *CVLTOR*, non *opifex* timet; vt sequentia ostendunt. Lipf. tert. et Reimm. legunt: *qua fecit* timet (sc. homines), satis apte ad sequentia Senecæ. Sed non opus. *quum* nemo præcessit, quum alteri membro non conuenit, subauditur: *quilibet: factorem - nemo - veretur, qua*

tamquam plus possit esse in opere, quam in opifice. Recte igitur 14
Seneca in libris moralibus: *Simulacra*, inquit, *deorum vene-*
rantur. illis supplicant genu posito; illa adorant; illis per to-
tum adfident diem, aut adstant; illis stipem iaciunt, victimas
cadunt. et quum hac tantopere suspiciant: fabros, qui illa fe-
cere, contemnunt. Quid inter se tam contrarium, quam 15
statuarium despiciere, statuam adorare; et cum ne in conui-
etum quidem admittere, qui tibi deos faciat? quam ergo vim,
quam potestatem habere possunt; quum ipse, qui fecit illa,
non habeat? Sed ne hæc quidem dare his potuit, quæ habe-
bat; videre, audire, loqui, moueri^b. Quisquamne igitur 16
tam ineptus est, ut putet aliquid esse in simulacro Dei^c, in quo
ne hominis quidem quidquam est præter umbram? sed hæc
nemo considerat: infecti sunt enim persuasionem, ac mentes
eorum penitus succum stultitiæ^d perbiberunt^f. Adorant 17
ergo

que fecit (factor), timet, subaudi:
QUILIBET. Sic iterum Lactantius.
5. 1. 17: nemo rem veritate ponderat,
sed ornata, scil. quilibet rem ponderat.
Bün.

b) [videre, audire, loqui, moueri]
infinitiu pro substant. positi, ut 3.
17. 19. Bün.

c) [aliquid - Dei] L. 1. 9. 1. c. 13. 1. Bün.

d) [succum stultitiæ] Emman. et Va-
tic. cum ed. Rom. et Ven. succum,
quod conuenit cum perbibendi ver-
bo: ceteri facum. Cell.

e) [succum stultitiæ perbiberunt]
Habent succum alter Bon. nonnulli
Vaticani, Tax. Pen. Iun. Emman.
Ven. 1493. 97. Paris. Gymn. Parrh.
Craf. Bet. Tornæs. et præferunt
Thom. Gall. Cell. Walch. quia con-
uenit cum perbibendi verbo. Sane
sic sæpe Ouid. L. 13. Met. 944: *vix*
bene combiberant ignotos guttura suc-
cos. L. 4. Pont. 453: *i, BIBE-SVCCOS.*
de Arte. 3. 187: *Lana tot aut plures*
succos bibit. De Remed. 237: *Sæpe*
bibi succos. v. 308: *SVCCOS-BIBAS.*

MSS. Bonon. antiquisf. Reimm. Lipt.
Goth. Cauc. Cant. Ald. Gryph. FV-
CVM exhibent, quæ vox Ant. Augu-
stino Ilerd. Episcopo, Maxo, Heu-
manno, ut sit translatio a coloribus,
quibus pannus inficiuntur. Certe præ-
ceslit: *infecti sunt.* Plin. L. 22. c. 2.
sect. 9. pr. *infeci vestes scimus admirabili*
succo. Horat. L. 1. epist. 10. 27: *po-*
tantia velleræ fucum. Sauaro quo-
que pro succis in Sidonio inuenit:
Sarranis ebriam suis, illudque ex
Mattio: iam consiles tapetes ebriis fu-
co. ad Sid. L. 8. ep. 6. p. 477. defen-
dit. Veteres edd. Rost. Ven. 1471.
72. vtraque 78. scriptura dubia:
SVCVM. Diuersis locis Heinsius ad
Ouid. monuit, *succus et fucus* in MSS.
confundi solere. Bün.

f) [perbiberunt] præceslit: *infecti*
sunt. Infeci magis est quam inquinari,
perfundi minus quam perbibere.
Seneca epist. 59: *diu in istis vitiiis*
iacuimus, elui difficile est, non enim
inquinati sumus, sed infecti. epist. 110:
si notitia se non perfuderit, sed in-
fe-

ergo insensibilia, qui sentiunt; irrationabilia, qui sapiunt;
 18 exanima & qui viuunt; terrena, qui oriuntur e cælo. In-
 vat ergo, velut in aliqua sublimi specula constitutum^b, vnde
 vniuersi exaudireⁱ possint, Persianum illud^k proclamare:

O curua^l in terras^m anima, et caelestium inanesⁿ,

Cælum potius intuemini, ad cuius spectaculum vos excitauit
 19 ille artifex vester^{o-p}, Deus. Ille vobis sublimem vultum
 de-

fecerit. ep. 36: *Perseueret perbibere liberalia studium, non illa, quibus perfundi satis est, sed hæc quibus tingendum est amictus.* Maxime epist. 71: *quemadmodum lana quosdam colores semel ducit, quosdam nisi sepius macerata et recocta non perbibit, sic alias disciplinas ingenia, quum acceperere, protinus præstant, hæc nisi alte descendit, et diu sedit, animum non colorauit, sed infecit, nihil præstat.* L. 1. de Ira 16: *perbibisti nequitiam, et isa visceribus immiscuisti, vs nisi cum spissis exire non possit.* Prope Cic. 3. Finib. 2. *puer iam infici debet iis artibus, quas si combiberit, ad maiora veniet paratior.* Ad rem Augustin. 1. Ciu. D. 32: *attendite, si mens tam diu potatis erroribus ebria, vos aliquem sanum considerare permittit.* Bün.

g) *exanima*] Sic plurimi. at Goth. *exanimia*. Vtrumque probum, at receptum rarius: sic *imbecillus, imbecillilis, inermus, inermis*. Iterum Epit. 25. 15: *exanima viuantes - veneranda duxerunt.* Bün.

h) *in-sublimi specula constitutum*] Expressit Cyprian. ad Donatum ed. Oxon. f. 6: *o si possis in illa sublimi specula (male Basil. speculo) constitutus oculos tuos inferere secretis.* Bün.

i) *vniuersi exaudire*] Eleganter Cicero pro Sulla c. 12: *ut omnes exaudiant, clarissima voce dicam.* Bün.

k) *Persianum illud*] Persii Satyra II. v. 61. Cell.

l) *O curua*] L. 2. 17. 9. Prud. Hamart. 379-384: *perituraque pronus.*

Diligit et curuo quarit terrestria sensu. Bün.

m) *in terras*] Sic legendum, et Persius, in quo *in terris*, ex nostro corrigendus, Goth. vitiose: *inter has.* Bün.

n) *caelestium inanes*] Vid. Heusinger. Vechneri Hellen. p. 274. vitiose vtraque Ven. 1478. 93. 97. Paris. *manes*. Cum genit. Ouid. 3. Her. 60: *Sanguinis atque animi pectus inane fuit.* *Manes* hic absonum et contra versum. Sæpe syllaba *in* in litteram *m* et vice versa coalescere doctis notum, ostendimus in *inanibus* et *manibus* ad L. 2. 1. 2. Gallæo teste in nonnullis MSS. et editis legitur et hic: *o curas hominum: o quantum est in rebus inane.* reperio eum in Reimun. tribus Lips. Goth. et edd. Gryph. Tornæs. et Betul. alteri præmisum, qui est primus in Persio. in antiquis Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Paris. est omisus, æque ac in MSS. Bon. Tax. Pen. Cauci. Bün.

o) *illa artifex vester, Deus*] Vatic. Goth. et Lips. tres *vester*, vt ad *artifex* referatur, id est *creator vester*. Alii *verus*, et cum *Deus* componunt. Iidem codices, etiam Angli, mox ad parentem suum legunt, non, vt vulgatum, ad patrem. Cell.

p) *artifex vester*] Sic cum Lips. trib. et Goth. Bon. Vaticani tres,
 Pal.

dedit; vos in terram curuamini: vos altas mentes, et ad parentem suum et cum corporibus suis erectas, ad inferiora deprimitis; tamquam vos pœniteat, non quadrupedes esse natos. Fas non est, cœleste animal cum terrenis, in terramque vergentibus coæquari ^{7. 5.} quid vos beneficiis cœlestibus orbat⁵, pronique in humum vestra sponte procumbitis? humi enim miseri volutamini; quum deorsum quæritis, quod in sublimi quærere debuistis. Nam ista mortalium digitorum ludicra, et fragilia figmenta, ex quolibet materiæ genere ^{*} formata, quid aliud sunt nisi terra, ex qua nata sunt? Quid ergo rebus inferioribus subiactis? quid capitibus vestris terram superponitis? quum enim vos terræ submittitis, humilioresque facitis; ipsi vos vltro ad inferos mergitis, ad mortemque damnatis, quia nihil terra inferius et humilius, nisi mors, et inferi. quæ si effugere velletis: subiectam pedibus vestris terram contemneretis, corporis statu saluo, quod iccirco re-ctum accepistis; quo oculos atque mentem cum eo, qui fecit, conferre ^x possetis. Contemnere autem, et calcare terram, nihil aliud est, quam simulacra non adorare; quia de terra fi-
Et

Pal. Vltr. Iun. probantibus Thom. If. Gall. in marg. Tornæs. est *vestri*. Bün.

q) *ad parentem suum*] Sic Bon. Tax. Pen. Angl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. et in marg. Tornæs. 1587 - 1613. recte. L. 2. 17. 9: *colamus - solius artificis parentisque nostri vnicum numerum*. L. 2. 18. 6. *quem suus parens non humilem - sed - rectum - agnouerit*. Bün.

r) *coæquari*] Vat. Emman. et Goth. quod significantius est quam aliorum *versari*. Cell.

s) *cum terrenis - coæquari*] Ita rectissime quinque *Vaticani*, Bon. Cauc. Pal. Vltr. et Tornæs. 1587 - 1613. Propius vero Ven. 1472. vtraque 78. et Paris. *adaquari*, quam Lipf. Sublac. Ven. 1471. Rost. Ven. 93. 97. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. *versari*.

confirmo ex de Ira 7. 2: *non-rationale animal cum mutis et irrationabilibus coæquauit*. Conf. L. 5. 14. 15. Bün.

t) *quid vos - orbatis*] Ita edidi sine vlla hæsitacione ex Bonon. Pen. Iun. Vltr. Emman. Bodl. Cott. Lipf. 1. in præsentî actiuo coherent: *quid vos orbatis pronique - procumbitis*. Ex omnibus editoribus solus Ifæus veram lectionem in textu dedit, Heumannusque dignam, quæ recipere-tur, merito censuit. Bün.

u) *ex quolibet materia genere*] Hæc egregie illustrat Arnob. L. 6. p. 199. 200. Bün.

x) *otulos - cum eo, qui fecit, conferre*] Hæc dictio vindicabitur ad Laët. de Ira c. 7. 5: *confert cum Deo vulvum*. Bün.

y) *quia*

Etia 7.² sunt : item diuitias non concupiscere ; voluptates corporis spernere : quia opes, et corpus ipsum, cuius hospitio utimur, terra est. Viuum colite, vt viuatis : moriatur enim necesse est, qui se suamque animam mortuis adiudicauit *.

III. Sed quid prodest ad vulgus et ad homines imperitios hoc modo concionari, quum videamus etiam doctos, et prudentes viros, quum religionum intelligant vanitatem, nihilo minus tamen in iis ipsis, quæ damnant, colendis, nescio qua prauitate, perstare ^a ? Intelligebat Cicero, falsa esse, quæ homines adorarent. nam quum multa dixisset, quæ ad euersionem religionum valerent ; ait tamen : *non esse illa b vulgo disputanda, ne susceptas publice religiones disputatio talia c* ^d *extinguat.* Quid de eo facies ^e, qui, quum errare se sentiat,

y) quia de terra ficta sunt] Ficta plerique : at Goth. et Lips. alter facta. Cell.

x) de terra ficta sunt] Sic cum Lips. l. 3. Reimm. Angl. Sublac. Ven. 1471 - 97. Rost. Iunt. Paris. Ald. Parrh. Crat. Gymn. Gryph. Tornæs. Conf. n. 1. Sæpe fictus, et factus in libris permutantur. Büñ.

*) animam - adiudicauit] L. 7. l. 14: voluptatibus animam suam cum corporibus adiudicauerunt. add. Betul. Büñ.

a) perstare] Sic recte Reimm. Parrh. Crat. Ald. Gymn. Gryph. Tornæs. Thom. et sequentes, perperam Sublac. Rost. vtraque Ven. 1478. 93. 97. Paris. prestare. Illud perstare sect. 22. exprimit: IN IIS, (religionibus) quas falsas esse intelligunt, perseuerant. Büñ.

b) ait tamen : non esse illa] ait in libro quodam deperdito. In Ciceronianis enim hodie non exstat. Cell.

c) Quid de eo facies] Præstat, inquit Cell. vulgato: ei. Est EI in Lips. Bon. Reimm. Sublac. Ven. 1471 - 97. Rost. Paris. reliquis, nec contra indolem Cic. et Lactantii. Hic L. 3. 18. 18: quid Ciceroni faciemus? c. 20.

4: quid his facias, qui inconcessa scrutari volunt? L. 5. 12. 1: Quid iis facias, qui ius vocant carnificinas. Cicero pro Cæcina c. 11. pr. Quid huic tu homini facias, quod P. Faber defendit ex Gell. L. 6. N. A. c. 16. et pluribus illustrat Pasferatius. Variant et alibi Ciceronis libri, vt L. 2. in Verr. c. 16. aliqui: quid huic homini facias? sed Nannius ex vetere: Quid hoc homine facias? addit: ἀρχαίων. Pari modo L. 1. in Verr. c. 16: quid hoc homine faciatis? multis idem docet Andr. Schott. Nodor. Cic. L. 1. c. 2. p. 4. sq. Credit Heumannus Lactantium scripsisse: quid eo facies, sed codd. omnes aut ei, aut de eo in Lact. exhibent. Pro Cellario Lact. 1. 15. 13: Idem de Ioue Liber et Pan fecerunt, ac de his ipsis successores. L. 7. 6. 8: quid de his faciunt, facturique sunt, et ipse Cicero pro Ligar. c. 12. Pari modo graecos dicere: πρῶσσειν ἐπι τινι, docte demonstrat Celeberr. Wolfius in Cur. Philol. ad. Act. 5. 35. p. 1080. Büñ.

d) Quid de eo facies] Emman. et Goth. de eo, quod præstat vulgato ei. Cell.

e) vltro

tiat, vltro se ipse in lapides impingat ^{a. f.}, vt populus omnis offendat? ipse sibi oculos eruat ^{z.}, vt omnes cæci sint? qui nec de aliis bene mereatur, quos patitur errare; nec de se ipso, qui alienis accedit erroribus? nec vtitur tandem sapientia suæ bono, vt factis impleat, quod mente percepit; sed prudens et sciens pedem laqueo inserit ^{b.}, vt simul cum ceteris, quos liberare vt prudentior debuit, et ipse capiatur? Quin potius, si quid tibi Cicero virtutis est, experire, populum facere sapientem. digna res est, vbi omnes eloquentiæ tuæ vires exerceas ^{i. k.}. Non enim verendum est, ne te in tam bona causa ^l deficiat oratio ^{m.}, qui sæpe etiam malas copiose ac fortiter

e) vltro se ipse in lapides impingat] Recto duo Lips. illud se, vulgo neglectum, interpomunt, quod indoles verbi impingendi reposcit. Ad dunt etiam se mox ante offendunt, quod ex vsu linguæ abesse potest. Cell.

f) se ipse in lapides impingat] Reimm. vltro se in lapides impingat. Heimannus defendit vulgatam in sensu neutrali omisso pron. se, quod editi non habent; forte illud se a Cellario adsertum, in aliis excidit, vt olim fuerit in libris: ipse se in lapides impingat. infinita sunt exempla in antiquis. codd. maxime Pandectis Florent. vbi raro eadem syllaba repetitur. Certe neutralis sensus in hoc verbo est contra vsum Lactantii. L. 3. 18. 10: nec Plato Cleombrotum impigisset in mortem voluntariam. L. 4. 29. 1: qua adseueratio plerosque in maximos impigret errores. L. 6. 4. 23: iis - diabolus philosophiam in oculos impingit. L. 6. 5. 18: ignoratio - imprudentem impingit in vitia. Bün.

g) oculos eruas] Op. 8. 12: erutis et affosis oculis. Probata locutio Senec. 7. Suas. eruentur oculi tui. Filius Sen. de Prouid. 5. Iustin. L. 5. 8. 4: negarunt, se Spartani ex duobus Græcia oculis alteram eruturos. Bün.

h) prudens et sciens pedem laqueo inserit] Ven. 1497. vitiose: prudens et sciens. Pari elegantia L. 6. 12. 13: prudens ac sciens in hoc se laqueos induit. Cic. pro Marcello 5: vt prudens et sciens tamquam ad interitum ruerens voluntarium, vbi Abramus plura. Præterea Cic. L. 4. in Verr. c. 17: collum in laqueum inserenti subuenisti. Bün.

i) vires exerceas] Lips. antiquior exerceas, apte: reliqui prauæ, auctu tamen syllabæ exereræ: vulgo demta syllaba exeras. Cell.

k) vires exerceas] Goth. Reimm. cum Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. et reliquis exeras, i. e. exferas, vt Arnob. L. 1. p. 11: intestinas exferant experianturque virtutes. At præstat: exerceas, quod quoque expressit ed. Paris. 1513. Ita solet noster L. 3. 16. 2: sapientia, quo vim suam exerceat. L. 7. 4. 13: vim suam rationis exerceat. Cic. L. 1. orat. 33: pr. in hoc vires exercent suas. Sen. 6. Benef. 31: vbi tantas vires exercere possint. Bün.

l) in tam bona causa] Recte. solus Goth. in tam bonam causam. Bün.

m) ne te - deficiat oratio] MSS. Emman. Cant. Vltr. Iun. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78-97. Pier.

- 5 titer defendisti. Sed nimirum Socratis carcerem times^{n. o.}; ideoque patrocinium veritatis suscipere non audes. At mortem, vt sapiens, contemnere debuisti. Et erat quidem ^p multo pulchrius, vt ob benedicta potius, quam ^r ob maledicta morereris: nec tibi laudis plus ^r Philippicæ adferre potuerunt, quam discussus error ^r humani generis, et mentes hominum
- 6 ad sanitatem tua disputatione reuocatæ ^t. Sed concedamus timiditati, quæ in sapiente esse non debet; quid ergo ipse in eodem versaris errore? video, te terrena et manufacta venerari. vana esse intelligis, et tamen eadem facis, quæ faciunt
- 7 ipsi, quos ^{*} ipse stultissimos confiteris. Quid igitur pro-

fuit,

Pier. Parrh. Crat. Paris. Ald. Gymn. *ne tibi deficiat oratio.* dandi casu. vtrumque probum. *ne te* habent Reimm. Gryph. Tornæs. Betul. Thom. If. Spark. Gall. Conf. Cell. Cür. Post. p. 100. *Bün.*

n) *Socratis carcerem times*] Socrates ἔς μὲν ἢ πόλις νομίζει θεός, ἔ νομίζων, *deos esse negans, ab Atheniensibus creditos, in carcerem coniectus, cicutam bibere coactus est. Laerius. Cell.*

o) *Socratis carcerem times*] Plura L. 5. 14. 13. 14. Elmenh. ad Arnob. L. 1. p. 24. Sauaro ad Sidon. carm. 15. p. 152. 19. *Bün.*

p) *Et erat quidem*] Ita quinque Vaticani, Bon. Cauc. Iun. Pal. Angl. Lips. 1. 3. Sublac. Ven. 1471. quod Thom. et Walch. defendunt. Lips. 2. Goth. Reimm. Rost. vtraque 1478. Betul. *Et erat multo pulchrius, omisso quidem.* Ven. 1493. 97. Paris. *Erat multo pulchrius, omisis et quidem.* Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæs. *Erat quidem.* Heumanno plus grauitatis habere videtur oratio, si ET omisso legas: *Erat quidem, vt quidem valeat sane.* *Bün.*

q) *ob benedicta potius, quam*] Ven. 1493. 97. Paris. *ob bene prius dicta quam.* Vtraque Ven. 1478. Parrh.

Ald. Crat. Gymn. Gryph. Betul. Thom. *ob bene potius dicta, quam. satis bene.* Goth. Ven. 1471. et Rost. *ob benedicta, quam. omisso potius, quod sæpius subaudiri dixi ad L. 1. 3. 7-11.* Receptam vero confirmant MSS. Bon. Tax. Pen. Iun. Pal. Vaticani, Reimm. Cauci et Lips. *Bün.*
r) *nec tibi laudis plus*] Goth. et Reimm. hoc ordine: *Nec plus tibi laudis.* *Bün.*

s) *discussus error*] L. 3. 1. 1. L. 4. 27. 18. L. 5. 11. 11. L. 6. 4. 23. *Bün.*

t) *reuocatæ*] Sic oranino recte MSS. et Parrh. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Betul. primæ Tornæsianæ, Thomæus et sequentes, vt coherente: *discussus-et-reuocatæ.* Male Reimm. Sublac. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Paris. Tornæs. 1587-613. Walch. *reuocare.* Eleganter vero dictum *mentes ad sanitatem reuocatæ, i. e. saniora rectoria consilia.* Sic Hirtius B. Alex. 24. 3: *ciues ad sanitatem reuocare.* Conf. B. Afric. 4. 1. Cæsar. 1. B. Gall. 42. 2. et Hirt. L. 8. B. G. 22. 1. Mox Reimm. *sed concedamus.* male. *Bün.*

u) *qua faciunt ipsi, quos*] Illud *ipss* est in plerisque MSS. etiam Reimm. in editionibus vero omnibus, vnde nolui mouere, licet mihi perplaceat lectio Gothani cod. *quæ faciunt hij,* id est

fait, vidisse te veritatem, quam nec defensus es, nec secutus? si libenter * errant etiam ii, qui errare se sentiunt; quanto magis vulgus indoctum, quod pompis inanibus gauder, animisque puerilibus spectat omnia, oblectatur friuolis, et specie simulacrorum capitur, nec ponderare secum vnamquamque rem potest, ut intelligat, nihil colendum esse, quod oculis mortalibus cernitur; quia mortale sit, necesse est. Nec mirandum est **, si Deum non videant, quum ipsi ne hominem quidem videant, quem videre se credunt. hoc enim, quod oculis subiectum est, non homo, sed hominis receptaculum ^{a. b} est: cuius qualitas, et figura non ex lineamentis vasculi, quo continetur, sed ex factis et moribus peruidetur. Qui ergo colunt simulacra, corpora sunt hominibus carentia ^{c. d.}; 9
quia

id est ii, more MSS. et vet. edd. Heumannus τὸ, ἴψῃ, eiciendum iudicat, abesse sane poterat. Bün.

x) *si libenter*] Sublac. Rost. utraque Ven. 1478-97. et plures: *Sed si libenter*. Bün.

y) *quia mortale sit, necesse est*] Hic verborum ordo est a me positus ex Goth. Reimm. Lipf. 2. et 3. Pro more L. 1. 16. II. L. 2. 9. 7. L. 3. 11. 6. c. 29. 3. L. 6. 6. 2. c. 9. 17. Bün.

z) *Nec mirandum est*] Bon. Tax. Pen. Ium. Pal. Rost. Ven. 1472: secunda 78. 93. 97. Paris. Pier. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymr. legunt modo infinitiuo: *Nec mirandum esse*, et sic legi iubet Heumannus, sed reprobe pensata, video ea male construere: *ut intelligat, nihil colendum esse*. Quum aptius ordiatur noua periodus, qua Laetantius iudicium suum interponit. Et habent: *Nec mirandum est*, codices Cauc. Angl. Lipf. 1. 2. Sublac. Ven. 1471. prima 1478. Gryph. Betul. Tornæs. Thomas. Cant. Spark. Gall. Walch. Vix dubito de consensu antiquiss. Bonon. etiam Vaticanorum. Reimm. habet: *nes miraculum esse*. Bün.

a) *non homo, sed hominis receptaculum*] Corpus vident, non animam, præcipuam hominis partem, et quasi solum dignam humano nomine. Cell.

b) *receptaculum*] Rost. *preceptaculum*, i. e. *præceptaculum*. Praue. Opif. 19. 9; *corpuscule - hominis receptaculum est*. Imitatur Ciceronem 1. Tusc. 22: *corpus quasi vas est aut aliquod animi receptaculum*. Conf. quæ noto ad L. 7. 12. 4. Cautiones in talibus locutionibus obseruandas docet Buddeus in Instit. Theol. Moral. p. I. c. 1. sect. 7. §. 1. Bün.

c) *corpora sunt hominibus carentia*] hominibus, hoc est animabus, uti ex glossemate multi receperunt. MSS. autem et Angl. et Lipf. *hominibus* et etiam mox *dederunt*, non *dederunt*. Cell.

d) *corpora - hominibus carentia*] Sic duo Bonon. tres Vaticani, tres Lipf. Reimm. omnes Anglicani, Goth. Cauc. Pen. Pal. Tax. Vltr. Guelferb. Sublac. Rost. utraque Ven. 1478. Paris. 1513. Betul. et sic defendunt Thomas. Gall. Spark. Cell. Heumann. rectissime. Aliorum Ven. 1471.

quia se corporalibus dediderunt^e, nec vident plus aliquid mente, quam corpore; quum sit animi officium, ea subtilius cernere, quæ acies corporalis^f non potest intueri. Quos homines idem ille philosophus ac poeta^g grauiter accusat, tamquam humiles et abiectos, qui contra naturæ suæ rationem ad veneranda terrena se prosternant. ait enim:

*Et faciunt animos^b humiles formidine diuim,
Depresfosque premunt ad terram.*

Aliud quidem ille, quum hæc diceretⁱ, sentiebat; nihil utique esse colendum, quia dii humana non curent. Denique alio loco religiones deorum, et cultus, inane esse officium confiterur:

*Nec pietas vlla est^k, velatum^l saepe videri
Vertier ad lapidem^m, atque omnes accedere ad aras:
Nec procumbere humi prostratum, et pandere palmas
Ante deum delubra, nec aras sanguine multo
Spargere quadrupedum, nec votis necere vota.*

quæ

72. 93. 97. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæ. Walch. corpora animabus carensia. glossema explosum sapiunt. Lactantius audiatur de Opif. 1. 11: *Corpus vas est - quo animus, id est homo ipse verus continetur.* ibid. c. 19. 1: *corpusculum-hominis receptaculum est.* L. 5. 21. 11: *Animus, in quo solo est homo etc.* Büñ.

e) *corporalibus dediderunt*] Sic Bon. Tax. Pen. Reimm. Goth. Bodl. Cott. Emman. Ven. 1472. vtraque 1478. et Paris. Melius sane, quam Lipf. 2. Cant. Cauc. Sublac. Ven. 1471. Parrh. Ven. 93. 97. Ald. *dederunt.* Büñ.

f) *acies corporalis*] L. 7. 13. 11: *quum mentis acies multo clarior quam corporis.* Aciem de oculis dici frustra quidam negant. Ipse Cicero 5. Fin. 28: *Bonum incolomis acies, misera cecitas.* Seneca ad Helu. c. 9. *Undecumque ex aquo ad calum erigitur acies.* Alia plura Heinf. ad

Ouid. L. 4. Metam. 463: *acie torua - vidit.* Büñ.

g) *philosophus ac poeta*] Lucretius. Cell.

b) *Et faciunt animos*] Lucretius Lib. 6. v. 51. apud quem est *Efficimus*, vbi noster *Et faciunt.* Cell.

i) *quum hæc diceret*] Edidi hæc ex MSS. Bon. Tax. Pen. Pal. Goth. Reimm. Lipf. 1. et 3: Büñ.

k) *Nec pietas vlla est*] Lucretius eiusdem Lib. 5. v. 1197. seqq. Cell.

l) *velatum*] Recte Petr. de Mari-dat de Pileo ed. Lugd. 1655. 4. p. 142 *velatum*, inquit, non refertur ad lapidem, sed ad personam VELATAM, quæ versus lapideum simulacrum lapideum vertebatur. Büñ.

m) *Vertier ad lapidem*] Sic libri Lucretiani, atque Lucretio illud *vertier* Libro 1. 711. et L. 2. 926. quoque vsitatum. Præferenda igitur hæc Aldi, Crat. Gymn. Gryph. Betul. Thom. If. lectio alteri Bon. Tax.

quæ profecto si casæ sunt : non oportet sublimes, et excelsos animos auocari ², atque in terram premi ; sed nihil aliud, quam cælestia cogitare. Impugnatae sunt ergo a prudentioribus falsæ religiones ; quia sentiebant esse falsas : sed non est inducta vera ; quia, qualis, aut ubi esset, ignorabant. Itaque sic habuerunt, tamquam nulla esset omnino ; quia veram non poterant inuenire : et eo modo ^{o. p} inciderunt in errorem multo maiorem, quam illi, qui falsam tenebant. Nam isti fragilium cultores, quamuis sint inepti, quia cælestia constituunt in rebus corruptibilibus ⁴ atque terrenis : aliquid tamen sapientiae retinent, et habere veniam possunt ; quia summum hominis officium etsi non reipsa, tamen proposito tenent : siquidem hominum atque mutorum vel solum vel certe ma-

Tax. Pen. Iun. Reimm. Cauc. Vltr. Pal. Lips. 1. 3. Goth. Sublac. Ven. 1471-97. Rost. Paris. Parrh. Tornæ. *vertiere se* ; et pessimè cum pro sodia pugnanti Walch : *vertier se ad lapidem*. Pithæo L. 2. Aduers. c. 14. p. 59. hic Lucretii locus obuersatus est, sed fallitur, ubi putat in Lucretio esse : vinctum *vertier ad lapidem*. Neque *vulgatum*, quod Thomas margo dicit, alios legere in aliquo libro deprehendi. *Bün.*

n) *auocari*] Parrh. quatuor Tornæ. Paris. Ald. Gryph. Sourbron. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Cant. Spark. Walchius legunt *perperam : aduocari*, sed vnicè rectum : AVO-CARI, vti habent MSS. C. C. C. Bodl. Coet. Lips. 2. 3. Goth. Guelferb. Emman. Cant. et Reimm. a prima manu, Sublac. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Gymn. Betul. Crat. Miror Spark. et Valehium non audiuisse Munckerum, legendum *auocari* censerentem ad Fulgent. p. 148. Confirmamus ex ipso Lactantio L. 6. 6. 4-9 : *ut a cælestibus auocatum terrenisque demersum - insensiciant*. n. 9 : *neque fas est animam co-*

lestibus intentam bonis - ab immortalibus suis bonis auocari. L. 4. 27. 16 : *ut auocent a veri Dei notione*. Eadem vis verbi Libro de Opif. c. 18. 5 : *mens auocatur simulacris*. n. 8 : *auocamenta - auocatur*. Conf. Minuc. Fel. c. 14. 4. c. 15. 3. *Bün.*

o) *et eo modo inciderunt in errorem*] eo modo, quo falsas agnouerunt, veram autem inuenire non potuerunt ; inciderunt in multo graviolem errorem, vt nullam dicerent esse religionem. *Cell.*

p) *et eo modo*] Ita Bon. Vltr. Goth. et alii MSS. vt merito Thom. Isæus, Gall. Cant. Spark. Cell. receperint ; atque Thom. et Cell. rectè defenderint. absouum illud *eodem modo*, quod est in Reimm. Cauc. Iun. Lips. et plerisque edd. Sublac. Ven. 1471-97. Paris. Tornæ. Walchius propagauit. *Bün.*

q) *corruptibilibus*] Lips. 2. 3 : *corporalibus*. Non muto prius, quod et in pluribus scriptis et editis omnibus. Vid. L. 2. 8. 68. L. 7. 3. II. Vocabulum Tertull. de Animæ Testimon. c. 2. Reimm. coniunxit *corporalibus, corruptibilibus*. *Bün.*

15 maximum in religione discrimen ⁊ est. Hi vero quanto fuerunt sapientiores; quod intellexerunt falsæ religionis errorem: tanto facti sunt stultiotes; quod esse aliquam veram
 16 non putauerunt. Itaque quoniam facilius est, de alienis ⁊ iudicare, quam de suis: dum aliorum præcipitium ⁊ vident; 17 non prospexerunt, quid ante suos pedes esset. In vtraque igitur parte et summa stultitia inuenitur, et odor quidam sapientia ⁊: vt possis dubitare, quos dicas ⁊ potissimum stultiores ⁊, illos ne, qui falsam religionem fuscipiunt; an eos, qui
 18 nullam. Sed, vt dixi, venia concedi potest ⁊ imperitis, et qui se non esse sapientes ⁊ fateantur: his vero non potest, qui, 19 sapientiam professi, stultitiam potius exhibent. Non sum equidem tam iniquus, vt eos putem diuinare potuisse ^{b. c.}, vt veri-

⁊) *hominum atque mutorum - in religione discrimen*] de Ira 7. 7. Bün.

s) *facilius est, de alienis*] respexit ad Terentii locum adductum a Lactantio L. 3. 4. 7. Senec. ep. 109: *homines plus in alieno negotio videre, quam in suo.* Cic. 3. Tusc. 30: *Proprium est stultitia, aliorum vitia cernere, obliuisci suorum.* add. Omeis. ad Iuvenec. 1. 661. Gronou. ad Phædr. 4. fab. 9. p. 85. Bün.

t) *præcipitium*] Ex hoc loco singularis probatur in Fabri Thesaurio, at in Lips. tert. legitur *præcipitia.* et est sane pluralis longe frequentior aliis; at iterum Lactantius L. 1. 1. 23: *vt per præcipitium labantur.* de Ira 4. 13: *præcipitium videbat.* Bün.

u) *odor quidam sapientia*] Sparcius subnotauit: *vestigium quoddam explicationis causa, vt puto.* Admodum amat hanc elegantem locutionem L. 6. 12. 26: *quasi odore quoddam veritatis resenti.* L. 6. 22. 1: *quem nec odor quidem virtutis attingerit.* L. 7. 1. 11: *philosophos veritatem ista leuiter odoratos, vt tamen vnde eos odor ille sapientia tam suauis, tam iucundus adflaret, nullo modo senserint.*

Eodem sensu L. 3. 17. 11: *si vel exiguam veritatis auram colligere potuisset.* ODOR vero pro tenuissimo rei alicuius gustu ponitur secundum Barth. L. 17. Aduers. c. 2. fin. Bün.

x) *quos dicas*] Frequentius: *vtros* dicunt alii, sed defendit nostrum in raro opere Despaucierius Commentar. Grammat. f. 253. Bün.

y) *potissimum stultiores*] Peccat noster Vallæ L. 1. Eleg. c. 13. quod in bimembri oratione hic et L. 7. 25. 1. superlatiuo: *potissimum* est vsus, fuisset enim *potius* dicendum, sed et hic vindicauit Lactantium Despaucierius c. 1. Bün.

z) *vt dixi, venia concedi potest*] Rectum *potest* ex Bon. Tax. Pen. Cauc. Reimm. Lips. Goth. et parè modo dixit num. 14. ad quem provocat: *veniam habere possunt, et sequitur n. 18: his vero non potest, sc. venia concedi.* Bün.

a) *se non esse sapientes*] Ita, negatione ante esse posita, duo Bonon. Tax. Cauc. Pal. Reimm. Bün.

b) *diuinare potuisse*] MSS. *potuisse*: vulgati *debuisse.* Cell.

c) *diuinare potuisse*] Goth. Gryph. Bctul.

veritatem per seiplos inuenirent, quod fieri ego non posse confiteor: sed hoc ab his exigo, quod ratione ipsa prestare potuerunt. Facerent enim prudentius, si et intelligerent, esse aliquam veram religionem: et, falsis impugnat, aperte pronuntiarent, eam, quæ vera esset, ab hominibus non teneri. Sed mouerit eos fortasse illud: quod si qua vera esset religio, exereret se ac vindicaret; nec pateretur esse aliud quid-

Betul. Tornæ. Thom. Gall. Spark. Walch. *debuisse*, et Heumannus facile, inquit, *adparet Lactantium scripsisse: debuisse, quod et Thomas edidit, non profertur aliam e MSS. suis scripturam.* At MSS. Lipf. Reimm. Bodl. Emman. Cant. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Ifæus habent: *potuisse*, quæ vox mihi videtur textui magis respondere propter consequentia verba: *quod fieri ego non posse confiteor - exigo, quod ratione ipsa prestare potuerunt.* Hoc vltierius vrget n. 21: *videre nullo modo poterant - aliquis scire nullo pacto potest.* add. n. 23. 24. 25. Bün.

d) *esse aliquam veram religionem*] In scriptis tantum est *esse aliquam veram*; in vulgatis *esse aliquam religionem*: Aldus vtrumque fert, *veram* cum MSS. et *religionem* cum vulgatis. Prius editi Rom. et Ven. consentiunt cum manuscriptis. Cell.

e) *esse aliquam veram religionem*] Bonon. antiquis *esse aliquam religionem* habet, et *inducenda est*, inquit Thomas. *illa dictio: veram; quia, nisi veram religionem ignorarent, tamen aliquam esse religionem intelligere potuerunt.* Heumannus probat hanc ab Ifæo, Gall. Cant. Sparkio receptam emendationem Thomafianam. MSS. Angl. Goth. Lipf. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Tornæ. *esse aliquam veram.* his plenius Ald.

Crat. Gymn. Gryph. Betul. exhibent *esse aliquam veram religionem.* Non possum dubitare vnam ex duabus postremis esse veram lectionem; siue enim subst. *religionem* exprimas, siue subaudias, perinde est. Aperte hæc verba respiciunt ad sect. 15: *raptofactio sunt stultiores, quod esse aliquam veram non putauerunt.* Dixerat, philosophos et doctos diuinare non potuisse, QVAENAM et QVALIS sit vera religio, intelligere vero tamquam prudentes potuisse, esse ALIQUAM VERAM, camque, QVAB VERA esset, ab hominibus (profanis) non teneri. n. 20 - 24. respice n. 12. et n. 13. L. 1. 2. 5. Bün.

f) *exereret se ac vindicaret; nec pateretur*] Sic Angl. Goth. et Lipf. 1. 3. Parrh. Ald. Crat. Gryph. Betul. Thomas. Il. Fhyf. Gall. Cant. Spark. Cell. legunt. At Tornæ. *exereret se ac vindicaret, nec pateretur.* Gymn. *exereret se ac vindicaret, nec.* Walch. *exereret se ac vindicaret, nec.* Vtraque Ven. 1478: *exereret se vindicare, nec.* Ven. 1493. 97. et Paris. 1513: *exereret se ac iudicaret, nec.* Ven. 1471: *exereret ac vindicaret, nec.* Rost. *exereret ac indicaret, ne pateretur.* Reimm. *exereret se, ut vindicaret, nec pateretur.* Heumannus pro *vindicaret* rescribit: *vendicaret*, quasi spectandam daret publice; et vt glossema delet verba: *nec pateretur esse aliud quidquam.* Poterant sane abesse; leguntur tamen in omnibus scriptis et editis, sola variatio in *nec,*

- 21 quidquam. Videre enim nullo modo poterant, quare, aut a quo, et quemadmodum religio vera opprimeretur, quod est diuini sacramenti, et cælestis arcani; id vero, nisi doceatur,
- 22 aliquis scire nullo pacto potest. Summa rei hæc est: Imperiti et insipientes falsas religiones pro veris habent; quia neque veram sciunt, neque falsam intelligunt: prudentiores autem, quia veram nesciunt; aut in iis, quas falsas esse intelligunt, perseverant, ut aliquid tenere videantur: aut omnino nihil colunt, ne incidant in errorem: quum idipsum maximi
- 23 sit erroris, vitam pecudum sub figura hominis imitari. Falsum vero intelligere, est quidem sapientiæ, sed humanæ: ultra hunc gradum procedi ab homine non potest. itaque multi philosophorum, religiones, ut docui, sustulerunt: verum autem scire, diuinæ est sapientiæ; homo autem per seipsum peruenire ad hanc scientiam non potest, nisi doceatur
- 24 a Deo. Ita philosophi, quod summum fuit humanæ sapientiæ, adsecuti sunt, ut intelligerent, quid non sit: illud adsequi nequiverunt, ut dicerent, quid sit *s*. Nota Ciceronis vox est *b*: *Vtinam tam facile vera inuenire possem, quam falsæ*
- 25 *conuincere*. Quod quia vires humanæ conditionis excedit; eius officii facultas nobis est adtributa, quibus^t tradidit Deus scientiam veritatis. cui explicandæ quatuor posteriores libri seruient. Nunc interim *k* falsa, ut cœpimus, detegamus.

I III. Quid igitur maiestatis possunt habere simulacra, quæ fuerunt in homunculi potestate, vel ut aliud fierent, vel

vt

vbi quædam: *ne*. Frequentissimæ in libris confusiones verborum: *exferere* et *exercere*. Vid. L. 2. c. 3. n. 4. not. et *vindicare* et *vendicare* non differunt, prior vero orthographia rectior. Vid. Nolten. Lex. Antibarb. p. 149. Nec mirum, *vindicare*, *iudicare*, *indicare* confundi, uti sæpe *index* et *vindex*; quod multi docuerunt. Vid. Drakenb. ad Sil. Ital. 2. 456. p. 99: Ego quidem adquiesco in recepta priori. Similis fere obiectio Lact. 5. 21. 7: *Cur Deus hac se-*

vi patitur, nec cultores suos aut vindicat aut tuetur? Bün.

g) *quid non sit - quam quid sit*] Ex Cic. 1. Nat. D. 21. fin. *quid non sit citius, quam quid sit, dixerim*. Bün.

h) *Nota Ciceronis vox est*] Lib. I. de Nat. deor. cap. 32. extr. Cell.

i) *est attributa, quibus*] Reimm. *attributa est, quibusque*. Bün.

k) *Nunc interim*] L. 2. 4. 25. Vid. L. 1. 7. 11. not. Reimm. *mox: detegemus*. Bün.

a) *apud*

vt omnino non fierent? iccirco apud Horatium ^a Priapus ita loquitur:

*Olim truncus eram ficulnus, inutile lignum;
Quum faber incertus, scammum faceretne Priapum,
Maluit esse deum. deus inde ego, furum, auiumque
Maxima formido.*

Quis non fit tanto hoc custode securus ^b? Fures enim tam stulti sunt, vt Priapi tentiginem timeant; quum aues ipsæ, quas terrore falcis, aut inguinis abigi existimant, simulacris fabrefactis, id est, hominum plane similibus, infideant, nidificent ^c, inquinent. Sed Flaccus, vt satyrici carminis scriptor, derisit hominum vanitatem: verum ii, qui faciunt, seriam se facere rem opinantur. Denique poeta maximus ^d, homo in ceteris prudens, in hoc solo non poetice, sed aniliter desipuit; quum in illis emendatissimis ^e libris etiam fieri hoc iubet:

*Et custos furum, atque auium f cum falce saligna,
Hellepontiaci seruet tutela & Priapi.*

Adorant ergo mortalia, vt a mortalibus ^b facta: frangi enim, ^f cre-

^a) apud Horatium] Lib. I. Satyr. 8. Cell.

^b) Quis non fit tanto hoc custode securus] Non est hemistichium Horatianum, vt in ceteris impresis existimatum adparet, sed prosa ipsius Laetantii ironice loquentis. Hæc Isæus. Hoc peius Spark. et Walch. ex impresis - posset quis coniecere hemistichium hoc Horatianum esse etc. At vero poetas plane ignarus esset, qui id coniecisset, quum prima syllaba in securus semper sit longa. Bün.

^c) aues - infideant, nidificent] Huc pertinet egregius locus Minucii Fel. c. 23. l. Bün.

^d) poeta maximus] Virgilius. Cell.

^e) emendatissimis] Elegantiam huius vitæ ostendit Gronovius ad

Senec. 1. Ira c. 5. p. 12: homo optimum et emendatissimum natura opus. de gradu alia plura Falster. Suppl. L. L. p. III. Bün.

^f) Et custos furum, atque auium] Ex Lib. 4. Georgic. v. 110. Cell.

^g) tutela] Emmenesio ad h. I. Virgilii tutela est imago. Sed num ea vox præter insigne nauale, vt Lact. i. 11. 19. dictum, id valeat dubito. Est igitur hic proprie defensio, vt ex n. 6. hic adparet, vbi: qua vanitas ab his sperare tutelam, qua ueri semetipsa non possunt. Arnob. L. 2. p. 89: dii certi certas apud vos habent tutelas, licentias, potestates etc. Bün.

^h) vt a mortalibus] Lips. 2. et Reimm. aut a mortalibus. Mihi præplacet: aut. Bün.

cremari, perire possunt ^{i. k}, nam et tectis vetustate labentibus sæpe comminui solent: et consumta incendio, dilabuntur in cinerem: et plerumque, (nisi sua illis magnitudo subuenerit, aut custodia diligens seplerit,) in prædam furibus cedunt ^l.

- 6 Quæ igitur insania est, ea timere, quibus ^{m. n} aut ruinæ, aut ignes, aut furta timeantur? quæ vanitas, aliquam ab his sperare tutelam ^{o. p}, quæ tueri semetipsa non possunt? quæ peruersitas, ad eorum præsidia decurrere ^q, quæ ipsa, quum violantur, inulta sunt, nisi a colentibus vindicentur?
- 7 Vbi ergo veritas est? vbi nulla vis adhiberi potest religioni; vbi nihil, quod violari possit, adparet; vbi sacrilegium fieri non potest: quidquid autem oculis, manibusque subiectum est, id vero ^r, quia fragile est, ab omni ratione immortalitatis est

d) *cremari, perire possunt*] Rotundus ita Goth. et duo Lips. quam vulgari lectione, *cremari possunt ac perire*. Cell.

k) *cremari, perire*] Ita quoque Reimm. Bün.

l) *in prædam-cedunt*] phrasi Liuii 6. 14: *aurum in paucorum prædam cessisse*. Bün.

m) *ea timere, quibus*] Gronou. ita e MS. eleganter: alii *pro quibus*. Cell.

n) *quibus - timeantur*] Hanc elegantiam vnico Gronouii Codici debemus in Obs. Eccl. 17, p. 184. Ceteri scripti et editi: *pro quibus*. Vti Celsus L. 3. c. 11: *pro quibus metuimus*. Walchius quidem a quibusdam codd. MSS. abesse PRO obseruat, sed nullos nominat. Alia exempla Dauis. ad Cæf. 5. B. Gall. c. 9. 1. Conf. Cæf. 7. B. Gall. 44. 4. add. Iustin. L. 24. 2. 7. Bün.

o) *sperare tutelam*] Emman. et Lips. *sperare*, pro quo in editis *speçtare*. Cell.

p) *sperare tutelam*] Sic cum Emman. et Lips. Gothianus, Reimm. Ven. 1471. Crat. Gymn. et Tornæs. rectius, quam Sublac. Rost. Ven. 1472-97. Parrh. Paris. Iung. Ald.

Gryph. Betul. *speçtare*. Imitatur Cyprianum ad Demetrian. f. 328: *Pudeat te, eos colere, quos ipse defendis, pudeat tutelam de iis sperare, quos tu ipse tueris*. Sæpe *sperare, speçtare, expectare* in MSS. confundi docui ad Epit. c. 64. Heumannus coniciebat Lactantium scripsisse: *expectare*. Non puto, motus etiã verbis Epit. c. 25. 5: *ab his aliquod sperare præsidium*. ad rem conf. Lact. 5. 20. 2-3. et Iustin. Mart. Apol. 1. sect. 9. fin. et not. Grabii p. 16. n. 4. Bün.

q) *ad-præsidia decurrere*] vt *succurrere* est opem ferre, sic *decurrere ad præsidia* est opem, auxilium implorare. L. 2. 14. 14. L. 6. 10. 14. iungit: *ad alios decurrisse, præsidium imploras*. Iustinus sæpe L. 14. 2. 6. L. 16. 4. 4. Conf. 3. et 5. L. 20. 2. 11-13. L. 27. 3. 9. L. 28. 1. 1. Apul. 3. Metam. p. 141: *ad auxilium civile decurrere*. Conf. Græu. ad Cic. pro Cæcina c. 23. de secretiori vi huius verbi. Bün.

r) *id vero*] Vero sæpe eleganter abundat, post: *autem*, vt L. 5. 9. 12: *qui autem-in eos vero*. L. 6. 12. 18. L. 7. 11. 10. Vid. not. ad L. 4. 29. 15. Bün.

s) *ex-*

est alienum. Frustra igitur homines auro, ebore, gemmis deos excolunt et exornant^s; quasi vero ex his rebus vllam possint capere voluptatem. Quis vsus est pretiosorum munerum nihil sentientibus? an ille, qui mortuis^{t. s?} pari enim ratione defunctorum corpora odoribus ac pretiosis vestibus illita et conuoluta humi condunt; quae deos honorant: qui neque, quum fierent, sentiebant; neque, quum coluntur, sciunt. nec enim sensum consecratione sumserunt. Non placebat Persio^s, quod aurea vasa templis inferantur, superuacuum putanti, esse inter religiones, quod non sanctitatis, sed auaritia sit instrumentum. Illa enim satius est Deo, quem recte colas, inferre pro munere

*Compositum ius^s, fasque animi, sanctosque recessus
Mentis, et incoctum^a generoso pectus honesto,*

Egredie, sapienterque sensit. Verum illud ridiculum^b sub-

di-

s) *excolunt et exornant*] vnum alterum explicat. Vid. not. 6. 13. 13. vbi bis: *simulacra excolere*. Sic Cyprianus L. 2. ep. 2. ad Donatum: *Quum scieris te esse excolendum magis, te potius ornandum*. Martial. 7. Epigr. 27: *Excolat - palmaeformis*. Eleganter Plinius L. 3. ep. 2. *Mihi ornandus excolendusque est*. de Arriano Maturio honoribus augendo. Illustrat Burm. ex alio Martialis 6. 12. de tonsore: *doctus et hirsutus excoluisse genas*, ad Quintil. 8. decl. 12. p. 178. vbi addit in Quint. c. 1. et Ouid. l. Pont. 7. 59. et Phzdr. 4. 10. 10: *excolere valere quod simplex colere, verebri*. Hic significatus non obseruatus in Fabri Thesauro, nec simplex in sensu rusticae rei. de quo ad Laet. L. 2. 10. 1. Bün.

s) *an ille, qui mortuis*] an ille vsus est qui mortuis? Hos enim condebant, vel rogo imponebant pretiosis indutos, et odoribus conspersos. Cell.

s) *quis vsus - an ille, qui mortuis*] videtur respexisse ad Tertull. de

Corona c. 10: *quid tam dignum idolo, quam quod et mortuo? nam et mortuorum est ita coronari*. De coronatione mortuorum, maxime herorum, agit Scheffer. ad Aelian. Var. Hist. L. 12. c. 7. Cod. Emman. *At ille, qui mortuis*. Reimm. an. Bün.

x) *Non placebat Persio*] Satyra 2. Cell.

y) *Compositum ius*] Ibidem Satyra 2. extrema. Cell.

z) *Compositum ius etc.*] Hos versus noster explicat L. 6. 2. 12: *per mentem sanctam et iustum animum et pectus, quod naturalis sit honestate generosum*. a quo longe abeunt Plautii, et Nebrisensis et Betuleii explanationes. Bün.

a) *incoctum*] i. e. *penitus imbutum*, vt L. 7. 21. 6: *quos plena iustitia et maturitas virtutis incoxeris*. Plura noto ad L. de Ira 13. 4: *in humidis incocta*. male Goth. *inactum*. Bün.

b) *ridiculum*] Bon. Lipf. 2. 3. Reimm. *ridicule*. Bün.

didit: hoc esse aurum in templis ^c, quod sint Veneri donata a virgine pupa ^{d.e}. quas ille ob minutiam ^f fortasse contemse-
 13 rit. Non videbat enim, simulacra ipsa, et effigies deorum, Polycleti, et Euphranoris, et Phidiae ^g manu ex auro, atque ebore perfectas, nihil aliud esse, quam grandes pupas, non a virginibus, quarum lusibus venia dari potest, sed a bar-
 14 batis hominibus consecratas. Merito igitur etiam senum stultitiam Seneca ^{b.i} deridet: Non, inquit, bis pueri sumus, ut vulgo dicitur, sed semper. Verum hoc interest, quod maiora
 15 nos ludimus. Ergo his ludicris, et ornatis, et grandibus pupis, et vnguenta, et tura, et odores inferunt; his opimas et pingues hostias immolant: quibus est quidem os, sed carens officio dentium: his peplos et indumenta pretiosa, quibus vsus velaminis nullus est: his aurum et argentum consecrant,

c) aurum in templis.] Ipsum Per-
 sium, qui Sat. 2. 69: in sancto quid
 facit aurum, et MSS. et Sub-
 lac. et vetustiss. Ven. 1471 - 97. et
 plures sequi praestat, quam Tho-
 mas. Thyf. Cant. aureum. Bün.

d) Veneri donata a virgine pupa]
 Perfluus dicto loco. Vbi scholiastes:
 Solebant virgines, antequam nu-
 berent, quadam virginitatis sua do-
 na Veneri consecrare. In his pupae
 et imagunculæ, quas abdicabant,
 tamquam ineptiis puellaribus valedi-
 cturæ. Cell.

e) Veneri - pupa] Vid. Alex. ab
 Alex. L. 5. c. 18. p. 193. Bün.

f) ille ob minutiam] Pro his vitio-
 se edd. veteres Sublac. Rost. ille
 omittere. Ven. 1471. vtraque 1478-
 93. 97. Parrh. Paris. Crat. Ald. Gymn.
 illa omittere fortasse contempsit.
 Gryph. Betul. Tornæus. ob minusciam.
 Reimm. et Goth. obminuscie. Pre-
 fero ex melioribus MSS. ob minu-
 siam a Thomasio et seqq. receptam
 Arnobii et Apuleii vocem. Contem-
 sit placet Heumanno, in Lips. tert.

contemserat. Reimm. contemseris.
 Bün.

g) Polycleti, et Euphranoris, et Phi-
 diae] Nobiles hi artifices simulacro-
 rum, quorum tempora Plinius 34.
 c. 8. signavit. Polycletum et Phi-
 diam sæpe Cicero laudavit: de me-
 dio Quintilianus Lib. 12. cap. 10:
 Euphranorem admirandum facit, quod
 et ceteris optimis studiis inser preci-
 puos, et pingendis fingendique idem
 mirus artifex fuit. Et Iuuenalis Sa-
 tyra 3. v. 217: Dabit

Hic aliquid præclarum Euphrano-
 ris, et Polycleti. Cell.

b) Seneca deridet] quo libro, non
 adparet, qui forte interiit. Cell.

i) Seneca] Similia loca Senecæ de-
 di ad L. 1. 22. 13 - 14. hic addo ex ep. 115:
 Simillimi pueris, quibus omne ludicrum
 in pretio est - nili quod nos circa ta-
 bulas et statuas insanimus carius in-
 epti? - hoc (aurum et argentum) diis
 velut rerum humanarum maximum,
 quum grati videri volunt, consecrant.
 Paulo ante Rost. Ven. prima 78.
 93. 97: a barbaris. præc. Bün.

k) his

erant ^k, quæ tam non habent ^l qui accipiunt, quam qui illa donarunt. Nec immerito Dionysius Siciliae tyrannus, post ¹⁶ victoriam Græcia potitus ^m, deos tales contempsit, spoliavit, illulit. siquidem sacrilegia sua iocularibus ⁿ etiam dictis prosequabatur. Nam quum Ioui Olympio aureum amiculum ¹⁷ detraxisset ^o; laneum iussit imponi, dicens: æstate graue esse aureum, hieme frigidum, laneum vero vtrique tempori aptum. Idem auream barbam detrahens Aesculapio ^p, incongruens et ¹⁸ iniquum esse ait, quum Apollo pater eius imberbis esset adhuc ac læuis ^q; priorem filium, quam patrem, barbaturum videri.

k) bis - indumenta pretiosa - his - argentum consecrant] Parum abest, quin recipiam lectionem Bonon. *bis - indumenta pretiosa consecrant, his - argentum conferunt*; nam præcedentibus singulis verba sua adiunxit. Conf. Epit. 25. 7. Bün.

l) qua tam non habent] Iterum et eleganter plenius Bon. *qua tam in usum non habent*. Conf. not. L. 1. 18. 18: *in usum habere, est usui habere, vti, in gemino loco L. 6. 13. 13 - 14: quid quid pretiosi habent, in ea conferunt, quibus nec vti possunt, nec gratias agere, quod acceperint - qua sicut VSVI HABENT*. Bün.

m) post victoriam Græcia potitus] Græciam Magnam, Italix partem, a Dionysio subactam fuisse, Iustinus ex Trogo tradidit Lib. 20. cap. 1. et 5. nec plura Diodorus Siculus Lib. 14. At Cicero, eius sacrilegium scripturus Lib. 3. Nat. deor. c. 34. dicit, *cum ad Peloponnesum classem appulisset, et in sanum venisset Iouis Olympii*. Nec vero cessat dubitatio, quia etiam Syraculis in parte Acradina Iouis Olympii templum fuit, Cic. in Verr. 6. cap. 53. cui propius est, illatum illud aureum amiculum vel a Gelone Siculo, vt Cicero habet d. L. vel ab Hierone fuisse, vti est apud Val. Maximum

Lib. 1. c. 1. et, in quo vterque consentiunt, constatum ex manubiis Carthaginensium. Cell.

n) Dionysius - iocularibus] Hæc omnia plenius Arnob. L. 6. p. 205. add. Perizon. ad Aelian. Hist. Var. I. c. 20. Sic Iustinus de Alexandro quodam L. 39. 25: *templo Iouis solidum ex auro victoria signum tolli iubet, facies iocis sacrilegium circumscribens, nam victoriam commodatam sibi ab Ioue esse dicebat*. Sic Brennus (Iustin. 24. 6. 4.) *scurriliter iocatus locuples deos hominibus largiri oportere etc.* Bün.

o) aureum amiculum detraxisset] Vide Ciceronem et Valerium dd. II. Cell.

p) auream barbam detrahens Aesculapio] Vide Cicer. et Valer. dd. II. Aesculapius autem barbatus fingebatur, senilis prudentiæ, medico necessariæ, significandæ causæ. Phallicus poeta carm. 36:

Intonsa semper Aesculapio barba est. Cell.

q) imberbis - adhuc ac læuis] Sublac. Rost. Ven. 1499. 97: *læuis*. male. prius exponit posterius vocabulum. Opponitur *læuis*, *der noch glatt um's Mägul*, barbaturus. Ita idem Apollo Horatio L. 4. Carm. 6. 28. dici-

19 deri. Item pateras, et exuias, et parua quædam figilla^{r. s.},
 quæ simulacrorum protentis manibus^t tenebantur, detrahe-
 bat; et, accipere se illa, non auferre, dicebat; perquam enim
 stultum esse, et ingratum, nolle accipere ab his vltro porri-
 20 gentibus, a quibus bona sibi homines precarentur. Hæc
 ille fecit impune^u; quia rex, et victor fuit: quin etiam se-
 cuta est eum solita felicitas; vixit enim vsque ad senectutem,
 regnumque per manus filio tradidit^z. In eo igitur, quia ho-
 mines sacrilegia vindicare non poterant; oportuit^y deos ipsos
 21 sui vindices esse. At si humilis quispiam tale quid commi-
 serit, huic præsto sunt flagella, ignes, eculei^z, cruces, et quid-
 quid

dicitur lauis. Minuc. Felicem no-
 ster sequitur c. 21. 13: *Apollo tot
 ætatibus læuis, Aesculapius bene bar-
 batus* etc. Pluribus ex Horatio et
 Tibullo illustrauit Burmann. ad
 Ouid. 3. Fast. 45. p. 215. Conf. Span-
 heim. ad Callim. Dian. v. 26. 27.
 p. 150. cur filius Aesculapius barba-
 tus, pater Apollo imberbis. de his
 Beger. Thef. Brand. T. 1. f. 71. Bün.

r) pateras, et exuias, et parua-
 sigilla] Eadem Tullius 3. N. D. c. 34.
 quem consule. Ipse *Victoriolas, pa-
 teras, coronasque* vocat, *que simula-
 crorum porrectis manibus sustineban-
 tur.* Gell.

s) parua - sigilla] Conf. not. ad
 ad L. 7. 3. 19: *tamquam sigilla* etc.
 et Long. de Annul. Signator. Antiq.
 c. 1. p. 6. sqq. Bün.

t) protentis manibus] Sic recte se-
 cunda 1478. vitiose prima 78: *po-
 tentis.* Sublac Rost. Ven. 93. 97: *por-
 tentis.* Cic. 3. N. D. c. 34. et Val.
 Max. I. 1. ext. 3: *porrectis manibus.*
 quod est: *protentis a protendo.* Bün.

u) fecit impune] Iustinus quidem
 L. 20. 5. fin. *insidiis suorum interfe-
 ctum* dicit, sed sine reliquorum fide.
 Valer. L. 1. c. 1. ext. 3. non ab omni
 poena eum exemit, *quia tametsi de-
 bita supplicia non exsoluit, docere*

tamen filii mortuus pœnas rependit,
 quas viuus effugerat. Bün.

x) regnumque per manus - tradidit]
 Mort. Perf. c. 24. 8. Sic Liuius L. 1.
 c. 3: *Auentino regnum per manus tra-
 didit.* Bün.

y) oportuit] pro oportuisset, vt. L.
 6. 24. 14: *Potuit* (pro potuisset) esse
verus Dei cultor, si quis - monstrasset.
 de Mort. Perf. 27. 4: *in fuga op-
 primi facile potuit, si quispiam se-
 queretur.* Liuius 2. c. 38: *si unum
 diem moratus esset, moriendum
 omnibus fuit.* Iustin. 1. 7. 10: *pas-
 surus Cyrus graue bellum* Gracia fuit.
 Sæpe Curtius vt L. 4. 9. 22: *delerè
 potuit - si quis ausus esset vincere.* et
 n. 23: *si superuenisset - oppressurus*
 fuit. c. 12. 18. *Si - superuenisset, in-
 gens clades accipi potuit.* L. 6. 7. 31:
segit. Certitudo maior sub præteriti
 forma exprimitur. Conf. Freinsh.
 ad Flor. L. 4. c. 2. Bün.

z) eculei] Figuram et descriptio-
 nem eculei Pitiscus ad Curt. L. 6.
 10. not. 19. exhibuit. Idem plura in
 Lex. Ant. Rom. T. 1. f. 727 - 729.
 Conf. Cuiper. ad de Mort. Perf. c. 23.
 p. 189. et Weitz. ad Prudent. p. 582.
 cui sua debet N. Abram. ad Cic. pro
 Milone c. 21. adde ibid. Græuium.
 Præter ceteros C. Sagittar. de Cru-
 ciatib.

quid excogitare iratis et furentibus licet. Sed, quum puniunt a deprehensos in sacrilegio, ipsi de deorum suorum potestate diffidunt: cur enim illis potissimum non b relinquunt vlciscendi sui locum; si eos posse aliquid arbitrantur? Quin etiam putant illorum numine accidisse, vt prædones rerum sacrarum deprehensi tenerentur: et sæuiunt non tam ira, quam metu, ne, si deorum iniuriam non vindicauerint, ipsos expectant pœnæ c, incredibili scilicet vanitate, qui nocituros sibi deos putent ob aliena scelera, qui ipsis, a quibus violati spoliati que sunt, per seipsum nihil nocere potuerunt. At enim sæpe ipsi quoque in sacrilegos vindicauerunt: potest id vel casu accidisse, quod aliquando d, non semper. Sed tamen paul-

ciatib. Mart. c. 17. integro, quem tract. altero fere tanto auctoris diligentia auctiorem possideo, et Magius de Euleo. Bün.

a) quum puniunt] Eadem L. 5. 20. 2-10. quæ licet sæpius vrgeant patres, c. 5. Cyprianus ad Demetr. c. 12. f. 328. Arnob. L. 1. p. 11. recte tamen monet Heraldus ad Arnob. L. 1. p. 18. sq. non hæc vera esse $\alpha\pi\lambda\omega\varsigma$, quia Deus vult impietatem ab hominibus etiam puniri. Bün.

b) illis potissimum non] Melius fere Goth. Reimm. et Lips. tert. cur enim non ipsi potissimum relinquunt. Bün.

c) ipsos expectant pœna] Impressi omnes et scripti Vaticani sic habent, quæ quum sit pœnalis non utique usitata, hanc aliter sustineri posse crediderim, quam si pœnas hic pro mœnibus quibusdam, Puris videlicet ac deabus vltimicibus accipiamus. Codex Bæon. habet: in ipsos expectant pœnas, quæ germana, me iudice, leillo oses, si pœnas ibi pro: pœnæ scriptum fuisset. Verum id librarii fuit error. certe verisimile est, ita scripsisse Lactantium: In ipsos expectant pœnas, sicut Livius Libro I: deorum pœnas in omni nomen

Albanum expetitum pœnas, et paulo supra: vt in eum omnes expectant huiusce clades belli. Hæc Isæus, cui accedunt Gall. et Spark. Habent quoque MSS. Cauci et Goth. in ipsos expectant pœna. MSS. Itin. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. ipsos expectant (expectant) pœna. Lips. 2: ipsos expectant pœnas. Heumannus emendat sic: ab ipsis expectantur pœna. Sed non est, quod repudiemus scripturam XII. Vatican. Angl. Lips. 1. 3. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæz. Thom. et recentiorum: ipsos expectant pœna. Offenderunt in casu pœna, qui hic non est nominatiuus plur. sed datus singularis, pro: ad pœnam: ne si deorum iniuriam non vindicauerint, cultores ipsos dii expectant pœnæ. Sic Seneca Med. Act. 2. 256: quippe te pœna expetit leoque Acastus. vbi recte Gronouius pœna leoque interpretatur ad pœnam capitalem. Huiusce modi est Boethil L. 1. p. m. 57: morti proscripti que damari. Bün.

d) vel casu accidisse, quod aliquando] Sic et Reimm. at Sublac. Ven. 1471. et Rost. vel casu accidisse vel ali-

25 paullo post, quomodo id acciderit, ostendam. Nunc interim quæro, cur illi tot et tanta sacrilegia in Dionysio non vindicauerint ^a, qui non furtim, sed palam deos ludibrio habuit? cur hunc tam potentem ^{f. &} sacrilegum a templis, a cærimoniis, ab imaginibus suis non arcuerunt? cur etiam, sacris rebus ablatis, prospere nauigauit? quod ioco ipse
 26 testatus est, vt solebat. *Videtisne*, inquit comitibus suis, naufragium timentibus, *quam prospera* ^b *sacrilegis nauigatio ab ipsis diis immortalibus tribuatur?* Sed hic fortasse a Platone
 27 didicerat ⁱ, deos nihil esse. Quid C. Verres? quem Tullius accusator eius eidem Dionysio, et Phalaridi ^{k. l}, et tyrannis omnibus comparat, nonne omnem Siciliam compilauit,
 28 sublatis deorum simulacris, ornamentisque fanorum? Otiosum est ^m persequi singula: vnum liber commemorare, in quo accusator omnibus eloquentiæ viribus, omni denique conatu vocis et corporis deplorauit, de Cerere ⁿ Catanen-
 si

aliquando. Nihil muto. Illud VEL exprimit germ. wöhl. Heumannus vel extrudit et quod per quia interpretatur. Bün.

e) *cur - vindicauerint*] Recepti ex Reimm. et Tornæs. 1587. contracte. Goth. *vindicauerint*. cur coniunctiuum præferam indico ad de Ir. 10. 30. not. *quero*, *cur - adificauerint*. Sequentes particulas *cur*, vt quæstiones per se, non a *quero*, considero. Bün.

f) *cur hunc tam potentem sacrilegum*] Sic libri, etiam manu scripti. Mauult *impotentem* Ianus Gulielmi, id est adfectuum non potentem, iracundum. Nonne et *potentem* aptum? regem nempe vult dicere, manifesto sacrilegia facientem. Cell.

g) *potentem*] Sic libri. Ianus Gulielmi mauult: *impotentem*. Sane sic vsus est Lact. de Mort. Perf. 2. 7: Nero tyrannus impotens. adde, quæ noto ad Epit. c. 54. pr. *quum homines furiosi et impotentes minus dominationem suam pudent* etc. sed

præstat libros sequi. conf. n. 20. Bün.

b) *Videtisne quam prospera*] Cicero his verbis refert d. l. 3. Nat. D. c. 34. Cell.

i) *a Platone didicerat*] Plato in Siciliam ter profectus: primo adventu versatus est cum Dionysio maiore. Vide quæ ad Nepotis Dionem c. 2. notauimus. Quis sensus vero Platonis de multitudine deorum fuerit, ex epistola eius vltima ad Dionysium liquet, qua *seria epistola* (*σπουδαία*) dicit *initium esse ó θεός: sequioris, óι θεοί*. Cell.

k) *quem Tullius Dionysio, et Phalaridi*] Verrina 7. cap. 56. Cell.

l) *Phalaridi*] Vid. L. 3. 19. 8. c. 26. 6. c. 27. 5. Bün.

m) *Otiosum est*] Sic Minuc. Fel. c. 23. pr. *otiosum est ire per singulos*. Bün.

n) *vnum liber commemorare, in quo - deplorauit, de Cerere*] Locus minus planus; veteres edd. ita incidunt:

fi^o, vel Ennenfi p. 1. quarum alterius tanta fuit religio^o, vt adire templi eius secreta penetralia viris nefas^o esset: alterius antiquitas tanta^o, vt omnes historiae loquantur, ipsam deam fruges in Ennae solo primum reperisse, filiamque eius virginem ex eodem loco raptam. Denique Gracchanis temporibus^o, 25 turbata republica et seditionibus et ostentis, quum repertum esset in carminibus Sibyllinis, antiquissimam Cererem debere placari; legati sunt Ennam misi. Hæc igitur Ceres, vel 30 religiosissima, quam videre maribus ne adorandi quidem gratia^o licebat; vel antiquissima, quam S. P. Q. R. sacrificiis donisque placauerat: ex arcanis et vetustis penetralibus a C. Ver-

dunt: *unum libet commemorare: in quo - deplorauit. De Cerere. Res videtur planior, si ita distinguas: unum libet commemorare, (in quo - deplorauit) de Cerere. vt cohzteant: commemorare de Cerere; malim tamen distinctionem post deplorauit tollere, et construere: in quo (pro: quo) - deplorauit de Cerere. Nam et deplorare aliquem et de aliquo, eiuem beneuicem, eiuem beflagere, rarius licet, dixit Cicero, quum sæpius valeat: liber eiuem flagere. L. 9. Att. ep. 18: multa - de Cneo deplorabo. Heumannus ad vocem: deplorauit, mendum, inquit, hic agnosco, emendationem non video. Ego olim pro deplorauit tentabam: declamauit, sed me retinet constans librorum lectio. Bün.*

o) *Catanensis*] Bodl. Goth. Reimm. Ven. 1493. 97: *Carinensis*. Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 1478: *Cathinensis*. Parrh. Paris. Ald. Tornæ. Gryph. Thom. et phures: *Catanensis*. Cicero, Plinius, Silius Aufonius, Mela, vocali media *Catima*. Vtrumque rectum. Vid. Interpretes ad h. fin. L. 4. 2. 4. et Cell. Not. Orb. Ant. L. 2. c. 12. p. 976. Bün.

?) *de Cerere Catanensis, vel Ennenfi*] Hæc et quæ sequuntur, ex Cic. Verrius sexta sunt, et quidem de Cere-

re Catanensi, ex cap. 45. de Ennenfi, ex cap. 49. Cell.

q) *vel Ennenfi*] Hæc vera lectio; non Sublac. Rost. *Ennenfi*. Ven. 1471. Paris. *Aethnensis*. Ven. 93. 97: *Aetvensis*, vtriusque Ven. 1478: *Aetherensis*. Iidem libri postea in *Aethna*, *Aethna solo*. de Ennenfi conf. Spanhem. ad Callim. Cerer. v. 15. p. 674. sq. Bün.

r) *alterius tanta fuit religio*] alterius, Catanensis. De religione eius Cic. c. l. cap. 45. Cell.

s) *viris nefas*] L. 3. 20. 3. 4. Elmenh. et Wower. ad Minuc. c. 24. Bün.

t) *alterius antiquitas tanta*] ibi: dem c. 49. Cell.

u) *Gracchanis temporibus*] cum Tiberio Graccho occiso magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur. Cicero ibidem. Cell.

x) *Gracchanis temporibus*] add. Val. Max. L. 1. 1. 1. Bün.

y) *maribus ne adorandi quidem gratia*] Idem dicta 6. Verrina c. 45. de Catanensi Cerere: *In sacrario in summo fuit signum Cereris per antiquum, quod viri non modo cuiusmodi esset, sed ne esse quidem sciebant. aditus enim in id sacrarium non est viris.* Cell.

z) im-

- 31 re, immisſis latronibus ſeruis ^a, impune ſublata eſt. Idem
 vero, quum adfirmaret, ſe a Siculis, vt cauſam prouinciæ ſus-
 ciperet, oratum, his verbis uſus eſt ^a: *Seſe iam ne deos qui-
 dom in ſuis urbibus, ad quos confugerent, habere; quod eorum
 ſimulacra ſanctiſſima C. Verres ex delubris religioſiſſimis ſuſtu-
 liſſet*: quaſi uero ſi Verres ex urbibus, delubriſque ſuſtulerat,
 32 de cælo quoque ſuſtulifſet. Vnde adparet, iſtos deos nihil
 habere in ſe amplius, quam materiam, de qua ſunt fabricati.
 33 Nec immerito ad te, M. Tulli, hoc eſt, ad hominem ^b Siculi
 confugerunt; quoniam triennio ſunt experti, deos illos ni-
 hil ualere: eſſent enim ſtultiſſimi, ſi ad eos ob defendendas
 iniurias hominum confugiſſent, qui C. Verri nec pro ſeiſiſ
 34 irati ^c eſſe potuerunt ^{d. e}. At enim Verres ob hæc facinora
 damnatus eſt. Non ergo dii vindicauerunt, ſed Ciceronis in-
 duſtria, qua uel defenſores eius oppreſſit, uel gratiæ reſtitit.
 35 Quid? quod apud ipſum Verrem non fuit illa damnatio, ſed
 uacatio, vt, quemadmodum Dionyſio, deorum ſpolia geſtanti,
 dii immortales bonam dederant nauigationem: ſic etiam Verri
 bonam quietem tribuiſſe uideantur; in qua ſacrilegiis ſuis tran-
 36 quille frui poſſet. Nam frementibus poſtea ciuilibus bel-
 lis, ſub obtentu damnationis ^{f. g}, ab omni periculo et metu

re-

^a) *immisſis latronibus ſeruis*] Lipſ. tert. et Reimm. *immisſis latronibus ſuis*. Recepta recta. Cic. in Verr. L. 4. c. 45: *Eone tu ſeruos ad ſpoliandum ſanum immiſtere auſus eſ.* adde Dauis. ad Cæſ. l. B. Ciu. 24. in addendis et Cortium ad Sall. Iug. 35. 5. p. 585. Büñ.

^a) *his verbis uſus eſt*] Diuinatione in Verrem cap. i. Cell.

^b) *ad hominem*] Sic recte duo Bon. Tax. Pen. Iun. Reimm. Lipſ. Goth. Angl. Sublac. Roſt. Ven. 1471. Thomas. Iſæus, eosque ſecuti et Tornæſ. 1587-1613. Reliquæ: *ad te ipſum hominem*. male. Büñ.

^c) *Verri-irati*] *Ponis caſum dandi*, inquit Walchius, *per grauiſſimum*, pro: IN C. VERREM. Conſtanter uero et Cicero et Lactantius dicunt

iratum cui eſſe, numquam, in aliquem. Otioſum eſt ſingula exempla proferre. Conf. Lact. 3. 25. 17. Ira 18. 11. 12. Büñ.

^d) *potuerunt*] Cum Goth. et Lipſ. ita. Alii *poterant*. Cell.

^e) *potuerunt*] Sic cum Lipſ. et Goth. Cau. Pal. Iun. Reimm. Sublac. Roſt. Ven. 1471. 72. utraque 78. Paris. Tornæſ. 1587: *potuerunt*. Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Crat. Gymn. *poterunt* in futuro. Tandem Gryph. Tornæſ. priores, Thomaf. et ſeqq. in imperf. *poterant*. Büñ.

^f) *ſub obtentu damnationis*] Dam-nati immunes erant a publicis muneribus, atque ita etiam a bellicis. Damnatus autem fuit non exilio, ſed pecunia, lite æſtimata tricies HS. Plutarch. in Cic. p. 864. Cell.

^g) *ob obtentu damnationis*] Sic MSS.

in

remotus, aliorum graues casus, et miserabiles exitus ^b audiebat: et qui cecidisse solus vniuersis ⁱ stantibus ^k videbatur; is vero vniuersis cadentibus solus stetit; donec illum et opibus sacrilegio partis, et vita satiatum ac senectute confectum proscriptio triumuiralis auferret, eadem scilicet, quæ Tullium violatæ deorum maiestatis vltorem. Quin etiam felix in ³⁷ eo ipso fuit, quod ante suam mortem crudelissimum exitum sui accusatoris audiuit, diis videlicet prouidentibus, vt sacrilegus ac prædo ille religionum ^l suarum non ante moreretur, quam solatium de vltione cepisset.

V. Quanto igitur rectius est ^a, omisissis insensibilibus et vanis, oculos eo tendere, vbi sedes, vbi habitatio est Dei veri; qui terram stabili firmitate suspendit ^b, qui cælum distinxit astris fulgentibus; qui solem rebus humanis clarissimum ac singulare lumen, in argumentum suæ vnicæ maiestatis, accen-

in his Reimm. et Sublac. Ven. Parrh. Ald. Gymn. Crat. Gryph. Tornæs. Thom. et sequentes, recte. Male Rost. Ven. 1471. 1493. 97. Paris. *sub obtentu dominationis*; peius vtraque Ven. 1478: *sub obtenta (optenta) dominationis*. Vid. n. 34: *damnatus est*, n. 35: *damnatio*. Hæ voces sæpe in libris confunduntur, vt Lips. tert. c. 6. n. 5: *dominatur*, prae pro: *damnatur*. Bün.

^b) *miserabiles exitus*] Hic, vt sæpe, imitatur Quintil. L. 4. Instit. c. 1. p. 304: *ut nostrum miserabilem, si vinceretur, exitum: ita aduersariorum superbium, si vicerint, utile est credi*. Conf. Vorst. et Torren. ad Val. Max. l. c. 6. n. 10. pag. 67. Bün.

ⁱ) *solus vniuersis stantibus*] Edidi *vniuersis* ex MSS. Reimm. Goth. Lips. 1. Emman. et C. C. C. Tornæs. 1587 - 1613. et Walch. vt elegantius respondeant verbis: *vniuersis cadentibus solus*. Nam hic

omnes (præter Lips. 2. *omnibus*) habent: *vniuersis*. Bün.

^k) *stantibus*] i. e. saluis. Exprimit Ciceronem L. 6. ad Famil. ep. 6: *illam (republicam) cadere posse, stante me, non putarunt*. Conf. Pitificum ad Curt. L. 3. 2. n. 15. not. 88. Bün.

^l) *prædo - religionum*] Sic omnes, vnde vitiosam Cell. *regionum* correxerunt. Et hic imitatur Ciceronem, cui Verres L. 4. in Verr. c. 34. dicitur: *sacrorum omnium hostis religionumque prædo*. et denuo c. 43: *ad istum prædonem religionum*. Bün.

^a) *rectius est*] Bon. *honestius et rectius est*. Cott. *rectius et honestius est*. Bün.

^b) *terram - suspendit*] L. 3. 3. 4: *quibus fundamentis terra librata aut suspen/a sit*. De elegantii vsu verbis consule Gronou. ad Senec. ep. 84. p. 352. et ad epist. 90. p. 410. vbi ostendit, *suscipere et suspendere* rariori vi significare *suffulcire*. Bün.

cendit ; terris autem maria circumfudit ; flumina sempiterno lapsu fluere præcepit ;

*Iussit et extendi^c campos, subsidere valles,
Fronde tegi silvas, lapidosos surgere montes.*

2 Quæ utique omnia non Iuppiter fecit, qui ante annos mille septingentos natus est ; sed idem^d :

Ille opifex rerum^e, mundi melioris origo,

3 qui vocatur Deus. cuius principium, quoniam non potest comprehendi ; ne quæri debet quidem. Satis est homini ad plenam, perfectamque prudentiam, si Deum esse intelligat. cuius intelligentiæ vis, et summa hæc est : ut suspiciat^f, et honorificet^g communem parentem generis humani, et rerum
4 mirabilium fabricatorem. Vnde quidam hebetis obtusique^h

5 deos adorant. Qui quum Dei opera mirarentur, id estⁱ cælum cum luminibus variis, terram cum campis et montibus, maria cum fluminibus, et stagnis, et fontibus ; earum rerum admiratione obstupescit, et ipsius artificis obliti, quem videre non poterant, eius opera venerari, et colere cæperunt, nec umquam intelligere quiuerunt, quanto maior, quantoque mi-
6 rabilius sit, qui illa fecit ex nihilo. Quæ quum videant, diuinis legibus obsequentia, commodis atque vrbibus hominum

per-

c) *Iussit et extendi*] Ex Ouid. Lib. 1. Metamorph. v. 43. Cell.

d) *sed idem*] Goth. Lips. 2. 3. non habent: *idem*, nec agnoscunt Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Habent vero alii MSS. et Ven. 93. 97. Paris. Bün.

e) *ille opifex rerum*] ibidem v. 79. Cell.

f) *suspiciat et honorificet*] Posterior docet rectius esse *suspiciat*, quod est in Goth. Gryph. Tornæs. 1548-1613. Betul. Thom. If. et seqq. quam Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. Parrh. Paris. Gymn. Ald. Crat. *suspiciat*. Vid. not. L. 2. 13. Bün.

g) *honorificet*] Memini aliquoties

Cyprianum hoc verbo vti. In Patribus occurrunt quoque Lexicis ignota *inhonoro*, e. g. Saluian. L. 4. Gubern. p. 78. et p. 82. et vers. vulg. Augustini est L. 5. de Ciuit. D. *exhonoratio*, Bün.

h) *obtusique*] Goth. *obtusique*, et sic fuerat in Reimm. vtraque scriptura bona. Vid. Pierium ad Virg. 1. Aen. 567. vbi in Cod. Rom. *obtusis pectora*. Bün.

i) *id est*] Hæ voculæ additæ ex Bon. Tax. Pen. Cauc. Iun. Pal. Lips. Reimm. Goth. Angl. Gymn. Betul. Thom. Tornæs. et recentioribus; neglectæ a Sublac. Ven. 1471-1515. Paris. Gryph. Crat. Bün.

k) *fa-*

perpetua necessitate famulari^k: tamen illa deos existimant esse, ingrati aduersus beneficia diuina, qui Deo et patri indulgentissimo sua sibi opera^l prætulerunt. Sed quid mirum, 7
si aut barbari, aut imperiti homines errant, quum etiam philosophi Stoicæ disciplinæ in eadem sint opinione; vt omnia cælestia, quæ mouentur, in deorum numero^m habenda esse censeant?

^k) *famulari*] Sublac. et Ven. prima 1478. prauè: *familiari*, vbi recte MSS. et Rost. Ven. 1471. et secunda 78. 93. 97. et alix: *famulari*. De Ira 23. 21: *terrenis - famulari*. Plin. L. 2. c. 7: *famulantur sacris*. Prudent. L. 2. Symm. 1082: *desertisque focus*, quibus est famulata iuuentas. Büñ.

^l) *Deo - sua sibi opera*] Ita Bon. Tax. Pen. Pal. Vtr. Iun. Lips. Goth. Reimm. Angl. Guelf. membr. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Betul. Thom. If. Gall. Spark. rectissime. MS. Cauci: *Deo patri indulgentissimo suo sua sibi opera*. nec hoc male. Parrh. *sua sibi opera*. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæ. et Sourbrun. *sua opera*. MS. vnus Guelf. *sua ipsius opera*. Walchio constructio: *sua sibi opera est Hebraismus, maxime tamen, vt sibi deleas*. Vindicaueram receptam in Miscell. Lips. T. 3. p. 141. non agnoscens hebraismum, at Walchius ibidem p. 361. promissa disputatione de Hebraïsmis Lat. Linguz, quam adhuc expectamus, nunc hic statuit *ellipsis* mihi non intellectam. Vbi tandem pedem figet interpres, modo est *hebraismus*, modo *SIBI* delendum; modo *ellipsis*, quid aliud superest, quam vt dicatur *pleonasmus*? Mihi satis est cum Turnebo, Taubmanno, Dauisio, aliis, *suus sibi* interpretari: *suus proprius*. Iterum Lactantius L. 3. 28. 20: *qui suo sibi gladio percutit*, vbi noto ipsum Terentium imitari. Sæpe ita Plautus

Captiu. Prolog. v. 5. et v. 50: *seruiat suo sibi patri - suo sibi seruit patri*, et v. 46: *sua sibi fallacia*. Ael. 1. 1. 13: *suo sibi succo*. add. Turneb. Aduers. L. 14. c. 7. pr. Afinar. 4. 2. 16: *suo sibi gnato*. Idem alibi: *suo sibi telo*. Conf. Taubm. ad Amphitr. 1. 1. 171: *suo sibi iumento*. Gell. L. 12. c. 1. inscript. *vt liberos non aliarum, sed suo sibi lacte aleret*, et L. 5. c. 10: *magister suo sibi argumento confutatus est*. vbi Vosf. codex male *sibi* expungit. Minuc. Fel. 10. 4: *Romanis numinibus cum sua sibi natione captiuus* (deus Iudzorum). Sæpe Apuleius Apolog. p. 318: *sua sibi voce suisque verbis se reuincat*. Metam. L. 8. p. 207: *in suo sibi peruolusa sanguine - perefflauit animam*. L. 9. p. 236: *seque cum suo sibi asino occultaret*. in Florid. p. 354: *eum in suo sibi lectulo mortuum offendunt*. Frequentissime Apicius de Arte Coquin. L. 4. c. 2: *de suo sibi fricabis: suffundes ius de suo sibi*. c. 3: *septies legitur ius de suo sibi, cum sua sibi tergilla*. add. L. 4. c. 5. L. 5. c. 3. c. 4. L. 6. c. 2. c. 7. c. 9. L. 8. c. 6. c. 7. c. 8. Immo ipse Cicero de Amicitia c. 3: *factus est consul bis - iterum sibi suo tempore*. Parcus in Lexico Plautino formulam *suus sibi* refert ad Syntaxin insolentem. Büñ.

^m) *in deorum numero*] Vid. Lips. Physiol. Stoic. 2. disl. 14. p. 933. Vosf. 2. Idolol. 3. et 31. Gronou. ad Sen. 5. Benef. c. 25. extr. p. 780. Büñ.

seant? siquidem Lucilius Stoicus ⁿ apud Ciceronem sic loquitur ^o: *Hanc igitur in stellis constantiam, hanc tantam tam variis curfibus in omni aternitate conuenientiam temporum non possum intelligere sine mente, ratione, consilio. quæ quum in sideribus inesse videamus: non possumus ea ipsa non in deorum numero reponere.* Item paullo superius ^p: *Restat, inquit, ut motus astrorum sit voluntarius. quæ qui videat, non indote solum, verum etiam impie faciat, si deos esse neget.* Nos vero, et quidem constanter ^r negamus; ac vos, o philosophi, non solum indoctos et impios, verum etiam cæcos, ineptos, delirosque probamus, qui ignorantiam imperitorum vanitate vicistis. Illi enim solem et lunam, vos etiam sidera deos ⁱ putatis. Tradite igitur nobis stellarum mysteria, ut aras, et templa singulis erigamus; ut sciamus, quo quamque ritu, quo die colamus; quibus nominibus, quibus precibus aduocemus ^s: nisi forte nullo discrimine tam innumerabiles, tam ⁱ minutos deos acruatim colere debemus. Quid? quod argumentum illud, quo colligunt, vniuersa cælestia deos esse, in contrarium valet; nam si deos esse iccirco opinantur; quia certos et rationabiles cursus habent: errant. Ex hoc enim adparet deos non esse; quod exorbitare ^t illis a præstitutu-

ⁿ) *Lucilius Stoicus*] Cicero 1. de Nat. deor. c. 6: *Q. Lucilius Balbus, qui tantos progressus habebat in Stoicis, ut cum excellentibus in eo genere Græcis compararetur.* Cell.

^o) *apud Ciceronem sic loquitur*] Lib. 2. de Nat. deor. cap. 21. Cell.

^p) *paullo superius*] eodem libro 2. de Nat. deor. cap. 16. Cell.

^q) *Nos vero, et quidem constanter*] Scite sic et ordinate MSS. Angl. et Lipf. 1. vbi ceteri postponunt copulam: *Nos vero quidem et*, aut, ut Lipf. 2. *equidem* substituunt: *Nos vero equidem constanter.* Cell.

^r) *Nos vero, et quidem constanter*] Sic iam Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Sourbrun. Gryph. Tornæz. omnes. Be-

tul. Isæus, receperant ante Cellarium; illa: *nos vero quidem et* Thomaf. Thyf. Gall. Cant. Spark. et Walch. tantum habent. Goth. *nos vero equidem constanter.* Lipf. tert. et Reimm. *nos vero et equidem constanter.* Bün. ^s) *aduocemus*] notauit ad L. 2. 2. 2. Bün.

^t) *exorbitare*] Cyprian. 1. ep. 12: *exorbitans et a via veritatis exerrans.* (postremum *exerrare* Lexicis ignotum.) Tertull. Apol. 3: *si in nullo exorbitarunt.* c. 8: *exorbitare vultis.* add. c. 16. L. 1. Nation. c. 13. L. 2. c. 2. de Pallio c. 5. Virg. Veland. c. 8. Præscript. Hæret. c. 4. et c. 44. L. 2. adu. Marc. 10. Putauit Gruterus, *exorbitauerit* in Seneca ep. 78. esse germanum, sed merito Gronovius reiecit. Bün.

ⁿ) *pas-*

tutis itineribus non licet. Ceterum si dii essent, huc atque ¹³ illuc passim^a sine vlla necessitate ferrentur^z, sicut animantes in terra; quarum quia liberæ sunt voluntates, huc atque illuc vagantur, vt libuit; et quo quamque mens^y duxerit, eo fertur. Non est igitur astrorum motus voluntarius, sed ¹⁴ necessarius; quia præstitutis legibus officiisque deseruiunt^x. Sed quum disputaret de cursibus siderum; quos ex ipsa rerum, ¹⁵ ac temporum congruentia intelligebat non esse fortuitos: existimauit, voluntarios esse; tamquam non possent tam disposite, tam ordinate moueri, nisi sensus illis inesset officii sui sciens^a. O quam difficilis est ignorantibus veritas, et quam ¹⁶ facilis scientibus. Si motus, inquit, astrorum fortuiti non sunt^b: nihil aliud restat; nisi vt voluntarii sint: immo vero vt, non esse fortuitos, manifestum est, ita nec voluntarios. ¹⁷ Quomodo igitur in conficiendis itineribus constantiam suam seruant? nimirum Deus vniuersi artifex sic illa disposuit, sic machinatus est; vt per spatia cæli diuina et admirabili ratione decurrerent ad efficiendas succedentium sibi temporum varietates. An Archimedes ^{c,d} Siculus concauo ære similitudinem ¹⁸ mundi ac figuram potuit machinari, in quo ita solem ac lunam composuit, vt inæquales motus, et cælestibus similes, conuersionibus singulis quasi diebus efficerent: et non modo

ac-

^a) *passim*] i. e. sine ordine, sine certis legibus, vt libuit: sicut omnia verba contextus produnt. noto ad L. 2. c. 6. 13. et ad L. 3. 9. 5. Bün.
^x) *ferrentur*] Macrob. 1. Somn. c. 18: *signa infixa calo ferantur.* Bün.

^y) *quo quamque mens*] Goth. *quocumque mens.* Bün.

^z) *deseruiunt*] Sublac. Ven. 1471. Rost. *seruiunt.* compositum Ciceroni gratum, tamen in Epitome c. 26. 3. quoque est: *præstitutis legibus seruiunt.* Bün.

^a) *officii-sciens*] vt L. 2. 14. 6: *rerum scios.* Epit. 31. 5: *rerum scientes.* Plura talia Vechner. et Heusinger. ad Hellenol. p. 276. Bün.

^b) *Si motus, inquit, astrorum fortuiti non sunt*] Sensum iam verborum, non ipsa verba Lucilii vel Ciceronis exprimit ex Lib. 2. N. deor. cap. 16. Cell.

^c) *An Archimedes Siculus*] Cicero Tuscul. Lib. 1. cap. 25: *Cum Archimedes luna, solis, quinque errantium motus in spheram illigauit, effecit, vt tarditate et celeritate dissimilimos motus vna regetet conuersio.* Cell.

^d) *Archimedes*] Adparet Lactantium respexisse ad Cic. 2. Nat. D. c. 35: *Archimedes arbitrantur plus valuisse in imitandis sphaera conuersionibus, quam naturam in efficiendis.* add. c. 34. Bün.

accessus solis, et recessus, vel incrementa, diminutionesque lunæ, verum. etiam stellarum, vel inerrantium *e. f.* vel vagarum, dispares cursus, orbis ille, dum vertitur, exhiberet? Deus ergo illa vera non potuit *s* machinari et efficere, quæ
 19 potuit sollertia hominis imitatione simulare? Vtrumne igitur Stoicus, si astrorum figuras in illo ære pictas, effectasque vidisset; suo illa consilio moueri diceret, ac non potius artificis ingenio? Inest ergo sideribus ratio, ad peragendos
 20 meatus *b* suos apta: sed Dei est illa ratio, qui et fecit, et regit omnia; non ipsorum siderum, quæ mouentur. Nam si solem stare voluisset, perpetuus dies vtique esset. Item si motus astra non haberent, quis dubitet, sempiternam noctem
 21 fuisse futuram. Sed vt diei ac noctis vices essent, moueri ea voluit, et tam varie moueri, vt non modo lucis ac tenebrarum mutuæ vicissitudines fierent, quibus laboris et quietis alterna spatia constarent; sed etiam frigoris et caloris, vt diuersorum temporum vis ac potestas vel generandis, vel maturan-
 22 dis frugibus conueniret. Quam sollertiam diuinæ potestatis in machinandis itineribus astrorum quia philosophi *i* non videbant; animalia esse sidera putauerunt, tamquam pedibus
 23 et sponte, non diuina ratione, procederent. Cur autem excogitauerit illa Deus, quis non intelligit? scilicet ne, solis lumine decedente *k*, nimium cæca nox *l* tetris^m, atque horrentibus

e) vel inerrantium vel vagarum] Ab Anglicanis scriptis et Lipsiensibus est. Vulgo *errantium*. Cell.

f) inerrantium] Pto non *errantium*. Sic etiam Bon. Tax. Goth. Pen. Reimm. et Rost. ex Cicero. 2. N. D. c. 21. idem Cicero has *inerrantes* L. 1. Tusc. 25. vocat: *infixas certis locis*. Monuit Betuleius, Isæus, Gall. legendum: *inerrantes*. Bün.

g) Deus ergo non potuit] Ironica interrogatio. Bün.

h) ad peragendos meatus] L. 7. 16. 9: *luna - meatus - peraget*. Macrobi. 1. Somn. 14. fin. *stella - ambitum suum peragunt*. Conf. L. 3. 5. 2. not. Bün.

i) philosophi] scil. Stoici. Lips. 2. Phys. Stoic. dis. 14. Bün.

k) solis lumine decedente] Reimm. *decidentem*. L. 6. 2. 8: *quum sol decesferit*. Bün.

l) cæca nox] Seneca Thyest. IV. 668: *nocte cæca*. Manil. 1. Bün.

m) tetris atque horrentibus] Ven. 1471. vtraque 1478. et Walch. *terris atque horrentibus*. Praue. Eleganter hæ voces iunguntur Lact. Opif. 5. 13: *quod erat - tetrum atque horribile*. Cyprian. de Laps. princ. *post longa noctis horribilem tetramque caliginem*. Apul. Apol. p. 304: *occulsa non minus, quam tetra et horribilis - tenebris abstrusa*. Cicero Leg. Agrar. c. 17: *tetris tenebris*. Bün.

n) hor-

tibus tenebris * ingrauesceret, noceretque videntibus. Itaque et cælum simul mira varietate distinxit, et tenebras ipsas multis, minutisque luminibus temperavit. Quanto igitur Naso 24 prudentius, quam illi, qui sapientiæ studere se purant; qui sentit a Deo lumina illa, vt horrorem tenebrarum depellerent, instituta. Is eum librum, quo Phænomena ° breuiter comprehendit, his tribus versibus terminauit :

*Tot numero, talique Deus simulacra figura
Imposuit cælo: perque atras sparsa tenebras,
Clara pruinosa iussit dare lumina nocti.*

Quod si fieri non potest, vt stellæ dii sint: ergo ne sol quidem 2, nec luna dii esse possunt, quoniam luminibus astrorum non ratione differunt 9, sed magnitudine. Quod si hi dii non sunt, ergo ne cælum quidem; in quo illa omnia continentur. Simili modo si terra, quam calcamus, quam subigimus et colimus 10 ad victum, deus non est; ne campi quidem 11, ac montes dii erunt. sed si hi non sunt; ergo ne tellus quidem vniuersa deus videri potest 12. Item si aqua, 13 quæ seruit animantibus ad vsum bibendi, aut lauandi, deus non est; ne fontes quidem 14, ex quibus aqua profluit. si fontes non sunt; ne flumina quidem, quæ de fontibus colliguntur.

n) *horrensibus tenebris*] Lips. tert. *horrendis imbrisibus*. perperam. Laët. de Ira 13. 5: *cacas tenebris horrensibus noctes* (luna) *illustrat*. Sæpe scriptores dicunt: *horrorem tenebrarum*, vt nostro loco n. 24. statim sequitur. add. Lindenbr. ad Ammian. Marcell. L. 21. c. 2. Bün.

o) *librum, quo Phænomena*] Perit hic liber cum quibusdam aliis Ouidianis. Cell.

p) *ne sol quidem*] Edo ex Reimm. pro Vulg. nec. Bün.

q) *luminibus - differunt*] Sic libri. Vid. not. L. 1. 8. 3. At Tornæs. 1587-1613: *a luminibus*. Bün.

r) *quam subigimus et colimus ad victum*] Cantabr. Goth. et Lips. addunt illa *et colimus*, quod etiam antiqua Rom. ed. legitur. Cell.

s) *et colimus*] Hæc addiderunt MS. C. C. C. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Hunt. Ald. Paris. Crat. Gymn. Gryph. Betul. Tornæs. vbi in Sublac. *quam colimus*. Bün.

t) *ne campi quidem*] Lego: *ne campi quidem*, vt Ven. 1493. 97. Bün.

u) *videri potest*] Emman. cod. vocari. Cell.

x) *ne fontes quidem*] Ex Goth. Lips. tert. Ven. 1471. Rost. *ne fontes quidem*, vt multi libri. n. 26: *ne tellus quidem*. n. 27: *ne flumina quidem*. n. 28: *ne mundus quidem*. vnde n. 25: *ne calum quidem* corrigendum putauit. Conf. Gratium et alios ad de M. Pers. c. 4. not. 8. et not. ad Laët. 6. 15. 7. Bün.

tur. si flumina quoque dii non sunt: ergo et mare, quod ex
 28 fluminibus constat, deus haberi non potest. Quod si ne-
 que cælum, neque terra, neque mare, quæ mundi partes sunt,
 dii esse possunt; ergo ne mundus quidem totus deus est;
 quem iidem ipsi Stoici et animantem, et sapientem esse con-
 tendunt, et propterea deum. in quo tam inconstantes fue-
 runt, vt nihil dictum sit ab his, quod non ab iisdem fuerit
 29 euerfum. Sic enim argumentantur: Fieri non posse, vt
 sensu careat, quod sensibilia ex se generat. mundus autem
 generat hominem, qui est sensu præditus: ergo et ipsum sen-
 30 sibile esse. Item, sine sensu esse non posse, cuius pars
 habeat sensum: igitur quia homo sensibilis est, etiam mun-
 31 do, cuius pars homo est, inesse sensum. Propositiones
 quidem veræ sunt; et sensibile esse, quod sensu præditum gi-
 gnat; et habere sensum, cuius pars sensu aucta sit: sed ad-
 sumptiones * falsæ, quibus argumenta concludunt^a: quia ne-
 que mundus generat hominem, neque mundi homo pars est.
 32 nam hominem a principio idem Deus fecit, qui et mundum:
 et non est mundi pars homo, sicut corporis membrum. pot-
 est enim mundus esse sine homine, sicut vrbs, et domus. at-
 qui vt domus vnus hominis habitaculum est, et vrbs vnus
 populi; sic et mundus domicilium totius generis humani:
 33 et aliud est, quod incolitur; aliud, quod incolit^{b.c}. Sed
 illi^d, dum student id, quod falso susceperant, confirmare; et
 fen-

y) *propositiones*] *Propositio hic sumitur non pro thesi, sed protasi, quam scholastici maiorem nominant. Cicero primo de Inuentione simpliciter propositionem adpellat, Lactantius suo more, i. e. Ciceroniano, loquitur. Iſæus. Habet ex Betuleio, qui addit Quintiliano dici: intentiones. Bün.*

x) *adsumptiones*] c. 8. n. 45. 46. L. 7. 2. 3: Cicero et Quintilianus adsumptionem vocant, quam scholastici minorem nominant. Iſæus. Græce: *λήμματα*, Betul. Bün.

a) *quibus argumenta concludunt*]

Concludere b. l. significat συλλογίζεσθαι. Nam συλλογισμός significat non modo id, quod ratiocinatio, sed etiam id, quod complexio sine συμπίρασμα, id autem fit per κενόμενον: quod plerumque λήμματα est, siue adsumtio. Betul.

b) *aliud, quod incolit*] Angl. MSS. et Goth. *incolit*: alii *colit*. Cell.

c) *quod incolit*] Sic Bon. Reimm. Tax. Pen. Pal. Cauc. Sublac. Ven. 1471 - 78. Tornæs. 1587. Bün.

d) *sed illi*] sc. Stoici, n. 28. Bün.

e) *con-*

sensibilem esse mundum, et deum, argumentorum suorum con-
 sequentia e non viderunt. Nam si mundi pars est homo; 34
 et sensibilis est mundus, quia homo sentit: ergo quia morta-
 lis est homo, mortalis fit et mundus, necesse est: nec tantum
 mortalis, sed etiam omnibus morbis, et passionibus subiectus. 35
 Et e contrario, si deus est mundus, et partes eius utique im-
 mortales sunt: ergo et homo deus est, quia pars est (vt dici-
 tis) mundi. si homo: ergo iumenta, et pecudes, et cetera
 genera bestiarum, et avium, et piscium; quoniam et illa eo-
 dem modo sentiunt, et mundi partes sunt. At hoc tolera- 36
 bile est. nam et hæc colunt Aegyptii f. Sed res eo pertinet,
 vt et ranæ g. b, et culices, et formicæ dii esse videantur; quia
 et ipsis inest sensus, et partes i mundi sunt. Ita semper argu-
 menta, ex falso petita, ineptos et absurdos exitus habent.
 Quid? quod iidem ipsi k aiunt, deorum et hominum causa 37
 mundum esse constructum, quasi communem domum. ergo
 nec mundus deus est; nec animans, si constructus est; ani-
 mans enim non construitur, sed nascitur: et si est ædificatus,
 sic utique tamquam domus, tamquam nauis. Est ergo l aliquis
 artifex mundi Deus; et seorsum erit mundus, qui factus est;
 seorsum ille, qui fecit. Iam illud quam repugnans m. n et 38
 ab-

e) consequentia] Reimm. Tornæ. 587: consequentiam. Idem Reimm. n. 35: ergo et iumenta. bene. Bün.

f) colunt Aegyptii] L. 3. 20. 16. L. 5. 20. 12. Plura Vosf. de Idololatria. Rechenberg. et de Chair. ad Athenag. p. 52. Pfanner. Theol. Gentil. p. 1-5. Kortholt. Pagan. Obiect. II. c. 1. 12. p. 271. Alex. ab Alex. L. 6. c. 26. Maxime Witsius in Sacris Aegypt. Conf. Fabric. Biblioth. Antiqu. p. 251. Bün.

g) vs et rana] ET ex MSS. restitutum. Cell.

h) vs et rana] Non tantum MSS. Lipf. Angl. Goth. Reimm. sed etiam Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. illud et habent. Bün.

i) et partes] Reimm. Goth. Sub-

lac. Rost. vtraque Ven. 78. 93. 97: et ex parte. Paris. ex parte. Bün.

k) iidem ipsi] sc. Stoici, n. 28. Conf. Cic. 2. N. D. c. 53. et c. 62. et Laët. de Ira c. 13. i. sqq. Bün.

l) nauis. Est ergo] Sic rescripti, vt omnes edd. distinguunt, vbi Cell. nauis est. ergo. Post nauis subaudi: est ædificatus. Bün.

m) Iam illud quam repugnans] Lipf. scripti quidem in loco quam habent: etiam edd. præcæ Rom. et Ven. sed efficacius aliorum quam. Cell.

n) quam repugnans] Ita Goth. Angl. Reimm. Ven. 1472. vtraque 78. Parrh. Iunt. Ald. Gymn. Gryph. Betul. Tornæ. Thom. et recentiores. melius. His fortius MS. Pen-
 N 5

absurdum, quod quum cælestes ignes, ceteraque mundi elementa deos esse adfirmant^o: item ipsum deum mundum dicunt. quomodo potest ex deorum multorum aceruo vnus
 39) Deus confici? Si astra dii sunt: mundus ergo non deus, sed domicilium deorum est. Si vero deus mundus est²: ergo omnia illa, quæ sunt in eo, dii non sunt, sed dei membra;
 40) quæ vtrique sola Dei nomen³ accipere non possunt. Nec enim recte quis dixerit, membra hominis vnus multos homines esse: sed tamen non est similis comparatio animalis, et mundi. animal enim quia sensu præditum est, etiam membra eius habent sensum; nec, nisi a corpore diuulsa, brutescunt⁴.

Cu-

niz. quam repugnans, quam absurdam. Bün.

o) quod iquum - adfirmant] Pen. Cauc. Goth. Ven. 1472, vtraque 78. Rost. quod quum - adfirmant. quod placet Henmanno, sed præplacet eidem ex Bon. quod qui - adfirmant. IIDEM ex ingenio pro item: In Reimm. qui quod cum - affirmant. Item - dicunt. Bün.

p) Si vero deus mundus est] Ordine meliori Reimm. Si vero mundus deus est. Bün.

q) qua vtrique sola Dei nomen] Codd. Emman. Goth. et Lips. 2. sola: vulgo solius. Cell.

r) sola Dei nomen] Sic Ven. 1471. 72. vtraque 78. At Sublac. Rost. cum Lips. tert. solidi nomen. Videtur vltra captum librarii; consideranti verba L. 1. 3. 4: Id autem solidum existimandum est, cui nihil decedere possit. Bün.

s) a corpore diuulsa, brutescunt] hoc est, sensum perdunt, interpretante Gronouio p. 185. qui ex antiquo MS. hoc verbum reduxit Lactantio, vbi irrepperat putrescunt. Cell.

t) brutescunt] MS. Witeb. et Reimm. cum Sublac. Rost. Ven. 1471-97. et plerisque edd. exhibent: pu-

trescunt; idque præfert Heumannus, censens, inconsiderate Cellarium hic Gronouium sequi maleque quadrare: brutescunt, neque in villo codicum id reperiri nisi in Gronouiano haud verustis. At vero in pluribus MSS. reperitur: brutescunt, scilicet in Pal. Vltr. Cauci, Emman. et MS. Tornæs. ad marg. 1587 - 1613. Item in membranis Guelferb. Gothanis et Lips. secundo, (in quo tamen τὸν brutescunt adscriptum illud alterum.) Sane Lactantius aliquoties, vti et alii sensibile et brutum opponunt. Lact. L. 7. 4. 12: Homo ex rebus diuersis - æterno ac temporali, sensibili atque bruto. L. 7. 5. 27. in notis add. corpus comprehensibile, temporale, brutum atque tenebrosum - anima tenuis, æterna, sensibilis, illustris. Arnob. L. 6. p. 201: iners fuit ac brutum et SENSVS mobilitate PRIVATVM. Sulpicius Seu. L. 2. Hist. 8. 5. idola vocat BRVTAM materiam et insensibile simulacrum. Sic Creechius Lucretii L. 3. 544:

An (anima) contractis in se partibus obbrutescat.

cum Lambino et Tan. Fabro recte interpretatur: torpescat ac sensum amittat, vt ipse Lucretius v. 526: vi-

Cuius igitur rei similitudinem gerit mundus? nimirum ipsi⁴¹ docent, quum factum esse non diffitentur, ut esset diis, et hominibus quasi communis domus. Si ergo est constructus, ut domus: nec ipse deus est, nec elementa, quæ sunt partes eius. quia neque domus habere dominium sui⁴² potest; neque illa, de quibus domus constat. Non tantum igitur veritate⁴³ re, sed etiam verbis suis reuincuntur. Sicut enim domus, in usum habitandi facta, per se nihil sentit, dominoque subiecta est; qui eam fecit, aut incolit: ita mundus, per se nihil sentiens, factori Deo subiacet, qui eum in usum sui fecit.

VL Duplici ergo ratione peccatur ab insipientibus: i primum, quod elementa, id est, Dei opera Deo præferunt: deinde, quod elementorum ipsorum figuras humana specie comprehensas colunt. Nam solis, lunæque simulacra humanum in modum formant: item ignis, et terræ, et maris: quæ illi Vulcanum, Vestam, Neptunum vocant, nec elementis ipsis in aperto litant. Tanta homines imaginum cupiditas tenet, ut iam viliora ducantur illa, quæ vera sunt; auro scilicet, gemmis^a, et ebore delectantur. Horum pulchritudo, ac nitor præstringit oculos^b, nec ullam religionem putant, vbi- cum-

vitam deperdere sensum. Conf. v. 545-546. His acrius Turneb. L. 10. Aduers. c. 8: quid obbrutescat, inquit, lippis non est notum, ne mul- tis quidem, qui sibi oculi toti, ut Argus videntur. Ego obbrutescere esse puto, sensum amittere - nam brutum est non sentiens. His de causis ex MSS. rescripti quoque Lact. L. 7. 12. 24: non anima corpore deficiente, sed corpus anima decedente brutescit, quia sensum omnem trahit secum. utroque vero, loco Lactantius agit de SENSU, non vero de putredine. Recte Bon. Vulcanii Vetus Onomast. Latino græcum f. 18: brutus ἀνάσις ἄστροφος. Bân.

a) dominium sui] MSS. Angl. et Lips. L. et edd. Rom. et Spark. Alii

dominum, quod cum sui non cohzret. Cell.

x) dominium] Non aliter duo Bon. quinque Vatic. Iun. Cauc. Goth. Guelf. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. utraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Gymn. Crat. Betul. Tornæs. omnes. vitiosum: dominum, deprehendi adhuc in sola Gryphiana 1541. ut Thomastus liberalius scripserit: dominum legitur in libris typis excusis; nec debuerit recipere. Conf. notas ad L. 4. 25. 9. Bân.

a) scilicet, gemmis] Reimm. scilicet et gemmis. vltima prioris primam sequentis absorpsit. Bân.

b) nitor præstringit oculos] Ven. 1471. 72. utraque 78: præstringit. Re-

cumque illa non fulserint. Itaque, sub obtentu deorum, auaritia, et cupiditas colitur. Credunt enim deos amare, quidquid ipsi concupiscunt; quidquid est, propter quod furta, et latrocinia, et homicidia quotidie sæuiunt; propter quod bella per totum orbem populos vrbesque subuertunt. Consecrant ergo diis manubias, et rapinas suas. quos certe necesse est imbecillos esse, ac summæ virtutis expertes, si subiecti sunt cupiditatibus. Cur enim cælestes eos putemus, si desiderant aliquid de terra? vel beatos, si aliqua re indigent? vel incorruptos, si voluptati habent ea, in quibus adpetendis cupiditas hominum non immerito damnatur? Veniunt igitur ad deos non tam religionis gratia, quæ nulla potest esse in rebus male partis, et corruptibilibus; quam ut aurum oculis hauriant; nitorem leuigati marmoris, aut eboris adspiciant; ut insignes lapillis, et coloribus vestes, vel distincta gemmis fulgentibus pocula insatiabili contemplatione contrectent et quanto fuerint ornatiores templa, et pulchriora simulacra: tanto plus maiestatis habere creduntur. adeo religio eorum nihil aliud est, quam quod cupiditas humana miratur. Hæ sunt religiones, quas sibi a maioribus suis traditas, pertinacissime tueri ac defendere perseverant: nec considerant, quales sint;

Retineo cum Reimm receptam. præstringit quoque contra Manutium et Lambinum defendunt N. Heinsius ad Prudent. Peristeph. 2. 86. et Davis. ad Minuc. c. 23. p. 139. Valerius Maximus aliquoties præstringere. L. 2. 10. 6: cimbria calamitas oculos hominis-perstringit. L. 9. 1. 5: quæm Sertarius-oculos-perstringeret. Pro recepta Epitome c. 25: oculos fulgor præstringeret. Cic. 4. Fin. 14: aciem animorum virtutis splendore præstringitis. Seneca ep. 71. fin. cadunt oculi nimio splendore præstrati. Bün.

c) imbecillos] Goth. et Reimm. imbecillos. optime, ne tot secundæ vocales concurrant. Hinc imbecilles proscripti. Bün.

d) summa virtutis] i. e. potentie.

Vid. c. 8. 19. et n. 7. et n. 17. Bün. e) damnatur] in Lipf. tert. damnatur. præue. noto L. 2. 4. 36. Bün. f) nitorem] Heurn. ut sit anaphora legit: ut nitorem. Bene, sed MSS. et edd. non habent. Bün.

g) distincta gemmis-pocula] 6. 20. 7: gemmis distincta. Cic. L. 4. in Verr. c. 27: Pocula ex auro-gemmis erant distincta clarissimis. Bün.

h) contemplatione contrectent] Sic, aut: contractent omnes. idem est ac: oculis hauriant, adspiciant. h. l. vindicamus pluribus ad Opif. 1. 15: oculis contrectari. Bün.

i) religio eorum] Sic Bon. Goth. Angl. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. At Paris. religio aliorum. Aliz: doctum. Bün.

*) pro.

fint ; sed ex hoc probatas *, atque veras esse confidunt, quod eas veteres tradiderunt : tantaque est auctoritas vetustatis, ut inquirere in eam, scelus esse dicatur ^{k. l.}. Itaque creditus ei passim ^{m.}, tamquam cognitæ veritati. Denique apud Ciceronem sic dicit Cotta Lucilio ^{n.}: *Habes Balbe, quid Cotta, quid pontifex o sentiat. fac nunc ego p intelligam, quid tu sentias. a te enim philosopho rationem religionis accipere debeo : maioribus autem nostris, etiam nulla ratione reddita, rationis est credere q.* Si credis, cur ergo rationem requiris, quæ potest efficere, ne credas? si vero rationem requiris, et quærendam putas : ergo non credis. ideo enim quæris, ut eum sequaris, quum inueneris. Docet ecce te ratio, non esse veras religiones deorum : quid facies? maioresne potius, an rationem sequeris? quæ quidem tibi non ab alio inuauata, sed a teipso inuenta, et electa est ^{r.}; quum omnes religiones

ra-

*] *probatas*] Heumannus *probas* rescribit. Probe quidem, sed omnes libri: *probatas*. L. 5. 19. 3: *a quibus si rationem requiras, nullam possint reddere, sed ad maiorum iudicia confugiant, quod illi sapientes fuerint, illi probauerint, illi scierint, quid sit optimum.* Conf. ibid. n. 2. et 4. contra illud præiudicium vetustatis doctè Kortholt. Pagan. Obtreçtat. c. 5. toto. Bün.

k) *scelus esse dicatur*] Optimis libris est *dicatur*, quasi dicant ita paganorum eruditi: etsi aliter sentiant. Vulgo *ducatur*. Cell.

l) *scelus esse dicatur*] Sic vterque Bon. tres. Vatic. Tax. Pen. Reimm. Iun. Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Paris. vbi præue Ven. 1493. 97: *dicitur*. Recentiores Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæs. Betul. alii: *ducatur*. Hoc placet Heumanno. Variant quoque n. 12: *nefas dicitur*, alii *ducitur*. Bün.

m) *passim*] i. e. temere, sine vlla ratione. Vid. not. n. 13. et L. 3. 9. 5. Bün.

n) *apud Ciceronem sic dicit Cotta*

Lucilio] Lib. 3. de Natura deor. cap. 2. Cell.

o) *Habes Balbe, quid Cotta, quid pontifex*] Balbus est ipse Lucilius, ut cap. 5. n. 7. ostendimus: et Cotta est idem pontifex, Lib. 1. Nat. D. cap. 22. C. Aurelius Cotta, pontifex non maximus, sed ex collegio pontificum. Cell.

p) *fac nunc ego*] Ciceronis est ergo, si scriptum rectè. Grutero certe placet nostri ego. Cell.

q) *rationis est credere*] Absunt a Ciceronis libris *rationis est*: nec vero displicent Grutero. Cell.

r) *inuenta, et electa est*] Sic editio- nes, at duo Bonon. Tax. Palat. Cauc. Emman. C. C. C. Ball. Lipsf. 1. Goth. *inuenta et elata est*. Vox *elata* obscurior videtur, quam *electa*, unde hanc cum Reimm. reliquis et Heumanno retinui; negari tamen non potest a Cicerone in libris de N. D. rationem electam esse summis laudibus *elata* et *prælatam*, religionisque euerfas. Vid. Lact. l. 16. 4. Bün.

s) *fin.*

11 radicitus eruiſti. Si rationem mauiſ ; diſcedere te neceſſe
 eſt ab inſtitutis, et auctoritate maiorum : quoniam id ſolum
 rectum eſt, quod ratio præſcribit : ſin autem pietas maiores
 ſequi ſuadet ; fateris igitur et ſtultos illos fuiſſe, qui exco-
 12 gitatis contra rationem religionibus ſeruiert ; et te ine-
 13 prum, qui id colas, quod falſum eſſe conuinceris * . Sed ta-
 men quoniam nobis tantopere maiorum nomen opponitur,
 videamus tandem, qui fuerint maiores illi, a quorum auctori-
 14 tate diſcedi, nefas ducitur ⁊. Romulus ⁂, urbem conditu-
 rus, paſtores, inter quos adoleuerat, conuocauit, quumque is
 numerus condendæ vrbi parum idoneus videretur, conſtituit
 aſylum. Eo paſſim ⁃ confugerunt ex finitimis locis peſſimi
 14 quique ſine vilo conditionis diſcrimine. Ita conflauit ex
 his omnibus populum, legitque in ſenatum eos, qui ætate an-
 teibant ; et patres adpellauit, quorum conſilio gereret omnia,
 de quo ſenatu Propertius elegiarum ſcriptor ^b hæc loquitur :

*Curia, prætexto qua nunc nitet alta ſenatu,
 Pellitos habuit, ruſtica corda, patrea*

Buc-

s) ſin autem pietas maiores ſequi ſuadet] Sic plerique ſcripti editique omnes, et rectius, quam vnus Bonon. ſin autem veritas maior eſt, quæ ſuadet. Goth. Si enim pietas maiores ſequi - fateri igitur. Etiam Roſt. Ven. 1471. 72. 78. 97. Paris. - *facere*. Büñ.

t) ſeruiert] Hoc rectius, quam vnus. Bon. Reimm. et Goth. ſeruiert, aut edd. Sublac. Roſt. Ven. 1471 - 97. Paris. Iunt. Crat. Ald. Parrh. Gymn. ſeruiert. Büñ.

u) quod falſum eſſe conuinceris] Mich. Thomafius ex Vatic. quinque et Th. Spark. ex Cantabr. hoc tuetur: contra plerique conuinceris. Cicero autem ipſe falſitatem hanc euicerat. Cell.

x) conuinceris] Lipf. Goth. Reimm. Iun. Emman. C. C. C. Bodl. Cott. et Sublac. Roſt. Ven. 1471 - 97. et omnes fere ante Thomafium conuinceris. At antiquus Bon. quinque Vaticani,

Cauci, Vltr. et ſola editio Iani, Parrh. 1509. conuinceris, in præterito coniuñctiui, quod defendunt Thom. Gall. Spark. Heuman. At Cellarius falſus eſt, quum ſcripſit, Sparkium hoc ex Cantabr. tueri; nullo enim codice Cantabr. Sparkius vnus eſt, editio vero Cantabrigienſis eſt Sparkiana iunior, et hic facit cum plurimis. Büñ.

y) nefas dicitur] Reimm. ducitur. Büñ.

z) Romulus etc.] illuſtrat Buddeus in ſelectis Iuris Nat. et Gent. diſt. vltima §. 1 - 15 - 20. Büñ.

a) paſſim] Perottus in Cornu Copiæ ed. Ald. f. 844. paſſim hic exponit per: *undique*. Immo ſignificat hic *indifſincte*, ſine ordine, quod ſuadent verba: *ſine vilo diſcrimine*. plura obſeruo ad Laët. 3. 9. 5. Büñ.

b) Propertius elegiarum ſcriptor] Lib. 4. elegia i. v. 11. Cell.

c) ſe-

Buccina cogebat priscos ad verba Quirites :

Centum illi in prato saepe senatus, erat c.

Hi sunt patres, quorum decretis eruditi ac prudentes viri de-
votissime seruiunt, idque verum ac immutabile omnis posterita-
tas iudicat ^d, quod centum pelliti senes statutum esse volue-
runt : quos tamen, (vt in primo ^e libro dictum est,) Pompei-
lius illexit, vt vera crederent esse sacra, quæ ipse tradebat.
Est vero, cur ^f illorum auctoritas tanti habeatur a posteris, ¹⁶
quos nemo, quum viuerent, neque summus, neque infimus
ad finitatem dignos iudicauit.

VII. Quare oportet, in ea re maxime, in qua vitæ ratio
versatur, sibi quemque confidere, suoque iudicio ^a, ac propriis
sensibus niti ad inuestigandam, et perpendendam veritatem ^b;
quam credentem alienis erroribus decipi, tamquam ipsum ra-
tionis expertem. Dedit omnibus Deus pro virili portione ^c

sa-

c) *senatus erat*] Pro *erat*, iudice
Broukhuusio ad Propert. h. L. p. 376.
ERANT legendum. At omnes Propertii
et Lactantii libri: ERAT
præferunt. Similia adnotauit ad
Lact. L. 4. c. 20. 4: *ea, que p. r. o.*
scripta sunt N. Testamentum nomi-
natur. Bün.

d) *idque iudicat*] Sic edidi ex MSS.
Ball. et Goth. præcessit enim *seruiunt.*
in aliis creditis omnibus cum Reimm.
in coniunct. *indicer*, quod facilius
tolerari possit, si vt in Reimm. *le-*
gas: seruiunt. Bün.

e) *in primo*] L. 1. 22. 1. Bün.

f) *Est vero; cur*] Lipf. 2. *Est ve-*
ro, cur. Saepe quidem latini: *Ac ve-*
ro, sed illi: Est vero, auribus ingra-
ta nec obuia. Inest in illis: *Est ve-*
ro, cur, elegantia, vt L. 1. 18. 24: *Est*
vero, cur qui quos detrahunt cum
ubi para. Goth. Lipf. tñt. Reimm.
Sublac. Rost. Ven. 1478. 72. vtraque
7. 92. 97. Paris. *Est vero, quod pari*
legitima; idem frequenter. Bün.

a) *sibi confidens, suoque iudicio etc.*]

Accusant quidam nostrum vt rationi
nimium tribuentem. Incaute, illud
QVAM, quod sequitur, comparatio-
nis voculam POTIVS subaudiri do-
cēt. Abunde probauimus ad Lib. 1.
3. 7. Vidit etiam Kortholt. in Pagan.
Oderect. p. 83. qui (*potius*) cancellis
inclusit, item Heumannus hic il-
lustrauit. Bün.

b) *ad inuestigandam, et perpenden-*
dam veritatem] Lipf. 2. et 3. ad *in-*
uestigandum et perpendendum verita-
tem. Talia notauimus alibi. Sublac.
ad *inuestigandum et perspicendam,*
peius Ven. 1471. et Rost. ad *inuesti-*
gandum et perspicendam. Pro rece-
pta MSS. et vtraque 1478. 93. 97. reliq.
et n. 2: *inuestigare - perpendere.* Bün.

c) *pro virili portione*] Suspiscabar:
pro parili portione. Sulpicio Seuero
L. 2. Hist. 13. Tacito et Mamertino
in Paneg. 17. 1. et Macrobio L. 7. Sa-
turn. idem hæc locutio est, quod *pro*
virili parte, vt Lact. 6. 12. 38. At
h. l. *virilis portio est aequalis portio,*
secundum Betul. et Iszum, qui illu-
strat.

fapientiam ; vt et inaudita inuestigare poffent, et audita perpendere. nec, quia nos illi temporibus antecesferunt, fapientia quoque antecesferunt, quæ si omnibus æqualiter datur, occupari ab antecedentibus non potest ^d. Illibabilis est ^{e, f}, tamquam lux et claritas solis : quia vt sol oculorum, sic fapientia lumen est cordis humani. Quare quum fapere, id est, veritatem quærere, omnibus fit innatum ; fapientiam fibi adimunt, qui sine vlllo iudicio inuenta maiorum probant, et ab aliis pecudum more ^g ducuntur. Sed hoc eos fallit, quod, maiorum nomine pofito, non putant fieri poffe, vt aut ipfi plus fapiant, quia minores ^h vocantur ; aut illi defipuerint, quia maiores nominantur. Quid ergo impedit, quin ⁱ ab ipsis fumamus exemplum ; vt, quomodo illi, quæ falſa inuenierant ^{k, l}, pofteris tradiderunt : fic nos, qui verum inuenimus,

frat ex ICTis, quibus portiones viriles sunt æquales, quæ pro numero personarum et in capita conſtituantur, vt tot fiant, quot ſunt perſonæ. Hinc Lactantius n. 2: *fapientia, inquit, omnibus æqualiter datur*, et L. 3. 25. 2: *fapientia ſine vlllo discrimine omnibus data eſt* etc. addas reliqua. Bün.

d) occupari-non poteſt] Eleganter Seneca ep. 33. fin. *Patet omnibus veritas, nondum eſt occupata, multum ex illa, etiam futuris, relictum eſt.* Bün.

e) illibabilis eſt] Quidam dubitant de vocabulo, quod non idem in ſcriptis libris. Angl. *illabilis*, Lipf. 1. *illibalis* ; at Lipf. reliqui plene *illibabilis*. Cell.

f) illibabilis] Angl. Sublac. Roſt. Ven. 1471. prima 1478. *illabilis*. At vera lectio Reimm. Goth. Witt. Guelf. ſecundæ, Ven. 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. et reliquarum : *illibabilis eſt*, i. e. nihil ex ea delibari aut decerpi poteſt. Docte Gronouius ad Senecæ ep. 83. p. 347: *DELIBATVM, quod ab alio ſumitur et propagatur ſine illius laſone, vt lumen a lumine accenditur.* vbi plura. Bün.

g) pecudum more] Seneca Vit. Beat. c. 1: *ne pecorum ritu ſequamur antecedentium gregem, pergentes, non qua eundem, ſed qua itur -- optima rati on, qua magno adſenſu recepta ſunt, quorumque exempla nobis multa ſunt, nec ad rationem, ſed ad ſimilitudinem viſimus -- Nocet adplicari antecedentibus, et dum vnusquisque mauult credere, quam iudicare, numquam de vita iudicatur, ſemper creditur ; verſatque nos et præcipitat traditus per manus error alieniſque perimus exemplis.* Conf. Lact. 2. 3. 22. Bün.

h) minores] i. e. poſteri, n. 6. c. 13. Sic ſæpe Virgilius, ad quem Seruius, Erythæus. Taubmann. Cerda plura, et ad Iuuenal. Sat. 1. 148. Rigaltius. Bün.

i) quid-impedit, quin] Poſt verba impediendi ſæpius quo minus, interdum quin. Terent. Andr. 5. 6. 7: *nec mora vlla eſt, quin eam uxorem ducam.* Bün.

k) qua falſa inuenierant] Scite Goth. *qua* ; vulgo *qui*. Cell.

l) qua falſa] Sic Ven. 1471. et Roſt. Bün.

mus, posteris meliora tradamus? Superest ingens quæstio, cuius disputatio non ab ingenio, sed a scientia^m venit; quæ pluribus explicanda erit, ne quid dubium omnino relinquatur. nam fortasse aliquis ad illa confugiat, quæ a multis, et non dubiis traduntur auctoribus: eos ipsos, quos docuimus deos non esse, maiestatem suam persæpe ostendisse et prodigiis, et somniis, et auguriis, et oraculis. Et sane multa enumerari possunt digna miraculo. In primis illud, quod Accius Nauus summus augur, quum Tarquinius Priscum commoneret, vt nihil noui (facere) inciperet^{o. p.}, nisi prius esset inauguratus; eique rex, artis eius eleuans fidem^{q.}, diceret, vt, consultis auibus, renuntiaret sibi, vtrumne fieri posset id, quod ipse animo concepisset, adfirmaretque Nauus, posse: Cape igitur hanc, inquit, cotem; eamque nouacula dissiice^{r. r.}. At ille in-

m) non ab ingenio-scientia] L. 3. 3. 2. 3. *Bün.*

o) vt nihil noui facere inciperat] Abest a Cantabr. cod. *facere*: et potest abesse, ac eleganter quidem. *Cell.*

p) nihil noui facere inciperet] Sic Reimm. et omnes, solus Emman. *facere* omisit, quod cum Heumanno retineo. *Bün.*

q) artis-eleuans fidem] i. e. eludens, ex Liuius. *Lact.* 1. 14. 11. not. *elemenda fortis-gratia.* *Bün.*

r) nouacula dissiice] Scripti fere omnes *dissice.* at Emman. *incide.* Ipsum vero vel miraculum, vel præstigias habes apud Liuium 1. cap. 36. *Cell.*

s) nouacula dissiice] Emman. *incide.* eleganter fatias, sed hic glosam sapit, alias *Lact.* 2. 16. 11: *ab augure lapis nouacula incisus.* Hieron. ad Eustoch. ep. 19. l. 131: *epistolam nouacula rex incidit.* Cicero L. 1. diuin. 17. cum Liuius et Valerius L. 1. 4. n. 1: *præcidere, et discindere.* Florus 1. c. 5: *secare.* At Goth. et plerique scripti et Sublac. Rost. *dissice.* Vti quoque prima manus Reimm.

atque iterum plerique antiqui. *Lact.* 3. 17. 26: *ferris acie dissici.* Sæpe fere, teste Gronouio L. 1. Obseru. c. 20. et ad Senec. Phœniss. 2. 343. libri veteres pro: *dissicere* habent *dissicere.* item *adicere, obicere, reicere.* Vid. Vorst. ad Val. Max. L. 3. 5. et Græu. ad Sueton. Cæsar. c. 80. p. 786. et ad August. c. 7. add. Plaut. Mostell. 3. 1. 91. ita ipse sæpe in diplomatibus *Mindens.* antiquiss. inueni. Alii vt peculiare verbum tertiz coniugationis *dissicere* pro *dissicere* defendunt. vid. Geuartii Electa L. 2. c. 4. Gebhard. L. 3. Crepund. c. 7. Barth. ad Stat. 1. Theb. 590. p. 194. Iuret. et Daum. ad Paullini Vit. Martini L. 3. 360. et not. ad Plaut. Curcul. Act. 3. 54. Sauaro ad Sidon. Apoll. Carm. 5. not. 519. p. 65. du Fresne Glosf. Med. xiii T. 2. p. l. f. 141. de Lactantii aliisque locis Puteamus ad Cic. pro Cælioc. 16. quem ob hoc commendat Gronou. ad Senec. Agamemn. 5. 895. sed consule Ciofan. Heinf. et maxime Burmann. ad Ouid. 11. Metam. 386. p. 776. sq. *Bün.*

t) Ca-

9 incunctanter accepit, ac secuit. Deinde illud, quod Castor et Pollux bello Latino apud lacum Iturnæ ^{t. *} visi sunt equorum sudorem abluentes; quum ædes eorum, quæ iuncta fonti ¹⁰ erat, sua sponte patuisset*. Idem bello Macedonico ⁷ equis albis insidentes P. Vatinio ⁸ Romam nocte venienti se obtulisse dicuntur, nuntiantes, eo die regem Persen victum atque captum ^{a. b.} quod paucis post diebus litteræ Paulli verum ¹¹ fuisse docuerunt. Illud etiam mirabile, quod simulacrum

For-

t) *Castor et Pollux apud lacum Iturna*] Valer. Max. I. 8. pr. *apud lacum Regillum*. adde Flor. I. c. 11. Cell.

u) *apud lacum Iturna*] Vid. Gronou. ad Minuc. Fel. c. 7. p. 62. auctor quidem est Dionys. Halic. L. 6. Ant. f. 351. in bello Latino simile quid accidisse; sed hanc historiam l. c. ad aliud tempus, ad Macedonicum scil. bellum, cum Floro L. 2. 12. rectius refert. Lapsus ergo est Lactantius, quomodo enim bello Latino ædes Castorum potuit patere, quæ post id bellum demum a Posthumio dedicata, secundum Ciceronem 3. Nat. D. 5. Liu. L. 2. 42. Dionys. c. l. *Bün.*

x) *ædes - erat - patuisset*] Goth. *ædes, quæ iuncta fonti erant, patuissent*. Plurali numero de templo, neque male, ut contra Vallam docet Alexand. ab Alex. Dier. Gen. L. 6. c. 9. de duobus templis. Liuius L. 40. 34: *Ædes dua dedicata sunt - ha ædes dedicata*. Lib. 45. 2. add. Vosl. de Analog. L. 1. c. 43. *Bün.*

y) *Idem bello Macedonico*] Idem Valerius Max. d. l. et Flor. 2. 12. Cell.

z) *P. Vatinio*] Variant libri et hic et apud Val. Maximum. Hic Lips. Sublac. Parrh. cum Thom. aliis: *Vatinio*. Ven. 1471. et Rost. *P. Vacinio*. Goth. vtraque, Ven. 1478: 93. 97. Paris. *Vatieno*, quod in Cicerone L. 2. N. D. c. 2. et L. 3. N. D.

c. 5. receptum, et Harduino ad Plin. L. 7. c. 22. p. 41. rectius videtur. Vrsino ad Cic. priorem locum et Vorstio ad Val. Max. L. 1. c. 8. l. *Vatinio* placet. *Bün.*

a) *eo die regem - victum atque captum*] Non eodem die captus est quo victus erat, quia in Samothracen confugerat. Valerius d. l. *die qui præterierat, Persen regem a Paulo captum*. Cell.

b) *eo die regem Persen victum atque captum*] Ex Liuii L. 44. fin. et L. 45. princ. item Plutarchi Aemilio f. 266 - 269. clarum, vel quatuor aut plures victum inter et captum intercessisse dies, Lactantius vero sequitur Ciceronem. Quod Florus L. 2. 12. 14: *eodem die quo victus Perses in Macedonia, Roma cognatum est*. Plin. L. 7. 22: *Castores Romani Persicam victoriam ipso die, quo contigit, nuntiauerunt*. et Minuc. 7: *victoriam eodem die, quo fecerant, nuntiauerunt*, de victo tantum dixere; id de capto etiam expresse Cicero L. 2. Nat. D. 2: *Tyndarida Persen victum nuntiauerunt*. P. enim Vatinus, quum - *uenienti noctu duo iuvenes cum equis albis dixissent, regem Persen illo die captum, Senatui nuntiauit*. Videtur Vatinus Persen illo die CAPTVM ex suo ad VICTVM addidisse, aut Cicero Valerium Max. et Lactantium in errorem induxisse. Conf. Freinsh. et Duker. ad Flor. c. l. p. 405. *Bün.*

c) *fi-*

Fortunæ muliebris ^c non semel locutum esse traditur : item Iunonis Monetæ ^d, quum, captis Veiiis, vnus ex militibus ad eam transferendam missus, iocabundus, ac ludens interrogaret, vtrumne Romam migrare vellet : respondit, velle. Claudia ^{e, f} quoque proponitur in exemplum ^g miraculi. Nam ¹² quum ex libris Sibyllinis Idæa mater esset accita, et in vado Tiberini fluminis nauis, qua vehebatur, hæsisset, nec vlla vi commoueretur ; Claudiam ferunt, quæ semper impudica esset habita ob nimios corporis cultus, deam submissis genibus orasse, vt, si se castam iudicaret, suum cingulum sequeretur : ita nauim, quæ ab omni iuuentute non valuit commoueri, ab vna muliere esse commotam. Illud æque mirum, quod, ¹³ Iue scruente, Aesculapius Epidauro accitus ^h, vrbem Romam diuturna pestilentia liberasse perhibetur. Sacrilegi ⁱ quo- ¹⁴ que numerari possunt, quorum præsentibus pœnis iniuriam suam dii vindicasse creduntur. Appius Claudius censor ^k, ¹⁵ quum aduersus responsum ad seruos ^l publicos sacra Herculis transtulisset ; luminibus orbatus est : et Potitiorum gens

^c) *simulacrum Fortune muliebris*] Valer. c. l. n. 4. et de Iunone n. 3. Bün.

^d) *Iunonis Moneta*] Cum religiosum Iunonis simulacrum Romani Veiiis Romam deportaturi essent, ait Liuius 5. 22. quemdam iuuenili ioco dixisse: *Visne Romam iue Iuno?* cum ceteri *adnuisse deam* conclamarent; *adiectum fabula esse, vocem quoque dicentis velle, auditam.* Moneta postea a monendo cognominata, Cic. de Diuin. i. c. 45. et Lib. 2. c. 32. eique xdes vota Aurunco bello a L. Furio Camillo, Marci filio, Liuius 7. c. 28. Ouid. Fast. 6. v. 184. Cell.

^e) *Claudia quoque proponitur*] De huius miraculo Liuius 29. 14. Silius Ital. Lib. 17. v. 34. seqq. Cell.

^f) *Claudia*] De hac plures auctores indicauit Sauaro ad Sidon. Apollin. Carm. 24. p. 207. Bün,

^g) *proponitur in exemplum*] Ita edo. ex Reimm. Goth. et Lipf. tert. H. l. enim significat *sum Exempel*. Quintil. L. 12. Instit. 2 : IN EXEMPLVM - *facundissimum quemque PROPONET sibi ad imitandum.* Vet. Interpr. Lat. Nahum 3, 6: PONATE in EXEMPLVM. Scite Minuc. Felix c. 36. 8 : *aliquem in exemplum predicare.* Immo ipse iterum Lactantius L. 3. 6. 13 : *quod proponi solet in - exemplum.* Bün.

^h) *Aesculapius Epidauro accitus*] Liuius Lib. 10. extremo, et Epitoma II. Cell.

ⁱ) *sacrilegi*] L. 2. 4. 24. 25. Bün.

^k) *Appius Claudius censor*] Vide Val. Max. Lib. 1. c. 1. n. 17. Liuium 9. c. 29. Cell.

^l) *ad seruos*] Vid. Elmenh. et Gronou. ad Minuc. c. 24. p. 247. de Potitiorum fato. Liuius Lib. 1. c. 7. Bün.

16 gens^m, quæ prodidit, intra vnius anni tempus extincta est. Item censor Fuluius; quum ex Iunonis Laciniae^{n.º} templo marmoreas regulas abstulisset, quibus ædem Fortunæ equestris^p, quam Romæ fecerat, tegeret; et mente captus est, et, amissis duobus filiis in Illyrico militantibus, summo animi mœrore consumtus est. Præfectus etiam M. Antonii Turullius^r, quum apud Coos, euerso Aesculapii luco, classem fecisset; 17 eodem postea loco a militibus Cæsaris^r est interfectus. His exemplis adiungitur Pyrrhus; qui, sublata ex thesauro Proserpinæ Locrensis^s pecunia, naufragium fecit, ac vicinis deæktoribus illisus est, vt nihil, præter eam pecuniam, incolume 19 reperiretur. Ceres quoque Milesia^t multum sibi apud homines venerationis adiecit. nam quum ab Alexandro capta ciuitas^u esset, ac milites ad eam spoliandam irrupissent; omnium

oculos

m) et Potitiorum gens] Liuius d. l. Potisia gens, cuius ad aram maximam Hercules familiare sacerdotium fuerat, etc. Erat tum in XII familiis diuisa: quo mirabilis, omnes intra annum cum stirpe extinctos. Liuius ibidem. Cell.

n) censor Fuluius ex Iunonis Lacinia] Is Fuluius Flaccus. Lege Valerium Lib. 1. c. 1. num. 20. Liuium 42. c. 3. qui addit in Bruttis fuisse illam Iunonis ædem, quam detexerat Fuluius censor. Virgilius Aeneid. 3. v. 552:

- - artollit se diua Lacinia contra Caulonisque arces. Cell.

o) Iunonis Lacinia] Lips. 2. prauè Iun. Lascinia, prauis Bonon. iunior: Lucina, pessime Reimm. Lactuna. vid. Ifzum. Bün.

p) adem Fortuna equestris] quam proconsul vouerat bello Celtiberico, Liuius 40. c. 40. et post sex annos dedicabat censor, seu ex censura, idem 42. c. 10. Vetus inscriptio apud Grut. p. 75. num. 4:

FORTVNÆ EQ. SACR. Cell.

q) Præfectus M. Antonii Turullius] Vide Val. Max. Lib. 1. c. l. n. 19. et

Dion. Cass. Lib. 51. p. 448. Fuit ex percussoribus Cæsaris, postea Antonio triumuiro amicus, vt Dio ibidem addit. Cell.

r) a militibus Cæsaris] Cæsaris Octauiani triumuiro, cui Turullius ab Antonio traditus fuit. Dio ibid. Cell.

s) ex thesauro Proserpina Locrensis] De hac spoliatione Valer. Maximus Lib. 1. c. 1. extern. 1. et Liuius 29. c. 8. Vterque etiam aliam eiusdem fani spoliationem memorant, a Plethinio Scipionis legato facta, eandemque non impunitam. Cell.

t) Ceres quoque Milesia] Ex Valer. Max. I. c. 1. extern. 5. Cell.

u) capta ciuitas] In Fabri Thesauro legimus: Lactantio est vox (ciuitas) pro vrbe, notauit quoque Walchius in Diatr. p. 60. ex Lact. L. 4. 21. 2. addo L. 4. 13. 24. L. 6. 6. 19-23. L. 7. 26. 1. 2. c. 24. 6. vt omitam, Vosium statuere Cæsarem L. 1. B. Ciu. c. 1. dixisse ciuitatem pro vrbe Roma. obseruo Senecæ hoc esse frequens. L. 3. de Ira 32. fin. ciuitates - constructas ouertunt, vt aurum argentumque in cinere vrbum seruen-

oculos repente obiectus fulgor ignis extinxit. Reperiuntur etiam somnia ^x, quæ vim deorum videantur ostendere. Tiberio namque Attinio ^y, homini plebeio, per quietem ^z obuersatus ^b esse Iuppiter dicitur, et præcepisse, vt coss et senatui nuntiaret, ludis Circensibus proximis præfultorem ^c sibi displicuisse, quod Antronius Maximus quidam ^e diuerberatum seruum sub furca medio circo ad supplicium duxerat; ideo-

sentur. L. 2. Benef. 16: *ut in sinu eius condenda sit ciuitas.* L. 6. Benef. c. 3. *fm. vt Sardes - ciuitatem intraret.* c. 32. *pr. pererratam nocturnis commensationibus ciuitatem.* epist. 91: *multas ciuitates incendium vexauit - ciuitas arsit - ciuitatum vestigia tempus eradet.* L. 6. Qu. Natur. c. 9: *incendio pars ciuitatis laborat.* Bün.

x) *somnia*] Huc pertinet Val. Max. L. 1. c. 7. integrum. Bün.

y) *Tiberio - Attinio*] Rost. prauē: *Attinio* vocali quinta. Reliqui: *Tiberio - Attinio.* Reimm. *Athinio.* Conf. c. 16. n. 11: *de Atinio.* auctoritate nostri ducti receperunt Gronouius ad Liuium, Pighius et Vorstius ad Val. Max. licet huius libri *T. Latino* vt Dionys. Halic. L. 7. Ant. p. 472. Plutarchus et August. Ciu. D. L. 4. c. 26. ad quem nescio ex quo libro *Vixit* tradit, Lactantium eum adpellare: *Tyberium Atinum.* Fallitur *Vixit.* de Macrobio dixi paulo ante. Bün.

z) *per quietem*] Scite Latini insomnia *quietis* vocabulo significant. Cic. L. 1. de Diuinat. c. 21. extr. *qua ei secundum quietem visa sunt:* et cap. 25: *ei visum esse in quiete egregium facie iuuenem:* et Curtius 9. c. 8. n. 26: *per quietem vidisse se exponit speciem draconis.* Quidquid autem de hoc Atinii est insomnia, ex Val. Maximi I. c. 7. n. 4. desumptum est, vel ex Cic. Lib. 1. de Diuinatione c. 26.

Refert etiam Liuius Lib. 2. cap. 36. Cell.

a) *per quietem.*] notati ad L. 1. 20. 33. huc pertinet Macrobi. 1. Saturn. 11: *Iuppiter Annio (corr. Atinio) per quietem imperauit.* Bün.

b) *obuersatus.*] Goth. Reimm. prauē: *aduersatus.* Vid. not. n. 22. Bün.

c) *præfultorem.*] Sic plane Valerius: at Cicero d. 1. præsertim in scriptis, *præsulem:* Liuius *præsultatorem*, qui saltando initium facit ludorum, *ὄρχησῆς πρὸ τῆς πόμπης*, vt Plutarch. in Coriolano p. 225. vocat. Cell.

d) *præsultorem.*] Sic libri. Glosfar. vetus Henr. Steph. *præsultor* ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς προορχόμενος. Arnobius cum Cicerone: *præsulem* habet. Vid. Elmenh. ad Arnob. L. 7. p. 244. Bün.

e) *Antronius - quidam.*] Sic habent MSS. Lips. Goth. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Gryph. In Macrobi ed. Gronou. 1670. L. 1. Sat. 11. legitur: *AVTRONIVS.* in mea rariori Brixienfi 1485. et alia Ven. 1500. in Macrobio: *ATRONIVS.* in pluribus Lact. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. et pluribus: *Antonius.* ex voce: *quidam* posset videri homo obscurus, at dicitur Dionysio in Antiq. f. 473. *αἰνῆς ἐκ ἀφανῆς.* Lipsio L. 3. de Cruce c. 3. rectius nomen videtur: *Antronius.* Ciceroni in Bruto c. 68. memoratur *P. Antronius.* Bün.

- 21 ideoque ludos instaurari oportere. quod quum ille neglexisset, eodem die filium perdidisse; ipse autem graui morbo esse correptus *. et quum rursus eandem imaginem cerneret, quarentem, satisne pœnarum pro neglecto imperio pendisset; lectica delatus ad coss. et omni re in senatu exposita, recepisse corporis firmitatem, suisque pedibus domum
- 22 rediisse f. Illud quoque somnium non minoris fuit admirationis, quo Cæsar Augustus dicitur esse seruatus s. h. nam quum bello civili Brutiano implicatus i graui morbo, abstinere prælio statuisset: medico eius Artorio Mineruæ species obuersata k est, monens, ne propter corporis imbecillitatem castris se contineret Cæsar. Itaque in aciem lectica perlatus est:
- 23 et eodem die a Bruto castra capta sunt. Multa præterea exempla similia posunt proferri: sed vereor, ne, si fuero in propositione rerum contrariarum diutius immoratus l, aut oblitus esse propositi videar, aut crimen loquacitatis incurram m.

VIII.

*) ipse-esse correptus] Sic edo ex Reimm. pendent enim a verbo: dicitur; vnde postea in omnibus: delatus, quod fuisset mutandum: delatum; si seruastem: ipsam-esse correptum. Lipf. 2: ipse-esset correptus. Bün.

f) rediisse] Reimm. redisse. vt frequentissime Cicero et Liuius, et ipse Lactantius. Bün.

g) quo Cæsar Augustus -seruatus] Hoc plures scripserunt, Sueton. c. 91. Velleius 2. c. 70. Florus 4. 7. et Appianus Ciuil. 4. Cell.

h) quo Cæsar Augustus] referunt quoque Val. Max. c. l. n. l. et Tertull. de Anima c. 46. qui alia huc facientia addit. Bün.

i) implicatus] Lipf. 2. implicatus. Bün.

k) obuersata] Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Paris. obseruata. at rectius et elegantius MSS. et Parrh. Ald. Gymn. Gryph. Tornzs. Thom. et cum secutz edd. obuersata. Sic num. 20: per quietem obuersatus-

Iuppiter. Confusæ quoque hæc voces in codd. Valerii Max. L. 1. 7. 7: atque eadem animo eius obuersata est species. Vbi recte Torrenius exemplis ex Liu. 11. 36. et Suet. Aug. c. 94. excitatis obseruat frequens esse illud obuersari de somniis. Bün.

l) in-diuus immoratus] Vt Cicero de Orat. L. 3. c. 13: Neque vero in illo altero diuus commoremur. Bün.

m) crimen-incurram] Sic libri sine præpos. IN. Iterum 6. 25. 12: ne quis tumoris et arrogantia crimen incurrat. Scriptoribus sacris hoc sollemne. Arnob. L. 4. p. 138: Stultitia crimen incurrat. Cyr. exhort. ad Mart. f. 385: incurere aterna supplicia. Sulp. Seu. 2. Dial. 9. 6: venantium agmen incurrimus. Sæpe ita Hieronymus, Ambrosius vero innumeris locis. omitto Macrobius. Alia talia Muncker. ad Lact. Placid. fab. 10. et 13. p. 195. et ex melioribus Wasse Indic. ad Sallust. ad verba: incurram eos a tergo. Bün.

n) id

VIII. Exponam igitur omnium istorum rationem, quo facilius res difficiles et obscuræ intelligantur, et has omnes simulati numinis præstigias reuelabo; quibus inducti homines, a veritatis via longius recesserunt. Sed reperam longe altius; ut si quis ad legendum expers veri, et ignarus accesserit, instruat^{a. b} atque intelligat, quod tandem sit caput horum et causa malorum; et, lumine accepto, suos ac totius generis humani perspiciat errores^{c. d}. Quum esset Deus ad excogitandum providentissimus^e; ad faciendum sollicitissimus, antequam ordiretur hoc opus mundi^{f. g}: quoniam pleni

a) *instruat^a atque intelligat*] Goth. et Lipf. duo *instruat^a*: ceteri *instruatur*. Cell.

b) *instruat^a*] Sic cum Goth. et duob. Lipf. Bonon. alter, Pal. Vltr. Cauc. At quidam scripti, e.g. Reimm. editi vero alii omnes: *instruatur*. Variant et alibi in his verbis libri. Vid. L. 4. 8. 3. ubi iterum Cellario: *instruatur* præplacuit; Heumanno rectius: *instruatur*. Burmannus quum simili modo in Quintil. Instit. L. 1. c. 1. p. 17. variari videret; *parum veserere*, inquit, *arbitror, quum utraque lectio facile probari possit*. Bün.

c) *perspiciat errores*] Interpretes Thys. Spark. Gallæus dicunt, quosdam libros addere: *Sicut mater sine exemplo genuit auctorem suum, sic ineffabiliter pater credendus est genuisse coæternum. De matre natus est, qui ante iam fuit: de patre, qui aliquando non fuit. Hoc fides credat, intelligentia non requirat, ne aut non inuentum putet incredibile, aut repletum non credat singulare*. Cell.

d) *perspiciat errores*] Illa: *Sicut mater singulare*, teste Iſæo ab antiquissimo Bonon. octo Vaticanis et aliis optimis MSS. absunt, idem hic consulendus nec leguntur in Cauci et Tornæ. MSS. nec in quinque Spar. kii, nec in Emman. et Cant. Habentur

quidem in Lipf. 2. sed recentiori, et addita demum Reimm. MSS. et edd. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. sed Betul. Thomas. If. Thyf. Gall. Spark. Cant. Cell. Walch. Heum. illa proscribunt. Bün.

e) *ad excogitandum providentissimus*] Goth. *providentissimus*, et sic Lipf. 1. 2. Vltr. Iun. optime, si conferas n. 22: *providentia excogitandi*. add. n. 7. et n. 39. et L. 1. 8. 2. vnde recepi. Bün.

f) *hoc opus mundi: quoniam pleni*] Quidam codices, et in iis etiam Gothanus, interferunt post *mundi*, sequentia: *fecit in principio bonum et malum. Id plane quid sit apertius explicabo. ne quis me ita loqui arbitretur, ut poeta solent, qui res incorporales quibusdam figuris quasi visibilibus comprehendunt, cum prætor ipsum nihil adhuc esset*. Nunc demum sequitur, *quoniam pleni*, ac reliqua. Sed hæc absunt ab optimis MSS. Anglorum, aliisque, etiam Lipsiensibus, et adfuta ab iis videntur, qui Manichæorum causæ favent. Cell.

g) *hoc opus mundi*] Verba: *fecit in principio - adhuc esset*. Hæc absunt a Bonon. Tax. vndecim Vaticanis aliisque MSS. plurimis, auctore Iſæo; quin-

ni et consummati boni fons in ipso erat, sicut est semper; ut ab eo bono ^b tamquam riuus oriretur, longeque profueret; produxit similem sui spiritum, qui esset virtutibus Dei patris præditus. Quomodo autem id fecerit ⁱ, quum solus esset ^k, in quarto libro docere conabimur. Deinde fecit alterum, in quo indoles diuinæ stirpis non permansit. Itaque suapte inuidia ^l tamquam veneno infectus est, et ex bono ad malum transcendit, suoque arbitrio, quod a Deo illi liberum datum fuerat ^m, contrarium sibi nomen adsciuit. Vnde adpareret, cunctorum malorum fontem esse liuorem. Inuidit enim illi ante-

quinque Sparkii, Emman. Cant. Iun. Sublac. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Thom. If. Thyf. Gall. Cant. Spark. Cell. et Walch. Reliqui Gryph. Betul. Tornæs. asteriscis in-cluserunt vt dubia. Habet Reimm. Bün.

b) *ut ab eo bono*] Sic omnes Vaticanæ; Cauci et Goth. cum edd. plerisque. At Vltr. *bonus*. Bonon. Tax. Pen. Lips. 2. et 3: *ut ab eo bonum* cum Sublac. Bün.

i) *quomodo - id fecerit*] Licet sit in duodecim Vaticanæ, duobus Bonon. Tax. Pen. Vltr. Iun. Emman. Cant. Cauc. Lips. 2. 3. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Torn. Betul. *quomodo autem id voluerit*, illud vero *fecerit* habeat modo Goth. et sola Gryphiana, et in textum Thom. et eum secuti recentiores, receperint non sine nota; rectius tamen credo, ob sequentia: *deinde fecit alterum*, et quia in libro quarto, ad quem prouocat, idem vrget, vbi ad hunc locum remittit, L. 4. 6. 1. sqq. *Deus igitur machinator rerum, sicut in secundo libro diximus, antequam - opus mundi adoriretur, sanctum - spiritum genuit*. Hoc ibid. ex Hermete n. 4. exprimit: *ἐπειτόν δεύτερον ἐποίησε θεόν,*

item ex Sibylla: *ἐποίησε*. Sunt autem Lactantio: *fecit, genuit, produxit, procreauit*, synonyma, hinc vltorius L. 4. 8. 6. vt nostro loco querit: *QUOMODO igitur PROCREAVIT*. Idem suadet Epit. c. 42. 1: *filium sibi progenuit*. xi. 5: *secundum fecit deum visibilem* - *Quum ergo hunc fecisset primum*. Quæ commode explicat Pfaffius in Disert. Prælimin. ad Epit. §. 28. p. 35. ex Act. 2, 36. et Hebr. 3, 2. Sic Lact. de formato homine L. 2. II. 20: *quomodo id fecerit*. Pronomen *id* ad totam rem refer. Bün.

k) *fecerit, quum solus esset*] Hæc putauit textui inferenda ex Gryphiana, prope vero Goth. *fecerit, quum solus est*. In libro quarto enim c. 8. 4: *Deus - quum solus adhuc esset - - ad creandum* (i. e. generandum, gignendum,) *societate alterius non indigebat*. Bün.

l) *non permansit - suapte inuidia*] Ioann. 8, 44. epist. Iud. v. 6. Sap. 2, 24. Conf. Lib. 2. 14. 1. c. 16. 9. Bün.

m) *quod a Deo illi liberum datum fuerat*] Poterant hæc abesse, et fere suspecta sunt mihi, æque ac Lib. 2. 14. 1. vbi eadem in optimis Manuscriptis non habentur. Bün.

n) ante-

antecessori suo ⁿ, qui Deo patri perseuerando tum probatus, tum etiam carus est ^o. Hunc ergo ex bono per se malum effectum Græci διαβόλον adpellant, nos criminatorem ^p vocamus, quod crimina, in quæ ipse illicit, ad Deum deferat ^q.

Ex-

ⁿ) antecessori suo] Betulcius et Walchius malunt de angelo ceteris præfecto interpretari; sed verba: Deo PATRI, et n. 7. illum primum et maximum filium etc. suadent vt de FILIO DEI cum Iſæo et Sparkio intelligamus, licet malletm incommoda meditatione de perseuerantia eius abstinuisset. In lib. 4. 6. 2. vocat hunc solum primogenitum, et c. 7. 4: cuius nomen, quod ei pater imposuerit, nullus alius sciat, qui habeat inter angelos aliud vocabulum etc. Bân.

^o) tum probatus, tum etiam carus est] Sic Ven. 1493. 97. Paris. Gryph. Betul. Thom. et cum. secutz. Heumannus legit: tunc probatus, nunc etiam carus est, et exponit, filium Dei sua in bono perseuerantia patri tunc temporis probatum fuisse, et hodie quoque ei esse τὸν υἱὸν τὸν ἀγαπῆ/όν. In altero Bon. cum probatus. in Reimm. et Roff. cum comprobatus etiam et carus est. Lips. secund. sum comprobatus est, sum et carus est. Subl. vtraque Ven. 1478: sum comprobatus etiam et carus est. Parrh. tum comprobatus, tum etiam et carus est. nec aliter Ald. Gymn. Compositum comprobatus est quoque in Pal. et Lips. 1. Bân.

^p) criminatorem] Reimm. exterminatorem. hic male. Bân.

^q) ad Deum deferat] Addunt nonnulli: (1) Cur autem iustus Deus talem voluerit esse, quantum sensus nostri mediocritas poterit, explanare conabor. Fabricaturus Deus hunc mundum, qui constaret (2) ex rebus inter se contrariis atque discordibus, constituit ante diuersa, fecisqua ante

omnia duos fontes rerum sibi aduersantium, inter seque pugnantium, illos videlicet duos spiritus, rectum atque prauum, quorum alter est Deo tamquam dextra, altera tamquam sinistra, vt in eorum essent potestate contraria illa, quorum mixtura et temperatione, mundus, et que in eo sunt, vniuersa constarent. Item facturus hominem, cui virtutem ad viuendum proponeret, per quam immortalitatem adsequeretur, bonum et malum fecit, vt (3) posset esse virtus, que nisi malis agisetur, aut vim suam perdet, aut omnino non erit; nam vt epulentia bonum videatur, acerbitas egestatis facit; et gratiam lucis commendat obscuritatis tenebrarum; valetudinis et sanitatis voluptas ex morbo ac dolore cognoscitur; ita bonum sine malo in hac vita esse non potest. Et vtrumque, licet contrarium sit, tamen ita coheret, vt alterum si tollas, vtrumque sustuleris; nam neque bonum comprehendere, ac percipi potest sine declinatione ac fuga mali; nec malum cauere ac vincere sine auxilio comprehensi ac percepti boni. Necesse igitur fuerat et malum fieri, vt bonum feret. Et quoniam fas non erat, vt a Deo proficeretur malum; neque enim contra se ipse faciet; illum instituit (4) malorum inuentorem, quem quomodo faceret, dedit illi ad mala excogitanda ingenium, et astutiam, vt in eo esset, et voluntas praua, et perfecta nequitia, et ab eo contraria virtutibus suis voluit oriri, eumque secum contendere, vtrumne ipse plus bonorum daret, an ille plus malorum. Sed

7 Exorsus igitur Deus fabricam mundi, illum primum et maximum

vrsus quoniam Deo summo repugnari non potest, bonorum suorum potestatem illi vltori (forte legendum alteri) adsignauit, quem supra bonum, (5) ac perfectum esse diximus. Ita duos ad certamen (6) composuit et instruxit: sed eorum alterum dilexit, ut bonum filium, alterum abdicauit, ut malum. Postea multos (7) genuit alios operum suorum ministros, quos Græci αἰγγέλους nominant; et illos vnius, sed repugnantis nature, qualis duorum. Sed pars illa corruptibilis non utriusque statim corrupta est in ortus sui principio, sed post compositum ordinatumque mundum, sicut mox docebitur, a substantia celestis vigore peruersa voluntate descendit. Ceterum in principio pares vniuersi (8) aqua conditione apud Deum fuere, et idcirco angeli omnes, quorum principes erant illi duo. Quum autem Deus ex his duobus alterum bono præposuisset, alterum malo: exorsus est fabricam mundi, omnibus his (9) quos creauerat ministrantibus, et per certa officia dispositis. Sed absunt hæc a plurimis manuscriptis codicibus, Vaticanis, Anglis, Lipsiensibus, etiam antiqua editione impressis libris, neque cum ceteris Lactantii conueniunt, sed partim Manichæismum præ se ferunt: partim Arianam impietatem manifestissime profitentur. Absit ergo, ut a Lactantio profecta esse credamus. Cell.

r) ad Deum deferat] Illa omnia: Cur autem iustus Deus - dispositis, absunt ab duodecim Vaticanis, Bonon. Tax. Pen. Pal. Cauc. Emman. Cant. Bodl. Cott. C. C. C. Reimm. Lipsiensibus, Tornæs. MS. Sublac. Rom. 1470. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. 1521. 24. Gymn. For-

te pium cum aliis a labe Manichæismi et Arianismi Lactantium liberare, si verum, eum fuisse plane immunem; incaute sane scripsit. Vide Pfaffium in disert. præliminari ad Lact. Epitom. §. 19. ad §. 22. stilus certe est Lactantiano valde adfinis et Epitome concordat. Subticiam aliquot et in his veriores lectiones ex membr. Gothanis, eaque numeris includam:

- (1) Cur autem iustus Deus talem voluerit esse] Goth. cur autem iustus Deus talem voluit esse. Hic receptam præfero ex huius loci Epitome c. 29. 2: dicam - cur hunc (δοιμονιώεχην) talem esse voluerit. Bün.
- (2) constaret ex rebus] Edo ex Goth. ex, ubi editi: in rebus. Vid. cap. 12. 3. Bün.
- (3) ut posset] Ex Goth. posset. editi: possit. ad rem conf. L. 5. 7. 3 - 5 - 10. Bün.
- (4) malorum inuentorem] Lenius videtur illa Goth. qui malorum inuentor est. Sed incaute et dure scripta sequentia: dedit illi - ut esset - VOLVIT. Vnde recte Pfaffius in Disert. prælim. ad Epit. §. 20: Hæc verba, inquit, contraria sibi esse videri possunt. Si enim fas non est vlt malum a Deo proficiscatur, quod paullo ante ait, non porius Deus voluisse, ut voluntas praua et perfecta nequissia in diabolo esset, quam sanctissimus ille abominatur. Nec enim contra se ipse quidquam faciet, nec creaturam suam contra sanctissimum creatorem ipse formabit rebellem. add. reliqua. Bün.
- (5) vltori] Sic etiam Goth. Gryph. Tornæs. Betul. rectius puto: alteri. Bün.

6) duos

num filium præfecit operi vniuerso^s; eoque simul et confiliatore vsus est, et artifice^t in excogitandis, ornandis^u perficiendisque rebus: quoniam is et prouidentia, et ratione^x, et potestate perfectus est. de quo nunc parcius; quod alio loco et virtus, et nomen eius, et ratio enarranda^y nobis erit. Nemo quærat, ex quibus ista materiis tam magna^z, tam mirifica opera Deus fecerit. omnia enim fecit ex nihilo: nec audiendi sunt poetæ, qui aiunt, chaos in principio fuisse, id est, confusionem rerum atque elementorum; postea vero Deum diremisit omnem illam congeriem, singulisque rebus ex confuso acervo separatis, in ordinemque descriptis^a, instruxisse mun-

(6) duos ad certamen composuit] doct. de gladiatoribus ita dici docui ad Laët. 3. 28. 7: cum hac (fortuna) se compositos ad præliandum putant. Bün.

(7) genuit] Hic significat: creauit, vt ex Seneca L. 1. Inst. 5. 27: ministros regni sui Deus genuit. et L. 1. c. 7. 5: est illud verum, quod dixisse - Senecam supra retuli: genuisse regni sui ministros Deum. Hæc loca si perpendisset Betuleius, hic nostrum non notasset. Bün.

(8) aqua conditione] i. e. æquali, pari. Suadet vox præcedens: pares. Sic L. 5. 14. 16. 17: Deus - omnes æquos, i. e. pares esse voluit - æquo iure omnes liberi sumus. Conf. Opif. 12. 10. Bün.

(9) creauerat] Non abhorre Lactantium ab hoc verbo, multis ad libr. de Opif. inscriptionem demonstro. Bün.

s) operi vniuerso] Nonnulli Vaticani et Pen. Cant. Cott. Sublac. Rost. Ven. 1471: operi immenso, vt L. 1. 3. 14. Bün.

t) simul et confiliatore - et artifice] Ita cum aliis etiam Cypr. epist. ad Donat. f. 2. Oxon. animum simul et auditus instruis, et pascis obtusus. Bün.

u) excogitandis, ornandis] Goth. excogitandis, ordinandis. Bün.

x) is et prouidentia, et ratione] Sic rectius duo Bon. tres Vatic. Tax. Pen. Vltr. Iun. Lipf. Goth. Angl. Sublac. Crat. Gymn. Thom. Tornæz. 1587. - 1613. If. Thyf. Gall. Spark. quam Rost. Ven. 1493. 97. Paris. is et prudentia et ratione, aut vtraque Ven. 1478: is et prudentia, et prouidentia, et ratione, aut Parrh. Ald. Gryph. primæ Tornæz. Betul. is et prouidentia, et prudentia, et ratione. vid. not. num. 3: ad excogitandum prouidentissimus. Prouidentia respondet voc. excogitandis, ratio ornandis aut ordinandis, potestas perficiendis. Bün.

y) enarranda] Sic Reimm. Ven. 1493. 97. Ald. Gymn. Gryph. Tornæz. Betul. Thom. et recentiores. recte. Mæle Subiac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. in-enarranda. Bün.

z) ex quibus ista materiis tam magna] Goth. ex quibus fit ista materies, vnde tam magna. Lipf. 2: ex quibus ista materies tam magna, quam mirifica. Bün.

a) in ordinemque descriptis] Sic ferre omnes MSS. et editi; Ixus ex cod. Bonon. recepit: in ordinemque digestis. non ineleganter respectu ad

- 9 mundum pariter, et ornasse. Quibus facile est respondere potestatem Dei non intelligentibus; quem credunt nihil efficere posse, nisi ex materia subiacente ac parata: in quo errore etiam philosophi ^b fuerunt. Nam Cicero de natura deorum disputans ^c; sic ait: *Primum igitur non est probabile, eam materiam rerum, unde orta sunt omnia, esse diuina prouidentia effectam; sed habere, et habuisse vim et naturam suam.*
- 10 *Vt igitur faber, quum quid adificaturus est, non ipse facit materiam, sed ea vititur, quæ sit parata; fictorque item cera: sic isti prouidentia diuina materiam præsto esse oportuit, non quam ipse faceret ^d, sed quam haberet paratam. Quod si non est a Deo materia facta; ne terra quidem, et aqua, et aer, et ignis*
- 12 *a Deo factus est.* O quam multa ^e sunt vitia in his decem versibus ^f: Primum, quod is, qui in aliis disputationibus et libris fere omnibus prouidentia fuerit adfertor, et qui acerrimis argumentis impugnauerit eos, qui prouidentiam non esse dixerunt; idem nunc quasi proditor aliquis, aut transfuga ^b, pro-

ad inordinatam confusamque congruam *h. n.* et L. 1. 5. 8. Sic Ouid. 4. Pont. 8. 57. 58. dixit *chaos digestum*. Sed *describere* pari est elegantia. Noster iterum L. 2. 10. 2: *rebus omnibus mirabili descriptione compositis*. abvnde elegantem hanc vim verbi *describere* illustravit Broukhuf. ad Propert. 4. el. 1. 57. p. 380. b. sq. *Bün.*

b) nisi ex materia - philosophi] Vid. Feuardent. ad Irenæi L. 2. c. 11. ed. Grab. f. 130. et maxime Pfanner. Theol. Gentil. c. 5. §. 3. p. 156 - 161. *Bün.*

c) Nam Cicero de natura deorum disputans] Materiam disputationis significat, non titulum libro præscriptum, quia verba hæc in tribus de Natura deorum libris, quos habemus, non reperiuntur; aut ergo ex libro sunt deperdito, aut ampliores fuere de natura qui sunt deorum. *Cell.*

d) ipse faceret] Betul. Tornæi. 1587

-1613: *ipse faceret, sc. prouidentia.* et sic legit Heuman. Isæus ex ingenio: *ipse fecerit*. At quoniam reliqui libri constanter tam hic n. 11. quam iterum n. 25. *ipse faceret* habent, debet subaudiri: *Deus*, ut sit constructio ad sensum, non ad verba antecedentia. *Bün.*

e) O quam multa] Sic MSS. et plures. at Sublac. et Rost. *O quanta.* eadem vi, vti sæpe solet, notauit ad L. 1. 3. 21. et ad L. 4. 15. 16. *Bün.*

f) in his decem versibus] Latinis versus non tantum metrici sunt, sed quæcunque versuræ scripturarum, quas vulgo *lineas* vocant, nostrates Zeilen. Cicero pro Rab. Postum. c. 6: *Glaucia solebat populum monere, ut cum lex aliqua re citaretur, primum versum attenderet.* Adde Plin. Lib. 4. epist. 11. extrema. *Cell.*

g) versibus] Zeilen, notauit ad L. 1. 15. 18. *Bün.*

h) aut transfuga] Hæc non habet Reimm. nec sunt necessaria. *Bün.*

i) com-

providentiam conatus est tollere. In quo si contradicere ¹³ velis, nec cogitatione opus est, nec labore: sua illi dicta recitanda sunt; nec enim ab vilo poterit Cicero, quam a Cicerone vehementius refutari. Sed concedamus hoc mori ² et ¹⁴ instituto Academicorum, ut liceat hominibus valde liberis ^k dicere ac sentire quæ velint; sententias ipsas ^l consideremus. *Non est, inquit, probabile, materiam rerum a Deo factam.* ¹⁵ Quibus hoc argumentis doces ^{m.n}? Nihil enim dixisti, quare hoc non sit probabile. Itaque mihi e contrario vel ma- ¹⁶ xime probabile videtur: nec tamen temere videtur, cogitanti, plus esse aliquid in Deo, quem profecto ad imbecillitatem hominis redigis: cui ^o nihil aliud, quam opificium concedis. Quo igitur ^p ab homine diuina illa vis differet ^q, si ut homo, ¹⁷ sic etiam Deus ope indiget aliena? Indiget autem, si nihil moliri potest, nisi ab altero illi materia ministrretur ^r. quod si fit,

i) *concedamus hoc mori*] dandi casu. Bon. Tax. Pen. Vltr. Iun. Cauci, Reimm. et Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Parrh. Ald. Iunt. Gymn. Gall. Spark. *hoc mori*. recte. Tornæz. 1587.-1613. *huic mori*. At minus recte Ven. 1493. 97. Paris. Gryph. Betul. Thom. *hoc more*. Isæus ex Ald. *more* citat, sed hæc est anni non 1515. sed 1535. Bün.

k) *hominibus valde liberis*] Elegans sensus ex sequentibus adparet, vnde verba non debent detorqueri ad formulam germanicam, qua hominem leuius ferociusque agentem dicimus einen sehr freien Menschen. Bün.

l) *sententias ipsas*] Præstat cum Goth. *ipsas*, quod efficacius est, quam cum aliis *ipsis* legere. Cell.

m) *argumentis doces*] Ex MSS: est; editi enim *probas*. Cell.

n) *argumentis doces*] Hic præfero, quia *doces* habent MSS. Bon. Tax. Reimm. Pal. Iun. Vltr. Emman. Cant. Lipf. Goth. Subl. Rost. Ven. 1497. (intendit Ven. 1493. *doces*) et Tornæz.

1587-1613. et iterum n. 55: *proferat argumenta, quibus doceat*. L. 3. c. 1. 10: *id argumentis docendum est*. Cic. 3. Nat. D. 4: *multis argumentis deos esse docere voluisti*. Sed probum et alterum, vt L. 3. 24. 11: *argumentis probare*. et L. 7. 9. 1. et Cic. pro Cælio c. 3: *argumento prober*. Bün.

o) *redigis: cui*] Sic omnes scripti, editi. forte, vt Heum. censet, legendum: *redigis, cum*. Bün.

p) *Quo igitur*] Sic Bon. Pen. Pal. Vltr. Goth. Lipf. Angl. Sublac. vbi Rost. vtraque Ven. 1478. 93. 97. Parrh. Paris. Ald. Gymn. Gryph. Tornæz. *quomodo igitur*. Præfero prius. Bün.

q) *differet*] Hoc rectius in Lipf. Parrh. Gymn. Gryph. Torn: Thom. aut Bon. vnius: *difert*; quam alterius Bonon. Reimm. Goth. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraq. 78. Paris. *differret*; sequitur enim: *indiget*, vel vt alii: *indigeat*. Bün.

r) *ministrretur*] Emn. *subministratur*. at Virg. Horat. et sæpe Ouidius eadem notione vsi sunt simplici. Bün.

s) in-

- fi sit, imperfectæ vtique virtutis est, et erit iam potentior iu-
 18 dicandus materiæ institutor^e. Quo igitur nomine adpella-
 bitur, qui potentia Deum vincit? siquidem maius est, propria
 19 facere, quam aliena disponere. Si autem fieri non potest,
 vt sit potentius Deo quidquam; quem necesse est perfectæ es-
 se virtutis, potestatis, rationis: idem igitur materiæ fictor est,
 qui et rerum ex materia constantium: neque enim, Deo non
 faciente, et inuito, esse aliquid aut potuit, aut debuit.
 20 Sed *probabile est*, inquit, *materiam rerum habere et habuisse*
semper^e vim et naturam suam^g. Quam vim potuit habere,
 nullo dante? quam naturam, nullo generante? si habuit
 vim: ab aliquo eam sumisit^h. A quo autem sumere, nisi
 21 a Deo, potuit? Porroⁱ si habuit naturam; quæ vtique a
 nascendo dicitur; nata est. a quo autem nisi a Deo potuit
 procreari? Natura enim, qua dicitis^{a, b} orta esse omnia, si
 consilium non habet, efficere nihil potest. si autem generan-
 di, et faciendi^{c, d} potens est; habet ergo consilium, et pro-
 22 pterea Deus sit, necesse est. Nec alio nomine adpellari
 potest ea vis; in qua inest et prouidentia excogitandi, et so-
 23 lertia, potestasque faciendi. Melius igitur Seneca^e omnium

Stoi-

s) institutor] Variat n. 19. *fictor*,
 n. 39. *factor*. Hæc notio in meo Fabro
 nondum indicata. Sic Tertullian. 5.
 adu. Marc. c. 5. *Patrem dominum dicit,*
et hominis et vniuersitatis creatorem
et institutorem. Bün.

t) habuisse semper] Hoc *semper* ex
 Bonon. Thomæs. et Lf. addiderunt.
 Non habent alii libri, nec n. 10. ha-
 bent aliqui. Bün.

u) vim et naturam suam] Hunc
 ordinem conformem n. 10. recepi
 ex Goth. et Reimm. Bün.

x) sumisit] cum Goth. et Lips. scri-
 bimus: non *adsumisit*, vt alii. Cell.
 y) sumisit] Sic iam receperant Rost. Ven.
 1493. et 1497. et sequitur: *sumere*. Bün.

z) Porro] Hanc particulam ex Bo-
 non. addidit Thomas. ad conexio-
 nem, vt credit, necessariam. Bün.

a) qua dicitis orta esse omnia] Lips.

1. et plures libri dicitur: Goth. Lips.
 alter dicitis. Cell.

b) qua dicitis] Quod Cell. ex Goth.
 et Lips. 2. vendit; habent fere
 omnes veteres edd. Sublac. Rost. Ven.
 1471 - vtraque 78. 93. 97. Betul. et
 Tornæs 1587-613. Sæculo XVI. de-
 mum illud dicitur inualuit. Bün.

c) generandi et faciendi] Goth. et
 Emman. copulant: alii disiungunt,
aut faciendi. Cell.

d) generandi et faciendi potens]
 Sic quoque Bon. et Lips. tert. et iam
 copularant Tornæs. 1587-1613. MS.
 Cott. *generandi ac faciendi potens.*
 Quintil. 12. Instit. 11. p. 1109: *hu-*
mani ingenii vis quam potens effi-
ciendi, qua velis. Bün.

e) Melius igitur Seneca] Lib. 4. de
 Benefic. c. 7. ait: *Quid aliud est na-*
sura, quam Deus et diuina ratio.

1018

Stoicorum acutissimus, qui vidit; *nil aliud esse naturam, quam Deum. Ergo* *f*, inquit, *Deum non laudabimus, cui naturalis est virtus? nec illam didicist ex ullo. Immo laudabimus. quavis enim naturalis illi sit, sibi & illam dedit: quoniam Deus ipse natura est* *b*. Quum igitur ortum rerum tribuis natura, ac detrahis Deo; in eodem luto hæsitans *i*, *k*, versura soluis *l*.

A quo

rosi mundo et partibus eius inserta? Quæ sequuntur de laudando Deo, ex alio loco desumpta sunt. Cell.

f) Ergo etc.] Quoniam verba omnia: Ergo Deum - natura est, sunt Senecz, caetiam similibus cum prioribus litteris imprimenda curavi. Bün.

g) naturalis illi sit, sibi] Vnus Bon. Tax. Pen. Cant. Sublac. naturalis illa sit, sibi. At alter Bon. Reimm. Emman. et Lipf. 3: naturalis illi sit, sibi. Hinc recepi Lipf. 2: naturalis sit ei virtus, sibi illam Deus dedit. Goth. quavis enim illi naturalis sit, sibi illam dedit. Ven. 1472. vtraque 1478. et Tornæs. 1587-613: naturalis illi sit. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. If. naturalis illa ei sit. Ven. 1471. Rost. ei naturalis illa sit. Omnes hæc rectius quam Thyf. Gall. Spark. Cant. Walch. Cell. naturalis illa sit. Bün.

h) Deus ipse natura est] Restitui ex altero Bonon. Tax. Reimm. et Lipf. tert. et Tornæs. 1587-613. et Ifæo: Deus ipse natura est. Lipf. 2: ipse Deus natura est. Reliqui editi: Deus ipsa natura est. Quod vero Lactantius non absolute Senecz verba adprobet, sed respectu Ciceronis docet comparandi particula: melius n. 23: Ipse enim deum noluit naturam dicere. Vid. de Ira c. 10. 38. et c. 15. 7. Conf. L. 3. c. 28. 4. sqq. et L. 7. Inst. 3. 1-3. Senecz locum illustrat Lipfius L. 1. Physiol. Stoic. dist. 5. Bün.

i) in eodem luto hæsitans, versuram soluis] Terentiana verba ex Phorm. a. 5. sc. 2. v. 15: Versuram autem solvere est creditorem mutare,

idem quod *versuram facere*, vt Donatus ad illum locum interpretatur. *Cell.*

k) in eodem luto hæsitans] Iterum L. 7. 2. 3: in eodem luto, sicus comicus ait, hæsitauerunt. Etiam simpliciter hæsitare dicuntur, qui luto impediuntur, Cæsari L. 7. B. Gall. 17. 19: vt si paludem percurrere cœnarentur, hæsitantes premerens. Item: herere. Sic Lact. 2. 7. 12: quum in vado - fluminis navis - hæsisset. et nostro ipso capite n. 54: in sonam decidit, unde se extricare se non posset. Hic - teneo hærentem, teneo defixum etc. Bün.

*l) versura soluis] Libri quidem scripti, etiam Lipf. Goth. Vitenberg-tum edd. Sublac. Ven. 1471. 72. vtraque 1478. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. et reliquæ: versuram (Ven. 1493. prave versuram); solus Betuleius, qui tamen in notis sibi non constat, versura soluis, idque vnicè rectum, auctoritate quorundam codd. Terentii, in quibus teste Westerhouio ad Phorm. 5. 2. 15. p. 1199. est *versura soluis*, subfrangentibus Salmasio, Gronouio, Græuio in nostro recepi. Incaute quidam *versuram facere* et *versura soluere* confundunt. *Versuram facere*, est pecuniam mutuam sumere, siue facere *as alienum*; at *versura soluere* est *debitum vetus dissoluere*, pecunia *mutua alibi sumpta*. Vid. Salmas. ad Tertull. de Pallio et in eius Comment. defensione, it. de Usuris p. 519. de modo Usurar. c. 7. p. 299. Maxime Gronou. de Centesimis et Vncius Usuris ad nouis. ed. de Sestertiis*

A quo enim fieri negas^m; ab eodem plane fieri muta-
 25 to nomine confiteris. Sequitur ineptissima comparatio :
Ut faber, inquit, quum quid edificaturus est, non ipse facit ma-
teriam, sed utitur ea; quæ sit parata; fictorque item cera: sic
 26 *isti providentiæ diuinæ materiam esse præsto oportuit, non quam*
ipso faceretⁿ, sed quam haberet paratam. Immo vero non
 oportuit: erit enim Deus minoris potestatis, si ex parato fa-
 cit, quod est hominis. Faber enim sine ligno nihil ædifica-
 bit^o: quia lignum ipsum facere non potest; non posse au-
 27 tem, imbecillitatis est humanæ. Deus vero facit sibi ipse
 materiam; quia potest. posse enim, Dei est: nam si non
 28 potest, Deus non est. Homo facit ex eo, quod est; quia
 per mortalitatem imbecillis est; per imbecillitatem, definitæ
 ac modicæ potestatis: Deus autem facit ex eo^p, quod non est;
 quia per æternitatem fortis est, per fortitudinem potestatis
 29 immensæ: quæ sine, ac modo caret, sicut vita factoris. Quid
 ergo mirum, si facturus mundum Deus, prius materiam, de
 qua faceret, præparauit, et præparauit^q ex eo, quod non erat^r?

quia

p. 535. sq. vbi queritur, in Lactantio
 pertinaciter adhuc editum: *versuram*
soluis, quod ne latinum quidem sit.
 add. Græu. ad Cic. L. 15. ad Att. ep. 20.
 p. 669. ad L. 16. Att. ep. 15. p. 765.
 et ad L. 2. in Verr. c. 76. p. 700. Ty-
 porum vitio in Rost. et prima 1478.
 pro *soluis* legitur *solius*. Male in
 Reimm. *vsuram* aliquis correxit.
 Bün.

m) *fieri negas*] MSS. Angl. Lips. 2. 3.
 et alii codd. et Sublac. Rost. Ven. 1471.
 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh.
 Crat. Iunt. Ald. Gymn. ita, vt edidi:
fieri negas; recentiores sine vlla codd.
 mentione, vt Gryph. Torn. Betul.
 Thom. et sequaces: *fieri mundum*
negas; quum aut ortum rerum ex
 n. 24. aut materiam ex integro con-
 textu subaudire debeas. Bün.

n) *ipse faceret*] Sic libri plerique,
 præter Betul. et Torn. *ipsa*. Vide di-
 cta ad n. 11. etiam Isæus hic: *ipse fa-*
ceret. Bün.

o) *ædificabit*] Edidi in fut. *ædifica-*
bit ex Bonon. Tax. Pen. Iun. Vltr.
 Reimm. Goth. Lips. 2. 3. Betul. vt re-
 spondeat verbis n. 25: *ædificaturus est*.
 Bün.

p) *Deus facit ex eo*] Recepti præ-
 sens *facit* ex Goth. Lips. 2. 3. Reimm.
 Sublac. Rost. Ven. 1493. 1497. Parrh.
 Gryph. Betul. et omnibus Tornæsi,
 Isæo; quia n. 27: *Deus facit*, n. 28:
homo facit. Bün.

q) *præparauit, et præparauit*] Po-
 strema: *et præparauit*, dedit Thomaf.
 ex duobus Bonon. et vno Vatic. au-
 ctore Isæo ita nonnulli Vaticani et
 Tax. et Pen. quoque legunt; absunt
 a Reimm. Lips. 2. 3. et Goth. et ante
 Thomafium editis plerisque. Bün.

r) *ex eo, quod non erat*] Heu-
 mannus credit legendum esse: *quod*
iam erat. Sed recepta est in omnibus
 scriptis et editis. intelligo: *ex ni-*
hilo, n. 8; vt 2 Macc. 7, 28: $\epsilon\zeta \delta\chi$

$\delta\upsilon/\omega\upsilon$

quia nefas esset, Deum ^a aliunde aliquid mutuari; quum in ipso, vel ex ipso sint omnia. Nam si est aliquid ³⁰ ante illum, si factum est quicquam non ab illo ^a, iam potestatem Dei, et nomen ^a amitteret. at enim ^a materia numquam facta est, sicut Deus, qui ex materia fecit hunc mundum, Duo igitur constituuntur æterna ^a, et quidem inter se contra- ³¹ ria; quod fieri sine discordia et pernicie non potest. Collidant enim necesse est ea, quorum vis et ratio diuersa est. Sic vtraque æterna esse non poterunt ^a, si repugnant, quia superare alterum, necesse est. Ergo fieri non potest, quin æter- ³² ni natura sit simplex; vt inde omnia, velut ex fonte, descenderint. Itaque aut Deus ex materia ortus est; aut materia ex Deo ^b: quid horum sit verius, facile est intelligi. Ex his ³³

enim

ὄντων ἐποίησεν αὐτὰ ὁ Θεός.

Rom. 4, 11: τὰ μὴ ὄντων αὐτὸς ὄντα.

Conf. Clementis epist. 2 ad Corinth. num. 1. fin. et noster paullo ante n. 28: facit ex eo, quod non est. Bün.

1) quia nefas esset, Deum] Vnus Bon. Goth. Lips. 2. 3. Tornz. 1587: quia nefas est, Deum. Heumannus, lego, inquit, audacius, sed iustus impulsus causa: quin nefas est, credere, Deum. Bün.

2) si factum est quicquam non ab illo] Ex cod. Emman. emendatio, qui mox potestatem Dei, non ei, vt vulgares, præfert. Cell.

3) ante illum, si factum est quicquam non ab illo] Ex Bon. antiquo Thomafius in notis: Nam si est aliquid ante illum, si factum est aliquid (non: QVICQVAM, vt Heum. habet,) non ab ipso, iam etc. legit item ex eodem Isæus. At Goth. si factum est quicquam non ab ipso. Vett. edd. Sublac. Rost. Ven. vtraque 1478. et plures: Nam si est aliquid ante illum factum, et quicquam non ab (Sublac. vitiose ac) illo factum est. MSS. Cott. et Bodl. Nam si est aliquid ante illum factum, et quicquam non ab illo. Isæus cum Ball. Nam si est aliquid an-

te illum, et si factum est quicquam non ab ipso, Bün.

2) iam potestatem Dei, et nomen] Sic Bon. antiquus: at Goth. et Emman. iam et potestate Dei et. Editi ante Thomas. iam non habent; at DEI omnes præter Reimm. et Thomafii 1570. et 1587. Merito iam post Thom. receperunt If. Gall. Cant. Spark. Walch. Cell. nec perspexerunt priores, qui extruserunt elegantiam particulæ iam post condition. si. Sæpe noster e. g. L. 3. 7. 9: Si eligere possumus, iam non est-necessaria. L. 5. 19. 23: si animus aversus est, iam sublata iam nulla est. et paullo ante: si-velis, iam non defendetur. Conf. L. 6. 2. 3. c. 12. 2. c. 23. 22. Bün.

4) At enim] Obiectionis voculæ, nostro frequentes. Bün.

5) Duo-constituuntur æterna] Sic omnes scripti, editi. in Cell. erat vitiose: Deo. sequitur statim: Sic vtraque æterna esse non poterunt. Bün.

6) non poterunt] Recepti ex Bon. Tax. Pen. Lips. tert. Reimm. pro editorum: potuerunt. Bün.

7) materia ex Deo] accuratius: a Deo n. 43-52. Bün.

P

c) 18-

enim duobus alterum sensibile est ; alterum caret sensu. Potestas faciendi aliquid non potest esse, nisi in eo, quod sentit; quod sapit, quod cogitat, quod mouetur. Nec incipi, aut fieri, aut consummari quidquam potest, nisi fuerit ratione prouisum, et quemadmodum fiat ante quam est, et ^c quemadmodum consistet, postquam fuerit effectum. Denique is facit aliquid, qui habet voluntatem ad faciendum, et manus ad id, quod voluit, implendum ^d. Quod autem insensibile est, iners et torpidum semper iacet et nihil inde oriri potest, vbi nullus est motus voluntarius. nam si omne animal ratione constat : certe nasci ex eo non potest, quod ratione præditum non est : nec aliunde accipi potest id, quod ibi, vnde petitur, non est. Nec tamen commoueat aliquem, quod animalia quædam de terra nasci videntur. Hæc enim non terra per se gignit, sed spiritus Dei : sine quo nihil gignitur. Non ergo Deus ex materia ; quia sensu præditum ex insensibili, sapiens ex bruto, impatibile de patibili ^e, expers corporis de corporali numquam potest oriri : sed materia potius ex Deo est. Quidquid enim est solido, et contrectabili ^f corpore ; accipit externam vim ^g. quod accipit vim ; dissolubile est. quod dissoluitur ; interit. quod interit ; ortum sit, necesse est. quod ortum est, habuit fontem, vnde oriretur, id est, factorem ^h aliquem sentientem, prouidum, peritumque faciendi. is est profecto, nec vllus alius quam Deus. Qui quo-

c) *ratione prouisum, et quemadmodum fiat ante-est, et quemadmodum* Restitui: *prouisum, et-est ex duobus Bon. Tax. Pen. tribus Vatic. Pal. Lipf. trib. et Gothano ; etiam Ven. 1493. et 97: prouisum, et quemadmodum fiat. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. et Paris. prius ET habent. Aliorum prouisum et disiunctiones aut-aut non hic quadrant. Constanter vero prius habet Lactantius, e. g. Opif. 4. 2: magna ratione prouisum. In Reimm. prouisum, et--et. Bün.*

d) *implendum*] Lipf. 2: *adimplendum*, vt L. 4. 20. 5: *adimpletio*; at recepta vox elegantior. Bün.

e) *impatibile de patibili*] Lipf. 2: *impatibilis de passibili*. nihil mutuo. Sic L. 2. 9: *patibile*. L. 7. 20. 7. 8: *patibilis ac pœna sentiens-patibilis-impatibilis*. Ipse Cicero 3. Nat. D. c. 12: *paribilem naturam dixit*. Bün.
f) *contrectabili*] L. 7. 21. 2. voce Tertulliani. Goth. Lipf. 2: *incontrectabili*. male. Bün.

g) *accipit externam vim*] i. e. obnoxium iniuriæ, lædi potest. Ex primit Cic. 3. N. D. 12: *ad accipiendam vim externam*. Bün.

h) *factorem*] c. 9. i. vox eccl. maxime, qua sæpe vsus Tertull. e. g. adu. Hermog. c. 20. et c. 42. Bün.

i) *in*

quoniam sensu, ratione, prouidentia, potestate, virtute præditus est; et animantia, et inanimaⁱ creare, et efficere potest: quia tenet, quomodo quidque sit faciendum. Materia vero⁴¹ semper fuisse non potest: quia mutationem non caperet, si fuisset. Quod enim semper fuit, semper esse non desinit^{k-l}: et vnde abfuit principium, abesse hinc etiam finem, necesse est. Quin etiam facilius est, ut id, quod habuit initium, sine careat; quam ut habeat finem, quod initio caruit. Mate-⁴²ria ergo si facta non est: nec fieri ex ea quidquam potest. Si fieri ex ea non potest: nec materia quidem erit. Materia enim est, ex qua fit aliquid. Omne autem, ex quo fit, quia recipit opificis manum, destruitur; et aliud esse incipit. Ergo⁴³ quoniam finem habuit materia, tum, quum factus est ex ea mundus; et initium quoque habuit. nam quod destruitur, ædificatum est; quod soluitur, alligatum; quod finitur, inceptum est. Si ergo ex commutatione, ac sine materia colligitur habuisse principium: a quo alio fieri, nisi a Deo, potuit? Solus igitur Deus est, qui factus non est: et iccirco destruere⁴⁴ alia potest; ipse destrui non potest. permanebit semper in eo, quod fuit, quia non est aliunde generatus: nec ortus, nec natiuitas^m eius ex aliqua alia re pender, quæ illum mutata disfoluat. Ex seipso est, ut in primoⁿ diximus libro. et ideo talis est, qualem esse se^o voluit; impassibilis, immutabilis, incorruptus, beatus, æternus. Iam vero illa conclusio, qua⁴⁵ sententiam terminauit Tullius, multo absurdior. *Quod si ma-*
te-

i) *inanima*] Goth. Lipsf. 2. Sublac. *inanimantia*. Lipsf. tert. Reimm. Rost. Ven. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *inanimata*. Pro recepta Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. et sequentes. *Bim.*

k) *semper esse non desinit*] Repeto *semper esse*, ex Emman. Goth. et Lipsiensibus. *Cell.*

l) *semper esse non desinit*] Habent ita Pal. Iun. Cott. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat.

Gymn. Gryph. Betul. Tornæs. Isæus. Sine causa omiserunt Thom. Thyf. Gall. Spark. Cant. Walch. *Bim.*

m) *generatus: nec ortus, nec natiuitas*] Reimm. non male sic distinguit: generatus nec ortus. Nec natiuitas. ut *ortus* sit præteritum, non substantiuum. *Him.*

n) *in primo*] L. 1. c. 7. n. 2. 3-13. 14. *Bim.*

o) *esse se*] Prætuli vulgatorum: *se esse* ex Reimm. *Bim.*

- teria, inquit, a Deo non est facta: ne terra quidem^p, et aqua,
 46 et aer, et ignis a Deo factus est. Quam callide periculum
 præteruolauit! Sic enim superius illud adsumsit; tamquam
 probatione non indigeret: quum id multo esset incertius,
 quam illud, propter quod adsumtum est. Si non est, inquit,
 47 a Deo facta materia: nec mundus a Deo factus est. Ex fal-
 so maluit colligere, quod falsum est; quam ex vero, quod
 verum. Et cum debeant incerta de certis^q probari: hic proba-
 tionem sumsit ex incerto, ad euertendum, quod erat certum.
 48 Nam diuina prouidentia effectum esse mundum, ut taceam de
 Trismegisto, qui hoc prædicat; taceam de carminibus Sibyl-
 larum^r, quæ idem nuntiant; taceam de prophetis^s, qui opus
 mundi, ac opificium Dei vno spiritu, ac pari voce testantur:
 etiam inter philosophos pæne vniuersos conuenit. Id enim^t
 Pythagorici^u, Stoici, Peripatetici^x, quæ sunt principes omnium^y

disci-

p) ne terra quidem] Sic suadet n. 11. et Reimm. Bün.

q) incerta de certis] de Ira 6. 17. not. Bün.

r) de Trismegisto - Sibyllarum] De his L. 1. c. 6. integro. Bün.

s) taceam de Prophetis] Betuleius et Sparkius hic intelligunt non veros Dei Prophetas, sed alienigenas gentili-um. Videtur hæc sententia confirmari ex L. 7. 7. 8. sed et eius loci veram interpretationem Lactantio ibidem reddo. Sed de alienigenis prophetis non potuit dicere, eos opus mundi ac opificium Dei vno spiritu ac pari voce testari. His formulis de solis sacris vatibus utitur noster L. 1. 4. 1: qui vnius Dei spiritu pleni - pari et consona voce prædixerunt. L. 7. 18. 1: Hac - propheta omnes ex Dei spiritu - cecinerunt. Conf. 7. 25. 1. Præterea alienigenos nunquam Lactantius absolute prophetas, sed prophetas seculares vocat, L. 7. 14. 16. Bün.

t) Id enim] Veram hanc lectionem, quam Thomafius in duob. Bon. et tribus Vaticanis inuenit et

probauit, neque tamen recepit; primus exhibuit Tornæs. 1587. 1613. Eodem redit Isæi: Idem enim. Bün.

u) Id enim Pythagorici] Goth. et alter Lips. idem, quod aptius quam aliorum idem etiam. Cell.

x) Pythagorici, Stoici, Peripatetici] Reimm. Pithagorei. Heumanus, mecum, inquit, lege: a Pythagoricis, Stoicis, Peripateticis, ut construantur cum: pro confesso - habitum est. At mihi religioni est a constanti omnium librorum lectione discedere, hinc ex præcedentibus subaudio: testantur. At enim interiecta hic etiam inter - conuenit. Est id sollemne Lactantio, interiectis aliis vocem aut plures subaudire. L. 1. 10. 14: Stultus - qui C. Verri adulteria obiecit, eadem Iuppiter - admisit; quæ Clodio sororis incestum. sc. obiecit. Conf. L. 2. 3. 18. L. 3. 20. 9. et 3. 20. 18: ex barbaris nullum, ubi multis interiectis ex n. 16. enumerant repetendum. Plura talia ad Sallust. B. Catil. 30. n. 5. 6. Corrius obseruauit. Bün.

y) qua sunt principes omnium disci-
pli-

disciplinæ *. Denique a primis illis septem sapientibus, a 49
Socrate vsque ad Platonem pro confesso ^a et indubitato habi-
tum est: donec vnus multis post sæculis exstitit delirus Epi-
curus, qui auderet negare id, quod est euidentissimum, studio
scilicet inueniendi noua ^b: vt nomine suo constitueret disci-
plinam. Et quia nihil noui potuit reperire: vt tamen dis- 50
sentire a ceteris videretur; vetera voluit euertere. in quo il-
lum circumlatrantes ^c philosophi omnes coarguerunt. Certius
est igitur, mundum prouidentia instructum ^d, quam materiam
prouidentia conglobatam ^e. Quare non oportuit puta- 51

re

plina] Ita edo, vt, teste Thomasio, *habet uterque codex S. Saluatoris, (Bonon.) cum quibus duo Vaticanis concordant. ante enim (vt idem recte) non tam principes ipsos philosophorum vetulis, quam ipsas principes sectas et familias philosophorum.* Ita etiam Tax. et Pen. At vna voce leuiter mutata Reimm. Pal. Vltr. Goth. Lips. 1. 3. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. *qui sunt principales omnium disciplina.* Alia est ratio, quum nominantur ipse Pythagoras, Zeno, Aristoteles, *maximarum sectarum principes.* de Ira 10. 49. adiectiuo principalis vsus L. 1. II. 53. c. 20. 26. L. 3. 7. 6. L. 5. 14. 9. L. 6. 9. 9. Bün.

z) disciplina] i. e. sectæ. Sæpe ita cum Cicerone, Macrobio et aliis noster. Terent. Eun. 2. 2. 32: *Philosophorum habent disciplinæ ex ipsis vocabula.* Cicero 1. N. D. 7: *tres trium disciplinarum principes conuenistis.* L. 5. Tusc. 32: *omnes fere philosophi omnium disciplinarum.* Conf. Lact. L. 2. 5. 7. L. 3. 12. 9. c. 14. 13. c. 15. n. 2. 5. 21. c. 17. 2. 7. c. 28. 17. c. 30. 9. Bün.

a) pro confesso] hoc rectum, non Lips. 2: *pre concessio.* Bün.

b) studio-inuendendi noua] Vnde exagitur a Cicerone 1. N. D. c. 16. Bün.

c) circumlatrantes] Auctoritas melior, quam quæ est in Lexicis ex Auieno et Nolano. Inuenio quoque in Senec. ad Marciam c. 22: *circumlatrare hominem*, et Ammian. Marcell. L. 16. c. 6: *circumlatrabat Arbetionem inuidia.* add. Falsteri Suppl. L. L. p. 54. Bün.

d) prouidentia instructum] Sic omnes. Heuman. legit: *mundum a prouidentia instructum.* Potest præpos. a abesse, vt L. 1. 2. 5: *consilio-instructum.* de Ira 9. 4: *mundum ipsum nec ratione vlla, nec arte, nec fabrica instructum.* et NB. Opif. 2. 10: *nulla prouidentia instructum esse ac regi mundum.* Bün.

e) quam materiam prouidentiam conglobatam] Ita Spark. edidit, idque in antiquo suo libro et Vaticanis esse Mich. Thomasio testatur: et Lips. 1. et Goth. etiam prouidentiam conglobatam. Quod Sparkius interpretatur, ita materiam adstrictam esse, vt sine hac, quasi consorte, nihil potuisset efficere. Cell.

f) quam materiam prouidentia conglobatam] Repræsentio scripturam Emman. Cant. Vltr. Pal. Cauc. Witteberg. Lips. trium, Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtriusque 1478. 93. 97. Paris. Vucula TAM auctior est codex Goth. *certius est igitur, tam mundum prouidentia instructum,*

re 8, iccirco mundum non esse diuina prouidentia factum, quia materia eius diuina prouidentia facta non fit: sed quia mundus diuina prouidentia fit effectus; et materiam^b esse factam §² diuinitus. Credibilisⁱ est enim, materiam potius a Deo factam; quia Deus omnia potest: quam mundum a Deo non esse factum; quia sine mente, ratione, consilio nihil fieri potest §³ est. Verum hæc non Ciceronis est culpa, sed sectæ. Quum enim suscepisset disputationem, qua deorum naturam tolleretur; de qua philosophi garriebant: omnem diuinitatem ignorantia veri putauit esse tollendam. Itaque deos potuit tollere; §⁴ quia non erant. Quum autem prouidentiam diuinam, quæ est

quam materiam prouidentia conglobatam. (ita clare Goth. non, vt Cell. tradit: *prouidentiam*.) at sensus verus est eiecto *tam*. Certius est igitur prius hoc: *mundum prouidentia instructum*, quam illud posterius: *materiam prouidentia conglobatam*, seu diuina prouidentia factam. relege n. 47. et 48. et tum res erit clarissima ex sect. 51. sqq. vbi hæc ita interpretatur: *mundum diuina prouidentia EFFECTVM* (ante: *instructum*), et materiam ESSE FACTAM DIVINITVS. (ante: *prouidentia conglobatam*.) Thomafius ex vno antiquo Bon. et tribus Vatic. legit: *materia prouidentiam conglobatam*; et, *prouidentiam*, inquit, *cum materia conglobatam* ait ille, qui prouidentiam eodem tempore cum materia fuisse existimat, et putat, nihil potuisse efficere prouidentiam, nisi ante vel simul materiam habuisset. Sparkius materia prouidentiam conglobatam exponit, ita materia adstrictum, vt sine hac quasi consorte nihil potuisset efficere. At hæc explicationes sunt plane contra mentem (quam refert Cicero,) Epicuri, quem hic noster refutat. Epicurus enim non adstringebat materię prouidentiam, sed prouiden-

tiam omnem tollebat, statuens, vò est in libro de Ira c. 9. 4: *naturam rerum quibusdam minutis seminibus et insecabilibus conglobatam.* et c. 10. 14: *hanc atomorum coitionem et conglobationem efficere omnia.* Contra Epicurum igitur noster dicit, materiam esse ratione, consilio, prouidentia conglobatam seu compositam. Heumanno respectu ad sect. 10. habito, noster ita scripsisse videtur: *mundum a prouidentia instructum, quam materia propria vi conglobatum*; quia in Iunt. et Ald. *conglobatum*, vti quoque ante hos Parrh. et post eos Crat. Gymn. Gryph. Tornz. Betul. Thom. et Iszus: *materia prouidentia conglobatum* exhibent. Bün.

g) non oportuit putare] Sic Reimm. et omnes. Mallet cum Heumanno: putari; posset tamen subaudire: putare Ciceronem. n. 52 - 53: putauit. Bün.

h) et materiam] Lipf. tert. et Emman. etiam materiam. Lipf. 2dus: esse etiam materiam factam diuinitus, sed idem ET h. l. valet. Bün.

i) Credibilis] Comparatio hoc quoque vsus Quint. 4. Inst. c. 2. Falst. Suppl. L. L. p. 77. Bün.

k) in

est in vno Deo, conaretur euertere: quia contra veritatem nitē
 cœperat; deficientibus argumentis, in hanc foueam neces-
 sario decidit ^k, vnde se extricare non posset. Hic ergo illum
 teneo hærentem, teneo ^l defixum, quoniam ^m Lucilras, qui
 contra diserebat, obmutuit. Hic est ergo cardo rerum; ⁵⁵
 hic vertuntur ⁿ omnia. Explicet se ^o Cotta, si potest, ex hac
 voragine. proferat argumenta, quibus doceat, semper fuisse
 materiam, quam nulla prouidentia effecerit. ostendat, quo-
 modo quidquam ponderosum et graue aut esse potuerit sine
 auctore, aut immutari valuerit, ac desierit esse, quod semper
 fuit; vt inciperet esse, quod numquam fuit. Quæ si do- ⁵⁶
 cuerit: tum demum adsentiar, ne mundum quidem diuina
 prouidentia constitutum: et tamen sic adsentiar; vt aliis illum
 laqueis teneam ^p. Eodem enim, quo nollet ^q, reuoluetur, ⁵⁷
 vt dicat, et materiam, de qua mundus est, et mundum, qui
 de materia est, natura exstitisse: quum ego ipsam naturam
 deum ^r esse contendam. Nec enim potest facere mirabi- ⁵⁸
 lia, id est maxima ratione constantia, nisi qui habet mentem,
 prouidentiam, potestatem. Ita fiet, vt Deus fecerit omnia, ⁵⁹
 nec quidquam esse possit omnino, quod non originem a Deo
 tra-

^k) in -foueam - decidit] Lipf. tert.
 et Reimm. incidit. Pro priori est
 locus Senecz vix excitatus; Ciceronis
 est incidere in foueam. Bün.

^l) teneo - teneo - explicet se] Elegans
 formula, qua vtuntur, quum alter
 in angustias se conclusit, alter de
 victoria gaudet. Cic. 4. Acad. 48:
 teneo te, inquam etc. Pro Quinctio
 c. 20: hic te teneo, et L. 3. in Verr.
 c. 60: Hic refert noster Senecz
 L. 7. Benef. c. 4. pr. Hoc ipsum, in-
 quis, volui: teneo te, volo videre,
 quomodo ex his laqueis, in quas tua
 sponse decidisti, expliceris. Bün.

^m) quoniam] ex MSS. Lipf. Goth.
 et Emmán. et Reimm. est. In vno
 Bon. Cant. et Sublac. Rost. Paris.
 quia, in reliquis: quo. minus hic apte.
 Bün.

ⁿ) cardo - vertuntur] L. 3. 7. 6.
 L. 7. 5. 2. de Ira 6. 2. Bün.

^o) Explicet se] Addunt se MSS.
 Emmán. Cant. Cott. Bodl. C. C. C.
 Goth. Lipf. Guelf. Sublac. Rost. Ven.
 1471 - 97. Paris. Pier. Parrh. Crat.
 Ald. Gymn. Gryph. Tornæs. If. vn-
 de peperam Thom. Thyf. Gall.
 Cant. Spark. in textu omiserunt se.
 Cic. pro Cælio c. 28: qui se numquam,
 si istum in locum processerint, expli-
 cabunt, i. e. vt noster n. 54: se extri-
 cabunt. Bün.

^p) laqueis teneam] Cic. 1. Verr.
 c. 5: arctioribus laqueis tenebitur.
 Bün.

^q) quo nollet] Reimm. bene: quo
 nolet, in futuro. Bün.

^r) ipsam naturam deum] notauit
 n. 23. Bün.

- 60 traxerit. At idem, quoties Epicureus est, et non vult a Deo factum esse mundum; quærere solet, quibus manibus, quibus machinis, quibus veſtibus, qua molitione hoc tantum opus fecerit. Videret fortasse, si eo tempore potuisset esse,
- 61 quo Deus fecit *. Sed ne perspiceret homo Dei opera; noluit eum inducere in hunc mundum, nisi perfectis omnibus.
- 62 sed ne induci quidem poterat. quomodo enim subsisteret x, quum fabricaretur desuper cælum, terraque subterfundaretur y; quum fortasse humida vel nimis rigoribus torporata z. 6

con-

s) quibus machinis - veſtibus - molitione] add. n. 66: ferramentis. respexit ad Cic. 1. N. D. 8: qua molitio? qua ferramenta? qui veſtes? qua machina? Bün.

t) videret - si - potuisset] Sic Goth. Lips. 1. 3. et editi; at Lips. 2: vidisset si - potuisset. Bon. alter et Pal. videre potuisset fortasse, si eo tempore potuisset. Satis bene, Emman. videret - si potuisset. Bün.

u) quo Deus fecit] Addunt Deus, Lips. Goth. Emman. Bodl. Cott. C. C. C. Sublac. Ven. 1471. 72. 97. Rost. Pier. Parrh. Crat. Ald. Gymn. Tornæs. At male Thomas. et sequentes omiserunt. Bün.

x) quomodo - subsisteret] L. 7. 5. 10. Bün.

y) subterfundaretur] Sic Bon. Goth. Lips. 1. 3. Guelferb. membr. Pier. Parrh. Gryph. Betul. Thom. Isæus et sequentes. verbo composito non aliunde noto. Reimm. vtraque Ven. 1478. diuissim: subter fundaretur. aduerbialiter. Aldus, Crat. Gymn. subterfunderetur ex tert. coniugatione. minus apta. Lips. 2. Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Paris. Tornæs. duabus vocibus: subter fundaretur. Recepto similia observavit Falster. Suppl. L. L. p. 331. Bün.

z) nimis rigoribus torporata] Plu-

rea scripti corporata, quod cum rigore minus conuenit. At torporauit etiam Turpilius dixit apud Nonium, Cell.

a) rigoribus torporata] Licet MSS. Bon. Tax. Pal. Cauc. Cant. Emman. quinque Sparkii, duo Guelferb. tres Lips. Reimm. Goth. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Rost. corporata præferant, et Lactantius dixerit L. 2. 9. 21: HVMORE CORPONENTVR, n. 22: nec HVMOR potest CORPORARI; malo tamen cum Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæs. Thom. If. Spark. Gall. Cell. Heumanno: torporata legere, quam cum Walchio vtrumque eicere, quia ignotum torporatum; et substituere: quum fortasse corpora humida vel nimis rigoribus concreverent. Voces torpere, torpor, torpidus, frigori quasi propriæ; et quum Turpilius torporauit, Apuleius de Mundo p. 58: Vaporatus, et Fulgentius a: CALOR caloratus dixerit, nihil impedit quo minus a: torpor torporatus formetur. Ipse Lactantius L. 2. c. 9. 8: septentrio frigoribus et perpetuo GELV TORPET. vbi plura noto. (hinc vetus interpres Weinrichius voci torporata inscripsit instar glossæ: congelata.) Fulgent. Mythol. L. 3. c. 4. p. 108: omnis calorata iuuentutis igniculus torpidæ veterositate alge-

concreverent; vel igneis caloribus incocta^b et solidata dure-
 scerent. aut quomodo viueret, sole nondum instituto^c, nec
 frugibus, nec animalibus natis? itaque necesse fuit hominem
 postremo fieri; quum iam mundo, ceterisque rebus manus
 summa esset imposita. Denique sanctæ litteræ docent; ho-63
 minem fuisse vltimum Dei opus; et sic inductum fuisse in
 hunc mundum, quasi in domum iam paratam et instructam.
 illius enim causa facta sunt omnia Idem etiam poetæ fa-64
 tentur. Ouidius perfecto iam mundo, et vniuersis animalibus
 figuratis, hoc addidit^d:

*Sanctius his animal, mentisque capacius alta
 Deerat adhuc, et quod dominari in cetera posset.
 Natus homo est.*

adeo nefas existimandum est, ea scrutari, quæ Deus voluit es-
 se celata^e. Verum ille non audiendi, aut discendi studio^f
 requirebat, sed refellendi: quia confidebat, neminem id pos-
 se dicere. quasi vero ex hoc putandum sit, non esse hæc di-
 uinitus facta, quia, quomodo facta sint, non potest peruideri^f.
 An tu, si educatus in domo fabricata, et ornata, nullam vm-66
 quam fabricam vidisses: domum illam putas non ab homi-
 ne esse ædificatam; quia, quomodo ædificatur, ignorares?
 idem profecto de domo quæreris, quod nunc de mundo re-

qui-

gescit in senio. Conf. Muncker. ad
 Lact. Plac. fab. 10. p. 270. Prudent.
 Prol. in L. 1. contra Symm. 22: tor-
 pebat glacie pigra ubi vipera. Ouid.
 XI. Heroid. 82: torpuerat gelido
 lingua retenta metu. Bün.

b) igneis caloribus incocta] i. e.
 quasi percocta. plura noto ad L. de
 Ira 13. 4: que sunt in humidis inco-
 cta. Manil. 1. 730: incoctaque sidera
 flammis. Bün.

c) sole nondum instituto] Sic omnes
 libri. At Bonon. vnus solo, idque probat
 cum Thomasio Heumannus, quia sequitur
 mentio frugum et animalium in solo
 versantium. At Isæus: Ego, inquit,
 lectionem ceteris omnibus MSS. et
 impresfis receptam (SOLE) exhibui.
 De solo sine terra Lactan-

tius iam dixerat, (quomodo subsisteret,
 quum terra subterfundaretur,) et
 rationem Thomasio nihil habere
 momenti, intelliget, qui textum in-
 spexerit. Idem Walchio et mihi vi-
 sum. Bün.

d) Ouidius - hoc addidit] Metam. 1.
 v. 76. Cell.

e) nefas - scrutari - celata] noto ad
 n. 70. Bün.

f) peruideri] Sublac. vtraque Ven.
 1478. 93. 97. Parrh. Paris. Ald. Crat.
 Gynn. prouideri, sed rectius MSS. et
 Rost. Gryph. Betul. Tornæs. Thom.
 et seqq. peruideri, exempla dedi ad
 L. 1. 17. 1: non peruidet, quid in vera
 sis. Hæ syllabæ ob notas p per, et p
 pro sæpe confunduntur. Conf. not.
 ad de Opif. 6. 5. Bün.

P 5

g) for-

- quis ; quibus manibus, quibus ferramentis homo tanta esset opera molitus ; maxime si saxa ingentia, immensa cæmenta, vastas columnas, opus totum sublime et excelsum videres. Nonne hæc tibi humanarum virium modum viderentur excedere, quia illa non tam viribus, quam ratione, atque artificio
- 67 facta esse nescires ? Quod si homo, in quo nihil perfectum est ; tamen plus efficit ratione, quam vires eius exiguæ patiantur ; quid est, cur incredibile tibi esse videatur, quum mundus dicitur factus a Deo ? in quo, quia perfectus est ; nec sapientia potest habere terminum, nec fortitudo & mensuram.
- 68 Opera ipsius videntur oculis ; quomodo autem illa fecerit, ne mente quidem videtur : quia, (vt Hermes ait,) mortale immortali, temporale perpetuo, corruptibile ^b incorrupte propinquare ⁱ non potest, id est, propius accedere, et intelligentia subsequi ^k. et ideo terrenum adhuc animal rerum cælestium perfectionem ^l non capit, quia corpore quasi custodia septum tenetur, quo minus soluto, ac libero sensu cernat omnia.
- 69 Sciat igitur, quam inepte faciat, qui res inenarrabiles quærit. hoc est enim modum conditionis suæ transgredi ; nec intelligere, quousque homini liceat accedere. Denique quum aperiret homini veritatem Deus ; ea sola scire nos voluit, quæ interfuit hominem scire ad vitam consequendam : quæ vero ad curiosam ^m et profanam cupiditatem pertinebant, reticuit, vt ar-

g) fortitudo] h. l. robur, Stärke, vt n. 28. Bün.

b) corruptibile] In Ven. 1471: corruptibile, quod recens manus correxerat, vt insolens ; sed etiam prima Sublac. vtraque 78: corruptibile. Licet receptam præferam. Bün.

i) incorrupto propinquare] cum datiuo, vt Virgilius. Vid. Heusinger. ad Vechner. Hellen. p. 343. Bün.

k) intelligentia subsequi] Vide, quæ noto ad L. 7. 2. 4: intelligere est quasi e vestigio subsequi. Bün.

l) perfectionem] Cant. Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Betul.

l) perfectionem. Sed MSS. Lipf. Goth. Emman. Reimm. alique plures cum Gryph. Tornæs. omnibus ; Thom. Gall. Spark. Walch. perfectionem, quod tota hæc sectio n. 68. requirit. Vidit etiam Borrichius in defectu Lexicorum. Iterum Lact. de Ira c. 1. 4: a veri perfectione. Inveni quoque vocem rariorem ex antiquioribus adhuc ignotam in Augustini de Ciu. D. L. 8. c. 4: contemplatio perfectionem sibi vindicæ veritatis. Bün.

m) ea sola scire - ad curiosam] Conf. n. 64. L. 2. 11. 20. L. 3. 20. 2. Opif. 15. 5. Tertull. de Anima c. 1. fin. quis

arcana essent. Quid ergo quæris, quæ nec potes scire; nec si scias, beator fias? perfecta est in homine sapientia, si, et Deum esse vnum, et ab ipso esse facta vniuersa, cognoscat.

VIII. Nunc, quoniam refutauimus eos, qui de mundo, et factore eius Deo aliter sentiunt, quam veritas habet, ad diuinam mundi fabricam reuertamur: de qua in arcanis sanctæ religionis litteris traditur. Fecit igitur Deus primum omnium cælum, et in sublime suspendit, quod esset sedes ipsius Dei conditoris: deinde terram fundauit, ac cælo subdidit, quam homo cum cæteris animalium generibus incoleret. Eam voluit humore circumflui^a, et contineri: Suum vero habitaculum distinxit claris luminibus, et impleuit; sole scilicet, lunæque orbe fulgenti, et astrorum micantium splendentibus signis adornauit: tenebras autem, quod est, his contrarium^b, constituit in terra: nihil enim per se continet luminis, nisi accipiat a cælo, in quo posuit lucem perennem, et superos et vitam perpetuam, et contra in terra tenebras, inferos, et mortem. Tanto enim hæc ab illis superioribus distant^c, quantum mala a bonis, et vitia a virtutibus^d. Ipsius quoque terræ binas partes contrarias inter se, diuersasque constituit, scilicet orientem, occidentemque. ex quibus oriens

Deo

quis reuelabit, quod Deus texit? inde sciscitandum est, unde et ignorare tutissimum est. Præstat per Deum nescire, quia non reuelauerit, quam per hominem scire, quia ipse præsumserit. et c. 58. fin. in sta duntaxat ac necessaria curiositati satisfacimus; enormi autem et otiosa tantum deest, discere, quantum libuerit inquirere. Bün.

a) circumflui] pass. vt Macrobr. Somn. Scip. L. 2. c. 9: gemino Oceani ambitu terra corpus omne circumflui. Falst. Suppl. L. L. p. 54. Bün.

b) tenebras autem, quod est, his contrarium] Sic plures scripti, editique omnes. Membr. Guelf. tenebras autem, quod est, contrarium. Lipf. 2: tenebras autem, quas his contrarium.

Reimm. tenebras est his contrarium. alii mallent: tenebras autem, quæ sunt his contraria. At nihil mutandum: quod est significat: id est, hoc est, pro more aliorum et Lactantii L. 6. 23. 25: diuina lex duos in matrimonium, quod est, in corpus vnum coniungit. Epit. Taur. c. 13. extr. ZAN KPONOT, quod est, Iupiter Saturni. Bün.

c) Tanto - distant] Goth. Tantum, quia quantum sequitur. Bün

d) quantum mala a bonis, et vitia a virtutibus] Lipf. 2. Reimm. Rost. vtraque Ven. 1478. sine præpos. a. quantum mala bonis - vitia virtutibus. Notum: quid distent ara lupinis. At hic præcessit ab illis. Bün.

e) ori-

Deo accensetur ^e, quia ipse luminis fons, et illustrator ^f est rerum, et quod oriri nos faciat ad vitam sempiternam: occidens autem conturbatæ illi, prauæque menti adscribitur; quod lumen abscondat; quod tenebras semper inducat; et quod homines faciat occidere, atque interire peccatis. Nam sicut lux orientis est, in luce autem vitæ ratio versatur: sic occidentis tenebræ sunt; in tenebris autem et mors, et interitus ^g continetur. Deinde alteras partes eadem ratione dimensus est, meridiem ac septentrionem, quæ partes illis duabus societate iunguntur. Ea enim quæ est solis calore flagrantior, proxima est, et cohæret orienti: At illa, quæ frigoribus, et perpetuo gelu torpet ^h; eiusdem est, cuius extremus occasus. Nam sicut contrariæ sunt lumini tenebræ, ita frigus calori. ⁱ Ut igitur calor lumini est proximus, sic meridies orienti: ut frigus tenebris, ita plaga est septentrionis occasui: quibus singulis partibus suum tempus attribuit, ver scilicet orienti, æstatem meridianæ plagæ ^{b. i}; occidentis autumpus est, septentrio-

e) *oriens. Deo accensetur*] Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Gymn. Gryph. Betul. *Dea similis censetur.* At aptius Bon. Tax. Pen. et ceteri meliores MSS. Isxi. Reimm. Cauc. Vltr. Pal. Iun. Anglic. Goth. Lipf. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. cum Tornæs. 1587. et Thomafium sequentibus: *oriens Deo accensetur.* mox enim sequitur h. n. *occidens - adscribitur, quod idem valet,* et n. 11: *Dei fit necesse est,* et n. 13: *attributam.* Quæ incommode et dure hoc numero et seqq. dicta quodammodo emolliuntur ex ritu, quo sacri lauacri candidatus primum aduersus occidentem, ut diabolo renuntiat, se conuertebat, deinde versus orientem, vt Christo se consecraret. Eodem pertinebat ritus veterum Christianorum precandi versus orientem, de quo diuersæ disertationes Iac. Thomafii aliorumque existant, et his plura commemorarunt

Kortholt. in Pagano Obtrestat. L. 2. c. 3. 10. p. 299. Caluor Ritual. Eccles. L. 1. f. 2. c. 13. §. 2. p. 256. part. 2. sect. 1. c. 11. §. 4. p. 98. Spanhem. Hist. Eccl. ad sec. II. f. 628. sed simul conf. Iac. Tollii Insignia Itiner. Ital. ad Formulam Recept. Manichæorum n. 92. p. 151. et n. 16. p. 161. et n. 21. p. 162. *Bün.*
f) *illustrator*] Lipf. 2: *illuminator.* *Bün.*

g) *frigoribus - torpet*] Apte Macrobr. 1. Somn. c. 20: *ut - una frigoris perpetuitate torpescant.* et L. 2. Somn. c. 5: *torpor glacialis.* Conf. notas ad Lact. L. 2. 8. 62. *Bün.*

h) *æstatem meridianam plagam*] Vulgo editum, *æstas meridionali plaga.* Scripti vero, vt edidimus. Neque Latinum satis *meridionalis*, quia non *meridio* dicimus, vt *aquilo, septentrio.* Mox iidem scripti, *occidentis, septentrionis,* casu secundo: vulgus tertio. *Cell.*

i) *æstatem meridianam plagam; occidentem*

trionis hiems. In his quoque duabus partibus, meridiana 10 et septentrionali, figura vitæ et mortis continetur: quia vita in calore est, mors in frigore. sicut autem calor ex igne est, ita frigus ex aqua. Secundum harum partium dimensionem 11 diem quoque fecit ac noctem, quæ spatia et orbis temporum perpetuos, ac volubiles, quos vocamus annos, alterna per vices successione conficiant². dies, quem primus oriens subministrat, Dei sit, necesse est, ut omnia, quæcumque meliora sunt: nox autem, quam occidens extremus inducit; eius scilicet, quem Dei esse æmulum diximus¹. quæ duo etiam in hoc præsci^{us} futurorum Deus fecit; ut ex iis et veræ religionis, et falsarum superstitionum imago quædam ostenderetur. Nam sicut sol, qui oritur in diem^{n. o.}, licet sit vnus, 12

(vn-

dentis-septentrionis, et postea: *meridiana*] Hæc omnia ita habent Bonon. Tax. Pen. Cauc. Ultr. Reimm. Lipf. 1. 3. etiam Goth. ut Gronouius ex membranis censuit in Obseruat. In Scriptor. Eccl. Monobiblo c. 17. p. 185. et Gall. et Cell. et ex parte maxima Sparkius receperunt. Immo *astatem* accus. iam exhibuerant Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. et Paris. sicut genitiuos *occidentis-septentrionis* solæ dux Ven. 1478. Barbarum vero illud *meridionalis*, quod omnes antea editiones occupauerat, merito nunc proscriptum; quum iam ante Gronouium Salmasius ad Solin. c. 56. ed. nouisf. f. 881. recte scripserit: *vix puto dictionem esse Latinam meridionalis, e, nec enim meridie dicitur, ut septentrio*. Vnde eiecit quoque ope MSS. Gronouius ex Gell. L. 2. c. 22. p. 170. et filius in præf. XXX. 2. etidem et Valef. ad Ammian. Marcell. L. 23. c. 6. p. 399. Addo hic *meridianus, a, um*, esse ipsius Ciceronis L. 3. Orat. c. 5. *Bün.*

k) *conficiant*] Goth. *perficiant*. Ilud præfero. L. 7. 14. 8: *diebus per vi-*

tem reuolutis orbis conficiuntur *annorum*. et Epit. c. 25: *ut cursus et cetera spatia* conficerent. Sæpe Macrobius e. g. L. 1. Somn. Scip. 15: *cursum suum sol et luna* conficiunt, et c. 18. Ipse Cicero 1. Nat. D. c. 31: *Sol-cursus annuus* conficit *stella-endem spatia* conficiunt. *Bün.*

l) *æmulum diximus*] Ipsam vocem non reperio, sed rem L. 2. 8. 4-5. et suspecta in notis n. 6. occurrit in Lipf. 1. Lib. 6. 6. 5. not. *Bün.*

m) *Qua duo etiam in hoc præsci^{us}*] Bon. *Quando hoc præsci^{us}*. Angl. MSS. *Qua duo in hoc præsci^{us}*. Goth. Lipf. 2. 3. Reimm. *Qua duo etiam in hoc præsci^{us}*, cum Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæs. Betul. Ifæus. Hinc recepi. *Bün.*

n) *qui oritur in diem*] MSS. *in diem*: hoc est ad vsum lucis et diei. Vnus Lipf. et editi *in die*. Cell.

o) *in diem*] Sic quinque Spark. Emman. Goth. Reimm. Lipf. 2. 3. Ven. 1471. 72. vtraque 1478. Paris. rectius quam aliz edd. *in die*. vbi librariis forte obuersatus vetus interpres latinus Ierem. 31, 35: *qui dat solom* in

(vnde solem esse adpellatum Cicero vult videri²; quod, obscuratis sideribus, solus adpareat¹.) tamen quia verum, ac perfectæ plenitudinis lumen est, et calore potissimo^r, et fulgore clarissimo illustrat omnia: ita in Deo, licet sit vnus, et maiestas, et virtus, et claritudo perfecta est. Nox autem, quam prauo illi antitheo^s dicimus attributam, eius ipsius multas, et varias religiones per similitudinem demonstrat. Quamuis enim stellæ innumerabiles micare, ac radiare videantur: tamen, quia non sunt plena ac solida lumina; nec caloris perferunt^t quidquam; nec tenebras multitudine sua vincunt. Duo igitur illa principalia inueniuntur, quæ diuersam et contrariam sibi habent potestatem; calor, et humor: quæ mirabiliter Deus ad sustentanda et gignenda omnia excogitauit.

Nam

in lumine diei, ordinem luna et stellarum in lumine noctis. Melius Vatabl. in lucem diurnam - in lucem nocturnam. Et ipse vetus interpr. Psalm. 136, 8. (qui fecit) solem in potestatem diei. lunam et stellas in potestatem noctis. Quod Hebræis hic est

et LXX. *éiς*; id nostro loco est in, 3am. Sic Lact. 2. 5. 1: qui solem - in argumentum sua unica maiestatis accendit. In Ouid. 2. Metam. 45: curus rogat ille paternos inque diem alipedum ius et moderamen equorum, puto valere: nur auf einen Tag. Bün.

p) vnde solem esse adpellatum Cicero vult videri] Sic libri omnes. Heumannus legit: vult videlicet, quod. Ego facta cum quibusdam et Tornælio parenthesi, sic construo: (vnde Cicero vult solem videri adpellatum esse, quod, obscuratis sideribus, solus adpareat.) Munckerus, qui hunc locum ex pluribus illustrat, omittit esse ad Fulgent. Aitron. L. 1. c. 11. p. 43. Illis adde Macrobi. L. 1. Somn. Scip. c. 20. Bün.

q) quod, obscuratis sideribus, solus adpareat] Cicero de N. D. Lib. 2.

c. 27: Sol dictus est, vel quia solus ex omnibus sideribus est tantus, vel quia, cum est exortus, obscuratis omnibus, solus apparet. Cell.

r) calore potissimo] Bon. Pal. et Lips. 1. potensissimo, quod placet Heumanno. Seruauit receptum cum Reimm. quia simili vi posuit comparatum: potior. vt noto ad Epit. c. 30: quibus potior sis. Bün.

s) Antitheo] Sequitur Magistrum in hac voce Arnob. L. 4. p. 134. qui Antitheos saepe obrepere dixit. Bün.

t) perferunt] Goth. Lips. 2. Sublac. Ven. 1471-97. Paris. Iunt. Ald. Parrh. Betul. Thom. Gryph. cum Cellario: perferunt. Lips. 1. et 3. cum Gall. et Sparkio proferunt, quod Heumannus coniecit. Bon. Tax. Pen. Reimm. Crat. Gymn. et quinque Tornæ. Iæus: proferunt. Parum abest, quin præferam. Ita enim de Opif. c. 7. 3: admirabile, quod una dispositio - innumerabiles animantium præferat varietates. vbi multæ edd. perferat subornarant. Op. c. 8. 6: incredibile est, quantam pulchritudinem præferat. Plura talia ad L. 6. 18. 1. Bün.

u) vir-

Nam quum virtus Dei * sit in calore et igni : nisi ardorem, 16
 vimque eius admista humoris ac frigoris materia temperasset ;
 nec nasci quidquam, nec cohærere potuisset : quin statim con-
 flâgratione interiret, quidquid esse cœpisset. Vnde et philo- 17
 sophi quidam, et poetæ discordi cōcordia * mundum consta-
 re dixerunt : sed rationem penitus non viderunt. Hera- 18
 clitus ex igne * nata esse omnia dixit ; Thales Milesius ex aqua *.
 Vterque vidit aliquid, sed errauit tamen vterque : quod alter-
 vtrum si solum fuisset, neque aqua nasci ex igne potuisset, ne-
 que rursus ignis ex aqua : sed est verius, simul ex vtroque per-
 misso * cuncta generari. Ignis quidem permisceri cum 19
 aqua non potest : quia sunt vtraque inimica, et si cominus ve-
 nerint, alterutrum, quod superauerit, conficiat alterum, ne-
 cesse est : sed eorum substantiæ^b permisceri possunt. Sub-
 stantia ignis, calor est ; aquæ, humor. Recte igitur Ouidius^c : 20

*Quippe, ubi temperiem sumfere humorque calorque,
 Concipiunt : et ab his oriuntur cuncta duobus.*

*Quumque sit ignis aqua pugnax ; vapor humidus omnes
 Res creat, et discors concordia fetibus apta est.*

Alterum enim quasi masculinum elementum est, alterum quasi 21
 femininum ; alterum actiuum, alterum patibile. Ideoque a
 veteribus institutum est, vt sacramento ignis et aquæ^d nuptia-
 rum fœdera sanciantur ; quod fetus animantium calore et hu-
 more corporentur, atque animentur^e ad vitam.

Quum 22
 enim

n) *virtus Dei*] Sic omnes scripti et editi, conuenienter n. 1-10. maxime n. 15. vt Tornæs. et Walch. *virtus dei*, sphalma, non ineptum, videatur, si conferas n. 11. Bün.

x) *et poësa discordi concordia*] vt Ouidius verbis paullo post proferendis : et Horatius Lib. 1. epist. 12. v. 19. de pugna elementorum :

*Quid velis et possit rerum concor-
 dia discors.* Cell.

y) *Heraclitus ex igne*] Cicero Acad. 4. c. 37. Cell.

z) *Thales Milesius ex aqua*] Superius dictum Lib. 1. cap. 5. Cell.

a) *ex vtroque permisso*] Sic libri.

Heuman. legit : *utroque permisso.* Bün.

b) *substantia*] nota, inquit Spar-
 kius, substantias hic pro qualitatibus
vsurpari. Bün.

c) *Recte igitur Ouidius*] Metam. 1.
 v. 430. Cell.

d) *sacramento ignis et aquæ*] De
 igni et aqua ad nuptias solemniter vid.
 auctores apud Barth. ad Statii L. 1.
 Silu. 2. p. 44. et Tiraquell. et Mer-
 cer. ad Alex. ab Alex. L. 2. c. 5. p. 269.
 Bün.

e) *corporentur, atque animentur*] Iunxit eodem modo Plinius L. 7.
 H. N. sect. 13. fin. de generatione

ho-

enim constet omne animal ex anima et corpore: materia corporis in humore est, animæ in calore; quod ex auium fetibus ^f datur scire, quos crassi humoris plenos, nisi opifex calor ^s fouerit; nec humor potest corporari, nec corpus animari ^b.

23 Exsulibus quoque igni et aqua ⁱ interdici solebat ^k. adhuc enim videbatur nefas, quamuis malos, tamen homines, sup-

24 plicio capitis adficere. Interdicto igitur vsu earum rerum, quibus vita constat hominum, perinde habebatur, ac si esset, qui eam sententiam exceperat, morte multatus. adeo ista duo elementa prima sunt habita, vt nec ortum hominis, nec sine

25 his vitam crediderint posse constare. Horum alterum nobis commune est cum ceteris animantibus; alterum soli homini datum. nos enim, quoniam cæleste atque immortale animal sumus, igne vtimur ^l, qui nobis in argumentum immortalitatis datus est; quoniam ignis e cælo est: cuius natura, quia mobilis est, et sursum nititur, vitæ continet rationem.

26 Cetera vero animalia, quoniam tota sunt mortalia, tantummodo aqua vtuntur, quod est elementum corporale atque terrenum. Cuius natura, quia mobilis est, ac deorsum ^m ver-

gens,

hominis. Hieronymus ad Pammach. f. m. 170: *confortum corporat corporatum in membra distinguit*. Conf. Laët. 2. 8. 62. et Barthii Aduers. L. 7. c. 2. f. 313. Bün.

f) *ex auium fetibus*] de Opif. 3. 8. 9. Bün.

g) *opifex calor*] adiectiuum *opifex* hic notes. Bün.

h) *corporari - animari*] Pasfius re-
cens duo Bon. tres Vatic. Tax. Pen. Jun. Vltr. Pal. Goth. Lipf. i. 2. et Sublac. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Gymn. et omnes Tornæs. 1548-1613. Ifæus. Bün.

i) *igni et aqua*] Edo ex Tornæs. 1587 - 1613. vti Heumanno placet: *igni et aqua*. elegantius sane et certius ex perpetuo vsu Ciceronis, etfi variant libri Cic. pro Domo c. 31: *ut mihi aqua et igni* (alii: *ignis*) in-

terdiceretur. Iterum Lactantius in Epit. 467: *ceteris, qui reliqui fuerunt, terris suis interdixit*. Cic. de Senect. c. 7: *male rem gerentibus patribus bonis interdici solet*. Plinius L. 4. ep. 11: *quibus aqua et igni interdicitum est*. Bün.

k) *Exsulibus ignis et aqua interdici solebat*] De Licinianiano exsule Plinius Lib. 4. epist. 11. n. 3: *Carent toga iure quibus aqua et igni interdicitum est*. Cell.

l) *igne vtimur*] Vid. L. 7. 9. 13. Epit. 70. 12. Bün.

m) *quia mobilis est ac deorsum etc.*] Ita MSS. Cant. Emman. Lipf. Goth. Reimm. et quinque Sparkii et Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. et pleraque alix. Ita quoque in antiquisf. Bonon. primum scriptum fuit, teste Thomasio, qui ta-

men

gens, figuram mortis ostendit. Ideo pecudes neque in ælum suspiciunt, neque religionem sentiuntⁿ: quoniam ab his vsus ignis alienus est. Vnde autem, vel quomodo Deus hæc duo²⁷ principalia, ignem, et aquam, vel accenderit, vel eliquauerit, solus scire potest, qui fecit.

X. Consummato igitur mundo, animalia varii generis, ¹ dissimilibus formis, et magna, et minora vt fierent, imperavit. Et facta sunt bina, id est, diuersi sexus singula, ex quorum fetibus et aer, et terra, et maria completa sunt: deditque his omnibus generatim Deus alimenta de terra, vt vsui hominibus esse possent; alia nimirum ad cibos, alia vero ad vestitum^a: quæ autem magnarum sunt virium, vt in excolenda terra^b iuuarent: vnde dicta sunt iumenta. Ita rebus² omnibus mirabili descriptione^c compositis, regnum sibi æternum parare constituit, et innumerabiles animas procreare^d, qui-

men et Iſæus, Gall. Walk. mallent *immobilis*, vt ipse Lactantius L. 6.

17. 22. *de aqua iacente, quieta, et de Ira* 17. 1-4. agit. At commode Sparkius interpretatur. Scilicet ex LEVITER MOBILI et sursum nitente IGNI vitæ figuram ostendit, contra ex aquæ DEORSVM VERGENTIS *mobilitate* mortis rationem monstrat.

Adparet ex Lib. 7. 9. 13: *Cetera animantes - terreno et graui elemento uruntur; homo solus ignem in vsu habet, quod est elementum leue. Ea vero, qua ponderosa sunt, (vt aqua,) ad mortem deprimunt, et qua leuia sunt, ad vitam subleuant; quia vita in summo, mors in imo.* Nouæ Relationes de rebus doctis 1718. n. 85. p. 673. Io. Poleni de *Motu Aquæ mixto* libros duos commendant. Conf. Raccolta d' Autori che trattano dell moto dell Aquæ, in Firenze 1723. in trib. voll. in 4. Heumannus quoque seruat hic *mobilis*, et legit *mobilis*, at *deorsum*. Bün.

n) *religiones sentiunt*] Magis stringit singularis in Goth. *religionem*.

Conf. L. 3. 10. toto, de Ira c. 7. 6-12. hinc recepi. Bün.

a) *ad vestitum*] Sic edo ex Bon. Pal. Vltr. Lips. 1. et loco gemino secundum meliores libros. de Ira 13. 8: *partim ad cibos, partim ad vestitum*. Bün.

b) *excolenda terra*] idem est quod simplex h. l. *colere*. notauit ad L. 2. 4. 8. neglecta hæc notio in Fabro, obuia in Plinii L. 4. Ep. 6: *nec agrum, sed ipsum me studiis excolo.* et Martial. L. 4. Epigr. 55: *excolis iuuenicis arua*. Bün.

c) *descriptione*] Tornæs. 1587-1613: *discretionem*; sed vid. not. 2. 8. 8: *rebus separatis in ordinemque descriptis*. Bün.

d) *innumerabiles animas procreare*] Nonnulli hic fingunt, Lactantium statuere, animas dudum ante corporis conceptum a Deo creatas, id vero, vt Iſæus quoque notat, refutat L. 3. c. 18. 3. mentem nostri cognosce ex L. 7. 5. 9-15. et Opif. 19. 1-6. Bün.

Q

e) un-

3 quibus immortalitatem dare. Tum fecit ipse sibi simulacrum sensibile atque intelligens; id est, ad imaginis suae formam, qua nihil potest esse perfectius, hominem figurauit ex limo terrae. unde homo nuncupatus est, quod sit factus ex humo ^e. Denique Plato humanam formam Θεοειδῆ ^f. s. esse ait; et Sibylla, quae dicit:

εἰκὼν εἴς' ἀνθρώπου ἐμή, λόγον ὀρθὸν ἔχουσα.

5 De hac hominis fictione poetae quoque, quamuis corrupte, tamen non aliter tradiderunt. namque hominem de luto a Prometheo ^b factum esse dixerunt. res eos non fefellit, sed nomen artificis; nullas enim litteras veritatis attigerant: sed quae, prophetarum vaticinio tradita, in sacrario Dei continebantur; ea de fabulis et obscura opinione collecta, et deprauata ⁱ, vt veritas a vulgo solet variis sermonibus dissipata corrumpi, nullo non addente aliquid ad quod audierant ^k, carmi-

mi-

o) unde homo - factus ex humo] Goth. et Lipf. text. *factus*, vt n. 5. *factio*, et n. 3. *figurauit*. At de Ira 10. 43: *corpus hominis ex humo factum, unde homo nomen accepit*. Conf. Quintil. 1. Instit. 6. cuius rationes invalidas esse docet Vossius in Etymologico. *Homo*. add. Rhodig. Lect. Ant. L. 2. c. 30. Muncker. ad Hygin. p. 220. *Bün.*

f) Plato humanam formam Θεοειδῆ] Plato de Republica Lib. sexto p. 431. in hominibus aliquid Θεοειδές καὶ Θεοείκελον inesse dicit. *Cell.*

g) Θεοειδῆ] Vox Homero frequens. Conf. Rhodig. Lect. Ant. L. 4. c. 25. f. 183. vbi docet, Homerum quoque homines nuncupasse Θεοειδείς, i. e. Deo similes. Plura Pfanner. Theolog. Gentil. p. 194. *Bün.*

b) a Prometheo] Digna lectu Iac. Thomasiae præfatio LXXXI. p. 533-536. Witf. Sacr. Aegypt. L. 3. c. 5. *Bün.*

i) fabulis - deprauata] Vid. L. 7. 22. 4-6. egregie ex Antiquitate demonstrat Korth. Pag. Obtrect. L. 1. c. 2. toto. *Bün.*

k) addente aliquid, ad quod audierant] In MS. erat, inquit Gronovius Obs. in Scr. Eccl. p. 185: *nullo non addente aliquid, ad quod audierant*. Errorem librarii putes forsan, at ego ipsius Lactantii scitum esse censeo Hellenismum. Sic Terent. in Andria: *Resitue, in quem me accepisti locum*. Sic Liuius L. 1: *Et in quem egressi sunt locum, Troia vocatur*. et eodem libro: *Raptim, quibus quisque poterat, elatis* - pro: *is, qua quisque poterat elasis*. Obstat quidem Heumannus, nec audiendum hic putat Gronouium ratus esse librarii errorem, non defendendum. Ego nihilominus recepi, quia ita in Lipf. 1. et Vltr. non tantum, teste Gallæo, legitur; sed etiam in membr. Guelf. et aliis Guelf. MSS. deprehendi, etiam Reimm. Goth. et Lipf. 2dus: *nullo non addente aliquid, ad quod*

minibus suis comprehenderunt. et hoc quidem inepte; quod tam mirabile, tamque diuinum opificium¹ homini dederunt. Quid enim opus fuit, hominem de luto fingi; quum posset eadem ratione generari, qua ipse Prometheus ex Iapeto natus est? qui si fuit homo, generare hominem potuit, facere non potuit: de diis^m autem illum non fuisse, pœna eius in Caucaſo^{n. o} monte declarat. Sed neque patrem ipsius Iapetum, 8 patrumque^p Titana quisquam deos nuncupauit: quia regni ſublimitas penes Saturnum ſolum fuit^q: per quam diuinos honores cum omnibus ſuis poſteris conſecutus eſt. Multis argumētis hoc figmentum poetarum coargui poteſt. Fa- 9 Etum eſſe diluuium ad perdendam tollendamque ex orbe terræ malitiam, conſtat inter omnes. Idem enim et philoſophi, et poetæ, ſcriptoresque rerum antiquarum loquuntur; in eoque maxime cum prophetarum ſermone conſentiunt. Si 10

ergo

quod audierat in ſingulari; quem putarunt a nullo non addente requiri. Roſt. Ven. 1471. vtraque 78: nullo addente aliquid aliud, quod audierat. Praue. Pro MSS. citatis ſunt libri nonnulli Laſt. 1. 16. 4: reuoluuntur imprudentes, ad quod negauerant. Seneca 3. Benef. c. 22: plus praſtat, quam in quod operas locauit. Plura Munckerus ad Fulgent. Mythol. L. 1. c. 14. p. 49: capere ad quod inſtas, ad quod memineris. Dicere præterea latinos non tantum addere alicui, ſed et addere ad aliquid, probat Cæſar. 3. Ciu. 49. 5: laborem ad quotidiana opera addebant. c. 59. 4: ad cetera addiderunt. Alia Burmann. ad Ouid. 6. Her. 92. p. 225: addere ad feſtos dies diem. Bün.

l) diuinum opificium] Rectius, quam Lipſ. ſecund. officium. Vid. n. 11. et n. 13-15. Bün.

m) de diis] Ita MSS. et editi antiqui et noui; vbi praue in Cell. de iis. vid. n. 8: deos. Bün.

n) pœna eius in Caucaſo monte] De Promethei fabula pleni ſunt libri. De pœna Propertius Lib. 2. eleg. 1. v. 71:

*Idem Caucaſea ſoluet de rupe Pro-
methei*

*Brachia, et à medio peſtore pellos
auem.*

Et Martialis Speſtac. carm. 7:

*Qualiter in Scythica religatus ru-
pe Prometheus*

*Aſſiduam nimio peſtore pauit
auem. Cell.*

o) in Caucaſo] ſc. Scythico, non Indico. Vid. Strab. f. 505. et f. 688. Lucian. Prometh. f. Caucaſo p. 175. et de Sacrific. p. 365. Mythologorum loca indicat Pitifeus ad Curt. L. 7. 3. n. 22. Bün.

p) patruumque] puta: Iouis. Nam Promethei non parruus; ſed auus maternus fuit Titan. Bün.

q) fuit] Sic Bon. Tax. Pen. Pal. Iun. Cauc. Vltr. Goth. Lipſ. Cant. Emman. Sublac. Roſt. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. et Tornæs. 1587-613. ſſz. Cell. Walch. recte. vbi Ven. 1493. 97. Pſarrh. Ald. Thom. Gymn. Gryph. Betul. Thomafius et ſequaces Gall. Spark. Cant. fuerit. male. Bün.

ergo cataclysmus ^r (*a Deo*) ideo ^s factus est, vt malitia, quæ per nimiam multitudinem increuerat, perderetur: quomodo fictor hominis Prometheus fuit? cuius filium Deucalionem iidem ipsi ob iustitiam solum esse dicunt seruatum. quomodo vnus gradus, et vna progenies orbem terræ tam celeriter potuit hominibus implere? Sed videlicet hoc quoque sic corruerunt, vt illud superius; quum ignorarent, in quò tempore ^x cataclysmus sit factus in terra; et quis ob iustitiam meruerit, genere humano pereunte, saluari ^x; et quomodo, aut cum quibus seruatus sit: quæ omnia propheticæ litteræ docent. Adparet ergo falsum esse, quod de opificio itidem Promethei ¹² narrant. Verum quia poetas dixeram ^y non omnino mentiri solere, sed figuris inuoluere et obscurare, quæ dicant; non dico esse mentitos, sed primum omnium Prometheum simulacrum hominis formasse de pingui, et molli luto; ab eoque natam primo artem et statuas et simulacra fingendi, siquidem Iouis temporibus fuit, quibus primum templa ¹³ constitui ^z, et noui deorum cultus esse cæperunt. sic veritas fucata mendacio est: et illud, quod a Deo factum ferebatur, homini, qui opus diuinum imitatus est, cæpiti adscribi ^{b. c.}

Cete-

^r) *cataclysmus*] De Ira 23. 4. voce vsi Tertull. Apol. c. 40. et L. 1. Nation. c. 9. Cyprian. ad Nouatian. n. 5. exemplo Varronis. Bün.

^s) *Si ergo cataclysmus a Deo ideo factus*] Inclusa *a Deo* desunt in Goth. et Lipsiensibus: et possunt omnino abesse. Ceterum *cataclysmi* voce etiam Varro vsus est Lib. 3. cap. 1. de R. R.: quam Hyginus fab. 153. interpretatur. *Cataclysmus*, inquit, *quod nos diluuium vel irrigationem dicimus*: Cell.

^t) (*a Deo*) *ideo*] Goth. Reimm. et Lips. secund. (*a Deo*) non habent, vt Rost. *ideo* delet. Puto prius ex altero natum, et cum Heumanno delendum. Bün.

^w) *in quo tempore*] Goth. et Reimm. et *quo tempore*. Placet obsequens *et. c.* Bün.

^x) *meruerit - saluari*] i. e. *obtinuerit* - vt seruaretur. præcessit n. 10: *seruatus*, et mox sequitur de *mereri*. Vid. not. 5. 17. 17. Bün.

^y) *poetas dixeram*] n. 5. 6. L. 1. c. II. 23 - 30 - 36. Bün.

^z) *templa constitui*] MSS. infinito modo, vt ad *cæperunt*, quod sequitur, referatur. Vulgares libri, *constituit*. Cell.

^a) *constituit*] Sic cum MSS. iam dederat Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. et omnes Tornæii; Gymn. Iſæus, vt mirum sit, reliquos *constituit* obrufisse. Bün.

^b) *etiam cæpiti adscribi*] Retinent Lips. illud *etiam*; quod abest ab Anglicanis codicibus. Cell.

^c) *imitatus est, cæpiti*] Ediderant: *etiam cæpiti*, cæci illud *etiam* non agnitum ab Emm. Cant. Lips. fecut-

Ceterum fictio veri ac viui hominis e limo, Dei est ^d. quod ¹⁴
 Hermes ^e quoque tradit: qui non tantum hominem ad ima-
 ginem Dei factum ^f esse dixit a Deo; sed etiam illud expla-
 nare tentauit, quam subtili ratione singula quæque in corpore
 hominis membra formauerit, quum eorum nihil sit, quod
 non tantumdem ad vñus necessitatem, quantum ad pulchritu-
 dinem valeat. Id vero etiam Stoici, cum de prouidentia ¹⁵
 disserunt, facere conantur; et secutus eos Cicero pluribus
 quidem locis: sed tamen materiam tam copiosam et vberem
 strictim contingit ^b, quam ego nunc iccirco prætereo, quia
 nuper proprium de ea re librum ad Demetrianum ⁱ auditorem
 meum scripsi. Illud hoc loco præterire non possum, quod ¹⁶
 errantes philosophi quidam aiunt, homines, ceteraque anima-
 lia sine vñlo artifice orta esse de terra. vnde illud Virgilia-
 num ^k est:

Ferrea ^l progenies duris caput extulit aruis.

et

cundo, tertio, (secus ac 'Cellarius vult,) Reimm. Goth. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. et Tornæs. 1587-613. Heumannus quoque damnat. Bün.

d) *fictio - e limo Dei est*] Hæc ita capias: *Dei est fictio - hominis e limo, siue: Deus est factor hominis e limo.* Hinc comma cum Walchio post: *limo*, posui. Bün.

e) *Hermes*] Locus eximius et lectu dignus exhibitus a Betuleio, Gallæo, Sparkio. Bün.

f) *ad imaginem Dei factum esse*] Goth. et Lips. antiquior *fictum*: vulgo *factum*. Cell.

g) *ad imaginem - factum*] Ita edidi ex Reimm. et plerisque MSS. et edd. antiquis, quod Heumanno quoque magis quadrat. Bün.

h) *strictim contingit*] L. 7. 4. 12: *locus in transcurso breuiter stringendus.* Opif. 1. 13: *summatim stringere.* Imitatur Ciceronem 2. Att. 1. ep. *strictim attigisti.* Pro Rosc. Amer. 32: *leuiter transire ac tantummodo per-*

stringere. c. 34: *videamus nunc strictim.* c. 43: *leuiter attigi.* Vid. not. ad Gell. L. 1. c. 3: *strictim atque cursim.* Bün.

i) *ad Demetrianum*] Lips. 2. male: *ad Demetrium.* est hic diuersus ab illo Cypriani Laët. 5. 4. 3. Bün.

k) *illud Virgilianum*] Lib. 2. Georg. v. 341. Nostris quidem Virgilianis libris *ferrea* est, qui vero, Iſæo iudice, ex hoc loco corrigendi, quod argumentum Laëtantii, si aliter quam *terrea* legeris, pereat. Cell.

l) *Ferrea*] Rescripti: *Ferrea. Legitur*, inquit Sparkius, *etiam Ferrea, sed sensu ad hunc locum non accommodo.* Quidni? Quamuis enim Iſæus quoque putet, Virgilium 2. Ge. 341. ex h. l. corrigendum, secutus Turnebi L. 21. Aduers. c. 22. aliosque, in quibus Rhodiginum prae citat. Pierius contra et Cerda, immo et Heumannus recte *Ferrea* in Laëtantio reponendum censent, nam *homines ortos - de terra* abunde probant verba: *duris caput extulit ARVIS.*

et ii maxime fuerunt in ea sententia, qui esse prouidentiam negant. nam Stoici animantium fabricam diuinæ sollertiae tribuunt. Aristoteles autem labore se, ac molestia liberauit, dicens, semper mundum fuisse: itaque et humanum genus, et cetera, quæ in eo sunt, initium non habere, sed fuisse semper, ac semper fore. Sed quum videamus, singula quæque animalia, quæ ante non fuerant, incipere esse, et esse desinere: necesse est, totum genus aliquando esse cœpisse, et aliquando desitutum esse, quia cœperit. Omnia enim tribus temporibus contineri necesse est, præterito, præsentis, futuro. Præteriti est origo, præsentis substantia, futuri dissolutio. Quæ omnia in singulis hominibus adparent: et incipimus enim, quum nascimur; et sumus, quum viuimus; et desinimus, quum interimus^m. Vnde etiam tres Parcas esse voluerunt: vnam, quæ vitam hominis ordiatur: alteram, quæ contexit: tertiam, quæ rumpat, ac finiat. In toto autem genere hominum quia solum præsens tempus adparet: ex eo tamen et præteritum, id est origo colligitur; et futurum, id est dissolutio. Nam quoniam est, adparet aliquando cœpisse, (esse enim nulla res sine exordio potest?) et quia cœpit, adparet, quandoque desitutum

rum

confirmant illa Ciceronis 2. N.D. 63: FERREA tum vero proles exorta repente. add. Dauis. ad Tyrium Disf. 28. p. 291. de voce terreus. Conf. Falsteri Suppl. L. L. p. 343. Bün.

m) quum interimus] Hic vet. edd. Sublac. Ven. 1471. - 97. etc. adiuunt versus in quantitate vocis BAIVLAT peccantem, et spurium:

Closho Colum baiulat, Lachesis trahit Atroposoccat. Bün.

n) Parcas] Conf. Voss. 2. Idolol. c. 44. toto. prae Lips. 3: tres partes. Bün.

o) vnam, quæ vitam hominis ordiatur] Singulariter hominis in MSS. est: non hominibus, vti vulgatum est. Cell.

p) vitam hominis] Sic iam ediderant Ven. 1471. Rost. 1476. Ven. 1493.

97. Paris. cum MSS. Angl. Goth. Lips. Bün.

q) esse enim nulla res sine exordio potest] Hæc parenthesi inclusi, vt connexio fieret clarior. Bün.

r) quandoque] i. e. aliquando n. 18. vt L. 3. 17. 38: ipsi quandoque perituri sumus. Opif. 4. 11: qui quandoque moriturus est. vbi plura. Huc quadrat Prudentius Apotheof. 517: Quod fieri recipit, recipit quandoque perire. Quandoque pro interdum poni apud Ciceronem negat Cellarius in Curis p. 416. Vindic. p. 61. neque Borrichius demonstrauit in Vindic. p. 196-198. sed adparet Ciceronem pro interdum posuisse L. 3. Tusc. c. 7. nam quæ dixit: vt victum se quandoque esse fatentur, (vbi quidam glos-

rum²². nec enim potest id totum esse immortale, quod ex mortalibus constat. Nam sicut vniuersi per singulos interimus; fieri potest, ut aliquo casu omnes simul, vel sterilitate terrarum, quæ accidere particulatim solet, vel pestilentia vbique diffusa, quæ singulas vrbes atque regiones plerumque populatur; vel incendio in orbem misso, quale iam fuisse sub Phaethonte dicitur; vel diluuium aquarum, quale sub Deucalione traditur, quum præter vnum hominem genus omne deletum est. Quod dilu-

vium si casu accidit, profecto potuit accidere, ut et vnus ille, qui superfuit, interiret: si autem diuinæ prouidentiae nutu, quod negari non potest, ad reparandos homines reseruatus est; adparet, in Dei potestate esse vel vitam, vel interitum generis humani. quod si potest occidere in totum; quia per partes occidit; adparet, aliquando esse ortum: et ut fragilitas initium, sic declarat et terminum.

Quæ si vera sunt, non potuit defendere Aristoteles, quo minus habuerit et mundus ipse principium. quod si Aristoteli Plato et Epicurus extorquent; et Platoni, et Aristoteli, qui semper fore mundum putauerunt, licet sint eloquentes, ingratissimum tamen idem Epicurus

glossema aliquando contra fidem ferme omnium MSS. subornant, teste Perizonio ad Sanctii Mineruam L. 3. c. 14.) id in loco gemino L. 5. Tusc. c. 18. effert: *ergo ut idem vincatur interdum - nec modo vincetur, sed etiam seruiet.* Bün.

s) *adparet, quandoque desitutum]* puta tempus, de quo sermo est. Atque ita Goth. et Lips. referunt. Vulgares libri *desitura.* Cell.

t) *adparet, quandoque desitutum]* Occupauit omnes alias editiones: *desitura;* quia præceserat res. Quæ vox quoque abduxit Heurpannum, ut legat: *desituram* sc. rem illam, quæ cepit. Sed hæc a scopo Lactantii hic aliena. Cellarius recte quidem ex MSS. Goth. et Lips. et primam restituit: *DESITVRVM*, at perperam adplicauit ad tempus; debet potius: *DESITVRVM* referri ad ge-

eri-
nus humanum hoc sensu, n. 22: *Nam quoniam est* (sc. genus humanum); *adparet aliquando cœpisse* (genus humanum), et quia cœpit (genus humanum), *adparet quandoque desitutum* (genus humanum). Aristoteles dixerat n. 17: *humanum genus - initium non habere - ac semper fore.* contra hunc disputat n. 19-26. et multis docet: *totum genus aliquando esse cœpisse et aliquando esse desitutum.* Non dubitabit amplius qui attente omnia legerit; hinc Walchius meæ expositioni in Miscell. Lips. T. 3. p. 144. prolataz ibidem p. 362. uti rectiori adsensit. Etiam Reimm. *desitutum.* Bün.

u) *ingratis tamen]* Emman. Lips. 2. et Spark. *ingratis*, quod hic interpretatur *velint, nolint.* Alii *ingraste.* Cell.

x) *ingratis]* Ita cum Emman. et Lips.

26 eripiet, quia sequitur, vt habeat et finem. Sed hæc in vltimo libro pluribus exsequemur. Nunc ad hominis originem recurramus.

XI. Aiunt ^a, certis conuerfionibus cæli, et astrorum motibus maturitatem quamdam exstitisse animalium ferendorum: itaque terram, nouam semen genitale retinentem, folliculos ex se quosdam in vterorum similitudinem ^b protulisse. de quibus Lucretius ^c:

Crescebant vteri terra radicibus apti.

eosque, quum maturuisent ^d, natura cogente ruptos animalia tenera profudisse. Deinde terram ipsam humore quodam, qui esset lacti similis, exuberasse; eoque alimento animantes esse nutritos ^e. Quomodo igitur ^f vim frigoris, aut caloris fer-

Lipf. 2. etiam Goth. Reimm. et Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. et merito Isæus ex Bon. Tax. aliisque defenderat. Nec aliter Spark. Gall. Walch. Heumann. Conf. ad rem de Epicuro Lucret. L. 5. 325. sqq. 352-384. Bün.

y) pluribus exsequemur] Abeft: exsequemur ab Emman. Cant. Reimm. Goth. Lipf. tert. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78-97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Gymn. Crat. Betul. Tornæz. 1587. Receptit Gryphius primus, secuti primæ Tornæz. Thomas. et reliqui. Singularis Lipf. secund. in vltimo libro prolixius. Similis fere ellipsis L. 5. 17. 17: Sed hæc alio loco plenius. Interim-ut cepimus. et Epit. 38. 6: Sed hæc alias latius. Bün.

x) recurramus] Epit. 5. 4. Bün.

a) Aiunt] Epicurei apud Cicer. de Leg. L. 1. c. 8. cuius verba fere exhibuit Lactantius, illustrat vberius Turneb. ad h. l. Ciceronis T. 1. Oper. f. 110. Ipsa tamen Ciceronis verba potius de Stoicis capienda,

vti recte Lipsius L. 3. Physiol. Stoic. disl. 4. Bün.

b) in-similitudinem] Reimm. in-similitudine. Bün.

c) de quibus Lucretius] Lib. 5. v. 806. Cell.

d) maturuisent] Sic edidi ex MS. Ultrai. etiam Munckerus hic ita legere malebat, et sic Hyginum corrigebat fab. 136. p. 203. Et est sane melius, nam altera forma in Lipf. Goth. Reimm. reliquis: *maturasent*, habet potius vim actiuam. Hinc Apuleius L. 5. Metam. p. 166: *quum pragnationem suam plenus maturauerit vterus*. idem contra Lib. 8. Metam. p. 201: *quum Charite nubendo maturuisset*. Pro vulgata lectione est Vulgata Ioelis, vbi etiam meæ membranæ c. 3: *maturauit mensis*. Variant in præterito libri in Quintiliani dedicat. p. 1. et Ouidio. L. 2. Trist. 1. 124. Bün.

e) animantes-nutritos] Sic omnes scripti, etiam Reimm. et editi. Conf. L. 2. 5. 37. Bün.

f) Quomodo igitur] Pro editorum: autem, dedi igitur ex MSS. duobus

ferre, aut vitare potuerunt, aut omnino nasci, quum sol ex-
 vreret, frigus adstringeret? Non erant, inquit, in prin-
 cipio mundi hiems, et æstas, sed perpetua temperies, et ver
 æquabile. Cur ergo nihil horum fieri etiam nunc videmus? 3
 Quia semel, aiunt, fieri necessarium fuit, vt animalia nasce-
 rentur. postquam vero esse cœperunt; concessa his facul-
 te generandi, et terra parere desuit, et temporis conditio mu-
 tata est. O quam facile est, mendacia redarguere! 4
 Primum, quod ^b nihil potest esse in hoc mundo, quod non sic
 permaneat, vt cœpit. nec enim sol, et luna, et astra tunc non
 erant, aut quum essent, meatus non habebant, aut non diu-
 na moderatio, quæ cursus eorum temperat, et gubernat, cum
 ipsis simul cœperit ⁱ. Deinde, quod si ita sit, vt dicunt; 5
 prouidentiam esse, necesse est. et in idipsum incidunt, quod
 maxime fugiunt. Nondum enim natis animalibus, aliquis 6
 vtique prouidit, vt nascerentur; ne orbis terræ desertus at-
 que incultus horreret ^k. vt autem de terra sine officio paren-
 tum nasci possent, necesse est magna ratione esse prouisum:
 deinde vt humor ille concretus de terra in varias imagines
 corporum fingeretur: item vt e folliculis, quibus tegebantur,
 accepta viuendi sentiendique ^l ratione, tamquam ex al-
 vo matrum profunderentur ^m. 7
 Mira, inexplicabilisque pro-
 vi-

Bonon. tribus Vatic. Tax. Pen. Pa-
 lat. Lips. l. 3. Reimm. et Gothano, et
 præferunt Thom. et Heum. Eodem
 sensu Lips. secundus, Iun. Vltr. quo-
 modo ergo. At ergo mox sequitur.
 Bün.

g) Non erant - hiems, et æstas. Goth.
 Non erant - nec hiems nec æstas. Reimm.
 Lips. tert. et Tornæs. 1587: Non
 erant - hiems nec æstas. Bün.

h) primum, quod] Plures libri cum
 Reimm. ita; at Kost. Ven. 1493. 97.
 Paris. primum quia. Heumannus quod
 hic et post: deinde n. 5. eicit. Bün.

i) aut non diuina moderatio - cœ-
 perit] Sic fere omnes, vbi Reimm.
 Lips. tert. Betul. ac non, et Lips. se-
 cund. Sublac. cœpit. Ego olim ten-

tabam: vt non - cœperit. Heuman-
 nus ita reformat: aut diuina mode-
 ratio cursus eorum non temperabat
 et gubernabat, quæ cum ipsis simul
 cœperat. Bün.

k) incultus horreret] Reimm. in-
 cultus inhorreret. Bün.

l) viuendi sentiendique] Bene ita
 scripti: excusi libri videndi. Cell.

m) viuendi sentiendique] Cellarius,
 excusi, inquit, libri: videndi. At
 viuendi habent Sublac. Rost.
 Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. Bet-
 tul. Tornæs. 1587 - 1613. rectissime
 cum Reimm. Lact. 1. 18. 25: sentiendi
 ac viuendi rationem dedit. Bün.

n) ex alio - profunderentur] Bon.
 fundenterentur, n. 1. profundis se, n. 11. effu-

visio est. sed putemus, id quoque casu accidisse: illa certe, quæ sequuntur, fortuita esse non possunt: ut terra continuo lacte manaret; ut aeris temperies esset æqualis. Quæ si constat iccirco esse facta, ut animalia recens edita *p.* vel haberent alimentum, vel non haberent periculum; necesse est, ut aliquis diuina, nescio qua, ratione prouiderit. quis autem potest prouidere, nisi Deus? Videamus tamen, an id ipsum, quod dictitant, fieri potuerit: ut homines nascerentur e terra. Si consideret aliquis, quamdiu, et quibus modis educetur infans; intelliget profecto, non potuisse terrigenas illos pueros sine ullo educatore nutriri. Fuit enim necesse, quam pluribus mensibus *q* iacere proiectos, donec confirmatis neruis mouere se, locumque mutare possent: quod vix intra vnius anni spatium fieri potest. Iam vide, vtrumne infans eodem modo, et eodem loco, quo est effusus, iacere per multos menses valuerit, ac non et *r.* humore illo terræ, quod ali-

fus. Multis illustrat Elmenh. ad Arnob. L. I. p. 33. Bün.

o) mira inexplicabilisque pronisio] Bon. Vltr. Iun. Goth. *mira inextricabilisque.* At iterum iunxit de Opif. 8. 9: *inexplicabilis est ac mira subtilitas.* Bün.

p) recens edita] Sic elegantius plerique libri, quam Ven. 1471. vtraque 78. Paris. *recenter edita.* Vid. L. 7. 12. 30: *recens natus.* L. 6. 20. 18. in Reimm. *recens* male in *recenter* mutatum. Bün.

q) quam pluribus mensibus] Heumannus: *deleo,* inquit, *quam, vel potius lego:* compluribus. Certe Reimm. Goth. et Betul. *compluribus.* et Vallæ in Eleg. L. L. et Gronouio ad Gell. 1. c. 7: *complures* rectius. At *quam plures* defendunt Munckerus ad Hygin. L. 2. Astron. 1. p. 357. et Cortius ad Sallust. Catil. 19. 2. p. 123. Burmannus ad Petron. Sat. c. 21. p. 71. cum voce: *quam plures,* idem notante, notiozem *complures* sæpe commu-

tasse librariorum iudicat. Singularis est Paris. in nostro: *quam compluribus,* vbi plerique scripti et editi Sublac. Rost. Ven. 1471-97: *quam pluribus.* Bün.

r) ac non humore illo terra] Emman. et Lips. *ac non:* alii *annon.* Lips. addit, *ex humore.* Quod autem insequens ita in scriptis et impressis est, valetque *quis.* Cell.

s) ac non et] Sic cum Emman. habent Gothanus, Reimm. Cott. Bodl. Ball. In editis Sublac. Ven. 1471-97. et plerisque: *annon humore.* Propius Betul. *annon et humore.* Heumannus ex ingenio: *ut non et humido,* ut neutrum *humidum* pro *humore* ponatur: et quod magis quadret. Rariori formula: *vtrumne - ac non,* etiam vsus hoc libro c. 5. 19: *vtrumne Stoicus - suo illa (altra) consilio moueri diceret,* ac non *potius artificis ingenio?* Et de Opif. 16. 11: *potestne aliquis comprehendere -- ac non ex eo ipso intelligat.* Bün.

t) ex-

alimenti gratia ministrabat, et sui corporis purgamentis in vnum mistis obrutus, corruptusque moreretur? Itaque 12
 nullo modo fieri potest, quin ab aliquo fuerit educatus: nisi forte animalia omnia non tenera nata sunt, sed excreta^r. quod vt dicerent, numquam venit illis in mentem. Omnis ergo 13
 illa ratio impossibilis, et vana est: si tamen ratio dici potest, qua id agitur, vt nulla sit ratio. Qui enim dicit, omnia sua sponte esse nata, nihilque diuinæ prouidentiae tribuit; hic profecto rationem non adserit, sed euertit. Quod si neque quid- 14
 quam fieri sine ratione, neque nasci potest; adparet, diuinam esse prouidentiam; cuius est proprium, quod dicitur ratio. Deus igitur rerum omnium machinator fecit hominem. Quod 15
 Cicero, quamuis expers cælestium litterarum, vidit tamen; qui libro de Legibus primo^o hoc idem tradidit, quod propheta. cuius verba subieci: *Hoc animal prouidum, sagax, multi- 16*
plex^o, acutum, memor, plenum rationis et consilii, quem vocamus hominem, præclara quadam conditione generatum esse a summo Deo: solum est enim ex tot animantium generibus atque naturis particeps rationis et cogitationis, quum cetera sint omnia expertia. Videsne hominem, quamuis longe a veritatis 17
 notitia remotum, tamen, quoniam imaginem sapientiae tuebatur, intellexisse, non nisi a Deo hominem potuisse generari. Sed tamen diuinis opus est testimoniis; ne minus humana suf- 18
 ficiant. Sibylla hominem Dei opus esse testatur:

O^o

1) *excreta*] Hoc: excreta, inquit Neumannius, quomodo seruari possit, non video. An forte exacta scripsit, h. e. absoluta et perfecta. Sane, teste Fruterio in Gruteri Theſ. Crit. T. II. p. 860: exactus Columellæ est adultus, qui tentat exauctus, i. e. exsolutus, qui crescere desit, ibi legere. Quia in Lactantio omnes scripti, editique: *excreta*, seruo; sic Virgil. 3. Ge. 397: *multi iam excretos prohibent a matribus lædos.* exponit Seruinus: *validiores, et melius; qui excreuerint, i. e. valde creuerint, quam*

separatos Philargyrius; nam iam separatos prohibere non opus. Opponit Lactantius, *tenera et excreta, i. e. adulta*, vt a Seneca L. 1. Clem. 25: *Serpentes PARVLAE* opponuntur illi, *qua solisam mensuram transiit, et in monstrum excreuit.* Bün.

u) *qui libro de Legibus primo* et quidem eius libri cap. 7. *Cæli.*

x) *multiplex*] Latet haud protrita notio in voce hac simplicitati stupidae opposita, cuius generis est gr. *πενταργος*. Vid. Cic. de Amic. 18. et ad Attic. L. 6. ep. 2. Bün.

γ) O^o

Ὁς μόνος ἐστὶ θεὸς ἢ κτίσης ἀκράτητος ὑπάρχων,
αὐτὸς δ' ἐσήριξε τύπον μορφῆς μερόπωντες
αὐτὸς ἔμιξε φύσιν πάντων γενεῆς βιότοιο.

19 Eadem sanctæ litteræ continent. Deus ergo veri patris officio functus est: ipse corpus effinxit, ipse animam, qua spiramus; infudit: illius est totum, quidquid sumus. Quomodo id fecerit, si nos oporteret scire, docuisset, sicut docuit cetera, quæ cognitionem nobis et pristini erroris, et veri luminis adtulerunt.

1 XII. Quum ergo marem ad similitudinem suam primum finxisset, tum etiam feminam configurauit ad ipsius hominis effigiem; ut duo inter se permisti sexus propagare sobolem possent, et omnem terram multitudine opplere. In ipsius autem hominis a fictione, illarum duarum materierum b, quas inter se diximus esse contrarias, ignis, et aquæ conclusit, 3 perfectitque rationem. Ficto enim corpore, spirauit c ei animam de vitali fonte spiritus sui, qui est perennis; ut ipsius mundi, ex contrariis constantis elementis, similitudinem gereret. constat enim ex anima, et corpore, id est, quasi e cælo et terra. quandoquidem anima, qua viuimus, velut e cælo oritur a Deo; corpus e terra, cuius e limo diximus esse formatum. 4 Empedocles d. e, quem nescias, vtrumne inter poetas,

γ) Ὁς μόνος ἐστὶ θεὸς.] Latine sonat: *Qui solus est Deus, nullius imperio subiectus. ipse autem typum forma solidauit, et hominum miscuit ipse omnium naturam generationis (et) vite.* Cell.

a) hominis] i. c. maris, viri. iterum homo κατ' ἐξοχήν, pro viro, sect. 18. Alia ex aliis docti obseruauerunt, quos excitat Muncker. ad Hyg. i. c. 142. p. 210. add. Taubmann. ad Plaut. Cistell. 4. 2. 57. p. 465. z. Büñ.

b) materierum] Sic Lips. 2. 3. Goth. Parrh. Iunt. Ald. Gymn. Gryph. Tornæz. primz, Thomas. et cum sequentes. At Bon. Tax. Pen. Pak. Vltr. Cauc. Reimm. Sublac. Rost. Ven.

1471 - 97. Paris. Betul. Tornæz. 1587 - 1613: *materiarum*, quod probat Heumannus, quia nullibi *materies* dixerit. Forte hic quintam declinationem prætulit; ne tres simul voces in arum exirent. Cicero L. 3. Orat. 14: *ea est ei subiecta materies.* Büñ.

c) spirans] Sic libri, pro *inspirauit*, ut alibi semper L. i. II. 16. L. 6. 20. 18. Opif. 19. 5. et maxime Epit. 27. ut forte et hic, consente Heumanno, ita scripserit. Büñ.

d) Empedocles] philosophus et poeta Agrigentinus fuit, cuius versus aliquot refert Laertius in Vita. Adde de eodem Lib. 3. cap. 27. Cell.

e) Empedocles - Varro] sequitur
Quin-

tas, an inter philosophos numeres, quod de rerum natura ver-
 sibus scripsit, vt apud Romanos Lucretius et Varro ; quatuor
 elementa constituit, id est, ignem, aerem, aquam, et terram,
 fortasse Trismegistum secutus, qui nostra corpora ex his qua-
 tuor elementis constituta esse dixit a Deo. habere namque
 in se aliquid ignis, aliquid aeris, aliquid aquæ, aliquid terræ ;
 et neque ignem esse, neque aerem, neque aquam, neque ter-
 ram. quæ quidem falsa non sunt : nam terræ ratio in carne
 est ; humoris, in sanguine ; aeris, in spiritu ; ignis, in calore
 vitali. Sed neque sanguis a corpore secerni potest, sic
 vt humor a terra ; neque calor vitalis a spiritu, sicut ignis ab
 aere. adeo rerum omnium duo sola reperiuntur elementa :
 quorum omnis ratio in nostri corporis fictione conclusa est.
 Ex rebus igitur diuersis ac repugnantibus homo factus est,
 sicut ipse mundus ex luce, ac tenebris, ex vita, et morte : quæ
 duo inter se pugnare in homine præcepit ; vt si anima supera-
 verit, quæ ex Deo oritur, sit immortalis, et in perpetua lu-
 ce versetur : si autem corpus vicerit animam, ditionique sub-
 iecerit, sit in tenebris sempiternis, et in morte. Cuius non
 ea vis est, vt iniustas animas exstinguat omnino, sed vt puniat
 in æternum. Eam pœnam secundam mortem nominamus ;
 quæ est et ipsa perpetua, sicut et immortalitas. Primam
 sic definimus : Mors est naturæ animantium dissolutio, vel ita :
 Mors est corporis animæque seductio. Secundam vero sic :

Mors

Quintilianum L. 1. Inst. c. 4 : *Empedocles in grecis, Varro ac Lucretius in latinis præcepta sapientia versibus tradiderunt.* Aristoteles Lib. de Poetica c. 1. Empedoclem *Φυσιόλογον μάλλον ἢ ποιητήν* adpellat. Büñ.

f) *secerni*] Bonon. antiquisf. *separari*, forte *separari*, quod antiquisf. MSS. scribebant : *seperari*, vt *comperari*. Büñ.

g) *sit immortalis*] i. e. in perpetuum beata. explicat ipse : *in perpetua luce versetur*, quod notandum contra Dodwelium, de quo plura ad

L. 7. 5. 22. *Immortalis et immortalitas.* Lactantio sæpe de beata et æterna vita piorum dicuntur, atque eo sensu verum est : *non omnem hominem naturæ immortalitate donari.* L. 3. 19. 8. Conf. L. 7. 5. 20 - 22. L. 3. 12. 17. 18. et not. Büñ.

i) *seductio*] i. e. separatio, discretio, vt L. 7. 12. 4. hinc confirmo lectionem Virgilii 4. Aen. 385 :

Et quum frigida mors anima seduxerit artus. Büñ.

k) *secundam*] Sic edidi ex Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Betul. Tornas, 1587 - 1613.

Mors est æterni doloris perpetua. vel ita: Mors est animarum pro meritis ad æterna supplicia damnatio. Hæc mutas pecudes non attingit¹: quarum animæ non ex Deo constantes, sed ex communi aere, morte soluuntur. In hac igitur societate cæli atque terræ, quorum effigies in homine expressa est, superiorem partem tenent ea, quæ sunt Dei, anima scilicet, quæ dominium corporis habet: inferiorem autem ea, quæ sunt diaboli^m, corpus utique; quod, quia terrenum est, animæ debet esse subiectum, sicut terra cælo. Est enim quasi vasculumⁿ, quo tamquam domicilio temporali spiritus cælestis utatur. Vtriusque officia sunt, ut hoc, quod est ex cælo, et Deo; imperet; illud vero, quod ex terra est, et diabolo; seruiat^{o. p.}. Quod quidem non fugit hominem nequam Sallustium^q, qui ait: *Sed omnis nostra vis in animo et corpore sita est. animi imperio^r, corporis seruitio, magis utimur.* Recte, si

Isæo. Walchio. præcesit enim n. 9: *primam sic definimus.* Miror Parrh. Iunt. Ald. Gymn. Gryph. Crat. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Cellarium et hos quatuor postremos ab Isæo monitos potuisse vitiosum: *secunda* retinere. Bün.

l) *Hæc - pecudes non attingit*] i. e. ad pecudes non pertinet. Sic sæpe noster, ut L. 3. 12. 18. L. 7. 10. fin. de Ira 17. 4. add. quæ noto ad de Ira 7. 13. et Epit. 6. 3. imitatur Cicero-nem L. 2. Off. 21: *partim ad uniuersos* - pertinent, *partim singulos* attingunt. et L. 1. c. 6. L. 5. Fin. 9. L. 1. Tusc. 38. de Leg. L. 2. c. 1. Nat. D. L. 1. c. 9. Bün.

m) *quæ sunt diaboli*] Hæc duriora vix benigniori Thomasi expositione symbolica mitigatur. Bün.

n) *Est enim quasi vasculum*] Sic recte Bon. Vltr. Cauc. Angl. Goth. hoc sensu: *Est enim corpus quasi vasculum.* Conf. L. 2. 3. 8. Perperam Lips. 2. 3. Sublac. Rost. Ven. 1471 - 97. et aliarum: *est enim terra quasi vasculum.* Paris. Est enim terra quasi vasculum. Bün.

o) *quod ex terra est, et diabolo, seruiat*] Additum ex MSS. et, quo vox durior mitigatur, ne putes officium corporis esse, tantum diabolo seruire. Sed ne sic quidem emollita vox, si, ut sonat, accipiatur: quam tamen *ἐκβατικῶς* puto auctorem intellexisse, si ita ab ipso scriptum fuit. Cell.

p) *quod ex terra est et diabolo, seruiat*] Posui comma, post: *diabolo*, ita suadent antecedentia: *quod est ex cælo et Deo, imperet.* Coniunctio ET habetur in Bonon. altero et Ven. 1493. et 1497. Reimm. *quod ex terra et diabolo, seruiat.* Nihilominus omnia dura. Bün.

q) *hominem nequam Sallustium*] principio Catilinarium ea scribentem, quæ sequuntur, quibus quod vita ipsius non respondebat, *hominem nequam* dixit. Fuit enim moribus solutus, libertinarum insanus sectator, ut est apud Horatium I. Satyr. 2. v. 48. in quem locus vetus interpretatur. Cell.

r) *animi imperio*] L. 6. I. 7. de Opif. I. 10. Bün.

si ita vixisset, ut locutus est. Seruiuit enim fœdisimis voluptatibus; suamque ipse sententiam vitæ prauitate dissoluit. Quod si anima ignis est, ut ostendimus; in cælum debet eniti, sicuti ignis, ne extinguatur: hoc est, ad immortalitatem, quæ in cælo est; et sicut ardere ac viuere non potest ignis, nisi aliqua pingui materia teneatur, in qua habeat alimentum: sic animæ materia et cibus est sola iustitia, qua tenetur ad vitam. Post hæc * Deus hominem, qua exposui ratione generatum, posuit in Paradiso, id est, in horto fecundissimo et amœnissimo: quem in partibus orientis omni genere ligni arborumque conseruit; ut ex earum variis fructibus aleretur, expersque omnium laborum Deo patri summa deuotione seruiret. Tum dedit ei certa mandata, quæ si obseruasset, immortalis maneret; si transcendisset, morte adficeretur. Id autem præceptum fuit, ut ex arbore vna, quæ fuit in medio Paradisi, non gustaret: in qua posuerat intelligentiam boni et mali. Tum criminator ille, inuidens operibus

s) ostendimus] n. 5. 6. c. 9. 22. Opif. 17. 4. Bün.

t) teneatur] i. e. alatur. Cic. 2. N. D. 54: Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potione, spiritu. Conf. c. 55. pr. et c. 11: homines bestiaque calore tenentur. paullo ante: retinentur et vigent. Conf. Cic. 2. Nat. D. 15: quia nullus ignis sine pastu aliquo possit permanere. et L. 3. N. D. 14. Lact. 7. 21. 3. 4. Bün.

u) Post hæc] Reimm. Post hoc. Non mutuo. Vide tamen not. ad de Mort. Perf. 23. 6. Bün.

x) conseruit] Sic edidi ex Bon. Tax. Pen. Vlir. Cauc. tribus Lips. Reimm. Witeb. et Ven. 1490. Tornæs. 1587-1613. If. Gall. Spark. Walch. Nam clare cod. Taurin. Epit. 27. 2: in paradiso, quem conseruat omni genere fructiferi ligni. Conf. c. 13. 4: vineam - seruit. Vindicauit in seruit ad Epit. 61. 3. Szpe hæc in libris permutantur. vid. Muncker. ad Hygin.

fab. 147. p. 218. et f. 277. p. 336. de differentia. Conf. Vosf. de Analog. L. 3. c. 30. p. 124. Receptam conseruit in Sublac. Rost. Ven. 1471-97. Paris. et plerisque defendi posse, docet Ixæus ex Cuiacii L. XI. Obseruat. c. 39. citantis ex Pand. Flor. L. 38. ff. de R. V. conseruisti pro alior, conseruisti. At in Victoris Epit. in Probo 373: vineas conseruit, æque ac in Eutropio et Vopisco hodie legunt. Bün.

y) summa deuotione] Deuotionis nomen, ἀντὶ τῆς εὐσεβείας, usurpatum videtur - Potest tamen h. l. idem esse, quod Græcis καθόσσωσις. Betuleius. At valet h. l. SUMMA FIDE. Sic 6. 9: extr. deuotissime seruire. Nemesian. Cyneget. 83: Et fidos ad bella duces -- queis fortes animat deuotio mentes, i. e. ut recte Falster. in Suppl. L. L. p. 94: inuicta fides. Bün.

bus Dei, omnes fallacias et calliditates suas ad decipiendum
 18 hominem ^z intendit, vt ei adimeret immortalitatem. Et
 primo mulierem dolo illexit, vt vetitum cibum sumeret: et
 per eam ipsi quoque homini persuasit, vt transcenderet Dei le-
 gem. Percepta igitur scientia boni et mali, pudere eum nu-
 ditatis suæ cœpit, absconditque se a facie Dei: quod antea non
 19 solebat. Tum Deus, sententia in peccatorem lata, eiecit ho-
 minem de Paradiso, vt victum sibi labore conquireret ^a: ipsum-
 que Paradisum igni circumuallauit, ne homo posset accedere;
 donec summum iudicium faciat in terra, et iustos viros cultores
 suos in eundem locum reuocet morte sublata: sicut sacrae
 litteræ docent, et Sibylla Erythræa, cum dicit:

Οἱ δὲ Θεὸν τιμῶντες ^b αἰώνιον, αἰέναόονγα
 ζοὴν κληρονομήσει τὸν αἰῶνος χρόνον αὐτοὶ
 οἰκοῦντες παραδείσου ὁμῶς ἐριθηλέα κῆπον.

Ve-

^z) ad decipiendum hominem] Ita cum Bon. Witeb. Lipf. Reimm. aliis MSS. omnes fere editiones. Emman. et Goth. et Tornæs. 1587-1613: ad decipiendum hominem. Certe supra captum librariorum ex genio Lactantii L. 3. 29. 15: si dolo nihil profecerit, violentia deiicere conatur. L. 4. 27. 17: demones deiiciendi hominis causa varios cultus condiderunt. Cyprian. de Vnit. Eccl. princ. persecutio, qua subruendis ac deiiciendis Dei seruis grasatur. Saepe idem in epistolis e. g. ed. Gryph. L. 2. ep. 6: nec plus ad deiiciendum potest terrena poena, quam ad erigendum tutela diuina non vt stantem fidem deiiceret. L. 3. ep. 1: Eos quarit deiicere, quos videt stare. Bün.

a) Tum Deus, sententia in peccatorem lata, eiecit hominem de Paradiso, vt victum sibi labore conquireret] Hoc verborum ordine edo secutus Thomasiai codices antiquos, item Lipf. 2. 3. Reimm. Goth. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtramque 78. 93. 97. Betul. Tornæs. 1587-1613.

vbi Parrh. eumque secuti Iunta, Aldus, Crat. Gymn. Gryph. et recentiores plerique praepostere dederant: Tum Deus eiecit hominem de Paradiso, sententia in peccatores-lata etc. In peccatorem (sing. num.) est ex Bon. Pal. Cauci. Eorundem est et Goth. Lipf. 2. 3. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtriusque 78. 93. 97. Paris. Tornæs. 1587-1613. Walch. conquireret, quod peruerso ordine verborum Parrh. Iunta. Ald. et hos secuti coacti sunt mutare in plur. conquirerent. A me sunt notæ Thom. If. Gall. Heumanni, immo S. codex, et locus geminus Epit. 27. 4: Eiecit ergo peccatorem vt victum quæreretur per laborem. Pro sententia-lata legitur Reimm. Lipf. 2. 3. Goth. Iun. Vltr. Tornæs. 1587-1613. Walch. data. Bün.

b) Οἱ δὲ Θεὸν τιμῶντες] Latine: Qui Deum honorant verum, aeternam vitam possidebunt, saecula tempus habitantes Paradisum amovissimum hortum. Cell.

c) ex-

Verum quoniam hæc extrema sunt, in extrema ^c operis huius 20 parte tractabimus. Nunc ea, quæ prima sunt, explicemus. Mors itaque secuta est hominem secundum Dei sententiam: quod etiam Sibylla in carmine suo docet, dicens:

Ἀνθρώπον πεπλάσθαι ^d θεοῦ καλῶμαις ἐνὶ αὐταῖς,
ὄντε πλάνησεν ὄφεις δολίως ἐπὶ μοῖραν ἀνελευθεῖν
τοῦ θανάτου γινώσιν τε λαβεῖν ἀγαθῶ τε κακῶ τε.

Sic facta hominis vita est temporalis ^e, sed tamen longa, quæ 21 in mille annos propagaretur ^f. quod diuinis litteris proditum, et per omnium scientiam publicatum quum Varro non ignoraret; argumentari nixus est, cur putarentur antiqui mille annos victurasse. Ait enim, apud Aegyptios ^g pro annis 22 menses haberi, vt non solis per xii signa circuitus faciat annum; sed

c) *extrema sunt, in extrema*] Sic Bon. Tax. Lips. tert. quod præfero. Reimm. Emman. Cant. Goth. Sublac. Rost. Ven. 1471. 93-97. Parrh. Iunt. Ald. Gymn. Gryph. Tornæz. *extrema sunt, tota in extrema*. vtraque 1478. præue: extranea sunt, tota in extranea. Pesime Lips. secund. *extrema sunt, totaliter in extrema*. Proscripti hanc barbaram vocem ad Epit. c. 63. pr. Bün.

d) Ἀνθρώπον πεπλάσθαι] Ver-
sio Latina: *Hominem Dei manibus
factum esse, quem dolis fefellit serpens,
vt vim mortis incurreret, et scientiam
acciperet boni et mali*. Cell.

e) *temporalis*] Reimm. Lips. tres, Pal. Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Gymn. Tornæz. *temporalis*. Quia in Sublac. Ven. 1471. 78. verba illa tredecim: *temporalis, sed tamen longa - proditum*, desiderantur, nec editores MSS. pro recepto a Gryphio et Thom. *temporaria* citant, recepi *temporalis*, quod clare præfert Taurin. Epit. c. 27. 5. Conf. L. 7. 5. 24. c. 11. 1. Rectum tamen et temporaria. Vid. L. 6. 14. 6. Bün.

f) *quæ in mille annos propagatur*]

Sic omnes scripti, etiam Guelferb. *Quum nemo*, inquit Walchius, *vixit per mille annos - prope subintelligatur, nisi legas: quæ in mille annos prope ageretur*. Nihil puto mutandum in Epitome, dixit: *vita in mille annis terminum sumsit*. Præterea *vitam propagare* eleganter notat *vitam producere*. Cic. L. 5. Fin. 11: *Philætes propagabat vitam*. Minuc. Fel. 37. 2: *imperator non potest propagare vitam*. Ciceroni L. 5. Fam. ep. 15: *propagatio miserrimi temporis est productio, secundum Grati. h. l. p. 269*. Sic de *propaganda - prouincia* idem restituit L. 5. Att. ep. 17. et L. 8. Att. ep. 3. p. 759. et ad Sueton. August. c. 23: *propagauit imperium*. Iterum Laët. L. 3. 10. 6: *ad propagandam (vitam)*. Bün.

g) *apud Aegyptios*] Plin. Hist. Nat. 7. c. 48: *Annum - determinarunt - quidam Luna senio, vt Aegyptii: itaque apud eos aliqui et singula milia annorum vixisse produntur*. add. Harduin. h. l. p. 74. Vosf. L. 1. Idolol. c. 28. Strauch. Breuiar. Chronol. p. 313. et ab Isæo et Walchio citatos. Bün.

R

b) in-

sed luna, quæ orbem illum signiferum xxx dierum spatio lustrat ^b. quod argumentum perspicue falsum est: nemo enim tunc millesimum annum transgressus est. Nunc vero qui ad centesimum perueniunt, quod fit sæpissime; mille certe, ac ducentis mensibus viuunt. Et auctores idonei tradunt, ad cxx annos perueniri solere. Sed quia ignorabat Varro, cur, aut quando vita hominis esset diminuta; ipse diminuit; quum sciret mille et quadringentis mensibus posse viuere hominem.

XIII. Deus autem postea, quum videret orbem terræ malitia, et sceleribus oppletum, statuit humanum genus dilu-
vio perdere: sed tamen ad multitudinem reparandam delegit vnum, quod ^a corruptis omnibus singulare iustitiæ supererat exemplum. Hic quum sexcentorum esset annorum, fabricauit arcam, sicut præceperat ei Deus; in qua ipse cum coniuge, ac tribus filiis, toridemque nurbus reseruatus est ^{b.c}; quum aqua vniuersos montes altissimos operuisset. Deinde, orbe siccato, exsecratus iniustitiam prioris sæculi Deus, nerur-

^b) *lustrat*] Goth. Lips. 2. 3. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. *lustrat*. Recentiores Parrh. Ald. Gymn. Crat. Gryph. Tornæ. Thomas. et sequentes: *illustrat*. Recepti: *lustrat*, i. e. circumit. Sic suadent verba: *Solis per XII. signa circuitus*. Cicero L. 2. Nat. D. c. 20: *Stella Mercurii anno fere vertente signiferum lustrat orbem - ea (stella Veneris) - latitudinem lustrans - signiferi etc.* Bân.

^a) *unum, quod*] Sic omnes libri. Heumannus, *vehementer*, inquit, *gestio rescribere vnum, qui. Ego putō neutrum quod referendum ad exemplum.* Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. corrupte: *quod corruptis omnibus quod singulare.* Nota multa exempla, vbi pronomen hoc non ad præcedens, sed sequens substantiuum refertur. e.g. Lact. L. 2. 11. 16: *animal, quem vocamus hominem.* L. 7. 9. 13: *ignem, quod est elementum, et*

L. 2. 9. 26: *aqua vtuntur, quod est elementum - terrenum.* Liuius L. 30. 7: *Senatum Suffetes, quod velut consu-
lare imperium apud eos erat, vocauerunt.* c. 16: *Principes, id erat sanctius apud illos consilium.* Cic. L. 1. Diu. c. 23: *Magos dixisse, quod genus sapientum et doctorum habebatur in Persis.* Propius Liuius L. 2. 10: *VNVS vir - Horatius Cocles id munimen fortuna urbis Rom. habuit.* Bân.

^b) *reseruatus est*] Manu scripti composito verbo, editi simplici *seruatus*; hoc referunt. Cell.

^c) *reseruatus est*] Hoc compositum iam receperant Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 1478. 93. 97. Paris. Tornæ. 1587 - 1613. et habet Reimm. Sic c. 10. 23: *vnus ille - ad reparandos homines reseruatus est.* Illud *seruatus est*, a Parrhasio susceptum, pro-
pagarunt Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Thom. et sequaces. Placet Heumanno, et sic c. 10. 10. Bân.

^d) *in*

rursus longitudo vitæ causa esset excogitandorum malorum ; paulatim per singulas progenies diminuit hominis ætatem, atque in centum et xx annis metam ^d collocavit, quam transgredi non liceret. Ille vero, quum egressus esset ex arca, ut sanctæ litteræ docent, terram studiose coluit, atque vineam sua manu seuit. Vnde arguuntur, qui auctorem vini Liberum putant. Ille enim non modo Liberum, sed etiam Saturnum, atque Vranum multis antecessit ætatibus. Quæ ex vinea quum primum fructum cepisset, lætus factus, bibit ^e vsque ad ebrietatem ^f, iacuitque nudus. Quod quum vidisset vnus ex filiis, cui nomen fuit Cham; non texit patris nuditatem : sed egressus, etiam fratribus indicavit. At illi, sumpto pallio, intrauerunt auersis vultibus, patremque texerunt. Quæ quum facta recognouisset pater ; abdicauit atque expulit filium. At ille profugus in eius terræ parte con-sedit, quæ nunc Arabia nominatur ^g : eaque terra de nomi-

ne.

d) in centum et XX. annis metam] Notauit Franc. Floridus Sabinus, hanc opinionem falsam ex Gen. 6, 3. male sumto ortam. Noster ex aliis repetiit, hinc c. 12. 23: *auctores idonæi*, inquit, *tradunt ad CXX. annos perueniri solere.* Sic Arnobius L. 2. p. 94: *annis uixerint uicenis atque cenis, ultra enim negatur posse hominis vita produci.* Iterum Lact. Epit. Taur. c. 27: *Vita - ad annos centum viginti redacta est.* Singularis est locus Trebellii Pollionis in Diuo Claudio c. 2: *doctissimi Mathematicorum centum et viginti annos homini ad viuendum datos iudicant, neque amplius cuiquam iactitant esse concessum; etiam illud addentes, Mosem solum, Dei (ut Indarum libri loquuntur,) familiarem, CXXV. annos uixisse: qui quum quereretur, quod immensis interiret, responsum ei ab incerto feruus numine, neminem plus esse uicturum.* Sed Casaubonus ad h. l. refutat. addit Isæum, eundem

errorem in Philone, Iosepho, Diodoro Tharf. Episcopo et aliis notantem. Exstat singulare scriptum Thomæ Philologi Rauennat. de Vita Mominis in CXX. annos protrahenda, Venet. 1550. 4. ubi alia ed. Ven. 1560. habet de V. H. ultra 126. annos protrahenda. Conf. Huet. Demonstr. Prop. IV. c. 2. sect. 55. *Bün.*

e) ex uinea-bibit] Incommode ex hac historia Cyprianus typum dominicæ passionis et S. cœnz elicit, L. 2. ep. 3. ad Cæcilium. *Bün.*

f) usque ad ebrietatem] Lips. secund. *usque ebrietatem.* Vide meas notas ad L. 1. 22. 11. ubi nonnulli: *usque mortem.* *Bün.*

g) qua nunc Arabia nominatur] propter incolas Arabes: alioqui distincta Arabia a Canaan. *Cell.*

h) nunc Arabia] Sic omnes, etiam Reimm. In hunc locum docte inquisiuit Celeberr. Reimmannus in Hist. Atheismi p. 81. fqq. Idem conicit, PROARABIA legendum esse h. l.

R. 2

IV.

7 ne eiusⁱ Chanaan dicta est; et posteri eius Chananaei. Hæc
 fuit prima gens, quæ Deum ignorauit; quoniam princeps
 eius, et conditor cultum Dei a patre non accepit, ma-
 ledictus ab eo: itaque ignorantiam diuinitatis minoribus^k suis
 8 reliquit. Ab hac gente proximi quique populi multitudine
 increscente fluxerunt. Ipsius autem patris posteri^l, He-
 9 braei dicti; penes quos religio Dei resedit^m. Sed et ab
 his postea multiplicato in immensum numero, quum eos an-
 gustiæ locorum suorum capere non possent; tum adolescen-
 tes vel missi a parentibus, vel sua sponte, quum rerum pe-
 nuria cogeret, profugi ad quærendas sibi nouas sedes, huc at-
 que illuc dispersi, omnes insulas, et orbem totum replerunt;
 et a stirpe sanctæ radice auulsi, nouos sibi mores ac instituta
 10 pro arbitrio condiderunt. Sed omnium primi qui Aegy-
 ptum occupauerunt, cælestia suspicere atque adorare cœpe-
 runt. Et quia domiciliis non tegebanturⁿ propter aeris
 qualitatem; nec ullis in ea regione nubibus subtexitur cælum^p;

cur-
 IVDAEA. Paullo ante, differunt, in-
 quit, inter se Lactantii codices, quod
 conferendo diaicimus. Vellem indicas-
 set: mei libri nihil hic differunt;
 nisi in eius et suo. Bün.

i) de nomine eius] Sic Emman.
 Reimm. Goth. Lipf. At editi Sublac.
 Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93.
 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald.
 Crat. Gymn. Gryph. Tornæs. Thom.
 et reliqui: de nomine suo. Huius ge-
 neris plura Barth. in Aduersariis,
 Perizonius ad Sanctii Mineruam alii-
 que notarunt. Accuratius vero, quod
 et Betul. Isæus, Sparkius notarunt,
 scripsisset: de nomine filii eius, aut
 filii. Bün.

k) minoribus] posteris. not. L. 2.
 7. 5. 6. Bün.

l) ipsius patris posteri] Sed omnes
 Noachi patris posteri, cuius abne-
 pos Eber fuit, a quo Ebraei siue He-
 braei. Cell.

m) resedit] Lipf. tert. Reimm. se-
 dis. in Epit. 43. 3: mansit. Bün.

n) domiciliis non tegebantur] Lipf.
 codd. hoc ordine. Alii, quia neque
 domiciliis. Cell.

o) domiciliis non tegebantur] Sic
 cum Lipf. Reimm. Sublac. Ven. 1471.
 72. vtraque 78. Rost. At Goth. Ven.
 1493. 97. Paris. Parrh. Iunt. Ald. et
 recentiores: neque domiciliis tegebantur.
 Præterea sex istæ vetustiores
 cum Paris. nec ullis. Illud enim recte
 quoque abest a duob. Bonon. tribus
 Vatic. Pen. Vltr. Cauc. Iun. Bün.

p) nubibus subtexitur cælum] Sic
 libri, non subtegitur. Sic quoque
 veteres poetæ. Lucretius Lib. 5.
 v. 467:

Corpore concreto subtexitur nubi-
 la cælum.

Et Virgilius Aeneid. 3. v. 582:

Cælum subtexere fumo.

Et Statius Lib. 3. Silu. 1. v. 127:

Cum graue nocturna cælum sub-
 textitur umbra. Cell.

q) nubibus subtexitur cælum] Sic
 Reimm. et omnes mæz edd. Sublac.
 Rost.

curfus siderum, et defectus? notauerunt; dum ea sæpe venerantes, curiosius atque liberius intuerentur. Post- 11
 ea deinde? portentificas? animalium figuras, quas colerent, commenti sunt, quibusdam prodigiis inducti. quorum mox auctores aperiemus. Ceteri autem, qui per terram dispersi 12
 fuerunt, admirantes elementa mundi, cælum, solem, terram, mare, sine vllis imaginibus ac templis venerabantur, et his sacrificia in aperto celebrabant, donec processu temporum * potentissimis regibus templa *, et simulacra fecerunt, eaque victimis et odoribus colere instituerunt, sic aberrantes a notitia Dei, gentes? esse cæperunt. Errant igitur, qui deorum 13
 cultus ab exordio rerum fuisse contendunt, et priorem esse gentilitatem, quam Dei religionem. quam putant posterius inuentam; quia fontem, atque originem veritatis ignorant. Nunc ad principium mundi reuertamur.

XIII.

Rost. Ven. 1471. vtraque 78. et reliquæ: nulla subtegitur. Walchius, in quibusdam, inquit, legitur: abtextitur. in quibusnam? Gallæus ex Lips. 1. quidem, eoque solo citat abtextitur; at tale compositum adhuc Latio ignotum, et hic absurdum, et sine dubio ibi legendum: OBTEXTITVR, vti aliquoties deprehendi in Ambrosio L. 5. ep. 4: Quotiens sol iste obtextitur nubibus. L. 2. Off. c. 5: cælum lucidum interdum obtextitur nubibus. Eiusdem Ambrosii L. 3. Off. 14. est: cælum intextum nubibus. et in Carm. de Sodoma: globos confuso intextere cælo. Credo Lactantium exemplo præceptoris et optimorum auctorum scripsisse: subtextitur. Arnobius L. 7. p. 222: lignorum struicibus incensis cælum fumo subtextere. Plura congeserunt Germanus ad Virg. 3. Aen. 582. Barth. ad Statii L. 4. Silu. 4. 59. p. 385. et 9. Theb. v. 27. Weitzius in Indice ad Dracont. Hexaem. v. 56. pag. 99: Subtextere aëra plauis. Huc spectat quo-

que Ouid. 14. Metam. 368: Et patrio capiri bibulas subtextere nubes. Conf. Prud. Hamart. 728. De opposito retextere conf. Preigel. ad Lucret. 5. 268. p. 261. et ad v. 467. p. 285. Bün. r) cursus siderum, et defectus] Codex Goth. effectus. Cell.

s) Postea deinde] Pleonasmus, vt L. 1. 14. II. L. 4. 12. 14. L. 7. 5. 21. Plura Vechn. Hellen. et Heusinger. L. 1. c. 6. tot. Bosius ad Cic. 2. Att. ep. 23. Perizon. ad Sanct. Mineru. et Turfellinus. Bün.

t) portentificas] Iterum iterumque hac voce vsus L. 4. 13. 5. et vers. in Lips. secundo L. 4. 13. II. L. 4. 15. 8. Bün.

u) processu temporum] De phrasi L. 3. II. 6. de Ira 13. 10. Arnob. 2. p. 55: artes cum processu temporis paulatim meditatione constata. Bün.

x) regibus templa] L. 1. 8. 8. not. Bün.

y) gentes] ethnici, gentiles. Sic de Moët. Perf. II. 1: illa cum gentibus epulante. Bün.

XIII. Quum ergo numerus hominum cœpisset incre-
scere ^a; prouidens Deus, ne fraudibus suis diabolus ^b, cui
ab initio terræ dederat potestatem, vel corrumperet, vel dis-
perderet ^c homines, quod in exordio ^d rerum fecerat ^e; mi-
sit angelos ad tutelam cultumque ^f generis humani: quibus
præ-

a) *increfcere*] Lipf. 2dus male: *re-
crefcere*. L. 2. 13. 8: *multitudine in-
crefcente*. L. 4. 1. 12: *increfcente do-
ctrina*. de Mort. Perf. 33. 4: *quantum
curatur, increfcit*. Bün.

b) *diabolus*] Bonon. *Zabulus*, vt de
Mort. Perf. 16. 15: *Zabulum - debel-
lasti*. et n. 10: *Zabulus victus*. Ita
aliquoties Ambrosius L. 5. de Fide
c. 1. c. 5. et Commodian. Instruct.
p. 47: *Zabolicam legem - vitate*. p. 78:
filios Zabuli. p. 82: *de Zabuli pompa*,
et p. 85. p. 96. p. 103. Alia Pamelius
ad Cyprian. Demetrian. f. 333. et de
Aleator. f. 532. sapius. Cœl. Rhodig.
L. 2. Lect. Ant. 10: *Zabulum*, inquit,
pro diabolo positum apud Hilarium
obseruauimus, ni forsan mendum
exemplarium est. At sic ed. opt. Ve-
ronensis et meæ membranæ anti-
quisf. in libr. de Trinit. Miror talia
Rhodigino excidisse. Melius Era-
smus in præf. ad Hilarium: Zabulis
pro diabolo non apud hunc tantum inue-
nitur et ex antiquitate ductum videri
potest, qua non solum in dictionibus
compositis, verum etiam extra com-
positionem Zc̄ usurpabat pro Diō.
Plura Barth. et alii ad Paullin. Vit.
Martini L. 2. v. 67. Ant. Velfer. ad
Fabrum de Zeta et Zetario f. dizeta
et diztario, epistola adiuncta ad L.
Pignor. de Seruis, ed. Amst. 1674.
p. 571-582. et ipse Pignorius p. 492.
Causaubonus contra Torrent. ad Suet-
ton. Claud. c. 10. Muncker. ad Ful-
gent. Virg. Contin. p. 150. Vossius
de Vitiis S. L. L. 3. c. 56. p. 643. Har-
duin. ad Plin. L. 5. in not. et emenda-
tion. sect. 3. n. IX. p. 632. Spanhem.

ad Callim. H. Dian. v. 97. p. 200.
Bün.

c) *corrumperet, vel disperderet*] Sic Bon. Tax. Pen. quinque Vatic.
Cauc. Pal. Reimm. Goth. Lipf. Angl.
Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque
78. item Isæus, Spark. Betul. rectis-
sime. vid. Epit. 29. 1. *corrumpes - dis-*
perderes. Recentiores Ven. 1493. 97.
Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph.
Tornæ. Thom. Parrh. Gall. *disper-*
geret. male. Bün.

d) *quod in exordio*] Edo quod ex
Bon. quinque Vaticanis, Tax. Pen.
Vltr. Lipf. 2. 3. Goth. Emman. Cant.
Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque
78. 93. 97. Paris. optimo sensu: *quod*
(sc. illud *corrumpere* et *disperdere*)
diabolus fecerat. Recentiorum Parrh.
Iunt. Ald. etc. est: *quos*. item Iunii,
Cauci. Sed pro me sunt illa in Epit.
27. 6: *quem a principio deceperat*.
Bün.

e) *in exordio rerum fecerat*] Sic li-
dem quinque Vatic. Bon. Tax. Pen.
Lipf. tert. Emman. Cant. vt cap. 13.
19. At alii codd. Vltr. Iun. Reimm.
Cauc. Lipf. secund. Goth. *rerum* o-
mittunt cum plerisque edd. Rost.
Ven. 1471-97. aliisque. Variat ipse
Lactantius sic sine addito *rerum*, de
Ira 10. 15: *ab exordio*. Contra L. 7.
Inst. 14. 6: *ab exordio mundi*. Apul.
XI. metam. p. 257: *primis rerum*
exordiis. Bün.

f) *ad tutelam cultumque*] Hæc ipse
exponit in Epit. 27. 9: *angelos misit,*
vt vitam hominum excolerent, eos-
que ab omni malo tuerentur. Bün.

g) *quia*

præcepit *s. b* ante omnia ; ne terræ contagione maculati, substantiæ cælestis amitterent dignitatem. scilicet id eos facere prohibuit, quod sciebat esse facturos, vt veniam sperare non possent. Itaque illos, cum hominibus commorantes, dominator ille terræ fallacissimus consuetudine ipsa paullatim ad vitia pellexit, et mulierum congressibus *i. k* inquinauit. Tum in cælum ob peccata, quibus se immerserant, non recepti, ceciderunt in terram. sic eos diabolus ex angelis Dei suos fecit satellites ac ministros. Qui autem sunt ex his procreati ; quia neque angeli, neque homines fuerunt, sed mediam quamdam naturam gerentes ; non sunt ad inferos recepti, sicut in cælum parentes eorum *l*. Ita duo genera *m* dæmonum facta sunt, vnum cæleste, alterum terrenum. Hi sunt immundi spiritus, malorum, quæ geruntur, auctores. quorum idem diabolus est princeps. Vnde Trismegistus illum *δαίμονιάρχην* vocat. Dæmonas autem grammatici dictos, arunt,

g) quia liberum arbitrium erat datum] Desunt hæc scriptis manu, Anglis, Goth. Lipf. Cell.

h) quibus præcepit] Ediderant recentiores sine examine: quibus (quia liberum arbitrium erat datum) præcepit. ego inclusa illa: (quia liberum arbitrium erat datum) proscripsi auctoritate codd. Angl. Reimm. Goth. Lipf. Iun. Cauc. Vltr. et Tornæz. MSS. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Betul. a quibus illa merito absunt. Sine vlla MSS. mentione receperant Gryph. 1541. Tornæz. 1548. Thomas. Itæz. et hos secuti recentiores. Bün.

i) et mulierum congressibus inquinatis] Error qui multis ecclesie vitis antiquæ hæsit, ex male intellecto loco Genes. VI. ortus. In ceteris quoque, quæ sequuntur de media natura, et generatione spirituum, castigazione opus est. Cell.

k) mulierum congressibus] Idem Tertull. Idol. c. 9. Cult. Fem. L. f. c. 2. Virg. Veland. c. 7. Cyprian. de Hab. Virg. f. m. 109. Commodian. Commonitor. p. 4. et plures tradunt. Vid. Kortholt. ad Iustin. Martyr. f. 19. et Suicer. Thesaur. Eccl. T. B. § 37-40. Bün.

l) sicut in cælum parentes eorum] Miratur Heumannus, tamdiu mendosum manere potuisse hunc locum, legendumque censet: sicut nec in cælum parentes eorum. Quum vero omnes scripti et editi in recepta conspirent. nihil corrigo, sed ex antecedentibus subaudio: non sunt recepti. Conf. n. 3. c. 17. 10. Epit. 27. 9. Sæpe ita Lactantius, e. g. L. 3. 11. 7: Quid diuisia? multo magis. subaudio: non sunt summum bonum. vbi alii fortasse dixissent: multo minus. L. 7. 9. 14: sic vita sine luce, repete: esse non potest. Bün.

m) duo genera] L. 1. 7. 11. Bün.

aiunt, quasi δαίμονας ⁿ, id est peritos, ac rerum scios ^o. hos autem putant deos esse. Sciunt illi quidem futura multa, sed non omnia; quippe quibus penitus consilium Dei scire non licet: et ideo solent responsa in ambiguos exitus temperare ^p.

7 Eos poetæ et sciunt esse dæmonas, et loquuntur. Hesiodus ita tradit ^r:

Οἱ μὲν δαίμονες εἰσι· Διὸς μεγάλα διὰ βελᾶς
ἔδδοι, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀμβροσίων.

8 Quod iccirco dictum est; quoniam custodes eos humano generi Deus miserat. sed ipsi, quum sint perditores hominum, custodes tamen se videri volunt, vt ipsi colantur, et Deus non

9 colatur ^s. Philosophi quoque de his dixerunt. Nam Plato etiam naturas eorum in Symposio exprimere conatus est. Et Socrates esse circa se adfiduum dæmona loquebatur; qui sibi a puero ^t adhæsisset, cuius arbitrio, et nutu sua vita regeretur. Magorum quoque ars omnis ac potentia horum ad-
10 spirationibus ^u constat. a quibus inuocati, visus hominum

præ-

ⁿ) quasi] δαίμονας] Vide Lips. Physiol. Stoic. I. c. 19. et Iac. Thomastii disq. 1: *Dæmonia, maligni, adiunctam ad disq. de Stoica mundi Exustione p. 27. n. 24. Bün.*

^o) rerum scios] Reimm. socios. male. Glos. Steph. scios, ἐιδώς. Laët. 3. 24. 10. prudentes et scios iunxit. Plura Schef-fer. et Burmann. ad Petron. c. 63: *mulieres plus scia.* Muncker. ad Hygin. fab. 92. p. 194. Borrichii Cogitat. p. 303. Nonius p. m. 456. in Laët. 3. 5. 6. nihil mutandum ostendo. Bün.

^p) in ambiguos exitus temperare] Imitatur Tertullian. Apolog. c. 22: *in oraculis quo ingenio ambiguitates temperent in euentus.* add. notas ad Minucium ed. Gronou. c. 25. p. 267. quem ab n. 7-14. maxime sequitur. Bün.

^q) Hesiodus ita tradit] Oper. et Dier. Lib. 1. v. 122. Cell.

^r) Οἱ μὲν δαίμονες εἰσι] La-

tine: *si quidem dæmones facti sunt Iouis magni consilio, boni, in terris versantes, custodes mortalium hominum.* Qui versus paullo aliter a Platone, Aristide, Plutarcho recensentur, de quo ὁ πᾶντι Græuius in Hesiod. consulatur. Cell.

^s) et Deus non colatur] Hæc non habent Bon. Tax. Lips. 1. 3. et possunt abesse. Bün.

^t) sibi a puero] Edidi, vti Betuleius habet, suadente Epitome c. 28. 2: *a prima pueritia.* Secutus videtur Tertull. de Anima c. 1: *Socrati aiunt dæmonium a puero adhæsisse.* Conf. Apolog. c. 22. Cicero aliquoties dixit: *a puero.* De Socrate plura ad Minuc. c. 26. not. et de hoc et geniis Schef-fer. ad Aelian. Var. Hist. L. 8. c. 1. et Fabricii Bibliograph. antiqu. p. 279. sqq. Bün.

^u) Magorum - adspirationibus] Vid. Tertull. Apolog. c. 22. et 23. maxime Minuc. c. 25. 9. 10: *Magi, quidquid miraculi ludunt, per dæmonas faciunt: illis*

præstigijs obcæcantibus fallunt, vt non videant ea, quæ sunt; et videre se putent illa, quæ non sunt. Hi, vt dico, spi-¹¹ritus contaminati, ac perditī per omnem terram vagantur; et solatium perditionis suæ perdendis hominibus operantur². Itaque omnia insidijs, fraudibus, dolijs, erroribus complent: ¹²adhærent enim singulis hominibus, et omnes ostiatim domos occupant, ac sibi geniorum nomen adsumunt: sic enim latino sermone dæmonas interpretantur. Hos in suis penetra-¹³libus consecrant; his quotidie merum profundunt³; et scientes, dæmonas venerantur, quasi terrestres deos, et quasi depulsores malorum⁴, quæ ipsi faciunt et irrogant. Qui, ¹⁴quoniam sunt spiritus tenues, et incomprehensibiles; insinuant se corporibus^a hominum; et occulte in visceribus operati ^{b. c}valetudinem vitiant, morbos citant^d; somniū animos ter-

illis adspirantibus et infundentibus præstigijs edunt, vel quæ non sunt, videri, vel quæ sunt, non videri. Bün.

x) solatium perditionis - operantur] c. 16. 9. - 10 - 20. c. 17. 10. Tertull. Apol. 22. pr. OPERATIO eorum est hominis eversio. Conf. Minuc. Fel. c. 26. Bon. et Lipf. 1: in solatium. Bün.

y) quotidie merum profundunt] Secutus sum inserta voce merum Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæs. 1548-1613. Betul. et recentiores Ifæus, Gall. Spark. Heumannus necessarium censuerunt. Sparkius quidem (secus ac Heumannus putat) in nullo MSS. inuenit, sed in corrupta lectione Ballion. enim profundunt, latere posse credidit. Thomasi coniectura loco profundunt legentis procumbunt refutatur ex huius loci Epit. c. 29. 3: his quotidie libatur, i. e. vinum, merum profunduntur. Neque alii, aut Lactantius absolute non addita voce: merum, vinum ponunt. Lact. 6. 1. 5: si focos vini profusione madefecerint. L. 6. 2. 1: Deo profundunt vina. Conf. de Mort. Persl. 37. 2: persusum mero. Notum ex Horatio aliisque poetis,

geniis, de quibus noster agit, vinum, merum profudisse. Horat. L. 3. Od. 17: Cras genium mero curabis. de Art. Poet. vinoque diuino placari genius cœpit. Persius Satir. 2: Funde merum genio. Bün.

z) quasi depulsores malorum - faciunt] Tertull. Apol. c. 22: Ladunt primo, dehinc remedia præcipiunt ad miraculum noua, suæ contraria. Post qua desinunt laderi, et curas se creduntur. Mimic. c. 27. 3. Cypr. Idol. Van. c. 4. 4: mox irrogant omnes, recte. Ven. 1471: irrigant, prauè. Bün.

a) insinuant se corporibus] Lipf. 2dus et Reimm. sine pronomine: insinuunt corporibus. Vid. quæ noto ad L. 7. 12. 30. Bün.

b) occulte in visceribus operati] Emman. et Goth. et Lipf. operati; vulgo editum operati. Cell.

c) occulte - operati] Sic rectius Bon. Tax. Cauc. Iun. Pal. Vltr. Goth. Lipf. Emman. Reimm. Betul. Ifæus, Gall. quam omnes edd. sæc. XV. cum Pier. Parrh. Crat. Iunt. Ald. Gymn. Gryph. Tornæs. operati. Conf. n. 11. Bün.

d) morbos citant] Per hoc verborum

tërrent ; mentes furoribus quatiunt ; vt homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere ^e.

XV. Quarum omnium fallaciarum ratio expertibus veritatis obscura est. Prodesse enim eos putant, quum nocere desinunt, qui nihil aliud possunt, quam nocere. Dicat fortasse aliquis, colendos esse ergo, ne noceant, siquidem possunt nocere. Nocent illi quidem ; sed iis, a quibus timentur, quos manus Dei potens et excelsa non protegit ^a, qui profani sunt a sacramento veritatis ^b. Iustos autem, id est cultores Dei metuunt. cuius nomine adiurati, de corporibus excedunt. quorum verbis, tamquam flagris verberati ^c, non modo dæmonas esse se ^d confitentur ; sed etiam nomina sua edunt, illa, quæ in templis adorantur, quod plerumque ^e coram cultoribus suis faciunt, non vtique in opprobrium religionis, sed honoris sui ^f : quia nec Deo, per quem adiurantur ;

rum, inquit Heumannus, *sine mora deleo*. Hic sane præpropere. Non habent tantum omnes libri, sed ipsa Epitome c. 28: *Irrepunt etiam corporibus, vt spiritus tenues, vitiatisque membris morbos conciuunt*. Minuc. Fel. 27: *MORBOS FINGVNT*, terrent mentes, membra *DISTORQVUNT*. Cyprian. Idol. Van. 4. 4. valetudinem frangunt, *MORBOS LACESSVNT*. Quod Cypriano *vale tudinem frangere*, Minucio *distorque*, illud nostro *vitiare*; quod Lactantio *morbos citare, concire*, Minucio est *ingere*, Cypriano *lacosere*. Conf. ad rem Tatian. Orat. ad Græc. §. 31. fin. p. 70. *Bün.*

e) ad - auxilia decurrere] not. L. 2. 4. 6. *Bün.*

a) manus Dei - protegit] phrasis nostro frequens. Vid. L. 7. 26. in fine verborum nequidquam suspectorum. et de Mort. Persl. 24. 5. *Bün.*

b) profani - a sacramento veritatis] vt c. 16. 13: *profani a veritate*. L. 7. 24. 10: *profani a sacramento*. Lib. 7.

2. 11. dicuntur *alieni a veritate*. *Bün.*

c) verbis - verberati] Sic L. 5. 9. 8. Plaut. Trucul. 2. 4. 17: *me illis quidem hac verberas verbis*. Cic. in Pison. 26: *si os tuum ferreum Senatus conuicio verberari noluisti*. vbi Abramus plura. *Bün.*

d) esse se] Hoc ordine nonnulli MSS. c. g. Lips. tert. Reimm. et Tornæs. 1587 - 1613. hinc recepi. de elegantia noto ad L. 3. 9. 18. *Bün.*

e) quod plerumque] Ediderant recentiores: *et quod*. eieci copulam auctoritate Lips. tert. Reimm. Ven. 1471. 72. vtriusque 78. 93. 97. Rost. Paris. Tornæs. vt oratio melius fluat ; idem Heumannus sentit. *Bün.*

f) non utique in opprobrium religionis, sed honoris sui] Ita constanter et recte libri omnes. Male igitur Isæus et Spark. sine libris in notis corrigunt: *non utique in opprobrium religionis ET honoris sui*. Omnino textus SED requirit. Lactantius hic secutus est Tertullianum, Minucium, Cy-

tur; nec iustis, quorum voce torquentur, mentiri possunt. Itaque, maximis sæpe vlulatibus editis, verberari se, et arde- 4
re, et iam iamque exire proclamant. Tantum habet Dei 5
cognitio, ac iustitia potestatis. Cui ergo nocere possunt, nisi 6
iis, quos habent in sua potestate? Denique adfirmat eos
Hermes, qui & cognouerint Deum, non tantum ab incurfisibus^{b. i}
dæmonum tutos esse; verum etiam ne fato quidem teneri,
μία, inquit, Φυλακή^k ευσέβεια. ευσεβῆς γὰρ ἀνθρώπων ἔ
δαίμων κακός, ἔτε εἰμαρμένη κρατῆ. Θεὸς γὰρ εἶσται τὸν
ευσεβῆ ἐκ παντὸς κακοῦ. τὸ γὰρ ἐν, καὶ μόνον ἐν ἀνθρώ-
ποις

Cyprianum. Clare Tertullianus in Apolog. c. 23: *Christum timens in Deo et Deum in Christo, subiiciuntur seruis Dei et Christi. Ita-corrupti etiam de corporibus nostro imperio excedunt inuisi et dolentes, et vobis presentibus erubescences. Credite illis, quum de se verum loquuntur, qui mentientibus creditis, nemo ad suum dedecus mentitur, quin potius ad honorem. Magis fides pro-na est aduersus semetipsos confitentes, quam pro semetipsis negantes.* add. de Anima c. 57. fin. Minuc. c. 27: *quid quid demonum colitis, victi dolore, quod sunt, loquuntur: nec vtique in turpitudinem sui nonnullis presentibus vestrum adfidentibus, mentiuntur. Ipsis testibus esse eos demonas de se verum confitentibus credite. Adiu-rati enim inuisi - inhorrescunt etc.* Cyprian. de Idol. Van. *Hi adiu-ratissimi cedunt et fatentur - videas illos nostra voce - flagris cedi - eiulare - de-precari; unde veniant - ipsis etiam, qui se colunt, audientibus, confiteri.* Vult igitur, demonas adiu-ratos confiteri se demonas non deos esse, et nomina edere, non in opprobrium religionis Christianæ, sed in oppro-brium honoris sui dæmoniacy; siue in suum dedecus, suam turpitudinem. Heumannus ex ingenio legit: *non in opprobrium religionis, sed honorem;*

quasi: *in honorem religionis vera.* Büñ.

g) *adfirmat eos Hermes, qui]* Sic omnes. *Eiicio eos,* inquit Heumannus. At est elegans traieccio. Sic Cicero pro Sulla c. 7: *Hic ait se ille, iudices, regnum meum ferre non posse.* Iustinus 5. 8. 4: *Negant se Spartani -- eruturos.* Ipse Lactantius L. 1. 1. 6: *Non est passus hominem Deus - errare.* Büñ.

h) *ab incurfisibus]* Cum Goth. et Lips. scribo: non vt editum, *incur-fionibus.* Cell.

i) *ab incurfisibus demonum]* Ita cum Reimm. Lips. et Goth. Rost. 1476. Ven. 93. 97. Paris. 1513. Præfero, quia scriptores sacri et noster constanter dicunt: *dæmonum incurfus.* Laët. 4. 27. 2 - 14. Tertull. Apolog. c. 37: *a demoniorum incurfisibus dico.* Cyprian. de simplic. Prælat. ed. Bas. f. 118: *contra incurfus atque impetus. altero incurfiones vtitur* Laët. 3. 23. 9: *ad incurfiones a suis corporibus arcendas.* Büñ.

k) μία, inquit, Φυλακή] Latine: *Vna custodia pietas. pium enim hominem nec demon malus, nec fatum tenet. Nam Deus liberat pium ab omni malo. Vnum enim et solum in hominibus bonum est pietas.* Cell.

l) η

ποις ἐστὶν ἀγαθὸν εὐσέβεια. Quid sit autem εὐσέβεια, alio loco his verbis testatur, dicens : ἡ γὰρ εὐσέβεια γνῶσις ἰ. m.
 7 ἐστὶ τῆ Θεοῦ. Asclepius * quoque auditor eius, eandem sententiam latius explicauit ° in illo sermone perfecto, quem
 8 scripsit ad regem. Vterque vero dæmonas esse adfirmat inimicos, et vexatores hominum : quos ideo Trismegistus ἀγγέλως πονηρῶς adpellat. adeo non ignorauit, ex cælestibus deprauatos esse cæpisse.

XVI. Eorum inuenta sunt astrologia, et aruspicina, et auguratio, et ipsa, quæ dicuntur oracula, et necromantia °, et ars magica, et quidquid præterea malorum exercent homines vel palam, vel occulte ; quæ omnia per se falsa sunt, vt Sibylla Erythræa testatur :

ἐπεὶ πλάνη πάντα ἂ τὰδ' ἐστὶν,
 ἄπερ ἄφρονες ἄνδρες ἐρευνῶσι κατ' ἡμᾶρ.

2 Sed iidem ipsi auctores præsentia sua faciunt, vt vera esse credantur. Ita hominum credulitatem mentita diuinitate^c deludunt ; quod illis verum aperire non expedit. Hi sunt, qui imagines et simulacra fingere docuerunt ; qui, vt hominum mentes a cultu veri Dei auerterent^d, effictos mortuorum regum

1) ἡ γὰρ εὐσέβεια] Latine: Pietas enim notitia Dei est. Cell.

m) εὐσέβεια - γνῶσις] Reimm. versio: Pietas enim notio Dei est. Ipse Lactantius hæc ita vertit L. 5. 14. 11: Pietas autem nihil aliud est quam Dei notio. et L. 3. 9. 19: Pietas nihil aliud est, quam Dei parentis agnitio. Bün.

n) Asclepius - in sermone perfecto] Hic tribuit Asclepio, at L. 4. 6. 4. et L. 7. 18. 3. Hermeti. Scilicet est dialogus Hermetis cum Asclepio habitus, Conf. Fabric. Bibl. Gr. L. 1. c. 8. pr. Bün.

o) latius explicauit] Lipf. sic: at Emman. et Goth. explanauit: non inepte. Cell.

a) necromantia] Hoc rectum, aut

vt vtraque 1478: necromantia, sicut est in MS. Taurin. in h. l. Epit. c. 28. vbi merito defendit Dauisius. Conf. Fabric. Bibliogr. Antiqu. p. 416. c. 12. At prae Lipf. 2. 3. Reimm. Sublac. Rost. Nigromantia, Nigromantia, Bün.

b) ἐπεὶ πλάνη πάντα] Latine: Quia hæc omnia erronea sunt, quæ stulti homines scrutantur quotidie. Cell.

c) mentita diuinitate] n. 5. L. 4. 27. 17. Cic. 4. Tusc. 24. Conf. Duker. Latin. ICt. p. 382. et Heusinger. ad Vechner. p. 112. Bün.

d) auerterent] Sic rectius, quam Lipf. 2d. auerterent. Vid. n. 9. et not. L. 4. 27. 16. Bün.

e) effi-

gum vultus *e. f.*, et ornatos exquisita pulchritudine statui consecrarique fecerunt; et illorum sibi nomina, quasi personas aliquas induerunt *z.* Sed eos magi, et ii, quos vere male- 4
ficos *b* vulgus adpellat, quum artes suas execrabiles exercent, veris suis nominibus cient *i*, illis cælestibus, quæ in litteris sanctis leguntur. Hi porro incesti ac vagi spiritus, vt turbent 5
omnia, et errores humanis pectoribus offundant *k. l.*, serunt, ac miscent falsa cum veris. Ipsi enim cælestes multos esse fin-
xerunt, vnumque omnium regem Iouem; eo quod multi sunt spiritus angelorum in cælo, et vnus parens, ac dominus omnium Deus: sed veritatem, mentitis nominibus inuolutam, 6
ex oculis abstulerunt. Nam Deus, (vt principio docti *m.*) neque nomine, quum solus fit, eget: neque angeli, quum sint immortales, dici se deos aut patiuntur, aut volunt. quorum vnum, solumque officium est seruire nutibus Dei *n*; nec
omni-

e) effictos mortuorum regum vultus] MSS. Emman. Goth. Lipf. *effictos*; perperam vulgatum et *fiçtos*. Cell.

f) effictos] Merito ex MSS. restituit Cellarius, vbi in omnibus editis meis: et *fiçtos*. Bün.

g) induerunt] Sic eleganter Vaticanus, Vltr. Iun. Cauc. Reimm. Goth. Lipf. 2. Angl. vtraque 78. 93. 97. Paris. Parrh. Iunt. Ald. Gymn. Gryph. aliz. At Bon. alter et Cotton. *induxerunt*. Sublac. et Rost. *indicerunt*, male. Ven. 1471; *indicerent*, peius. Laët. 4. 30. 10: *vocabula induerunt*, i. e. nomina. Est Ciceronis et Liuii *nomen induere*. Conf. Cic. 2. Fin. 22. L. 5. Tusc. 26: *Epicurus induit personam philosophi*. add. Burmann. ad Quintil. I. Inst. c. 1: *falsam sibi persuasionem scientia induerunt*. Bün.

h) magi, et ii, quos vere maleficos] Constantinorum ætate *malefici* dicebantur, qui magicis artibus damna aliis inferrent. Lege 5. C. de maleficis et mathematicis, Constantio A. et Iuliano Cæf. coss. *Nemo aruspicum consulat, aut mathe-*

maticum, nemo arivolum, augurum et vatum prava confessio conticefcas. Chaldæi ac magi, et ceteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus adpellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. Adde Leg. 8. eodem titulo. Cell.

i) cient] Notum in talibus verbum. Vid. not. L. 4. 27. 18. 19. Bün.

k) offundans] Goth. ita: Lipf. *offundunt*: alii *infundant*. Cell.

l) offundans] Sic Bon. alter Pen. Pal. Iun. immo et vnus Lipf. et Botut. recte in coniunct. At vtraque 1478. Paris. *offundunt*. (lapsus in indicat. est.) Lipf. 2. Reimm. Sublac. Rost. peius: *effundunt*. Ven. 1493: *ineffundant*. Ven. 1497. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæz. Thom. et seqq. *infundant*. Vindici-vi: *offundere* ad Laët. 2. 1. 13. Bün.

m) vt principio docui] Lipf. 2. Rost. vtraque 78: *vt in principio*. Vid. L. 1. 6. 4. 5. c. 7. 5. Bün.

n) seruire nutibus Dei] vt L. 1. c. 3. 22. Bün.

o) nisi

7 omnino quidquam, nisi iusfu facere ^o. Sic enim mundum regi a Deo dicimus, vt a rectore prouinciam: cuius adparitores nemo socios esse in regenda prouincia dixerit; quamuis
 8 illorum ministerio res gerantur. Et hi tamen possunt aliquid præter iusfa rectoris, per ipsius ignorantiam, quæ est conditionis humanæ: ille autem præses mundi, et rector vniuersi, qui scit omnia, cuius diuinis oculis nihil seprum est; solus habet rerum omnium cum filio suo ^{p. q} potestatem: nec
 9 est in angelis quidquam, nisi parendi necessitas. Iraque nullum sibi honorem tribui volunt; quorum omnis honor in Deo est: illi autem, qui desciuerunt ^r a Dei ministerio, quia sunt veritatis inimici, et præuaricatores Dei ^s, nomen sibi et cultum deorum vindicare conantur: non quod ^t vllum honorem desiderent, (quis enim honor perditis est?) nec vt Deo noceant, cui noceri non potest; sed vt hominibus: quos nituntur a cultu ^{u. x} et notitia veræ maiestatis auertere, ne immortalitatem adipisci possint, quam ipsi sua nequitia perdid-
 10 erunt. Offundunt itaque tenebras, et veritatem caligine obducunt; ne dominum, ne patrem suum norint: et vt illiciant, fa-

o) nisi iusfu facere] Bon. nisi iussum. Lipf. i. Pen. Reimm. nisi iusfa. Ven. 1471. Sublac. et Rost. nisi iusfa. Ven. 1493. 97. Paris. nisi iusfu eius facere. vtraque 78: nisi iusfu facere. præfero ob variationem n. 8. vt hic legitur. Sic Mort. Perf. 18. 11: nihil faciunt, nisi iusfu meo. Bün.

p) cum filio suo] Hæc verba absunt ab Emman. et Goth. codicibus, vt superaddita videantur: sunt tamen in aliis: et in Lipf. cum filio, sine pronomine Cell.

q) cum filio suo] Habent Bon. Tax. Pen. duodecim Vaticani, Lipf. Reimm. cum filio potest. Cant. cum edd. antiquis: cum filio suo. At Cauc. Vltr. Pal. Emman. Goth. non habent. Possent h. l. certe abesse. Bün.

r) desciuerunt] Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Paris. desciuerunt. minus recte. Bün.

s) præuaricatores Dei] L. 6. 7. 5. Bün.

t) non quod] Lipf. tert. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97: non quo. nec male. Reimm. non quo illum. in marg. non quod vllum. Bün.

u) quos nituntur a cultu] Editum cultura; sed scripti Emman. Goth. Lipf. cultu. Cell.

x) a cultu auertere] Sic cum MSS. Reimm. C. C. C. Ven. vtraque 78. Gymn. Betul. et Tornæs. 1587-1613. Conf. n. 9. Optime. Eodem tamen sensu vsus est altera voce L. 5. 7. 2: Dei vnicipia et religio cultura, quæ variat L. 3. 28. 1: Dei religiosus ac pius cultus. Epit. c. 23. 1: de ritibus factorum culturisque. Et ante nostrum Minuc. Fel. c. 23. 9: vt nec (sentiat) de vestra veneratione culturam. Bün.

y) præ-

facile in templis se occulant, et sacrificiis omnibus præsto ad-
sunt ⁊; eduntque sæpe prodigia, quibus obstupefacti homi-
nes, fidem commodent ⁂ simulacris diuinitatis, ac numinis.
Inde est, quod ab augure ^a lapis nouacula ^b incisus est; quod ^c Iuno
Veiensis migrare se Romam velle respondit; quod For-
tuna muliebris periculum denuntiavit; quod Claudie manum
navis secuta est; quod in sacrilegos et Iuno nudata, et Locren-
sis Proserpina, et Ceres Milesia vindicauit; et Hercules de Ap-
pio, et Iuppiter de Atinio, et Minerua de Cæsare: hinc, quod
serpens urbem Romam pestilentia liberauit Epidauro arces-
sus. Nam illuc *δαίμωνιάεχης* ipse in figura sua sine vlla dis-
simulatione perductus est. siquidem legati, ad eam rem mis-
si, draconem secum miræ magnitudinis aduexerunt ^d. In ora-
culis autem vel maxime fallunt, quorum præstigias profani
a veritate ^e intelligere non possunt: ideoque ab illis adtribui
putant et imperia, et victorias, et opes, et euentus prosperos
rerum; denique ipsorum nutu sæpe rempublicam periculis
imminentibus liberatam: quæ pericula et responsis denuntia-

VE-

y) *præsto adsunt*] Iterum cum com-
posito L. 3. 7. 10: *quum præsto adsit*.
Sic Curtius L. 7. 1. 4: *edicit ut præ-
sto adforent*. Iustin. L. 1. 6. 4. e MSS.
Modii, ad sensu Berneggeri: *iubet
omnes præsto - adesse*. Vorstio quia
præsto antecedit, simplex rectius
videbatur. Sed hæc ratio nulla est.
Vid. Terent. Eunuch. 5. 8. 20. Lu-
cretius L. 5. 1481: *Nam quod adest
præsto*. Immo et Cæro L. 4. Fam.
ep. 8: *adsum præsto*, quod in antiquis
libris inuentum defendit Manutius,
confirmant Gruterus et Gebhardus.
Bün.

z) *fidem commodent*] L. 7. 1. 15. L. 1.
L. 22. Bün.

a) *ab augure*] Bonon. et Iun. *ab
arspico*. male. Vid. L. 2. 7. 8: *sum-
mus augur*. Bün.

b) *inde est, quod ab augure lapis
nouacula*] De hoc et sequentibus

*exemplis actum cap. 7. huius libri.
Cell.*

c) *quod Iuno*] Secutus hic sum
Reimm. et Tornæ. 1587-1613. vt sit
anaphora, cuius est studiosus. Vid.
n. 14. *si-si-si*. c. 18. 6: *hic-hic-hic-
-hic*, et sæpius. Idem sentit Heu-
mannus. Plerique omnes: *et quod
Iuno*. Mox Emman. *hinc est, quod
bene*. Bün.

d) *aduexerunt*] Emman. et Goth. e-
leganter: *aduexerunt*. Recte vidit
Torrenius in Valer. Maxin. L. 1.
c. 8. n. 2. vna voce legendum: *urbi
se nostra aduehendum restituit*. vbi
hæc fabula vberius exponitur. Hinc
recepti pro vulg. *arsulerunt*. Sæpe
Cicero et alii: *uehi, aduehi nani*.
Conf. Lact. 1. 11. 19. L. 2. 7. 12: *nani,
qua uehebatur*. Bün.

e) *profani a veritate*] not. c. 15. 2.
L. 7. 24. 10. Bün.

f) de-

14 verint, et, sacrificiis placati, auerterint *f*. Sed omnia ista fallaciæ sunt. nam quum dispositiones & Dei præsentiant, quippe qui ministri eius fuerunt; interponunt se in his rebus, vt, quæcumque a Deo vel facta sunt, vel fiunt, ipsi potissimum facere, aut fecisse videantur: et quoties alicui populo, vel vrbi secundum Dei statutum ^{b. i} boni quid impendet, illi se id facturos vel prodigiis, vel somniis, vel oraculis pollicentur; si sibi templa, si honores, si sacrificia tribuantur. quibus datis, quum illud acciderit, quod necesse est, summam sibi pariunt
15 venerationem. Hinc templa deuonentur, et nouæ imagines consecrantur; mactantur greges hostiarum. sed quum hæc facta sunt; nihilo minus tamen et vita, et salus eorum,
16 qui hæc fecerint, immolantur ^k. Quoties autem pericula impendent; ob aliquam se ineptam et leuem causam profitentur iratos; sicut Iuno Varroni, quod formosum ^l puerum in

f) denuntiauerint - auerterint] Goth. in coniunct. denuntiauerint - auerterint. Bene. Etiam Reimm. auerterint. Büin.

g) dispositiones] L. 1. 1. 5. L. 4. 10. 1. 2. Tertull. Apolog. 22: Sic et auctores interdum videi volunt eorum, quæ adnuntiant - dispositiones etiam Dei, et tunc prophetis concionantibus exceperunt et nunc lectionibus resignantibus carpunt. Büin.

h) secundum Dei statutum] Statutum, quod ille statuit et decreuit de vrbe, de populo; vt verbo dicam, fatum et prouidentia. MSS. autem statutum habent, vbi vulgati statum. Cell.

i) statutum] Sic iam ediderant Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Iunt. Gymn. Crat. et omnes Tornæz. 1548. 1613. cum vers. Gall. selon le statut et ordonnance diuino. Vid. L. 1. 11. 14. et L. 7. 25. 8: si statuta eius (Dei) et placita differri possunt. Altera lectio: statum, incongrua. Büin.

k) consecrantur - - immolantur]

Heumannus legit: consecrantur, et greges hostiarum immolantur. Delet igitur tamquam glossema verba: Mactantur -- sed quum hæc facta sunt, nihilominus tamen et vita et salus eorum, qui hæc fecerint. Quæ quum in MSS. et edd. omnibus deprehendam, non ausim ea Lactantio abudicare, maxime quum idem dicant, quod illa L. 5. 20. 1: adorant itaque hostes suos latrones, et interfectores suos victimis placant, et animas suas cum ture ipso cremandas aris detestabilibus imponunt. Büin.

l) formosum] Frustra Gallzus contra omnes codices MSS. et editos mauult famosum legere, ratus ex forma iræ causam dari non posse. Enimuero Iunonem neque histriónis infamia vsfit, neque, vt Vorstius ad Valerium vult, in contumeliam Iouis id factum, sed alterum Ganymedem verebatur, vt hic expressè n. 17. legitur, quem ob ipsam pulcritudinem Iuppiter rapuerat. L. 1. 10. 12. c. 11. 19. 29. Zelotypia igitur fuit iræ causâ. Accedit, quod Val.

Max,

in *tenſa Iouis* ad *exuuias tenendas* collocarat: et ob hanc cauſam Romanum nomen apud Cannas pene delerum eſt. Quod ſi Iuno alterum *Ganymodem* verebatur; cur iuuentus Romana luit pœnas? vel ſi dii tantummodo duces curant, ceteram multitudinem negligunt; cur Varro ſolus euasiſt, qui hoc fecit? et Paullus, qui nihil meruit, occiſus eſt? Videlicet nil tunc Romanis accidit *fatis Iunonis iniquæ*; quum

Ad-

Max. L. I. c. I. hiſtrionem *eximia* facie puerum dicat, et Guyetus hiſtrionem exponit *ἑξαιδον*. adde Cuperum in Harpocrate ed. in 4t. p. 134. fin. *Bün.*

m) in *tenſa Iouis*] Goth. in *tenſa*. Reimm. in *tenſa*. Lipf. 2d. in *tenſa*. Lipf. tert. Bon. Iun. Tax. Pen. XII Vatic. cum Sublac. Roſt. Ven. 1471-97. et pluribus: in *templo*. Emman. in *tenſeja* (tribus e). Cauc. *tenſeja*. Vltr. *Conſeja*. hinc receperunt recte Gall. Spark. in *tenſa*, ita etiam hic legit Dukerus ad Flor. L. 4. c. 2. 91. p. 785. add. Pitife. ad Sueton. Czſ. 76. n. 2. et eundem in Lex. Ant. Rom. T. 2. f. 950. Scriptores, qui de circumgeſtatis ſolemni pompa deorum imaginibus traſtant, iudicat Fabricii Bibliogr. Antiqu. p. 257. Tertull. de Spectac. c. 7. fin. *Si unam tenſam trahat Iouis-plauſtrum eſt*. Egregie noſtrum Laët. locum illuſtrat Cuperus in Harpocrat. ed. in 4t. p. 134. ſq. *Bün.*

n) in *tenſa Iouis ad exuuias tenendas*] Scripti omnes, *exuuias*, non, ut vulgati, *excubias*. In ſuperiore voce diſcrepant, ut tamen *tenſa* ex veſtigiiſ adpareat. Emman. enim in *tenſeja*, Lipf. *intenſa*; e quibus *facilius in tenſa colliges*, quam quod in vulgatis eſt, *in templo*. *Tenſa* autem, ſive *thenſa*, ſunt vehicula deorum, quibus in Circum deducebantur. Suctonius Aug. 43: *Accidit votiuiſ Circenſibus, ut, correptuſ valetudine, lætica cubans, tenſaſ deduceret*. Idem, Vespaf. c. 5: *Nero*

monituſ. per quidem, ut tenſam Iouis opt. max. e ſacrario in domum Veſpaſiani, et inde in Circum deduceret. Cell.

o) ad *exuuias tenendas*] Iſcus et Gall. *excubias* irrepiſſe putant, quia in MSS. antiquiſ *EXVBIAS* vel *EXSVBIAS*, pro: *EXVVIAS* ſcriptum fuerit. pro V enim veteres B, et vice verſa ſcribere ſolebant. Recte. exempla dantur ad Epitom. c. 2. Rycquius de Capitolio Rom. c. 19. p. 194. ſq. *exuuias* haſ interpretatur *Iouis ornatum triumphalem*, ſive *rogam palmatam pictam*. Veteres edd. Roſt. Ven. 1471-97. Paris. Iunt. Ald. Gymn. ad *exuuias*. cum Reimm. Vid. Cuper. c. I. *Bün.*

p) *cur Varro ſolus euasiſt*] Terentiuſ Varro, conſul, euasiſt ex Cannenſi proelio. Cell.

q) *qui nihil meruiſt*] i. e. nihil fecit pœna dignum. Eleganter. Cic. ad Brutum ep. 15: *videtur crudele, quod ad liberos, qui nihil meruerunt, pœna peruenit*. Iterum Laëtianuſ L. 5. 10. 13. *boni NIHIL TALE creduntur MERERI, quale ſape patiuntur*. *Bün.*

r) *fatis Iunonis iniquæ*] Conſuetum Iunonis epitheton. Virg. 1. Aen. 668: *odiſ Iunonis iniquæ*. Ouid. Her. ep. 9. 45: *Arbiter - ira Iunonis iniquæ*. L. 7. Metam. 520: *ira - Iunonis iniquæ*. item Lib. 9: *Quæ donare capuſ Iunoni vellet iniquæ*. Hic expreſſit Virg. 8. Aen. 292: *fatiſ Iunonis iniquæ*. *Bün.*

S

s) duo

Annibal duos exercitus ⁊ populi Romani et astu et virtute con-
18 fecit. Nam Iuno audere non poterat ⁊ aut Carthaginem
defendere, vbi arma eius, et currus fuit ⁊; aut Romanis nocere,
quia

*progeniem Troiano a sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quae verteret arces.*

19 Sed illorum sunt isti lusus, qui, sub nominibus mortuorum
delitescunt ⁊, viuentibus plagas tendunt. itaque siue illud
periculum, quod imminet, vitari potest; videri volunt id placati
auertisse: siue non potest; id agunt, vt propter illorum
contemptum accidisse videatur. ita sibi ⁊ apud homines, qui
20 eos nesciunt, auctoritatem, ac timorem pariunt. Hac ver-
sutura, et his artibus notitiam veri ac singularis Dei ⁊ apud
omnes gentes inueterauerunt ⁊. Suis enim vitijs perditis, sæ-
21 viunt, et grasantur ⁊, vt perdant. Iccirco etiam humanas
hostias excogitauerunt ipsi hostes humani generis, vt quam
multas ⁊ deuorarent animas ⁊.

XVII.

s) *duos exercitus*] Sola Ven. 1497: *duo exercitus*, vt idem liber in de Opif. 10. 25: *duo articulos*. Hic non recipio, licet alias rectum in acc. vt sæpe Gronou. et Græuius monuere. Bün.

t) *audere non poterat*] Heumannus recte exponit: *non audebat*. Singularis tamen dictio; licet *audere* pro posse; et posse pro *audere* interdum ponant veteres. Vid. Broukhuf. ad Propert. I. 15. 37. p. 64. sq. Bün.

u) *vbi arma eius, et currus fuit*] Ex principio Aeneidos I. vnde et, qui sequuntur, versus sunt *Progeniem Troiano* etc. Cell.

x) *sub nominibus mortuorum delitescunt*] Sequitur Tertull. Apol. c. 21: *contraria diuinitas, delitescens sub nominibus et imaginibus mortuorum, quibusdam signis et miraculis et oraculis fidem diuinitatis operatur*. et de Spectac. c. 10. Bün.

y) *ita sibi*] Sic Bon. Tax. Pen. Cauc. Pal. Iun. Vltr. Lipf. Goth. me-

lius quam vett. edd. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. alix: *itaque*. Bün.

z) *singularis Dei*] Vid. L. 1. 8. 4. not. Bün.

a) *inueterauerunt*] Sic libri. Weinrich. in glossa ad Lact. Parrhas. marg. correxerat: *inuerterunt*. male. Conf. Lib. 2. 1. 1: *inueterata persuasione*. L. 2. 19. 1: *inueteratos errores dixit*. de actiuo conf. Pitisc. ad Curt. 10. 3. 13. Bün.

b) *grasantur*] Rectius sic Emman. Lipf. et alii MSS. quam edd. multæ Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 97. Thom. et alix: *crasantur*. peius Ven. 1493: *crasantur*. G et C sæpe in libris confunduntur. Conf. L. 5. 3. 5. Cyprianus L. 2. ep. 2. ad Donatum: *vt in omnem aduersarii grasantis (dæmonis) exercitum - dominetur*. Bün.

c) *quam multas*] Vid. not. L. 1. 5. 28. Bün.

d) *deuorarent animas*] Vid. not. L. 5. 19. 1. et c. 20. 1. L. 7. 11. 2. Bün.

a) Va

XVII. Dicit aliquis : Cur ergo Deus hæc fieri patitur, nec tam malis succurrit erroribus ? Vt mala cum bonis pugnent : vt vitia sint aduersa virtutibus : vt habeat alios, quos puniat ; alios, quos honoret. Vltimis enim temporibus statuit de vivis ac mortuis iudicare : de quo iudicio mihi erit in vltimo libro disputatio. Differt ergo, donec veniat temporum finis ; quo effundat iram suam in potestate, ac virtute cælesti, sicut *vatum prædicta piorum* ^a *terribili monitu horrificant* ^b. Nunc autem patitur homines errare, et aduersum se quoque impios esse, ipse iustus, et mitis, et patiens : nec enim fieri potest, vt non is, in quo perfecta sit virtus, sit etiam perfecta patientia. Vnde quidam putant, ne irasci quidem Deum omnino ; quod adfectibus, qui sunt perturbationes animi, subiectus non fit : quia fragile est omne animal, quod adficitur et commouetur. quæ persuasio veritatem atque religionem funditus tollit. Sed seponatur interim locus hic nobis de ira Dei disserendi ; quod et vberior est materia, et opere proprio latius exsequenda. Illos ergo nequissimos spiritus quisquis veneratus fuerit, et secutus ; nec cælo, nec luce potietur ; quæ sunt Dei : sed in illa decider, quæ in distributione rerum attributa esse ipsi malorum principi, disputauimus, intenebras scilicet, et inferos, et in supplicium sempiternum. Docui, religiones deorum triplici modo vanas esse : vno ^{d, e}

quod

a) *vatum prædicta piorum*] Sic edo ex MSS. Cauci et Emman. diuersis typis. quod hic aptius : testatur quoque Pierius in Virgillii L. 4. Aen. v. 464. 465. (vnde hæc hemistichia sumit Lactantius, quod iam viderat Iseus,) plura antiqua exemplaria legere PIORVM, nec aliter Seruius inuenit. Est hoc receptum epitheton. Sic Virg. 6. Aen. 662: *Quique pii vates*. Silius Ital. L. 6. 288: *Nec tacuere pli vates*. Non tamen plane damno priorum. Saepe etiam in his vocibus libri variant. Conf. Fabricii præfat. ad L. 5. Bibl. Gr. part. secundæ, vbi priorum alii scriptori vindicauit. *Bün.*

b) *horrificant*] Krebsius in Disf. de Stilo Lact. et Walch. in notis et indice vocum Lactantii hanc vocem ad eius singularia ex poetico stilo referunt, inmemores esse ipsa, vt dixi, hemistichia Virgillii. *Bün.*

c) *disputauimus*] L. 2. 9. 3. 4. *Bün.*
d) *triplici modo vanas esse: vno*] In leui re variant libri. Vulgares, *triplici ratione vanas esse: vna.* cod. Emman. *tribus modis*. Nos sequimur MSS. Goth. et Lips. et ed. Rom. *Cell.*

e) *triplici modo - vno*] In altero Bonon. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Thomas. et sequaces: *tri-*

quod simulacra ista *f*, quæ coluntur, effigies sint hominum mortuorum: esse autem *g* peruersum et incongruens *h*, vt simulacrum hominis a simulacro Dei colatur; colit enim quod est deterius *i* et imbecillius: tum inexpiabile facinus esse; deferere viuentem *k*, vt defunctorum monumentis seruias; qui nec vitam, nec lucem dare cuiquam possunt, qua ipsi carent: nec esse alium quemquam Deum, præter vnum, cuius iudicio ac potestati omnis anima subiecta sit. Altero, quod ipsæ imagines sacræ, quibus inanisissimi homines *l* seruiunt, omni sensu careant *m*, quoniam terra sint. Quis autem non intelligat, nefas esse, rectum animal curuari, vt adoret terram *n* quæ iccirco pedibus nostris subiecta est, vt calcanda nobis, non adoranda sit: qui sumus ideo excitati ex ea, statumque *n* subli-

mem

plici ratione - vna - altera - tertia.
 Sed perperam omnes. Rectius MSS. Lipf. Goth. Reimm. et alii cum Ven. 1493. 97. Paris. Betul. Tornæs. 1587-1613. Walch. *triplici modo.* (licet perperam Tornæs. et Walch. *vna, altera, tertia.*) Poterant se expedire, si attente legisent fecit. 12: *religiones istas tot modis esse vanas, quibus dixi.* Fortè tamen est omnium verissima lectio codicis Emman. qui habet: tribus modis *vanas esse - vno modo - altero - tertio.* Nam ita aliquoties Cicero L. 1. Diuin. c. 30: Sed tribus modis - vno, quod - altero, quod - tertio, quod. L. 3. Nat. Deor. c. 7: *quatuor modis - esse notiones. Vnus is modus est. Alter - tertius.* Iuvenes hic discant: *vnus - alter - tertius*, pro notiori: *primus, secundus, tertius.* Bün.

f) simulacra ista] Sic edidi ex altero Bonon. Tax. Vltr. Lipf. tert. Heumanno adstipulante. Conf. L. 2. 2. 9. fqq. Bün.

g) Esse autem] Scribo infinitiuo modo auctoritate Bonon. Tax. Pen. Iun. Vltr. Goth. Lipf. 2. 3. Reimm. et Heumannii. Sequitur enim n. 7: *esse - esse.* Bün.

h) incongruens] Cotton. Tornæs. 1587-1613: *incongruum.* Nihil mutò. vid. L. 3. 8. 35. Bün.

i) colit enim quod est deterius] MS. Tornæs. ad marg. 1587-1613: *colitur enim quod est deterius.* pita, quum ab homine simulacrum colitur. Heumannus *colit enim* etc. sic exponit: *hoc est: colere alterum solum ac debet id, quod est deterius.* Mihi sensus Lactantii videtur esse: *Simulacrum Dei homo colit, i. adorat simulacrum hominis, quod est ipso homine deterius et imbecillius.* Bün.

k) deferere viuentem] L. 6. 13. 13^o L. 2. 10. Bün.

l) inanisissimi homines] Reimm. et Tornæs. 1587: *vanisissimi.* Satis hic aptè. Bün.

m) sensu careant] Sic edidi ex Goth. pro editorum *careant.* et vidit Heumannus, vt conueniat cum n. 6: *quod sint.* et n. 8: *quoniam sint.* addo n. 10: *quod - volutensur - possint - perdant.* His respondet Epitome c. 30: *quod simulacra insensibilia - sint.* Bün.

n) excitati ex ea, statumque] Ita, inquit Thomasius, *habet antiquus codex, (Bonon.) cum quo rursus Vaticanani concordant - quod si legamus et ex-*
 co,

mem præter ceteras animantes ^o accepimus, vt non reuoluamur deorsum, nec hunc cælestem vultum proiciamus ad terram; sed oculos eo dirigamus, quo illos naturæ suæ conditio direxit, nihilque aliud adoremus, nihil colamus, nisi solius artificis ^p parentisque nostri vnicum ^r numen ^r, qui propterea hominem rigidum ^r figurauit, vt sciamus nos ad superna et cælestia prouocari. Tertio, quod spiritus, qui præfunt ipsis religionibus, condemnati et abiecti a Deo, per terram volutentur: qui non tantum nihil præstare cultoribus suis possint; quoniam rerum potestas penes vnum est; verum etiam mortiferis eos illecebris et erroribus perdant; quoniam hoc illis quo-

eo, non video ad quid referri possit. Sic quoque, vt edimus, Goth. et Tornæs. ab 1587 - 1613. Prope a vero Lips. 2d. *ideo excitati, vt ex ea Lips. tert. a Deo excitati, et ea statum sublimem.* Ifæus Thomasio contrarius dicit, Bon. Tax. et aliquot Vaticanos legere: *ex eaque statum.* Gallæus in variis Lectionibus idem tradit, at in ipsis notis omnia turbat. Reimm. vtraque Ven. 1478: *et ex ea.* At Subl. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. Pier. Parrh. Ald. Gymn. Gryph. Betul. aliarque edd. *et ex eo.* Quæ lectio non ita absurda est vt Thomasio visa: Nam *ex eo* interdum idem significat, quod *ideo*. Sic ipse Lactantius L. 5. 3. 6: *Verum tu forsitan ex eo credidisti, quia vos - Mariæ consecrasti.* Conf. L. 5. 12. 12. et L. 3. 8. 9. Res eodem redit. Attamen vt hic *excitatum ex ea* (terra), sic L. 2. 1. 15: *ex humo subleuatum.* L. 7. 9. 11: *ab humo excitatum.* L. 7. 5. 6: *adleuatum ex humo - excitasse dixit.* Bün.

o) præter - animantes] i. e. præ ceteris animantibus. vid. not. L. 1. 7. 1. hæc pertinet de Ira 14. 2. Bün.

p) nisi solius artificis] Quam apte

hoc redditum e manu scriptis, vbi alii *solum* referunt? quid enim est *solum vnicum*? Cell.

q) nisi solius - vnicum] Sic Bon. Tax. Pen. Ultr. Pal. Lips. Goth. Reimm. quinque Sparkii, et Eman. Ven. 1493. 97. Paris. et Tornæs. 1587 - 1613. et Ifæus. Optime. MS. Cauci et Sublac. Ven. 1471. 72. vtraque 78. etiam Rost. 1476. (secus ac Heumannus vult), Parrh. Iunt. Ald. Gymn. Gryph. Betul. *nisi solum nostri vnicum*; quod merito Cell. reiecit, defendit Heumannus addito ex ingenio ET: *solum - et vnicum.* Melius sane. Non solet tamen ita disiungere, præterea semper *solus*, vt notius, alteri *vnus* subiungere. e. g. L. 2. 1. 15: *parens noster ille vnus et solus.* c. 16. 6: *vnum solumque officium.* et L. 2: *vnum ac solum Deum.* Epit. 25. 1: *vnum et solum Deum nouerant.* Bün.

r) vnicum numen] Bon. Tax. Pen. Iun. Ultr. Lips. tert. Goth. Reimm. *unicum nomen.* Vid. not. 2. 1. 10. Bün.

s) rigidum] Sic omnes recte, præter primam Ven. 1478: *regidum.* prave. illustraui ad L. 2. 1. 17: *vobis - rigidis ac stantibus.* Bün.

quotidianum est opus ^r, tenebras hominibus obducere ^s, ne
¹¹ quæratur ab illis verus Deus. Non igitur colendi sunt;
 quia sententiæ Dei subiacent. Est enim piaculum maximum,
 addicere se potestati eorum, quibus, si iustitiam sequare, po-
 tentior esse possis ^s, et eos adiuratione ^y diuini nominis ex-
¹² pellere, ac fugare. Quod si adparet, religiones istas tot
 modis esse vanas ^s, quibus docui; manifestum est eos, qui
 vel mortuis supplicant, vel terram venerantur, vel spiritibus
 impuris animas suas mancipant; rationem hominum non te-
 nere, eosque impietatis ac sceleris sui supplicia pensuros [†],
 qui rebelles aduersus parentem generis humani Deum, susce-
 ptis inexpiabilibus sacris, fas omne violarunt ^{*}.

³ XVIII. Quicumque igitur sacramentum hominis tue-
 ri, rationemque naturæ suæ nititur obtinere; ipse se ab humo
 fuscitet, et erecta mente oculos suos tendat in cælum; non
 sub pedibus quærat Deum, nec a vestigiis suis eruat, quod ad-
 oret, (quia quidquid homini subiacet, infra hominem sit, ne-
 cesse est,) sed quærat in sublimi, quærat in summo, quia ni-
 hil potest homine maius esse, nisi quod fuerit supra hominem;
 Deus autem maior est homine; supra ergo, non infra est, nec
 in

^r) est opus] Lipf. te. Reimm.
 Tornz. 1587: sit opus. Bün.

^s) tenebras hominibus obducere] Emman. et C. C. C. tenebris homi-
 nes obducere. Dixit quidem Lactan-
 tius L. 2. 16. 10: veritatem caligine
 obducunt. Sed recepta hic rector.
 Hinc Taur. Epit. c. 28: obduxerunt
 humano generi tenebras. Cicero L. 4.
 Acad. 6: obducere tenebras rebus cla-
 rissimis. Bün.

^s) si iustitiam sequare, potentior
 esse possis] Hæc ita variat in Epit.
 c. 20: quibus potior sis, si Deum
 verum sequi velis. Conf. Ira 19. 4.
 Alibi L. 7. II. 4: caelestem religionem
 Dei sequi. eodem sensu. Bün.

^y) adiuratione] Inueni hanc vo-
 cem quoque apud Apul. et Augusti-
 num. Bün.

^s) religiones - esse vanas] Lipf. tert.
 religiones - esse vacuos. alibi quidem
 idem valet, vt L. 2. 9. noto. at hic
 vanas præfero ob sect. 6: religio-
 nes - vanas esse. Nec aliter Epit. c. 30:
 docui - cultus deorum - vanos esse.
 Bün.

[†]) supplicia pensuros] Sic fere o-
 mnes, præter MS. Cotton. supplicia
 passuros. sed hoc glosfam sapit. Ite-
 rum Lactantius L. 7. 14. 3: supplicia
 meruerunt, qua pendunt. vbi plurz.
 Sæpe ita Virgilius et Silius; noster
 ipse ex Virgilio citat Lib. 7. Inst.
 20. 10: veterumque malorum suppli-
 cia expendunt. Bün.

^{*}) violarunt] Reimm. et Tornz.
 1587: violauerunt. Bün.

a) nei

in ima potius, sed in summa^{a. b} regione quærendus est. Quare non est dubium, quin religio nulla sit, ubicumque simulacrum est. Nam si religio ex diuinis rebus est; diuini autem nihil est, nisi in cælestibus rebus; carent ergo religione simulacra, quia nihil potest esse cæleste in ea re, quæ fit^c ex terra. quod quidem de nomine ipso adparere sapienti potest^{d. e}. Quidquid enim simulatur^f, id falsum sit, necesse est: nec potest unquam veri nomen accipere, quod veritatem fugo et imitatione mentitur. Si autem omnis imitatio, non res potissimum seria, sed & quasi ludus, ac iocus est; non religio in simulacris, sed mimus religionis est^{b. i}. Præferendum est igitur

a) nec in ima potius, sed in summa] Cum editis consentiunt scripti Lipsienses et alii: at Emman. nec in ima, sed potius in summa. Cell.

b) nec in ima potius, sed in summa] Heumannus, probo, inquit, codicis a Cellario laudati (scil. Emman.) scripturam: ima, sed potius. Probarem et ipse, nisi cogitarem, Lactantium sæpe illud potius contra receptum morem illi sed præmittere. Vnde tutius tot MSS. in his Reimm. Lips. et Goth. et editiones omnes sequi. Vide quæ noto ad n. 3: non-potissimum - sed. L. 6. 12. 13: Verum hoc ille non potius incaute - sed ignorantia veri. L. 6. 16. 7: nec-potissimum - sed. Bün.

c) in ea re, quæ fit] Hæc præferenda illis in Lips. tribus et MS. Tornzæii, Sublac. Ven. 1471. vtræque 78: in ære (aut: aere,) quod fit. Peius Rost. cælestem ære quod fit. Reimm. celestis in ære quod fit. Bün.

d) quod quidem de nomine ipso adparere sapienti potest] Hæc verba in MSS. et antiquis edd. Rom. et Ven. leguntur: male in Thom. Thyf. et Cantabr. edd. omisæ, quia res et sensus postulat. Cell.

e) quod quidem de nomine ipso adparere sapienti potest] Hæc verba in

omnibus scriptis et editis ante Thomasiu inuenio; vitio typorum ex Thomasi vtræque editione et hinc Thyfii et Cantabr. excidisse cum Heumanno puto. Recte igitur Gall: Sparkius et Cell. restituerunt. Bün.

f) Quidquid-simulatur] Apte Iuuenalis Satir. 6. 324:

Nil ibi per ludum simulabitur,
omnia fiens

Ad verum. Sic Cic. de Amicitia c. 25. *fucata et simulata sinceris atque veris opponit.* Bün.

g) non res potissimum seria, sed] Sunt hæc verba omnia Heumanno suspecta, putanti e margine irrepisse. Sed simili modo Lib. 6. c. 16. 7: nec potissimum - sed posuit. Conf. not. n. 1. et L. 1. II. 54: non potissimum - sed. Certe in libris leguntur omnibus. Bün.

h) sed mimus religionis est] Sic in MSS. et antiquis editis: quod recentes editiones quædam in minus inepte peruerterunt. Mimus enim est ridiculus imitator, quod cum simulacri notione conuenit. Cell.

i) mimus religionis] in Goth. et Reimm. ductus obscuri minus, aut mimus possunt notare, at clare Emman. Cant. aliquot Sparkii, Iur. Vltr. Pal. Cauc. Lips. 1. 2. et Paris.

igitur verum omnibus falsis. Calcanda terrena, vt cælestia
 5 consequamur. Ita enim res se habet, vt quisquis animam
 suam, cuius origo de cælo est, ad inferna et ima prostrauerit;
 eo cadat, quo se ipse deiecerit. Ideoque oportet rationis ac
 status sui memorem non nisi ad superna niti semper ac tendere.
 6 quod qui fecerit, hic plane sapiens, hic iustus, hic homo, hic
 denique cælo dignus ^{k. l} iudicabitur, quem suus parens non
 humilem, nec ad terram more quadrupedum abiectum, sed
 stantem potius, ac rectum ^m, sicut eum fecit, agnouerit.

1 XVIII. Peracta est igitur (ni fallor) magna et diffi-
 2 lis suscepti operis portio: et maiestate cælesti subgerente no-
 bis dicendi facultatem, inueteratos depulimus errores. Nunc
 vero maior nobis ac difficilior cum philosophis proposita lu-

ta-

1513. Ald. Betul. Parrh. Tornæs. Bonon. tres Vaticanæ, Pen. Tax. 1587-1613. Iſæus, Gall. Spark. *mimus*. Pal. Cauc. Ultr. Lips. 1. et 3. Goth. In antiquioribus Sublac. Rost. Ven. Emman. et, teste Heumanno, Ven. 1471-97. Iunt. Gymn. Gryph. Thom. 1472. quod miror. Nam Rost. Ven. prauum: *minus* legitur. Recte qui- 1471. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Pa- dum vidit Petr. Faber L. 2. Semestr. ris. Ald. Gymn. Gryph. et plures: c. 16. p. m. 237. hic *mimus* legendum, *hic celo Deoque dignus*. Sublac. *Hic* sed errat, quum scribit, *omnes Lactan- cæloque Deoque dignus*. Tornæs. 1587- tiu. excusares hanc vocem latuisse, 1613: *hic demum calo Deoque dignus*. ante suam emendationem; ante eum Reimn. *hic homo denique celo dignus*. receperant Paris. Parrh. Aldus, Be- Solus ex meis Betuleius cum MSS. tulleius. Vocem *mimus* sapius in aliis *hic denique calo* (nisi velis addere: *Deoque*) dignus. Præplacet. Lactan- auctoribus corrupti multis exem- tius enim amat elegantem voculam plis ostendit Pithæus Lib. primo *denique*. Vid. L. 2. 2. 2. L. 2. 4. 28. Aduersar. c. 17. integro. Ipse eam L. 3. 12. 19. L. 7. 2. 1. Clarissime de restitui et illustraui ad Epitom. c. 55. Opific. c. 39. 9: *hic beatus, hic de-* et c. 63. Adposite ad præsentem lo- nique, vt breuiter finiam, *similis* cum Seneca epist. 26: *remotis stro-* Deo sit necesse est. Valet *denique* phis fucis de me iudicaturus sum- idem, quod: *vt paucis dicam, vti* *numquid simulatio fuerit et mimus.* pluribus docuit *Græuius* ad Cic. L. Lampridius Heliogab. c. 25: *mimi-* 10. Fam. ep. 10. p. 90. et ad Sueton. cis adulteriis ea, qua solent simulato August. c. 23. p. 789. Obseruarunt fieri, effici ad verum insit. Büñ.

k) *hic denique calo dignus*] Sic in Lipf. est (vnus tamen *vsique*, non *denique*) et in quinque, quos Thomaf. vidit: vulgo *hic Deo caloque dignus*. Cell.

l) *hic denique calo dignus*] Ita duo

ad L. 2. 1. 14-17. Büñ.

a) ma-

Etatio ^a est: quorum summa doctrina, et eloquentia, quasi moles aliqua, mihi opponitur ^b. Nam ut illic multitudi-
 ne, ac prope consensu omnium gentium, premebamur ^c; ;
 ira hic auctoritate præstantium, omni genere laudis virorum.
 Quis autem nesciat, plus esse momenti in paucioribus doctis,
 quam in pluribus imperitis? Sed non est desperandum,
 istos quoque de sententia, Deo ac veritate ^e ducibus, posse de-
 pelli ^f. nec tam pertinaces fore arbitror, ut clarissimum ^g
 Ilem & sanis ac patentibus oculis videre se negent. Modo
 illud verum sit, quod ipsi solent profiteri, studio inuestigan-
 dæ veritatis se teneri; efficiam profecto, ut quæsitam verita-
 tem diu, et, aliquando inuentam esse, credant; et humanis
 ingenius inueniri non potuisse, fateantur.

L. COE-

a) maior nobis - cum philosophis -
 - *luctatio*] *Lact.* 4. 25. 9: una nobis
 et magna et præcipua cum carne lu-
 ctatio est. Cicero de Fato c. 6: *Chry-
 sippe, tibi cum Diodoro magna lucta-
 tio est.* Bün.

b) quasi moles - mihi opponitur] Ob-
 versatus est ei Cicero in Verrem
 L. 5. Orat. 10. c. 1: quasi *imbrus qui-
 dam boni nomen - opponitur.* Bün.

c) premebamur] MSS. ita et edd.
 Rom. Ald. quod propius est, quam
 vulgatum *veritas premebatur.* Cell.

d) premebamur] Præferenda omni-
 no hæc lectio Lips. Reimm. Pal.
 Jun. Cant. Sublac. Rost. Ven. 1471-
 97. Paris. Junt. Ald. Crat. Gymn.
 Tornæz. 1537 - 1613. Altera vero in
 Thomassi editionibus non, ut Heu-

mannus putat, est error typographi;
 sed præter Goth. *premebatur*, iam
 ante Thomassium Gryph. 1541. Tor-
 næz. 1548. Betul. 1563. immo et Aldi
 repetita editio anni 1535. *veritatis
 premebatur* ediderant. Bün.

e) Deo ac veritate] L. 3. 1. 4. L. 5.
 4. 1. Bün.

f) de sententia - depelli] n. 2. dixit
 de luctatione, eleganter igitur de re
 gladiatoria hic transfert. L. 3. 16. 11:
de sententia pulsus est. Conf. c. 17. 1.
 L. 5. 13. 15. nullis terroribus de sen-
 tentiæ proposito posse depelli. Plura
 talia de Ira c. 2. n. 3-7. adde Lipsium
 L. 2. Saturn. c. 20. et Gebhard. ad
 Nepot. Themist. c. 5. pr. Bün.

g) clarissimum (Ilem etc.)] L. 7. 1.
 15. 16. Bün.



*) DE PAL-

L. COELII LACTANTII FIRMIANI
DIVINARVM INSTITVTIONVM
LIBER III.
DE FALSA SAPIENTIA.

I.

Vellem ^b mihi, quoniam ^{c. d} veritas in obscuro latere ^e adhuc existimatur, vel errore atque imperitia vulgi, variis ^f et ineptis superstitionibus seruiensis; vel philosophis prauitate ingeniorum turbantibus eam potius, quam illustrantibus; etsi non qualis in M. Tullio fuit, quia ^g præcipua et admirabilis fuit; aliquam tamen proximam eloquentiæ contingere facultatem, vt quantum veritas vi sua propria ^h valeat, tantum ingenii quoque viribus nixa, exfereret se aliquan-

a) DE FALSA SAPIENTIA] Gal-
lezus in variis lectionibus scribit Ro-
stochiensem inscribere: *de Falsa Sa-
pientia Philosophorum*, sed fallitur.
Caret Rostochiensis omni omnino
inscriptione. *Bün.*

b) *Vellem*] *Id est*, inquit Sparkius,
nisi per se satis valeret veritas. con-
tra mentem Lactantii, vt con-
textus statim ostendit. *Bün.*

c) *quoniam veritas in obscuro*] MSS. et veteres edd. *quoniam*: poste-
riores *quando*. *Cell.*

d) *quoniam*] Habent omnino plu-
res MSS. Lipf. Goth. Angl. Reimm.
et omnes seculo XV editi, item
Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Iſcus:
quoniam. Recentiores Fasit. Gryph.
Betul. Tornæs. Thom. Gall. Spark.
quando. Fallitur quidem Ge. Casp.
Kirchmaier in diss. ad Lact. de Fal-
sa Sapiaentia, Witt. 1697. ad h. l. B. z.
quum *ita*, inquit, *codices plerique*
quando exprimunt, sed recte docet
elegantè pro: *quum* aut *quia* poni
exemplis ex Virgilio, Quotiliano,

Liuiio, Terentio, Plauto: In Lactan-
tio variare libros ostendi ad Lact.
1. 8. 4-6. *Bün.*

e) *veritas in obscuro latere*] L. 1. 1.
7. vid. not. ad L. 3. 28. 13-14. *Bün.*

f) *variis*] Sic libri. Heumannus
veram scripturam esse *vanis* credit.
Cotton. MSS. VARIIS et INCERTIS.
Bün.

g) *quia præcipua*] Sic omnes. Heu-
mannus Lactantium *qua* scripserit
vix dubitat. *Bün.*

h) *vi sua propria*] Sic sæpe iungit,
L. 4. 30. 1: *veritas* in suo proprio do-
micilio collocanda. L. 5. 11. 10: suo
proprio odio. de Opif. c. 2. 3: *sua pro-
pria munimenta*. Opif. 20. 5: *facun-
diam* sua propria vi valituram. Conf.
Bauldr. ad L. de Mort. Perf. 44. not.
5: Borrieh. Vindic. p. 193. Ipse Cice-
ro 1. Nat. Deor. c. 37: *locus est cui-
que suus proprius*. L. 3. Fin. c. 10:
bonum propria vi sua. Pro *valens*
Heumannus hic non male: *valet*
legit. de re ipsa Lact. 1. 1. 10. L. 5.
13. 1. L. 7. 7. 5. et L. 3. 10. 9. *Bün.*

i) *dna-*

- 4 se concessum. Verum ego non eloquentiæ, sed veritatis fiducia suscepi hoc opus, fortasse minus, quam ut possit meis viribus sustineri: quod tamen, etiamsi ego defecerim, Deo, cuius est hoc munus, adiuantem veritas ipsa complebit.
- 5 Etenim quum sciam, maximos quosque oratores a causidicis mediocribus sæpe victos; quod tanta est potentia veritatis, ut seipsam, quamvis in rebus exiguis, singularitate defendat; cur ego hanc in maxima causa ab ingeniosis quidem illis ac disertis viris, sed tamen falsa dicentibus, oppressum
- 6 iri putem? ac non illa, si minus oratione nostra, quæ de

circumlitum fuerit, ac politum] Alter Bon. et alii; tres MSS. Sparkii; Pal. Iun. Vltr. Cauc. Goth. et omnes editiones dederant ante Thomafium hoc ordine: *nisi aliunde ornatu quaesito circumlitum fuerit ac politum*. Antiquissimus Bon. *diffult, nisi ornatur: a quo*. MS. C. C. C. *nisi aliunde ornatu quaesito exculum fuerit ac politum*. Lipf. tert. *ornatu aliunde constituto circumlitum fuerit ac politum*. ordine meliori quidem. Hoc tertio accuratius Emman. et Lipf. secundus: *nisi ornatu aliunde quaesito*. sic paullo ante: *ornamentis extrinsecus additis*. Cic. 2. de Oratore c. 10: *adsumto aliunde vti bono, non proprio, nec suo*. Bün.

7) *esse concessum*] Sic edidi ex Lipf. secundo et tertio et Witteb. ubi editi: *fuisse concessum*. Bün.

8) *etiamsi ego defecerim*] de Opif. c. 20. 4: *Ego vero libentius sub hoc onere defecerim*. Imitatur Quintilianum L. 12. proem. *Licet maior moles premat, tamen - constitutum est, vel deficere potius, quam desperare*. Bün.

9) *maximos quosque*] Sic MSS. Emman. Cant. Merton. Lipf. Goth. Sublac. Rost Ven. 1471. vtraque 78. Paris. Betul. Tornzs. 1587-1613. ubi: *ma-*

ximos quoque habent Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Thomas. Itæus et sequentes. Eleganter superlativus quisque iungitur. Bün.

u) *potentia veritatis, ut se ipsam defendat*] Adparet Cicero Orat. pro Cælio c. 26: *O magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fidas omnium insidias facile se per seipsam defendat*. Bün.

x) *cur hanc ergo*] Inferendi voce opus est, ergo vel igitur. Elegi cum Sparkio, quæ minus a vulgata lectione, *cur hanc ergo*, recedit: præsertim quod Emman. *cur ergo hanc*; Lipf. i. *cur igitur hanc* præ se ferunt. Cell.

y) *cur ergo hanc*] Non videtur tanta necessitas voculæ inferendi ergo, vix in vno alteroq; libro obuiæ, ut propterea a tot MSS. Bon. Cant. Merton. Goth. Lipf. duobus et edd. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Betul. Tornzs. Thomæ. Itæo abeamus, qui *cur hanc ergo*. aut ut Goth. *cur ergo hanc* exhibent, edidi: *cur ergo hanc*. Bün.

de tenui fonte^a admodum vilis emanat^a; lumine tamen suo clara et illustris adpareat? nec, si philosophi doctrina litterarum mirabiles^b extiterunt; ego etiam illis^c scientiam veri cognitionemque concesserim, quam nemo cogitando, aut disputando adsequi^d potest. Neque ego nunc^e reprehendo⁷ eorum studium, qui veritatem scire voluerunt; quia naturam hominis Deus^f veri adipiscendi cupientissimam^g fecit: sed id arguo, id reuincō; quod honestam illorum et optimam voluntatem non sit secutus effectus; quia neque, quid esset verum ipsum, sciebant, neque quomodo, aut ubi, aut qua mente quaerendum. Ita dum succurrere^h humanis erroribus cupiunt; ipsi se in plagasⁱ et errores maximos induerunt^k. Ad hoc igitur me opus coarguendi philosophiam, susceptæ materiæ ordo ipse deduxit. Nam quum error omnis aut ex re-

x) de tenui fonte] de Opif. 20. 8: tenuis in nobis facundia riuus est. Cypriani filo L. 2. ep. 2. ad Donatum: Exilis ingenii angusta mediocritas tenues admodum fruges parit, nullis ad copiam secundæ cespitis culminibus ingrauescit. Cicero ineunte oratione pro Archia: Si quid est in me ingenii, quod sentio, quam sit exiguum. Büin.

a) emanat] Lipf. tert. Rëimm. Betul. Tornæs. 1587: manat. vt L. 6. 24. 31. Büin.

b) doctrina litterarum mirabiles] Bon. Tax. litteris mirabiles. Büin.

c) ego etiam illis] Lipf. alter et Goth. ego illis, omisso etiam. Büin.

d) nemo cogit - adsequi] L. 1. 1. 5. Büin.

e) Neque ego nunc] Sic Bon. Tax. Pen. Iun. quod præfert Thomafius. Vltr. Lipf. tres, Goth. Emman. Cant. Merton. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. et reliquæ ante Thomafium: Neque enim nunc. Büin.

f) naturam hominis Deus veri adipiscendi cupientissimam fecit] Rectius Deo tribuit, quam Cicero natura.

L. 2. Fin. 14: Natura cupiditatem ingenuis homini veri inueniendi. Büin.

g) cupientissimam] Merito Kirchner c. l. ad num. 3. vindicat elegantem voculam; sed quod legunt, inquit, præter rem nonnulli: cupidissimi; ego quidem nescio, quos arguat, mei enim libri omnes: cupientissimam, præferunt. Büin.

h) succurrere - erroribus] abhelffen. L. 2. 17. 1: Cur Deus - patitur, nec tam malis succurrit erroribus. Sic L. 5. 2. 5: erroribus - subuenire. Conf. L. 1. 1. 7. Büin.

i) in plagas] eleganter. L. 6. 22. 5: Cauenda ista - tamquam laquei et plaga. Horat. Carm. 1. 1. 28: Seu rupit teretes Marsus aper plagas. L. 3. Carm. 5. 32: extricata densis cerva plagis. Seneca Thyest. 3. 491: Plagis tenetur clusa dispositis fera. in Hippol. 1. 44: raras portas plagas. Büin.

k) induerunt] Ausus sum contra omnes, quos vidi, libros, qui induerunt habent, hic recipere: induerunt; præcesit enim: IPSI SE. Inducere alii alios possunt, induimus nos ipsi.

religione falsa oriatur, aut ex sapientia¹⁾: in eo conuincendo
 10 necesse est vtrumque^m subuertere. Quum enim sit nobis
 diuinis litteris traditum, cogitationes philosophorumⁿ stultas
 esse; id ipsum re, et argumentis docendum est: ne quis,
 honesto sapientiae nomine inductus, aut inanis eloquentiae splen-
 11 dore deceptus, humanis malit quam diuinis credere. Quae
 quidem tradita sunt breuiter, ac nude. nec enim decebat:
 vt^o, quum Deus ad hominem loqueretur, argumentis adfere-
 ret suas voces, tamquam aliter fides ei non haberetur: sed,
 vt oportuit, est locutus, quasi rerum omnium maximus iu-
 12 dex; cuius est non^p argumentari, sed pronuntiare^q. Verum ipse vt Deus^r: nos autem, quum ad res singulas testi-
 mo-

ipf. Pari modo hic legendum cen-
 suit *Dauisius* ad Cic. 2. Diuinat. c. 17:
cui vos induitis in eas captiones.
Idem censet *Heumannus*. Iterum
Lact. 6. 12. 13: *prudens ac sciens in*
hos se laqueos induit; vbi et ad L. 6.
 24. 26. plura. *Bün.*

l) *ex sapientia*] repete: *falsa*. *Bün.*
 m) *vtrumque*] i. e. religionem fal-
 sam et sapientiam falsam. rectum
 vero in neutro: *vtrumque*. *Bün.*

n) *cogitationes philosophorum*] Sic
 duo *Bonon.* tres *Vaticani*, *Tax.*
Pen. *Pal.* *Vltr.* *Lipf.* *Goth.* *Anglic.*
 hinc seruauit. *Edd. vett. Sublac. Rost.*
Ven. 1471. 72. vtraque 78. *cogitatio-*
nes hominum philosophorum, quod
 placet *Heumanno*; et mallem, quam
Ven. 1493, 97. *Paris.* *Iunt.* *Ald.* *Crat.*
Gymn. Gryph. Tornax. *cogitationes*
omnium philosophorum. ad rem conf.
Origen. L. 1. contra *Cels.* p. 11. fin.
 sq. et L. 6. *ibid.* p. 283. sqq. *Bün.*

o) *nec enim decebat: vt*] *Proseripfi*
 vocem hic ineptam *aliter*; vbi reli-
 qui omnes: *nec enim decebat aliter*,
vt. delet quoque *Heumannus*, nam
 hic sensum turbat plane. *Rescripsi*
 ex omnibus *Tornaxianis* ab a. 1548-
 1613: *Nec enim decebat, vt quum.*
 Illud *aliter* priori loco motum po-
 stea commodius eadem reddunt cum

Betul. legendo: *tamquam aliter fides*
ei non haberetur, quas sum secutus.
 conf. L. 1. 18. 16. Ad rem pertinet
 egregius locus *Saluiani* L. 3. *Gubern.*
D. p. 36: Alia omnia, id est, humana
dicta argumentis ac rebus egent;
Dei autem sermo ipse sibi testis est,
quia necesse est, quidquid incorrupta
veritas loquitur, incorruptum sit testi-
monium veritatis. *Bün.*

p) *cuius est non*] *Sublac. Rost. Ven.*
 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. *Paris.*
Parrh. Iunt. Ald. Gymn. Gryph. Be-
tul. cuius non est argumentari. At
MSS, Tornax. Thom. etc. vt edi-
tum. *Bün.*

q) *pronuntiare*] *Proprium verbum*
de Iudice. *Vid. L. 4. 18. 5. L. 6. 18. 12.*
Bün.

r) *Verum ipse vt Deus*] In scri-
 ptis *Emman.* et *Lipf. 1.* et *Rom.*
Ven. ed. ita incisum distinctumque
est: alii pronuntiare verum. Ipse vt
Deus. *Cell.*

s) *Verum ipse vt Deus*] *Hæc Wal-*
chio et Heumanno glossema sa-
piunt. Non frustra sane est, quod
hæc ab codice Mertoniano absint;
nihil enim his opus, nisi forte quis
vult subaudire: verum ipse, vt Deus,
pronuntiat. *Bün.*

t) *mon-*

monia diuinæ vocis habeamus ; profecto monstrabimus², quanto certioribus argumentis possint vera defendi, quam etiam falsa sic defendantur, ut vera soleant videri. Quare 13 non est, quod philosophis tantum honoris habeamus, ut² eorum eloquentiam pertimescamus. Loqui enim bene potuerunt, ut homines eruditi ; vere autem loqui nullo modo, quia veritatem non didicerant ab eo, qui eius potens² esset. Nec sane magnum aliquid efficiemus, quod illos ignorantia¹⁵ redarguemus³, quam ipsi sapissime confitentur. In eo solo 16 quoniam eis non creditur, in quo solo credi debuit, conabor².

osten-

r) *monstrabimus*] Ald. Crat. Gymn. Tornz. Thom. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. *monstrauimus*. At MSS. Emman. Cant. Cotton. Lipf. Goth. Witteb. cum Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Parrh. rectius in futuro: *monstrabimus*. sæpe B et V. in MSS. maxime in præterito et futuro prima coniug. confunduntur. vid. not. ad Epit. c. 2. Bün.

u) *tantum honoris habeamus, ut*] Sic edo ex Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. et Heumannus sic legendum credit. Recte. Sic lego L. 7. 5. 7: *si tantum honoris homini habuit, ut ipsius causa mendum fabricaret*. ibidem c. 4. 16: *tantum illi honoris habuit, ut eum præficeret uniuersis*. Recentiores sine vlla MSS. mentione, nisi quod Cauci: *aut - etiam eorum*, hic variant. Gryph. 1541. et hunc secuti Thomas. Isæus, Gall. Cant. Spark. Cell. *tantum honoris habeamus*, aut *eorum*, Tornz. 1548. et Betul. *tantum honoris debeamus*, *aut*. Tornz. 1587 - 1613. et Walch. *tantum honorem habeamus*, *aut*; si ut pro *aut* legas, postrema lectio bona. Sic Cyprian. epist. ad Magnum ed. Pamel. ep. 76: *nisi si instum - ut - tantus honor habeatur hereticis, ut - non interrogentur* etc. Bün.

x) *eius potens*] Heumannus hic et apend. 2. ad Sympos. p. 244. legit: *eius parens*. At omnes libri: *potens*, quod hic magis respondet opposito: *vera loqui nullo modo potuerunt*. Idem alibi Deum vocat *omnium potentem*, et L. 5. 21. 7: *rerum potentem*. Plura de eleganti vñu vocis *potens* cum genitio Gronou. ad Liuii L. 23. c. 16. et ad Senecæ Hercul. Fur. Act. 2. 310. p. 25. 26. Bün.

y) *illos ignorantia redarguemus*] Sublac. et Rost. 1476. et antiquissima Romana: *arguemus*. prope Ven. 1471: *arguens*. Reliqui cum MSS. *redarguemus*. *Redarguere quem criminis*, insolenter dictum videtur, at *arguere quem criminis*, recte dici nemo dubitat. Iterum Lact. de Opif. 1. 10: *nec enim te superbia arguo*. Heumannus igitur Lactantium scripsisse putat: illorum ignorantiam *redarguemus*. Vñtatius sane. Sic Epit. c. 40: *quibus eorum inſipientia redargui posse*; at idem quoque iterum dixit in Epit. c. 29. 4: *EOSQUE STULTITIÆ redarguit*. Eius generis sunt L. 3. 4. 10: *aliquem stultitia convincere*. ibidem n. 4: *-stultitia accusare*. Epit. 32: *-stultitia condemnare*. Bün.

z) *confitentur*. In eo solo quoniam eis non creditur, in quo solo credi debuit, conabor] Sic emendavi interpret-

ostendere, nunquam illos tam veridicos ^{aa} fuisse, quam quum sententiam ^{bb} de sua ^{cc} ignoratione ^{dd} dixerunt.

II. Nunc, quoniam duobus superioribus libris ^e religionum falsitas demonstrata est, nec non origo ipsa totius erroris exposita; huius libri munus est, philosophiam quoque ostendere, quam in his, et falsa sit; ut, omni errore sublato, veritas patefacta clarescat. Ordiamur itaque a communi philosophiæ nomine; ut, ipso capite destructo, facilior nobis aditus pateat ad excindendum ^b omne corpus: si tamen potest corpus vocari, cuius partes, ac membra discordent; nec vlla compage inter se cohæreant; sed, quasi disiecta ^c et dissipata, palpitare ^d potius quam vivere videantur. Philosophia est, (ut nomen indicat, ipsique definiunt,) studium sapientiæ. Vnde

punctiones ductu Emman. Sublac. Rost. Ven. 1471. vtriusque 78. In his Sublac. et Rost. ita: *consentitur. In eò solo quoniam non creditur: in quo solo credi debuit. conabor.* Commata enim nulla vet. edd. habent. In quinque MSS. Sparkii verba: *quoniam eis non creditur*, desunt, nec in Bostl. et Cott. reperitur vox *solo*. Sparkius et Heumannius pari modo distinguunt. Bün.

^{aa} *veridicos*] Sublac. et Rost. *veridicos* prauè. Conf. Lucret. 6. 6. Lact. 7. 1. 10: *veridicus in hac re fuit*. Bün.

^{bb} *cum sententiam de sua ignoratione*] Vulgo inserunt *sententiam IN SE de sua ignoratione*, quod nec scripti nec primum editi libri habent. Cell.

^{cc} *sententiam de sua ignoratione*] Voculas *in se*, quas inseruit Thomasius, et quas ex Bonon. Itæus in variis lectionibus profert, non agnoscunt Lipsienses, Goth. Witteb. Guelserb. Sparkii quinque, Emman. Cant. Pal. nec vlla mearum editionum ab a. 1465. ad 1553. Codex Iun. *sententiam suam de ignoratione*. Bün.

^{dd} *ignoracione*] Ven. 1471: *ignorancia*. Vocem notioreiu supposuit. Conf. L. 1. 1. 25. L. 1. 1. 1. Cic. pro Cluent. c. 39. Bün.

^a *superioribus libris*] Vltr. Cauc. Goth. et tres Lips. *prioribus libris*. ut L. 3. 30. 10. Pro recepta conf. L. 2. c. 3. 9. Bün.

^b *ad excindendum*] Vltr. et Goth. *ad incidendum*. Iun. Cauc. Lips. 1. 2. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. *ad excidendum*. Sæpe pro *excidere* æque probò recentiores *excindere* subornarunt. Bün.

^c *disiecta*] Sic MSS. plerique Sparkii, Lips. Goth. Vltr. Cauc. et alii cum Sublac. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. Ald. Crat. Gryph. Gymn. Ven. altera 1478: *disiecta* (per. æ), Ven. prima 1478: *disiecta*. Herul. Gall. et Spark. *dissecta*. Singularis est MS. Iun. et Tornæs. ex ed. 1587-1613: *disiuncta*. Bün.

^d *palpitare*] Cic. 2. Nat. D. c. 9: *quum cor animantis euulsu mobilitèr palpiteret*. Bün.

e) Py-

de igitur probem magis philosophiam non esse sapientiam, quam ex ipsius nominis significatione? Qui enim sapientiæ studet, utique nondum sapit; sed, ut sapere possit, studet. In ceteris artibus studium quid efficiat, et quo tendat, adparet. 4
 quas quum discendo aliquis adsecutus est; iam non studiosus artificii, sed artifex nominatur. At enim verecundiæ caus- 5
 sa studiosos se sapientiæ, non sapientes vocauerunt. Immo 6
 vero Pythagoras, qui hoc primus ^e nomen inuenit, quum paulo plus saperet, quam illi priores, qui se sapientes putauerunt; intellexit, nullo humano studio posse ad sapientiam perueniri; et ideo non oportere incomprehensæ atque imperfectæ rei perfectum ^f nomen imponi: Itaque quum ab eo quæreretur, quemnam se profiteretur, respondit, philosophum, id est, quæsitorem sapientiæ. Si ergo philosophia sapientiam quærit; 7
 nec ipsa sapientia est, quia necesse est aliud esse, quod quærit; aliud, quod quæritur ^g: nec quæsitio ipsa recta est ^h; quia nihil potest inuenire ⁱ. Ego vero ^k ne studiosos quidem sapientiæ philo-

e) *Pythagoras - primus*] c. 14. 5. dote in hæc commentatur Scheffer. de Nat. et Constitut. Philosophiæ Italicæ c. 5. p. 34 - 37. et Menagius ad Laert. procem. n. 12. Bün.

f) *imperfecta rei perfectum*] Lactertius c. l. ex Heraclide Pontico refert Pythagoræ verba: μηδένα εἶναι σοφὸν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἢ θεόν. Seneca ep. 89: dicam inter sapientiam et philosophiam quid intersit; sapientia perfectum bonum est mentis humana: philosophia sapientia amor est et adfectatio. Bün.

g) *aliud - quod querit; aliud, quod queritur*] Seneca c. l. Neque enim fieri potest, ut idem sit, quod adfectatur, et quod adfectat. Bün.

h) *nec quæsitio ipsa recta est*] Sic duo Bonon. aliquot Vaticani, Tax. Pen. Vltr. Iun. Angl. Goth. Lipf. (licet in tert. quæsitio) et Ven. 1493. 97. Paris. 1513. Betul. Thom. et sequentes. At

Sublac. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Rost. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæ. nec quæsitio sapientia recta est. Si interpreteris: das Suchen nach der Weisheit, res eodem redit. Bün.

i) *quia nihil potest inuenire*] Sic Lipf. Goth. Pal. Iun. Cauc. Vltr. et Sublac. Ven. 1471 - 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæ. Thom. subaudi: quæsitio. Sola Iuntina: inueniri videtur vitiosa. Bün.

k) *Ego vero ne studiosos quidem*] Sic MSS. et eleganter quidem, et ut dignum imitatore Cicerone. Inepte in vulgatis legitur: Ergo vero. Quis vero ignorat ego vero Tullianum, hoc est vocales elegantissime connexas? Cell.

l) *Ego vero*] Merito Cellarius Tullianum Ego vero tuetur, sed iniquum, ob ineptum illud ergo vero, quod ex

T

Tho-

loſophos eſſe conceſſerim, quia illo ſtudio ad ſapientiam non
 8 peruenitur. Nam ſi facultas inueniendæ veritatis huic ſtu-
 dio ſubiaceret, et ſi eſſet id ſtudio tamquam iter ad ſapien-
 tiam, aliquando eſſet inuenta. Quum vero, tot temporibus,
 tot ingeniis in eius inquisitione contritis, non ſit comprehen-
 9 ſa: adparet, nullam eſſe ibi ſapientiam. Non ergo ſapientię
 ſtudent, qui philoſophantur: ſed ipſi ſtudere ſe putant, quia
 10 illud, quod quærunt, vbi, aut quale ſit, neſciunt. Siue
 ergo ſapientię ſtudent, ſiue non ſtudent, ſapientes non ſunt;
 quia numquam reperiri poteſt, quod aut non recte quæritur,
 aut omnino non quæritur. Videamus tamen id ipſum, poſſi-
 tne hoc ſtudio reperiri aliquid, an nihil.

1 III. Duabus rebus videtur philoſophia conſtare, ſcien-
 2 tia, et opinione; nec vlla re alia^a. Scientia ab ingenio
 venire^b non poteſt, nec cogitatione comprehendi, quia in ſe-
 ipſo habere propriam ſcientiam^c, non hominis, ſed Dei eſt.
 3 Mortalis autem natura non capit ſcientiam, niſi quæ veniat ex-
 trinſecus. Iccirco enim oculos, et aures^d, et ceteros ſenſus
 patefecit in corpore diuina ſollertia, vt per eos aditus ſcientia
 4 perueniret^e ad mentem. Nam cauſas naturalium rerum diſ-
 quirere, aut ſcire velle: ſol vtrumne tantus^f, quantus vide-
 tur,

Thomaſii editione male Thyſ. et
 Cant. propagarunt, reliquas edd. ac-
 cuſare. Deprehendi enim illud *Ego*
vero in Sublac. Ven. 1471-97. Roſt.
 Paris. ceterisque omnibus. idque ex
 more Lactantii L. 4. 27. 20: *Ego ve-*
ro non dubito. Conf. L. 6. 8. 10. de
 Opif. c. 20. 4: *Ego vero libentius-*
deſecerim. Cautiones in his voculis
 adhibendas enarrat Henr. Stephanus
 in Schediaſm. L. 2. c. 23. in Gruteri
 Fac. Crit. T. 5. ſupplem. p. 70. Bün.

a) *nec vlla re alia*] Hoc ordine
 Lipſ. 2. et 3. quos ſecutus ſum; nu-
 meroſius ſane, quam edd. *vlla alia*
re. Bün.

b) *Scientia ab ingenio venire*] Vid.
 L. 2. 7. 7. Bün.

c) *propriam ſcientiam*] hæc explica
 ex L. 3. 4. 14. L. 4. 24. 3. L. 7. 2. 3.
 Bün.

d) *aures*] Lipſ. ſecund. *haures*.
 Hæc orthographia reſpondet illis de
 Opif. 8. 8: *aurebus nomen eſt inditum*
a vocibus hauriendis. Bün.

e) *perueniret*] Goth. Cauc. Vltr.
permaneret. Bön. Tax. Pal. Lipſ. 1:
permaneret. Scite, vt Cicero: *perma-*
nare ad animum, ad ſenſus, ad au-
res. In omnibus edd. *perueniret.* quod
 et ipſum elegans. Bün.

f) *ſol vtrumne tantus*] Vid. L. 6.
 2. 1 - 4. Lucret. L. 5. 565 - 577 - 593-
 ſqq. Bün.

g) *ſtella*

tur, an multis partibus maior sit, quam omnis hæc terra : item, luna globosa sit, an concaua : et stellæ vtrumne adhæreant *g. b* cælo ; an per aerem libero cursu ferantur : cælum ipsum qua magnitudine, qua materia constet ; vtrum quietum sit et immobile *i. k*, an incredibili celeritate voluatur : quanta sit terræ crassitudo ; aut quibus fundamentis librata, et suspenſa sit ; Hæc, inquam, disputando, et coniecturis velle comprehendere ; tale est profecto, quale ^l si disserere velimus, qualem esse arbitremur ^m cuiuspiam remotissimæ gentis urbem, quam nunquam vidimus, cuiusque nihil aliud, quam nomen, audiuimus. Si nobis in ea re scientiam vindicemus, quæ non potest sciri ; nonne insanire videamur, qui id adfirmare audeamus, in quo reuinci possumus ? quanto magis, qui naturalia, quæ sciri ab homine non possunt, scire se putant, furiosi, dementesque sunt iudicandi ? Recte ergo Socrates, et eum secuti Academici scientiam sustulerunt, quæ non disputantis, sed diuinantis est. Superest, vt opinatio in philosophia sola sit : nam vnde abest scientia ; id totum possidet opinatio. Id enim opinatur quisque, quod nescit ⁿ. Illi autem, qui de rebus naturalibus disputant ; opinantur ita esse, vt disputant. Nesciunt igitur veritatem : quoniam sci-

g) stella vtrumne adhærens] Goth. et tres Lipf. *adhæreant* : vulgati *coheræant*. Cell.

h) stella - adhærens] Ita Bon. Tax. Pen. Vlter. Iun. Pal. Cauc. Lipf. Goth. et quinque Sparkii cum Tornæs. 1587 - 1613. In editis Sublac. Ven. 1471 - 97. Rost. reliquis est : *coheræant*. Bün.

i) vtrum quietum sit et immobile] Emman. et Goth. *et immobile* ; ceteri, *an mobile*. At vero mobilitas mox significatur *incredibili celeritate*. Cell.

k) quietum sit et immobile] Licet plures scripti et editi : *sit an mobile*, et Bodl. et Cott. *aut mobile* habeant, tamen *et immobile*, vt in antiquo codice, *minus at aque antiquis* literis correctum citatur Thoma-

sius, et Emman. et Gothan. cum Vlterai. firmant, rectius, et merito a Tornæs. 1587 - 1613. receptum : Prope vero Crat. et Gymn. *an immobile*. Longius abit Cauc. *an immortalis*. Bün.

l) tale est - quale] not. L. 1. 3. 20. de re ipsa Kirchmaier. disl. II. h. l. Bün.

m) arbitremur] In coniunct. Bon. Cauc. Pal. Goth. Betul. et Tornæs. 1587 - 1613. Cell. Walch. recte. Perperam Lipf. 2. 3. Sublac. Rost. Ven. 1471 - 97. et reliquæ : *arbitramur*. Conf. n. 14 : *opinemur*. Bün.

n) opinatur - quod nescit] L. 3. 4. 1. Exprimit hic Ciceronem L. 4. Tusc. c. 11 : *Opinatio est, iudicare se scire, quod nescias*. Bün.

- 9 scientia, certi est^o, opinatio, incerti. Redeamus ad illud superius exemplum: Age, opinemur^p de statu, et qualitate urbis illius, quæ nobis rebus omnibus, præter nomen, ignota est. Verisimile est, in plano sitam lapideis mœnibus, ædificiis sublimibus, viis pluribus, (magnificis^q) ornatisque delubris. Describamus, si placet, mores, habitumque civium. Sed quum hæc dixerimus, alius contraria disputabit; et, quum hic quoque perorauerit, surget tertius^s, et alii deinceps; et opinabuntur multo disparia, quam nos sumus opinati. Quid ergo erit ex omnibus verius^t? fortasse nihil. At omnia sunt dicta, quæ in naturam rerum cadunt^x; vt necesse sit aliquid eorum esse verum. At nescietur, quis verum dixerit. Potest fieri, vt omnes ex parte aliqua errauerint; ex parte attigerint veritatem. Stulti ergo sumus, si hoc disputatione quæramus^y. potest enim superuenire aliquis, qui opiniones nostras derideat, nosque pro insanis habeat, qui velimus id, quod nescimus, quale sit, opinari. Verum non opus est longe posita conquirere: vnde nemo fortasse veniat, qui nos redarguat. Age, opinemur, quid nunc in foro geratur, quid in curia. longum est id quoque. dicamus, interposito vno pariete, quid fiat: nemo potest id scire, nisi qui au-

o) scientia, certi] Lipf. 2d. scientia recti est. Minus recte. iterum Laët. 3. 27. 3: Nihil apud eos certi est, nihil, quod ad scientiam veniat. Bün.

p) Age, opinemur] Iungitur age, et agedum, etiam cum plurali n. 14. Vide præter scriptores de particulis Broukhuis. ad Propert. l. cl. i. 21. p. 6. Bün.

q) magnificis ornatisque delubris] Abest magnificis ab Emman. et Goth. At habent Lipf. et Rom. Cell.

r) magnificis] Hanc vocem habent omnes ab ann. 1465 - 1563. editi. Bün.

s) surget tertius] Sic Gothan. rectius, quam al. surget et tertius. Heumann. quoque delet. Bün.

t) Quid ergo erit ex omnibus verius] Iisdem codicibus inest verius: aliis certius. Sed de vero heic agitur etiam in proximis. Mox omnes scripti in naturam rerum, vbi editi in rerum natura, sexto casu. Cell. u) verius] Lipf. 3. et editi ante Cell. certius. Lipf. 2. rectius. At verius requirit n. 11. et n. 12: verum. Bün.

x) in naturam rerum cadunt] Ita MSS. Lipf. Goth. Emman. Cant. Bodl. Cott. Witteb. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. Tornæs. 1587 - 1613. rectissime. Conf. L. 3. 12. 17. Bün.

y) disputatione quæramus] Lipf. tert. disputando, vt n. 5. Bün.

z) nul-

audiuerit, aut viderit. nullus igitur ^a audet id dicere, quia statim non verbis, sed re ipsa præsentī refutabitur. Atqui ¹⁵ hoc idem faciunt philosophi; qui disputant, in cælo quid agatur: sed eo se id impune facere arbitrantur; quia nullus existit, qui errores eorum coarguat. Quod si existimarent ¹⁶ descensurum ^b esse aliquem, qui eos delirare ac mentiri doceret ^c; numquam quidquam de iis rebus, quas scire non possunt, disputarent: nec tamen ideo felicior putanda est eorum impudentia ^d et audacia, quia non redarguuntur; redarguit enim Deus, cui soli veritas nota est, licet conuiuere ^e videatur, eamque hominum sapientiam pro summa stultitia computat ^f.

IIII. Recte igitur Zeno ac Stoici opinionem repudiarunt. Opinari enim te scire ^{a, b}, quod nescias; non est sapientis, sed temerarii potius ac stulti. Ergo, si neque sciri ² quid-

^a) nullus igitur audet id dicere] Emman. et Lips. igitur: Goth. ergo: vulgares enim. Cell.

^b) nullus igitur] Omnes editi: nullus enim. Reimm. igitur. Bün.

^c) descensurum] sc. de cælo. Reimm. disensurum. Non male. Procepta Liuius 6. 18: numquam propter me de celo descendens. Conf. Laët. 3. 20. 7. Bün.

^d) mentiri doceret] Lips. 1. 3: diceret. Bün.

^e) impudentia et audacia] MSS. Angl. Goth. Lips. 2. 3. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. legunt: imprudentia et audacia. Vid. n. 6. sæpe hæc voces in libris confunduntur. vitiose Ven. 1493. 97: impudentia. Parrh. Ald. Gymn. Crat. Gryph. Tornæs. etc. impudentia. Bün.

^f) licet conuiuere videatur] Hæc lectio reperitur in plerisque; quidam codices habent coniscere. (id de vno Bonon. testatur adprobans Thomasius.) in Bon. scriptum est: CON-

NIBERE, ea videlicet prolatione, qua olim B pro V efferebant. Sic conuibentia pro conuiuentia sæpe reperitur in codice Theodosiano, et apud Ioann. Cassianum in codicibus Vaticanis Lib. 6. c. 9. et L. 8. c. 8. Glosarium etiam habet: conuibentia, q̄ adujsia. id monuit Petr. Ciaccõnius in annotat. ad eundem Cassianum. Iseus. Receptam quoque habent Lips. Goth. Witt. Cauc. Vltr. Angl. et omnes editi; nisi quod vitiose Rost. conuiuere. Conf. quæ noto ad L. 5. 2. 9. Bün.

^f) computat] Vid. not. L. 1. 18. 17. Bün.

^a) Opinari enim te scire] Absent scire ab Emman. et Gothano: Lipsiensis autem habent. Cell.

^b) Opinari-te scire] Illud scire non debet absesse, hic necessarium, et habent omnes editiones recte. Requirit locus Ciceronis a me ad c. 3. 8. citatus, et Epit. c. 31: Opinari autem scire te, quod ignores, temeritas ac stultitia est. Bün.

quidquam potest, vt Socrates docuit; nec opinari oportet, vt Zeno; tota philosophia sublata est. Quid, quod non tantum ab his duobus evertitur, qui philosophiæ principes fuerunt, sed ab omnibus? vt iam videatur iampridem suis armis esse confecta. In multas sectas philosophia diuisa est et omnes varia sentiunt. In qua ponimus veritatem? in omnibus certe non potest. Designemus quamlibet. nempe in ceteris omnibus sapientia non erit. Transeamus ad singulas. eodem modo, quidquid vni dabimus; ceteris auferemus. Vnaquæque enim secta omnes alias evertit, vt se suaque confirmet: nec vlli alteri sapere concedit, ne se desipere fateatur: sed sicut alias tollit; sic ipsa quoque ab aliis tollitur omnibus.

5 Nihilo minus enim philosophi sunt, qui eam stultitiæ accusant. Quamcumque laudaueris, veramque dixeris; a philosophis vituperatur, vt falsa. Credemusne igitur vni se se suamque doctrinam laudanti; an multis vnus alterius ignorantiam culpantibus? rectius sit necesse est, quod plurimi sentiunt, quam quod vnus. Nemo enim potest de se recte iudicare. quod nobilis poeta testatur. *Ita enim comparatam esse hominum naturam omnium, aliena vt melius videant et diiudicent, quam sua.* Quum igitur omnia incerta sint, aut omnibus credendum est, aut nemini. si nemini; sapientes ergo non sunt, quia singuli sapientes esse se putant. si omnibus, æque non sunt sapientes, quia singuli ab omnibus esse negantur sapientes. Pereunt igitur vniuersi hoc modo, et tamquam sparti illi poetarum, sic se inuicem iugulant,

c) *confecta*] Tornæs. 1587-1613: *confractam*. At n. 10: *se ipsam philosophia consumit et conficit*. Bün.

d) *vnus alterius*] Sublac. Ven. 1471. Rost. *vni alterius*. vt editum, sic de Opif. 4. 20: *vllius alterius auxilio*. Bün.

e) *quod nobilis poeta*] Terentius Heautontim. act. 3. sc. 1. v. 97. Cell.

f) *tamquam sparti illi poetarum*] tamquam e dentibus a Cadmo satis nati, vt in fabulis poetarum est, qui vix orti se mutuo interfecerunt. Ouid.

Metam. 3. v. 103. seqq. Sparti autem sunt σπαρτοί, seminati, a σπείρω. Apollodorus lib. 3. cap. 4: τὸς ὀδόντας αὐτῶν σπείρει. τῶν δὲ σπαρέντων ἀνέτειλεν ἐκ γῆς ἄνδρες ἕνοπλοι, ἕς ἐκάλεσαν σπαρτῆς. ἔτοι δὲ ἀπέκτειναν ἀλλήλους. Cadmus draconis dentes serit, quibus satis, armati e terra filii exorti sunt, quos Spartos vocant.

lant, vt nemo ex omnibus restet, quod eo fit, quia gladium habent, scutum non habent. Si ergo singulæ sectæ multarum sectarum iudicio stultitiæ conuincuntur: omnes igitur vanæ, atque inanes reperiuntur. ita seipsam philosophia consumit, et conficit^b. Quod quum intelligeret Arcefilas Academicæ conditorⁱ; reprehensiones omnium inter se collegit, confessionemque ignorantiae clarorum philosophorum; armavitque se aduersus omnes. ita constituit nouam non philosophandi philosophiam. Eo igitur auctore duo philosophiæ genera esse cœperunt: vnum, illud vetus; quod scientiam sibi vindicat: alterum, nouum repugnans, quod eam detrahit^k.

In

cauerunt. Hi autem mutuo se interfecerunt. Scripti manu quidem, et plures editi Lactantiani libri habent *Spartiatæ*; Aldinus vero, et alius Venetus 1509. ab Iano Parrhasio castigatus, *sparti*, quos secuti sunt Isæus, Gallæus, Sparkius. Cell.

g) *tamquam sparti*] Licet MSS. quinque Sparkii, Lipf. Goth. Witteb. Reimm. et omnes sæc. XV editi, tum Paris. Gryph. Betul. Tornæz. et Thomas: *Spartiatæ* habeant, immo Betuleius Tragediam hoc argumento inscriptam fuisse opinetur; Rectius tamen Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Isæus, Gall. Spark. Cell. ediderunt: SPARTI, i. e. vt ipse Lactantius vertit L. 6. 10. 19: *ex draconis densibus profeminati. Spartiatas* hanc Cadmi progeniem a Gregorio quoque Nazianzeno perperam dici Io. Ionsenius (alias Ionsius), in epist. ad Marq. Gudium de *Spartorum gemina nota Lanca* docuit, in qua multa non protrita de illis Cadmeis terræ filiis continetur, edidit eam epistolam Græu in Syntagm. var. disrariorum, vbi conf. p. 212. sqq. *Spartos* quoque recte præfert Barthius in Comment. ad Statii L. 4. Theb. 556. p. 1154. sed fallitur Thomafium ad Lact. in scholiis *Spartiadæ* defendis-

se; nullam enim in notis fecit de iis mentionem. Multis quoque *Sparti* defenduntur a Wasæo ad Salust. Iugurth. c. 114. p. 516. qui ex Varrone rem petitam docet. Quæ Th. Gorallus, i. e. Io. Clericus, ad P. Seneri Actnam v. 20: *sparsum in semina dentem* commemorat, vberiora in Bocharti Chanaan L. 1. c. 19. legi possunt. Bün.

b) *consumit, et conficit*] elegans vsus verbi *conficere* adparet ex n. 2. et n. 13. Lib. 2. 16. 18. L. 3. c. 5. 8. c. 6. 8. c. 8. 34. Bün.

i) *Arcefilas Academia conditor*] Academicæ recentioris siue mediæ. Cicero de Orat. 3. c. 18: *Arcefilas primum ex variis Platonis libris, sermonibusque Socraticis hoc maxime arripuit, nihil esse certi, quod aut sensibus aut animo percipi possit.* -- Hinc hæc recentior Academia emanauit. Et Quæst. Acad. 4. c. 18. eidem tribuit *ἐποχήν*, id est ad *sensionis retentionem*. Cell.

k) *quod eam detrahit*] Miror, recentiores editores Aldum, Crat. Gymn. Gryph. Betul. Tornæz. Thomas, Isæum, Thyf. Gall. Spark. Cellar. Walchium hic potuisse DETRAHIT edere; scilicet male ab-

In his duobus generibus video disfidium, et quasi ciuile bel-
 lum. Sapienciam, quæ distrahi non potest; in qua parte
 ponemus? si natura rerum sciri potest; hæc tironum cater-
 va interibit: si non potest; veterani conficientur: si pares
 fuerint; nihilo minus peribit dux omnium philosophia; quia
 distracta est. nihil enim potest sine interitu suo sibi esse con-
 trarium. Si autem, vt docui^m, nulla potest esse in homi-
 ne interna et propria scientia ob fragilitatem conditionis hu-
 manæ; Arcefilæ manus vincit^{n. o.} Sed ne ipsa quidem stabit,
 quia non potest omnino nihil sciri.

V. Sunt enim multa, quæ natura ipsa nos scire et vsus
 frequens, et vitæ necessitas cogit. Itaque pereundum est, nisi
 scias; quæ ad vitam sunt vtilia, vt adpetas; quæ periculosa,
 vt fugias et vites. Præterea multa sunt, quæ vsus inuenit.
 Nam solis ac lunæ varii cursus, et meatus siderum, et ratio
 temporum deprehensa est; et natura corporum a medicis,
 herbarumque vires; et ab agricolis natura terrarum, nec non
 imbrium futurorum ac tempestatum signa collecta sunt. nul-
 la denique ars est, quæ non scientia constet. Debuit ergo
 Arcefilas, siquid sciret, distinguere, quæ sciri possent, quæ-
 ve

repti sunt omnes verbis n. 13: *dis-
 trahi-distracta*; sed restituo veram
 vocem et sensum ex MSS. Goth.
 Lips. 1. 2. Emman. Cant. Iun. Cauc.
 Palat. et Sublac. Rost. Ven. 1471. 72.
 vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh.
 Paris. 1499. et 1513. qui recte habent:
quod eam detrahit. opponitur *detra-
 his* præcedenti: *vindicat*. Arcefi-
 las vero scientiam non *distrahebat*,
 sed plane *detrahebat* et *tollebat*, do-
 cens nihil sciri posse. Vid. c. 5. n. 5.
 et n. 6. Detergo similem labem Lib.
 6. 24. 22. *Bün.*

l) *sine interitu suo sibi*] Addidi suo
 ex Bon. Tax. Pen. Cauc. Iun. Cant.
 Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78.
 93. 97. Pier. Iunt. Ald. Parrh. Crat.

Gymn. Gryph. Tornæs. Non video,
 quare Thomas. eiusque adfectæ illud
 suo eiecerint. *Bün.*

m) *vt docui*] c. 3. 2. not. *Bün.*

n) *Arcefila manus vincit*] secta se-
 cundæ Academiæ. *Vincit* autem,
 non *vicit*, e MSS. *Cell.*

o) *manus vincit*] Lips. secund. *ma-
 nus vinas*. male. Emman. Cant.
 Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque
 78: *vincit*. Ven. 1493. 97. Parrh. Pa-
 ris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph.
 Betul. Tornæs. Thom. reliqui: *vi-
 cit*. Similis variatio L. 4. 27. 8. *Bün.*

a) *meatus siderum*] sæpe et more
 veterum L. 2. 5. 19. c. 11. 4. Epit.
 c. 26. 4. Conf. Kirchmaier. dis. h. l.
Bün.

b) *se*

ve nesciri. Sed si id fecisset, ipse se in populum redegisset^b. Nam vulgus interdum plus sapit: quia tantum, quantum opus est^c, sapit. A quo si quæras, vtrum sciat aliquid, an nihil; dicet se scire, quæ sciat; fatebitur se nescire, quæ nesciat. Recte ergo aliorum sustulit disciplinas; sed non recte fundavit suam. Ignoratio enim rerum omnium non potest esse sapientia, cuius est scire proprium. Ita quum philosophos expugnauerit, ac docuerit, eos nihil scire^d; ipse quoque nomen philosophi perdidit: quia doctrina eius est, nihil scire. Nam qui alios reprehendit, quod nesciant; ipse debet sciens esse^e; quum autem nihil sciat; quæ perueritas, quæue insolentia est, ob id ipsum se philosophum constituere, propter quod ceteros tollat? Possunt enim sic respondere. Si nihil nos scire conuincis^{f, g}, et ideo non esse sapientes; quia nihil sciamus: ergo ne tu quidem es sapiens; quia te quoque confiteris nihil scire. Quid ergo promouit Arcefilas, nisi quod, confectis^{h, i} omnibus philosophis, seipsum quoque eodem mucrone transfixit?

VI.

b) *se in populum redegisset*] i. e. se vulgo Philosophorum adnumerasset. Betuleius huc refert *in ordinem redigere*. Kirchmaier ex Senec. 3. Benef. *in turbam sordidissimam redigis*. Prius *in ordinem redigere*, auctore Prisciano et Raph. Reg. *inter viles et abiectos connumerari* dixit Quintil. 1. Instit. c. 4. Ciceroni pro Roscio Amerino c. 32: *in grege (al. in gregem,) adnumerari*. Bün.

c) *quantum opus est*] Noto ad L. 6. 16. 10: *etiam, quod non opus est, concupiscit*. Rariorem locutionem illustrat Bertleius ad Horat. 1. Serm. 1. 59. p. 360: *Qui tantuli eget, quantum est opus*. Bün.

d) *nihil scire*] Seneca ep. 88. fin. *Academicis nouam induxerunt scientiam, nihil scire*. Bün.

e) *debet sciens esse*] Lipf. secund. *sciens*, dixit quidem L. 2. 14. 6: *rerum scios*; sed hic nihil mutandum. Est

elegans periphrasis, qua exprimit Terent. Andr. 3. 2. 28: *renuntio-futurum ut sis sciens*. Andr. 4. 4. 36: *ut tu sis sciens*. vbi Donatus: *eloquenter*, inquit, *sic enim veteres pro scias dixere*. Plura talia Vechner. Hellenol. ed: Heusinger. p. 531. sqq. Bün.

f) *Si nihil nos scire conuincis*] Omnes scripti *conuincis*, nec ed. Rom. aliter. Vulgati *conuinceris*. Cell.

g) *conuincis*] Sic cum Emman. Cant. Goth. et Lipf. 1. 2. (de tertio dubito,) Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. et Tornæs. 1587-1613. Optime. Praue Ven. 1493. 97: *conuinceris*. Reliqui: *conuinceris*. Bün.

h) *confectis omnibus*] Arenæ verbum, quod de gladiatore, multis vulneribus confosso dicitur. Cicero Catil. 2. c. 11: *gladiatori illi confecto et saucio*. Cell.

i) *confectis*] notauit ad L. 2. 4. 10. Bün.

VI. Nusquam ne igitur sapientia est? immo vero inter ipsos ^{a. b} fuit: sed nemo vidit. Alii putauerunt, sciri posse omnia. hi sapientes utique non fuerunt. Alii nihil. ne hi quidem sapientes fuerunt. illi, quia plus homini dederunt: hi, quia minus. vtrisque in vtramque partem modus defuit. Vbi ergo sapientia est? Vt neque te omnia scire putes, quod Dei est: neque omnia nescire, quod pecudis. Est enim aliquid medium, quod sit hominis, id est scientia cum ignoratione coniuncta et temperata. Scientia in nobis ab animo est, qui ^{c. d} oritur e cælo; ignoratio a corpore, quod est e terra. vnde nobis et cum Deo, et cum animalibus est aliqua communitas. Ita quoniam ex his duobus constamus elementis, quorum alterum luce præditum est, alterum tenebris ^e; pars nobis data est scientiæ, pars ignorantiæ. per hunc quasi pontem transire sine cadendi periculo licet. nam illi omnes, qui se in alteram partem inclinauerunt ^f; aut dextro, aut sinistrouersus ^g ceciderunt. vtraque autem pars quomodo errauerit, dicam. Academici contra physicos ex rebus obscuris argumentati sunt, nullam esse scientiam; et exemplis

a) *inter ipsos fuit*] Emman. Goth. et duo Lips. *ipfos*: alii *philosophos*. Cell.

b) *inter ipsos*] Ita Bon. Cauc. Pal. duo Lips. Goth. Emman. et Tornæs. MSS. At editi Sublac. Ven. 1471. 72. vtraque 78. et reliqui: *inter philosophos*, etiam Rost. 1476. per notam: *phos* (non: *ipfos*, v. Heum. putauit). Bün.

c) *ab animo est, qui*] MSS. Emman. et Goth. et Lips. virili genere: *vulgo anima, qua*. Cell.

d) *ab animo. qui*] Omnes vetustæ edd. *ab anima, qua*, quod Heumanus probat. addo esse Lactantio ita receptum. Vid. L. 2. 12. 3. et c. 18. 5. Bün.

e) *tenebris*] sc. præditum est. vtuntur enim *præditus* etiam de vitiis

malis. Vid. meum Indicem ad Castell. Codic. p. 159. Bün.

f) *qui se in alteram partem inclinauerunt*] Cum pronomine *se* Bon. Iun. Vltr. Angl. Goth. cum Tornæs. 1587-1613. Thomasio et seqq. At sine pronomine: *qui in alteram partem inclinauerunt*, Lips. L. 3. Cauci, Pal. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. Paris. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Potest et hoc defendi. Bün.

g) *sinistrouersus*] Per analogiam ita exprimit. *Neque enim memini*, inquit Kirchmaier. ad h. l. *me vspiciam apud veteres Latinos id vocabuli legisse*. Pro eo Ammianus Marcellinus L. 14. c. 3. et L. 18. 6. *leuorum* cum Apuleio dixit. *Sinistrouersus* Cæsaris 6. Gall. 25. 3. in meis Lexicis desidero. Bün.

b) *pass-*

plis paucarum rerum incomprehensibilium ^{b. i} contenti, amplexi sunt ignorantiam; tamquam scientiam totam sustulissent, quia in parte ^k sustulerant. Physici contra ex iis, 6
 quæ aperta sunt, argumentum trahebant, omnia sciri posse; contentique perspicuis, retinebant scientiam; tamquam totam defendissent, quia ex parte defenderant. itaque neque hi clara, neque illi obscura viderunt: sed vtrique, dum solam scientiam confertis manibus ^l vel retinent, vel eripiunt; non viderunt, in medio constitutam fore ^m, quæ illos ad sapientiam transmitteret. Verum Arcefilas ignorantiae magister ⁿ, 7
 quum Zenoni obtrectaret principi Stoicorum, ut totam philosophiam euerteret, auctore Socrate ^o, suscepit hanc sententiam, ut adfirmaret nihil sciri posse. Itaque coarguit existimationem ^{p. q} philosophorum, qui putassent ingeniis suis erutam esse arque inuentam veritatem. videlicet, quia mortalis fuerat illa sapientia, paucisque ante temporibus instituta, ad summum iam incrementum peruenerat, ut iam necessario con- 8
 fene-

b) paucarum rerum incomprehensibilium] Vulgo copulam interponunt, et *incomprehensibilium*: quæ abest a manu scriptis. Cell.

i) rerum incomprehensibilium] Iam ante Cellarium sine copula et interposita ita ediderant Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Iunt. Ald. Gymn. Crat. Gryph. Tornæ. omnes, Betuleius, Sparkius; soli Thomas. Thyf. Gall. et ed. Cant. illud ET admiserant. Bün.

k) in parte] Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 1478. 93. 97. Parrh. in partem non audio. Rectius MSS. et Paris. 1513. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæ. Thomas. reliqui: in parte. Lact. 7. 22. 4: *quamuis arcana - in parte corruerint.* Bün.

l) confertis manibus] Sparkius interpretatur: *summo conatu*; significat: *pugnantes*, ut L. 5. 5. 14: *Tum inter se manus conferere ceperunt.* Bün.

m) in medio constitutam fore, quæ] Sic fere omnes, subaudio: *scientiam, quæ.* Heumannus, quia in Rost. (addo et Sublac.) *constitutum*, scribit: *constitutum fore, quod.* Sed conficiens in Sublac. et Rost. *quæ* pro *quæ* prodit illud *constitutum* esse vitiosum. A ceteris abeunt Emman. et Goth. legentes: *in medio constitutam* forem, (i. e. scientiz IANVAM,) quæ illos ad sap. transmitteret. Fere ut n. 4: *per hunc pontem transire licet.* • Bün.

n) Arcefilas ignorantia magister] c. 4. n. II. Bün.

o) auctore Socrate] Vid. Cic. I. Acad. c. 4. Bün.

p) existimationem philosophorum] Sic quoque in Angl. Lips. et Goth. MSStis: non *estimationem*, ut vulgo ediderunt. Cell.

q) coarguit existimationem] Sic quoque Bodlei. Ball. Paris. 1513. Sed male addita præpos. *ad* Sublac. Rost. Ven. 1471. et secunda 1478: *ad existima-*

- senesceret ⁊ ac periret : repente exstitit academia tamquam senectus philosophiæ, quæ illam conficeret iam deflorescentem^s.
- 9 Recteque vidit Arcefilas, arrogantes, vel potius stultos esse, qui putent, scientiam veritatis coniectura posse comprehendi.
- 10 Sed tamen falsa dicentem redarguere non potest, nisi qui scierit ante, quid sit verum. quod Arcefilas veritate non cognita facere conatus, introduxit genus philosophiæ ἀτύσατον^r, quod
- 11 latine instabile, siue inconstans possumus dicere. Ut enim, nihil scire posse, sciendum sit * ; aliquid sciri, necesse est. nam si omnino nihil scias, id ipsum, nihil sciri posse, tollitur.
- 12 Itaque qui velut sententiæ loco pronuntiat, nihil sciri ; tamquam perceptum * profiteretur, et cognitum : ergo aliquid
- 13 sciri potest ⁊. Huic simile est illud, quod in scholis proponi solet in alystati generis exemplum : somniasse quemdam,
- ne

mationem. Ven. prima 1478: ad existimationem, reliquæ: estimationem. Permutant et alibi et in Lactantio sæpe hæc verba, nec raro estimationem pro existimatione ponunt; seruo prius sequitur: qui putassent. L. 3. 28. 20: qui existimassent. L. 5. 21. 9: qui sunt in hac existimatione. Heumannus non dubitat Lactantium scripsisse: praesumptionem. Non ausim vocem a Lactantio integro alienam sine necessitate pro vera hic agnoscere. Bün.

r) consenesceret] Illustrat Cortius ad Salust. Iug. 2. 3. p. 414. Prope hic locus abest a Cic. 2. Tusc. 2: oratorum laus venit ad summum ut iam senescat. Bün.

s) deflorescentem] Lips. alter: deflorentem. de Ira c. 9. 7: iam philosophia defloruerat. Bün.

t) ἀτύσατον] hic conf. Kirchmaier. dis. 1. vbi in aliis Lactantium contra Vallam L. 3. Dialect. c. 13. tuetur. Bün.

u) ut enim nihil scire posse, sciendum sit] Iun. Lips. alter, Gothan. Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Crat. Ald.

Gymn. Ut enim nihil sciendum sit, (Sublac. est,) aliquid scire (aut sciri). Primo Gryph. et Tornæus. 1548. cum Thomasio ut est editum: ut enim nihil scire posse sciendum sit. At Isæus et Spark. ut enim nihil sciri (pas.) posse, sciendum sit. Placet ob n. 12-14. Bün.

x) perceptum- et cognitum] Goth. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Gymn. Crat. PERCEPTVM- et cognitum; exhibentes sequor; nam perceptum est Aldi, quem Gryph. Tornæus. Betul. Thom. et recentiores sine vlla mentione MSS. expresferunt. Solet Cicero perceptionem et cognitionem, percipere et cognoscere iungere. Hæc scripseram iam olim; et nunc video Dauiisium ad Ciceronem de Fato c. 6. vbi de perceptis agit, in Lactantio perceptum legendum censere; conf. ibid. Achilleum Statium. Bün.

y) cognitum: ergo aliquid sciri potest] Posui duo puncta post cognitum: Nam ergo aliquid sciri potest, est illud ipsum perceptum et cognitum. Bün.

ne somniis crederet. si enim crediderit, tum sequitur, ut credendum non sit; si autem non crediderit, tunc sequitur, ut credendum sit. Ita si nihil sciri potest, necesse est, id¹⁴ ipsum sciri, quod nihil sciatur; si autem scitur, posse nihil sciri; falsum est ergo, quod dicitur, nihil posse sciri. Sic inducitur dogma sibi ipsi repugnans, seque dissoluens. Sed¹⁵ homo versutus ceteris philosophis voluit scientiam eripere, ut eam domi absconderet. nam sibi illam profecto non adimit, qui aliquid adfirmat, ut ceteris adimat: sed nihil agit². adparet enim, ac furem^{a. b} suum prodit. Quanto faceret¹⁶ sapientius ac verius, si, exceptione facta, diceret, causas rationesque duntaxat rerum caelestium, seu naturalium, quia sunt abdita, nesciri posse, quia nullus doceat; nec quaeri oportere, quia inueniri quaerendo non possint^c. Qua exceptione in-¹⁷terposita, et physicos admonuisset, ne quaerent ea, quae modum excederent cogitationis humanae; et seipsum calumniae invidia liberasset; et nobis certe dedisset aliquid, quod sequeremur. Nunc autem quum ab aliis sequendis^{d. e} nos re-¹⁸traxerit, ne velimus plus scire, quam possimus; non minus a se quoque ipso^f retraxit. Quis enim velit laborare, ne¹⁹

quid-

2) nihil agit] elegans formula. i. e. nihil promouet. Conf. c. 5. 8: *Quid promouit.* Bud. in Comment. L. Gr. f. 473. *πτεφυγίσεις*, inquit, significat: frustra nugaris, ἔδεν δυνύεις, nihil promoues, nihil agis. Laët. 5. 14. 2: *sed nihil fortasse apud ipsos agemus.* De Ira 22. 4: *ne nihil apud istos agamus.* Cic. pro Rosc. Amerino c. 45: *Qua omnia si in patronum voluerit conferre, nihil egerit.* Plura Munckerus ad Hygin. Astronomic. c. 35: *quum eam obiuergans nihil egisset*, p. 409. Büñ.

a) ac furem suum prodit]. Scientia, quam Arcesilas ademit ceteris, et domi suae abscondidit, ut sibi vindicaret; abscondi ita non potuit, quin adpareret, et furem suum proderet. Omnes scripti nostri *furem suum*: vulgati *furtum*. Cell.

b) furem suum prodit] Sic cum Goth. et Lips. Emman. Cant. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. quod satis bene Cell. tuetur. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæs. Betul. Thom. et seqq. *furtum suum prodit.* Heumannus probat neutrum, atque inde facit: *fucum*. Büñ.

c) non possint] Edo in coniunctiuo ex Goth. et Lips. secundo: *non possint*; praesens enim quia doceat. Idem Heum. vidit. Büñ.

d) ab aliis sequendis] Emman. et Lips. ita, vbi ab his alii. Cell.

e) ab aliis sequendis] Sic Bonon. Cauc. Iun. Vltr. Goth. Bodl. Merton. cum Emman. et Lips. et iam receperat Tornæs. 1587-1613. Büñ.

f) se quoque ipso] Merton. a se quoque ipse. Satis bene, ut saepe alibi. Büñ.

g) com-

quidquam sciat? aut eiusmodi fuscipere doctrinam, vt etiam communem scientiam & perdat? quæ si doctrina est; scientia constet, necesse est: si non est, quis tam stultus est, vt discendum id putet, in quo aut nihil discitur, aut omnino ^b dediscitur? Quare si neque omnia sciri possunt, quod physici putauerunt; neque nihil, quod academici: philosophia omnis extincta est.

VII. Transeamus nunc ad alteram philosophiæ partem; quam ipsi moralem vocant; in qua totius philosophiæ ratio continetur. siquidem in illa physica sola oblectatio est, in hac etiam utilitas. Et quoniam in disponendo vitæ statu, formandisque moribus, periculo maiori peccatur; maiorem diligentiam necesse est adhiberi, vt sciamus, quomodo nos oporteat viuere. Illic enim potest venia concedi, quia siue aliquid dicunt ^a; nihil profunt: siue delirant; nihil nocent: hic vero nullus dissidio, nullus errori est locus. omnes vnum sentire oportet, ipsamque philosophiam vno quasi ore præcipere. quia si quid fuerit erratum; vita omnis euertitur. In illa priori parte vt periculi minus, ita plus difficultatis est; quod obscura rerum ratio cogit diuersa, et varia sentire: hic vt periculi plus, ita minus difficultatis; quod ipse vsus rerum, et quotidiana experimenta possunt docere, quid sit verius, et melius. Videamus ergo, vtrumne consentiant, aut quid nobis adferant, quo rectius vita degatur. Non necesse est omnia circuire: vnum eligamus, ac potissimum, quod est summum, ac principale; in quo totius sapientiæ cardo versatur ^b.

Epi-

g) communem scientiam] Vid. not. 3. 25. 9. Bün.

b) aut omnino dediscitur] Non damno hanc lectionem; sed æque bona altera ex Emman. Goth. et Lips. tert. aut etiam dediscitur, valet etiam sō gar. Lact. 1. 4. 8: principes aut etiam reges fuerunt. vbi plura. Bün.

a) siue aliquid dicunt] Ira 10. 6: respondeamus tamen velut ALIQUID

DICENTI; vbi æque atque hic aliquid dicere et delirare opponuntur. Bün.

b) cardo versatur] Sic Reimm. et omnes. Puto, inquit Heumannus, scribendum esse: vertitur. At confirmat receptam versatur ipse Lactantius de Ira 6. 2: In eo summa omnis et cardo religionis pietatisque versatur. Intellige: passiuè versatur a frequent. verso, quod Cicero sæpe pro

uerto,

Epicurus ^c summum bonum in voluptate animi esse
 censet: Aristippus ^d in voluptate corporis ^e. Calliphon ^f et
 Dinomachus ^g honestatem cum voluptate iunxerunt: Dio-
 dorus cum priuatione doloris: summum ^{i-k} bonum posuit
 Hieronymus in non dolendo: Peripatetici autem in bonis ani-
 mi, et corporis, et fortunæ. Herilli ^l summum bonum est
 scientia: Zenonis, cum natura congruenter viuere: quorum-
 dam Stoicorum, virtutem sequi. Aristoteles in honestate ac
 virtute summum bonum collocauit. Hæ sunt fere omnium

verso, volus posuit. Variat scite
 Boethius L. 4. Prof. 6. p. 295: *Vi or-
 bium circum eundem cardinem se
 vertentium - intimus - velut cardo
 quidam, circa quem versentur, exsi-
 stit.* Bün.

c) Epicurus etc.] Omnia fere, quæ
 n. 7-9. leguntur, petita sunt ex Cic.
 4. Acad. c. 42. 43. vnde quoque et
 Lactantius habet Ambrosius L. 2. de
 Offic. c. 2. Bün.

d) Aristippus] plura c. 8. 6. sq. c. 15.
 15. L. 7. 7. 11. Bün.

e) Aristippus in voluptate corporis]
 Hic auctor sectæ Cyrenaicæ, qui
 quod Cyrenis oriundus, Athenas
 profectus fuerat, nomen inde disci-
 plinæ hzfit. Cic. 3. Offic. 33. Laertius
 in Vita. Cell.

f) Calliphon] Cicero c. 1. et L. 2.
 de Finib. c. 6: *Callipho adiunxit ad
 honestatem voluptatem.* et c. 11. et
 L. 4. Acad. c. 45. fin. de hoc et Di-
 nomacho constat Clemens Alex-
 andr. L. 2. Strom. f. 415. quidam co-
 dices, e. g. Cauci, legunt: *Callipho*,
 et sic Cicero paullo ante. Cuiusmodi
 plura Græuius ad Sueton. Tiber.
 c. 4. Keuchen. ad Nepot. Timoth.
 extr. et maxime Gronou. ad Senec.
 Agamemn. 3. 514. Bün.

g) Calliphon et Dinomachus, Cyre-
 naici] Abest Goth. *Cyrenaici*: reti-
 nent Lipsienses. Cell.

h) Calliphon et Dinomachus hone-

statem] Antea ediderant omnes:
Calliphon et Dinomachus Cyrenaici
 honestatem. Sed lubens eieci hic ab-
 surdam vocem: *Cyrenaici*, quippe
 non modo ab membr. Goth. sed et-
 iam antiquis Taurinensi alienam in
 Epit. c. 33. 7: *Dinomachus et Calli-
 phon honestam voluptatem probauerunt.*
 Censuit quoque ad h. l. Dau-
 sius vocem *Cyrenaici* esse prorsus de-
 lendam. Bün.

i) Diodorus cum priuatione doloris:
 summum] Interpunctio Isæi est, quam
 etiam Sparkius laudat et commen-
 dat. Cell.

k) Diodorus cum priuatione doloris:
 summum] Hanc interpunctionem
 se Ciacconio debere, Isæus ingenue
 h. l. confitetur. Diodorus et Hiero-
 nymus ambo fuere Peripatetici vid.
 Ciceron. 4. Acad. c. 42. licet hic La-
 ctantius ab iis distinguat. De re ipsa
 Cic. 2. Fin. c. 3. 4-7. 13. et L. 3. c. 1.
 add. Diog. Laert. in Arcesilao L. 4.
 sect. 41. et in Lycone L. 5. sect. 68.
 Conf. Menag. ad Lycon. p. 218. et
 Clement. Alex. L. 2. Ström. f. m. 415.
 et L. 1. f. 301. Bün.

l) Herilli] Fuit Carthaginienfis, et
 auditor Zenonis. Vid. Laert. in Ze-
 none L. 7. sect. 36. 37. et in Herillo
 L. 7. sect. 165. Cic. 4. Acad. c. 42.
 L. 5. Fin. c. 25. in Epit. Taur. c. 33.
 vocatur: *Eryllus Pyrrhonius*. Bün.

m) quem

sententiæ. In tanta diuersitate quem sequimur ^m? cui credimus? par est in omnibus ⁿ auctoritas. Si eligere possumus, quod est melius; iam ^o non est philosophia nobis necessaria; quia sapientes iam sumus, qui de sapientum sententiis iudicemus. Quum vero discendæ sapientiæ causa veniamus; quid possumus iudicare ^{p. q}, qui nondum sapere cœperimus? maxime quum præsto adsit ^r academicus, qui nos pallio retrahat ^s ac vetet cuiquam credere; nec tamen adferat ipse, quod sequamur.

VIII. Quid ergo superest, nisi vt omisissis litigatoribus ^{a. b} furiosis ac pertinacibus, veniamus ^c ad iudicem, illum scilicet datorem simplicis et quietæ sapientiæ? qui non tantum formare nos ac inducere in viam possit, verum etiam de controueris istorum ferre sententiam. Hic ^d nos docet, quid sit hominis verum, ac summum bonum. de quo prius quam

^m) quem sequimur? cui credimus] Edo, vt constanter editi ante Cell. habent, in præsentî: *sequimur - credimus*. Bün.

ⁿ) par est in omnibus] Habent in omnibus Bon. Tax. Cauc. Angl. Lipf. Pal. cum Tornæs. 1587. 1613. Betul. Thom. et seqq. At dandi casu: *par est omnibus*, Goth. Iun. Pen. Rost. Ven. 1471. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Posteriorius placet Heumanno; pro priori eaque rariori lectione Cicero pro Rost. Amer. c. 1: *in quibus summa auctoritas est*. Bün.

^o) iam non est] significat iam h. l. amplius. Bün.

^p) quid possumus iudicare] Ex MSS. quid restituo et ed. Rom. Cell.

^q) quid possumus iudicare] Sic cum MSS. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Alterum: *qui possumus*, pro *quomodo*, ex Parrhasio 1509, Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæs. Thom. et reliqui habent. Bün.

^r) præsto adsit] not. L. 2. 16. 10. Bün.

^s) qui nos pallio retrahat] Vitiose Ven. 1497. et Pier. *qui os pallio*, quasi os in pallio philof. habuisset inuolutum. nos rectum ex c. 6. 8. Bün.

^a) litigatoribus furiosis ac pertinacibus] Emman. scriptus, et antiquæ editiones Rom. ac Ven. *lisigatoribus*. quod etiam adiuncta *furiosis*, *pertinacibus*, flagitant: *lisigationsibus* alii. Cell.

^b) lisigatoribus] Recte. ita Bon. Tax. Cauc. Iun. Pal. Vltr. Goth. Lipf. tert. Crat. Gymn. Tornæs. omnes, et ita ex omnibus antiquis suis codd. Thomafius legendum censuit, quem secuti Iszus, Gall. Spark. et merito. Bün.

^c) veniamus] Sic omnes rectius, quam Bon. *manus demus*. Bün.

^d) qui non - Hic nos] Bon. Tax. Cauc. Vltr. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97: *qua non - Hac nos* scil. *sapientia*. vt c. 11. 3. Placet Heumanno Lipf. tert. *qua - Hoc*. Bün.

^e) Sed

quam dicere incipio, illæ omnes sententiæ sunt refellendæ ;
 vt adpareat, neminem illorum fuisse sapientem. Quum de
 officio hominis agatur, oportet summum summi animalis bo-
 num in eo constitui, quod commune cum ceteris animalibus
 esse non possit. Sed vt feris ^a dentes, armentis cornua, ⁴
 volucris pennæ, propria^s sunt : sic homini aliquid suum
 debet adscribi, sine quo rationem suæ conditionis ⁵ amittat.
 Nam quod viuendi, aut generandi causa datum est omnibus ;
 est quidem bonum naturale, summum tamen non est nisi quod
 est vnicuique generi proprium. Sapiens ergo non fuit, ⁵
 qui summum bonum credidit animi voluptatem. quoniam
 illa siue securitas, siue gaudium est, communis est omnibus.
 Aristippo ne respondendum quidem duco ; quem cor- ⁶
 poris semper voluptatem tuentem ^{b. i.}, nihilque aliud
 quam

^a) Sed vt feris] Wakhio suspectum
 sed habent omnes scripti et editi. vt
 hic: sed vt, sic: atqui vt posuit Lact.
 3. 13. fin. Büv.

^f) penna, propria] Lego, inquit
 Heumanus, PROPRIAE ex lege ser-
 monis latini: mihi videtur PROPRIA,
 vt est in omnibus libris, in neutro
 plur. rectum, et refero ad omnia
 antecedentia, quasi dixisset: fera-
 rum proprium sunt dentes, armento-
 rum proprium cornua, volucrum pro-
 prium pennæ: et ista ista proprium,
 in plurali: et sub ista propria,
 hinc mox n. 4: quod est vnicuique
 generi proprium, et n. 26: qua (vi-
 ctus, gloria, voluptas,) non sunt homi-
 ni propria. c. 12. 1: multa sunt pro-
 pria animi. multa propria corporis.
 Si quis malit adiectiue PROPRIA su-
 mme et hoc rectum, vt Epit. c. 1:
 quum videat calos terramque sic DIS-
 POSITA. c. 6: quum ipsi sexus - et
 copulatio - a Deo data sint. Conf.
 L. 5. 14. 9. not. et cetera. Büv.

^g) rationem suæ conditionis] In
 quantum, inquit Walchius, est ho-
 mo consistens ex animo et corpore, at

sensus, vt ego credo, est: sine quo
 rationem corporis rectam, ad Deum
 contemplandum et agnoscendum homi-
 ni proprie datum, amittat. Probo ex
 L. 2. 17. 9: oculos eo dirigamus, quo
 illos naturæ suæ conditio direxit,
 nihilque aliud colamus nisi solius ar-
 tificis - numen. L. 2. 18. 1: Quicumque
 sacramentum hominis tueri, ratio-
 nemque suæ naturæ nititur obtinere -
 oculos tendat in calum. n. 5: rationis
 ac status sui memorem - ad superna ni-
 ti. Conf. L. 3. 10. 10-15. et NB. L. 7.
 9. 10. 11. de Ira c. 7. 4 - 6 - 13. 15. Opif.
 8. 1 - 3. Büv.

^h) quem corporis semper voluptates
 tuentem] Lectio codicis Emman.
 est, et antiquar. edd. Rom. ac Ven. ni-
 si quod hæc voluptatem habent. Vul-
 gati, in corporis voluptates tuentem:
 Aldus intuentem. Sed quam concin-
 nior illa, quam nostram fecimus?
 Cell.

ⁱ) quem corporis semper voluptatem
 tuentem] Ita edo, nam plures scripti
 et editi in singulari: voluptatem, re-
 ctius. præterea Goth. duo Guelferb.
 Emman. Rom. 1474. Ven. 1490. 93. 97.
 Paris.

quam ventri et Veneri seruientem^k, nemini dubium est, hominem non fuisse. sic enim vixit, vt nihil inter eum pecudemque distaret, nisi vnum, quod loquebatur. Quod si asino, aut cani, aut sui facultas loquendi tribuatur, quærasque ab his, quid sibi velint, quum feminas tam rabide consecretantur^l, vt vix diuelli queant, cibos etiam potumque negligant; cur aut alios mares violenter abigant, aut ne victi quidem absistant; sed, a fortioribus sæpe contriti, eo magis insectentur; cur nec imbres, nec frigora pertimescant, laborem suscipiant, periculum non recusent: quid aliud respondebunt, nisi summum bonum esse (corporis) voluptatem^m? eam se adpetere, vt adficiantur sua-

Paris. 1499. 1513: *quem corporis semper voluptatem tuentem; quam veram lectionem addito in corrumpere Ven. 1472. vtraque 78. Iunt. Parrh. quem in corporis semper voluptatem tuentem. Ald. Crat. Gymn. quem in corporis semper voluptatem intuentem. Tuoer lectionem primam, est enim verbi TVERI, pro defendere, adserere, singularis vsus in philosophia apud Ciceronem et Lactantium. Lact. 5. 17. 9: vt decretum sua disciplina tueretur. de Opif. c. 1. 2: scitam tueri. Cic. L. 2. Finib. c. 4: id tenere, vnum id tueri, id defendere. L. 3. Fin. c. 11: omnibus philosophis hac est tuenda sensentia. L. 4. Fin. 18: qui Carnea deum finem tueri volunt. Et quid sæpius de ipso Aristippo apud Ciceronem dicitur, quem Lactantius aperte sequitur. Cic. 4. Acad. c. 45: Aristippus - corpus solum tuetur. L. 2. Fin. 6: eam voluptatem tueretur, quam Aristippus etc. de Orat. L. 3. c. 17: ab Aristippo --- nec voluptatem tuentur. Est quidem et altera lectio: in corporis voluptates RVENTEM elegans, quam Lipi. Sublac. Ven. 1471. Rost. Gryph. Tornæs. Thom. et recentiores habent, vt Lact. 6. 23. 2: vt in hos adfectus audivissime tuerent. L. 7. 1. 14:*

libidinum stimulis incitati in furias ignemque ruunt (ex Virg. 3. Ge. 244. vbi plura Cerda). Conf. L. 6. 18. 24. sed ita: in corporis voluptates ruere, nihil differret a seqq. ventri et Veneri seruire. Nostra vero lectio Aristippæ doctrinam et mores exhibet. Bün.

k) nihil aliud quam ventri - seruientem] Nihil aliud quam i. e. tantum. L. 3. 16. 1: vitam nihil aliud quam in eloquendo peragant. L. 3. 19. 12: damnant vitam omnem, plenamque nihil aliud quam malis opinantur, ad quæ loca plura damus. Conf. L. 4. 15. 9. L. 5. 19. 29. 30. de Ira 22. 3. vindicarunt quoque Guil. Budæus L. 4. epist. not. r. f. 90. a. Gronov. ad Liuii L. 31. c. 24. Burmann. ad Petron. c. 86. p. 421. Pari modo, vt h. l. Seneca ep. 98. fin. si nihil aliud quam dolori operam dabit. Bün.

l) tam rabide consecretantur] Vt Cicerò 5. Tusc. 6: quem libidinibus inflammatum et furem videmus omnia rabide adpetentem cum inexplabili cupiditate. Bün.

m) nisi summum bonum esse corporis voluptatem] Absent ab Emman. corporis: et vtique videtur hoc loco omittendum, quia, quamuis intelligebant Cyrenaici, maluerunt tamen ambigue loqui, vt mox sect. 9. Cell.

n) eos-

suavisimis sensibus; eosque esse tanti, ut adsequendorum causa*, nec laborem sibi vllum, nec vulnera, nec mortem ipsam recusandam putent. Ab hisne igitur præcepta vivendi petemus, qui hoc idem sentiunt, quod animæ rationis expertes*? Aiunt Cyrenaici, virtutem ipsam ex eo esse laudandam, quod sit efficiens voluptatis*. Verum*, inquit* obscenus canis*, aut sus ille lutulentus*: nam ideo cum ad-

ver-

n) eosque esse tanti, ut adsequendorum causa] MSS. Cott. et Bodl. eamque esse tanti ut adsequensibus eam, laudarem si adsequentes haberent. Bün.

o) quod anima rationis expertes] Singularis synecdoche, cum anima idem quod animal, siue pecus significat. Stadius 2. Theb. v. 246:

Hi p̄bris animaque litant: hi cessite nudo,

id est, victimas cadunt: nudo autem cessite, est sine animali, solo fære, aut thure. Celi.

p) anime rationis expertes] Ita Cyprianus, siue auctor Carin. de Sodomâ v. 45:

Quo nulla nuptant animæ: non lustra colentes,

Non stabulis reduces, non vndis jubse: hinc etc.

Conf. Barth. Aduersar. L. 2. c. 18. Bün.

q) ex eo] i. e. ideo. notati L. 2. 17. 9. Ita vero Bon. Pal. Jun. Vltr. Tax. Lipf. 1. vt sine necessitate Cauc. et Lipf. terr. ex eo ipso legant. Bün.

r) vni eorum - efficiens voluptatis] Membr. Guelf. et alius Guelf. papyrus. cum Lipf. altero et Reimni. effigies voluptatis, prauè: sunt enim ipsa Ciceronis verba ex L. 3. Offic. c. 33. Vt hic Cicero efficiens voluptatis, sic L. 3. Off. c. 3: efficiens vilitatis; et Lactantius nostro capite n. 13: fugiens doloris. Bün.

s) Verum, inquit] Ita Bon. Tax. Pen. Cauc. Pal. Lipf. Reimn. Tornæs. At Cant. Sublac. Koit. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Paris. Gymn.

Gryph. Ifzus: verum ergo inquit. Romana vetustiss. Sparkii: Non erro vero, inquit. Vltr. Goth. Betul. Non vero inquit. MS. Iunii: Ita vero inquit. Parrh. Vt verum ergo inquit. In tanta librorum variatione melior lectio Iunii: Ita vero; licet vix dubitem corruptam hic elegantem formulam VERO pro immo vero. Similis elegantia Laët. L. 3. c. 17. 34. VERO, INQUIT, vbi plura. Bün.

t) inquit] Lego, inquit Heumanus, inquit. At omnes libri: inquit, et recte. Est enim hæc vox instar perpetuæ formulæ nulla personarum aut temporum habita ratione, vt pluribus ostendo ad L. 3. c. 28. 10. ex MSS. inipiente, inquit. Bün.

u) obscenus canis] Hic phyllogophi Cynici, inquit Walchius, dicti a rabiosa obscenitate etc. At hic non de Cynicis, sed canis et sine proprie dictis noster loquitur, vt clarum ex n. 7: si cani aut sui faciem loquendi tribuatur; his igitur loquendi facultatem adfingit. præterea hic agit de Cyrenicis n. 9. et Aristippo n. 6. de Cynicis demum agit c. 15. sect. 20. Obscenus in nostro notat libidinis rabiem; Virgilio vero L. 1. Georg. 470. obscena canis sunt ominosum latratum edentes, vt recte Taubmann. et Emmenesius. Taubmannum ne vocula quidem mutata descripsit Heraldus ad Arnob. L. 1. p. 16. Bün.

x) sus-lutulentus] Lipf. 2. prauè: lutulentus. Vid. Lactantii L. 4. 18. 19. Bün.

V 2

y) vi-

versario summa virium contentione depugno, vt virtus mea
 pariat mihi voluptatem, cuius expers sim necesse est, si victus
 10 abscessero ^y. Ab his ergo sapere discernimus, quos a pecudi-
 bus ac belluis non sententia ^z, sed lingua discernit? Priua-
 tionem doloris summum bonum putare, non plane Peripate-
 11 ticorum ^a, ac Stoicorum, sed clinicorum ^{b. c} est. Quis enim
 non intelligat, ab ægrotis, et in aliquo dolore positus esse hoc
 disputatum? quid tam ridiculum, quam id habere pro sum-
 mo bono, quod medicus possit dare? Dolendum est ergo, vt
 fruamur bono, et quidem grauiter, ac sæpe; vt sit postea,
 12 non dolere, iucundius. Miserrimus est igitur, qui num-
 quam doluit; quia bono caret. quem nos felicissimum pu-
 13 tabamus, quia malo caruit. Ab hac vanitate non longe
 absuit ^d, qui, omnino nihil dolere, summum bonum dixit.
 nam

y) *victus abscessero*] Tornæs. MSS. cum Emman. et Goth. *victus fuero*. Bün.

z) *sententia*] Walchio *sententia* h. l. est ratio. Sensus verus petendus ex n. 8: *qui hoc idem sentiunt quod anima rationis expertes*. Bün.

a) *non plane Peripateticorum*] Sic libri omnes, etiam Reimm. vt Iani Gulielmi in Quæst. ad Plaut. Menæch. c. 4. legentis: *plano Peripateticorum*, quasi erroneus planus dixerit, magis ingeniosa, quam vera sit emendatio. Bün.

b) *sed clinicorum philosophorum*] Ianus Gulielmi restituit, quem Spar- kus et Gallæus sequuntur: quasi æ- grotos lecto adfixos intelligat, de valentium beata vita disputantes. Adclamant quidam scripti codices, Emman. etiam, reliquis cum edito- rum turba *Cynicorum* nomen exhibentibus. Cell.

c) *sed clinicorum est*] MS. codex Iani Gulielmi c. l. item Cauci, Vltr. Pal. Lips. duo, Emman. *Clinicorum*. Goth. *clynicorum*. Guelf. 2: *cynico- rum*. Reimm. *cunctorum*. Witeb. cum Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque

78. 93. 97. Paris. et alii: *cinicorum*, (aut: *cynicorum*), nihil mirum pro *clenicis* substituisse *cynicos*, quia illis clinici philosophi nulli videbantur; hinc ortæ Betuleii et Thyfii hic ab- sonæ de Cynicis notæ. Eiecto ad- sumento *philosophorum* recte hic le- gi: CLINICORVM EST, euincunt verba proxima n. 11: *ab ægrotis et in aliquo dolore positus*. Lactantius non obscure hic, vt sæpe, imitatus est Cyprianum epist. ad Magnum: (ed. Pamel. ep. 76. ed. Erasmi Basil. et Gryph. L. 4. ep. 7.) *vt non interro- gentur - clinici sint, an peripatetici*. Sæpius ita adludunt, maxime ad *Pe- ripateticorum* nomen; vt apud Se- necam ep. 29. de Aristone philoso- pho, qui in gestatione diserebat, de cuius secta quum quæreretur, Scaurus ait: *vtique peripateticus non est*. sedebat enim, non ambulabat. Notum Paullini Nolani pium di- ctum: *sis Peripateticus Deo, Pytha- goreus mundo*. Bün.

d) *non longe absuit*] Goth. *non longe fuit*. non male, vti noto L. 1. 5. 11. et L. 6. 12. 26. Bün.

e) *pra-*

nam præter quod ^c omne animal doloris est fugiens ^f; quis potest sibi hoc bonum præstare, quod nobis ut eueniat, nihil aliud possumus quam optare? Summum autem bonum ¹⁴ non potest efficere quemquam beatum; nisi semper fuerit in ipsius potestate. hoc autem non virtus homini, non doctrina, non labor, sed natura ipsa cunctis animantibus præstat. Qui ¹⁵ voluptatem cum honestate ^g iunxerunt; communionem hanc effugere voluerunt. sed effecerunt repugnans bonum. quoniam qui voluptati deditus est, honestate careat, necesse est: qui honestati studet, voluptate. Peripateticorum bonum ¹⁶ nimium multiplex, et exceptis animi bonis ^b, quæ ipsa quæ sint, magna contentio est; commune cum belluis potest videri. Nam corporis bona, id est, incolumitas, indolen- ¹⁷ tia ^d, valetudo, non minus sunt mutis, quam homini, necessaria; ac nescio, an etiam magis: quia homo et medelis, et ministeriis subleuari potest, muta non possunt. Item, quæ ¹⁸ adpellant fortunæ bona? nam sicut homini opibus ad vitam tuendam, sic ^k illis præda et pabulis est opus. Ita inducen- ¹⁹ do

e) præter quod] Lipf. tert. prætereo, quod. Ven. 1493. 1497. Paris. præterquam quod et facile, inquit Humanus, adparet, legendum esse præterquam quod. Retinui præter quod, ex pluribus MSS. et Sublac. Roff. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Betul. Tornæs. Thom. et reliquis; immo quia præter quod rarius, pro eo notius alterum videntur subornasse. Iterum ex Gothano de Opif. 19. 6: præter quod ipsius beneficio incolumes sumus. Aliquoties ita Apulei. Metam. 3. p. 122: Nam præter quod epulis alienis voluptates meas anteferrem. Lib. 4. Metam. p. 155: Nam præter quod diurnæ quietis imagines falsa perhibentur. Plura Dukerius ad Flor. L. 2. 6. 24. p. 318. Bün.

f) doloris est fugiens] vt n. 9: efficiens voluptatis. Conf. Vechner. Hellenol. p. 291. Bün.

g) Qui voluptatem cum honestate]

sc. Calliphon et Dinomachus L. 3. 7. 7. Bün.

h) et exceptis animi bonis] Ex Goth. cod. adposui ET, quod sane necessarium videtur, saltem elegans. Cell.

i) indolentia] de noua hac Ciceronis voce vid. Fabrit. et Græuium ad L. 3. Off. 3. p. 287. Lipf. 2: indolentia, prauæ. Bün.

k) sicut - sic] Reddidi sicut - sic ex Bon. Tax. Pen. Vltr. Lipf. 2. 3. Quia hæc particularum consecutio rarior, pro Sic notius ita editi substituerant. Lactantius L. 2. 9. 6: sicut lux orientis - sic occidentis tenebra. L. 3. 4. 4: sicut tollit - sic - tollitur. Conf. L. 4. 4. 2. c. 7. 6. L. 6. 4. 15 - 17. Opif. 5. 11. L. 6. 15. 8: Sicut in sentes ager exuberat, sic animus etc. Alibi ita variat eleganter L. 6. 22. 4: Sicut Deus - ita ille sic sicut ad verum bonum - sic ad verum malum. Ipse Cicero L. 1. Tusc. 17: Num dubitamus, an sicut pleraque, sic ethoc. Bün.

do bonum, quod non sit in hominis potestate, totum homi-
 20 nem alienæ ditioni subiugarunt ^l. Audiamus etiam Zeno-
 nem. nam is interdum virtutem somniat. Summum, inquit,
 est bonum, cum natura consentanee viuere. Belluarum igi-
 21 tur nobis more viuendum est. Nam quæ abesse debent
 ab hominæ, in his omnia ^m deprehenduntur. voluptates ad-
 petunt, metuunt, fallunt, insidiantur, occidunt: et, quod ad
 22 rem maxime attinet, Deum nesciunt. Quid ergo me do-
 cer, vt viuam secundum naturam, quæ ^{n. o} ipsa in deterius pro-
 na est; et quibusdam blandimentis lenioribus in vitia præci-
 23 pitat? vel si aliam ^p mutorum, aliam hominis dicit esse natu-
 ram; quod homo ad virtutem fit genitus: non nihil dicit:
 sed tamen non erit definitio summi boni. quia nullum est
 24 animal, quod non secundum naturam suam viuat. Qui
 scientiam summum bonum fecit, aliquid homini proprium
 dedit; sed scientiam alterius rei gratia homines adpetunt, non
 25 propter ipsam. Quis enim scire contentus est, non expe-
 tens aliquem fructum scientiæ? Artes ideo discuntur, vt ex-
 erceantur: exercentur autem vel ad subsidia vitæ, vel ad vo-
 luptatem, vel ad gloriam. Non est igitur summum bonum,
 26 quod non propter se expetitur. Quid ergo interest, vtrum
 scientiam summum bonum putemus; an illa ipsa, quæ scientia
 ex se parit, id est victum, gloriam, voluptatem? quæ non
 sunt homini propria, et ideo ne summa quidem bona? nam

VO-

l) *subiugarunt*] L. 4. 10. 12 - 16.
 L. 7. 15. 15. c. 24. 4. de Ira 13. 13. Mort.
 Perf. 16. 7. de vocis auctoritate conf.
 Cellar. Antibarb. et Curas Poster.
 Bün.

m) *in his omnia*] Sic lego ex Bon.
 Pal. Lipf. 1. et Heumanno placet.
 Bün.

n) *qua ipsa in deterius prona*] Em-
 man. et Lipf. *qua*, vulgo *quia*. Cell.

o) *qua ipsa*] Sic Bon. Cauc. Vltr.
 C. C. C. Emman. vtrique 78. 93. 97.
 Paris. Bün.

p) *vel si aliam*] Dedi antiquam
 lectionem ex Bon. Tax. Pen. Vltr.

Pal. Lipf. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72.
 vtrique 78. 93. 97. Paris. Tornæs.
 1587 - 1613. Recentiores secuti Parrh.
sed si aliam ediderant. Bün.

q) *et ideo ne summa quidem bona*] *Glossema manifestum*, inquit Heu-
 mannus, *ne dicere quidem potuit La-*
ctantius summa bona, quam vnum
statuat S. B. At reperio in omnibus
 MSS. et editis, et quidni dicere po-
 tuerit *summa bona*? Iterum L. 6. 6. 2:
qui quid esset summum bonum, ne-
scierunt, et in ceteris bonis malisq.
qua summa (sc. bona malaue) non
sunt, errauerint necesse est, et maxime

me

voluptatis et victus adpetentia non homini solum, sed etiam mutis inest. Quid cupiditas gloriæ? nonne in equis deprehenditur, quum victores exsultant, victi dolent? 27

Tantus amor laudum, tanta est victoria cura.

Nec immerito summus poeta experiendum esse ait,

Et quis cuique dolor victo, qua gloria palma.

Quod si ea, quæ parit scientia, communia sunt cum aliis animalibus: non est ergo summum bonum scientia. Præter ea non mediocre huius definitionis est vitium, quod scientia nuda ponitur. Incipient enim beati omnes videri, qui artem aliquam scierint, immo vero qui et res malas scierint, ut tam beatus sit, qui venena didicerit temperare, quam qui mederi. Quæro igitur, ad quam rem scientia referenda sit, si ad causas rerum naturalium: quæ beatitudo erit mihi proposita, si sciero, unde Nilus oriatur, vel quidquid de cælo physici delirant? Quid? quod earum rerum non est scientia, sed opinatio; quæ pro ingeniis varia est. Restat, 30

vt

me in nostri loci Epitome c. 33: *artes discuntur ut sint nobis aut victui, aut gloriæ, aut etiam voluptati, qua vitique summa bona esse non possunt.* Dixit ita et ipse Cicero pro Marcello c. 6: *Qua non modo summa bona, sed audebo vel sola dicere.* Boethius quoque L. 3. Consol. Prof. 10: *duo summa bona, qua a se diversa sunt, esse non possunt -- nullo modo qua summa sunt bona, ea possunt esse diversa.* Bün.

r) *Tantus amor laudum*] Virgillii est Georg. 3. v. 112. et alter, qui sequitur, v. 102. Vtroque poeta de equis agit. Cell.

s) *huius definitionis*] Vulgo *disputationis.* Sed illud Emman. Goth. Lips. est codicum scriptorum. Cell.

t) *definitionis*] Ita Bon. et omnes codd. Thomassii; Tax. Pen. Iun. Vltr. Cott. Mert. C. C. C. et iam receperant utraque Ven. 1478: *diffinitionis.* Betul. et omnes Tornæz. *definitionis.* At in Ven. 1471. immo et

Rost. 1476. (secus ac Heumannus vult): *disputationis* cum reliquis legitur. Bün.

u) *beati omnes*] Recepti: *beati omnes* ex Bonon. antiquo, Cauc. Vltr. Emman. C. C. C. Goth. et Tornæz. 1587 - 1613. præcunte Beuleio, adprobantibus Thomasio et Heumanno. Bün.

x) *venena temperare*] I. 5. 9. 15: *venena clam temperent.* Epit. 59. 7: *ad necem hominum pocula temperare.* Bün.

y) *quidquid delirant*] Iungit cum casu sæpius, ut de Ira 10. 3. de Opif. 6. 1. Notus Horatii versus. L. 1. epist. 2. 14: *Quidquid delirant reges.* Bün.

z) *sed opinatio*] Omnes scripti, quos consulimus, etiam ed. Rom. vetus, *opinatio*: quod conuenientius est, quam vulgatum *opinio.* Cicero Tusc. 4. c. 11: *Hæc autem opinatio est, iudicare se scire quod nesciat.* Cell.

a) *sed opinatio*] Ita Bon. Tax. Pen. Vltr. Pal. et Tornæz MSS. et dudum

vt scientia bonorum ac malorum summum bonum sit. Cur ergo scientiam maluit, quam ipsam sapientiam summum bonum dicere, quum sit vtriusque significatio, et vis eadem? nemo tamen vsque adhuc ^b summum bonum dixit esse sapientiam, quod melius dici potuit. Nam scientia parum est ad bonum suscipiendum, malumque fugiendum, nisi accedat et virtus. multi enim philosophorum, quum de bonis, malisque disererent, aliter tamen, quam loquebantur, natura cogente vixerunt, quia virtute caruerunt. Virtus autem, cum scientia coniuncta, est sapientia. Superest, vt eos etiam refellamus, qui virtutem ipsam ^{c, d} summum bonum putauerunt. in qua opinione etiam M. Tullius fuit. in quo multum inconsiderati ^e fuerunt. non enim virtus ipsa est summum bonum, sed effectrix et mater est summi boni: quoniam perueniri ad illud sine virtute non potest. Vtrumque intellectu est facile.

33 Quæro enim, vtrumne ad præclarum illud bonum facile perueniri

receperant Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. et merito. Sic L. 3. 3. 8: unde abest scientia, id eorum possidet OPINATIO. et c. 4. 1. Nonnumquam tamen et Cicero opinionem et scientiam opponit, vt L. 2. de Orat. c. 7: *Ars eorum, qua sciuntur*, oratoris autem omnis actio opinionibus non scientia continetur. add. reliqua et conf. Quintil. L. 2. Instit. c. 17. Bün.

b) *vsque adhuc*] Sic plerique scripti et editi more Plauti et Terentii; ex hoc exempla indicat Westerhovi Index; Plauti dedit Heumannus, cui, quum plebeia et vix vsitata elegantioribus hæc dictio videatur, non ausim adfentire, motus etiam elegantissima Plinii iunioris auctoritate L. 5. ep. 6. extr. *vsque adhuc certe neminem amisit*. Lib. 10. ep. 30. (20): *quod vsque adhuc factum*. add. Sueton. de Clar. Rhet. c. 1. Dixit quoque Apuleius in Apolog. p. 325: *hæc vsque adhuc lecta sunt*. Boethius

L. 4. Consol. princ. *quæ vsque adhuc sua fudit oratio*. et Minuc Felix c. 5: *vsque adhuc - deliberat*. Tertull. Apolog. c. 8. extr. *vsque adhuc probare non valuit*. vbi more Ciceronis elegantius dixissent: *hæc hætenus*; veteres enim ante memorati *vsque adhuc* de tempore, non de loco melius adhibent. Vtraque Ven. 1478. vitiose: *vsque ad*. Latinius editio prima Sublac. et Rost. *adhuc*, non præmisso: *vsque*. Bün.

c) *qui virtutem ipsam*] Exciderat ipsam: reddo probatum scriptis libris. Cell.

d) *virtutem ipsam*] Sic cum MSS. Lipf. et Emman. Ven. 1472. vtraque 78. Paris. Tornæus. 1587 - 1613. Reliquæ edd. ignorant, Heumannus ipsam delendum censet. Bün.

e) *multum inconsiderati*] Betul. *multi inconsiderati*. Rectius, vt editum ex MSS. et vett. edd. conf. c. 13. 11: *parum considerata*. Bün.

f) *sine*

niri putent, an cum difficultate, ac labore. expediant acumen suum, erroremque defendant. Si facile ad illud, ac sine labore *f* perueniri potest, summum bonum non est. quid enim nos cruciemus, quid conficiamus enitendo diebus et noctibus, quandoquidem tam in promptu id, quod quærimus, iacet; ut illud quilibet sine vlla contentione animi comprehendat *g. h.* Sed si commune quoque ac mediocre quodlibet bonum non nisi labore adsequimur; quoniam bonorum natura in arduo posita est, malorum in præcipiti: summo igitur labore summum bonum adsequi necesse est. quod si verissimum est; ergo altera virtute opus est, ut perueniamus ad eam virtutem, quæ dicitur summum bonum. quod est incongruens et absurdum; ut virtus per seipsam perueniat ad seipsam. Si non potest ad vllum bonum nisi per laborem perueniri: adparet virtutem esse, per quam perueniatur: quoniam in suscipiendis, perferendisque laboribus, vis officiumque virtutis est. Ergo summum bonum non potest esse id, per quod *i* necesse est ad aliud perueniri. Sed illi, cum ignorarent quid efficeret virtus, aut quo tenderet; honestius autem nihil reperirent: substituerunt in ipsius virtutis nomine, quam nullo proposito emolumento, adpetendam esse dixerunt, et bonum sibi constituerunt *k*, quod bono indigeret *l.* Aristoteles ab iis non lon-

f) sine labore] Lipf. alter Sublac. et Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Paris. Tornæz. 1587: *sine vlllo labore.* vt mox: *sine vlla consensione.* Bün.

g) comprehendat] Aptius est, quam quod in pluribus legitur, *deprehendat*; Gothani et Lipf. 2. auctoritate firmatum. Ceil.

h) comprehendat] Ita Tornæz. 1587-1613. Sic Thomafius in omnibus suis MSS. inuenit cum Lipf. 2. et Goth. in singulari; editi omnes, (etiamed. 1476. ex qua Heum. aliter,) *deprehendat*. At MSS. Pen. Cauc. Iun. Pal. Vltr. *comprehendant.* in plur. Bün.

i) per quod necesse est ad aliud perueniri] Sine vlla mora sic correxi ex

Bon. et omnibus MSS. Thom. Tax. Pen. Vltr. Cauc. Lipf. tert. Goth. Guelferb. Witeb. et aliis MSS. et edd. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. Betul. Tornæz. 1587-1613. Ifæo, Gallzo, Sparkio; agitur enim hic de medio, PER QUOD peruenitur, vt ex n. 35. et 36. adparet. Bün.

k) et bonum sibi constituerunt] Lipf. 2. 3: *vt bonum sibi constituerent.* Ex vtraque lectione miscuerunt. Rost. Ven. 1471. vtraque 1478: *vt bonum sibi constituerunt.* prauæ. Bün.

l) bonum - quod bono indigeret] In singulari: *indigeret.* restituo ex Goth. et Lipf. altero, Rost. Ven. 1493. 97. Paris. Betul. Tornæz. omnes, Ifæus, Spark. Walch. et Heum. nihil certius

longe recessit ; qui virtutem cum honestate summum bonum putauit : quasi vlla virtus possit esse nisi honesta^m, ac non, si quid habuerit turpitudinis, virtus esse desinat. sed vidit fieri posse, vt de virtute prauo iudicio male sentiatur, et ideo existimationi hominum seruiendum putauit. quod qui facit, a recto bonoque discedit, quia non est in nostra potestate, vt virtus pro suis meritis honestetur. nam quid est honestas, nisi honor perpetuus, ad aliquem secundo populi rumore delatus? Quid ergo fiet, si, errore ac prauitate hominum, mala existimatio subsequatur? abiiciemusne virtutem, quia flagitiosa et turpis ab insipientibus iudicetur? Quæ quoniam inuidia premi ac vexari potest ; vt sit ipsa proprium ac perpetuum et bonum ; nullo extrinsecus adiumento indigere debet, quin suis per se viribus nitatur et constet. Itaque nec vllum ei ab homine bonum sperandum est, nec vllum malum recusandum.

VIII. Venio nunc ad veræ sapientiæ summum bonum, cuius natura hoc modo determinanda est : primum, vt solius hominis sit, ne cadat in vllum aliud animal : deinde, vt solius sit

tius hac emendatione, si attente legas n. 35. 36. et n. 41: *ut sit ipsa-bonum nullo extrinsecus adiumento indigere debet, quin suis per se viribus nitatur et constet.* Virtus esset tale bonum quod, (bonum) bono alio tamquam adiumento indigeret. Absurdum est reliquorum: *indigerens.* Büñ.

m) quasi vlla virtus possit esse nisi honesta] Sic Emman. et Goth. quod ornatius est, quam vulgo editum in-bonestia. Cell.

n) esse nisi honesta] Sic ante Cell. dederat Tornæus, 1587-1613. Reliquæ omnes Sublac. Rost. Ven. 1471 - 97. etc. esse inbonestia, et sic Heuman. Büñ.

o) ut sit ipsa proprium ac perpetuum bonum] Idem eodd. Emman. et Goth.

ipsa, quod malo, quam ipsum aliorum. Cell.

p) ut sit ipsa] recte. Sic quoque Bon. Vltr. Bodl. Cott. C. C. C. vbi in editis ante Cellar. omnibus: ipsum. Büñ.

q) proprium ac perpetuum bonum] Scite voces iunxit, vt Cic. pro L. Manil. c. 16: *quod ut illi proprium ac perpetuum sit.* Proprium enim sæpe idem quod perpetuus. Nepos Thrasib. extr. *Parua munera diutina: locupletia non propria esse consueuerunt;* quod Cæsari L. i. Ciu. 40. 3: *presidium PROPRIUM, id PERPETVVM Nepoti in Alcib. c. 4. fin. Vid. ad Cæs. Dauidum p. 380. Hirtius B. Afric. c. 6: PROPRIVM gaudium bellantibus fortuna tribuere non decreuit.* Conf. Emmenesf. ad Virg. i. Aen. 73. et Vorst. ad Valer. Max. L. 7. c. 1. Büñ.

a) com-

fit animi, nec communicari possit cum corpore ^a: potestremo, ut non possit cuiquam sine scientia et virtute contingere. Quæ circumscriptio ^b illorum ^{c. d} omnes sententias excludit ac soluit. eorum enim, quæ ^e dixerunt, nihil tale est. Dicam nunc, quid sit: ut doceam, quod institui, philosophos omnes cæcos atque insipientes fuisse, qui, quod est homini summum bonum constitutum, nec videre, nec intelligere, nec suspicari aliquando potuerunt. Anaxagoras, quum ab eo quæreretur, cuius rei causa natus esset, respondit, cæli ac solis videndi. Hanc vocem admirantur omnes, ac philosopho dignam iudicant. At ego hunc puto, non inuenientem quid responderet, effudisse hoc passim ^b, ne taceret. quod qui-

a) *communicari-cum corpore*] Semper Lactantius cum præpos. cum ponit. conf. Gronov. L. 2. Obseru. c. 6. p. 113. Bün.

b) *circumscriptio*] i. e. determinatio, n. 1. L. 7. 6. 1. Bün.

c) *illorum omnes sententias*] Emu. illorum: ceteri illas. Mox, qua dixerunt, Angl. et Lipf. 1. alii qui. Cell.

d) *illorum omnes*] Solz Tornæs. 1587 - 1613: illorum omnes, cum Emman. et Goth. reliquæ omnes, etiam 1476. (in qua citata sæpe Heumannus falsus est) illas omnes. Bün.

e) *qua dixerunt*] Ita Bon. duo, aliquot Vaticani, Pen. Goth. Lipf. tert. Sublac. Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Ifæus, Tornæs. 1587 - 1613. Spark. Bün.

f) *Anaxagoras-videndi*] c. 23. 11. L. 6. 1. 2. Sinistre Lactantium dictum Anaxagoræ interpretari in aliis ostendit Iac. Thomæus præfat. XIV. p. 69. vbi fufius inquit. Bün.

g) *effudisse hoc*] Heumannus corrigit: effusiisse, atque illustrat ex Cicerone, quibus posset addere ex Tuscul. 5. c. 31: ut ex tempore quasi effucire videntur. Non ausim tamen ab MSS. et excusis conspirantibus discedere; non tantum quia n. 5: ex

tempore effusum sequitur; sed etiam quia illis commentatum et meditatatum habere opponit. Plura talia indicavi ad Lact. 1. 5. 10: non - effudit, sed meditatus venerat et paratus. Bün.

h) *passim*] Nec PASSIM, inquit Heumannus, hunc tenere potest locum. Legerim: ipsum. Habent passim omnes libri; interpretor passim, sine deliberatione, sine ratione, sine consilio, inconsiderate, temere. Sic Lact. 7. 7. 6: incursum passim sine delectu omnia. de Ira 10. 27: Quisquamne sanus existimat, quod homo ratione et consilio facere non possit, id concursu atomorum passim coherentium perfici potuisse. pro passim c. 1. dixit n. 1. et n. 26: temere, et n. 25: sine ratione. Apuleius L. 6. Metam. princ. cuncta passim iacencia et incuria confusa. Hic singula Psyche curiose diuidit, et discretim remota rite disponit. L. 8. Metam. p. 209: undique laterum circumfusi passim insiliunt, et sine vilo delectu - lacerant. adde fis not. meas ad Lact. 2. 5. 13. et c. 6. 13. Vidit quoque et docte illustravit Wasse ad Salust. Iugurth. 21. p. 283. Plura Burmannus ad Quintil. declam. IV. c. 14. et ad Phædr. L. 5. fab. 1. 3. p. 238. Bün.

i) *com-*

quidem secum, si sapiens fuisset, commentatumⁱ et medita-
 tum habere debuit. quia si quis rationem sui nesciat, ne ho-
 mo sit quidem^{k. l.} sed putemus, non ex tempore dictum il-
 lud effusum. Videamus, in tribus verbis quot, et quanta
 peccauerit: primum, quod omne hominis officium in solis
 oculis posuit, nihil ad mentem referens, sed ad corpus omnia.
 7 Quid si cæcus fuisset? officiumne hominis amitteret; quod
 fieri sine occasu animæ non potest? quid ceteræ corporis par-
 8 tes? num carebunt suis quæque muneribus^{m. n.}? Quid?
 quod plus est in auribus, quam in oculis situm, quoniam et
 doctrina, et sapientia percipi auribus solis potest, oculis solis
 9 non potest. Cæli, ac solis videndi causa natus es? quis
 te in hoc spectaculum induxit? aut quid cælo rerumque na-
 turæ visio tua confert? nimirum vt hoc immensum et admira-
 10 bile opus laudes. Confitere ergo rerum omnium esse con-
 stitutum Deum: qui te in hunc mundum quasi testem, lau-
 11 datoremque tanti sui operis induxit. Magnum esse^o cre-
 dis, videre cælum, ac solem. cur ergo gratias non agis ei,
 qui huius beneficii auctor est? cur non ipsius virtutem, pro-

i) *commentatum*] passiuè. Vid. Heusinger. ad Vechner. Hellenol. p. 115. Bün.

k) *ne homo sit quidem*] Scite, atque ex indole Latinitatis in scriptis manu ita legitur. *ne enim cum quidem* componendum. Cicero in Oratore c. 34: *Cumque illa diuina cognouerit, nolo ignoret ne hac quidem humana.* Sed quid exemplis opus in re clara et vbiuis obuia? male ergo impressum adhuc, *non homo sit quidem.* Cell.

l) *ne homo sit quidem*] Eleganter. ita quoque MSS. Cott. et C. C. C. at male, inquit Cellarius, *impressum adhuc non homo sit quidem;* quum multæ editiones ante Cellarium, scil. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. 1499. 1513. immo et Betuleius iam *ne homo sit quidem,* rectè receperint. Conf. L. 3. 2. 7.

c. 10. 11. c. 11. 7. 8. L. 1. 3. 20. et sapius. add. not. ad L. 2. 5. 25. Bün.

m) *carebuntne suis quoque*] Emman, sic: at Lipf. *num carebunt:* vulgati, *anne carebunt.* Cell.

n) *num carebunt suis quæque muneribus*] Ita iam Thomasius ex omnibus suis antiquis codicibus legendum rectè pronuntiarat; nec aliter Bon. Tax. Pen. Cauc. Lipf. tert. Præterea quoque Lipf. reliqui, Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. 93. 97. Paris. et Tornæs. 1587. 1613: *Num carebunt.* Tum Emman. et Goth. *quæque conseruarunt; licet hi duo: carebuntne.* Bün.

o) *Magnum esse credis*] Eleganter Cicero. 1. Nat. D. c. 5: *si singulas disciplinas percipere magnum est.* Plin. L. 2. ep. 3: *quod si lo adsequi magnum est.* Conf. Laët. L. 3. 1. 15. Bün.

p) *quæ*

videntiam, potestatem metiris animo, cuius opera miraris? etenim necesse est, ut multo mirabilior sit; qui mirabilia fecit 2. 9. Si te quispiam vocasset ad cœnam, in eaque optime acceptus esses; num sanus viderere, si plures faceres ipsam voluptatem, quam voluptatis auctorem? adeo philosophi ad corpus omnia referunt, nihil prorsus ad mentem: nec vident amplius, quam quod sub oculos venit. Atqui, remotis omnibus officiis corporis, in sola mente ponenda est hominis ratio. Non ergo ideo nascimur, ut ea, quæ sunt facta, videamus; sed ut ipsum factorem rerum omnium contemplermur, id est mente cernamus. Quare si quis hominem, qui vere sapit, interroget, cuius rei gratia natus sit: respondebit intrepidus, ac paratus, colendi se Dei gratia natum; qui nos ideo generavit, ut ei seruiamus. Servire autem Deo, nihil aliud est, quam bonis operibus tueri et conservare iustitiam. Sed ille, ut homo diuinarum rerum imperitus, rem maximam redegit ad minimum, duo sola deligendo, quæ sibi diceret intuenda. Quod si natum se esse dixisset, ut mundum intueretur: quamquam omnia comprehenderet, ac maiori vteretur sono, tamen non impleset hominis officium,

p) qui mirabilia fecit] MSS. ita et ed. Rom. ceteri perfecti. Cell.

q) mirabilia fecit] Sic Sublac. Rost. Ven. 1493. 97. et Tornæs. 1587 - 1613. Recte. Lipf. tert. fecerit. Bün.

r) num sanus viderere] Sic edo ex Bonon. Tax. Pen. Cauc. Iun. Emman. Goth. Lipf. tert. Ven. 1493. 97. Paris. Betul. Tornæs. 1587 - 1613. Walch. qui omnes: num sanus viderere. ut L. 2. 2. 7. Lipf. 1. et Pal. Numquid sanus. ubi corrupte Sublac. et Rost. unum facius (sapius) videre. Ven. 1471. 72. utraque 78: non sanus videreris. Tandem Parrh. Ald. Crat. Gymn. Gryph. etc. non insanus viderere, ut non sit pro nonne, quod alibi laudarem. Bün.

s) sub oculos] Lipf. 2. et Ven. 1471: sub oculis. Praue. Vid. L. 7. 12. 3. Bün.

t) tueri et conservare] Emman.

C. C. C. tueri et facere. Mert. tueri et defendere. Bün.

u) duo sola deligendo] Ex Gothano. Consentiant Lipf. et Emman. diligendo exhibentes, haud dubie eadem notione, sicut dilectum et delectum agere dicimus. Vulgares diligens. Cell.

x) deligendo] Cant. Emman. Cauc. Sublac. etiam Rost. Paris. diligendo. Ultr. et Betul. eligendo. At Bon. Tax. Pen. Lipf. tert. et Ven. 1493. 97: deligendo. Praue utraque 1478: diligenda. Bon. vnus: affigendo. Bün.

y) dixisset, ut mundum intueretur] Immo vero hoc dixit secundum Aristot. 1. Eudem. cap. 5: τῷ θεωρεῖσθαι τὸν ἕρηνόν καὶ τὴν περὶ τὸν ὅλον κόσμον τάξιν. Bün.

z) maiori vteretur sono] Horat. 1. Serm. 4. 44: Cui

cium, quia quanto plures est anima, quam corpus, tanto plures est Deus, quam mundus: quia mundum Deus fecit, et regit. Non ergo mundus oculis, quia vtrumque est corpus, sed Deus anima contemplan-
 17 git. Quod si a philosophis abfuit, proiectique in terram fuerunt diuina ignorando; existimandus est Anaxagoras ad quæ^{a. b} videnda natum esse se^c dixit, nec cælum
 18 vidisse, nec solem. Expedita est igitur hominis ratio, si sapiat, cuius propria est humanitas. nam ipsa humanitas quid est, nisi iustitia? quid est iustitia, nisi pietas? pietas autem nihil aliud est, quam Dei parentis agnitio^d.

X. Summum igitur bonum hominis in sola religione est. nam cetera, etiam quæ putantur esse homini propria, in
 2 cæteris quoque animalibus^a reperiuntur. Quum enim suas voces propriis inter se notis discernunt, atque dignoscunt^b; colloqui videntur, ridendi quoque^c ratio adparet in his aliqua, quum demulsis^d auribus, contractoque rictu, et oculis in la-
 sci-

- - - Cui mens diuiniior atque ðs
 Magna sonaturum.
 Propertius e contrario L. 4. el. 1. 58:
 Hei mihi, quod nostro paruus in
 ore sonus. Bün.

a) ad ea, ad quæ videnda] Ab Emman. abfunt ad ea, et posunt tuto abesse. Cell.

b) Anaxagoras ad quæ videnda] Sic edidi ex Emman. Goth. et Tornæs. 1587-1613. consentientibus Cell. Walch. et Heumanno. Lipf. 2d. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Iunt. Ald. Gymn. ad ea quæ videnda. At Paris. et Betul. ea ad quæ videnda. Recentiores: ad ea ad quæ. Bün.

c) natum esse se dixit] Hoc ordine Lipf. tert. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. et Tornæs. 1587-1613. vbi alix, vt n. 16: natum se esse. doctæ aures agnoscent gratum Ciceroni concursum syllabaturum se se. Restitui quoque L. 2. 15. 3:

demonas esse se. L. 1. 15. 32: vidisse se. Conf. L. 3. 4. 8: esse se. L. 3. 28. 9: pugnas se se. Plin. L. 7. ep. 26: sum hominem esse se meminit. Bün.

d) Pietas - Dei - agnitio] L. 2. 15. 7. L. 5. 14. 11. Bün.

a) in ceteris - animalibus] Quæ primis hic sectionibus habet, repetuntur fere omnia in libro de Ira c. 7. n. 7. sqq. Bün.

b) dignoscunt] L. 6. 20. 2: sequæ dignoscunt. Ira 7. 7. Bün.

c) ridendi quoque ratio] Sic edo ex Bon. Tax. Vltr. Lipf. 2. 3. Goth. Veh. 1472. vtraque 78. et Tornæs 1587-1613. Pro aliorum: ridendique n. 3. de Ira 7. 10: risus quoque. Bün.

d) demulsis auribus] Rost. 1476: demulsas auribus, vtraque 1478: demulsis auribus. prauæ. Recepta vera. de Ira 7. 9: aures demulcons. vbi plura. Bün.

e) con-

sciuiam resolutis ^e, aut homini adludunt ^f, aut suis quisque coniugibus, ac fetibus propriis. nonne aliquid amori mutuo, et indulgentiæ simile impertiunt? Iam illa ^g, quæ sibi 3
prospiciunt in futurum, et cibos reponunt; habent utique providentiam ^{b. i.}. Rationis quoque ^k signa in multis deprehenduntur. nam quando vtilia sibi adpetunt, mala cauent, pericula vitant, latibula sibi parant in plures exitus dispatentia ^{l. m.}; profecto aliquid intelligunt. Potest ⁿ aliquis ne- 4

gare

e) *contracto visu-oculis in lasciviam resolutis*] de Ira 7. 9: *visum contrahens-oculo in lasciviam resoluens. Bün.*

f) *adludunt*] *Adludero est adblandiri, blanditiis captare, προσπαίζω.* de Ira 7. 9: *ad lulum gestunt.* Terent. Eumuch. 3. l. 35: *capit ad id scortum adludere.* vbi vide Westerhouium et Gebhard. Crepund. l. 3. c. 2. Homerus Odysl. K, 216. 217: *ἀμφὶ ἀνακτα κύνος - σαινωσ*, dominum canes - circumblandiuntur, vbi scholia gr. *κολακένωσι.* Docte Boethius l. 2. Consol. Prof. 1: *Talis erat quum blandiebatur, quum tibi falsa illecebris felicitatis adluderet. Bün.*

g) *Iam illa*] de elegantii voculæ vsu in transitionibus notai ad de Opif. 10. 26: *iam peccoris latitudo, vbi sine necessitate Nam, licet et hoc elegans, Betuleius correxerat. Sic Columella l. 1. præf. n. 23: Iam ipsa terra varietas etc. Bün.*

h) *habens utique prudentiam*] Sic scribo cum Emman. Lipf. et Goth. quamuis alii *providentiam* malint. Cell.

i) *providentiam*] Sic reposui ex Reimm. Cant. Sublac. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Betul. Tornæ. Thomas. Iszo. Gall. Spark. quippe hic aptius vocabulum. Ita persuadet locus geminus de Ira 7. 10. 11:

quid tam homini propriam quam-providentia futuri? - Alia provident in futurum MSS. et editi prudentiam habentes hic non sequendi. Bün.

k) *Rationis etc.*] Instar commentarii in h. l. esse potest Hier. Rorarii elegans scriptum, quod animalia bruta sæpe ratione utantur melius homine, quod recensuit et doctis adnotationibus auxit G. H. Ribouius Helmst. 1728. 8. hic in subiuncta disl. Hist. Philof. de Anima brutorum c. 25. p. 761. sq. quoque de h. l. Lactantii egit. Bün.

l) *in plures exitus dispatentia*] Invisitatum quidem verbum, sed quod scripti antea laudati, Emman. Goth. et Lipf. nec non edd. veteres Rom. et Ven. probant: præterea aptius huic argumento, quam quod vulgo ferunt *dispatentia*. Cell.

m) *in plures exitus dispatentia*] Habent *dispatentia* MSS. Emman. Reimm. Bodlei. Lipf. Goth. Pal. Vltr. Iun. Cauc. Optime. Huc iterum faciunt de Ira 7. 10: *Sunt animalia, quæ latibulis suis diuerjas et plures exitus pandant, ut fuga pateat obsessis.* In Sublac. 1465: *disperentia*, hinc forte Ven. 1471. et Rost. 1476: *differentia*. Propius vero Ven. 1472. utraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. et reliquæ edd. *disparentia*. distincte Betul. *dispatentia*. Bün.

n) *Potest aliquis negare*] Sic omnes libri; pro: *Num potest, potestino.* Sæpe

gare illis inesse rationem, quum hominem ipsum sæpe deludant? nam quibus generandi mellis officium est; quum assignatas incolunt sedes, castra muniunt, domicilia inenarrabili arte componunt, regi suo seruiunt; nescio, an in his perfecta sit prudentia. Incertum est igitur, vtrumne illa, quæ hominī tribuuntur, communia sint cum aliis viuētib: religionis certe sunt expertia. Equidem sic arbitror, vniuersis animalibus esse datam rationem, sed mutis tantummodo ad vitam tuendam^o; hominī etiam^{p. q} ad propagandam^r: et quia in homine ipsa ratio perfecta est, sapientia nominatur, quæ in hoc eximium^e facit hominem, quod soli datum est^t intelligere diuina. Qua de re Ciceronis vera est sententia: *Ex tot*^u, inquit, *generibus nullum est animal præter hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei. ipsisque in hominibus nulla gens est neque tam inmansuetata*^x, *neque tam fera, quæ non,*
etiam^{sa}

pe sic Cicero, et Virgilius, e. g. L. 4. Aen. 560: *Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos?* Iterum Lact. Ira 10. 32. Bün.

o) *ad vitam tuendam*] Sic MSS. et edd. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. reliquæque; præter Tornæs. 1587-1613. et Walchianam: in quibus: *ad vitam tutandam*. Nolim a constanti Lactantii phrasi abire L. 3. 8. 18: *Sicut homini opibus ad vitam tuendam; ita illis prada et pabulo opus*. L. 6. 20. 2: *ut adpetant, quibus opus est ad vitam tuendam*. Sic Qui- dius L. 4. Pont. 5. 37:

Addita præterea vitæ quoque multa tuendæ

Munera, ne proprias attenuaret opes.

adde not. ad Lact. 1. 4. 6: *omnibus ad tutelam vitæ necessariis*. Bün.

p) *hominī etiam*] Goth. sic, quod concinnius quam vulgatum autem. Non enim negatur, hominī vitam tuendam; sed aliud adiungitur. Cell.

q) *hominī etiam ad*] Heumannus, ETIAM, inquit, quoque reperio in ed. 1476. At mea Rost. 1476. ex-

presse autem habet, vt reliquæ veteres; contra Tornæs. 1587-1613. etiam præferunt. Gymnicus: *hominī ad, omisso autem, (etiam)*. Betuleius omnium plenissime: *hominī autem etiam ad propagandam*. nec hoc male. Bün.

r) *ad propagandam*] Inscite quidam Lactantium putant loqui de propagatione per generationem, quum propagare hic sit producere, vt ostendi ad Lact. L. 2. 12. 21: *quæ (vita) in mille annos propagaretur*. Hic de vita beata intelligendus. Bün.

s) *eximium facit hominem*] L. 7. 9. 11: *memor conditionis suæ, quæ Deus illum fecit eximium; ad artificem suum spectat*. L. 3. 12. 24. perducit nos ad eximium illud et singulare - bonum. Bün.

t) *soli datum est*] vt L. 2. 1. 17: *nobis proprie datum est etc.* Bün.

u) *Ex tot*, inquit - *quasi recorderur*] Omnia, quæ sect. 7. et 8. diuersis litteris imprimenda curauī, sunt ipsa Ciceronis verba ex L. 1. de Legib. c. 8. Bün.

x) *neque tam inmansuetata*] Vterque

etiam si ignoret, qualem Deum haberi deceat; tamen habendum sciat. Ex quo efficitur, ut is agnoscat Deum, qui, unde ortus sit, quasi recordetur. Qui ergo philosophi volunt animos omni metu liberare, tollunt etiam religionem, et orbant hominem suo proprio ac singulari bono: quod est a recte viuendo, atque ab omni humanitate disiunctum, quia ut Deus cuncta viuentia subiecit homini, sic ipsum hominem sibi. Nam quid est, cur iidem ipsi disputent, eo dirigendam mentem, quo vultus erectus est? si enim nobis in cælum spectandum est: ad nihil aliud utique quam ob religionem: si religio tollitur, nulla nobis ratio cum cælo est. Itaque aut eo est spectandum, aut in terram procumbendum. In terram procumbere ne, si velimus, quidem possumus: quorum status rectus est. In cælum igitur spectandum est, quo natura corporis prouocat. quod si constat esse faciendum; aut ideo est faciendum, ut religioni seruiamus; aut ideo, ut rationem rerum cælestium cognoscamus. Sed rationem rerum cælestium cognoscere nullo modo possumus. quia nihil eiusmodi potest cogitando inueniri, sicut supra docui. Religioni ergo seruiendum est. quam qui non suscipit, ipse se

que Bonon. tres Vaticani, Tax. Pen. Vltr. Goth. Lips. 2. 3. Reimm. Sublac. Rost. tam MANSVETA, quod Thomasius defendit, et Heumannus insuper illustrat ex Laët. 3. 22. 11. ut sit oppositio; at Laët. locus est dubius. Reliqui MSS. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Iunt. Ald. Paris. Gymn. Crat. Fasit. Gryph. Tornz. Betul. Ifæus, Gall. Spark. Walch: neque tam inmansueta. Quam lectionem exhibent omnes, quas euolui Ciceronis editiones, L. 1. Leg. c. 8. atque, ut hic nulla gens neque tam inmansueta neque tam fera etc. sic Lib. 1. Tusc. disp. c. 13: quod, inquit, nulla gens tam fera, nemo omnium tam sit inumanis, cuius mentem non imbueris deorum opinio. Bün. y) ut is agnoscat Deum] Sic omnes Lactantii libri. huius loci si Tur-

nebus et Lambinus ad Cic. 1. de Leg. c. 8. recordati essent; non tentasset sine libris edere: ut is se agnoscat Deum. Bün,

x) ne, si velimus, quidem possumus] Id meliores libri præferunt, etiam scriptus Gothanus: nec admitte[n]di, qui nisi, aut si vel habent. Adde ad cap. 9. num. 5. dicta. Cell. a) ne, si velimus, quidem possumus] Recte sic Bonon. Lips. 1. Goth. et ita ediderunt Betuleius, Ifæus. At praeue Sublac. Ven. 1493. 97. et Rost. 1476: procumbere, si velimus, quidem possumus. (Heumannus in Rost. 1476. errat.) Vtraque 1478. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornz. nisi velimus quidem, non possumus. Paris. 1513: si velimus quidem non possumus. Bün.

*) [supra docui] L. 3. 3. 5. Bün.

a) viam

prosternt in terram, et vitam pecudum secutus, humanitate
 2 se abdicat. Sapientiores ergo imperiti, qui etiam si errant
 in religione deligenda; tamen naturæ suæ, conditionisque
 meminerunt.

3 XI, Constat igitur, totius humani generis consensu,
 religionem fuscipi oportere. sed quomodo in ea erretur, ex-
 4 plicandum est. Naturam hominis hanc Deus esse voluit,
 vt duarum rerum cupidus et adpetens esset, religionis, et sa-
 pientiæ. Sed homines ideo falluntur, quod aut religionem
 fuscipiunt, omisla sapientia; aut sapientiæ soli student, omis-
 5 sa religione: quum alterum sine altero esse non possit verum.
 6 Cadunt ergo ad multiplices religiones, sed ideo falsas, quia
 sapientiam reliquerunt, quæ illos docere poterat, deos multos
 esse non posse: aut student sapientiæ, sed ideo falsæ, quia
 religionem summi Dei omiserunt, qui eos ad veri scientiam
 7 potuit erudire. Sic homines qui alterutrum fuscipiunt,
 viam deuiam ^{a. b.}, maximisque erroribus plenam sequuntur:
 quoniam in his duobus inseparabiliter connexis et officium ho-
 8 minis, et veritas omnis inclusa est. Miror itaque nullum
 omnino philosophorum extitisse, qui sedem ac domicilium
 9 summi boni reperiret. Potuerunt enim sic quærere: Quod-
 cumque est summum bonum; necesse est omnibus esse pro-
 positum. Voluptas est, quæ adpetitur a cunctis: sed hæc et
 communis est cum belluis; et honesti vim non habet; et sa-
 tietatem adfert; et nimia nocet; et processu minuitur ætatis;
 et multis non contingit. nam qui opibus cauent, quorum ma-
 6 ior est numerus; etiam voluptate careant, necesse est. Non
 est igitur summum bonum, sed ne bonum quidem ^c voluptas.

Quid

a) *viam deuiam sequuntur*] Vulgo
viam deuiam: at MSS. Cantabr. et
 edd. Rom. ac Ven. priores, *viam*.
 Suadent, quæ de erroribus addun-
 tur, hanc κατ' ὀξύμωρον le-
 sionem. Cell.

b) *viam deuiam sequuntur*] Licet
 MS. Emman. Goth. Lips. vtraque
 Ven. 1478. 93. 97. Parth. Iunt. Ald.

Crat. et plures: *viam deuiam* - sequi
 habeant, atque phrasit sit Ciceronis
 in Laët. 6. 24. 2. conf. L. 4. 26. 9.
 præfero tamen ex MS. Witenb. Sub-
 lac. 1465. et Rost. et aliis cum Cell.
 et Heum. *viam deuiam*. Sic L. 4.
 30. 3: *vias sibi deuias condiderunt*.
 Bin.

c) *Non est - summum bonum, sed ne
 bonum*

Quid diuitiæ? multo magis ^{d.} nam et paucioribus, et ple- 7
rumque casu, et inertibus sæpe, et nonnumquam scelere con-
ringunt, et optantur ab iis, qui eas iam tenent. Quid re- 8
gnum ipsum? ne id quidem. Non enim cuncti homines re-
gnare possunt: et ^e necesse est vniuersos summi boni capaces
esse. Quæramus igitur aliquid, quod propositum sit omni- 9
bus. Num virtus? negari non potest, quin et bonum sit, et
omnium certe bonum. Sed si beata esse non potest ^f, quia
vis et natura eius in malorum perferentia ^g posita est; non
est profecto summum bonum. Quæramus aliud. At nihil 10
virtute pulchrius, nihil sapientia ^b dignius inueniri potest.
Si enim vitia ob turpitudinem fugienda sunt; virtus igitur
adpetenda est ob decorem. quid ergo? potest ne fieri, ut
quod bonum, quod honestum esse constat; mercede ac præ-
mio careat; sitque tam sterile, ut nihil ex se commodi pariat?
Labor ille magnus, et difficultas, et oblectatio ^{i, k} aduersus 11

ma-

bonum quidem] Sequitur Senecam de Vita Beata c. 10. fin. Tu illam (voluptatem) summum bonum putas? ego ne bonum. Ex opposito Cicer. 3. Off. c. 29: dolere non modo non summum malum, sed nec malum quidem etc. Büx.

d) multo magis] repete ex prioribus: non sane summum bonum. Büx.

e) et necesse est] Heumannus scribit: ac necesse est, quia et est in omnibus libris, interpretor: et tamen particula tamen sæpe in Cicerone et Lactantio sic subauditur. Lact. 4. 2. 3: nusquam - sapientiam comprehenderunt, et alicubi esse illam necesse est. Corn. L. 5. 9. 4. not. Insignis est locus Minucii Fel. c. 26. 2: Regulus - anguria seruauit et captus est. Mancinus religionem tenuit, et subingum missus est. Pullos edaces habuit et Paulus, apud Cannas tamen - prostratus est. Büx.

f) Sed si beata esse non potest] Emman. sine conditione, sed beata

esse non potest, quia, et reliqua. Cell. g) in malorum perferentia] Betul. perferentia. prauæ. L. 3. 12. 7: in perferendis malis tota vis eius (virtutis) est, et L. 7. 1. 8: tolerantia malorum latinus dicitur. Hic dixit perferentiam, ut Tertullianus aliquoties: sustententiam. L. 4. adu. Marcian. c. 15. et ibidem c. 24: offerentiam, quam vocem in Lexicis non inueni. Eiusdem fere fortis est Lact. L. 5. 22. 3: perlatio, et in Epit. c. 34. 7: sustententia. Büx.

b) nihil sapientia dignius] Plerique ita: Goth. sapientie. Cell.

i) et oblectatio aduersus mala] Emman. oblectatio, quod cum sequentibus, aduersus mala, conuenit magis, quam aliorum eluctatio. Vox ipsa Arnobii est, qui præceptor nostri fuit. Lib. 2. contra Gentes p. 77. dixit, pertinaci oblectatione virtutum adfectus ex animis protrahere. Cell.

k) oblectatio aduersus mala] Recept. Cell. ex Emman. qua voce præ-
X 2 ter

- mala, quibus hæc vita plena est, aliquid magni boni pariat, necesse est. Id vero quid esse dicemus? num voluptatem? at nihil turpe ex honesto nasci potest. num diuitias? num potestates? at ea quidem fragilia sunt et caduca. num gloriam? num honorem? num memoriam nominis? at hæc omnia non sunt in ipsa virtute, sed in aliorum existimatione, atque arbitrio posita. Nam sæpe virtus et inuisa est, et malo adficitur. debet autem id bonum, quod ex ea nascitur ^{l. m.}, ita coherere, vt diuelli, atque abstrahi ⁿ nequeat. nec aliter summum bonum videri potest, quam si et proprium ^o sit virtutis; et tale, vt neque adiici quidquam, nec detrahi possit.
- 14 Quid? quod in his omnibus contemnendis virtutis officia consistunt. nam voluptates, opes, potentias, honores, eaque omnia ^p, quæ pro bonis habentur, non concupiscere, non adpetere, non amare, quod ceteri faciunt victi cupiditate, id est
- 15 profecto virtus ^q. Aliud ergo sublimius atque præclarior effi-

ter Arnobium etiam Martianum Capellam vsium noui L. 6. p. 208: *ob-
tultatione flammurum*. At quia omnes scripti Lips. Goth. Guelf. Witeb. Anglic. et Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 97. Pier. Parrh. Ald. Iunt. Paris, et reliquæ exhibent: ELVCTATIO, conicio legendum: RELVCTATIO, quam vocem Apuleius, quem aliquoties sequitur, habet. Ciceronis est: *resistere et repugnare contra veritatem*. Fulgentii Virgil. Continent. ed. Munckeri p. 164: *contra - furiam - ingenii arma* reluctant. ad rem conf. L. 3. 12. 7. L. 6. 24. 39. 40. Bün.

l) *quod ex ea nascitur*] ex ea, virtute, vt nostri scripti habent: non eo, vt vulgati. Mox iidem codices *abstrahi* præ se ferunt; non *dis-
trahi*. item, quod seuius videtur, elegantia tamen non caret, *si et proprium s. v.* non autem et *si*. Cell.

m) *ex ea nascitur*] Receperant iam ante Cellarium *ex ea* Ven. 1471. 72. vtraque 78. Rost. Paris. Bün.

n) *atque abstrahi*] Sic restituo ex Bon. Tax. Pen. Goth. Lips. tribus, Pal. Iun. Vltr. Cant. Emman. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. altera 1478. (vbi prope prima 1478: *atque obstrahi*.) et Tornæs. 1587 - 1613. pro Cellariana: *atque ea abstrahi*, et aliorum: *atque distrabi*. Bün.

o) *si et proprium - et tale*] Sic MSS. Bon. Tax. Pen. Ven. 1472. vtraque 78. 93. 97. Paris. et Tornæs. 1587 - 1613. At Parrh. Iunt. Ald. Gynn. Gryph. Bet. et neglecto: *si proprium*. Thomafius cum adscelis: *et si proprium*. Prius: *si et - es* est ex indole Lactantii L. 2. 8. 71: *si et Deum esse unum et ab ipso esse facta vniuersa cognoscat*. L. 3. 12. 21: *si et sine careat et omni malo*. L. 3. 17. 37: *si et utile sit et tutum*. L. 7. 3. 26: *si et providentia - et virtus - et potestas*. Bün.

p) *eaque omnia*] Emman. Cant. Gothi. Reimm. et Tornæs. 1587 - 1613: *eaque omnia*. vt L. 6. 17. 10. L. 7. 1. 25. Bün.

q) *id est profecto virtus*] Edo. vt habent

efficit; nec frustra his presentibus bonis reluctatur, nisi quod maiora et veriora ^r desiderat. non desperemus inueniri 16 posse; modo verset se cogitatio in omnia. neque enim leuia aut ludicra petuntur præmia.

XII. Sed quæritur quid sit, propter quod nascimur; 1 quid efficiat virtus. possumus sic inuestigare ^a: Duo sunt, ex quibus homo constat, animus, et corpus. multa sunt propria animi, multa propria corporis ^b, multa vtrique communia; sicut est ipsa virtus ^c, quæ quoties ad corpus ^d refertur, discernendi gratia fortitudo nominatur. Quoniam igitur vtri- 2 que subiaceret fortitudo, vtrique proposita dimicatio est, et vtrique ex dimicatione victoria: corpus, quia solidum est et comprehensibile, cum solidis et comprehensibilibus configat necesse est: animus autem, quia tenuis, et inuisibilis est; cum iis concreditur hostibus, qui videri, tangique non possunt. Qui sunt autem hostes animi, nisi cupiditates, vitia, peccata? quæ si 3 vicerit virtus, ac fugauerit; immaculatus erit animus ac purus. Vnde ergo colligi potest, quid efficiat animi fortitudo? 4

habent Bon. Tax. Pen. Iun. Goth. Lips. duo, Emman. Cant. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. id est profecto virtus, et præfert Heum. At recentiores Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. reliquæ: id est profecto virtutis. nec id male, vt L. 6. 9. 22: labores (mala) perferre virtutis est. Singularis est Tornæz. 1587-1613. i. e. perfecta virtutis. Bün.

^r) et veriora] MS. Tornæz. et veriora. Vid. not. 4. 30. 14. Bün.

^a) Sed quæritur - sic inuestigare] Sic habent omnes mei libri. Nescio, quos Iſæus intelligat, in quibus sit: sed queramus. Heumannus sic, inquit, rescribo: Si queritur quid sit id, propter quod nascimur, possumus sic inuestigare. verba illa: quod efficiat virtus, glossæma sunt eidem, mihi

vero videntur genuina et necessaria. Nam magna parte h. c. ostendit, quid virtus efficiat, vnde num. 4: quid efficiat, n. 8: vt caeleste aliquid efficiat, n. 12: virtus beatam vitam facit. add. n. 29: quæ (scientia et virtus) simul efficiant illud, quod queritur. Betuleius verbis: sed queritur - nascimur, ad cap. XI. relatis, incipit c. XII: quid efficiat virtus, possumus. Caui omisso sed incipit: Queritur. Bün.

^b) propria animi - propria corporis] Lips. 2: proprie animi, proprie corporis. hic seruandum: propria, sequitur communia. Bün.

^c) sicut est ipsa virtus] repete: vtrique communis. Bün.

^d) virtus - ad corpus] L. 1. 18. 3. Bün.

do? nimirum ex coniuncto, et pari, hoc est ex corporis fortitudine. quod quum in aliquam congressionem, certamenque venerit, quid aliud ex victoria, quam vitam petit? siue enim cum homine, siue cum bestia dimices, pro salute certatur. Ergo vt corpus vincendo id adsequitur, vt non intereat; sic etiam animus, vt permaneat. et sicut corpus, ab hostibus suis victum, morte multatur; ita superatus a vitis animus moriatur necesse est. Quid ergo intererit inter animi, corporisque dimicationem, nisi quod corpus temporalem vitam expetit, animus sempiternam? Si ergo virtus per seipsam beata non est, quoniam in perferendis, vt dixi, malis, tota vis eius est; si omnia, quæ pro bonis concupiscuntur, negligit; si summus eius gradus ad mortem s patet, quandoquidem vitam, quæ optatur a ceteris, sæpe respuit, mortemque, quam ceteri timent, fortiter suscipit; si necesse est, vt aliquid ex se ^{b. i} magni boni pariat, quia sustentati ^k, et superati vsque ad mortem labores, sine præmio esse ^l non possunt; si nullum præmium, quod ea dignum sit, in terra reperitur, quandoquidem cuncta, quæ fragilia sunt, et caduca, spernit: quid aliud restat, nisi vt cæleste aliquid efficiat, quia terrena vniuersa contemnit? et ad altiora nitatur, quia humilia

de-

e) *superatus a vitis animus*] Goth. et Lipf. 2. perperam: *superatus vitis*. Bün.

f) *vt dixi*] c. 11. 9. Bün.

g) *gradus ad mortem*] Emman. *gradus vsque ad mortem*. Patere h. l. idem quod *pertinere*, sic *erfireden*. Bün.

h) *necesse est, vt aliquid ex se*] MSS. vt addunt: et mox *sustentati* referunt, non *suscepti*, quod in vulgatis est. Cell.

i) *necesse est, vt - pariat*] Illud vt iam receperant Crat. Gymnic. omnes Tornæsiæ, et Betuleius. Absert vero ab omnibus antiquis Sublac. Rost. Ven. 1471-1517. Paris. Gryph. vtrumque rectum. L. 2. 11. 8. L. 3. 9. 11: *necesse est, vt - sit*. At mox c. 13. 12:

necesse est, ipse - faciat. L. 4. 14. 3: *necesse est, habeat*. L. 6. 19. 5: *necesse est naturam deprauent*. L. 7. 1. 24: *necesse est reuertatur*. L. 1. 21. 29: *necesse est - facta sint*. Bün.

k) *sustentati*] Nimis sæpe Cellarius iniurius est in editos libros promiscue vulgatos accusans. Legunt Sublac. omnes antiquæ Romanæ, Rost. et Venetæ 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. et Tornæsi. 1587-1613: *sustentati*. *sustentati* h. l. fortius alias et alterum *suscepti* Lactantianum L. 3. 8. 36: *in suscipiendis perforendisque laboribus*. Bün.

l) *sine premio esse*] Elegantius quam Tornæsi. 1587-1613: *absque premio haberi*. Bün.

m) Em-

despicit? id vero nihil aliud potest esse, quam immortalitas. Merito ergo philosophorum non obscurus Euclides, qui fuit conditor Megaricorum disciplinæ; dissentiens a ceteris, id esse summum bonum dixit, quod simile sit, et idem semper^m. Intellexit profecto, quæ sit natura summi boni, licet id non explicauerit, quid sit: id est autem immortalitas, nec aliud omnino quidquam, quia sola nec imminui, nec augeri, nec immutari potest. Seneca quoque imprudens inciditⁿ, ut fateretur, nullum esse aliud virtutis præmium, quam immortalitatem. Laudans enim virtutem in eo libro, quem de immatura morte^o conscripsit; *Vna, inquit, res est virtus, que nos immortalitate donare possit, et partes diis facere.* Sed et Stoici, quos secutus est, negant sine virtute effici quemquam beatum posse. Ergo virtutis præmium beata vita est, si virtus, ut recte dictum est, beatam vitam facit. Non est igitur, ut aiunt, propter seipsam virtus expetenda, sed propter vitam beatam, quæ virtutem necessario sequitur. Quod argumentum docere eos potuit, quod esset summum bonum. Hæc autem vita præsens et temporalis^p beata esse non potest; quia malis est subiecta per corpus. Epicurus Deum beatum et incorruptum vocat^q, quia sempiternus est. Beatitudo enim perfecta esse debet, ut nihil sit, quod eam vexare, ac imminuere^r, aut immutare possit. Nec aliter quidquam ex-

stima-

m) *Euclides - idem semper*] Ex Cicero. 4. Acad. 42. *Euclides Socratis discipulus. Megareus, a quo iudem illi Megarici dicti, quod id bonum solum esse dicebant, quod esset unum et simile et idem semper.* Büñ.

n) *imprudens incidit*] L. 3. 18. 1. L. 6. 8. 10. Büñ.

o) *de immatura morte*] Rost. Ven. 1493. 97. Paris. *de matura morte.* Perperam. Vid. Lact. 1. 5. 26. et Fabric. Bibl. Lat. Vol. II. p. 516. Büñ.

p) *et temporalis*] Lips. 2. 3. *et temporalis corporalisque.* Malui præsens et temporalis, et sic Tornæs. 1587-1613. et Wachh. ad euitandam tautologiam, sequitur: *per corpus.* Conf. n. 19. Büñ.

q) *beatum et incorruptum vocat*] Sic habent omnes codices antiqui Thomasi et Tax. Pen. Cauc. Iur. Pal. Vltr. Goth. Lips. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. et Tornæs. 1587-1613. cum Thomasio, Iezø, Gall. rectissime Diog. Laert. Lib. X. in Epicuro f. 655: τὸν Θεὸν ζῶον ἀφθαρτον καὶ μακρότερον νομήζων. Conf. Lact. Ira 17. 2. Ineptius Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. *beatum vocat, quia incorruptum vocat.* Tornæs. 1548. et Betul. *beatum vocat, quia incorruptus et quia semper est.* Büñ.

r) *ac imminuere*] Parum absuit, quin

stimari beatum potest, nisi fuerit incorruptum. Incorruptum autem nihil est, nisi quod est immortale. Sola ergo immortalitas beata est; quia corrumpi ac dissolui non potest. Quod si cadit in hominem virtus, quod negare nullus potest; cadit et beatitudo. non potest enim fieri, vt sit miser, qui virtute est præditus. Si cadit beatitudo; ergo et immortalitas cadit in hominem, quæ beata est. Summum igitur bonum sola immortalitas inuenitur, quæ nec aliud animal^{2. *}, nec corpus attingit^{*}, nec potest cuiquam sine scientiæ virtute, id est sine Dei cognitione, ac iustitia prouenire⁷. cuius appetitio quam vera, quam recta sit, ipsa vitæ huiusce cupiditas indicat: quæ, licet sit temporalis et labore plenissima; expetitur tamen ab omnibus, et optatur. hanc enim tam senes quam

quin ederem lectionem Bonon. alterius et Goth. aut imminuere. nam sequitur aut; et disiunctiua magis quam copulatiua particula quadrat. Bün.

s) non potest - vt sit miser] n. 35. Seneca de Prouid. c. 3. pr. bonus vir potest miser dici, non potest miser esse. Cicero Paradox. 2. fin. Vt improbo et stulto et inerti nemini bene esse potest, sic bonus vir et fortis et sapiens miser esse non potest. His verius Minuc. Fel. c. 37. 2: Christianus miser videri potest, non potest inueniri. Saluian. de Gubern. D. L. 1. p. 5: Sancti quamlibet vidoantur ignorantibus esse miseri, non possunt tamen esse aliud quam beati. Bün.

t) qua nec aliud animal] MSS. qua, puta, immortalitas: excusi quia. lidem mox prouenire, non, vt vulgo legunt, peruenire. Cell.

u) qua - attingit] Sic Emman. noto de Ira 7. 13. rectius, quam Reimm. et editi: quia. Bün.

x) nec corpus attingit] Videtur, inquit Sparkius, Lactantius cum Platonis facere, qui corpus, tamquam anima ergastulum habuerunt, quippe qui in eiusdem felicitatis consortium

non admittat. Qua sententia pugnat contra istum fidei articulum, quo futuram credimus carnis resurrectionem. At clare docuit Lactantius carnis resurrectionem L. 7. 20. 1: resurgent mortui. L. 7. 21. 3: rursus carne induentur. add. c. 22. 2-8-15. sensus verborum: nec corpus attingit, est, immortalitas non perinat ad hanc vitam temporalem, vt patet ex Lib. 3. 12. 32-35. De vsu verbi attingere plura ad librum de Ira 7. 13. damus. Bün.

y) prouenire] Sic cum Lipf. et Goth. Bonon. alter, Pen. Vltr. Cauc. Iun. Reimm. Palat. Bodlei. Ball. Emman. Cant. et expresit Paris. 1513: prouenire. In edd. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. notæ p per, et p pro, vt saepe fit, fuerunt confusæ; vnde ortum: peruenire: quod postea perperam iunt. Ald. Crat. Gryph. Thom. If. Gall. Spark. propagarunt; his melius sane Gymn. 1539. Tornæx. omnes ab 1548-1613. Betul. Walch. obuenerit. Iterum Lactantius L. 6. 4. 9: malis et iniustis facilius prouenire, qua cupiant. Prouenire hoc sensu frequens Boethio in Consolatione. Bün.

x) pro

quam pueri, tam reges quam infirmi, tam denique sapientes quam stulti cupiunt. Tanti est, ut Anaxagoræ visum est, 20 contemplatio cæli, ac lucis ipsius; ut quascumque miseras libeat sustinere. Quum igitur laboriosa hæc et brevis vita 21 non tantum hominum, sed etiam ceterorum animantium consensu magnum bonum esse ducatur; manifestum est, eandem summum ac perfectum fieri bonum; si et fine careat, et omni malo. Denique nemo unquam existisset, qui hanc 22 ipsam breuem contemneret, aut subiret mortem; nisi spe vitæ longioris. nam illi, qui pro salute civium, voluntariæ se neci obulerunt, sicut Thebis Menæceus^{a, b}, Athenis Codrus^c, Romæ Curtius, et Mures duo (Decii^{d, e}) numquam mor-

z) *pro salute*] Restituo ex Bon. Pal. Iun. Gueif. Goth. Lips. omnibus, Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. et Tornæ. 1587-1613: *pro salute*. Ven. 1493. 97: *per salutem*. Cauci, Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Betul. Thom. et sequentes: *propter salutem*. Ut edimus, sic n. 4: *pro salute certatur*. Heumanno idem placet. Büñ.

a) *sicut Thebis Menæceus*] trisyllabum Μενοικεύς, cuius fatum ex argumento Phœnisarum Euripidis notum est. Tiresia enim vaticinante, victores Thebanos fore, tum bellum cum Achiivis gerentes, si Menæceus Marti victima fieret; is sponte in muro se transfixit, et hostes versus præcipitem dedit. Vide Statium Lib. 10. Theb. a v. 756. Cell.

b) *Menæceus - Codrus*] Conf. Cic. 1. Tusc. c. 48. Vitiose Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78-97: *Menæceus*. Büñ.

c) *Athenis Codrus*] Velleius l. 2. Val. Max. 5. 6. Iustin. 2. 6. Cell.

d) *Roma Curtius, et Mures duo Decii*] De M. Curtio Livius 7. 6. de Decii Muribus, patre et filio,

sed diuerso bello se deuouentibus, idem Lib. 8. cap. 9. et Lib. 10. c. 28. Ceterum *et Mures* ex antiquis libris lego; non *Mures et*, uti est in recentibus: *Decii* etiam nomen inclusi, quod abest a plurimis manu scriptorum. Cell.

e) *Curtius, et Mures duo (Decii)*] Rost. Cruuius et *Mures duo Decii*. vtraque 1478: *Curcius et Mures duo Decii*. Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. omnes, Tornæ. *Curtius et Mures duo Decii*. Tum Betul. Ifæus, Gall. Spark. *Curtius et Mures duo (omisso: Decii)*. Thomafius ex antiquis suis codd. *Musius et duo Decii* rescribit, et Heumannus subscribit. At Ifæus exhibens: *Curtius et Mures duo numquam Lectionem*, inquit, *undecim Vaticanarum* expressi. puto quod, quia (Mures) non satis nota vox erat, quasi mendum fuerit reiecta, unde sit scriptum: et *Decii duo numquam*, sicut in uno Vaticanorum et Penæ, vel TQ Decii, quod ad oram quasi glossema illorum verborum: et *Mures duo* positum erat, demum in textum irrepisse, et ita factum: et *Mures duo Decii numquam* etc. sicut habent editi mol-

- mortem vitæ commodis prætulissent; nisi se immortalitatem opinione ciuium consequi putauissent. qui tametsi nesciunt immortalitatis viam: res tamen eos non fefellit. Si enim virtus diuitias et opes ideo contemnit, quia fragiles sunt; voluptates ideo, quia breues: ergo et vitam fragilem, breuemque ideo contemnit; vt solidam et perpetuam consequatur.
- ²⁴ Ipsa ergo cogitatio per ordinem ^h gradiens, et vniuersa considerans, perducit nos ad *eximium* illud et singulare, cuius
- ²⁵ causa nascimur, bonum. quod si fecissent philosophi, si non, quod semel adprehenderant, tueri pertinaciter maluissent; profecto peruenissent ad verum hoc, vt ostendi, modo. quod si non fuit eorum, qui cælestes animas vna cum corporibus extinguunt: illi tamen, qui de immortalitate disputant animi ^{k.1} intelligere debuerunt, ideo propositam nobis esse virtutem, vt perdomitis libidinibus, rerumque terrestrium cupiditate superata, puræ ac victrices animæ ad Deum, id est
- ²⁶ ad originem suam reuertantur. Iccirco enim soli animantium ad aspectum cæli erecti sumus; vt summum bonum

no-

multi. Bon. autem et Taxaq. habent: *Mutius et duo Decii numquam* etc. Etiam Goth. Emman. Cauc. Vltr. Iun. cum Th. Cantero legunt: *Curtius et Mures duo numquam*. Hinc *Curtius et Mures duo* (incluso spurio Decii) seruaui. *Bün.*

f) *tametsi* -- *samen*] Rost. Ven. 1471. vtraque 78: *samen est* - *samen*. Quomodo aliquoties Cicero, Cæsar. alii, vt plures monuerunt, quos excitauit Schwartzius ad Turfellin. de Partic. p. 1011. *Bün.*

g) *fragilem* - *solidam*] Docte *fragilis* et *solidus* opponuntur. vide Cor-tium ad Sall. Catil. c. 1. 4. p. 7. *Bün.*

h) *per ordinem gradiens*] Macro-b. 1. Somn. c. 18: *Sequuntur hos per ordinem reliqua signa*. *Bün.*

i) *ad verum hoc, vt ostendi, modo*] MS. Coll. Corp. Christi: *ad summum bonum, vt ostendi, modo*. Scili-

cet hæc glosa interpretatur verba: *ad verum hoc*. paullo ante *hoc verum bonum*, i. e. summum, vocauit *eximium illud et singulare bonum*. Tornæsiæ omnes: *ad verum hoc, quod ostendi modo*: hoc sensu: *ad verum hoc bonum, quod bonum modo iam, quum maxime ostendi*. Goth. *ad verum, vt ostendi, modo*. At edd. omnes reliquæ sic, vt edidimus. *Bün.*

k) *qui de immortalitate disputant animi*] Absent vox *animi* a Goth. Lips. et Rom. Coll.

l) *de immortalitate disputant animi*] Sic Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Junt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Betul. et reliquæ. At Tornæsiæ 1587 - 1613. cum Lips. 2. et 3: *de immortalitate anima disputant*. et recte alterutra vox seruatur. Cellarius minus accurate hic Lips. vsus est. *Bün.*

m) in

nostrum in summo esse credamus. Ideo religionem soli 27
 capimus; ut ex hoc sciamus, humanum spiritum non esse mor-
 talem, quod Deum, qui est immortalis; et desiderat, et agno-
 scit. Igitur ex omnibus philosophis; qui aut pro summo 28
 bono scientiam, aut virtutem sunt amplexi; tenuerunt quidem
 viam veritatis; sed non peruenerunt ad summum. Hæc 29
 enim duo sunt, quæ simul efficiant illud, quod quæritur.
 Scientia id præstat, ut quomodo, et quo perueniendum sit,
 nouerimus; virtus, ut perueniamus. Alterum sine altero ni-
 hil valet. ex scientia enim virtus, ex virtute summum bonum
 nascitur. Beata igitur vita, quam philosophi quæsierunt 30
 semper, et quærun, siue in cultu deorum, siue in philosophia,
 nulla est: et ideo ab his non potuit reperiri; quia summum
 bonum non in summo quæsierunt, sed in imo. Summum 31
 autem quid est, nisi cælum, et Deus, vnde animus oritur?
 Imum quid est, nisi terra, vnde corpus est? Itaque licet qui- 32
 dam philosophi summum bonum non corpori, sed animo de-
 derint: tamen, quoniam illud ad hanc vitam retulerunt 33,
 quæ

m) *in summo esse credamus*] Can-
 tabr. scriptus, et cusi Rom. ac Ald.
in summo Deo, quod glossema vi-
 detur alii. Cell.

n) *in summo esse credamus*] Sic
 Bon. Pen. Pal. Cauc. Vltr. Iun. Goth.
 Lipf. Emman. et Thomastus eum-
 que secuti; quum omnes editi ab a.
 1465 - ad 1563. per integrum sæcu-
 lum, æque ac Tornæ. *in summo Deo*
esse credamus referant. Verior
 omnino MSS. lectio, ut patet ex n. 30:
 S. B. non in summo quæsiuerunt, sed
 in imo. Conf. L. 4. I. I. Opif. 16. 4:
in summo. Bün.

o) *quoniam ad illud hanc vitam*
retulerunt] ad illud, puta corpus;
 uti in nostris MSS. est: non ad illum,
 animum, quod irrepsit in excusos.
 Cell.

p) *quoniam illud ad hanc vitam*
retulerunt] Verisissima hæc est scri-
 ptura Bonon. alterius et Peniz, et

merito ab Thomasio, Isteo, Gal-
 lizo, Sparkio, Heumanno compro-
 bata. *Illud*, puta summum bonum, re-
 tulerunt ad hanc vitam. Non enim
 disputat quorsim hanc vitam tem-
 poralem retulerint, sed quo summum
 bonum. Id vero retulerunt ad hanc
 vitam, putantes tunc beatum esse
 hominem, quum viveret in corpore,
 quod clarissime refellit n. 34. et n. 14.
 quos lege. Quum vero ad hanc
 vitam referrent summum bonum,
 eo ipso ad corpus referebant, vnde
 dicit L. 6. 6: *itaque finem bono-
 rum ad corpus et ad hanc breuiam vi-
 tam retulerunt*. Alii MSS. e.g. Lipf.
 Goth. Cant. etiam Witteb. Sublac.
 Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93.
 97. Pier. Parrh. Tornæ. 1587-1613:
quoniam ad illud hanc vitam. Em-
 man. quia ad illud hanc vitam, vbi
 Cellarius: *ad illud puta*, inquit, cor-
 pus, quæ expositio est Lactantii menti
 con-

quæ cum corpore terminatur; ad corpus reuoluti sunt: cuius
 33 est omne hoc tempus, quod transigitur in terra. Quare non
 immerito summum bonum non comprehenderunt. quia,
 quidquid ad corpus spectat^r, et immortalitatis est expert^s;
 34 inuim^t fit, necesse est. Non cadit ergo in hominem bea-
 tiuudo illo modo, quo philosophi putauerunt; sed ita cadit,
 non ut tunc beatus fit, quum uiuit in corpore; quod utique,
 ut dissoluatur, necesse est corrumpi; sed tunc, quum anima,
 35 societate corporis liberata, in solo spiritu uiuit*. Hoc vno
 beati

contraria; nec Walchium, (hic Lactantium, interpretantem ad illud summum bonum hanc vitam retulerunt,) cepisse eius mentem dixeram in Misc. Lips. T. 3. p. 146. sed regeffit idem ibidem p. 363. esse vnum idemque, siue dicas: retulerunt ad summum bonum hanc vitam, siue retulerunt summum bonum ad hanc vitam. Per me fruatur Vir celeberr. sua opinione; hoc certe scio, nusquam Lactantium dicere: corpus, aut vitam ad summum bonum referre; sed vbiuis: summum bonum ad corpus, ad vitam referre. Addo ad L. 6. 6. 6. ex L. 6. 17. 15: nos summum bonum non referimus ad corpus. L. 6. 14. 6: ad corpus cuncta referuntur. L. 7. 9. 5: ad corporis sensum cuncta referentes. Mihi videntur illæ locutiones non posse inuerti, ut non simili sensus inuertatur. Peius Ald. Crat. Gymn. ad illud in hanc vitam. Pessime Gryph. ad illum in hanc vitam. Tornæus. 1548: ad illum hanc vitam. Bün.

q) quidquid ad corpus pertinet] Lips. i. ita, quod Lactantii genio est propius, quam vulgatum spectat. Mox inum in scriptis est, quia summo opponitur: in editis vanum. Cell.

r) ad corpus spectat] Ediderat Cellarius: ad corpus pertinet ex vno et solo Lips. primo, tamquam Lactantii genio propius quam vulgatum: spectat, et præplacet Heuman-

no. At quum omnes reliqui MSS. etiam Lips. duo, Goth. Guelf. Witteb. Reimm. omnesque editi constanter: spectat exhibeant, nec hoc sit ab Lactantii genio alienum, restitui. Lact. L. 4. 26. 24: quod ad crucem spectat. L. 4. 4. 1: Sapiencia spectat ad filios. de Opif. 20. 2: qua ad vita beata statum spectans. Instit. L. 3. 17. 140: ad utilitatem spectat alienam. de Mort. Pers. 7. 5: qua ad exhibendos milites spectans. de Ira c. 1. 2: error ad euerendum vita humana statum spectat. Bün.

s) et immortalitatis est expert] Sic omnes, at singularis est Betuleius, pro his et mortale et perituum exhibens. Bün.

t) inum sit] Cum MSS. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. et Paris. inum. At Reimm. vtraque 1478. 93. 97. et Tornæus. 1587 - 1613: unum sit. Parrh. Junt. Ald. Gymn. Crat. Gryph. Betul. Thomas. etc. vanum sit. Recepta: inum firmatur ex n. 31. et 32. Bün.

u) in solo spiritu uiuit] Videtur, inquit Walchius, statuere tres partes hominis, corpus, animam et spiritum, quem spiritum etiam mentem vocant. nostis reliqua. Breuibus ex Lact. 3. 12. ineunte: DVO sunt, ex quibus homo constat, animus et corpus, ostenderam in Miscell. Lips. T. 3. p. 147: DVAS tantum partes a Lactantio statui, ad quæ Walchius ibidem p. 363. primum effugium querit in
 vide-

beati esse in hac vita possumus, si minime beati esse videamur; si fugientes illecebras voluptatum, solique virtuti seruiantes; in omnibus laboribus, miserisque viuamus, quæ sunt exercitia et corroboramenta virtutis; si denique asperam illam viam difficilemque teneamus, quæ nobis ad beatitudinem patefacta est. Summum igitur bonum, quod beatus facit, non potest esse, nisi in ea religione atque doctrina; cui spes immortalitatis adiuncta est.

XIII. Res exigere videtur hoc loco, vt, quoniam docuimus, immortalitatem esse summum bonum; eo ipso immortalem esse animam comprobemus. Qua de re in-

gens

videtur statueret et statuit, deinde addit: constat ex historia Philosoph. quomodo diuiserint animum, quidue per hanc vocem intellexerint. Verum iam non disputamus, quomodo ALII, sed quomodo Lactantius hanc vocem sumserit. Lactantio: *Animus, anima, spiritus* ex vna; et *corpus, caro* ex altera parte sunt synonyma, vt ita constanter DVAS tantum partes hominis statuat. Sic Lib. 2. 12. 3: *constat enim (homo) ex anima et corpore.* L. 4. 25. 6: *quum constet homo ex carne et spiritu.* L. 7. 4. 12: *homo ex rebus diuersis ac repugnantibus configuratus est, animo et corpore.* L. 7. 5. 16: *quia homo ex duabus rebus constat corpore atque anima.* Præterea secundum secretiorem illam philosophiam, quam Wakchius me non intellexisse scribit, (at cui non dictus Hylas? nonne toties a Philosophis et Theologis recoctam et iterum iterumque Wakchio doctore in notis eius ad Lactantium p. 309. p. 317. p. 826. inculcatam dicere potuisssem?) *Spiritus in anima habitas atque viuis*; Lactantius vero in nostro hoc loco dicit, animam IN SPIRITU VIVERE. Quid multis? agit hic de statu animæ a corpore separatæ, et TVNC, inquit, quum anima societate corporis liberata in

solo spiritu viuis. His plane sunt gemina illa Libro 7. 21. 2: *Quod mirum, si quum sint immortales anima, tamen patibiles sint Deo? nam quum in se nihil habeant solidum et tractabile, a solidis et correctabilibus nullam vim pati possunt: sed quia in solis spiritibus viuunt, a solo Deo tractabiles sunt; cui virtus ac substantia spiritualis est.* Eodem pertinent L. 7. 12. 19: *quum dissociata fuerit a corpore, vigebit ipsa per se.* Conf. n. 25. et n. 4: *quod (corpus) ex terra fuit, in terram soluitur; quod (anima) ex cælesti spiritu, id constat ac vigeat semper, quoniam diuinus spiritus sempiternus est.* Bün.

x) *corroboramenta*] Sic omnes libri. Vox nondum ex antiquioribus nota. Vt hic exercitia-virtutis, sic Cicero pro Milone c. 13: *exercitationem virtutis* dixit, et Seneca de Prouid. c. 2. *omnia aduersa exercitationes putat.* Bün.

y) *viam - teneamus*] Paris. 1561. et Tornæz. 1587: *vitam*, perperam. n. 28: *tenuerunt viam.* Epit. 59. 3: *tenenda via.* Conf. L. 3. 30. 1. Bün.

a) *eo ipso immortalem esse*] Cum MSS. *eo ipso posuimus*, quibus inuitis excusum fuit *id ipsum.* Cell.

b) *eo ipso immortalem*] Sic Emman. Ball. Goth. et Tornæz. 1587. At Reimm.

gens inter philosophos disceptatio est, nec quidquam tamen explicare aut probare potuerunt ii, qui verum de anima sentiebant. Expertes enim^c huius diuinæ eruditionis^d, nec argumenta vera, quibus vincerent^e, attulerunt; nec testimonia, quibus probarent: sed opportunius hanc quæstionem tractabimus in vltimo libro^f, quum de vita beata nobis erit disferendum. Superest pars illa philosophiæ tertiæ, quam vocant λογικὴν^g, in qua tota dialectica, et omnis loquendi ratio continetur. Hanc diuina eruditio non desiderat, quia non in lingua, sed in corde sapientia est: nec interest, quali vtare sermone. res enim, non verba quærentur. et nos non de grammatico, aut oratore, quorum scientia est, quomodo loqui deceat; sed de sapiente disferimus, cuius doctrina est, quomodo viuere oporteat. Quod si neque physica illa ratio necessaria est, neque hæc logica; quia beatum; facere non possunt: restat, vt in sola ethica totius philosophiæ vis contineatur: ad quam se abiectis omnibus^h Socrates contulisse dicitur. In qua etiam parte quoniam philosophos errasse docui, qui summum bonum, cuius capiendi gra-

Reimm. Lips. tert. Sublac. Rost. Ven. 1471 - 97. Betul. Gryph. Thom. *id ipsum*, quod vnice rectum Heumanno; Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *vtramque lationem* omiserunt. Bün.

c) potuerunt ii, qui sentiebant. Expertes enim] Sic distinximus cum Emman. Bon. Tax. Iun. Cauc. Tornæ. 1587. Ifzo, Spark. Walch. Heumanno. Vbi Thomasius, Thyf. Gall. et Cellar. potuerunt. *ii, qui sentiebant; expertes enim.* Edd. Ven. 1471-97. Paris. Gryph. Parrh. enim omittunt. Bün.

d) diuina eruditionis] Palat. et Lips. primus: *diuina traditionis.* Satis recte. Ita enim de eadem re L. 7. 8. 3: *diuina traditiōne cognouimus.* Pro recepta n. 5. in textu. Bün.

e) quibus vincerent] Sic omnes. *vincere idem quod n. 3. probare,*

n. 1. *comprobare.* Conf. L. 7. 8. 2. c. 9. n. 1. More Ciceronis. Pro Cluent. c. 23: *Si DOCEO non ab Auito, vinco ab Oppianico. Si ostendo ab Oppianico, purgo Auitum.* c. 44: *doce, ostende, vince.* Ita quoque Grauius L. 3. in Verr. c. 16. pr. *docebo, vincam,* recte ex MSS. restituit, et exemplis confirmauit. Bün.

f) *vltimo libro*] L. 7. c. 8. - c. 12. de argumentis, et ibid. c. 13. de testimoniis. Bün.

g) λογικὴν] Sic rescripsit Thomasius ex omnibus suis MSS. ita quoque Goth. Spark. Gall. Heimm. et prope Reimm. *loycen.* Conf. Epit. 35. 5. verba: *id est rationalem.* in edd. antiquis glossam sapiunt. Bün.

h) *abiectis omnibus*] scil. philosophiæ partibus, e.g. Physica. vid. L. 1. 1. 3. not. et L. 3. 21. 1. Bün.

i) *geno-*

gratia generati sumus^{2. k}, non comprehenderunt; adparet falsam et inanem esse omnem^{l. m} philosophiam; quia nec instruit ad iustitiæ munera; nec officium hominis, rationemque confirmat. Sciant igitur errare se, qui philosophiam 8 putant esse sapientiam, non trahantur auctoritateⁿ cuiusquam; sed veritati potius faueant et^o accedant. Nullus hic temeritati locus est: in æternum stultitiæ pœna subeunda est; fit aut persona inanis, aut opinio falsa deceperit. Homo 9 autem, qualiscumque est, si sibi credit, hoc est si homini credit, (vt non dicam^p stultus, qui suum non videat errorem) certe arrogans est, qui sibi audeat vindicare, quod humana conditio non recipit. Ille ipse Romanæ linguæ summus 10 auctor quantum fallatur, licet ex illa sententia peruidere, qui quum in libris officiorum^q philosophiam nihil aliud esse dixisset, quam *studium sapientia*; ipsam autem sapientiam, *rerum diuinarum et humanorum scientiam*^r; tum adiecit: *cuius studium qui vituperat, haud sane intelligo quidnam sit, quod laudandum putet.* Nam *sue oblectatio quaritur animi re- 11 quiesque curarum, qua conscribi cum eorum studiis potest, qui semper aliquid anquirunt^s, quod spectet et valeat ad bene beateque*

i) generati sumus] non soli philosophi; sed nos omnes. Cum Goth. *sumus*: ceteri *sunt*. Cell.

k) generati sumus] Cum Goth. rectius Bonon. et Isæus: *sumus*. Lips. Iun. Reimm. cum editis: *sunt*. Emman. *nati sunt*. est glossa elegantioris: *generati*. Vid. 3. 14. 10. not. Bün.

l) inanem esse omnem philosophiam] Angl. et Lips. scripti interponunt *omnem*, quod a multis abest. Cell.

m) et inanem esse omnem] Reimm. *esse et inanem omnem*. Hic forte ordo in culpa, vt *omnem* corderit e multis, vt in Lips. text. habent *omnem* Goth. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. et Tornza. 1587. At neglexerunt Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gryph. Gymn. Betul. Thom. et cum secuti. Male. Reiecit enim, vt recte, Heumanus

Logicam, Physicam et Ethicam Philosophorum. Bün.

n) trahantur auctoritate] Plin. L. 8. ep. 15: *qui auctoritate eius trahantur*. Bün.

o) potius faueant] Rei. *potius et faueant et* cum edd. antiquis Rost. et Ven. 1471. vtraque 78. Bün.

p) vt non dicam] vindico hanc formulam ad de Opif. 3. 4. Bün.

q) in libris officiorum] Lib. 2. c. 2. Cell.

r) sapientiam, rerum diuinarum et humanorum scientiam] Conf. Epit. 34. 6. habet Cicero a Stoicis. Vid. Plutarch. de Placitis Philos. L. 1. princ. ed. Wechel. T. 2. f. 874. D. Bün.

s) anquirunt] Goth. Rost. et plerique impressi: *inquirunt*. Reimm. Emman. *acquirunt*. In Cicerone: *ac-*
qui-

teque vivendū: sua ratio constantia, virtutisque ducitur; aut hęc ars est, aut nulla omnino, per quam eas adsequamur. nullam dicere maximarum rerum artem esse, quum minimarum sine arte nulla sit; hominum est parum considerate loquentium, atque in maximis rebus errantium. Si autem est aliqua disciplina virtutis; ubi ea quaeretur, quum ab isto discen-

12 di genere disceris?

Equidem tamen operam deditim, ut quantulamcumque dicendi adsequeretur facultatem propter studium docendi; tamen eloquens numquam fui; quippe qui forum ne adtigerim quidem: sed necesse est, ipsa me faciat causae bonitas eloquentem. ad quam diserte, copioseque de-

13 fendendam scientia divinitatis, et ipsa veritas sufficit. Vel-

lem igitur Ciceronem paullisper ab inferis surgere, ut vir eloquentissimus ab homunculo non disertio doceretur: primum quidnam sit, quod laudandum putet; qui vituperat id studium, quod vocatur philosophia: deinde neque illam esse artem, qua virtus et iustitia discatur; nec aliam ullam, sicut putavit: postremo quoniam est virtutis disciplina; ubi quaerenda sit, quum ab illo discendi genere disceseris, quod ille non audiendi, discendique gratia quaerebat. a quo enim pos-

14 set audire, quum sciret id nemo? Sed, ut in causis face-

re solebat, interrogatione voluit virgere, ad confessionemque perducere; tamquam consideret, responderi prorsus nihil posse, quo minus philosophia esset magistra virtutis. quod quidem in Tusculanis disputationibus aperte professus est,

ad

quirunt. Gruterus, Lambin. et Guelcimus: anquirunt praefereunt. de voce disputat Pe. Crinitus de Hon. Discipul. L. 1. c. 14. Confer Lang. et Fr. Fabritium ad Cic. Off. L. 1. c. 3. et Grævium ad c. 4. et ad Lælium c. 23. Bün.

1) ratio - ducitur] Goth. discitur. perperam; eleganter et saepe Cicero rationem ducere pro notiori: habere. L. 2. in Verr. c. 52: qui non tam calis rationem, quam calasi argenti ducere. Conf. ibid. c. 63. Bün.

2) discendi genere] Hoc ordine. n. 11. et Lips. tert. et Reimm. et Pa-

ris. et sic edd. Ciceronis. Mox n. 13. Goth. quarendi genere. perperam, ut ex hoc n. 11. patet. Bün.

y) ad confessionemque perducere] Codd. Emman. Lips. Goth. perducere, quod in aliis est deducere. Cell.

x) ad confessionemque perducere] Sic Bon. Pal. Iun. Cauc. Reimm. et merito receperat iam Tornæs. 1587. ubi Sublac. Rost. Ven. 1471-97. et plures deducere. Ciceronis est L. 1. Acad. 12: ad confessionem adducere. Bün.

a) in Tusculanis disputationibus] Lib. 5. cap. 2. Cell.

b) Tusculanis disputationibus] Ita hoc

ad eam ipsam conuersa oratione, tamquam se declamatorio dicendi genere iactaret: *O uita philosophia dux, inquit; o uirtutis indagatrix, expultrixque vitiorum! quid non modo nos, sed omnino uita hominum sine te esse potuisset? tu inuentrix legum, tu magistra morum ac disciplinae fuisti.* Quasi uero aliquid per se ipsa sentiret; ac non potius ille laudandus esset, qui eam tribuit. Potuit eodem modo gratias agere cibo, et potui, quia sine his rebus uita constare non possit, in quibus ut sensus, ita beneficii nihil est: atqui ut illa corporis alimenta sunt; sic animæ sapientia.

XIII. Rectius itaque Lucretius, quum eum laudat, qui sapientiam primus inuenit: sed hoc inepte, quod ab homine inuentam putauit. quasi uero illam alicubi iacentem homo ille, quem laudabat, inuenerit, tamquam tibus ad fontem, ut poetæ aiunt. Quod si repertorem sapientiæ, ut Deum, laudauit, (ita enim dicit:

Nemo

hos libros rectius, quam *Quæstiones* inscribi, docuit Dauris. in noua editione ad inscriptionem. conf. Cic. 2. Diuin. c. 1. et Fabricii Bibl. Lat. Bün.

c) *expultrix*] Sic libri ueteres omnes: etiam Ciceronis plerique, præter unum forte, cuius *excultrix* est. *Cell.*

d) *expultrixque*] Sic Reimm. cum incis omnibus. nec aliter Appuleius de Mundo pr. p. 56. quam lectionem confirmat Elmenhorst. contra cod. Leidensium p. 69. Bün.

e) *sic anima*] *repete: alimentum est.* Ad L. 5. 1. 12: *uirtus est anima pulchra.* excitauit similem locum ex Cicerone. Bün.

a) *Rectius itaque Lucretius*] principio libri quanti. *Cell.*

b) *tamquam tibus ad fontem*] quas a Minerua abiectas, Marsyas acceperat, iisque confusus prouocauit Apollinem. Ouidium lege Fast. 6. v. 702.

seqq. et Hygin. fab. 165. Inde pro-verbium. *Cell.*

c) *tamquam tibus ad fontem*] Decem quidem Vaticani, Bon. Cant. Bodl. Lips. alter, Reimm. Rost. *tamquam sibi uas*, quod Iseus ex ingenio sine poetarum auctoritate explicare uoluit, sed *tibus*, quod alii MSS. habent, et Ven. 1471. utraque 78-97. et aliæ edd. unice rectum, unde Iacobus Thomasius hunc locum contra Iseum uindicauit, ut cognosco ex indice in Meditat. MSS. Iac. Thomasi p. 203. n. 14. et p. 217. n. 41. adiuncto ad eius origines Hist. Philos. ed. Hal. 1699. 8. de fabula ista præstat Munckerum adire ad Hygin. fab. 165. p. 235. et sq. quam de-uno exscribere. Bün.

d) *ut poeta aiunt. Quod si repertorem sapientiæ, ut Deum, laudauit*] Sic distinxit et restitui ex Reimm. Goth. Emman. Cant. Rost. utraque Ven. 1478. 93. 97. Parrh. Paris.

Y

Tot-

Nemo, ut opinor, erit mortali corpore cretus.

Nam si, ut ipsa petit maiestas cognita rerum,

Dicendum est: Deus ille fuit, Deus, inclute Memmi:)

- 3 tamen non erat ^e sic laudandus Deus, quod sapientiam inuen-
 4 nerit; sed quod hominem fecerit, qui posset capere sapien-
 4 tiam; minuit enim laudem, qui partem laudat ex toto. Sed
 ille; ut hominem, laudauit, qui tamen ob id ipsum deberet
 pro deo haberi, quod sapere inuenierit. nam sic ait ^f:

Nonne decebit,

Hunc hominem numero diuim dignarier esse?

- 5 Vnde adparet, aut Pythagoram voluisse laudare, qui se pri-
 mus, ut dixi ^g, philosophum nominauit; aut Milesium Tha-
 6 lem ^h, qui de rerum natura primus traditur disputasse. Sed
 dum hominem ⁱ quærit ^k extollere, rem ipsam depressit. non
 7 est enim magna, si ab homine potuit inueniri. Verum
 potest, ut poetæ, dari venia. At ille idem perfectus orator,
 idem summus ^l philosophus, (ne Græcos reprehendam, quo-
 rum leuitatem semper accusat, et tamen sequitur ^m;) ipsam sapien-

Tornæs. 1587: quod si, pro quo Ald. Gryph. Gymn. Betul. Thom. et recentiores omnes subornarant quod sic. Respondent illis: quod si laudauit, illa n. 3: tamen non sic erat laudandus. Facile intelliget, qui verba (ita enim --- Memmi:) tamquam in parenthesi dicta, considerabit. Heumannus legit et interpungit sic: putauit, (quasi -- aiunt:) QVODQVE SIC. At enim repugnant verba n. 4: sed ille ut hominem laudauit. Bün.

e) tamen non erat sic laudandus] Reddidit: erat ex Reimm. Lipf. alt. tert. Goth. et Tornæs. 1587. Subditum ab aliis; ERIT sensum hic obscurarat, immo peruerterat. Ad rem ipsam conf. L. 1. 18. 19. 20. Bün.

f) nam sic ait: Nonne decebit] Idem Lucret. Lib. 5. v. 51. Cell.

g) ut dixi] L. 3. 2. 6. Bün.

h) aut Pythagoram - aut Milesium Thalem] Errauit Lactantius, Epicu-

rum voluit laudare. Vide Tan. Fabrum ad Lucret. L. 5. v. 8. Bün.

i) Sed dum hominem] Bon. Pal. Goth. Lipf. 1: Ita dum hominem. Bün.

k) quærit] i. e. studet. L. 3. 20. 4: profanare impiis disputacionibus quæ- runt. de Ira 13. 22: quod maxime quærit Epicurus. Bün.

l) idem perfectus orator, idem summus] Sic Bon. Tax. Pen. Lipf. Reimm. et Thomasium secuti; at reliqui editi: idem perfectus orator, summusque. idque Heum. probat. Gothani: id est, ortum ex nota: idē, quod compendium vtrumque notat, MSS. sæpe idem et id est confundunt. Bün.

m) (ne Gracos reprehendam - sequitur;) includo hæc parenthesi cum Heumanno. Pro: reprehendam MSS. Pen. Pal. Reimm. Lipf. comprehendam. Bün.

n) in-

pietiam, quam alias donum, alias inuentum deorum vocat, poetice figuratamⁿ laudat in faciem^p. Grauius etiam queritur exstitisse aliquos, qui eam vituperarent. *Quisquamne*, inquit, vituperare vitæ parentem, et hoc parricidio se inquinare audeat, et tam impie ingratus esse? Nos ergo, M. Tulli, parricidæ sumus, et insuendi, te iudice, in culeum^r, qui philosophiam negamus parentem esse vitæ? An tu, qui aduersus Deum tam impie ingratus es, (non hunc, cuius effigiem veneraris in Capitolio sedentem, sed illum, qui mundum fecit, hominemque generauit^s; qui sapientiam quoque

ⁿ) *inuentum deorum vocat, poetice figuratam*] Sic incisum in manu exaratis, et ordinatum. Vulgo, poetice vocat, figuratam. Cell.

^o) *poetice figuratam*] Sic Reimm. et Sublac. Ross. Ven. 1471-97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Gymn. Gryph. Betul. Tornæz, a quo ordine male recesserunt Thomas. et recentiores Ifzuz, Gall. Thyf. et ed. Cantabr. Bün.

^p) *laudat in faciem*] Scite, vt Horatii L. 1. Serm. 5. 62: *in faciem permulta iocatus*. Idem est Terentii Adelph. 2. 4. 5: *coram in as laudare*, vbi docte Westerhou. græci ἐπαινεῖν κατὰ σῶμα - κατ' ὀφθαλμῶν, -- εἰς κεφαλῆν. Conf. Nolten. Lexic. Antibarbar. p. 762. sqq. Bün.

^q) *Quisquamne*] Sic edo ex Emman. Cant. Reimm. et omnibus antiquis edd. ab anno 1465-1513. tum Gryph. Tornæz. 1548-1587. Betul. If. Sparacio, Walchio et ipso Cicerone; illud *quisquamne* est Gymnici, Thomasi et Cellarii. Laet. 5. 10. 9: *quisquamne patet*. Cic. 2. Phil. 32: *quisquamne disimulare potest*. L. 5. Tusc. 2: *vituperare quisquam audeat?* Bün.

^r) *Quisquamne, inquit*] Lib. 5. Tusc. c. 2. Cell.

^s) *insuendi in culeum*] supplicium parricidarum, qui ita insuti in ma-

re abiiciebantur. Exempla tradit Liuius epit. 68. et Seneca 1. Clement. c. 23. Adde Cicer. pro S. Rosc. c. 11. Suet. Aug. 33. Cell.

^t) *in culeum*] Lipf. alter: *in culleum*. praue. conf. L. 5. 9. 16. not. rethius: *culleum*, de quo sat multa Sauaro ad Sidon. L. 4. ep. 23. p. 287. et Pitiscus in Lex. Antiq. Roman. Bün.

^u) *hominemque generauit*] Sic MSS. libri: editores vim verbi non capientes, *figurauit* substituerunt. Perperam. nam id verbi etiam creare sonat. Cicero 1. de Legib. c. 9: *Quoniam hominem generauit et ornauit Deus*. Cell.

^x) *hominemque generauit*] Sic omnes antiqui Thomasi codices, item Pen. Pal. Cauc. Vltr. Iun. Bodl. Ball. Mert. C. C. C. Cotton. Cant. Emman. Lipf. Goth. Reimm. Guelf. et Tornæz. MSS. quos præstat sequi. Szpius noster *generare* pro *creare*. Vide L. 1. 5. 4. c. 7. 2. c. 8. 8. c. 18. 19. L. 2. c. 11. 16. 17. c. 12. 15. L. 3. 9. 14. L. 4. 4. 6. c. 28. 2. L. 5. 14. 16. c. 22. 7. L. 6. 10. 3. c. 25. 9. Sed ne alterum quidem *figurauit*, (quod in omnibus edd. præter Cell. et Walch.) Lactantio indignum. vide L. 2. 17. 9. L. 4. 4. 10. vbi collatis n. 6-11: *generare, fingere, formare, insituere, figurare, creare* idem valent. Conf. L. 2. 10. 3. Ira 14. 4. c. 20. 10. Bün.

que ipsam inter cetera caelestia sua⁷ beneficia largitus est) magistram tu virtutis, aut parentem vitæ vocas, ad quam si quis acceserit, multo sit incertior necesse est, quam prius fuerit? cuius enim virtutis? quæ ipsa, vbi sita sit, adhuc philosophi non expediunt. cuius vitæ? quum ipsi doctores ante fuerint senectute ac morte confecti, quam constituerint, quomodo viui deceat. cuius veritatis indagatricem profiteri potes, qui sæpe testaris, quum tanta multitudo fuerit philosophorum, sapientem tamen existisse adhuc neminem? Quid ergo te magistra illa vitæ docuit? an vt potentissimum consulem^a maledictis inteseres? eumque hostem patriæ venenatis orationibus faceres? Sed omittamus illa, quæ possunt excusari fortunæ nomine. Studuisti nempe philosophiæ, et quidem sic^b, vt nullus vmquam diligentius: quippe qui omnes cognoueris disciplinas^c, sicut ipse gloriari soles^d; eamque ipsam^e Latinis litteris illustraueris^f, imitatoremq; te Platonis ostenderis. Cedo igitur, quid didiceris; aut in qua secta veritatem deprehenderis. In academia scilicet, quam secutus es, quam pro-
 15 basti. At hæc nihil docet, nisi vt scias, te nihil scire. Tui ergo te libri arguunt, quam nihil a philosophia disci possit ad vitam. Hæc tua verba sunt: *Mibi autem non modo ad sapientiam cæci videmur; sed ad ea ipsa, quæ aliqua ex parte cerni*
 16 *videantur, hebetes et obtusi.* Si ergo philosophia est magistra vitæ: cur tibi ipse cæcus, et hebes, et obtusus videbare; quem

7) inter cetera caelestia sua beneficia] Pronomen ex MSS. restitutum. Cell.

2) sua beneficia] Pronomen sua est in Emman. Cant. Reimm. etiam in Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. 1513. Gymn. Bün.

a) consulem] M. Antonium, in quem Philippicas scripsit. Bün.

b) et quidem sic, vt] Goth. Philosophia sic, vt. At iterum de Opif. 18. 3: et quidem sic, vt. Bün.

c) disciplinas] i. e. sectas n. 14. not. 2. 8. 48. Bün.

d) gloriari soles] Cic. I. N. D. c. 4. L. I. Acad. c. i. L. 2. Diuiri. c. 2. Bün.

e) eamque ipse] Solemne Latinis, vt ipse nominandi casu pronomini alterius casus subiungant. Vulgo eam ipsam: elegantiore rationem Emman. cod. remonstrat. Cell.

f) eamque ipsam] Malui ita cum omnibus aliis MSS. et Edd. hic legere, quia ipse paullo ante adfuit; nec Walchio et Heumanno placuit. elegantiam a Cellario adfertam illustravi ad L. 3. 18. 5. et L. 6. 12. 36. Bün.

g) Latinis litteris illustraueris] Cic. I. Acad. I: sum ingresus philosophiam - latinis litteris illustrare. Bün.

h) illa

quem oportuit, illa docente^b, et sentire, et sapere, et in clarissima luce versari? At quam confessus fueris philosophiæ 17
veritatemⁱ, docent ad filium composita præcepta: quibus mones, philosophiæ quidem præcepta noscenda, viuendum autem esse ciuiler. Quid tam repugnans dici potest? si no- 18
scenda sunt præcepta philosophiæ, ideo utique noscenda sunt, ut recte, sapienterque viuamus: vel, si ciuiler viuendum est; non est igitur philosophia sapientia, si quidem melius est ciuiler, quam philosophice viuere. Nam si sapientia est, quæ di- 19
citur philosophia, stulte profecto uiuit, qui non secundum philosophiam uiuit: si autem non stulte uiuit, qui ciuiler uiuit; sequitur ut stulte uiuat, qui philosophice uiuit. Tuo itaque iudicio philosophia stultitiæ inanitatisque^{k. l} damnata est. Idem in consolatione, id est in opere non ioculari, hanc de 20
philosophia sententiam tulisti: *Sed nescio, quis nos teneat error^m, aut miserabilis ignoratio veri.* Vbi est ergo philosophiæ magisterium? aut quid te docuit illa vitæ parens, si verum miserabiliter ignoras? Quod si hæc erroris ignorationisque 21
confessio pæne inuito tibi ab intimo pectore expressaⁿ est; cur non tibi verum fatearis^o aliquando, philosophiam, quam

tu

b) *illa docente*] illa philosophia existente magistra. Sic lego ex manuscriptis: *vulgus illa docentem*, ut ad Ciceronem referatur. Cell.

i) *At quam confessus fueris - veritatem*] Ita (præter antiquissimum Bononiensem) omnes MSS. Thomasi, Lips. tert. Reimm. Emman. Cant. omnesque editi; vt n. 11: *profiteri potes.* at Bonon. Cauc. Pal. Lips. prim. Goth. Ball. *At quam confessus fueris - veritate*, ironice, sicut visum Thomasio, et Heumanno; nec mihi displicet. Noui, MSS. sæpe *confessus et confisus* confundere in aliis quoque locis. Bün.

k) *stultitia inanitatisque*] Emman. et Lips. *vanitatisque*, quod congruentius rei et materiæ, non autem oratorio numero. Reciperem promte, nisi hiatum timerem. Cell.

l) *stultitia inanitatisque*] Ita plures MSS. Sparkii, Goth. Reimm. Bon. Rom. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. immo omnes editi. vt L. 3. 13. 7: *appareat inanem esse omnem philosophiam.* L. 7. 26. 8: *qui inanem philosophiam suentur*, vbi tamen statim *stultitiam et vanitatem* iunxit; sicut hic Emman. Lips. et Ball. *stultitiam vanitatisque*. Res eodem redit. Bün.

m) *quis nos teneat error* etc.] ad hæc respicit c. 18. fin. Lips. tert. *nescio, qui nos teneat.* More Ciceronis, de quo dixi ad L. 1. 11. 39. Bün.

n) *confessus - expressa est*] Seneca de Clem. L. 1. c. 1: *omnibus - hac confessio exprimitur.* Bün.

o) *cur non tibi verum fatearis*] Sic Goth. Lips. 1. 3. Pal. Vltr. Bon. Reimm. Cant. Emman. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78 - 97. Paris. 1513. Pro fa-
tea-

tu nihil docentem in cælum laudibus extulisti, magistram virtutis esse non posse?

- 1 XV. Eodem ductus errore Seneca^a (quis enim veram viam teneret, errante Cicerone?) *Philosophia*, inquit, *nihil aliud est, quam recta viuendi ratio*^b, *vel honeste viuendi scientia*, *vel ars recta vita agenda*^c. *Non errabimus, si dixerimus philosophiam esse legem bene honesteque viuendi: et qui dixerit*^d
- 2 *illam regulam vitæ; suum illi (nomen)*^{e, f} *reddidit.* Hic plane non respexit ad commune philosophiæ nomen. quæ quum sit in plures sectas disciplinasque diffusa, nihilque habeat certi, nihil denique, de quo vniuersi vna mente ac voce consentiant; quid potest esse tam falsum, quam regulam vitæ philosophiam nominari, in qua diuersitas præceptorum rectum iter impediatur et turbet? aut legem bene viuendi, cuius capita & longe dissonant? aut scientiam vitæ agenda, in qua nihil aliud efficitur, contraria sæpe dicendo; quam vt nemo quidquam

scaris Parrh. Iunt. Ald. Crat. Tornæs. Gymn. Gryph. Thom. Isæus, Gall. Spark. *fatebaris*, et præfert Heumannus. Betuleius: *cur non verum fatearis*, omisso perperam: TIBI, qui datus eleganter hic abundat, vt *mibi* L. 6. 12. 12: *Tu mihi circumcurses*, vbi plura notavi. In alio Bon. Tax. et Cauci legitur: *fateris*. Bün.

a) *Seneca*] Sententiam sparsim quidem inuenimus in eius libris, non autem integra verba; aut ex perdito libro deprompta sunt. Cell.

b) *recta viuendi ratio*] Goth. et Iun. *recte ratio viuendi*. Bün.

c) *ars recta vita agenda*] Paris. Gymn. et Betul. *ars recte* (aduerb.) *vita agenda*. optime. Parrh. Iunt. Ald. If. *ars vita agenda*, quod probat Heumann. quia n. 2: *scientia vita agenda*; non addito *recte*. Bün.

d) *qui dixerit*] Sic Bon. Tax. Pen. Iun. Vltr. Lipf. Goth. Reimm. Cantabr. et primæ edd. Sublac. Ven.

1471-97. Rost. et plures, pro quo cum MS. Cauci recentiores Gryph. Thom. Tornæs. et eos secuti: *qui dixit*. Bün.

e) *qui dixerit illam regulam vitæ, suum illi nomen reddidit*] Inclusum nomen volui, quod deest MSS. Anglis et Lipsiensibus; et quo demto satis comta ornataque est oratio. Cell.

f) *suum illi nomen reddidit*] Hoc rectum puto, licet MSS. Angl. Tornæs. Lipf. Goth. Reimm. et editi ab anno 1465- ad 1515. et Isæus: *nomen* non habeant; addiderunt Crat. Gymn. Gryph. Betul. Thomas. et sequentes. Bün.

g) *cuius cita num scita? an placita?* i. e. decreta, vt n. 9. Lact. 5. 17. 9: *ut decretum disciplina sua tueretur*. not. L. 7. 14. 1: *decretis placitisque*. Apposite Seneca ep 95: *Nulla ars contemplatiua sine decretis suis est, qua Græci vocant δόγματα: nobis decreta licet appellare, vel scita, vel placita*. Bün.

b) *Qua-*

quam sciat? Quæro enim, vtrumne Academiam^b philo- 3
sophiam putet esse, an non? negaturum non arbitror. quod
si est; nihil ergo illorum cadit in philosophiam, quæ vt omnia
reddat incerta, legem abrogat, artem nullam putat, rationem
subuertit, regulam deprauat, scientiam funditus tollit. Falsa
igitur illa omnia, quia in rem semper incertam, et adhuc nihil
explicantem cadere non possunt. Nulla itaque ratio, vel 4
scientia, vel lex bene viuendi, nisi in hac vnica et vera et cæ-
lesti sapientia constituta est, quæ philosophis fuerat ignota.
Nam illa terrena, quoniam falsa est, fit varia^{i. k}, et multiplex, 5
sibi que tota contraria est; et sicut vnus est huius mundi con-
stitutor, et rector Deus, vna veritas: ita vnam esse ac simpli-
cem sapientiam, necesse est, quia quidquid est verum ac bo-
num, id perfectum esse non potest, nisi fuerit singulare.
Quod si philosophia vitam posset instruere^l, nulli alii nisi 6
philosophi essent boni: et qui eam non didicissent, essent
omnes semper mali. Quum vero innumerabiles existant, 7
et semper exstiterint, qui sint, aut fuerint sine vlla doctrina
boni^m; ex philosophis autem perraro fuerit, qui aliquid in
vita fecerit laude dignum: quis est tandem, qui non videat,
eos homines virtutis, qua ipsi egent, non esse doctores?
Nam si quis moresⁿ eorum diligenter inquirat, inueniet ira- 8
cundos, cupidos^o, libidinosos, arrogantes, proteruos, et sub-
obten-

b) Quæro enim, vtrumne Acade-
miam] At Sepeca e porticu Stoico-
rum fuit, non ex Academia. Credit
vero non negaturum, etiam Acade-
micos philosophos esse. Cell.

i) quoniam falsa est, fit varia] Ex
manu scriptis fit additum, seu potius
restitutum. Cell.

k) fit varia] Sic quoque Reimm.
et iam exhibuerant Sublac. Röst.
Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97.
Paris. 1513. Betul. et Tornæ. 1587-
613. Sed Parrhas. Iunt. Ald. Crat.
Gryph. Gymn. Thomas. et his re-
centiores: quoniam fallax est, varia,
neglecto: fit. Büin.

l) vitam - instruere] Lips. alter

et Röst. vitam institueret. recepta re-
cta. L. 3. 30. 5: vitam non instruunt
sed turbant. hinc L. 3. 13. 7: nec in-
struit (philosophia) ad iustitia mu-
nera. Büin.

m) sine doctrina boni] Cic. pro
Archia c. 7: Ego multos homines
excellenti animo ac virtute fuisse, et
sine doctrina - et moderatos et graues
exstitisse fateor etc. Büin.

n) si quis mores] Cott. Mert. Lips.
tert. Reimm. si quis in mores - inqui-
rat. Iterum sine præpositione 3. 29.
II: hac inquirere. L. 4. 5. 4: tempora
diligentissime inquirere. Büin.

o) cupidos] i. e. auaros. n. 9: pecu-
nia cupidos. Büin.

obtentu sapientiæ sua vitia celantes ; domi facientes ^p ea, quæ
 9 in scholis arguisent. Fortasse mentior accusandi gratia:
 nonne id ipsum Tullius et fatetur ^r et queritur? *Quotus quis-*
que, inquit ^r, philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus, ita
animo et vita constitutus, ut ratio postulat? qui disciplinam
suam ^s, non ostentationem scientia ², sed legem vitæ putet? quis
obtemperet ipse sibi, et decretis pareat suis? Videre licet ^u alios
tanta leuitate, et iactatione, ut iis fuerit non didicisse melius:
 10 *alios pecunia cupidos: alios gloriæ, multos libidinum seruos;*
ut cum eorum vita et vitiis ^x mirabiliter pugnet oratio. Ne-
 pos quoque ^y Cornelius ad eundem Ciceronem ita scribit:
Tantum abest, ut ego magistram esse putem vitæ philosophiam,
beataque vitæ perfectricem; ut nullis magis existimem opus esse
magistros viuendi, quam plerisque, qui in ea disputanda ver-
santur. Video enim magnam partem eorum, qui in schola de
pudore et continentia præcipiant argutissime; eosdem in omnium
 libri.

^p) domi facientes] Bon. Cauc. Vltr. Goth. Tum domi facientes. Bün.

^q) nonne id ipsum Tullius fatetur] Lib. 2. Tuscul. cap. 4. Cell.

^r) Quotus quisque, inquit] Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78-97. Paris. Parrh. Quotus, inquit, quisque. Bün.

^s) qui disciplinam suam] Sic edo ex MS. Cauci, quia ita ipse Cicero. L. 2. Tusc. 4. Bün.

^t) non ostentationem scientia] Vulgo addunt, sua scientiæ, quod pronomen nec MSS. agnoscunt, nec editiones veteres. Lipf. 1: sapientia, non scientia. Cell.

^u) Videre licet] indicatiuum habent Bon. Pen. Vltr. Iun. Cant. Emman. Reimm. Goth. Lipf. tert. et Sublac. Rost. Ven. 1471-97. Paris. Tornæs. 1587. coniunctiuum: liceat, Parrh. Iunt. Ald. et seqq. At licet est ipsius Ciceronis c. l. Bün.

^x) vitæ et vitiis] Addo: et vitiis ex MS. Cant. Guelph. 2. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris.

Parrhas. Iunt. Ald. Gymn. Tornæs. 1548. Gryph. Betul. Itzo. Prope Lipf. secundus, Iun. et Reimm. vitæ vitiis. Per εἷν δὲ δὴ δὴν, vitæ et vitiis, valet vitæ vitiosa. Ciceroni quoque ex MS. Noruolc. restituit Davis. 2. Tusc. c. 4. Plura exempla dat Græuius ad Cic. 1. Off. 44. L. 3. extr. de Senect. c. 11. et ad Iustin. L. 2. c. 2. et Cortius ad Sallust. p. 12. Quia et vitiis aberant a Bon. Cauc. Pal. Vltr. Lipf. 1. extruserunt Thomas. et recentiores. Bün.

^y) Nepos quoque Cornelius] Vulgati. Neposque: plenius quoque ex membranis suppletur. Perit autem liber, ex quo hæc transumpta sunt. Cell.

^z) Nepos quoque Cornelius] Rectius ita Bon. Tax. Pen. Pal. Vltr. Cauc. Emman. Goth. Reimm. et iam receperant Betul. et Tornæs. 1587. Sic Sucton. Grammat. c. 4: Cornelius quoque Nepos: ventustius noster præposuit: Nepos. Bün.

a) di-

libidinum cupiditatibus vivere. Item Seneca in exhortationibus: *Plerique, inquit, philosophorum tales sunt, deserti in conuicium suum^a, quos si audias in: auaritiam, in libidinum, in ambitionem perorantes, iudicium professus^b putes. adeo redundant ad ipsos maledicta in publicum missa. quos non aliter intueri decet, quam medicos, quorum tituli remedia habent, pyxides venena.* Quosdam vero nec pudor vitiorum tenet,¹² sed patrocina turpitudini^c suo fingunt; ut etiam honeste peccare videantur. Faciet sapiens (inquit idem Seneca) etiam¹³ qua non probabit, ut etiam ad maiora transitum inueniat: nec relinquet bonos mores; sed tempori aptabit: ut quibus alii utuntur in gloriam, aut voluptatem; utetur^d agenda rei causa. Deinde paulo post: *Omnia, quae luxuriosi faciunt, quaque¹⁴*

a) *deserti in conuicium suum*] Abest a Gothano: *deserte. male. praeue Reimm. deserti in conuicium sunt.* Minuc. 38. 7. philosophos dicit: *aduersus sua vitia facundos.* Hieronymus ad Rusticum Mon. f. m. 47: *Accusamus saepe quod facimus, et contra nosmet ipsos deserti inuicem vitia inuehimur.* Gell. Noct. Ast. L. 13. c. 8. ad illa Pacunii: *Ego odi homines ignaua opera et philosopha sententia, nihil ferri posse indignum neque intolerantius dicebat, (Macedo) quam quod homines ignaui ac desides operi barba et pallio mores et emolumenta philosophia in lingua uerborumque artes conuerterent, et vitia facundissimo accusarent intercuribus ipsi uitiis madentes.* Conf. Laet. 5. 2. 4. Büñ.

b) *iudicium professos putes*] Ita antiquus Bonon. Thomasio et Isæo testibus, immo et Cauc. et Iun. MSS. (nam in Gallæi textu et nota uitiöse iudicium impressum.) Edd. Iunt. Ald. 1515. Gymnici 1539. Parrh. Grat. Tornæs. 1548. 1553: *iudicium sui.* (præue ed. Heum. ex 1513. et 1515: *iudicium sui* exhibet). Lips. alter; Witteb. Reimm. Rost. Ven. 1471. utraque 1478. 93. 97. Paris. 1513: in

iudicium suum professus. Gryph. in *iudicium sui.* Spark. *iudicium professus.* Optima et uerissima lectio: **INDICIUM PROFESSOS**, ab aliis interpolata, ab Isæo solo in textu exhibita, ab Thomasio, Isæo maxime et Heumanno explicata. Grauius auctore ad Cic. 2. ad Att. ep. 24. p. 281: *iudicium profiteri*, est declarare te uelle de sociis conspirationis detegere eorum molitiones, si iudicii præmium tibi promittatur; at Costio ad Sallust. Iugurth. c. 35. 6: *iudicium profiteri*, non est fateri se **INDICATVRVM**, ut multi interpretantur; sed se ipsa **INDICARE**. Quæ ratione *iudicium professos putes* est: *putes*, philosophos se ipsos *indicasse* neque prodidisse. Büñ.

c) *patrocina turpitudinis*] Idem Seneca de Vit. Beat. c. 12: *Quarantes libidinibus suis patrocinium aliquod ac uelamentum.* Conf. Laet. 4. 24. II. Büñ.

d) *et quibus - voluptatem, utetur*] Restituo ex Bonon. et Gothano: *est - uetur*, etiam Tornæs. 1587 - 1614: *est*, præq. aliorum: *ut - uatur*. connecto cum: *facior - nec relinquet.* Büñ.

imperiti; faciet et sapiens, sed non eodem modo e, eodemque proposito. Atqui nihil interest, quo animo facias, quod fecisse vitiosum est: quia facta cernuntur; animus non videtur. f.

15 Aristippo, Cyrenaicorum magistro, cum Laide nobili scorto fuit consuetudo. quod flagitium grauis ille philosophiæ doctor sic defendebat, vt diceret, multum inter se, et ceteros Laidis amatores interesse, quod ipse haberet Laidem, alii ve-

16 ro a Laide haberentur s. O præclara, et imitanda bonis sapientia! huic vero liberos in disciplinam dares b, vt discerent habere meretricem. Aliquid inter se, ac perditos interesse dicebat; scilicet quod illi bona sua perderent, ipse gratis i luxuriaretur. In quo tamen sapientior k meretrix fuit, quæ sic philosophum l:m habuit pro lenone; vt ad se omnis iuuentus, doctoris exemplo, et auctoritate corrupta, sine vlllo pudore concurreret. Quid ergo interfuit, quo animo philosophus ad meretricem famosissimam n. o comme-

ret

e) *sed non eodem modo*] Ita Seneca ep. 18: *et eadem, sed non eodem modo facere.* Büin.

f) *Atqui nihil non videtur*] Hæc verba ordinariis typis curauimus imprimenda; quia non sunt Senecæ, sed Lactantii de Senecæ verbis iudicantis. Büin.

g) *ipse haberet - alii haberentur*] Goth. Lips. 2. 3. et Reimm. *alii- ludibrio* haberentur, sed ita concideret leuissimi Philosophi acumen. Græce Laertius et Athenæus: *ἐχὼ καὶ ἐν ἐχομαι.* Cic. L. 9. ad diuersos ep. 26. 6: *habeo, non habeo a Laide.* Plura talia congescit Cortius ad Sallust. Iug. c. 2. p. 413. Büin.

h) *O - sapientia! - in disciplinam dares*] Ironia huic gemina vsus Cicero L. 1. in Verrem c. 45: *adulescentes ei in disciplinam tradite.* Büin.

i) *ipse gratis*] Lips. alter: *ac ipse gratis.* Reimm. *et ipse gratis.* Büin.

k) *in quo tamen sapientior*] Sic habent Bon. Tax. Cauc. Iun. Lips. tres, Reimm. Emman. Cant. Sublac. Rost.

Ven. 1471 - 97. Paris. Iunt. Ald. Crat. Parrh. Tornæz. 1587. Ifæus; vnde tamen recepi, pro quo in Gryph. Betul. Thomas. et sqq. *sane.* in Goth. plans. Büin.

l) *quæ sic philosophum*] Ex MSS. illud sic, quod excidit ex plerisque excusis. Cell.

m) *quæ sic philosophum*] Hoc sic, quod Cellarius dicit *excidisse ex plerisque excusis*, deprehenditur in plurimis Sublac. Rost. Ven. 1471 - 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæz. omnibus ab 1548 - 1614. omiserunt sic Thomas. If. Thyf. Gall. ed. Cant. et Spark. et MS. Goth. at habent MSS. Angl. Cauc. Vltr. Reimm. Büin.

n) *ad meretricem famosissimam*] Emman. non habet adiectum *famo-* *fissimam*: et potest abesse. Habent tamen præter scriptos alios, et antiquissimæ editiones, Rom. ac Ven. et Aldi. Cell.

o) *ad meretricem famosissimam*] Adiectiu. *famosissimam* ab Emman. omis-

ret? ; quum eum populus et riuales sui viderent omnibus perditis nequiores? Nec satis fuit ita viuere ; sed docere et 19
iam libidines cepit, ac mores suos de lupanari ad scholam transtulit, disferens, voluptatem corporis esse summum bonum. Quæ doctrina execrabilis, et pudenda, non in corde philosophi, sed in sinu meretricis est nata. Nam quid ego de Cynicis 20
loquar? quibus in propatulo coire? cum coniugibus mos fuit. Quid mirum, si a canibus, quorum vitam imitantur ; etiam vocabulum, nomenque traxerunt? Nullum igitur in hac 21
disciplina? magisterium virtutis est ; quum etiam illi, qui honestiora præcipiunt, aut non faciant ipsi ; quæ suadent ; aut si faciunt, (quod raro accidit,) non disciplina eos ad rectum, sed natura perducatur, quæ sæpius etiam indoctos impellit ad laudem.

XVI. Verum enim vero quum se perpetuæ desidiæ tradant, nullamque virtutem capessant, et omnem suam vitam nihil aliud, quam ^a in eloquendo ^b peragant ; quid aliud quam
iner-

omissum exhibent plurimi MSS. et Reimm. omnesque veteres et recentes editiones. Isæus et Gallæus in variis dicunt alias habere: *formosissimam*, sed nullas indicantur. *Famosus* est vox media. Veteres in malam partem, recentiores in utramque bonam et malam adhibebant. Vide Dukerum ad Flor. L. III. c. 7. fin. Optime de hac voce Marqu. Freherus tract. de Fama et Existimatione Lib. I. de Gloria p. 4-6. dignus qui legatur. Conf. Lact. I. 17. 9: *ex famoso stupro*, et Indic. nostr. ad Castellion. Version. Cod. S. p. 80. Bün.

p) *ad meretricem - commearet*] Freherus c. l. *accéderet*, scripsit, forte memoriz lapsu, nam omnes libri scripti et editi: *commearet*, recte eleganterque. Terent. Heautont. III. 1. 34 - 35. dixit filium *commeare ad mulierem*, ubi frustra Bentleius corrigi: *commetare*. Bün.

q) *in propatulo coire*] Lact. I. 16. II.

Epit. 39. 6. Conf. Cic. L. I. Off. c. 35. et c. 41. Augustin. Ciu. D. L. 14. c. 20. Idem de Mosynis Mela L. I. c. 19. Bün.

r) *disciplina*] i. e. secta. Bün.

a) *vitam nihil aliud, quam in eloquendo peragant*] Isæus in Borton. inuenit: *vitam ad nihil aliud quam in eloquendo perdant. perperam et reclamantibus omnibus libris. Weinrichius in ed. Parrhas. erasis vocalis: nihil aliud rescripserat: nullo alio. Walchio quoque hæc formula non fuit perspecta, alias non explicasset: per nihil aliud quam in eloquendo agant. Præpositio omittitur, quia verbo adiuncta est. Heumannus dicit dictionem Lactantianam, ego hoc amplius, (salua tamen modestia) pronuntio, esse dictionem optimorum quorumque scriptorum, atque exemplis a Gronouio ex Liuius et a Burmanno ex Cicerone aliisque excitatis. addo Liuii L. 2. c. 32: *ventrem**

2 inanes putari debent? sapientia autem, nisi in aliquo actu fuerit, quo vim suam exercent, inanis, et falsa est, recteque Tullius c. caules viros, qui rempublicam gubernent; qui vrbes aut nouas constituant, aut constitutas æquitate tueantur; qui salutem, libertatemque ciuium vel bonis legibus, vel salubribus consiliis, vel iudiciis grauibus conferent; philosophiæ doctoribus^d præfert. Bonos enim facere oportet potius, quam inclusos, in angulis faciendâ præcipere, quæ ne ipsi quidem faciunt, qui loquuntur, et quoniam se a veris actibus remouerunt; adparat, eos exercendæ linguæ causa, vel aduocandi gratia^e, artem ipsam philosophiæ reperisse. qui autem

item nihil aliud quam datis voluptatibus frui, L. 2. c. 49: donec nihil aliud, quam in populationibus res fuit, et longe sapius. item Seneca, cuius loco ad Lact. 3. 8. 6. a me indicato aduicio, ex L. 1. de Ira c. 16: ira nihil aliud quam crudelitatem - versauerat. Conf. L. 4. Benef. c. 7. de Vit. Beat. c. 26. et alibi. Sueton. Cæs. c. 20: nihil aliud quam per edicta obnuntiaret. in Augusto c. 83: mox nihil aliud quam vectabatur et deambulabat. Domitiano c. 21: nihil aliud quam secreto solus deambulabat. Nihil aliud, quam valet tantum, tantummodo, nec mutatur, quicumque etiam casus aut præpositio sequatur; non solet tamen quam sequi, nisi particula negatiuæ præcedant; pro quam haud raro ponitur nisi. Conf. Lact. 3. 8. 6. c. 19. L. 4. 15. 19. de Ira 22. 3. Bün.

b) in eloquendo] Rectius ita plerique MSS. etiam Reim. et Gryph. Tornæs. Betul. Thom. Ifeus et eos secuti, quam MS. Iun. Rost. Ven. 1471-97. Iunt. Ald. Gymn. Parrh. Paris. Crat. in eloquentia. Bün.

c) Tullius] Non superest hic Cironis locus. Bün.

d) philosophiæ doctoribus] Sic omnes libri, etiam Tornæsiani, præter ed.

1587-1613. in qua præue: philosophia actoribus. Bün.

e) vel aduocandi gratia] Ita plures scripti et editi. Ponit auctor noster, inquit Walchius, vocem aduocandi pro causam agendi, p. 332. et in Diatribe de Lact. p. 60. Obseruauit in Miscell. Lips. T. 3. Obs. 59. p. 147. Lactantium ab hoc barbaro significato esse alienum, et causam agere ipsi esse L. 2. 3. 5. defendere, parocinium alicuius suscipere, et L. 2. 4. 31: causam suscipere; sed placuit Walchio V. C. suæ expositioni inhaerere in iisdem Miscell. c. 1. p. 264. aut nisi ita successerit, ea uerba pro glossa habere. Ego putauit subaudiendum: vel auditores, concionem, populum, aduocandi gratia. Agit enim de Philosophis n. 3-6. et de Epicuro c. 17. n. 3. ait: ut ad se multitudinem contrahat. ibidem n. 7: circulum colligit; atque integra phrasia occurrit de Mort. Perf. c. 28. 3: aduocauit populum, et Liius 1. 17: concione aduocata dixit: Nihilominus, quia solum uerbum absolute positum vix sufficere videtur, non displicet lectio alterutra ex sequentibus Emman. et utraque Ven. 1478: vel uocandi gratia, i. e. orandi, oris gratia. Lips. 2. 3. Reimm. Cauci: vel auo-

rem docent tantum, nec faciunt; ipsi præceptis suis detrahunt pondus *f.* quis enim obtemperet, quum ipsi præceptores doceant non obtemperare? Bonum est autem *s.* recta, et honesta præcipere: sed nisi et facias, mendacium est: et incongruens, atque ineptum est, non in pectore, sed in labris *h.* habere bonitatem *i.* Non ergo utilitatem ex philosophia, sed oblectationem petunt, quod quidem Cicero testatus est. *Profecto*, inquit, *omnis istorum* *k. l.* *disputatio, quamquam uberrimos fontes virtutis et scientiæ contineat; tamen collata cum horum actis, perfectisque* *m.* *rebus, vereor, ne non tantum* *n. o.* *videatur adtulisse negotiis homi-*

auocandi gratia. dixit enim hoc ipso numero 3: *se a veris actibus remouerunt.* et n. 5: oblectationem petunt. et n. 5. adferunt magis: oblectationem quamdam otii. n. 6: *ut se oblectent in otio.* Conf. L. 3. 13. 11. Sæpe verba hæc in MSS. et editis libris confundi, ostendi ad L. 2. 3. 11. et ad librum de Ira 17. 3. et de Opif. 18. 5. 8. *Bün.*

f.) qui docent tantum - detrahunt pondus] Vid. L. 4. c. 23. et c. 24. *Bün.*

g.) Bonum est autem - sed] Sic libri ad vnum omnes, Heumann. pro autem scribit quidem. *Bün.*

h.) in labris habere bonitatem] Alii in labiis: nos cum MSS. *Celi.*

i.) bonitatem] Cott. et Tornæz. MSS. *veritatem*; quia præcessit: mendacium est. Conf. n. 6. not. *Bün.*

k.) omnis istorum disputatio] Inepte in multis excusis est *istorum*: idque sine veterum librorum suffragio. *Cell.*

l.) istorum disputatio] Legitur *istorum* in Bon. Tax. Pen. omnibus Vaticanis, Vltr. Cauc. Iun. Emman. Cant. Lipf. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 97. Paris. 1513. Gymn. Betul. Tornæz. 1548. 1614. Isæo, Gall. Sparkio, Goth. membr. *istorum*. Præuam *istorum* ex Parrhasio propagatum ab Iunt. Ald. Crat. Gryph. Thomasio. *Bün.*

m.) actis, perfectisque] Præue Isæus: *actis perfidisque.* *Bün.*

n.) vereor, ne non tantum] Ex membranæ illud non reductum, quod exsulabat ab impressis nuper, etiam Aldino: habet tamen Rom. vetus, et æqualis ei Venetus. *Cell.*

o.) ne non tantum - hominum utilitatis, quantum oblectationem quamdam otii] MSS. Tax. Pen. nouem Vaticanæ, Lipf. alter, Reimm. Cantabr. Sublac. Rost. Ven. 1471. et Isæus: *ne non tantum videatur adtulisse negotiis hominum quamdam oblectationem otii*; nec aliter vtraque 1478. Paris. Gryph. Betul. Tornæz. 1587. nisi omisso non. Ven. 1493. 97: *ne non tantum videatur adtulisse negotiis hominum quantum oblectationem otii.* Ald. Gynun. Crat. *Ne tantum videatur adtulisse negotiis hominum - quantum oblectationem otii.* Parrh. *ne tantum videatur adtulisse negotiis hominum - quantum oblectationem otii.* MS. Emman. *vereor, ne nisi tantum videatur adtulisse negotiis hominum quamdam oblectationem otii.* Vt Cellar. edidit, habet Merton. et Lipf. tert. quam præfero ob insertum non et vocem: *utilitatis*, quæ probant illa antecedentia: *non utilitatem ex philosophia, sed oblectationem petunt.* Bon. *ne tantum videatur adtulisse negotiis hominum utilitatis, quantum oblectationem otii.* Gothan. *ne non tantum videatur adtulisse negotiis hominum, quantum oblectationem otii.* pos.

- hominum utilitatis, quantum oblectationem quamdam otii.*
- 6 Vereri quidem non debuit, quum verum diceret: sed quasi timeret, ne proditi mysterii reus a philosophis citaretur; non est ausus confidenter ^p pronuntiare, quod fuit verum, illos non ideo disputare, vt doceant; sed vt se oblectent in otio. qui quoniam auctores sunt rerum gerendarum, nec ipsi quidquam gerunt; pro loquacibus ^q sunt habendi. Sed profecto, quia nihil boni ad vitam adferebant ^r: nec ipsi decretis suis obtemperauerunt ^s; nec quisquam per tot sæcula inuentus est, qui eorum legibus viuere: abiicienda est igitur omnis philosophia, quia non studendum est sapientiæ, quod sine, ac modo careat ^t; sed sapiendum est, et quidem mature. Non enim nobis altera vita ^u conceditur, vt, quum in hac sapientiam quæramus, in illa sapere possimus: in hac vtrumque fieri necesse est. cito inueniri debet, vt cito suscipi possit; ne quid pereat ex vita, cuius finis incertus est. Ciceronis Hortensius, contra philosophiam disserens, circumuenitur arguta conclusione; quod quum diceret philosophandum non esse, nihilo minus philosophari videbatur: quoniam philosophi

posunt iuncti Bon. et Goth. verze lectioni eruendæ inferuire. Bün.

p) *confidenter pronuntiare*] Sic libri et recte; nam illud *confiterentur* in Walchiana ex Tornæs. 1587-1613. prauis hic typis propagatum; vbi Tornæs. 1548: *confidenter* rectius; alterum enim aduerbium ignorat Latium. Bün.

q) *pro loquacibus*] MSS. C. C. C. et Emman. *pro mendacibus*, et hoc satis bene si respicias n. 4: *mendacium est*. Pro recepta n. 1-3. versio Gallica Lact. h. l. apte *loquaces* hos vocat *babillards*. Bün.

r) *sed profecto, quia nihil adferebant: nec*] Sic fere omnes, præter Ven. 493. 497. vbi: *sed profecto, nihil quia boni*. Hinc Heumannus legit: et *profecto nihil boni ad vitam adferebant*, quia nec. Nihil muto. Bün.

s) *decretis-obtemperauerunt*] L. 3. 18. 11. et c. 15. 9. L. 5. 17. 9. not. Bün.

t) *quod sine, ac modo careat*] Sic plures MSS. et Ven. 1493. 97. Paris. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Betul. Thom. Tornæs. 1548. Itæus et hos secuti; at Rost. Ven. vtraque 1478. Tornæs. 1587-1614: *quod sine ac modo caret*. (modo indicandi.) Reimm. et Lips. secundus: *quæ sine ac modo caret*, vt *quæ* ad sapientiam referatur; sed mens Lactantii est: quod *studere sapientia*, siue *studium sapientia sine et modo caret*; quia semper manent studiosi tantum sapientia; nec vnquam fiunt *sapientes*. Patet ex L. 3. c. 2. n. 3 - 10. et ex Epit. c. 30. n. 4-7. Vis maxima latet in voce: *non studendum*. Bün.

u) *Non - altera visa*] Vid. Epit. c. 30. extr. Bün.

x) *de*

phi est, quid in vita faciendum, vel non faciendum sit, disputare. Nos ab hac calumnia immunes ac liberi sumus, qui philosophiam tollimus, quia humanae cogitationis inuentio est; philosophiam defendimus, quia diuina traditio est; eamque ab omnibus suscipi oportere testamur. Ille, quum philosophiam tolleretur, nec melius aliquid adferret; sapientiam tollere putabatur: eoque facilius de sententia pulsus * est; quia constat hominem non ad stultitiam, sed ad sapientiam nasci. Præterea illud quoque argumentum contra philosophiam valet plurimum; quo idem est vsus Hortensius, ex eo posse intelligi, philosophiam non esse sapientiam, quod principium et origo eius adpareat. Quando, inquit, philosophi esse ceperunt? Thales (vt opinor) primus. recens hæc quidem ætas, vbi ergo apud antiquiores latuit amor iste inuestigandæ veritatis? Idem Lucretius ait:

*Denique natura hæc rerum, ratioque reperta est
Nuper: et banc, primus cum primis ipse repertus
Nunc ego sum, in patrias * qui possum ^a vertere voces.*

Et Seneca ^b, Nondum sunt, inquit, mille anni, ex quo initia sapientia mota ^{c. d} sunt. Multis ergo sæculis humanum genus

x) de sententia pulsus] L. 2. 19. 5. Büñ.

y) Idem Lucretius ait] Lib. 5. v. 336. Cell.

x) in patrias - voces] Hic locus docet in Cicerone L. 1. Diu. c. 13. rectius legi: patria vocis. Pro quo nos Germani: die Mutter = Sprache. Büñ.

a) possum] Sic libri omnes, at Lucretii melius: possum. Büñ.

b) Et Seneca] quo libro, incertum; hodie enim non existat. Cell.

c) initia sapientia mota] Sic omnes libri veteres, scripti, impressi. Aldus primum nota inuexit. Puto initia moueri, esse fundamentum iaci, seu cœptum esse primum de re disputari. Cell.

d) initia - mota] Sic cum aliis MSS.

etiam Angl. Reimm. Roff. Ven. 1493. 97. At nota, quod Cellarius putauit, Aldus non primum inuexit, sed legitur: nota iam in Parrh. 1569. Paris. 1513. Præfert Heumannus ex Ven. 1472. vtraque 1478: nata, non male. vt L. 5. 5. 1: ante natum philosophia nomen. Nihilominus retineo: MOTA, quia MOVERE valet incipere. Virg. 7. Aen. 45: maius opus moueo. Conf. v. 40: exordia. v. 44: nascitur. Vnde Ciofanus ad Ouidii L. 3. Fast. 6: quod mea, quarebam Musa moueret opus, recte exponit mouendi verbum per exordiri. Hinc eidem; quod alias: a Ioue principium dicitur: ab Ioue carmen mouere. L. 10. Met. 148: sq. et L. 14. Met. 21. Similes variationes vocum: mota, inita, nata, vid. ad Ouid. L. 4. Fast. 113. Conf.

mus sine ratione vixit. quod irridens Persius ^e, *Postquam, inquit, sapere, urbi cum pipere et palmis venit*: tamquam sapientia cum saporis ^f mercibus fuerit inuecta. quæ si secundum hominis naturam est, cum homine ipso cæperit, necesse est: si vero non est, nec capere quidem illam posset humana natura.

16 Sed quia recipit, igitur a principio fuisse sapientiam necesse est. ergo philosophia, qui non a principio fuit, non est eadem vera sapientia: sed videlicet Græci, qui sacras veritatis litteras non attigerant; quemadmodum deprauata esset sapientia, nesciuerunt ^z. Et ideo quum vacare sapientia humanam vitam putarent, philosophiam commenti sunt, id est, latentem atque ignotam sibi veritatem disserendo eruere voluerunt. quod studium, per ignorantiam veri, sapientiam putauerunt.

1 XVII. Dixi de philosophia ipsa, quam breuiter potui: nunc ad philosophos veniamus, non vt cum iisdem decertemus ^a, qui stare non possunt; sed vt eos fugientes, atque deiectos nostro campo insequamur. Epicuri disciplina multo celebrior semper fuit, quam ceterorum: non quia veri aliquid adferat; sed quia multos populare nomen voluptatis inuitat.

Nemo

Conf. Heins. ad Ouid. 7. Her. 4. p. 90. et ad L. 3. Fast. 175. ex MSS. *nec piget incepti, inuas hac quoque parte moueri.* p. 166. Bün.

e) *quod irridens Persius*] Satyra 6. v. 38. Cell.

f) *cum saporis mercibus*] i. e. saporatis, sapidis, Gulielm. Canterus L. 3. Nou. Lect. c. 30. intellexit de mercibus Saporis Perfarum Regis, castigatus ideo a Rob. Titio Locor. Controuers. L. 9. c. 3. idem Titius censet, nouiter a Lactantio hoc adiectiuum *saporis* a *sapore*, formatum, vt ab *odore odoris*, a *vapore vaporis*, a *canore canorus*, ab *honore honorus*. Vid. Isæum. Adiect. *saporis*. vsus etiam Prudentius Cathemer. 4. v. 94. (non v. 49. vt Walchius et Heumann-

nis ex Fabri Thesaurio hic vitiosus citantur) addo Prud. Hamartig. v. 751, vbi *stasuum salis* vocat *saporum saxum*. Bün.

g) *nesciuerunt*] mollius Reimm. *nescierunt*. Bün.

a) *decertemus*] Lips. 1. 2. Reimm. Vltr. Cant. Sublac. Rost. Ven. vtraque 478 - 97. Parrh. Par. a. Gymn. Iunt. Ald. Crat. Tornæs. 1587: cum iisdem (vel *eisdem*) *certemus*. Pro his Gryph. Betul. Thomas. Isæus et eos secuti: *cum his decertemus*, sine vlla MSS. mentione. Singulariter Emman. *veniam - certem*. Mox Reimm. et Lips. tert. pro *adferat* habet *afferret*. Lips. alter: *adfort*. Bün.

b) *Pro-*

Nemo enim non in vitia pronus est. Propterea ^b, vt ad se
 multitudinem contrahat; adposita singulis quibusque moribus
 loquitur. Desidiosum vetat litteras discere; auarum popula-
 ri largitione liberat; ignauum ^c prohibet accedere ad rempu-
 blicam; pigrum exercere; timidum militare. irreligiosus
 audit, deos nihil turare; inhumanus, et suis commodis ser-
 viens iubetur nihil cuiquam tribuere: omnia enim sua causa ^d
 facere sapientem. fugienti turbam solitudo laudatur: qui
 nimium parcus est, discit aqua et polenta vitam posse tolerari
^e: qui odit vxorem, huic enumerantur cœlibatus bona: ha-
 benti malos liberos orbitas prædicatur: aduersus parentes im-
 pios ^f, nullum esse vinculum naturæ: impatienti ac delicato,
 dolorem esse omnium malorum maximum dicitur: forti, et-
 iam in tormentis beatum esse sapientem. qui claritati, ac po-
 tentiæ studet; huic præcipitur reges colere: qui molestiam
 ferre non potest; huic regiam fugere. Ita homo astutus ^g
 ex variis diuersisque moribus ^h ⁱ ^k circulum cogit; et dum
 studet

b) *Propterea*] MSS. Bon. Tax. Iun. Pal. Pen. Lipf. i. Reimm. *Præterea*. Bün.

c) *ignauum*] Bodl. et Merton. *ignatum*. Bün.

d) *sua causa*] habent *sua causa* MSS. Pal. Iun. Vltr. Goth. Lipf. Reimm. cum vett. edd. pro vulg. *sui*. Vid. L. 5. 17. 16. Bün.

e) *vitam-tolerari*] Sequor Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtramque 78. 93. 97. Paris. et optimam Tornæi. *solera-ri*. pasf. pro quo Parrh. Iunt. Ald. et Thomas. sequentes: *tolerare*. Ipsam phrasin habet Cæsar L. 7. Gall. 77. 12. L. 3. Ciu. 49. 3. c. 58. 6. coll. n. 5. Tenuitatem et parsimoniam, verbo *tolerare* indicari auctor est Taubmann. ad Virgil. 8. Aen. v. 409. Bün.

f) *aduersus parentes impios*] Hoc ordine Goth. vnde vna demta litte-tera fingo: *aduersus parentes impio* sc. *dicitur*, vt statim sequitur; paulo ante *habenti malos liberos*, nunc IMPPIO filio aduersus parentes blan-

ditur. Eadem est mens Heuman- ni; prætuli ego singularem, quo solo a num. 3-6. est vltus. Bün.

g) *ex variis diuersisque moribus*] MSS. *moribus*, ceteri modis. Cell.

h) *diuersisque moribus*] Ita Bon. Pal. Iun. quinque MSS. Sparkii, Emman. Cant. Goth. Lipf. Reimm. Sublac. et ed. Tornæi. 1587. Bün.

i) *circulum colligit*] Sic Emman. et Goth. Ceterorum est *cogit*, quod ex forma breuiata potest esse. Cell.

k) *circulum cogit*] Exactum a Cellario et Walchio, et iam ante a Tornæio 1587. verbum COGIT, reuo-caui. Habent enim vetustissimi plu-rimique libri scripti, editi. Ex illis Bonon. Rom. Guelf. Lipf. Cantabr. Reimm. Ex his Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Parrh. Iunt. Ald. Gryph. Gymn. Crat. Betul. Thom. If. Gall. Spark. Putauit quidem Cellarius *cogit* ex forma breuiata esse; ego vero in tot codd. MSS. et diplomatibus anti- quis

studet placere omnibus, maiore discordia secum ipse pugnavit, quam inter se vniuersi. Vnde autem disciplina eius tota descendat, quam originem habeat; explicandum est. Videbat Epicurus bonis aduersa ^l semper accidere, paupertatem, labores, exilia, carorum amissiones; malos contra, beatos esse; augeri potentia; honoribus adfici: videbat innocentiam minus tutam; scelera impune committi: videbat, sine delectu morum, sine ordine ac discrimine annorum sæuire mortem; sed alios ^m ad senectutem peruenire; alios infantes rapti ⁿ; alios iam robustos interire; alios in primo adolescentiæ flore immaturis funeribus extinguui; in bellis potius meliores et vinci, et perire. maxime autem commouebat, homines in primis religiosos grauioribus malis adfici: iis autem, qui aut deos omnino negligerent, aut non pie colerent; vel minora incommoda euenire, vel nulla: ipsa etiam sæpe templa fulminibus conflagrare. Quod Lucretius queritur ^o, quum dicit de Deo:

- - - Tum fulmina mittat: et ædes
Ipse suas disturbet: et in deserta recedens,

Se-

quis nusquam vniquam cogit pernotam pro colligit, deprehendi scriptum; immo colligit, in Emman. et Goth. glossema, quippe notius, sapit; glosfatores enim notiora pro minus notis subponere constat. *Cogere circulum* eleganter idem est, quod *cætum colligere, congregare*, siue, vt hoc capite n. 3: *ad se multitudinem contrahere*. De circulo pro *cætu, corona* Apul. Metam. L. 2. p. 120: *quum frequentis populi circulo conspectus corona circumstantium fata enodares*. Plura Cellar. ad Nepot. Epamin. c. 3. 3. Etiam in Cicerone de Oratore, Epistolis ad Q. Fratrem et ad Atticum, exempla obuia; et in eiusdem epistolis ad Diuersos L. 4. ep. 12: *cogere medicos*, L. 5. ep. 1: *cogere senatum*, et in Macrob. L. 1. Saturn. 1: *quos cætus cogit*, legimus. Diogenis Laertii L. 10. §. 121. p. 654.

ὄχλαγωγέιν interpres docte vertit: *ingentem frequentiam cogere*. Iterum Lactantius L. 4. 25. 5: *ad iustitiam cogere*. et de Opif. c. 7. 9: *qui ornatus non est in orbem coactus*. Bün.

l) *bonis aduersa*] de Ira 16. 9. c. 20. 1. sqq. Seneca de Prouidentia. Bün. m) *sed alios*] Tornæs. 1587-613. Walch. et alios. In MSS. et reliquis: *sed*. Aptius et. sæpe confunduntur. Bün.

n) *infantes rapti*] More veterum. Sueton. C. Cæs. Caligul. c. 7: *infantes aduoc rapti*. Plin. 6. ep. 6: *doleo, illum immatura morte indignissime raptum*. Iustin. 7. c. 2: *immatura morte raptus*. Conf. Pareum ad Quintil. Libri sexti Proœm. ed. Burm. p. 493. ibidem de *immaturis funeribus*. Bün.

o) *Quod Lucretius queritur*] Lib. 2. v. 1100. Cell.

p) in-

Scuiat, exercens telum : quod saepe nocentes

Præterit, exanimatque indignos, inque merentes p.

Quod si vel exiguam veritatis auram colligere potuisset, numquam diceret, ædes illum suas disturbare; quum ideo disturber, quod non sunt suæ. Capitolium, quod est Romanæ urbis, et religionis caput summum, non semel, sed sæpius fulmine ictum conflagrauit. Homines autem iniqui quid de hoc existimauerint, ex dicto Ciceronis adparet, qui ait: *diuinitus exstitisse illam flammam, non quæ terrestrè illud domicilium Iouis deleteret; sed quæ sublimius magnificentiusque deposceret.* Quæ de re etiam in libris consularibus sui eadem dixit, quæ Lucretius:

*Nam pater altitonans, stellanti nixus Olympo,
Ipse suas arces, atque incluta templa petiuit,
Et Capitolinis iniecit sedibus ignes.*

Pertinaci ergo stultitia non modo vim maiestatemque veri Dei non intellexerunt, sed etiam impietatem sui erroris auxerunt, qui templum, cælesti iudicio sæpe damnatum, restituere contra fas omne contenderint. Quum hæc igitur cogitaret Epicurus; earum rerum velut iniquitate inductus, (sic enim

p) *indignos inque merentes*] Eleganter ita dicuntur, qui nihil tale meruerunt. Sæpe ita *indignus* posuit Ouidius. adde Dauisium ad Cic. 4. Tuscul. 20. ubi *calamitates indignorum* subleuandas dixit: *Inmerentes* illustrat ipse Lactantius 5.9.17: *aut immeritos perdant mercede corrupti.* et L. 6. 25. 3. ex Seneca: *quæ ex cade immerentium voluptas est?* Aliquoties ita Horatius. *Bün.*

q) *auram*] i. e. odorem. Conf. L. 6. 12. 26. c. 22. L. 7. 1. 11. et doctam obseruationem Casauboni ad Persii Satir. 1. ed. Paris. 1615. p. 157. *Bün.*

r) *quod non sunt*] Reimm. *quia non sunt.* *Bün.*

s) *Capitolium-fulmine ictum*] Vid. Arnob. L. 6. p. 245. ed. in 8. Elmenh. *quum Capitolium toties edax ignis ab-*

sumeret, Iouemque ipsum capitolinum cum uxore corripuisset ac filia, ubi nam fulminator tempore illo fuit - vindicaret. *Bün.*

t) *qui ait*] Ipsa verba citata sunt ex Cic. L. 4. in Verr. c. 31. *Bün.*

u) *in libris consularibus*] Hi perierunt. Exstant tamen hi versus etiam Lib. 2. de Diuin. cap. 20. medio tantum ita leuiter variato:

Ipse suos quondam tumulos ac templa petiuit. *Cell.*

x) *cælesti iudicio-damnatum*] Apud Hieronym. Paulla et Eustoch. ad Marcell. f. m. 127: *Hic puto locus (Bethlehem) sanctior est Tarpeiarumpe, quæ de calo sæpius fulminata ascendit, quod domino displiceret.* add. Hieronym. ad Marcell. ep. 18. f. 130. *Bün.*

- enim causam rationemque ignorantem videbatur,) existimauit, nullam esse prouidentiam, quod quum sibi persuasisset, suscepit etiam defendendum. Sic in errores inextricabiles y se ipse coniecit z. a. Si enim prouidentia nulla est, quomodo tam ordinate, tam disposite mundus effectus est? Nulla, inquit, dispositio est b. multa enim facta sunt aliter, quam fieri debuerunt. Et inuenit homo diuinus, quæ reprehenderet c.
- 18 Quæ singula si vacaret refellere, facile ostenderem, nec sapientem hunc fuisse, nec sanum. item si nulla prouidentia est, quomodo animalium corpora tam prouidenter d ordinata e sunt, ut singula quæque membra mirabili ratione disposita, 19 sua officia conseruent? Nihil, inquit, in procreandis animalibus prouidentiaratio mota est. nam neque oculi facti sunt ad videndum; neque aures ad audiendum; neque lingua ad loquendum; neque pedes ad ambulandum: quoniam prius hæc nata sunt, quam esset, loqui, audire, videre, ambulare f. Ita que

y) errores inextricabiles] Virg. 6. Aen. 25: inextricabilis error. Büñ.

z) in errores inextricabiles se ipse conclusit] Emman. et i. Lipf. conclusit: 2. et Cantabr. et edd. Rom. Ven. inclusit: Vulgares coniecit. Cell.

a) in errores-coniecit] Recepti coniecit ex Goth. et Lipf. tertio, Gryph. Betul. Tornæus. 1548. Walchio, et quia Thomas. Isaacus, Gall. Sparkius ex suis MSS. nullam hic variationem memorant; ita Lactantius de Opif. 4. 14: in quas se angustias quum coniecisent. Pro Emman. et Lipf. 1: conclusit, quod Cellarius recuperat, Lipf. alter, Reimm. Cant. Sublac. Rost. Ven. 1471 - 97. Parrh. Paris, Tornæus. 1587. Iunt. Ald. Crat. Gymn. inclusit; vnde Heumannus ingeniose: induit. Conf. 1. 3. 8. præferrem, si vel vnus codex addiceret. Büñ.

b) Nulla, inquit, dispositio est] Epicuri verba fingit, aut adlegat. Cell.

c) Et inuenit homo diuinus, quæ reprehenderet] Perperam hæc verba in

multis edd. ita impressa, ac si essent Epicuri verba. quum sint verba ironica Lactantii, hinc typis ordinariis impressa volui; recte idem vidit Heumannus, qui tamen credit, loco ET Lactantium scripsisse ITA vel EN; mihi vero particula ET, quam omnes libri habent, hic admirationem et indignationem ironice redarguentis habere videtur. Büñ.

d) prouidenter] Goth. prudenter. Non audio. positius aduerbii adhuc ex solo Lactantio in Lexicis. Conf. L. 6. 15. 2. Ira 10. 35. Legitur quoque in Plinii Panegyric. c. 1: quod nihil rite nihilque prouidenter homines sine deorum immortalium consilio honore auspiciantur. Büñ.

e) ordinata] Goth. ornata. Aptior recepta reliquorum. Conf. n. 17. et n. 19. Büñ.

f) loqui-ambulare] Das Reden, das Gehen, ut L. 2. 2. 15: videre, audire, loqui, moueri. Büñ.

g) non

que non hæc ad vsum nata sunt; sed vsus ex illis natus est. Si nulla prouidentia est; cur imbres cadunt; fruges oriuntur; arbuta frondescunt? *Non, inquit, semper animantium causa ista sunt, quoniam prouidentia nihil profunt: sed omnia sua sponte fieri necesse est.* Vnde ergo nascuntur, aut quomodo sunt omnia, quæ geruntur? *Non est, inquit, prouidentia opus. sunt enim semina per inane volitantia; quibus inter se temere conglobatis, vniuersa gignuntur, atque concre-sunt.* Cur igitur illa non sentimus, aut cernimus? *Quia nec colorem habent, inquit, nec calorem vllum, nec odorem; saporis quoque, et humoris expertia sunt, et tam minuta, ut secari, ac diuidi nequeant.* Sic eum, quia in principio falsum susceperat, consequentium rerum necessitas ad deliramenta perduxit. Vbi enim sunt, aut vnde ista corpuscula? cur illa nemo præter vnum Leucippum somnauit? a quo Democritus eruditus hereditatem stultitiæ reliquit Epicuro. Quæ si sunt corpuscula, et quidem solida, vt dicunt; sub oculis certe venire possunt. Si eadem est natura omnium, quomodo res varias efficiunt? *Vario, inquit, ordine ac positione conueniunt, sicut littera: quæ cum sint pauca; varie tamen collocata, innumerabilia verba conficiunt.* At litteræ varias formas habent. *Ita, inquit, et hæc ipsa primordia. nam sunt aspera, sunt hamata, sunt leuia.* Secari ergo, et diuidi possunt, si aliquid inest illis, quod emineat. Si autem leuia sunt, et hamis indigent; coherere non possunt. Hamata

g) non hæc ad vsum nata sunt, sed vsus ex illis natus est] Rotundius Lips. alter: non hæc ad vsum, sed vsus ex illis natus est. Bün.

h) vbi - aut vnde] Vberius de Ira c. 10. 3-33. Bün.

i) Quasi sunt] Indicandi modo ex Lips. altero, Reimm. et Tornæs. 1587. consensu Heumannii ex n. 17. 18. 20. add. n. 24. et 25. vbi semper si cum indicatio, et Epit. 36. 5. Bün.

k) positione conueniunt] Goth. compositione. Nihil mutandum. vid. Ira 10. 40. Opif. 6. 13. Bün.

l) et hamis indigent] Recepti lectionem Bonon. antiqui a Thomasio in notis illustratam, et ab Iæzo, Galæzo, Walchio comprobata. Lips. Goth. Reimm. Iun. Cauc. et edd. reliquæ: humoris indigent, forte, quia n. 22. humoris expertia dicuntur; quæ lectio hic non quadrat. Potuit in MSS. fuisse: HAMORVM indigent, vnde humorum, aut humoris factum. Heumannus glossema hæc credit; et possunt sane abesse, vt in Epit. c. 36: Si sunt leuia, coherere non possunt. Bün.

mata igitur esse oportet, ut possint inuicem concatenari.
 26 Cum vero tam minuta esse dicantur, ut nulla ferri acie dis-
 fici^{m. n.} valeant; quomodo hamos, aut angulos habent? quos,
 27 quia existant; necesse est posse diuelli. Deinde quo fœdere
 inter se, qua mente conueniunt, ut ex his aliquid construa-
 tur^{o. p.}, si sensu carent, nec coire tam disposite possunt? quia
 28 non potest quidquam rationale perficere, nisi ratio. Quam
 multis coargui hæc vanitas potest! sed properat oratio. Hic
 est ille,

*Qui genus humanum ingenio superauit, et omnes
 Restinxit stellas, exortus, uti aetherius sol.*

29 quos equidem versus numquam sine risu legere possum. Non
 enim de Socrate, aut Platone hoc saltem dicebat, qui velut re-
 ges habentur philosophorum: sed de homine, quo sano et vi-
 gente nullus æger ineptius delirauit. Itaque poeta inanissi-
 mus^s leonis laudibus murem non ornauit, sed obruit et ob-

tri-

m) *nulla ferri acie dissecari*] Solus
 quidem Emman. *dissecari*, quantum
 nobis notum est, refert, sed omni-
 um refert clarissime, ac propius ad
 sensum auctoris accedit. Plures *dis-*
*si*ci tradunt: quidam corruptius *dis-*
spici. Cell.

n) *acie disfici*] Non debuisset Cel-
 larius solum Emman. *dissecari* ha-
 bentem ceteris omnibus præferre;
 nam illius codicis librarius glossam
 dedit pari hic modo, ut idem Em-
 man. L. 2. 7. 8. ubi plura dixi, pro
*nouacula dissi*ce, aut aliorum: *dissi*ce,
 solus *incide* subornauit. *Disfici* Guelf.
 Lipf. 2. Goth. Reimm. Gall. Spark.
Disfici, (per se) Ven. 1471. et Rost.
 476. *Dissi*ci. in Ven. utraque 78-97.
 et reliquis. Placet Gallæo, Walchio,
 Heumanno *disfici* merito præ subie-
 cto *dissecari*. Bün.

o) *ut ex his aliquid construat*] Emman.
 et Goth. ita: ceteri *construatur*. Cell.

p) *construat*] Ita cum Emman.
 et Goth. habet Palat. At plures, in
 his Reimm. omnesque editiones,

etiam Rost. 1476: (falsus hic est Heu-
 mannus) *construat*. Singularis hic
 est Bonon. CONSERATVR, i. e. coniun-
 gatur, contextatur, ut Cameades in
 Cic. de Fato c. 14. omnia - *Colligatio-*
ne naturali conferte contextequè
 fieri. Mens Lactantii repetitur in
 Epit. c. 36. 5: *qua mente conueniant,*
ut aliquid efficiant. Bün.

q) *Qui genus humanum*] Lucretii
 verba ex Lib. 3. v. 1056. Cell.

r) *ut aetherius sol*] Sic Schafæi de
 magistro: *Quod sol est inter astra ca-*
li, id Schafæus inter doctores etc. Vid.
 Hottinger. Hist. Orient. L. 2. c. 7.
 p. 552. Bün.

s) *poeta inanissimus*] Lucretium ob
 laxitatem, qua vnam rem pluribus
 dicit quam opus est, hic *inanissi-*
mus dici vult Barthius in Adversar.
 L. 43. c. 2. p. 1929. quod vix credo.
 Heumannus ex ingenio: *vanissimus*
 legit. Nos libros sequimur; certum
 tamen in MSS. alibi, *vanitas* et *ina-*
nitas sæpe confundi, notauit ad
 L. 3. 14. 19. Bün.

s) hæc

triuuit. At idem nos metu liberat mortis, de qua hæc ipſius 30
 verba sunt expreſſa: *Quando nos ſumus; mors non eſt: quan-*
do mors eſt, nos non ſumus. mors ergo nihil ad nos. Quam 31
 argute nos ſefellit. quaſi vero^x tranſacta mors timeatur, qua
 iam ſenſus^y ereprus eſt; ac non ipſum mori, quo ſenſus eri-
 pitur: eſt enim tempus aliquod, quo et nos iam non ſumus^a;
 et mors tamen nondum eſt. idque ipſum videtur miſerum
 eſſe, quum^b et mors eſſe incipit; et nos eſſe deſinimus. Nec 32
 fruſtra dictum eſt: MORS MISERA NON EST: ADITVS AD MOR-
 TEM EST MISER, hoc eſt: morbo tabeſcere, ietum perpeti, fer-
 rum corpore excipere, ardere igni, dentibus beſtiarum lania-
 ri. Hæc ſunt, quæ timentur; non quia mortem adferant, 33
 ſed

r) *hæc ipſius verba*] Vide Epicuri
 græca in Diog. Laert. L. 10. ſect.
 124. et 125. ed. Wetſten. p. 655. et
 Menagii commentar. p. 473. et Dauis.
 ad Cic. 5. Tuſc. 31. Bün.

a) *quando mors eſt, nos non ſu-*
mus.] Sic Bon. omnes Vaticani, Tax.
 Pen. Lipf. Goth. Pal. Vlter. Iun.
 Reimm. Paris. 1513. Thomas. Iſæus,
 Thyf. Gall. Sparkius et Tornæz.
 1587-1614. rectius, quam edd. Sub-
 lac. Roſt. Ven. 1471. vtraque 78-97.
 Parrh. Crat. Ald. Gymn. Gryph. Be-
 tul. *quando nos non ſumus, mors*
eſt. In loco enim ex Laertio citato:
 ὅταν δὲ ὁ θανάτου παρῆ, τοῦ
 ἡμεῖς ἔτι εἴμεν. Bün.

x) *quaſi vero - ac non*] Reimm.
quaſi non - ac non. prauè. Eleganter
quaſi vero - ac non ſe excipiunt. L. 3.
 c. 13. 16. c. 19. 18. L. 5. 11. 6. ſic Cice-
 ro, Cæſar, alii. Bün.

y) *qua iam ſenſus ereprus eſt*] QVA
 manuſcripti libri et edd. primæ: Al-
 dus cum ſequacibus *quia.* Celſ.

z) *qua iam ſenſus*] Lipf. Goth.
 Reimm. Emman. Cant. Sublac. Roſt.
 Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. Paris. 1513.
qua rectè habent. Illud *quia* iam an-
 te Aldum Ven. 1497. Parrh. Iunt. et

poſt Aldum Gymn. Gryph. Betul.
 Tornæz. Thomas. If. Thyf. Gall.
 Spark. Walch. admiferunt. Bün.

a) *quo et nos iam non ſumus*] Ita
 Bon. Vatic. Anglic. ſeptem, tres
 Lipf. Goth. Guelf. Reimm. et omnes
 vett. edd. Sublac. Roſt. Ven. 1471-
 97. Paris. et reliquæ vsque ad Iſæ-
 um, excepta Gynn. 1539. in qua: *quo*
et nos iam ſumus; nec aliter MS. Iu-
 nii; at Iſæus, Gall. cum ed. Cant.
 1684. et Spark. Walch. malunt emen-
 dare: *quo nos etiamnum ſumus;* ſed
 fallitur Sparkius, quum ſcribit *Iſæi*
lectionem vnius MS. ſide confirmatam;
 Iſæus enim *exhibitam ab omnibus*
tum MSS. tum excuſis eſſe receptam
 teſtatur. Puto verba: *quo et nos iam*
non ſumus, idem valere quod proxima:
quo nos eſſe deſinimus, iam iam
 morituri. Bün.

b) *idque ipſum - eſſe, quum*] Pro
quum Lipf. alter, Reimm. *quod.* edd.
 antiquæ Ven. 1471. vtraque 78. 93.
 97. Paris. Parrh. q. i. e. *quod.* Ald.
 Crat. Gymn. et *quod.* Bonon. *quo*;
 hoc ſenſu: *idque ipſum* (tempus) -
 - *eſſe, quo* (tempore). Recentiores
 Gryph. Betul. etc. *quum.* Conf. n. 38:
id ipſum (tempus) *quod viximus.*
 Bün.

sed quia dolorem magnum. Quin potius effice, ne ^{c. d} dolor malum sit. *Omniū, inquit, malorum maximum est.* Quid ergo? non possum non timere^e, si id, quod mortem antecedit, aut efficit, malum est? Quid? quod totum illud argumentum falsum est, quia non intereunt animæ. *Vero s. g., inquit,*

e) *Qua res potius efficit*] Quidam scripti libri *Quin potius effici*, quæ non coherent. Bene tamen iidem mōx: *quid ergo?* vulgati: *qui ergo.* Cell.

d) *Quin potius effice, ne dolor malum sit*] Reperi lectionem codd. Lips. secundi, Emman. Cant. Sublac. Roff. Ven. 1471. 72. vtriusque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymnic. et Tornæs. 1587. His prope Goth. *Quin potius efficit, ut dolor malum sit.* Propius Ultr. *Quin potius effici, ne dolor.* Reimm. *Quin potius effice, ne dolor maior sit.* etiam Lips. 1: *maior.* Lips. tert. *Qua res potius efficit, ne dolor maior sit.* Gryph. Tornæs. 1548. Betul. Thom. If. Thyf. Gall. Cant. Spark. Cell. Walch. *Qua res potius efficit, ut dolor malum sit.* Vnde Heumannus sic rescribendum ducit: *Quæres* (ex Epicuro, ut fit ada fut.) *an dolor malum sit.* Ego putavi lectionem a me receptam esse stilo Lactantii conuenientiore hoc sensu: *Quin potius effice* (o Epicure), *ne dolor malum sit.* Ita vititur verbo *efficere* Lact. L. 6. 16. 2: *Quin potius efficiendum fuit, ne vitia essent.* L. 6. 17. 12: *illud potius efficere debemus etc.* ad rem pertinet Cic. L. 2. Tusc. a c. 5. ad finem vsque libri. Bün.

e) *Quid ergo? non possum non timere, si*] Ita, at omisso signo interrogandi, Goth. Lips. Reimm. Cant. Sublac. Roff. Ven. 1471 - 97. Parrh. Ald. Gymn. Crat. At Paris. *Quid ergo non possum timere.* Gryph. Tornæs. 1548. Betul. Thomas. Gall. Spark. Walch. *qui ergo non possum non timere.*

re. Iunt. 1513: Qui ergo non possum. vnde Heumannus fingit: Qui ergo possum non timere. cui proximus Iſæus: Qui ergo possum non timere. Bün.

f) *Vero, inquit*] Hoc est, immo vero. Vulgo *vere.* Sed bene vir clarissimus Io. Clericus restituit. Ciceronis x-mulator noster est: ille autem sic sæpe locutus in dialogis. Tusculan. Quæst. lib. 2. cap. 11. Atticum ita sibi loquentem introducit: *M. Fuisse sapes, credo, cum Athenis esses, in scholis philosophorum.* A. *Vero, ac libenter quidem.* Et de clar. Orat. c. 87: *Tum Brutius, De isto possea: sed tu (inquit, me intuens) orationes nobis veteres explicabis? Vero, inquam, Brute, sed in Cumano aut in Tusculano.* Hoc Gruterus contra Lambinum ex vetustis libris tuetur, additque de Diuinat. lib. 1. cap. 46. Cell.

g) *Vero, inquit*] Recte Clericus ita hunc locum restituit in Arte Crit. P. III. l. 1. c. 16. p. m. 282. vbi in plerisque MSS. et Reimm. et edd. Sublac. Roff. Ven. 1471 - 97. Parrh. Ald. Gryph. Tornæs. Thom. et seqq. *vere, inquit,* pro quo certe ad sensum rectius Paris. 1513. immo, *inquit,* pro immo vero. Crat. 1521 - 24. Gymn. *quia anima intereunt* VERO *inquit;* vbi videntur excidisse verba duo: *non intereunt;* plenius enim Betulcius ita: *quia non intereunt anime. Intereunt vero, inquit.* Nisi a manu Lactantii fuit: *non intereunt animæ.* Imo vero, *inquit,* ut postremæ litteræ vocis ANIMAE illud IMO abforbuerint; VERO, quod valet: im-

inquit, nam quod cum corpore nascitur, cum corpore intereat, necesse est. Iam superius dixi^b, differre me hunc locum melius, et operi ultimo referuare, ut hanc Epicuri persuasionem, siue illa Democriti, siue Dicaarchi^{i-k} fuit; et argumentis, et divinis testimoniis redarguam. Verum ille fortasse impunitatem vitii suis spondit. fuit enim turpissimæ voluptatis adfertor^l, cuius capiendæ causa nasci hominem putavit. Quis, quum hoc adfirmari audiat, vitii et sceleribus abstineat? nam si peritura sunt animæ; adpetamus diuitias, ut omnes suauitates capere possimus, quæ si nobis desunt, ab iis qui habent, auferamus clam, dolo, vi. Eo magis, si humanas res deus nullus curat, quandocumque spes impunitatis arriserit, rapiamus, necemus. Sapientis est enim malefacere, si et vitiole fit, et tutum: quoniam si quis in cælo Deus est, non irascitur

mo vero sufficit. exemplis a Clerico, et Cellario, et Schwartzio ad Tursellin. de Particulis c. 237. pr. addo illustrem locum ex Cic. pro Murena c. 31. ex MSS. a Grut. et Græuio restitutum: Nihil ignoueris: Immo aliquid, non omnia. Nihil gratiz causa feceris: Immo resistito gratiz. - In sententia permaneto. VERO; nisi sententiam sententia alia viceris melior. Conf. Gruter. ad Cic. 1. Leg. 24. fin. et Græu. ad L. 3. Off. c. 13. Bün.

b) superius dixi] c. 13. 3. Bün.

i) siue illa Democriti, siue Dicaarchi] Cicero de utroque refert Lib. 1. Tuscul. Quæst. c. 11. quæ interpretamenti loco possunt esse. Democritum, inquit, magnum quidem illum virum, sed leuibus et rotundis corpusculis efficientem animum concursu quodam fortuito omittamus. nihil est enim apud istos, quod non a somorum turba conficiat. Et interiectis paucis: Quid de Dicaarcho, qui nihil omnino animum dicat esse? His sententiis omnibus nihil post mortem pertinere ad quemquam potest. pariter enim cum

vita sensus amittitur. Et eodem Libro 1. Tuscul. c. 31: Acerrime Dicaarchus contra immortalitatem disseruit. Is enim tres libros scripsit, qui Lesbici vocantur, quod Mytilonis sermo habetur, in quibus vult effecere, animos esse mortales. Cell.

k) Dicaarchi] Laet. L. 7. 7. 12. c. 8. 8. c. 13. 7. plura Vosf. Hist. Græc. L. 1. c. 9. p. 46. Reinesf. Var. Lect. L. 3. c. 3. p. 377. et eiusd. Epist. 69. p. 698. Menag. ad Laet. L. 3. sect. 5. p. 137. Küster. ad Suid. T. 1. f. 585. Bün.

l) turpissima voluptatis adfertor] Inique Epicurus sic vocatur, qui S. B. in voluptate animi posuit, ut verius L. 3. 7. 7. et Epit. c. 33. docuit. Vindicarunt ab hac iniuria Epicurum Gasendus et alii. Conf. Paschium de modis moralia tradendi p. 696-680. Bün.

m) vi. Eo magis - rapiamus, necemus] Sic distinguunt rectius primæ edd. e. g. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Parrh. voces eo magis non respiciunt antecedentia, sed verba: rapiamus, necemus. Vidit Heumannus idem. Bün.

tur cuiquam. Aequè stulti est, benefacere; quia sicut ira
 38 non commouetur; ita nec gratia tangitur. Voluptatibus
 igitur, quoquomodo possumus, seruiamus. Breui enim tempore
 nulli erimus omnino. Ergo nullum diem, nullum denique tem-
 poris punctum^o fluere nobis sine voluptate patiamur, ne, quia ipsi
 quandoque^p perituri sumus, id ipsum, quod viximus, pereat.
 39 Hoc ille tamen non dicit verbo; re tamen ipsa docet. nam
 quum disputat, omnia sapientem sua causa facere; ad utili-
 40 tatem suam refert omnia, quæ agit. Ita qui^q audit hæc fla-
 gitia; nec boni quidquam faciendum putabit; quoniam be-
 ne facere ad vtilitatem spectat alienam: nec a scelere abstinен-
 41 dum^r, quia maleficio præda coniuncta est. Archipirata
 quisquam, vel latronum ductor, si suos ad grasandum^s co-
 hortetur, quo alio sermone vti potest; quam vt eadem dicat,
 42 quæ dicit Epicurus? deos nihil curare; non ira,
 non gratia tangi: inferorum pœnas non esse metuendas, quod
 animæ post mortem occidant; nec vlli omnino sint inferi: vo-
 luptatem esse maximum bonum: nullam esse humanam socie-
 tatem: sibi quemque consulere: neminem esse, qui alterum
 dili-

n) *Aequè stulti est, benefacere*] Sic
 Lips. 2.3. Reimm. Rost. Ven. 1471.72.
 vtraque 78. et Tornæs. 1587. quod
 præplacuit; Ven. 1493. 97: *Aequè
 stulti et benefacere*. Parrh. Paris. Iunt.
 Ald. et magno agnitione reliqui: *æquè
 stulti est et benefacere*. Heumanno
*æquè huc non quadrat, quare rescri-
 bendum censet Itaque*. Mihi vero,
 si quid corrigendum, rectior et du-
 ctibus propior esset lectio codicis
 Tornæs. 1587: eoque *stulti*, pro *ideo-
 que*. Seruo tamen lectionem plus
 LX. codd. et *æquè* interpretor: *pari
 modo, similiter*; et sic versio Gallica
 h. l. *Sem blable folie est ce-de bien
 faire a quelqu' un*. Amat vocem *æ-
 que* L. 3. 4. 8: *Si nemini* (credendum),
*sapientes ergo non sunt - Si omnibus,
 æquè non sunt sapientes*. L. 6. 9. 23:
Æquè non aliter. Op. 13. 7: *æquè
 totidem*. Pari modo L. 5. 9. 23. 24:

*Neque fieri potest - æquè fieri non pot-
 est*. Vbi plura. Bün.

o) *temporis punctum*] L. 6. 16. 4.
 L. 7. 12. 7. Opif. 16. 9. Acute Seneca
 ep. 49. *punctum est, quod viuimus,
 et puncto minus*. Bün.

p) *quandoque*] i. e. aliquando. no-
 to ad L. 2. 10. 22. Bün.

q) *Ita qui audit*] Vulgo *Itaque
 qui*. Nec vero *que* in scriptis no-
 stris adparet. Rom. tamen ed. *ita-
 que*. Cell.

r) *nec a scelere abstinendum*] Da-
 Æc Lipsf. alter. Goth. Reimm. *nec ab
 scelere abstinendum*. Bün.

s) *ad grasandum*] i. e. latrocinan-
 dum, L. 5. 9. 14. Cic. de Fato c. 15:
*viator bene vestitus causa grasfatori
 fuisse dicitur, cur ab eo spoliaretur*.
 NB. spoliare hic non tantum vestes
 exuere, vt in Liu. L. 2. 55. sed etiam
 furto eripere notat. Bün.

t) *qui,*

diligat, nisi sua causa: mortem non esse metuendam forti viro, nec ullum dolorem, qui, etiam, si torqueatur^a, si vratur, nihil se curare dicat^b. Est plane^c, cur quisquam putet^d hanc vocem viri esse sapientis, quæ potest latronibus aptissime commodari?

XVIII. Alii autem contraria his diserunt; superesse animas post mortem. et hi sunt maxime Pythagorici, ac Stoici, quibus etsi ignoscendum est, quia verum sentiunt: non possum tamen non reprehendere eos, quia non scientia, sed casu inciderunt in veritatem^e. itaque in eo ipso, quod recte sentiebant, aliquid errarunt. Nam quum timerent argumentum illud, quo colligitur, necesse esse, vt occidant animæ cum corporibus, quia cum corporibus nascuntur; dixerunt non nasci animas, sed insinuari^b potius in corpora, et de aliis in alia migrare. Neputauerunt aliter fieri posse, vt supersint animæ post corpora, nisi videantur fuisse ante corpora. Par igitur, ac proximalis^c error est partis vtriusque. Sed hæc in præterito falsa est, illa in futuro. Nemo enim vidit, quod est verissimum, et nasci animas, et non occidere: quia, cur id fieret, aut quæ ratio esset, homines^{d, e} nescierunt. Multi ergo

ex

^a) qui, etiam, si torqueatur] Emman. et Goth. qui, quod congruentius, quam quin aliorum. Cell.

^b) qui etiam -- dicat] Hæc lectio ex Emman. et Goth. restituta, vni- ce recta, vt miranda fuerit negligentia omnium editorum, QVIN etiam exhibentium, quo recepto non dicat, sed dicere edendum fuisset. Bün.

^x) Est plane] not. L. 1. 18. 24. Bün.

^a) casu inciderunt in veritatem] Lipf. alter: inciderunt veritatem, sine præpositione. non hic probo, noto ad Ep. c. 27. 1. Bün.

^b) insinuari] Vid. L. 7. 12. 30. Bün.

^c) par - ac prope similis] Cic. 2. N. D. 61: visa beata par et similis daturum. Quintil. L. 10. Inst. c. 1: magis

par quam similis. quod par et similis differant, exemplis docet Burmann. ad Quintil. Declam. VIII. p. 169. c. 4. et hoc amplius Curtius ad Sall. Catil. 14. 4. p. 98. Bün.

^d) aut qua ratio esset, homines nescierunt] Alii legunt, qua ratio esset hominis, nescierunt. Nos vero membranis iuuamur. Cell.

^e) aut qua ratio esset, homines nescierunt] Ita fere omnes MSS. in his Guelf. Lipf. Reimm. Iun. Caut. Vltr. Emman. Cant. Ven. altera 1478. Paris. Parth. Ald. Gymn. Crat. Gryph. Betul. Tornæz. 1548 - 1587. Walchius; at Rost. et Ven. 1493. 97: homines nescierunt. Vnus Bonon. et Goth. cum Ven. prima 1478. Thomas. (in notis) Iseus, Thyl. Gall. Cant.

ex iis, quia^f æternas esse animas suspicabantur, tamquam in cælum migraturi essent, sibi ipsi manus intulerunt, vt Cleantes, vt Chrysippus, vt Zenon, vt Empedocles, qui se in ardentis Aernæ specum^b intempesta nocteⁱ deiecit, vt, quum repente non adparuisset^k, abisse ad deos^l crederetur: et ex Romanis Cato, qui fuit in omni sua vita Stoicæ^m vanitatis imitator. Nam Democritus in alia fuit persuasione. sed tamen

spon-

Cant. ed. Spark. *quæ ratio esset hominis, nescierunt.* Postremum Thomas. Thyf. Gallæus ideo præferunt, quia Lactantius *de hominibus non in genere, quid illi nouerint omnes, sed de Pythagoricis ac Stoicis tantum agit.* Quasi vero non idem velint, quibus: *hominibus nescierunt,* placet; sed non aduerterunt illi, acrimoniam inesse verbis Lactantio et Ciceroni vfitatissimam, qua contemptim eos philosophos *hominibus* vocat, vt ironice *homo sapiens - homo diuinus.* L. 3. c. 19. 20. c. 20. 1-17. et c. 17. 17. c. 18. 17: *deridenda est hominis leuissimè vanitas,* MSS. *leuissima.* Heumanus censet, iure Thomasius verba: *quæ ratio esset hominis, nescierunt,* defendere, ac recte interpretari de natura hominis, qui ex duobus principiiis constet, altero terreno et mortali, altero æterno; et illustrat ex L. 2. 1. 4: *ignorant quæ sit hominis ratio, scilicet ipsi, vt et Thomasio, Thyfio, Gallæo ratio hic valet conditio; mihi vero ratio videtur valere causam,* vt hic sensus et connexio sit: *Quia philosophi, n. 1. Pythagorici et Stoici; et reliqui, n. 5-10. (per contemptum homines hic dicti,) nesciunt cur id (superesse animas post mortem et non occidere, n. 3. 4.) fieret, aut quæ causa esset, (illa vero est immortalitas L. 3. 12. 24. c. 13. 1-3. c. 30. 8.) multi ergo ex iis sibi ipsi manus intulerunt.* Bün.

f) *ex iis, quia*] Lipf. tert. Reimm. Rost. Ven. vtraque 478. 93. 97. Parrh. Paris. Ald. Gymn. Crat. Betul. Tornæs. 1548-1587. If. *ex iis qui.* Gryph. Thom. et recentiores: *quia.* Bün.

g) *sibi ipsi manus*] Sic edo ex Per. Cauc. Vltr. Goth. Lipf. altero, Reimm. et Rost. *sibi ipsi.* Vid. not. L. 12. 36. et Gronou. in excerpt. MS. Oxon. ad Tac. L. 14. Ann. 53. Bün.

b) *in specum - deiecit*] Goth. *in specu.* Lipf. alter et Reimm. *in specus.* Bün.

i) *intempesta nocte*] Goth. *intempesta noctis.* male. Vid. Mort. Perf. 30. 4: *surgit nocte intempesta.* Sic Cic. in Pisonem c. 38. et alii plures. Vindico amplius ad Laët. 7. 19. 2. et ad Epit. 72. 1. Bün.

k) *repente non adparuisset*] noto ad Lib. de M. P. c. 2. 7. Bün.

l) *abisse ad deos*] tribus syllabis edo ex Reimm. et Rost. vt Reimm. L. 15. 33. not. Bün.

m) *Stoica vanitatis imitator*] Reclamantibus licet MSS. et edd. ab 1465. ad 1650. editis recepi: *Stoica,* (pro: *Socratica,*) adductus maxime n. 11: *Cato, vt Stoicorum decretis obtemperaret, quos sectabatur.* Sic legendum censuit, teste Gallæo, Io. Cauci, et Hornius Hist. Phil. L. 4. c. 4. consentiunt Gall. Spark. Walch. Heumann. conf. Plutarch. in Catone Minori f. 792. sqq. *deuenit (Cato) ad Stoicorum Paradoxa.* Bün.

n) spon-

sponse sua leto caput obuius obtulit ipse,
 quo nihil sceleratius fieri potest. Nam si homicida, nefarius est, quia hominis extinctor est; eidem sceleri obstrictus est, qui se necat; quia hominem necat. Immo vero maius esse id facinus existimandum est, cuius ultio Deo soli subiacet. nam sicut in hanc vitam non nostra sponte venimus, ita rursus ex hoc domicilio corporis, quod tuendum nobis assignatum est; eiusdem iusu recedendum est, qui nos in hoc corpus induxit, tamdiu habituros, donec iubeat emitti. et si vis aliqua inferatur, æqua mente patiendum est; quum extincta innocentis anima, inulta esse non possit; habeamusque iudicem magnum, cui soli vindicta in integro semper est. Homicidæ igitur illi omnes philosophi,

n) *sponse sua leto*] Lucretii versus 1054. Libro 3. Cell.

o) *quia hominem necat*] Hæc non habet Lips. tert. et videntur superflua. Similis fere locus L. 3. 13. 9: *homo - si sibi credis, hoc est, si homini credis - arrogans est.* Büñ.

p) *ultio Deo - subiacet*] de hac dictione noto ad L. 7. 20. fin. Büñ.

q) *sicut in hanc vitam etc.*] Sequitur Ciceronem in Catone Mai. c. 20. et in Somnio Scipion. apud Macrobius L. 1. c. 23. Büñ.

r) *æqua mente patiendum est*] Veterum librorum consensu ita edi volumus: alius est, *id ferendum.* non male, si codicum auctoritate nitantur. Cell.

s) *æqua mente patiendum*] Ita Bon. Tax. Pen. Iun. Pal. Vltr. Lips. Goth. Reimm. Emman. Cant. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Pro *paciendum* iuniores Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. (Heumannus fallitur Thomasius *paciendum* edidisse,) et eas secutz edd. sine necessitate: *ferendum* receperunt. Büñ.

t) *extincta innocentis anima*] i. e. vita, s. extinctus innocens inultus.

noto ad L. 6. 11. 19. c. 20. 11. L. 7. 11. 2. Terent. in Adelp. 3. 2. 16: *Sens animam exstinguerem.* Pro quo Ouid. L. 7. Metam. 569: *Nec prius est extincta sitis, quam vita bibendo.* Büñ.

u) *iudicem magnum*] Sic iidem veteres libri omnes, non *vindicem*, quod in recentioribus est. Et mox cum iisdem *vindicta in integro* scribimus, non *integra.* Cell.

x) *iudicem*] Hanc lectionem confirmant Bon. Tax. Pen. Pal. Vltr. septem Angl. Lips. Goth. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. et Tornæs. 1587-1613. Pro qua Parrh. Iunt. Ald. Thomas. alique recentiores: *vindicem*, et Gallica verso *vindicatur.* Ipse Lactantius L. 6. 18. 11: *ultionem - iudicio Dei referuet.* Büñ.

y) *in integro*] MS. Cant. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. immo fere omnes edd. *vindicta integra.* Sed præstat lectio MSS. Lips. Goth. Guelf. Reimm. Emman. et Tornæs. 1587: *in integro.* Sic solet noster, v. L. 1. 11. 31: *illud in vero est.* L. 1. 17. 1: *quid sit in vero.* L. 5. 1. 18: *cuius rei causa in aperto est.* Sic in Cicerone L. 3. Orat. c. 4: *sed quoniam hac iam neque in*
inse-

phi, et ipse Romanæ sapientiæ princeps Cato: qui ante, quam se occideret, perlegisse Platonis librum dicitur, qui est scriptus de æternitate animarum; et ad summum nefas philosophi^a auctoritate compulsus est. et hic tamen aliquam moriendi causam videtur habuisse odium seruitutis^a. Quid Ambraciores^b ille? qui, quum eundem librum perlegisset, præcipitem se dedit, nullam aliam ob causam, nisi quod Platoni credidit. Exsecrabilis prorsus, ac fugienda doctrina, si abigit homines a vita^c. Quod si scisset Plato, atque docuisset, a quo, et quomodo, et quibus, et quæ ob facta, et quo tempore immortalitas tribuatur; nec Cleombrotum^d impigisset^e in mortem voluntariam, nec Catonem; sed eos ad vitam et iustitiam potius erudisset. Nam Cato videtur mihi causam quæsisse moriendi, non tam vt Cæsarem fugeret, quam

VT

integro nobis esse possunt, quidam integra subornarant. Quid. Metam. L. 8. 44. 45: Later, ait, doleam ne geri lacrimabile bellum in dubio est. sic restituendus Lucretius ex MSS. L. 3. 954: Vitaque in offensa est, i. e. si vita offensa tibi est, infesta. vbi Lambinus: in offensu, aut in offensa finxit. Seneca de Otio Sap. c. 30: cui omnia adhuc in integro sunt. Büin.

x) philosophi auctoritate] Goth. philosophia. Seruo philosophi, sc. Platonis. Non tamen ea fuit mens Platonis, qui in Phædonis principio nefas dicit esse, si quis sibi ipse manus adferat, vnde æque ac nos ter n. 7. diuersis locis ait, migrare ex hac vita nulli licere Dei iniusu; et recte Augustinus L. 1. Ciu. D. c. 22: Plato id profecto præcipue potissimumque fecisset, vel etiam fieri præcepisset, nisi ea mente, qua immortalitatem anima vidit, nequaquam faciendum quin etiam prohibendum esse iudicaret. add. Dauis. ad Maxim. Tyr. Disf. 1. p. 10. Büin.

a) odium seruitutis] Vid. Plutarch. Cat. Min. f. 792. pr. et Augustin. Ciu. D. L. 1. c. 23. Büin.

b) quid Ambraciores ille] Cleombrotus est, quem sect. 10. nominavit. De eo Cicero Tuscul. 1. cap. 34: Callimachi epigramma in Ambraciotam Cleombrotum est, quem ait, quum nihil ei accidisset aduersi, e muro se in mare abiicisse, lecto Platonis libro. Epigramma est XXIV edit. Th. Græuii: XXVIII, Annæ Tanaquilli F. Cell.

c) abigit homines a vita] Senec. de Ira L. 1. c. 6: hic damnatum-vitam exigit. Büin.

d) Cleombrotum] Hæc lectio genuina; non Goth. Theobrotum, nec Rost. Ven. 1471. vtriusque 78: Theobrytum, nec Ven. 1493. 97. Paris. Theombrotum, nec MSS. Augustin. L. 1. C. D. c. 22: Theobrotum. Forte vox falsa inde orta, quia Ambrocia vrbs Theprotia, de qua Steph. de Urbib. Exstat rara disertatio Petri de la Sena h. t. Cleombrotus, siue de iis, qui in aquis pereunt. Romæ excusa apud Facciott. 1637. 8. Büin.

e) impigisset in mortem] L. 4. 29. 1: qua adseueratio plerosque in maximum impigis errorem. Büin.

f) cla-

vt Stoicorum decretis obtemperaret, quos sectabatur; nomenque suum grandi aliquo facinore clarificaret *f.* cui quid mali accidere potuerit, si viueret, non inuenio *g.* C. enim ¹² Cæsar, vt clemens erat, nihil aliud efficere volebat, etiam in ipso belli ciuili ardore, quam vt bene mereri de republica videretur, duobus optimis ciuibus, Cicerone et Catone, seruatis. Sed redeamus ad eos, qui mortem pro bono laudant. De vita quereris: quasi vixeris, aut vnumquam tibi ratio constiterit, cur omnino sis natus. Nonne igitur tibi verus ille et communis omnium pater Terentianum illud ^b iure increpauerit? Prius discite, quid sit viuere. si displicebit vita; tum istoc utitor. Indignaris te malis esse subiectum: quasi ¹⁴ quidquam merearis boni, qui patrem, qui dominum, qui regem tuum nescis: qui quamuis clarissimam lucem intuearis oculis, mente tamen cæcus es, et in profundis ignorantie tenebris iaces. quæ ignorantia effecit ^k, vt quosdam dicere non pu-

pu-

f) clarificares] Subsistunt Lexica in Lactantii auctoritate, Walchius prouocat ad Sedulium; legi illud verbum in antiquioribus, Cypriano Epist. ad Cornelium: clarificato die et sale oborto. L. 1. adu. Iudæos f. m. 494: sacrificium laudis clarificabit me. adde Tertullianum adu. Iudæos c. 5. Bün.

g) non inuenio] Conf. L. 1. 21. 9: quid dicam, non inuenio. Cicero pro Quintio c. 12: neque quid possis dicere, inuenio. Bün.

h) Terentianum illud] Heautontim. act. 5. sc. 2. v. 18. Cell.

i) tibi - illud - increpaueris] Heumannus legendum, inquit, credo: increpaueris. At omnes scripti editique increpaueris, qua forma Plautus Mostell. 3. 2. 64. Num increpauit filium. et Prudentius Cathemer. 7. 132: quos ut increpaueras, vbi metrum ne alteram quidem formam admittit, pro quo dandi casu noster tibi - increpauit. Salmastius ad Flor. L. 1. 13. 17: superbe victis increpauit: nec, inquit,

vnumquam increpare cum dandi casu constructum legi. In verbo frequentatiuo dixit Valer. Max. L. 3. c. 3. ext. 2: increpitans Agrigensinis ignauitiam ac timiditatem, quod et ipsum rarius Vorstio visum, Torrenjens. Lib. 4. c. 3. ext. 1. ex MS. Leid. indempertantiam ei increpitans, (in textu: eius increpans). Ego Lactantium puto increpare non tam sensu obiurgandi, quam inelamandi, iurussensum, sumsisse. Sic Lucretius 3. 945:

Denique si vocem rerum natura
repente

Mittat; et hoc aliquoi nostrum
sic increpet ipsa.

aliquoi i. e. alicui. lege sequentes versus nostri Lactantii argumento conformes, tum v. 966:

Non merito inelamet magis et
voce increpet acris?

Conf. v. 976. vbi vt Lactantius, IVRE increpet. Bün.

k) effecit] Bon. Tax. Vltr. Emman. Cant. Lips. ad. cum vet. edd. Rost. Ven.

puderet, iccirco nos esse natos, vt scelerum pœnas luëremus.
 15 quo quid delirius^l dici possit, non video^m. Vbi enim,
 vel quæ scelera potuimus admittere, qui omnino non fuimus?
 nisi forte credemus inepto illi seniⁿ, qui se in priori vita Eu-
 phorbum^o fuisse mentitus est. Hic credo, quod erat igno-
 bili genere natus, familiam sibi ex Homeri carminibus adopta-
 16 vit. O miram et singularem^q Pythagoræ memoriam^r!
 o miseram obliuionem nostrum omnium, qui nesciamus,
 quid ante fuerimus^t! sed fortasse vel errore aliquo, vel gratia
 sit effectum, vt ille solus lethæum gurgitem^t non adtigerit,
 nec obliuionis aquam gustauerit. videlicet senex vanus, sicut
 otiosæ ancilæ solent, fabulas tamquam infantibus credulis
 17 finxit. Quod si bene sensisset de iis, quibus hæc locutus
 est; si homines eos existimasset; numquam sibi tam petulan-
 ter mentiendi licentiam vindicasset. sed deridenda est homi-
 18 nis leuisimi^u vanitas. Quid Ciceroni faciemus^x? qui
 quum

Ven. 1471-78. Paris. *efficit*, in præ-
 senti, sed rectius Goth. Reimm. Lipf.
 tert. et edd. Ven. 493. 97. Parrh. etc.
efficit. Büin.

l) *delirius*] c. 19. 18. L. 7. 13. 9. Büin.
 m) *non video*] Restituo ex Bon.

Tax. Vltr. Goth. tribus Lipf. Reimm.
 et Tornæs. 1587 - 1613: *non video*,
 altera enim lectio iam adfuit n. 11,
 de Ira 9. 5: *quo quid repugnantius di-
 ci possit non video*. Büin.

n) *inepto illi seni*] Pythagoræ. Cell.

o) *Euphorbum fuisse*] Euphorbus
 Troianus a Menelao interfectus.
 Cell.

p) *inepto seni - Euphorbum*] Vid. L. 7.
 23. 2. Tertullian. de Anima c. 28.
 Resurrect. Carn. c. 1. et Aldobrand.
 et Menag. ad Laert. L. 8. sect. 4. Büin.

q) *o miram et singularem - memo-
 riam*] L. 3. 21. 5: *o miram Platonis
 aquisatem*. hic Cicero expressus
 L. 5. in Verr. Or. 10. c. 29: *o clemen-
 tiam P. R. seu potius patientiam mi-
 ram ac singularem*. Mox etiam Goth.
o miram obliuionem. Reimm. et *o mi-
 seram obliuionem*. Büin.

r) *singularem Pythagora memori-
 am*] Ipse de se apud Ouidium Me-
 tam. 15. v. 160:

*Ipse ego (nam memini) Troianis
 tempore belli*

*Panthoides Euphorbus eram: cui
 pectore quondam*

*Sedit in aduerso grauis hasta
 minoris Atrida.* Cell.

s) *quid ante fuerimus*] Reddo: quid
 ex Goth. et correcto Reimm. Emman-
 Cant. Rost. Ven. 1471-97. Parrh. Pa-
 ris. Ald. Crat. Gymn. Tornæs. 1587-
 1613. illud QVI ex non intellecta nota
 vett. edd. positum in Gryph. Tho-
 masio et seqq. sed MS. Taurin. c. 36:
*o felicem - (Pythagoram) cui non li-
 cuit nescire, quid fuerit*. Büin.

t) *lethæum gurgitem*] L. 7. 22.
 7-9-16. Büin.

u) *leuisimi vanitas*] Bon. Pal.
 Cauc. Lipf. 1: *leuisima vanitas*. Büin.

x) *Quid Ciceroni faciemus*] Bon.
Quid de Cicerone faciemus. Vtrum-
 que probum. Büin.

y) *quis*

quum in principio consolationis suæ dixisset: *luendorum scelerrum causa nasci homines*; iteravit id ipsum postea, quasi obiurgans eum, qui vitam pœnam non esse putet. recte ergo profatus est, errore ac miserabili veritatis ignorantia se teneri.

XVIII. At illi ^a, qui de mortis bono disputant, quia nihil veri sciunt, sic argumentantur; Si nihil est post mortem; non est malum mors; aufert enim sensum mali. Si autem supersunt animæ; est etiam bonum, quia immortalitas sequitur. Quam sententiam Cicero de Legibus ^b sic explicavit: *Gratulamurque ^c nobis, quoniam mors aut meliorem, quam qui est in vita, aut certe non deteriorem adlatura est statum. nam sine ^d corpore animo vigente, diuina vita est; sensu carente ^e, nihil profecto est mali.* Argute, vt sibi videbatur, quasi nihil esse aliud possit. atqui vtrumque hoc falsum est. Docent enim diuinæ litteræ, non extinguere animas, sed aut pro iustitia præmio adfici, aut pœna pro sceleribus sempiterna. Nec enim fas est, aut eum, qui sceleratus in vita feliciter fuerit, effugere, quod mereatur; aut eum, qui ob iustitiam miser-

y) *qui vitam pœnam non esse putet*] Corrupte Vlt. Lips. 2d. et Reimm. qui vitam non esse pœnam malis putet. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78: qui vitam non esse malis pœnam. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Betul. Tornæs. 1548-1614. Ixus: qui vitam non esse malis plenam (aut: plenam malis). non male. etiam codices MSS. Spark. plenam. vid. c. 19. 12. Editam lectionem: qui vitam pœnam non esse putet, habent Pal. Cauc. Lips. 1. 3. Gryph. Thomas. Gall. Sparkii textus. Sic Seneca ad Polyb. c. 28: *Si velis credere alius veritatem intuentibus, omnis visa supplicium est.* Bün.

z) *profatus*] Sic Lips. 2. 3. Angl. Goth. Reimm. et edd. At Bon. Pal. Lips. primus: *profatus*. Taxaq. *profesus*. respice ad L. 3. 14. 20. Bün.

a) *At illi, qui de mortis*] Plerique

libri, veteres noui, etiam manu exarati quidam, heic caput XIX incipiunt: Thysius et Cantabrigienfis continuat XVIII. Cell.

b) *Cicero de Legibus*] quo libro de Legibus, incertum: in superscritibus non reperitur. Cell.

c) *Gratulamurque*] Lips. tert. Reimm. Rost. Ven. 1471-97. et plures: *gratulemurque*. in coniunct. Bün.

d) *nam sine corpore*] Lips. tert. Reimm. nam si sine corpore. Bün.

e) *sensu carente*] Bon. et Cotton. *sensu pereunte*. melius, inquit Sparcius, *pereunte*. Immo pessime: *sensu carente*, repete: *animo*: siue: *si animus sensu caveas*. Patet ex Ciceronis L. 1. Tuscul. c. 11: *Cur mortem malum tibi videri dicis, qua aut beatos nos efficiet animis manentibus, aut non miseris sensu carentes*. add. Dauis. c. 1. p. 2. Bün.

- 5 ferrimus fuerit, sua mercede fraudari. Quod adeo verum est, vt idem Tullius in consolatione, non easdem sedes *f* incolere iustos atque impios, prædicauerit. *Nec enim omnibus*, inquit; *iidem illi sapientes arbitrati sunt eundem cursum in calum patere. nam vitiis et sceleribus contaminatos deprimi in tenebras, atque in cæno iacere docuerunt; castos autem animos, puros, integros, incorruptos, bonis etiam studiis atque artibus expolitos, leui quodam et facili lapsu & ad deos, id est,*
- 7 *ad naturam sui similem peruolare.* Quæ sententia superiori illi argumento repugnat. Illud enim sic adsumtum est, tamquam necesse sit, omnem hominem natum *b* immortalitate *i* donari. Quod igitur erit discrimen virtutis ac sceleris, si nihil interest, vtrumne Aristides sit aliquis, an Phalaris *k-l*? vtrum Cato, an Catilina? Sed hanc repugnantiam rerum, sententiarumque non sentit *m-n*, nisi qui tenet veritatem.
- 9 Si quis igitur nos roget, vtrumne bonum sit mors, an malum; respondebimus, qualitatem eius ex vitæ ratione pendere. Nam sicut vita ipsa bonum est, si cum virtute viuatur; malum, si cum

f) non easdem sedes] Intercidit quidem hic Ciceronis locus, sed superest huic plane geminus L. 1. Tusc. c. 30. dignissimus lectu. Conf. Lact. 7. 7. 13. et Pfanner. Theolog. Gentil. c. 21. Bün.

g) facili lapsu ad deos - peruolare] Cicero c. l. *his ad illos* (deos), a quibus essent profecti, reditum facilem patere: volucres vero eleganter dicuntur labi, Virg. 4. Aen. labere pennis. Cic. 2. Nat. D. c. 39: *volucrum lapsus*. L. 1. Diuin. c. 47: *aquilam dicit lapsuque volanssem*. Conf. Cic. Somn. Scip. c. 9: *animus in hanc sedem et domum suam peruolabit*. Bün.

h) hominem natum] Elegancia vobis his iunctis subest 6. 3. 16: *immortalitatem nulli homini nato negat*. L. 7. 5. 20: *siquidem omnis homo natus immortalis fiet*. Seneca de Const. Sap. c. 6: *non est, quod du-*

bites, an tollere se homo natus supra humana possit. Conf. Casaubon. ad Apulei. Apolog. p. 130. et Dauis. ad Cic. 3. Tusc. c. 17. Bün.

i) immortalitate] sc. beata. Vid. L. 2. 12. 7. not. Bün.

k) an Phalaris] notus Agrigentiorum in Sicilia tyrannus, cum tauro suo xneo. Vide vel solum Cicero. in Verr. 6. c. 33. Cell.

l) Phalaris] L. 3. 26. 6. c. 27. 5. Bün.

m) non sentit] MSS. sic: alii *cernit*. Cell.

n) non sentit] Sic Lipf. tres, Emm. Cant. Roit. Ven. 1493. 97. At Goth. et plures edd. *non cernit*. Reimm. vtrumque iungit ita: *non sentit, at* (i. e. aliter) *cernit*. Heumanno videtur *cernit* genuinum. Res eodem redit; *sentit* valet: *intelligit*. Lact. 5. 10. 13: *nec sentiunt*. Conf. L. 2. 5. 24. et Opif. 3. 20: *qui sentit*. Bün.

o) nihil

cum scelere: sic et mors ex præteritis vitæ actibus ponderanda est. Ira fit, vt si vita in Dei religione transacta sit, 10 mors malum non fit; quia translatio est ad immortalitatem: sin aliter, malum fit, necesse est; quoniam ad æterna, vt dixi, supplicia transmittit. Quid ergo dicemus, nisi errare illos, 11 qui aut mortem adpetunt, tamquam bonum; aut vitam fugiunt, tamquam malum? nisi quod sunt iniquissimi, qui pauciora mala non pensant bonis pluribus. Nam quum omnem 12 vitam per exquisitas et varias traducant voluptates, mori cupiunt, si quid forte his amaritudinis superuenit: et sic habent; tamquam illis numquam fuerit bene, si aliquando fuerit male. Damnant igitur vitam omnem; plenamque nihil aliud, quam malis opinantur. Hinc nata est inepta illa sententia 2; 13 hanc esse mortem, quam nos vitam putemus; illam vitam, quam nos pro morte timeamus: ita primum bonum esse, non nasci; secundum, citius mori. Quæ, vt maioris sit aucto- 14 ritatis, Sileno adtribuitur 4. Cicero in Consolatione: *Non nasci*, inquit, *longe optimum, nec in hos scopulos incidere vita: proximum* 5 autem, *si natus sis, quam primum mori, et tam-*

o) *nihil aliud, quam*] Illustravi ad L. 3. 8. 6. et ad c. 16. 1. Bün.

p) *inepta-sententia* etc.] Euripidem notat, cuius versus seruaui Origenes contra Celsum L. 7. p. 366:

Τῆς οἰδεν, εἰ το ζην μὲν ἐστὶ κατ'ἄνευ

Το κατθανεῖν δὲ ζην;

add. Spencer. h. L. p. 89. His gemini sunt Euripidis versus Troad. v. 631. 632. et Incert. Trag. v. 331. Bün.

q) *Sileno attribuitur*] qui sententiam hanc Midæ regi, a quo captus erat, dixisse fertur. Vide Plutarch. in consolatione ad Apollonium. Cell.

r) *Sileno attribuitur*] Cic. 1. Tust. 48: *Adfertur de Sileno fabella quadam: qui quum a Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse regem: non nasci homini longe optimum esse, proxi-*

imum autem, quam primum mori. Hic locus Cellario hic et ad Cuneii orationem XIII p. 286. non occurrebat, inde enim potius quam ex Plutarcho sua hausit Cuneus. De Sileno conf. Perizon. ad Aelian. Var. Hist. L. 3. c. 18. De sententia ipsa Vinetus et Tollius ad Ausonii Edyll. 15. p. 528. Bün.

s) *optimum-proximum*] Vt Cicero bis *optimum-proximum* posuit, ita Seneca L. 2. Benef. 1: *Optimum est antecedere desiderium cuiusque: proximum sequi.* Columell. 1. 5. 2: *pluvialis-habesur eximia-huius proxima fluens-sertis pusealis.* Ad rem Seneca Consol. ad Marciam c. 22: *Si felicissimum est non nasci: proximum pura, breuitate vita defun-* Etos cito in integrum restitui. Bün.

t) *quam primum mori, et tamquam*] Addidi *mori et* ex sex Vaticanis

quam ex incendio effugere violentiam fortuna^{u. x.} Credidisse illum vanissimo dicto exinde adparet, quod adiecit aliquid de suo, vt ornaret. Quæro igitur, cui esse optimum putet non nasci, quum sit nullus omnino, qui sentiat. nam vt bonum sit aliquid, aut malum, sensus efficit. Deinde cur omnem vitam nihil aliud esse, quam scopulos, et incendium putauerit^y; quasi aut in nostra fuerit potestate, ne nasceremur; aut vitam nobis fortuna tribuat, non Deus; aut viuendi ratio quidquam simile incendio habere videatur. Non dissimile Platonis illud est^z, quod aiebat^a, se gratias age-

nis edd. ab anno 1465. ad ann. 1539. tum omnes Tornæs. 1548. - 1614. et Betul. *mori* (omisso *et*) habent; maxime vero in loco paulo ante ex 1. Tusc. 48. a me producto, vt verba ipsa Sileni sint integra, nam reliqua: *et tamquam ex incendio effugere violentiam fortuna*, sunt ea, quæ, vt ait Lactantius, Cicero adiecit de suo, vt ornaret. Bün.

u) *effugere violentiam fortuna*] Manu scripti, quos cognouimus, omnes, et editi antiquiores *violenti-*am interponunt: quam vocem posthabent recentes. Cell.

x) *effugere violentiam fortuna*] Verba: *violentiã fortuna*, habent decem Vaticani, quinque Sparkii, Eniman. Cantabr. tres Lipsi. (nisi quod in tertio: *violentiãque fortuna*.) Goth. Cauc. Iun. Vltr. Pal. Gueff. Reimm. Sublac. Kost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Tornæs. 1548-1614. Betul. Prinius, quod sciam, Gryphius *violentiã* omisit, quem, quod sæpe deprehendi, Thomassius, et hunc deinde alij sine accurata MSS. inspectione sunt secuti. Patricius in fragment. ad h. l. Neque enim, inquit, sine verbo *mori* integra esset Sileni sententia, et ornatus detracto verbo *violentiã magis est* $\epsilon\mu\text{P}\alpha\lambda\iota\kappa\omicron\varsigma$, minus adfectatus. Sic supra in or.

in Clodium et Curionem: Quo ex iudicio velut ex incendio nudus effugit. Hoc amplius Heumannus pronuntiat, verba: *violentiã fortuna* proscribendo. Videntur mihi retinenda; quia in refutatione n. 16. fortuna facit mentionem. Bün.

y) *putauerit*] Ita fere omnes scripti et editi. Heumann. rescribit: *putauit*; et sic teste Hæro, Bonon. Ego repeto ex n. 15: *quæro; deinde* (*quæro*) *cur putauerit*, vt antea *quæro; cui - putet*. Conf. de: *quæro, cur*, cum coniunctiuo, notas ad de Ira 10. 30-39. Bün.

z) *Non dissimile Platonis illud est*] quod refertur a Plutarcho in Mario extremo. Cell.

a) *quod aiebat*] Facile, inquit Heumannus, intellexeris legendum esse: *quod aiebat*. Aque rectum: *quod aiebat*, vt omnes libri hic habent. L. 4. 13. 13: *sicut illud, quod ait*. L. 6. 11. 2: *verumque est illud Ciceronis, quod ait* etc. L. 7. 3. 6: *ubi est illud, quod - aiunt*. Sic multi libri. L. 1. 9. 3: *Nulla est vis, quod ait orator* etc. Sæpe ita Columella L. 1. 4. 8: *quod ait Cato*, et c. 8. 7: *villicus, quod ait Cato* etc. L. 1. 9. 11: *quod ait Celsus*. L. 3. 2. 32: *illud quod et Celsus ait*. idem in præf. L. 10: *quod aiunt Græci*. Apulei. XI. Metam. p. 271: *quod aiunt Græci*. Bün.

b) se

re^b naturæ: primum, quod homo natus esset, potius quam murum animal: deinde, quod mas potius *^{bb}, quam femina^c: quod Græcus, quam barbarus: postremo, quod Atheniensis^{d, e}, et quod temporibus Socratis. Dicitur non potest, quantum 18
mentibus cæcitatem, quantosque pariat errores ignoratio veritatis. Ego plane contenderim, numquam quidquam dictum esse in rebus humanis delirius. quasi vero si aut barbarus, aut mulier, aut asinus denique natus esset; idem ipse Plato esset, ac non ipsum illud, quod natus fuisset *f.* Sed vide 19
licet

b) *se gratias agere etc.*] Iterum Opif. 3.19. Bün.

*) *quod mas potius*] MSS. Angl. et Lips. vnus, et vet. edd. Rom. Ven. et Aldi, *mas*: duo Lips. *masculus*, quod in recentibus plerisque libris receptum est. Cell.

bb) *mas*] Sic Lips. tert. Reimm. Bon. Cauc. Vltr. Iun. Emman. Cant. Goth. Sublac. Rost. Ven. 1471 - 97. Parrh. Iunt. Ald. Paris. Gymn. Tornæs. 1587. If. Alterum *masculus* ex Gryphio in Betul. Thomas. Tornæs. 1548. et recentiores edd. migravit. Bün.

c) *quam femina*] Ita Iudæorum magistri in Pesachim f. 65. et alibi: *Bene illi, cuius liberi sunt masculi; va illi, cuius liberi sunt femine.* et propius verpi precatur in: *ברך ה' אתה יי בן ברכה* p. 3: *Benedictus sis domine --- quod non fecit me mulierem.* Vid. Schudt. Trifol. Ebræo Philol. p. 211. Conf. Gallæum ex Gatakero. Bün.

d) *quod Atheniensis*] MS. Cantabr. et vet. edd. addunt, *non Thebanus*, quod quia in aliis scriptis non adparet, vt glossema dimittendum est. Cell.

e) *quod Atheniensis*] addit Cantabr. cum antiquis edd. pluribus ab anno 1465 - ad 1539: *non Thebanus*, iudice Walchio, *haud male*; quia *Lactantius*, inquit, *ita loquitur, vt rem alteram alteri opponat.* Heumannus

contra: *sane, inquit, nihil videt, qui hic glossema non videt.* Non offenduntur illa verba: *non Thebanus*, in MSS. Lips. Goth. Guelf. Reimm. Emman. nec ea Thom. et Isæus ex Bonon. et Romanis aliisque, nec Sparkius ex suis quinque Anglicanis, nec ex suis MSS. Gallæus obseruavit. Omiserunt Gryph. Thom. If. Gall. Spark. suppositas esse illas voces colligo ex n. 18. vbi tria tantum membra ex sect. 17. ordine retrogrado: *aut barbarus aut mulier aut asinus*, repetuntur, et n. 22. aliarum civitatum fit mentio; nulla vero Thebanorum, quum Pindarum; immo et Cebetem Thebanum (de quo Lib. 3. 25. 15.) Atheniensibus potuisset opponere. Præterea Plutarchus, in fine vitæ Marii f. m. 433. hoc Platonis dictum commemorans, nihil habet de hac gratulatione, quod non fuerit Thebanus. Bün.

f) *quod natus fuisset*] Restituo *natus* ex Lips. tert. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. Parrh. Paris. Iunt. Gymn. Ald. Ifro. Crat. pro hac verissima lectione subornarunt Gryph. Tornæs. Betul. Thom. Thyf. Gall. Spark. ed. Cant. Cell. Walch. *natum*. At Heumannus recte *natus* adstruit, lapsus tamen, quum citat ex ed. 1497: *quod natus fuisset*, quum vitiose habeat: *quod fuisset*, voluit *natus*; nam in omnibus exceptis vi-

licet Pythagoræ credidit, qui vt vetaret homines animalibus
 vesci, dixit, animas de corporibus in aliorum animalium cor-
 pora commeari. quod et vanum, et impossibile est: va-
 num, quia necesse non fuit, veteres animas in noua corpora
 inducere; quum idem artifex, qui primas aliquando fecerat,
 potuerit semper nouas facere: impossibile, quia rectæ ratio-
 nis anima, tam immutare naturam status sui non potest, quam
 ignis aut deorsum niti, aut in transuersum, fulminis *b.* i mo-
 20 do, flammam suam fundere. Existimauit igitur homo sa-
 piens *k.*, potuisse fieri, vt anima, quæ tunc erat in Platone, in
 aliquod mutum animal includeretur; essetque humano sensu
 prædita, vt intelligeret, ac doleret, incongruenti se corpore
 21 oneratam. Quanto sanius faceret, si gratias agere se dice-
 ret, quod ingeniosus, quod docilis natus esset, quod in iis opi-
 22 bus, vt liberaliter erudiretur. Nam quod Athenis natus
 est, quid in eo beneficii fuit? Annon plurimi exstiterunt in
 aliis ciuitatibus excellenti ingenio atque doctrina viri, qui me-
 23 liores singuli, quam omnes Athenienses fuerunt? Quan-
 ta *l* hominum millia fuisse credamus, qui et Athenis nati, et
 temporibus Socratis, indocti tamen ac stulti fuerunt? non
 enim aut parietes, aut locus, in quo quisque est effusus ex
 24 vtero, conciliat homini sapientiam. Quid vero attinuit,
 Socratis se temporibus natum gratulari *m*? num Socrates in-

genia

tiis exprimit ed. 1493. Sic L. 5. 9. 17: *immemores, quid nati sint.* Frequens hæc formula Ambrosio, ex quo exempla congescit Gronou. in Obseruatis in Script. Eccl. c. 1. p. 16. et Dukerus ad Flor. L. 4. c. 2. n. 79. Bün.

g) commeari] Exprimit Minuc. Fel. c. 37. 5: *animas in alia noua corpora sapiens commeari.* Bün.

b) fulminis modo] MSS. Angl. et Lipsf. alter, *fulminis*, quod congruens, quia de flamma et igne: nec ignota obliquitas fulminis, præsertim picta ita ac credita. Alii *fluminis.* Cell.

i) fulminis modo] in Lipsf. altero: *fulminis modum* forte: in *fulminis mo-*

dum voluit scribere, alias quidem recte. MSS. Cott. C. C. C. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. et Tornaz. 1587 - 1614: *fulminis modo.* Seneca ad Marciam c. 18: *obliqua fulmina.* Goth. Reimm. reliqui libri: *fluminis modo.* Bün.

k) homo sapiens] Ironice, vt c. 20. 1 - 17. c. 22. 10. Bün.

l) quanta millia] i. e. quot millia, vt *tantus* pro *tot.* noto ad L. 1. 3. 21. L. 5. 13. 2: *tanta hominum millia.* Bün.

m) gratulari] Restituo hoc verum verbum ex Bon. et omnibus antiquis codicibus Thomassii, Tax. Vltr. Lipsiensibus tribus, Guelferb. tribus,

genia discentibus potuit commodare ⁿ? Non venit in mentem Platoni, Alcibiadem quoque, et Critiam ^o eiusdem Socratis adfidos auditores fuisse, quorum alter hostis patriæ acerrimus fuit; alter crudelissimus omnium tyrannorum.

XX. Videamus nunc, quid in Socrate ipso tam magnum fuerit, ut homo sapiens merito gratias ageret, illius se temporibus esse natum ^a. Non infitior, fuisse illum paulo cordatiorem ^b, quam ceteros, qui naturam rerum putauerunt ingenio posse comprehendere. in quo illos non excordes tantum fuisse arbitror, sed etiam impios; quod in secreta cælestis illius providentiæ curiosos oculos ^c voluerint immittere.

Ro-

bus optimis, Goth. Witteb. Reimm. Non tantum enim dixit n. 17. et iterum n. 22. et Opif. 3. 19: *se ideo gratias agere*, sed etiam Lib. 3. c. 20. fin. *En cuius temporibus natum esse se homo sapiens gratulatur*. Perizonius ad Sanctii Minerviam L. 1. c. 1. p. 7. docuit, *gratari* et *gratulari* proprie notare gratias agere, et esse primitivam verbi significationem, maxime in sacris. Viderat quoque elegantissimus præful Sipontinus Perrottus in Cornu Copix ed. Ald. f. 346. conf. Græu. ad Cic. L. XI. ad diuersos ep. 18. et Vorst. ad Valer. Max. L. 1. c. 5. Bün.

ⁿ) *ingenia. commodare*] Pen. Vltr. Emman. Cant. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72: utraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Iunt. Pier. Ald. Crat. If. *ingenia. dare*. Puto notius verbum substituisse pro *commodare*, quod habent tres Lips. Goth. Reimm. Iun. Cauc. Palat. Gryph. Tornz. Betul. Thomas. Gall. Spark. etc. Sic L. 4. 10. 3. et L. 7. 1. 15: *commodare fidem* pro notiori: *dare*. L. 3. 17. 43: *commodare vocem*. Bün.

^a) *Alcibiadem. Socratis. auditores*] Nepos in Alcib. c. 2. pr. *eruditus a Socrate*, nec aliter Xenophon L. 1. Memorab. f. m. 713. sqq. quem præ

ceteris hic sequitur, Alcibiadem patriæ hostem vocans, Nepos quidem contrarium adfirmat, at Cicero L. 1. de Orat. c. 34: *Quid Critias? quid Alcibiades? civitatibus quidem suis non boni, sed certe docti atque eloquentes, nonne Socraticis disputationibus erant eruditi?* Conf. Maxim. Tyr. Disf. 8. p. 90. Bün.

^a) *illius se temporibus esse natum*] Reimm. *illis temporibus esse se natum*. elegans quidem hic ordo Reimm. ut in fine huius capituli: *cuius temporibus natum esse se homo sapiens gratulatur*. sed non minus eleganter pronomina: *illius se* ita coniungi monuit meus Index ad Castell. Version. S. Codicis. Bün.

^b) *cordatiorem*] i. e. sapientiore. Vid. not. n. 9. comparativum ex hoc loco probavit Falster. Supplem. Lat. Lingu. p. 76. mox opponit *excordes*, quos L. 2. 5. 4. *homines hebetis obtusique cordis*, Arnob. L. 7. princ. *pectoris obtusi* vocavit. conf. Laët L. 1. 8. 3. et L. 5. 13. 21. *ἀνοήτους* vocat. *excordes*. Bün.

^c) *curiosos oculos*] Si hic simul legas n. 3. 4. intelliges nostrum hic imitari Ciceronem de Haruspicum Responsis c. 17. vbi de sacris Bonæ Dex: *quod (sacrificium) non solum*

3 Romæ, et in plerisque vrbibus ^d scimus esse quædam sacra,
 quæ adspici a viris nefas habeatur ^e. Abstinent igitur adspe-
 ctu, quibus contaminare illa non licet: et si forte vel errore,
 vel casu quopiam ^f & vir adspexerit; primo pœna eius, dein-
 4 de instauratione sacrificii scelus expiatur. . Quid his facias,
 qui ^b inconcesca scrutari volunt? nimirum multo sceleratio-
 res, qui arcana mundi, et hoc cœleste templum profanare impiis
 disputationibus quærunt; quam qui ædem Vestæ, aut
 Bonæ deæ ⁱ, aut Cereris intrauerint. Quæ penetralia, quam-
 5 vis adire viris non liceat, tamen a viris fabricata sunt. Hi
 vero non tantum impietatis crimen effugiunt; sed, quod est
 multo indignius, eloquentiæ famam, et ingenii gloriam con-
 6 sequuntur, Quid, si aliquid inuestigare possent? Sunt
 enim tam stulti in adseuerando ^k, quam improbi in quærendo;
 quum neque inuenire quidquam possint, nec defendere, etiam
 7 si inuenerint. Nam si verum vel fortuito ^l viderint, quod
 sapius contingit; committunt, vt ab aliis id pro falso refella-
 tur. non enim descendit aliquis de cælo ^m, qui sententiam de
 8 singulorum opinionibus ferat. Quapropter nemo dubitauerit,
 9 eos, qui ista conquirant ⁿ, stultos, ineptos, insanos esse. Ali-
 quid

curiosos oculos *excludit, sed etiam errantes - quod nemo vir adspicere non horruit.* Bün.

^d) Roma, et in plerisque vrbibus] Talia Romæ erant Vestæ et Bonæ deæ sacra: in Sicilia Cereris Catanensis, de quibus Lib. 2. cap. 4. dictum fuit: et mox de singulis dicitur. Cell.

^e) *habeatur*] Reimm. *habetur.* Lipf. *adus: nefas est.* Bün.

^f) *vel casu quopiam vir*] MSS. Angl. et tertius Lipf. et vett. edd. *quopiam*: duo Lipf. *quispiam*, quod etiam recentes amant. Cell.

^g) *casu quopiam*] Sic Reimm. cum edd. vett. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. Pier. Parrh. Iunt. Ald. Paris. Crat. Tornæs. 1587. Sed *quispiam* Goth. Gryph. Tornæs. 1548. Betul. Thomas. et sequentes. Singularis est *Isæus*; *quippiam* exhibens. Bün.

^b) *Quid his facias, qui*] Sic fere omnes, vt L. 3. 18. 18. conf. not. L. 2. 3. 3. Lipf. secund. *quid hi, qui.* Bün.

ⁱ) *aut Bona dea*] Dictum ab Lib. 1. cap. 22. sect. 9. et 11. Cell.

^k) *in adseuerando* etc.] Reimm. *in asseuerando* aliter asserendo, quam improbi inquirendo. Lipf. alter: *in inquirendo.* Bün.

^l) *fortuito*] Lipf. alter: *fortuitu.* notauit ad L. 1. 2. 1. Bün.

^m) *descendit - de cælo*] Reimm. *e cælo.* Conf. 3. 3. 16. not. Elegantius eadem præpositio geminatur. Conf. L. 7. 17. 5. Bün.

ⁿ) *conquirant*] Heum. ex ingenio: *inquirant.* Libri: *conquirant.* n. 6. L. 3. 3. 13. Epit. 37. 2. idem h. l. quod: *querere.* sequitur n. 9: *ab eiusmodi questionibus.* Bün.

^o) *ali-*

quid ergo Socrates habuit cordis^o humani, qui quum intelligeret, hoc non posse inueniri, ab eiusmodi quæstionibus se remouit. vereorque, ne in eo solo^p. multa enim sunt eius non modo laude indigna, sed etiam reprehensione dignissima: in quibus fuit suorum^q simillimus. Ex his vnum eligam, 10 quod ab omnibus sit probatum. celebre hoc prouerbium Socrates habuit^r: QVOD SVFRA NOS, NIHIL AD NOS. Procumbamus igitur in terram^s; et manus nobis ad præ- 11 cla-

o) *aliquid-habuit cordis*] i. e. n. 2: fuit paullo cordasior. Lactantius cum aliis sapientiam in corde ponebat, hinc L. 3. c. 13. 5: *in corde sapientia est*. Opif. 10. 11: *cor sapientia domicilium*. c. 12. 6: *primum cor hominis effingi, quod in eo sit visa omnis et sapientia*. Conf. c. 16. 3. Seneca L. 5. Controu. 30. p. 352: *Musa Rhetor multum habuit ingenii, nihil cordis*. Vid. Drakenb. ad Sil. Ital. 13. 803. p. 684. Bün.

p) *ne in eo solo*] Illud ne recte habent scripti, in his Lipf. Goth. Reimm. Angl. et Ven. 1493. 97. Paris. Gryph. Betul. Tornzs. 1548. 1614. Thomas. et seqq. rectissime suppl. vereor- que ne in eo solo *aliquid habuerit cordis*. Prümz edd. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78: *vereorque in eo solo, vbi ne excidit*. Parrh. verior in eo solo, hinc Gymn. *vereorque*. Aliter *veriorque in eo solo*. Bene ad mentem versio Gallica: *Et crains fort, qu' en cela seulement il ayt eu bonne opinion*. Bün.

q) *suorum*] Heum. ex ingenio: *ceterorum* sc. philosophorum, in libris est, *suorum*. Num ideo, quia, vt ait Lib. 2. 17. 29: *Socrates velut Rex habebatur philosophorum?* Pro Heumanni coniectura n. 2. dixit: *Socratem cordatorem quam ceteros, mihi veniebat in mentem: stultorum simillimus*. Conf. n. 17. et n. 2: *excordes*. n. 6: *stulti*. n. 8: *stultos*:

nisi malis propius litterarum ductibus: *isanorum*, vt n. 8: *insanos*, et n. 17. eodem sensu n. 15. eum vocat *scurram*. Mox profut probatum, Heumannus fuit probatum scribit. Bün.

r) *celebre prouerbium-habuit*] Hæc ita variat in Epit. 37. 3: *vsurpauit hoc sape prouerbium*. Bün.

s) *Procumbamus igitur in terram*] Dicti non pœnitendi aliena, ne dicam iniqua interpretatio. S. Hieronymus adu. Rufinum Lib. 3. cap. 8. quo animo is dixerit paucis verbis explanat. *Ad ethicam*, inquit, *transiens dixit: qua supra nos, nihil ad nos*. Scilicet idem est, quod Tullius dixit Lib. 1. Acad. Q. cap. 4: *Socrates primus a rebus occultis, et ab ipsa natura inuolutis, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerunt, auocauit philosophiam, et ad vitam communem adduxit; ut de virtutibus et vitiis, omninoque de bonis et malis quereret: caelestia autem vel procal esse a nostra cognitione censerat, vel, si maxime cognita essent, nihil tamen ad bene viuendum*. Cell.

t) *Procumbamus-in terram*] Aequius interpretatur Minuc. Felix c. 8. Tertullianus L. 2. ad Nationes c. 4. dictum hoc Epicuro tribuit. Iure vero, qui de Socrate scripserunt, Lactantium ob hanc sinistram interpretationem castigauerunt. Bün.

clara opera datas conuertamus in pedes. Nihil ad nos cælum; ad cuius contemplationem sumus excitati; nihil denique lux ipsa pertineat. certe victus nostri causa de cælo est. Quod si hoc sensit, non esse de rebus cælestibus disputandum; ne illorum quidem rationem poterat comprehendere, quæ sub pedibus habebat. Quid ergo? num errauit in verbis? verisimile non est: sed nimirum id sensit, quod locutus est; religioni minime seruiendum. quod si aperte diceret, nemo parereretur. Quis enim non sentiat, hunc mundum tam mirabili ratione perfectum, aliqua prouidentia gubernari? quandoquidem nihil est, quod possit sine vlllo moderatore consistere. Sic domus ab habitatore deserta dilabitur: naus sine gubernatore abit pessum: et corpus relictum ab anima diffluit *.*: nedum putemus, tantam illam molem aut construi sine artifice, aut stare tamdiu sine rectore potuisse. Quod si publicas illas religiones voluit euertere; non improbo; quin etiam laudabo, si ipse, quod est melius, inuenerit. Verum idem per canem et anserem deierabat. O hominem scurram, (vt ait Zeno Epicureus *.) ineptum, perditum, desperatum, si ca-

*) corpus relictum ab anima diffluit]

Emman. bene diffluit: quod τὸ defluit aliorum omnino præferendum. Cell.

x) corpus diffluit] Ita Bonon. Goth. et Emman. rectissime; reliqui fere: defluit. Sæpissime hæc verba in Lactantio et aliis confunduntur. Vid. notas nostras ad L. 1. 9. 11. L. 3. 1. 3. L. 5. 22. 17. et L. 7. 12. 8. Sic diffluit reddendum est plerisque omnibus Macrobbii editionibus, quæ defluit exhibent in L. 7. Saturn. c. 12: omne corpus suapte natura dissolubile et marcidum est, et nisi quodam vinculo contineatur, facile diffluit, vbi in ed. Brix. 1485. Venet 1500. edd. Gryph. et Lugd. Bat. 1670: defluit. Conf. Duker. ad Flor. L. 4. 12. 65. p. 905. sqq. E contrario in Hygin. fab. 59. p. 107: folia arescunt et defluunt,

corruperant in diffiuunt. Vid. Muncker. c. l. vbi pluribus illustrat. Sic in Lactantio desinio et dissinio L. 1. 5. 17. not. desstringere et disstringere L. 5. 19. 12. not. diiectus et deiectus L. 3. 17. 1. in cod. Gothano. Büm.

y) per canem et anserem deierabat] Tertullianus Apologet. cap. 14: Socrates in consumeliam deorum querendum, et hircum, et canem deierabat. Id quod mollius B. Augustinus de Vera relig. c. 2. interpretatur: Credo, inquit, intelligebat, qualiacunque opera natura, que administrante diuina prouidentia gignerentur, multo, quam hominum et quorumlibet opificum, esse meliora, et ideo diuinis honoribus digniora, quam ea que in templis colebantur. Adde reliqua. Cell.

z) vt ait Zeno Epicureus] Ideo distinguendus a Zenone Cittiseo siue

Stoi-

cauillari voluit religionem; dementem, si hoc serio fecit, vt animal turpissimum pro deo haberet! Quis iam superstitiones Aegyptiorum audeat reprehendere, quas Socrates Athenis auctoritate confirmauit sua? Illud vero nonne summæ vanitatis; quod ante mortem familiares suos rogauit^b, vt Aesculapio gallum^c, quem vouerat, profecrarent^{*c. d}? Ti-¹⁷ munit

Stoico, etiam ab Eleate. Inter octo Zenones Laertius Epicureum hunc octauum ponit, Sidonium genere, νοῖσται ἢ ἐμπνεῦσται σαφῆ, sensu et elocutione clarum atque apertum. Cell.

a) O hominem scurram-Zeno Epicureus] Sequitur Ciceronem L. I. N. D. c. 34: Zeno non eos solum qui sum erans, Apollodorum, Syllum, ceteros figebat maledictis; sed Socratem ipsum, parentem philosophia latino verbo utens scurram Atticum fuisse dicebat. Credidit Cellarius Ciceronem agere de Zenone Stoico, quum Lactantius Epicureo tribuat, (vide Cellarii not. ad Minuc. 38. 7.) sed fallitur Cellarius, vt adlata verba et c. 33. ex Cic. c. l. quod de Epicuro et ipso Zenone Sidonium Epicureo agit, probant; atque ita Ciceronem explicandum esse recte ad Laertii Zenonem L. 7. f. 35. et 38. Menagius vidit. Fuit discipulus Apollodori, ipsum hunc Zenonem Sidonium audiuerunt Cicero et Atticus. Conf. Cic. I. Tusc. 17. et Menag ad Laert. L. X. sect. 2. Iam olim Reinesius in Var. Lect. L. 3. c. 22. p. 324. sq. acerrime redarguit eos, qui Ciceronis locum de Zenone Stoico sunt interpretati, atque argumentis validissimis eorum errorem conuicit. Bkn.

b) rogauit] Lipf. tert. et Reimm. rogauit, quod fortius, vt in Epit. c. 37: amicos mortuorum orauit. Bün.

c) vt Aesculapio gallum] Symbolica res, ex disciplina Pythagoræ, Aesculapio gallum mstrivo. Ioannes

Picus Mirandulanus Oratione interpretatur. Post alia, Hunc Gallum, inquit, moriens Socrates cum diuinitatem animi sui diuinitati maioris mundi copulaturum se speraret, Aesculapio, i. e. animarum medico, iam extra omne morbi discrimen positus, debere se dixit. Cell.

*c) pro se sacraerent] Goth. consecraerent. Nec pro se in Lipf. qui etiam sacraerent, non factaerent. Cell.

d) profecrarent] In tanta librorum variatione tutius putauimus antiquissimorum codicum scripturam exhibere. Stephanus Baluzius ad Libr. de Mort. Persec. c. 33: melius, inquit, vt arbitror, codex regius 3735. profecrarent. ita etiam primo habuit codex 3736. eiusdem bibliotheca, sed postea syllaba SA addita est supra lineam, et sic confususa est editio vulgata (i. e. vnde editum pro se sacraerent). Vt habent. Vltr. Iun. et Bon. citante Galileo (de Bonon. tacentibus Thomasio et Ixæo vix credo) Reimm. et omnes editiones: pro se sacraerent. Goth. pro se consecraerent. Lipf. duo: pro se, omisiss: sacraerent. Codex antiq. Io. Cauci: procurarens, vnde Io. Cauci putauit legendum (vt, inquit Gallzeus, legitur in Lipf. Pal.) profecrarent. Non quidem hic ei credo in citatione Lipsiensis, qui primus caset; sed lectio esset omnium elegantissima: profecraerent, si modo certiores et antiquiores codices eam confirmarent. Non frustra videtur factum, quod omnes antiqui codices Laet. L. 4. 27. 5: profecraerent, aut: pro-

muit videlicet, ne apud Rhadamanthum ^e recuperatorem ^f, voti reus fieret ab Asclepio ^g. Dementissimum hominem putarem, si morbo adfectus perisset ^{*g}. Quum vero hoc sanus fecerit, est ipse insanus, qui eum putet fuisse sapientem ^h. En, cuius temporibus natum esse se homo sapiens gratulatur ⁱ.

- 1 XXL Videamus tamen, quid illum Socrates docuerit : qui quum totam Phisicam repudiasset ; eo se contulit, vt de virtute, atque officio quæreret. itaque non dubito, quin auditores suos iustitiæ præceptis erudierit. Docente igitur Socrate, non fugit Platonem, iustitiæ vim in æquitate ^a consistere,

profecravit, et vnicus isque antiquissimus codex Taurin. in Epit. c. 23. 3. *profecrabant*, et ibid. cap. 37. 5: *profecrare* constanter exhibuerint; vnde tamdiu his locis illud verbum profecrare tamquam Lactantianum seruo, donec: *profecare*, quod omnino præfero, melius ex MSS. fulciatur. Sic Tertull. Apolog. c. 46. Aesculapio *gallinaceum* profecari iam in fine iubebat, et L. 2. ad Nationes c. 2. Aesculapio *gallinacem* SECARI (vt Lips. 2.) iubebat. add. de Coronac. 10. et de Anima c. 1. et Origen. c. Celsum L. 7. p. 277. Cæl. Rhodiginus Lect. Ant. L. 16. c. 12. symbolice exponit et Lactantium refutat. add. Spencer. ad Cels. c. 1. *Bün.*

e) *apud Rhadamanthum*] inferorum iudicem. *Recuperator* autem, iudex iniuriis æstimandis datus: vide Liuium 26. c. 48. Vnde *iudicium recuperatorium*, Cicer. Verr. 5. c. 11. Plin. 3. epist. 20. *Cell.*

f) *Rhadamanthum recuperatorem*] L. 7. 22. 5. Bon. Tax. Pen. Iun. Emman. Cant. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471 - 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *receptorem* MS. Vltr. *impræratorem*. Puto *receptorem* ortum ex abbreviata scriptura MSS. nonnullorum: *recipratorem*,

i. e. *recipratorem*. MSS. Lips. Goth. Cauc. Aldina altera 1535. Gryph. Betul. Tornæs. 1548 - 1614. Thomas. et seqq. *recuperatorem*, quod abunde Betul. If. Spark. Walch. Heum. illustrarunt. Conf. Taubmann. ad Plaut. Bacch. A. 2. sc. 3. 36. p. 555. *Bün.*

g) *ab Asclepio*] Sic edo ex Reimmanniano eo libentius, quia, teste Baluzio loco paullo ante citato, *hæc est*, inquit, scriptura vetustissimorum Lactantii exemplarium. Adde a nobis dicta ad Lact. L. 1. 17. 15. *Bün.*

*g) *perisset*] Sic scripti et editi veteres omnes, grata scriptoribus in hoc et similibus verbis contractione. noto ad L. 3. 23. 14. vnde male Gall. et Spark. *perisset*, quatuor syllabis, subornarunt. *Bün.*

h) *fuisse sapientem*] Edo: *fuisse* ex Bon. Lips. 1. et 2. et Ifro. Pro: *putet* Reimm. *putat*. Conf. n. 2: *fuisse*. *Bün.*

i) *gratulatur*] Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471 - 1515. immo omnes meæ edd. ante Gryph. legunt: *gratulantur*. At Gryph. Tornæs. Thomas. etc. indicatuum adoptarunt, aliis MSS. *suffragantibus*. *Bün.*

a) *in æquitate*] Verba proxima: *patri conditione*, et n. 5. et c. 22. 3: *qui vult homines adæquare - pares esse*

stere, siquidem omnes pari conditione nascuntur. Ergo nihil, inquit, privati ac proprii habeant; sed, ut pares esse possint, quod iustitiæ ratio desiderat, omnia in commune ^b possideant. Ferri ^c hoc potest, quamdiu de pecunia dici videretur. quod ³ ipsum quam impossibile sit, et quam iniustum, poteram multis rebus ^d ostendere. Concedamus tamen, ut possit fieri. omnes enim sapientes erunt, et pecuniam contemnent ^e. Quo ergo illum communitas ista perduxit? matrimonia quo- ⁴ que, inquit, communia ^f esse debebunt: scilicet ut ad eandem mulierem multi viri, tamquam canes confluant; et is

esse, indicant, quod in æquitate valeat: in æqualitate. Sic L. 5. 14. 15. sq. *Æquitatem dico -- secum ceteris coæquandi, quam Cicero æquabilitatem vocat -- omnes æquos, i. e. pares esse omnibus æquitatem -- largitur -- æquo iure. n. 20: ubi non sunt universi pares, æquitas non est -- inæqualitas -- pares -- pari sorte; hinc vides non opus esse, ut Betuleius et Thyfius hic in æqualitate legere mallet; quem nodum Gallæus, Sparkius, Walchius non soluerunt, quum Isæus tamen recte hic adnotasset: æquitas hic non est ἐπιεικεια, sed ἰσότης, nempe æqualitas. Multa exempla, ubi æquus est æqualis, dant Heinf. et Drakenb. ad Sil. Ital. 3. 192. p. 141. Bün.*

b) in commune possideant] Recte et constanter libri hic omnes: in commune (accus. casu). conf. not. ad L. 3. 25. 1. et de Opif. 18. 9. Sic solent optimi quique: Plinius L. 6. ep. 16: in commune consulant. Seneca ep. 95: habeamus in commune. Columell. in præf. L. 12: in commune conspirabimur. Apuleius in Florid. p. 347: quod in commune expedit malle. Ipse Cicero L. 2. de Inuent. c. 3: ex nostro quoque nonnihil in commune consulimus. Cyprian. de Mortalit. Quæta -- in commune lacticia est. Bün.

c) Ferri hoc potest, quamdiu] In Reimm. et Ball. ferri male correctum: Fieri hoc potest. Peius Lips. alter: fieri hoc non potest, quamdiu. Pro recepta est Epit. c. 38. 2: De matrimonio tolerabile est -- potest aliquo modo ferri. Bün.

d) multis rebus] MS. Imn. Ven. 1471-97. Parrh. Paris. Gymn. Iunt. Ald. Crat. Tornæ. 1587: multis rationibus, non male. At Lips. Goth. Angl. Rost. Gryph. Tornæ. 1548. Betul. Thomas. If. Gall. Spark. Cant. multis rebus. Duas rationes adfert in Ep. 38. 2. Bün.

e) concedamus -- contemnent] Sic ferre omnes libri. Heumannus: lego, inquit, ita: Concedamus tamen posse fieri, ut omnes sapientes sint et pecuniam contemnant. Lips. alter: erunt ut pecuniam contemnant. Bün.

f) matrimonia -- communia] Gravissime quoque refutavit Saluvianus L. 7. Gubernat. Dei ed. Brem. p. 159. ubi vide Rittershus. p. 103. (ad p. 257.) qui de communiore rerum uberius egit in Sacr. Lect. L. 8. c. 7. Platonem declaravit Besfario Cardin. L. 4. adu. Calumniatorem Platonis c. 3: matrimonia -- communia, i. e. coniuges communes, ut Epit. c. 38. 2. Sæpe Iustinus matrimonia pro uxoribus posuit, Iust. 3. 3. 8. L. 3. 5. 6. L. 18. 5. 5. Bün.

vtique obtineat, qui viribus vicerit : aut, si patientes *s. b* sunt, vt philosophi ; expectent, vt *i* vicibus tamquam lupanar ob-
 eant *k*. O miram Platonis æquitatem ! Vbi est igitur vir-
 5 tus castitatis ? vbi fides coniugalis ? quæ si tollas, omnis
 6 iustitia sublata est. At idem dixit, beatas ciuitates *l* futuras
 fuisse, si aut philosophi regnarent, aut reges philosopharen-
 tur. Huic vero tam iusto *m*, tam æquo viro regnum dares,
 qui *n. o* aliis abstulisset sua ; aliis condonasset aliena : pro-
 fituisset pudicitiam feminarum, quæ nullus vmquam non mo-
 7 do *p* rex, sed ne tyrannus quidem fecit ? Quam *q. r* vero
 in-

g) aut, si patientes sunt] Emman. et
 Lipf. *patientes* : alii *sapientes*. Cell.

*h) aut si patientes sunt, vt philoso-
 phi*] Goth. *aut si sapientes sunt aut
 philosophi*. Plures MSS. et editi *in sa-
 pientes*, placet Heumanno ; at n. 3.
 per concessionem quasi ironice di-
 xerat *omnes sapientes erunt*, Cum
 Lipf. et Emman. etiam Reimm. et
 Tornæa. 1587 : *patientes*, vt philo-
 sophi ; quia patientia ad philo-
 sophiam pertinet, et voci *expectens*
 bene respondet, hinc L. 5. 23. 3 : *ex-
 spectare patienter*. Bün.

i) vt vicibus] Reuocauit : vt ex
 Bon. Tax. Pen. Cæuc. Iun. Lipf.
 tert. Reimm. Cant. Sublac. Rost.
 Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier.
 Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Betul.
 Tornæa. 1548. 1587. Pro quo ET est
 in Gryph. Thomas. Isæo et recen-
 tioribus. *vicibus* hic absolute posi-
 tum. vid. Burmann. ad Ouid. L. 1.
 Metam. 626. p. 75. Bün.

k) obeant] Sic duo Lipf. Goth. et
 edd. recentiores Gryph. Betul. Tor-
 næa. Thomas. Isæus et sqq. vbi Lipf.
 tert. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 1515.
 Iunt. Paris. Crat. Gymn. *habeant*. In-
 terpres Gall. videtur legisse in lu-
 panari. Ita ille : *ils astendront pour
 auoir l'un apres l'autre* (comme en vn
 bordeau) *compaignie de la femme*. Bün.

l) idem dixit, beatas ciuitates etc.] in libro quinto de Rep. Plures ad

hæc verba Platonis prouocarunt,
 vid. not. ad Iustini Mart. Apolog.
 I. ed. Grabii p. 5. n. 3. Bün.

m) Huic - tam iusto etc.] Ironia. Bün.
n) qui aliis abstulisset sua] MSS.
 Angl. et Goth. *qui addunt*, quod
 sententiam facit illustriorem. Addit
 etiam ed. Rom. Cell.

o) qui aliis] Est illud : *qui* in omni-
 bus scriptis editisque ab anno 1465.
 ad ann. 1539. primum omisum in
 Gryphiana a. 1545. hinc pro more
 Thom. Thyf. Gall. neglexere, ha-
 bent quoque omnes Tornæa. 1548.
 1614. Betul. If. Spark. Walch. et re-
 cte. Bün.

p) non modo] pro *non modo non*.
 Sic h. l. omnes libri. Sæpe, quum
 sequitur *nequidem*, poni, alibi monui.
 Bün.

q) Quam vero intulit rationem] Angli
 codd. et Lipf. *quam*, interro-
 gationis sensu : alii *cum*. Cell.

r) quam vero intulit rationem] Eminen.
 et Goth. *quam tamen in-
 tulit rationem*. Reimm. Cant. Sublac.
 Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93.
 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald.
 Crat. Gymn. Betul. *quam vero in-
 tulit rationem*, exhibuerunt. Gryph.
cum vero, quam editionem, vt sæ-
 pe, sic hic Tornæa. et Thomas. et
 hunc If. Thyf. Gall. Spark. Walch.
 sine examine sequuntur. Bün.

s) in-

intulit rationem turpissimum huius consilii? Sic, inquit, ciuitas concors erit, et mutui amoris constricta vinculis, si omnes omnium fuerint et mariti, et patres, et vxores, et liberi. Quæ ista confusio generis humani est? quomodo seruari potest caritas, vbi nihil est certum, quod ametur? quis aut vir mulierem, aut mulier virum diligat, nisi habitauerint semper vna? nisi deuota mens, et seruata inuicem fides indiuiduam fecerit caritatem? quæ virtus in illa promiscua voluptate locum non habet. Item si omnes omnium liberi sint, quis amare filios, tamquam suos, poterit, quum suos esse aut ignoret, aut dubitet? quis honorem tamquam patri deferet, quum, vnde natus sit, nesciat? Ex quo fit, vt non tantum alienum pro patre habeat, sed etiam patrem pro alieno. Quid quod vxor potest esse communis, filius non potest? quem concipi non nisi ex vno necesse est. Perit ergo illi vni communitas, ipsa reclamante natura. Superest, vt tantum-

mo-

s) *intulit rationem*] De vsu verbi inferre, Lactantio frequenti, dixi ad L. 7. 13. 3. pro *turpissimum*. Sublac. Ven. 1471. 93. et 97: *pejssimi*. Büñ.

t) *deuota mens*] Thyfio deuota mens explicatur *voris adstricta*; sed maiorem vim *deuoris* in se habet, et subst. *deuotio*. perpende L. 5. 7. 6: *deuota Deo suo fides*. L. 2. 12. 15: *deuotione summa seruire*. Opif. 19. 9: *non fidem deuotionemque prodere*. Büñ.

u) *indiuiduam - caritatem*] Stilo Cypriani L. 2. ep. 4. ed. Erasmi. *Honori nos vestro caritas indiuidua connectit*. et L. 2. epist. 3: *nulla res separare poterit a Christo, quo minus habeat et maneat indiuidua dilectio*. (al. cod. *indiuidua dilectione* sc. ecclesia) Erasmus et alii incommode, licet pie, substituunt: *maneat in diuina dilectione*; sed voci *separare* magis conuenit: *indiuidua*. Büñ.

x) *non tantum*] Lipsf. alter et Reimm. Sublac. *non etiam*. Büñ.

y) *Perit*] Sic Seneca epist. 24: *hæc concordia perit, si animus submissior*. Büñ.

x) *illa vna communitas*] Goth. sic: alii, *illi vna*: quidam *illi vni*. Idem mox *velit*, non *velint*. Cell.

a) *Perit ergo illi vni communitas*] clarior lectio videtur quæ recepta (vnde latet) a Crat. 1521-1524. Gymn. et Tornæs. 1548-1614. et vers. Gall. *perira la communauté de mariage*, cupide quoque ex Walchiana probat Heumannus, *quia*, inquit, *Baringius in Abbreuiaturis MSS. docet, liberos veteres - matrimonii ita expressisse: misioni, vnde nasci potuit: illi vni*. In auctiori Baringii editione p. 7. inuenio: *misiony*, i. e. *matrimonialiter*. Reimm. MSS. *matrimonia* per notam ita scribit cum aliis MSS. c. 21. 4: *matrimonia* et c. 22. 3: *misionia*. At mirum in hoc tantum loco in voce *matrimonii* toties hic et alibi obuia aberrare potuisse liberos. In MSS. pluribus, et Emman. Cant. Reimm. textu (in marg. Reimm. *illa coitas v'm ipsa reclamante natura*) Sublac. Rost. Ven. 1471-97. Pier. Iunt. Parrh. Paris. Ald. Betul. *perit ergo*

modo concordiae causa vxorea velit^b esse, communes. At nulla vehementior discordiarum causa est, quam vnus feminae a multis maribus adpetitio. In quo Plato, si ratione non potuit, exemplis certe potuit admoneri et mutorum animalium, quae ob hoc vel acerrime^c pugnant; et hominum, qui semper ob eam rem grauisissima inter se bella gesserunt.

XXII. Restat, vt communio ista nihil aliud habeat, praeter adulteria, et libidines, propter quas funditus eruendas^a, virtus est vel maxime necessaria. Itaque non inuenit con-

COR-

ergo illi vni communitas, (Gryph. quem sine codd. sequuntur, Thomas. If. Thyf. Gall. Spark. illi vna communitas) hoc sensu: Perit ergo illi filio communitas, quippe^d qui non nisi ex vno conceptus, non potest esse communis omnium filius; necius vnde (aut quo patre) sit natus. Vt ita sentiam, persuadent simul verba: ipsa reclamante natura. Gemina huic nostro loco sunt verba L. 4. 3. 13: natura non patitur, vt sint vnus hominis multi patres, ex vno enim procreatur, et ibidem n. 18: naturae necessitate non potest esse nisi vnus pater. Quod si Goth. illa vna placeat sensus sit, habita ratione antecedentium: Perit ergo illa vna communitas ratione sperati mutui amoris, n. 7. demonstrauit enim n. 8. et 9. esse confusionem generis humani, et in illa promiscua voluptate virtutem caritatis locum non habere; (quia nihil sit certum quod ametur. addo ex L. 4. 3. 22: matrimonium dici non possit, vbi mulier vna multos viros habeat etc.) neque patrem in filium, neque filium in patrem etc. pium esse posse; quum sit vterque incertus. id quod vberius illustratur in Epit. c. 38. n. 2. 5. Hinc pergit ad alteram rationem, nempe concordiam, quam vna sublata tantummodo superesse dicit, et eam

quoque perire docet n. 11. Hoc modo ordine retrogrado hic resisterentur verba n. 7. ciuitas (1) concors erit et (2) mutui amoris constricta vinculis. Bün.

b) velit] sc. Plato. Singularis viri ce rectus; cum Platone enim solo in toto capite disputat. Offendi: VELIT in sola Paris. 1513. Bün.

c) ob hoc - acerrime pugnant] L. 3. 8. 7-9. ideo ipsa Iuno dicitur L. 1. 17. 7: pellices acerrime persecutus esse. Bün.

a) funditus eruendas] Sic MSS. Angl. Goth. Cauc. Vltr. Reimma. Lips. 2. 3. Gryph. Tornæs. 1548-1614. Bëtul. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Walch. vt Lact. 7. 16. 5. not. eruuntur funditus ciuitates. Vellei. Patere. L. 1. c. 13. L. Mummius Corinthum funditus eruit. Rost. Ven. 1471-97. Pier. Parrh. Paris. If. funditus euerteret. L. 5. 13. 6: euertere funditus religionem, more Ciceronis: euertere funditus amicitiam, domos, ciuitatem, pro quo Tacitus in Annalibus: funditus uertere, Lucretius: fundo euertere, Virgil. fundo uertere. Lips. 1. praeue: eruenda. et male MS. Iun. Ald. Crat. Gymn. euerterenda. Amplecterer, si legerent: propter quae funditus eruenda, (vel euerterenda) vt c. 21. 5: quae si tollas. Bün.

b) ani-

cordiam, quam quærebat; quia non videbat, unde oriatur. nam iustitia in extra positis nihil momenti habet, ne in corpore quidem; sed tota in hominis mente versatur. Qui ergo vult homines adæquare; non matrimonia, non opes subtrahere debet, sed arrogantiam, superbiam, tumorem, ut illi potentes, et elati pares esse se etiam mendicissimis sciant. Detracta enim diuitibus insolentia et iniquitate, nihil intererit, utrumne alii diuites, alii pauperes sint, quum animi pares sint; quod efficere nulla res alia præter religionem Dei potest. Putauit igitur se inuenisse iustitiam, quum eam prorsus euerterit; quia non rerum fragilium, sed mentium debet esse communitas. Nam si iustitia virtutum omnium mater est; quum illæ singulæ tolluntur, ipsa subuertitur. Tulit autem Plato ante omnia frugalitatem, quæ utique nulla est, ubi

b) animi pares] Si lectio hac, inquit Walchius, gemina est, par animi dicitur per gratissimum. At est genuina et ab omnibus libris comprobata lectio; sunt duo nominatiui, ut casu auferendi noster L. 5. 13. 5: unis ac paribus animis Deo seruiant. L. 6. 7. 9: PARIBVS ANIMIS summaque concordia unum sequamur - Deum. Bün.

c) pares sint] MSS. Lipf. 2. 3. Reimm. Betul. Tornzs. 1587. Walch. pares fuerint. non male. Bün.

d) euerteris] Reimm. Rost. Ven. utraque 1478-97. Paris. Parrh. Ald. Crat. Gymn. euerteret. Bün.

e) Tulit] Riuetus in notis suis ad hunc autorem manu sua scriptis putat legendum: tollit. Sic habet etiam MS. Iunii. hætenus Galleus. Heumannus quoque, lego, inquit, TOLLIT. Ac mox præcessit: tolluntur. Postea quoque pro tulit quæser legendum puto: tollit. Ac sequitur n. 7. præsens vult, non voluit. Ego non auisim, nec opus a lectione fere omnium MSS. et edd. (præter vnum Iunii) discedere, et pro TVLIT quinque posito TOLLIT subicere. pro

pro-
preterito: tulit, fortius pugnant hic tot alia præterita, n. 5: pusanis, n. 7: ademit, n. 9. redegit, n. 10: elegit-
adsignauit, n. 11: vidit; et TVLIT haud raro ponitur pro SVSTVLIT, ABSTVLIT. Iterum ipse Lactantius in Epit. c. 29. 9. ex Gellio: si tuleris unum, abstuleris utrumque. Ael. Lamprid. Commod. c. 10: Luscintos-
-quibus singulos tulisset oculos - appellabar. Ambros. L. 1. Off. c. 32: Tolle ex usu hominum beneuolentiam, tamquam solum e mundo tuleris, ita eris. L. 3. Off. c. 5. solum lanceam-
-et lenticulam tulit aqua. Saluian. L. 4. Gubern. p. m. 76: vapore qui tolli sibi - puseret, quidquid ipsi alteri non TVLISSET. L. 5. p. 97: ut-
-quibus rem deprædatio TVLIT, vitam tollas exactio. Ut Lactantius n. 6. et 7: TVLIT et ADEMIT, sic Claudian. in Sec. Conf. Stilic. carn. 24. 163. sq. Sic Medus ademit Aslyrio, Medoque tulit moderamina Perfes. Sidon. Apollinar. Carm. 13. 14: Vni tergeminum cui tulit ille caput. Vbi vid. Sauaro p. 142. et ad L. 8. ep. 9. p. 494. Duker. Opusc. de Latin. iCt. Vet. p. 387. Bün.

Bb

f) pro-

- propriū nihil habeatur *f* : tulit abstinentiam ; siquidem nihil fuerit, quo abstinence, alienum *g. b* : tulit temperantiam, tulit castitatem ; quæ virtutes in vtroque sexu maximæ sunt : tulit verecundiam, pudorem, modestiam, si honesta, et legitima esse incipiunt, quæ solent flagitiosa et turpia iudicari.
- 7 Sic virtutem dum vult omnibus dare, omnibus ademit. Nam rerum proprietas et vitiorum, et virtutum materiam continet ; communitas autem nihil aliud, quam vitiorum licentiam.
- 8 Nam viri, qui multas mulieres habent ; nihil aliud dici possunt, quam luxuriosi ac nepotes *i*. Item mulieres, quæ a multis habentur, non vtrique adulteræ, quia certum matrimonium nullum est ; sed prostitutæ ac meretrices sint necesse est.
- 9 Redegit ergo humanam vitam ad similitudinem non dico mutorum, sed pecudum ac belluarum. nam volucres pæne omnes faciunt matrimonia ; et paria iunguntur *k. l* ; et nidos suos tamquam geniales toros *m* concordi mente defen-

f) proprii nihil habeatur] Goth. Reimm. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Paris. habetur. Lips. 2d. proprium non habetur. At vtraque 1478. Parrh. et sqq. habeatur. Büin.

g) quo abstinence] MSS. et vet. ed. quo, non quod. Cell.

h) nihil fuerit, quo abstinence, alienum] Seruauit lectionem Angl. Goth. Vltr. Iun. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. Paris. Iunt. Parrh. Gymn. Betul. Tornæs. in quibus QVO, et sic in Reimm. erasim d. At a prima manu in Reimm. quod, et sic Lips. 2. 3. et Gryph. ita quoque in MSS. multis offendit Thomas. quod defendit, sed minus apte Isæus, recepit idem et Gall. Spark. Pro Bonon. siquidem nullus fuerit, qui abstinence, alieno stat Thomasius, quem Isæus et Heumann. merito hic non audiunt. Büin.

i) luxuriosi ac nepotes] Reimm. ac nepotes lenones, in marg. lenonum. male. pro nepotes Palat. et Lips. al-

ter perditū legit. hæc glosa est. laudarem si haberent : ac perditū nepotes. Festo enim ac Paulo nepotes sunt luxuriose vite homines adpellati, quod non magis his rei sua familiaris cura est, quam iis, quibus pater minusque viuunt. Hinc nepotatus in glosis ἀτιοτία. Cicero pro Quintio c. 12 : quis tam perditus ac profusus nepos non adasa iam, sed abundantis etiam pecunia sic dissolutus fuisset, ut fuit S. Nanius. add. Cic. de Harusp. Responf. c. 27. et Cellar. ad Cic. 2. Catil. 4. 7. Büin.

k) et paria iunguntur] Sic MSS. et Vett. edd. constanter : Lips. coniunguntur ; vulgati iungunt. Cell.

l) paria iunguntur] Goth. iungunt cum Gryph. Thomas. et adfecilis. At Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Betul. cum MSS. Cauc. Iun. Cant. iunguntur. Büin.

m) geniales toros] Recepti geniales ex Vaticanis nonnullis, Pal. Lips. 1. 3.

Reimm.

sendunt, et fetus suos, quia certi sunt, amant; et, si alienos obiecero^s, abigunt. At homo sapiens, contra morem hominum, contraque naturam, stultiora sibi, quæ imitaretur, elegit: et quoniam videbat in ceteris animalibus officia marium, feminarumque non esse diuisa; existimauit oportere etiam mulieres militare, et consiliis publicis interesse, et magistratus gerere, et imperia suscipere. itaque his arma, et equos assignauit: consequens est, ut lanam et relam viris, et infantium gestationes^o. Nec vidit impossibilia esse, quæ diceret; ex eo, quod adhuc in orbe terræ neque tam stulta, neque tam vana^p vlla gens exstiterit, quæ hoc modo viueret.

XXIII. Quum igitur in tanta vanitate^a ipsi philosophorum principes deprehendantur; quid illos minores putabimus, qui nunquam sibi tam sapientes videri solent, quam quum

Reimm. Tornæz. MSS. in marg. 1587. Ven. 1472. vtraque 1478. Paris. 1513. Ifzo, et sic h. l. scribendum censuerunt Petr. Faber in L. 2. Semestr. c. 1. p. 4. et Meurf. L. 4. Critic. Arnob. c. 10. Virg. 6. Aen. 603. sq. *Lucent genialibus atris aurea fulcra toris.* Lælius L. 30. c. 40. dicit Sophonisbam *detractam toro geniali.* adde Græuium ad Cic. pro Cluentio c. 5. cum Lips. L. 1. Elect. c. 17. vbi *lectum geniale* defendunt, quum F. Vrsinus *genitalem* suspicaretur. Idem Aufonii *deos genitales* tuetur, qui quoque epigr. 71. 1. coniugium vocat *legitimi genitalem foedera catus.* Bün.

n) *si alienos obiecerois*] Rectius sic Goth. Lips. Reimm. et plures editi; quam Sublac. et Rost. *iocerois*, MS. Tornæz. *adiocerois.* Bün.

o) *infantium gestationes*] Sic MSS. et editi, præter Rost. in quo *gestiones.* Scite Seneca L. 3. Benef. c. 37. princ. *Vicit Aeneas patrem ipse eius in infantia laus matrumque gestamen.* Terent. Adelph. 4. 2. 24: *Quem ego*

modo puerum sanillum in manibus gestauit meis. Bün.

p) *neque tam stulta, neque tam vana*] Edo ut legitur in Lips. tert. Goth. Reimm. Emman. Ven. 1493. 97. Crat. Paris Gymn. Betul. Tornæz. 1548-1614. qui recte: *VANA*; ex hac voce corrupte Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Parrh. lapsu facili et frequenti: *varia* (VARIA). Gryph. 1548. ex meis prima edidit: *tam sapiens*; et sic Thomas. et reliqui ediderunt, nulla ab aliquo facta MSS. mentione. Prætulit *tam vana*, quia c. 23. 1. *tantam vanitatem* philosophorum redarguit. Simile exemplum talis oppositionis vid. L. 3. 10. 7. not. Bün.

a) *in tanta vanitate*] Sic MSS. et Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Tornæz. 1548-1614. Betul. Gryph. et seqq. Pro quo in edd. intermediis Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Paris. *varietate* irrepserat. vid. c. 22. 11. not. Sæpe has voces confundi, docuit post alios Drakenb. ad. Sil. Ital. L. 10. 290. p. 512. Bün.

Bb 2

b) in

quum pecuniæ contemptu gloriantur? Fortis animus! Sed
 2 exspecto quid faciant; et quo ille contemptus euadat. Tradi-
 ta sibi a parentibus patrimonia, tamquam malum fugiunt, ac
 deserunt. Et ne in tempestate naufragium faciant; in-tran-
 quillo ^b se vitro præcipitant; non virtute, sed peruerso metu
 fortes; sicut illi, qui, quum timent ne ab hoste iugulentur,
 3 ipsi se iugulant, vt mortem morte deuitent. Sic isti, vnde
 possent ^{c. d} gloriam liberalitatis adquirere, sine honore, sine
 4 gratia perdunt. Laudatur Democritus ^e, quod agros suos ^f
 reliquerit ^g, eosque pascuæ publicæ fieri passus sit. Probarem,
 si donasset. Nihil autem sapienter fit, quod, si ab omnibus
 5 fiat, inutile est ac malum. Sed hæc negligentia tolerabilis.
 Quid ille, qui patrimonium ^h in nummos redactum ⁱ effudit
 in

b) in tranquillo] Goth. Lipf. tert. et Reimm. *in tranquillum* sc. mare. Præfero receptam ex aliis MSS. et vet. edd. omnibus. Tranquillum opponitur tempestatî, in tranquillo i. e. quum tranquillum est. Seneca in Agamemn. III. 682: *tranquillo male confisa credunt iterum pelago audaces*. Liuius L. 24. non tranquillo nauigamus, sed iam aliquot procellis submerfi pæne sumus. L. 26: milites tranquillo in altum prouecti. Plura Gronou. ad Liu. L. 28. c. 27. Bün.

c) vnde possent gloriam] Sic Angl. eodd. et edd. vet. Recentes *vnde putant*. Sed sic *adquiri* aptius foret, quam *adquirere*, quod sequitur: aut inferendum *se*. Cell.

d) vnde possent] Hæc lectio Bon. Tax. Pen. Vltr. Jun. Cauc. Guelf. Emman. Cant. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. Pier. Parrh. Crat. Iunt. Ald. Gymn. Paris. Tornæs. 1587. re-
 gior, quam Goth. Lipf. 2di. Gryph. Thomas. et sqq. *vnde putant*, ex quo Heumann. *poserant*. Bün.

e) Laudatur Democritus] Meretur legi de hac re Philo de vita contem-
 plat. f. 891. ed. Lipf. et Hieronymus ad Panmachium. f. 164. sqq. ad Lu-

cinium f. 193. ep. ad Iulianum f. 207. et L. 2. adu. Iouian. f. 76. Clem. Alex. de Salute Diuitis ed. It. c. XI. p. 24. Bün.

f) Laudatur Democritus, quod agros suos reliquerit] Cicero de Fin. 5. c. 29: *patrimonium dicit neglexisse*. Seneca de Prouid. c. 6: *diuitias proiecis-
 se*, tamquam *onus bona mentis*. Val. Maximus 8. c. 7 *patrimonium patria donasse, parua admodum re-
 tenta summa*, quo magis *vacuo animo studiis litterarum operaretur*. Cell.

g) reliquerit] Sic Lipf. Goth. Reimm. et alii MSS. pro quo edd. vet. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *dereliquerit*. vt Laët. 1. 18. 24. L. 5-8. 5. c. 18. 14. Cyprian. de Lapsis. ed. Gryph. p. 386: *patrimonio derelicto*. Bün.

h) quid ille, qui patrimonium in nummos redactum] Crates Thebanus est. Hieronymus epist. 13. ad Paullinum de institutione monachi: *Crates ille Thebanus, homo quondam ditissimus, cum ad philosophandam Athenas pergeret, magnam auri pondus abiicit, nec putauit se simul posse et virtutes et diuitias possidere*. Cell.

i) patrimonium in nummos redactum]

in mare^k? Ego dubito utrumne sanus, an demens fuerit. *Abite, inquit, in profundum male cupiditates; ego vos mergam, ne ipse mergar a vobis.* Si tantus pecuniæ contemptus est; fac illam beneficium, fac humanitatem; largire pauperibus. potest^l hoc, quod perditurus es, multis succurrere, ne fame, aut siti, aut nuditate moriantur. Imitare insaniam^m saltem, furoremque Tuditiāniⁿ: sparge populo diripienda. Potes et pecuniam effugere, et tamen bene collocare; quia saluum est, quicquid pluribus profuit. Zenonis autem paria^o peccata quis probat? Sed omittamus id, quod est ab omnibus semper irrisum. Illud satis est ad coarguendum^p furiosi hominis errorem; quod inter vitia et morbos misericordiam ponit. Adimit^r nobis adfectum, quo ratio humanæ vi-

tæ

Etiam] Quintil. declam. 269: *si venia esse omnia, si in pecuniam rediunda constabis.* Germ. *in Uelde ma* *Gen.* Bün.

k) *effudit*] proprie h. l. noster, Cicero translate L. 2. Off. c. 15: multi patrimonium effuderunt inconsulte largiendo. de Cratete plures tradunt, ipsum bona populo Thebano esse largitum. Vid. Menag. ad Laert. L. 6. f. 87. et Perizon. ad Aelian. Var. Hist. L. 3. c. 6. Conf. Orig. contra Cels. L. 2. p. 84. Bün.

l) *potest hoc, quod perditurus es, multis succurrere*] Ante viginti annos suspicabar legendum: *potes hoc* (in ablat.) - *succurrere*; quia ante: *fac-largire*, et mox *sparge - potes*. Nunc video idem Heumanno visum. Sed quia constanter libri: *POTES*, nihil muto. Succurrere non tantum homines, sed etiam res dicuntur. Iterum Lactantius L. 6. 18. 7: *ut beneficium sit incolumis, quod succurrat necessitati.* Bün.

m) *insaniam - furoremque Tuditiāni*] Hic est, de quo Cicero Philipp. 3. cap. 6: *Tuditiānis nempe ille, qui cum palla et casturnis nummos populo de Rostris spargere solebat.* Yellem

hanc contemtionem pecunia suis reliquisset. Cell.

n) *Zenonis autem paria peccata*] Vide Paradoxa Ciceronis. Cell.

o) *Zenonis - paria peccata*] Goth. et Lipf. 2d. *propria peccata.* male. Sæpe Cicero de Zenonis paribus peccatis L. 4. Acad. c. 43. L. 3. Fin. c. 15. L. 4. c. 9. c. 27. c. 28. omitto alios. Bün.

p) *illud satis est ad coarguendum*] Sic membranzæ; sic olim excusi posteriores, *ad coarguendum.* Cell.

q) *ad coarguendum furiosi hominis errorem*] Emman. Cant. et Reimm. cum Sublac. Rost. Ven. 1471 - 97. - usque ad Gyman. *ad coarguendum.* Aptum visum verbum, quia sequitur *FURIOSI*, qui magis coercendi quam *coarguendi*. Lipf. alter: *a Deo arguendum*, vitiose. Alii MSS. Goth. cum Gryph. Thom. et seqq. edd. *ad coarguendum - errorem.* aptius sane. noster de eadem re L. 6. 14. 2: *illorum - coarguimus errores, qui misericordiam - morbos - adpellant.* et sapius L. 3. 3. 15. L. 4. 22. 1. L. 6. 2. 18. Ira 1. 2. Opif. 6. 1. Bün.

r) *ponit. Adimit*] Reimm. post. Ex nota eiusmodi factum puto, ut

9 tæ pæne omnis continetur. Quum enim natura hominis imbecillior sit, quam ceterorum animalium, quæ vel ad perfendam vim temporum, vel ad incurfiones a fuis corporibus arcendas, naturalibus munimentis prouidentia cælestis armavit; homini autem quia nihil iftorum datum eft, accepit pro iftis omnibus miferationis adfectum, qui plane vocatur humanitas, qua nosmet inuicem tueremur. Nam fi homo ad confpectum alterius hominis efferaretur¹⁾; quod facere vi-

plures vett. edd. *posuit præferant*. In omnibus vero punctum interpositum, vbi Heum. aut: *ponit et admittit*, aut: *posuit et ademittit*, refcribit. Bün.

s) *hominis autem quis*] Sic libri. quæ quia minus apte fluunt, pro iis Heum. legit: *hominique nihil*. Res ipsa clara ex Lib. de Opif. c. 2. n. 2-6. Bün.

t) *fi homo ad confpectum alterius hominis auferretur*] Sic vetus Romæ impresfus liber 1474. quæ lectio mihi videtur planiffima. Testatur quoque Mich. Thomafius in veteri codice esse *auferretur*, sed a confpectu. Auferretur, id est fugeret, non iuuaret. Quid enim est vulgatum efferaretur? aut quomodo foliugæ bestiz ad confpectum hominis magis efferantur? Cell.

u) *ad confpectum - efferaretur*] Ediderat Cellarius: *auferretur*, vt Thomas. malebat, et vt in Bon. et Taxaq. et mihi olim, vt nunc Heumanno, placebat; plures vero codices, vt alter Bon. duodecim Vaticani. Pen. Iun. Vltr. Cauc. Goth. Witteb. Reimm. Lipf. tert. Emman. Cant. Sublac. vtraque Ven. 1478. 93. 97. Parrh. Pier. Paris. Iunt. Ald. Gymn. Crat. Gryph. Tornæx. Betul. *efferaretur*. præferunt Ifæus, Gall. Sparkius: Prope in Ven. 1471. et Rost. 1476: *efferetur*. (secus vt Heum. ex Rost. in fuis sex citat, pufo quo-

que, Cellarium Romanam 1474. hic minus accurate citasse). In Lipf. altero priua littera vitiofa: *efferaretur*. Credo *efferaretur* fatis hic aptum, nam in fine numeri huius: *ipfi inter semetipfos belluarum more fauere*. Hinc de Opif. 4. 19. 20: *imbecilliora et timidiora - congregantur, vt, quoniam viribus tueri se nequeunt, multitudine tueantur: fortiora vero solitudines adperunt, quoniam robore viribusque confidunt*. Homo quoque, *fi - haberet ad propulsanda pericula suppetens robur, nec vllius alterius auxilio indigeret; qua societas efferet - aut quid efferet tætrius homine? quid efferatius? quid immanius?* Conf. Senec. L. 4. Benef. c. 18: *Quo alio tui sumus, quam quod mutuis iuuamur officiis? hoc vno instructori vna contraque incurfiones subitas munitior est beneficiorum commercio. Fac nos singulos: quid sumus? præda animalium et victima et imbecilliffimus sanguis. Quoniam ceteris animalibus in tutelam fuis fatis virum est. Quæcumque vaga nafcuntur et adura vitam legregem, armata fuis. Ergo in Lactantio SOLIVAGA non fugam, sed TRUCEM FERITATEM, qua fuis viribus confidunt, notat. Quis vero nescit fauiora animalia ad confpectum aliorum EFFERARI? Præterea: *auferri a confpectu*, vt est in Bon. aliud fignificat, vt Lact. 7. 22. 14: *auferri ab oculis*. Bün.*

x) *qua-*

videmus animantes, quarum natura soliuaga ^z est; nulla esset hominum societas; nulla urbium condendarum vel cura vel ratio. sic ne vita quidem ^y satis tuta, quum et ceteris animalibus exposita esset imbecillitas hominum, et ipsi inter semetipsos belluarum more saeuirent. Non minor in aliis de-¹¹ mentia. Quid enim dici potest de illo, qui nigram ^z dixit esse niuem? quam consequens erat, ut etiam picem albam esse diceret. Hic est ille, qui ^b se iccirco natum esse dicebat, ut caelum, ac solem videret, qui in terra nihil videbat sole lucente. Xenophanes ^c dicentibus mathematicis, orbem lu-¹² nae duodeviginti ^d partibus maiorem esse, quam terram, stultissime credidit. et quod huic leuitati fuit consentaneum, dixit, intra concuum lunae sinum ^e esse aliam terram: et ibi aliud genus hominum ^f simili modo viuere, quo nos in hac terra viuimus. Habent igitur illi lunatici homines ^g alte-¹³ ram lunam, quae illis nocturnum lumen exhibeat, sicut haec exhibet nobis: et fortasse noster hic orbis alterius inferioris

ter-

x) *quarum natura soliuaga*] Ciceronis verbum, quasi quae sola vagatur. Tuscul. Lib. 5. cap. 13: *bestia soliuaga opponuntur congregatis*. Et Offic. I. cap. perult. *soliuaga cognitio commanioni aduersatur*. Cell.

y) *sic ne vita quidem*] Ita clare Lips. tertius, et Tornzs. 1587. et intendit Reimm. *sic ne vita quidem*, ex quo rubricator fecit: *sic. nec vita quidem*. Heum. ciccto: *sic legit ratio: neque vita quidem* Bün.

z) *Quid dici potest de illo, qui nigram*] de Anaxagora. Cicero Acad. 4. c. 23: *Anaxagoras niuem nigram dixit esse*. Cell.

a) *nigram - niuem*] Lact. 5. 3. 23: *Anaxora niues atramentum fuerunt*. Conf. Cic. 4. Acad. c. 31. inquisiuit in hunc Lact. locum Iac. Thomasius, uti ex Indice eius MSS. meditationum constat. Bün.

b) *Hic est ille, qui se iccirco natum*] Vide supra cap. 9. huius libri sub initium. Cell.

c) *Xenophanes*] Conf/ Clem. Alex. L. 1. Stromat. p. in. 301. Laert. L. 9. c. 18-20. Wolf. ad Origenis, siue alius auctoris Philosophumena c. 14. et 15. Fabricii Biblioth. Gr. L. 2. c. 23. n. 2. p. 796. lq. Bün.

d) *duodeviginti*] Elegantie seruantissimus est, sequitur paucis mutatis Ciceronem L. 4. Acad. c. 26. et c. 41. Bün.

e) *intra concuum luna sinum*] Cicero Lib. 4. Acad. Quast. cap. 39: *habitari ait Xenophanes in luna, eamque esse terram multarum urbium, et montium*. Cell.

f) *aliud genus hominum*] Vid Fabricii Bibl. Gr. L. 1. c. 20. §. 8. p. 131-§. 13. p. 135. vbi auctores dat plena manu. Bün.

g) *lunatici homines*] per ironiam dictum. De alia vocis significatione docte Duker. Opusc. de Latin. Vet. ICT. p. 410. Bün.

14 terræ luna sit. Fuisse Seneca inter Stoicos ait ^b, qui deliberaret, vtrumne soli quoque suos populos daret; inepte scilicet, qui dubitauerit. Quid enim perderet, si dedisset? sed, credo, calor deterrebat, ne tantam multitudinem periculo committeret, ne si æstu nimio perisissent ⁱ, ipsius culpa euenisse tanta calamitas diceretur.

XXIII. Quid illi, qui esse contrarios vestigiis nostris antipodas putant; num aliquid ^a loquuntur? aut est quisquam tam ineptus, qui credat esse homines, quorum vestigia sint superiora, quam capita? aut ibi quæ apud nos iacent, in-versa pendere? fruges, et arbores deorsum versus crescere? pluuias, et niues, et grandines ^{b.c} sursum versus cadere in terram? Et miratur aliquis ^d hortos pensiles inter septem mira narrari; quum philosophi et agros, et maria, et vrbes, et montes pensiles faciant? Huius quoque erroris aperienda nobis origo est. Nam semper eodem modo falluntur. Quum enim falsum aliquid in principio sumserint ^e, veri similitu-

^b) Fuisse Seneca inter Stoicos ait] Hoc non exstat in reliquis Senecæ. Cell.

ⁱ) perisissent] Tribus syllabis perisissent MSS. in his Reimm. et Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Iunt. Ald. Paris. Crat. quod minus scite Gryph. Betul. Tornæs. et Thomas. cum reliquis in: perisissent mutarunt. Vid. 3. 20. 17. not. perisisset. Ita solent optimi scriptores Liu. 1. 49: perisse. L. 2. 40: inuidia - oppres-sum perisse. L. 2. 50. fin. perisse, et scæpius. Sic Plinius L. 2. ep. 14. add. Brouchus. ad Propert. L. 2. Eleg. 24. 31. p. 232. Conf. Lact. 1. 12. 8: interisisset. de Mort. Perf. 18. 4: redisse. Büñ.

^a) inum aliquid] Rost. Ven. 1471. 97. Pier. Parrh. Iunt. Ald. Paris. Crat. Gymn. Numquid aliquid. non male. At MSS. Lipf. Goth. Reimm. num quid, et sufficit. Büñ.

^b) et niues, et grandines] Pluratiuo numero grandines Goth. et Lipf. Cell.

^c) et niues, et grandines] Vtrumque pluratiuo numero MSS. e. g. Reimm. et omnes veteres editiones Sublac. Rost. Ven. 1471 - 1515. Iunt. Paris. Crat. Gymn. In meis singularem grandinem inuexit Gryph. quem Thom. Tornæs. et reliqui incaute sequuntur. Pluralis sæpe in Cicero-ne obuius; e. g. L. 2. N. D. c. 5: nim-bis, niuisibus, grandinibus, imbribus. Sic Plin. H. N. L. 2. 38: hinc grandines - ruunt grandines. c. 39: conacti in niues aut glaciati in grandines. Büñ.

^d) Et miratur aliquis] De hac elegantia noto ad L. 3. 28. 10. Opif. 16. 10. Büñ.

^e) sumserint] Sic MSS. Lipf. Goth. Reimm. Rost. Ven. 1493. 97. et reliquæ edd. recentiores, postea vtro omnes n. 3: habuerint. Büñ.

^f) in

litudine inducti; necesse est, eos in ea, quæ consequuntur, incurrere *f.* Sic incidunt in multa ridicula, quia necesse est falsa esse, quæ rebus falsis congruant. Quum autem primis habuerint fidem, qualia sint & ea, quæ sequuntur, non circumspiciunt, sed defendunt omni modo; quum debeant prima illa, vtrumne vera sint, an falsa, ex consequentibus iudicare. Quæ igitur illos ad-antipodas *b. i.* ratio perduxit? videbant siderum cursus in occasum meantium, solem atque lunam in eandem partem semper occidere, atque oriri semper ab eadem. Quum autem non perspicerent, quæ machinatio cursus eorum temperaret, nec quomodo ab occasu ad orientem remearent; cælum autem ipsum in omnes partes putarent esse deuexum, quod sic videri, propter immensam latitudinem necesse est; existimauerunt, rotundum esse mundum, sicut pilam, et ex motu siderum opinati sunt cælum volui, sic astra solemque, quum occiderint, volubilitate ipsa mundi ad ortum referri. Itaque et æreos *k. l.* orbis fabricati sunt *m.*, qua-

finea-incurrere] Rectius ita plures, MSS. quam Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. Paris. in ea-currere. Bün.

g) qualia sint ea] Restitui SINT ex Bon. Per. Vltr. Lips. 1. 3. Goth. Reimm. et Tornæs. 1587. Sic requirit imdoles linguæ, vt n. 11. L. 5. 10. 1. vt possit intelligi, qualia sint. Opif. 3. 19: quod et ipsum quale sit. Bün.

b) Quæ igitur illos ad antipodas ratio perduxit] MSS. Angl. AD adiciunt, etiam vet. edd. Rom. et Ven. Eleganter sane et ex vsu linguæ. Cell.

i) ad antipodas - perduxit] Etiam Merton. Goth. Lips. tert. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. Paris. Parrh. Gymn. Betul. Tornæs. 1548-1614: ad antipodas. Sed omisso ad Iunt. Ald. Gryphius, vnde in Thomas. et reliquis edd. irrepfit. Laudarem, si legisset: Qua-illos Antipodas ratio PRODUXIT, i. e. adinuenuit, vt n. 8: Sic pendulos Antipodas

cali rotunditas adinuenuit. Notum notas syllabarum *p* (per) et *p* (pro) sæpe confundi, contra Lactantii errorem et rotunditate terræ præter ceteros Cellar. Not. Orb. Ant. L. 1. c. 7. p. 28. sqq. Bün.

k) Itaque et æreos orbis] Ita plures scripti: at veteres edit. *atherios* Cell.

l) æreos orbis] Sic Emman. Goth. Reimm et ex editis Gryph. Tornæs. 1548-1614. Betul. Thomas. et sqq. Lips. alter pessime: itaque et aer et vrbs fabricari. Illud *atherios* aut *atherios* in antiquis edd. Rost. Ven. 1471-1515. etc. ex male iunctis *or æreis* ortum puto, vnde illæ omisissæ coniunctæ, et legunt: itaque *atherios*, aut vt Rost. itaque *etherios* exhibent. Pro vera lectione ipse Lact. L. 2. 5. 18-19: *Archimedes-concauo ære -- figuræ in-ære pictas.* Bün.

m) fabricati sunt] deponens, vt Cic. 1. Nat. D. 2. Bün.

7 quasi ad figuram mundi ; eosque cælarunt portentosis quibus-
 8 dam simulacris ; quæ astra esse dicerent. Hanc igitur cæli
 9 rotunditatem illud sequebatur, vt terra in medio sinu eius es-
 set inclusa ^{n.º}. quod si ita esset, etiam ipsam tetram ^p globo
 similem. neque enim fieri posset, vt non esset rotundum,
 quod rotundo conclusum teneretur. Si autem rotunda et-
 iam terra esset, necesse esse, vt in omnes cæli partes eandem
 faciem gerat ; id est montes erigat, campos tendat, maria
 consternat. Quod si esset, etiam sequebatur illud extremum,
 vt nulla sit pars terræ, quæ non ab hominibus cæterisque ani-
 malibus incolatur. Sic pendulos istos antipodas cæli rotundi-
 9 tas atinuenit. Quod si quæras ab iis, qui hæc portenta de-
 fendunt ; quomodo ergo ^{q.º} non cadunt omnia in inferiorem
 illam cæli partem ? hanc respondent ^t rerum esse naturam,
 vt pondera in medium ferantur, et ad medium con-
 nexa sint omnia, sicut radios videmus in rota :
 quæ autem leuia sunt, vt ^t nebula, fumus, ignis, a medio de-
 fe-

ⁿ) vt terra in medio sinu eius es-
 set inclusa] MSS. Cantabr. et Lipf.
 cum ed. Rom. Ven. et Ald. *inclusa* :
 ceteri *conclusa*. Cell.

^o) *inclusa*] Sic Bon. Pen. Pal. Iun.
 Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-97.
 Pier. Parrh. Iunt. Ald. Paris. Crat.
 Gymn. et Tornæs. 1587-1614. Pleræ-
 que ex iisdem antiquis edd. mox quo-
 que *rotundo inclusum*, vbi Reimm.
 vtraque voce omisâ: *rotundo tene-
 retur*. Büin.

^p) *quod si ita esset, etiam ipsam
 terram*] Ita expresse cum aliis MSS.
 Reimm. et Gryph. Tornæs. 1548,
 1614. Betul. Thom. et seqq. Quia
 edd. plures vett. *quod si ita esset, ter-
 ram ipsam globo similem* (omisso
etiam), Heumannus ita rescribit:
*quod si ita, esse terram ipsam globo
 similem*. Mihi videtur facilius esse,
 quam esset post: *quod si ita* subaudi-
 ri. vnde iterum n. 8: *Quod si esset*. L.
 4. 8. 5: *quod si ita esset*. Büin.

^q) *quomodo ergo non cadunt omnia*] Hoc ergo est ex Emman. et Lipf. codd. et edit. vetustis. Abest ab aliis. Cell.

^r) *quomodo ergo non cadunt*] Placet quidem illud *ergo*, quod est quoque in Bon. Cauc. Vltr. sed quod Cellarius scribit, etiam esse *ergo* in edit. vetustis, falsum puto ; ego illud in nulla omnino editione deprehendi. Büin.

^s) *hanc respondent rerum esse naturam*] Hoc ordine, eoque elegantiori edo ex Lipf. tert. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Torn. 1587 - 1614. Pro quo Gryph. Torn. 1548. Betul. Thomas. et sequentes sine necessitate correxerant : *respondent, hanc*. Büin.

^t) *leuia sunt, vt nebula*] Lipf. aliter: *leuia sunt, nebula*. male omisit: vt, quod hic valet: *exempli gratia*. de quo plura ad de Ira 10. 7. Büin.

^u) *de-*

ferantur *, vt cælum petant. Quid dicam de iis nescio, ¹⁰ qui, quum semel aberrauerint *, constanter in stultitia perseverant, et vanis vana defendunt; nisi quod eos interdum pu-
to aut ioci causa philosophari; aut prudentes et scios y mendacia defendenda suscipere, quasi vt * ingenia sua in malis rebus exercent, vel ostentent *. At ego multis argumentis ¹¹ probare possem, nullo modo fieri posse, vt cælum terra sit inferius; nisi et liber iam concludendus b esset, et adhuc aliqua restarent, quæ magis sunt c præsentis operi necessaria. et quoniam singulorum errores percurrere non est vnius libri opus; satis sit pauca enumerasse d. e, ex quibus possit f, qualia sint cetera, intelligi.

XXV.

u) *deserantur*] Sic MSS. et Subl. Rost. Ven. 1471-97. ad 1539. Torn. Pro quo Gryph. Thomas. *differantur*. male. Betul. *deserantur*. vitiose. Bün.

x) *aberrauerint*] Sic plures MSS. et Reimm. et editi omnes. Heum. rescribit: *aberrauerunt*, et sic Lips. tert. in indicatio. Bün.

y) *scios*] Ex hac voce in Reimm. aliquis fecit: *sciēs*, i. e. *sciens*. elegantius diceremus quidem: *prudentes et scientes*; vid. quæ noto ad L. 2. 3. 3: *prudens et sciens*; at his omnes libri: *scios*, qua voce vsus L. 2. 14. 6: *peritos ac verum scios*. conf. Muncker. Vocum Rariarum ad Hyginum. Bün.

z) *quasi vt*] Hoc *quasi* expungendum videtur Heumanno. Deprehendo in omnibus libris. Sic Plautus in Mercat. Proleg. v. 90: *Quasi vt mihi foret custos*. in Apuleii Apol. quædam edd. *quasi vt*, sic quoque Vechner. p. 163. Hellenol. citat, quasi vt capitale (crimen) intenderunt. At Elmenh. p. 276: *quasi capitale*. Ita Lactantius L. 6. 2. 16: *vt quasi*. Bün.

a) *ostentent*] Emman. Cant. Lips. 2. 3. Goth. et Sublac. Rost. Ven. 1471-97. Paris. *ostendunt*, etiam Reimm.

at margo: *ostentant*. fortius sane alii libri et Parrh. Ald. Gymn. Gryph. Betul. Tornæz. Thom. et seqq. *osentent*. Bün.

b) *liber - concludendus*] Goth. *claudendus*, vt Augustin. L. 12. Ciu. D. 27: *liber iste claudendus est*. Bün.

c) *magis sunt*] Plures vett. edd. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. Paris. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. cum MSS. Reimm. *magis sint*. Bün.

d) *pauca enumerasse*] Vet. ed. R. et V. cum scripto Cantabr. *enarrasse*. Cell.

e) *enumerasse*] Sic Lips. Goth. Reimm. Gryph. Tornæz. Bet. Thom. et seqq. Pro quo Cant. Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. Iunt. Crat. Gymn. *enarrasse*. Prius præfero ex Epit. 40. 1. Bün.

f) *possit, qualia sint cetera, intelligi*] Lips. alter: *possent, qualia sint et cetera, intelligi*. Reimm. et vett. edd. pleræque: *possint, qualia sint cetera, intelligi*, hoc sensu: *ex quibus cetera possint intelligi, qualia sint*. Pro recepta a Gryphio, Tornæz. Thom. et seqq. sunt alia MSS. Lips. Goth. et locus ad n. 3. ex Lact. 5. 10. 1. Bün.

a) in

XXV. Nunc pauca nobis de philosophia in commune ^a dicenda sunt, vt confirmata causa ^b peroremus. Summus ille noster Platonis imitator ^c existimauit philosophiam non esse vulgarem; quod eam non nisi docti homines adsequi possint ^d. *Est*, inquit ^e, *philosophia paucis contenta iudiciis, multitudinem consulto ipsa fugiens*. Non est ergo sapientia, si ab hominum cœtu abhorret, quoniam si sapientia ^f homini data est, sine vlllo discrimine omnibus data est, vt nemo sit prorsus, qui eam capere non possit. At illi virtutem humano generi datam sic amplexantur, vt soli omnium publico bono frui velle videantur, tam inuidi, quam si velint deligare ^g oculos, aut effodere ceteris, ne solem videant. Nam quid est aliud hominibus negare sapientiam, quam mentibus eorum verum ac diuinum lumen auferre? Quod si natura hominis sapientiæ capax est; oportuit et opifices ^b, et rusticos, et mulieres, et omnes denique, qui humanam formam

ge-

^a) *in commune*] Restituo ex Bon. Tax. Cauc. Vltr. Goth. illustraui vberius ad L. 3. 21. 2. hic addo ex Tertull. de Patient. *patientia in commune memores*. Apulei. in Florid. p. 347: *quod in commune expediat malle*. Ambros. 1. Off. 28: *Natura omnia omnibus in commune profudit*. In Reimm. et omnibus edd. *in communi*. Heumannus quoque meam lectionem defendit recte. A Lipsf. alterq̄ hæc absunt. Bün.

^b) *confirmata causa*] Bon. *confirmatam causam*. At pro ablatiuo tres Lipsf. Iun. Vltr. Pal. Cauc. Goth. Reimm. et omnes editi. Bün.

^c) *Summus ille Platonis imitator*] Cicero, cuius insequentia sunt verba. Cell.

^d) *possint*] Sic recte Reimm. ex Heumanni quoque mente. Bün.

^e) *Est, inquit, philosophia paucis contenta*] Ciceronis sunt Lib. 2. Tullul. cap. 1. Cell.

^f) *quoniam si sapientia*] Lipsf. tert. et Reimm. hoc ordine: *quoniam sa-*

piencia si. Satis bene, et sic Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. *quoniam sapientia si*. At inepte inserto *igitur* Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. *quoniam igitur sapientia si*, quod recentiores Ald. Crat. Gryph. Thom. sqq. mutarunt in: *quoniam si sapientia*. Bün.

^g) *tam inuisi, quam si velint deligare oculos*] Sic Lipsf. Reimm. et plures antiqui libri. Pro his Emman. *videantur ac si, tamquam inuidi, velint obligare oculos*. vt Curt. L. 6. 11. 15: *dum obligantur oculi*. Goth. *quam si velint claudere oculos*. hoc *claudere* aperte glossam sapit; a qua *vix* Emman. OBLIGARE, (licet et hoc elegans) absoluo. Scilicet notiora vterque codex pro DELIGARE subornarunt; quum vt Quintil. 2. Inst. 17: *deligare vulnus* pro aliorum *obligare, adligare*; sic et *deligare oculos* rectum. Conf. not. ad Lact. 5. 1. 4. Bün.

^b) *oportuit et opifices*] Lipsf. 2. Reimm. *oportuit et opifices*. Placet. Bün.

i) popu-

gerunt, doceri, vt sapiant; populumque ex omni lingua, et conditione, et sexu, et ætate confluere. Maximum itaque argumentum est, philosophiam neque ad sapientiam tendere^{k. l.}, neque ipsam esse sapientiam; quod mysterium eius barba tantum celebratur et pallio^{m. n.}. Senferunt hoc adeo Stoici, qui et seruis, et mulieribus philosophandum esse dixerunt: Epicurus quoque, qui rudes omnium litterarum ad philosophiam inuitat: item Plato, qui ciuitatem de sapientibus voluit componere. Conati quidem illi sunt facere, quod veritas exigebat; sed non potuit ultra verba procedi^{o.} primum, quia multis artibus opus est, vt ad philosophiam possit accedi. discendæ istæ communes litteræ^{p.}, propter vsum legendi; quia in tanta rerum varietate, nec disci audiendo possunt omnia, nec memoria contineri. Grammaticis quoque non parum operæ dandum est, vt in loquendi rationem scias. id multos annos auferat^q necesse est. Nec oratoria

i) *populum-confluere*] verbo Ciceronis eleganti, quo iam vsus L. 2. 6. 14. *Bün.*

k) *neque ad sapientiam tendere*] AD ex MSS. restitutum: et necessarium omnino est. *Cell.*

l) *ad sapientiam tendere*] Sic omnes Angl. Lips. Goth. Reimm. omnesque editi, vt omisium ad ista Thomas. Sphalma sit a sequentibus male propagatum. Bon. neque sapientiam ostendere, non placet. *Bün.*

m) *barba tantum celebratur et pallio*] habitu philosophorum, præsertim Græcorum. Infra Lib. 5. cap. 2. de falso philosopho, *visita sua capillis et pallio prætegebat.* Et Gellius Lib. 13. cap. 8. de eiusdem generis hominibus: *operti barba et pallio, mores et emolumenta philosophia in lingua verborumque artes conuertunt.* *Cell.*

n) *barba-pallio*] Res nota. vid. L. 5. 2. 3. Is. 22. 3. Elmenhorst. ad Apuleium, Sauronem ad Sidon. L. 4. ep. 11. p. 252. Kortbolt. Pagan. Obtræct. 3. 63. p. 468 - 471. Perizon.

ad Aelian. H. V. L. 11. c. 10. p. m. 649. Prodiit *Ouercampii* disl. de vestitu, præcipue pallio veterum Philosophorum, Ienz 1733. *Bün.*

o) *ultra verba procedi*] Goth. et Lips. alter: *progredi passim*, vt *adgrederer passim*. in Cicerone a Vosio obseruatum de Analog. 3. c. 6. fed in Guelf. Reimm. et reliquis: *procedi seruo.* *Bün.*

p) *communes litteræ*] Cic. 2. Orat. 17: *communium litterarum et politiciæ humanitatis expertis.* Sic dixit Lactantius L. 3. 6. 9: *communem scientiam.* *Bün.*

q) *multos annos auferat*] Sic omnes, Sublac. *auferas.* prauè eleganter dictum *auferre.* Cic. Aët. L. in Verr. c. 10: *hi ludi dies quindecim auferens.* Quintil. L. 12. Instit. c. 1: *dati spectaculis dies multum studiis auferunt, huic enim rei peris tempus, quodcumque alteri datur.* Senec. Breu. Vit. c. 3: *dic quantum ex isto tempore - cliens abstulerit.* c. 7: *rens quot dies abstulit.* c. 17: *plus temporis auferunt.* *Bün.*

r) *per-*

ria quidem ignoranda est, vt ea, quæ didiceris, proferre atque eloqui possis. geometria quoque, ac musica, et astrologia necessaria est; quod hæ artes cum philosophia habent aliquam
 12 societatem. quæ vniuersa perdiscere^r neque feminæ possunt, quibus intra puberes annos officia mox vsibus domesticis profutura discenda sunt, neque serui, quibus per eos annos vel maxime seruiendum est, quibus possent^s discere; neque pauperes, aut opifices, aut rustici, quibus in diem victus labore est quærendus. Ob eam causam Tullius ait^t, abhorrere a
 13 multitudine philosophiam. At enim rudes Epicurus accipiet^u. quomodo ergo illa, quæ de principiis rerum dicuntur, intelligent? quæ perplexa, et inuoluta, vix etiam politi^x
 14 homines adsequuntur. In rebus igitur obscuritate implicatis, et ingeniorum varietate confusis, et eloquentium virorum exquisito sermone fucatis, quis imperito, ac rudi locus
 15 est? Denique nullas vmquam mulieres philosophari docuerunt, præter vnã ex omni memoria Themisten^{y. z}; neque seruos, præter vnum Phædonem^{a. b}, quem male seruien-

tem

r) *perdiscere*] Vis inest in composito verbo, notat *penitus et plane discere*. Büin.

s) *possent discere*] Reimm. *possent discere*. bene. Alii: *possunt*. Büin.

t) *Ob eam causam Tullius ait*] cuius sententia sect. 2. modo prolata fuit, *philosophiam consulto fugere multitudinem*, quæ hec inutatis verbis repetuntur. Cell.

u) *rudes - accipiet*] Vid. n. 7. Prope Sueton. de illustr. Grammat. c. 13: *in disciplinam recipiet*. Büin.

x) *vix etiam politi*] Sic omnes præter MS. Tornæs. in margine: *politici*. At *politi* sunt hic, qui L. 1. 21. 5. *liberalium disciplinarum studiis expoliti*: paulo ante hic oppos. *rudes*. Pari modo, vt L. 6. 10. 27: *quod si rudes - - quid putemus hominibus expolitis*. Conf. L. 3. 19. 6. Büin.

y) *vnã ex omni memoria Themisten*] Nulli forsan sæculo, nec antiquitati, doctæ feminæ defue-

runt. Laudatur Themistoclea, soror Pythagoræ: laudantur aliz. Themiste fortassis vxor est Leontii, ad quam Epicurus scripsisse legitur. Diogenes Laërtius in Epicuri scriptis recenset etiam *προς Θμισσαν*. Cell.

z) *vnã - Themisten*] Cic. 2. Fin. 21: *magnis voluminibus de Themista locuti sunt Græci*, et in Pison. c. 26. vbi doctos consulit. De pluribus mulieribus doctis adi Menagii Historiam mulierum Philosopharum, in qua LXV. produxit, adhæret Diog. Laërtio ed. Wetsten. p. 485-498-505. add. eundem ad Laert. L. 10. l. 5. p. 448. Büin.

a) *præter vnum Phædonem*] de quo Gellium videas Lib. 2. c. 18. quæ eundem esse docet, cui Plato librum de immortalitate animæ inscripsit. Laërtius tradit captiuum incidisse in seruitutem. Cell.

b) *vnum Phædonem*] Plures referunt

tem redemisſe ac docuiſſe Cebetem tradunt. Enumerant 16
 etiam Platonem, ac Diogenem, qui tamen ſerui non fuerunt,
 ſed his ſeruitus euenerat: ſunt enim capti. Platonem qui-
 dem redemiſſe Anniceris quidam ^d traditur HS VIII itaque in-
 ſectatus eſt conuiciis hunc ipſum redemptorem Seneca ^e, quod
 paruo Platonem æſtimauerit. Furioſus ^f, vt mihi quidem 17
 videtur, qui homini fuerit iratus, quod non multam pecu-
 niam ^g perdidit. ſcilicet aurum adpendere ^b debuit, tam-
 quam pro mortuo Hectore; aut tantum ingerere numorum,
 quan-

runt alii, ex his Origenes contra
 Celſum L. 3. p. 144. vide ad h. l.
 Spencerum p. 46. et iterum Origenes
 L. 1. p. 50. et p. 152. L. 3. et Gronou.
 ad Gell. Noct. Att. L. 2. c. 18. Lectio
 MSS. Angl. Lipſ. 2. 3. Goth. Reimm.
 et multarum vet. edd. præter unum
Pythagoram merito repudiatur. Büñ.

c) *his ſeruitus euenerat*] Seneca
 ep. 47: *neſcis, qua ætate Hecuba ſer-
 uiri cæperit, qua Croeſus, qua Da-
 rii mater, qua Plato, qua Diogenes.*
 Büñ.

d) *Platonem redemiſſe Anniceris
 quidam*] Plato, cum Dionyſio, Si-
 cilix tyranno, acerbius de tyranni-
 de reſpondiſſet, ab eo abducendus
 vendendusque traditus eſt Polidi,
 Lacedæmoniorum legato, qui Aegi-
 ſta venalem expoſuit. Redemptus ve-
 ro XX minis ab Anniceri Cyrenai-
 co, et Athenas remiſſus ad amicos.
Diog. Laert. Cell.

e) *inſectatus eſt conuiciis hunc re-
 demptorem Seneca*] quo libro, incer-
 tum. Hodie non exiſtat. *Cell.*

f) *Furioſus*] Heumannus credit,
 Lactantium ſcripſiſſe: *furioſus*. Ego
 vix crediderim. Habent omnes libri,
 in his Reimm. *Furioſus*, et recte; et
 ex indole Lactantii L. 6. 15. 3: *Stoi-
 ci ergo furioſi, qui.* Büñ.

g) *non multam pecuniam*] Sic lego
 ex Bon. Tax. Pen. Vltr. Goth. Lipſ.

altero, Reimm. Sublac. Roſt. Ven.
 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. et
 Tornæ. 1587-1614. Pro quo Lipſ.
 tert. *multam pecuniarum*, et Parrh.
 Iunt. Ald. et reliqui: *multum pecu-
 nia* exhibent. Ex oppoſito Apuleius
 L. 9. Met. p. 220: *contraxerant non
 paruas pecunias.* Büñ.

b) *aurum pendere debuit*] Lipſ.
 duo perdere: tertius et Cantabr. *ap-
 pendere.* *Cell.*

i) *aurum adpendere*] Reddo ſcri-
 pturam Bonon. Tax. Pen. Cauc. Iun.
 Vltr. Lipſ. tert. Reimm. Sublac. Roſt.
 Ven. 1471. 72. vtriuſque 78. 93. 97.
 Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Gymn.
 Crat. Betul. Tornæ. 1587-1614. Iſæi,
 Gall. Spark. elegantiore, quam
 Gryphii, Tornæ. 1548. Thomafii
 et Cellarii: *pendere.* In Lipſ. 1. 2.
 et Palat: *perdere* a ſciolo ob præ-
 cedens: *perdidit* fictum. Notæ phra-
 ſes ex Cicerone et aliis: *adpendere*
aurum, nummos, pecuniam, hic re-
 ſpexit ad Plaut. Mercat. 2. 4. 20:
*Achillem orabo, aurum mihi det, He-
 ctôr qui expenſus fuit.* Conf. Homer.
 Iliad. vltimo Libro v. 230: *χρυσὸς
 δε σῆσας εφερεν δεκα παντα
 ταλαντα.* add. Cerdam et Em-
 menesf. ad Virg. 1. Aen. 484. Cic. 2.
 de Orat. c. 67: *cui pro C. Gracchi ca-
 piſe eras aurum repenſum.* Büñ.

k) *Ex*

18 quantum venditor non poposcit. Ex Barbaris vero nullum^k præter vnum Anacharsim Scytham^l: qui philosophiam ne somniasset quidem, nisi et linguam, et (*Gracas*) litteras^m ante didicisset.

1 XXVI. Quod ergo illi poscente natura faciendum esse
 2 senferunt; sed tamen neque ipsi facere potuerunt; neque a
 3 philosophis fieri posse viderunt: sola hoc efficit doctrina cæ-
 4 lestis, quia sola sapientia est. Illi scilicet^a persuadere cui-
 5 quam potuerunt; qui nihil persuadent etiam sibi, aut cuius-
 6 quam cupiditates oppriment; iram temperabunt, libidinem
 7 coercébunt: quum ipsi et cedant vitis; et fateantur, plus
 8 valere naturam. Dei autem præcepta, quia et simplicia, et
 9 vera sunt, quantum valeant in animis hominum, quotidiana
 10 experimenta demonstrant. Da mihi virum, qui sit iracun-
 11 dus, maledicus effrenatus: paucissimis Dei verbis tam placi-
 12 dum, quam ouem, reddam^b. Da cupidum, avarum, te-
 13 nacem: iam tibi eum liberalem dabo, et pecuniam suam ple-
 14 nis manibus^c largientem. Da timidum doloris ac mortis

^k *Ex barbaris - nullum*] sc. enu-
 merant. e sectione 18. Plura talia notaui ad L. 2. g. 48. Bün.

^l *Anacharsis Scythas*] Scytharum
 regis frater, matre Græca natus, ex
 patria Athenas profectus. *Laert. Cell.*

^m *et (Gracas) litteras*] Paren-
 thesi inclusi (*Gracas*), quam vocem
 non habent Bon. Tax. Pen. Cauc.
 Pal. Vltr. Iun. Goth. Lipf. 1.3. Reimm.
 Emman. Cant. nec vllæ edd. vett.
 Sublac. Rost. Ven. 1471 - 97. Paris.
 1513. At receperunt Aldus et seqq.
 Bün.

^a *Illi scilicet*] Vox scilicet indicat
 hæc ironice dicta. Bün.

^b *sam placidum, quam ouem, red-
 dam*] Eleganter expressit Terent. 4.
 Adelph. 1. 18: *quum feruis maxime,
 sam placidum quam ouem reddo. Placi-
 cidus, placiditas, voces de ouibus
 propriæ. Ouid. 15. Metam. v. 116:*

Quid moruissis oues, placidum^l pecus.
 Conf. not. ad Lact. 6. 15. 3. Bün.

^c *plenis manibus*] hæc vera La-
 ctantii phrasis. Pro qua Emman.
 Cant. Lipf. tert. Reimm. Sublac. Rost.
 Ven. 1471 - 1515. Iunt. Crat. Gymn.
 Ifæus: *propriis manibus. Tornæa.*
 1587 - 1614: *propriis plenisque mani-
 bus. Goth. Lipf. alter, Gryph. Tornæa.*
 1548. Betul. Thomas. Gall.
 Spark. Walch. *plenis manibus. Cic.*
 L. 2. Att. ep. 25: *Hortatus quæsum
 plena manu etc. vbi Corradus notat,
 plena manu esse prouerbiu, vt ple-
 no modio. Sæpe vititur Seneca ad
 Polyb. c. 28: munera plena manus
 congerentem reliquit. Sen. ep. 33: Si
 tamen exegeris, non tam mendico e-
 cum agam, sed plena manu fiet. et
 epist. 120: vidimus, vbi tribuendæ
 esset plena manu dantem. Bün.*

tis^d: iam cruces^e, et ignes, et Phalaridis taurum^f: iam sobrium, castum, continentem videbis. Da crudelem, et sanguinis adpetentem; iam in veram clementiamⁱ furor ille mutabitur. Da iniustum, insipientem, peccatorem: continuo et æquus, et prudens, et innocens erit. vno enim lauacro malitia omnis abolebitur. Tanta diuinæ sapientiæ vis est, vt, in hominis pectus infusa, matrem delictorum stultitiam vno semel imperu^k

ex-

d) *timidum doloris ac mortis*] Pro ea dictione Cic. 2. Fin. c. 20: *timidum ad mortem dixit*. Sed et nostri constructio proba. Seneca L. 3. Ir. 24: *timidus offensarum*. de Vita Beata: *timidus lucis*. Phura Vechner. et Heusinger. ad Hellenox. p. 279. Bün.

e) *cruces*] Vert. Gall. perperam hic vertit: *afflictions*. significat h. l. *patibula*. Bün.

f) *et Phalaridis taurum contemnet*] Sic cod. Gothanus: ceteri et antiquæ editiones: *et pericula et taurum*, sed inepta heic vox *pericula*, et nihil nisi vestigia verioris, *Phalaridis*, habet, quam insulsius amanuensis in *pericula* prauauit: posteriores et hanc, quam viderunt ineptam esse, expunxerunt. Cell.

g) *cruces, et ignes, et Phalaridis taurum contemnet*] Valde variant libri: Lipf. alter: *cruces et picula et aurum contemnent*. Bon. *cruces et ignes, periculum omne et taurum*. Lipf. 1.3. Reimm. Emman. Cant. Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. et Gymn. Thomas. If. Gall. Spark. *et pericula et taurum*. Singularis MS. Cauci: *cruces et ignes et Perilli taurum contemnet*. Perillus enim erat inuentor illius xnei tauri, de quo docte et pluribus Saluagninus ad Ouid. Ibin. 439: *Aere Perillao veros imisere inuencos*, et L. 5. Trist. 1. 53:

Ipse Perillao Phalaris permisit in ore

Edere mugitus et bonis ore queri.

Gothan. *et ignes et Phalaris* (non: *Phalaridis*, vt Cellarius putat) *taurum*. At clare MS. Ultrai. Gryph. Betul. et Tornæ. 1548-1614: *et ignes et Phalaridis taurum contemnet*. conf. Laët. L. 3. 19. 8. et c. 27. 5. Hæc, vbi nemo facile quærat, egregie illustrat Kotholt. de Persecutionibus Eccl. Primit. cap. 4. §. 16. p. 119-122. Bün.

h) *ganeonem*] tabernis et conuiujs turpioribus dantem operam. vide Cortium ad Sall. Catil. 13. 3. p. 90. et c. 14. 2. p. 94. Bün.

i) *in veram clementiam*] Lipf. tert. *per veram clementiam*. Heumann. ex ingenio scribit: *in meram clementiam*. Sic Plinius L. 8. ep. 24: *Achiam dixit veram et meram Graciam*. At *in veram clementiam* est lectio reliquorum MSS. et omnium edd. Seneca L. 1. Clem. c. 11: *hac est vera clementia*. Sæpe tamen *verus* et *merus* confundi Iuretus ad Symmach. L. ep. 25. et Burmann. ad Quintil. 8. Inst. 3. p. 681. docent. Bün.

k) *vno semel imperu*] In plerisque MSS. et Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. tum Gryph. Betul. Tornæ. Thom. et recentioribus SEMEL. pro quo Ven. 1493. 97. Paris. Parrh. Ald. Crat. Gymn. *vno simul imperu*: Sæpe has voces confundi dico ad L. 5. 4. 1: *vt omnes vno semel imperu profigerem*. Bün.

Cc

l) ps-

expellat. ad quod efficiendum, non mercede, non libris,
 11 non lucubrationibus opus est. Gratis ista fiunt, facile, cito ; modo pateant aures, et pectus sapientiam sitiat^l. Nemo vereatur, nos^{m.} aquam non vendimus ; nec solem mercede præstamus. Dei fons vberimus atque plenissimus patet cunctis ; et hoc cæleste lumen vniuersis oritur, quicumque ocu-
 12 los habent. Num quis hæc philosophorum aut vniquam præstitit, aut præstare, si velit, potest ? qui quum ætates suas in studio philosophiæ conterant^o ; neque alium quemquam, neque seipsum, si natura paullulum obstitit, possunt facere meliores. Itaque sapientia eorum, vt plurimum efficiat, non
 13 excindit^p vitia, sed abscondit. Pauca verò Dei præcepta sic totum

l) *pectus-sitiat*] Rost. *pectus-sciat*. prauc. Imitatur Cyprianum L. 2. ep. 2. ed. Erasmi: *nostrum tantum sitiat pectus et pateat*. Bün.

m) *Nemo vereatur, nos aquam*] Angli et vnus Lipsi. ita codices distinguunt. Nemo vereatur, inquit, pauper quamlibet sit, quia ecclesiæ bona non pretio aut mercede venduntur, scilicet aqua baptismatis et lux cælestis gratiæ. Cell.

n) *Nemo vereatur, nos aquam*] Vt Collarius, cuius in explicatione ego adquiesco, comma ponit post *vereatur*, et nos sequentibus iungit. Ita Rost. Nemo vereatur. *nos aquam*. Vtraque Ven. 1478: 93. 97. Paris. 1513: *Nemo vereatur: nos aquam*. Contra post nos distinguunt Goth. Reimm. duo Lipsi. Parrh. Crat. Gymn. Gryph. Tornæs. 1548 - 1614. Bétul. Thomas. Ifæus, Gall. Spark. *Nemo vereatur, nos. Aquam non vendimus*; aut: *nemo vereatur nos, aquam*. Interpres Gall. explicat: *Nul ne craigne d'approcher de nous*. Heumannus ingeniose hic tentat: *Nemo liceatur*; sed hoc a ductibus litterarum nimis abit. Posis, vt in Ciceronis pro Cæcina c. 6: *nemo deturatur*, i. e. *deterreatur*, aut: *Nemo*

mercatur, aut: *mereatur* (i. e. velit mereri) tentare; si opus esset. nam præcescit n. 10: *non mercede opus est*, et n. 11: *GRATIS ista fiunt* etc. Integer hic locus egregie illustratur ex Cypriani L. 2. ep. 2. ed. Bas. et Gryph. in ep. ad Donatum: *Non enim, qui beneficiorum terrestrium mos est, in capessendo munere cælesti mensura vlla vel modus est. Profluens largiter spiritus nullis finibus premitur, nec coercentibus clausuris intra certa metarum spatia refrenatur. Manas fugiter, exuberat adfluenter, nostrum tantum sitiat et patens pectus*. Ibidem nonnullis interiectis: *Nec ad hoc pretiis aut ambitu, aut manu opus est -- sed gratuitum de Deo munus religiosa mente concipitur, et facile est, et, vt sponte sol radiat, dies illuminat, fons rigat, imber irrorat; ita se spiritus cælestis infundit*. Ipse Lact. L. 7. 27. 12: *Et quis est, qui hac bona parare ac acquirere velit? -- Veniant, qui sitiunt, vt aquam saluarem de perenni cælestique fonte plenissimis faucibus trahant*. et L. 1. 1. 22. Bün.

o) *ætates-conterant*] not. c. 30. 7. Bün.

p) *non excindit*] MSS. Angl. Cauc. Vltr.

tum hominem immutant, et, exposito ^q vetere, nouum red-
dunt, vt non cognoscas, eundem esse.

XXVII.

Vltr. Goth. Reimm. Roff. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. 1513: *non excidit, quod zque rectum.* Vid. not. L. 5. 3. 22. Bün.

q) *exposito veteri* Crat. 1521-24. Gymn. Tornza. 1587-1614: *exposito veteri.* Ex qua praua scriptura Heumannus acute finxit: *exspoliato*, quasi Lactantius repetat verba veteris Interpretis Colof. 3. 9: *exspoliantes vos veterem hominem.* Sic offendo in Cypriani Test. ad Quirin. Titulo Lib. 3. capit. XI. ed. Oxf. 53. pro EXPOSITO *priore homine* in Cod. Thu. EXPOLIATO *primo homine.* At in ipso capite XI. f. 66: EXPONITE *prioris conuersationis veterem hominem.* Conf. 1. Test. adu. Iud. 8. ex Col. 2. II: *in expoliatione carnis.* addo sic Ciceronem sumendum de Fato c. 15: *viator bene vestitus causa grasfatori - cur ab eo SPOLIARETUR, i. e. exueretur.* hinc eleganter vertit Castellio Matth. 27. 28 - 31: *ἐξεδυσάρες, spoliatum - ἐξεδύσαν, spoliant eum chlamyde,* et Tertull. L. 3. Marcion. *Primo sordidis induens - dehinc despoliatus pristinas sordes et exornatus.* Conf. Heinsius ad Ouid. T. 2. Burm. p. 899. Non tamen Heumannianam correctionem hic veram puto, multo minus Th. Canteri et Io. Cauci coniecturam, legentium: EXPVNCTO; vtraque enim lectio fide codd. destituitur. Paulo melior Lips. secund. DEPOSITO veteri, sed glosfam sapit. Rectissima EXPOSITO *veteri*, quam comprobant Bonon. Anglic. Pal. Vltr. Cauc. Iun. Lips. 1. 3. Goth. Reimm. Sublac. Roff. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Iunt.

Ald. Gryph. Betul. Thomas. et cum secuti. et recte. Hic est stilus Lactantii et scriptorum veterum S. et ecclesiasticorum. Iterum Lact. 7. 5. 22: *homo caelesti lauacro purificatus exponit infantiam cum omni labe vitia prioris (vbi frustra Heumannus tentat: deponit).* Saepe ita Cyprianus, e. g. contra Demetrianum ed. Basil. f. 103. Oxon. f. 193: EXPOSITA *natuitate terrena spiritu recreati et renati sumus.* L. 2. ep. 2. ad Donatum f. 31. fin. (Oxon. f. 2.) *difficile opinabar - ut quis renasci denuo posset, utque in nouam vitam lauacro aque salutaris animatus, quod prius fueras, exponeret.* Idem Epist. XI. ed. Oxon. f. 26: *conuersationem veteris hominis exponant.* L. 2. ep. 3. in Ox. ed. ep. 63. f. 153: *tristitia omnino exponitur - exponatur memoria veteris hominis.* Idem de Habitu Virginis prope finem: *hominem veterem illic gratia lauacri spiritualis exponunt.* Sic quoque vultuosior (quam vulgata hodierna) versio latina Libro III. ad Quirin. cap. XI. ed. Gryph. p. 67. et ed. Oxon. f. 66: EXPONITE (al. EXPONERE) *veterem hominem, ex Ephes. 4. 22.* Tertullianus quoque de Resurrect. c. 45: EXPONE *veterem hominem.* et cap. 49: *carnem exponeret.* Idem certius probat versis Paullini Nolani Poem. XXIII. 609. 610:

*Ne maneam terrenus Adam, sed
virgine terra*

*Nascar et exposito veteri noua
former imago.*

ibidem v. 65: EXPOSITIS *curis.* i. e. v. 59: *depositis.* Bün.

1 XXVII. Quid ergo? nihil ne illi simile præcipiunt?
 immo permulta, et ad verum frequenter accedunt: sed nihil
 2 ponderis habent illa præcepta, quia sunt humana, et auctori-
 rate maiori, id est diuina illa carent^a. Nemo igitur cre-
 3 dit, quia tam se hominem putat esse, qui audit, quam est ille,
 qui præcipit. Præterea nihil apud eos certi est, nihil, quod
 a scientia veniat^{b,c}: sed quum omnia coniecturis agantur;
 multa etiam diuersa et varia proferantur; stultissimi est ho-
 minis, præceptis eorum velle parere: quæ vtrum vera sint,
 an falsa, dubitatur, et ideo nemo paret, quia nemo vult ad in-
 4 certum laborare^d. Virtutem esse, Stoici aiunt, quæ sola ef-
 ficiat vitam beatam. Nihil potest verius dici. Sed quid, si
 cruciabitur, aut dolore adficietur? poteritne quisquam inter
 carnifices beatus esse? immo vero illatus corpori dolor ma-
 teria virtutis est. itaque ne in tormentis quidem miser est.
 5 Epicurus multo fortius, *Sapiens*, inquit^e, *semper beatus est;*
et vel inclusus in Phalaridis tauro hanc vocem emittet^f: *Suauc-*
 est,

a) *diuina illa carent*] Lipf. tert. et Reimm. *diuina carent*, omisso pronomine, quod abesse potest. Bün.

b) *nihil quod a scientia veniat*] Emman. Goth. et duo Lipf. *ad scientiam*, id est, nihil ita probare possunt, vt certa inde notitia aut scientia nascatur. Alii legunt *a scientia veniat*. Cell.

c) *nihil quod a scientia veniat*] Habet quidem Bon. et Tornæs 1587-1614. vt Cellarius ex Emman. Goth. et Lipf. duabus ediderat: *nihil, quod ad scientiam veniat*. Lipf. 1: *nihil, quod a scientia adueniat*. Restius plures scripti, in his Reimm. Cant. et fere omnes editiones Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. (exceptis illis Tornæsianis): *nihil, quod a scientia veniat*. idem placet Heumanno. Confirmo ex L. 2. 7. 7: *cuius disputatio non ab ingenio, sed a scientia venit*. Conf. L. 3. 3. 1-8: *scientia certi est, opinatio incerti*. L. 3. c. 18. 1: *non*

scientia sed casu inciderunt in veritatem. Bün.

d) *Et ideo laborare*] Hæc in omnibus libris. Heumanno sunt glossæ. Bün.

e) *Sapiens, inquit*] Vide Cicer. in Pison. c. 18. et Tusc. L. 2. c. 7. L. 5. c. 26. et c. 31. quem vt in ceteris verbis, ita et in hoc, quod Epicurum vocat mox *hominem voluptarium*, sequitur. Bün.

f) *vocem emittet*] Goth. *mittet*. Vorstio quidem ad Val. Max. L. 3. c. 2: *vocem mittere* magis placet, quam *emittere*, sed vtrumque elegans. Iterum Laet. L. 4. 18. 9: *nullam vocem ex ore suo emisit*. Ipse Cicero pro Cælio c. 13: *voce sunt contumeliosa -- emissa*. Pro Domo ad Pontif. *vocemque mittenti non et linguam obmutuisse*. Conf. pro Flatco c. 3. de Harusp. Resp. c. 18. pro Sextio c. 19. pro Cælio c. 22. Bün.

est, et nihil curo. - Quis eum non irriserit, maxime, quod homo voluptarius personam sibi viri fortis imposuit, et quidem supra modum? non enim fieri potest, ut quisquam cruciatus corporis pro voluptatibus ducat; quum satis sit, ad officium virtutis implendum perferre ac sustinere. Quid dicitis Stoici? quid tu Epicure? Beatus est sapiens, etiam quum torquetur. Si propter gloriam, patientiæ præmio non fruatur *s. b*; in tormentis enim fortasse morietur: si propter memoriam; aut non sentiet, si occidunt animæ; aut si sentiet, nihil ex ea consequetur. Quis ergo alius fructus est in virtute *i*? quæ beatitudo vitæ? ut æquo animo moriatur *k*? Bonum mihi adfertis vnius horæ, aut fortasse momenti, propter quod non expediat in tota vita miseris et laboribus confici. Quantum autem temporis mors occupat? quæ quum veniat *l*, utrum æquo an iniquo animo *m. n* eam subieris, iam nihil refert.

g) patientia premio non fruatur] Plene sic duo Lipsienses: tertius cum vulgatis *patientia non fruatur*: meliores, etiam Emman. et Goth. *patientia*; sine *premio* vocabulo. Sed deest, quod suppleant Lipsienses. *Cell.*
h) Si propter gloriam, patientia premio non fruatur] Hæc lectio Cellarii plenior quidem et planior. conf. n. 11. Res tamen eodem redit, modo recte distinguas, et explices, si legas cum Bon. Vltr. Cauc. Goth. Emman. *Si propter gloriam patientia* (etiam in tormentis beatus est sapiens); *non fruatur* (ea gloria). Ita interpretatur Thomafius, nec aliter Gall. Ifæus, Walchius ediderunt. Sic lectio MS. lun. Ven. 1493. 97. Paris. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Betul. Gryph. Tornza. *Si propter gloriam patientia non fruatur.* ultiima littera mutata (*patientia*) emendanda. *fruatur* vero, ut Lipsi. tert. Pal. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. utraque 78. vitiosum, sequitur enim bis futurum: *semper, consequetur.* Non adsecutus est sen-

sum interpres Gallicus absurde vertens: *S'il souffre pour avoir gloire, il n'aura pas patience.* Heumannus ex ingenio ea inferit et legit: *Si propter gloriam patientia, ea non fruatur.* Bün.

i) Quis - alius fructus est in virtute] Lipsi. tert. et Reimm. hoc ordine: *Quis alius in virtute fructus est?* Sane idem ordo n. 9: *nullus ex virtute fructus est.* Forte etiam in nostro loco: *ex virtute* cum Heumanno legendum. Bün.

k) ut æquo animo moriatur] Lipsi. alter: *ut æquo, aiunt, animo moriatur* Lipsi. *ut æquo animo moriamur.* Bün.

l) quum veniat] Reimm. cum omnibus edd. *quum venit.* Bün.

m) qua cum veniat, utrum æquo an iniquo] Lipsi. *veniat*; alii *venit*: Angl. Goth. et Lipsi. addunt *an iniquo*, quod etiam in antiquis editis expressum est. *Cell.*

n) æquo an iniquo animo] hoc ordine Lipsi. Goth. Reimm. Tornza. 1587. Editi vero antiqui Sublac. et-

fert. ita fit, vt nihil aliud ex virtute capteretur, nisi gloria.
 9 Sed hæc aut superuacua, et breuis est, aut prauis hominum
 iudiciis non sequetur *o. p.* Nullus igitur ex virtute fructus
 10 est, vbi virtus mortalis est et caduca. Itaque qui hæc lo-
 cuti sunt, vmbra quamdam virtutis viderunt, ipsam virtutem
 non viderunt *q.* defixi enim fuerunt in terram; nec
 vultus suos in altum erigebant, vt eam possent intueri, quæ
 11 sese a cali regionibus ostendebat *r.* Hæc causa est, cur præ-
 ceptis

iam Rost. 1476. (secus ac Heum. tradit) Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Betul. Iſæus: *aquanoimo an iniquo.* Bon. et Thomas. *an iniquo non habent.* Bün.

o) non sequetur] Angl. Goth. et Lipf. *sequetur*; vulgati *sequenda*, quod non cohæret. Bene autem *sequi* gloria dicitur, et debet etiam ac decet. Plinius Lib. 1. epist. 8. sect. 14: *Sequi gloria, non appesi debes.* Iidem libri etiam mox sect. 10: *Itaque, non Ita.* Cell.

p) non sequetur] Exhibent *sequitur* Pen. Ultr. Cauc. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 97. Pier. Parrh. Paris. Gall. Spark. Walch. probante Heumanno. Recte. In præfenti: *sequitur*, Bon. et Iſæus. Thomafius est incertus in marg. *sequetur* ex Bon. et in notis: *sequitur.* Iunt. Ald. Crat. Gryph. Tornæs. Betul. *sequenda.* perperam. Vt ex n. 10: *de vmbra* colligo, noster hic Tullium sibi proposuit imitandum L. 1. Tusc. 45: *Esse nihil in se habeat gloria, cur expetatur, tamen virtutem tanquam vmbra sequitur.* Conf. c. 38. Etiam Seneca L. 5. Benef. c. 1: *Gloria fugientes magis sequitur*, et epist. 79: *gloria vmbra virtutis est, etiam inuitos comitabitur.* Sed quemadmodum aliquando vmbra antecedit, aliquando *sequitur*: *ita gloria aliquando ante nos est - aliquando in aucto est etc.* add. Hieronym. ad Eustoch.

in Epitaph. Paulle f. m. 170. Plura Cortius ad Sallust. Catilin. c. 54. fin. p. 352. sqq. Bün.

q) viderunt - non viderunt] Bon. Pal. Cauc. Iun. Lipf. tres, Goth. bis *videbant - non videbant.* Alterum: *non videbant*, quoque Sublac. Rost. Ven. 1471. 97. Satis bene. Bün.

r) defixi] Reimm. Cantab. Sublac. Rost. Ven. 1471. 97. Paris. Pier. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *deflexi.* At Lipf. Goth. Emman. aliorumque MSS. et Gryph. Tornæs. Thomas, et recentiorum: *Defixi*, in qua voce maior vis inest. Lact. L. 2. r. 19: *oculos suos ab alto deiciunt, soloque defigunt.* Bün.

s) qua sese a cali regionibus ostendebat] MSS. Iun. Pal. Cauc. Lipf. Goth. Thomas. Gall. Spark. Cell. *qua sese a cali regionibus ostendebat.* Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Gryph. Tornæs. Betul. *qua sese cali regionibus ostendebat.* Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Crat. Iunt. Ald. Gymn. *qua sese cali regionibus ostendebat.* His rectius Iſæus: *qua sese a cali regionibus ostendebat.* Parrhasius iam in margine monuerat esse hemistichium Lucretii, hinc Iſæus vt versum hæc imprimenda curauit. Ipse tamen Lucretii versus, quem ex parte expressit, hic est L. 1. v. 65: *Quæ caput a cali regionibus ostendebat.* hinc ita recepimus. In Lipf. altero: *a cali religionibus.* prauè. Bün.

s) ad-

ceptis eorum nullus obtemperet, quoniam aut ad vitia erudiunt, si voluptatem defendunt: aut si virtutem adserunt^z, neque peccato pœnam minantur, nisi solius turpitudinis; neque virtuti vllum præmium pollicentur^u, nisi solius honestatis et laudis; quum dicant, non propter aliud, sed propter seipsam expetendam esse virtutem. Beatus est igitur sapiens in tormentis: sed quum torquetur pro fide, pro iustitia, pro Deo; illa patientia doloris beatissimum faciet. Est enim Deus, qui solus potest honorare virtutem, cuius merces immortalitas sola est. quam qui non adperunt^z, nec religionem tenent, cui æterna subiacet vita^v, profecto neque virtutis vim sciunt, cuius præmium ignorant; neque in cælum spectant, quod ipsi se facere putant, quum res non inuestigabiles^z quærunt; quia ratio in cælum spectandi nulla alia est,

^z) *adserunt*] i. e. defendunt, vt vix præcessit. Bün.

^u) *virtuti - pollicentur*] Praue Gryph. Thomas. Thys. Gall. Cant. et Cellar. *virtute* (auferendi casu) ediderant. nec rectum in Walch. *virtutis*, nam vt: *Peccato pœnam minari*, sic ex opposito: *virtuti præmium polliceri*. Et clare: *virtuti* (dandi casu) in Guelf. Lips. Goth. Witteb. Reimm. et aliis MSS. et omnibus reliquis editionibus Sublac. Rom. Rost. Ven. 1471 - 1515. Pier. Parrh. Paris. Crat. Gymn. Tornæs. Il. Spark. En nouum exemplum, quam incaute Gryphium Thomafius, et hunc supra dicti sæpe expresserint. Bün.

^x) *Quam qui non adperunt*] subaudi: *immortalitatem*. Bün.

^y) *cui æterna subiacet vita*] Hæc verba merum glossemata Heumanno olent; inueniuntur vero in omnibus libris, et videntur tam necessaria; vt alteri membro: *cuius præmium ignorat*. Deinde verbum SVBIACET satis indicat stihm Lactantii, vt L. 1. 5. 9. de Ira 1. 8. c. 18. 14. c. 20.

11. Opif. 19. 3. præ ceteris L. 3. 12. 2. Præterea obseruandum, Lactantio h. l. et alibi: *religionem tenere, religionem suscipere* n. 13. et NB. *Deum colere* n. 14. idem valere. Quaratione idem hic dicitur quod Ioann. XVII. 3. Conf. Lact. c. 28. 1. planius in Epit. 52. 1: *religione suscepta sunt immortalitatis heredes*. Aliis verbis L. 3. 29. 14: *in quo vno (diuini numinis notitia) continetur vita perpetua*. L. 6. 19. 22 - 24: *in Dei agnitione et cultu - est spes omnis ac salus hominis*. et ex contrario L. 4. 27. 16. Bün.

^z) *cum res non inuestigabiles*] Hoc scripti Lips. et edd. Rom. Ven. ac Ald. et Bettil. plene ac Latine. Excidit non e MSS. Anglis: ex editis recentibus in compositionis, qui non *uestigabiles* referunt, qua voce, dubito, an quisquam vsus fuerit. Cell.

^a) *res non inuestigabiles*] Ita cum Lips. habent membranæ Guelf. Goth. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæs. Defideratur tamen adhuc aliunde auctoritas vocis *inuestigabilis*, in sensu

est, nisi aut religionem fuscipere ^b, aut animam suam immor-
 14 talem esse credere. Quisquis enim aut Deum colendum
 esse intelligit, aut immortalitatis spem sibi propositam habet;
 mens eius in cælo est: et licet id non adspiciat oculis; animæ
 15 tamen lumine adspicit. Qui autem religionem non fuscipi-
 unt, terreni sunt, quia religio de cælo est: et qui animam
 putant cum corpore interire; æque in terram spectant, quia
 vltra corpus, quod est terra, nihil amplius vident, quod sit
 16 immortale. Nihil igitur prodest, hominem ita esse fi-
 ctum ^c, vt recto corpore spectet in cælum, nisi erecta men-
 te Deum cernat, et cogitatio eius in spe vitæ perpetuæ tota
 versetur.

I XXVIII. Quapropter nihil aliud est in vita, quo ratio,
 quo conditio nostra nitatur, nisi Dei, qui nos genuit ^a, agni-
 tio, et religiosus ac pius cultus ^b. vnde quoniam philosophi
 a aberrauerunt, sapientes vtique non fuerunt. Quæsierunt
 illi

su adfirmandi. Hinc in sensu ne-
 gandi MSS. Anglicani: *res inuesti-
 gabiles*, quo modo sæpe scriptores
 sacri; sane in antiquo interprete
 Latino hoc frequens. Sic Tertull.
 L. 5. aduers. Marcion. c. 14: vitæ eius
inuestigabiles, αὐτὴ ἔχεται ἄσῳ, ex Rom.
 XI. 33. et adu. Hermog. c. 45. Glos-
 far. Cyrilli αὐτὴ ἔχεται ἄσῳ, *inuesti-
 gabilis*. Augustin. Ciui. D. L. 1. c. 28.
 pr. et L. 12. C. D. c. 14: *quis valeat
 (Dei) altitudinem inuestigabilem in-
 uestigare*. MSS. *uestigare* quo, (in-
 quit editio e congreg. S. Mauri) di-
 ctio inuestigabilem posita intelligatur
 pro: non vestigabilem. Conf. L. 2.
 Confesf. c. 9. add. ad Irenæi Interpr.
 Lat. antiquum notas Grabii f. 75.
 f. 150. not. f. 151. f. 329. f. 332. Tho-
 masii et Isæi antiqui codices, etiam
 Lips. tert. Guelferb. alter, Witte-
 berg. et Reimm. *res non vestigabi-
 les*, et sic Thomasius, Isæus, Gall.

Spark. ediderunt; de cuius tamen
 vocis vsu cum Cellario dubito. Bün.

b) *religionem fuscipere*] Gallæus
 auctor est, Riuetum in notis suis
 MSS. legisse: *susplicere*, sed id con-
 tra codices et n. 15: *qui religionem
 non fuscipiunt*. Conf. L. 2. 1. 1. c. 3. 2.
 c. 5. 17. L. 5. 8. 3. L. 4. princ. L. 4.
 10. 16. Bün.

c) *factum*] Sic plures scripti et vet-
 edd. At Lips. tert. *figuratum*. vid.
 not. 3. 14. 10. Reimm. *factum*. Sæpe
 has voces ipse variat. Sic de Ira 14. 2:
recto corpore ac statu factus est. de Ira
 20: *statu recto figuratus dixit*. Mox
 Lips. alter: *recta mente pro erecta*;
 quia ante: *recto corpore*. Bün.

a) *genuit*] Ita fere omnes, vt L. 5.
 14. 16: *omnes ad sapientiam GENUIT*,
 et alibi. Bonon. *generauit*. de quo
 plura ad L. 3. 14. 10. dixi. Bün.

b) *religiosus ac pius cultus*] L. 5.
 7. 2. variat: *Dei vnici pia et religio(a)
 cultura*. Bün.

c) *in*

illi quidem sapientiam, sed, quia non rite quærebant, prolapsi sunt longius, et in tantos errores ^c inciderunt, vt etiam communem sapientiam non tenerent. Non enim tantum religionem adserere noluerunt; verum etiam sustulerunt, dum, specie virtutis falsæ inducti, conantur animos omni metu liberare. quæ religionis euersio naturæ nomen inuenit. Illi ⁴ enim, quum aut ignorarent, a quo esset effectus mundus; aut persuadere vellent, nihil esse diuina mente perfectum; naturam esse dixerunt rerarum omnium matrem; quasi dicerent, omnia sua sponte esse nata: quo verbo plane imprudentiam suam confitentur. Natura enim, remota providentia et potestate diuina, prorsus nihil est. Quod si Deum ⁵ naturam vocant; quæ peruersitas est, naturam potius quam Deum nominare? si autem natura ratio est, vel necessitas, vel conditio nascendi; non est per se ipsa sensibilis ^{d, e}, quia necesse est ^f, mentem esse diuinam, quæ sua providentia nascendi principium rebus omnibus præbeat: aut si natura est cælum, atque terra, et omne, quod natum est; non est Deus natura, sed Dei opus. Non disfimili errore credunt esse ⁶ Fortunam, quasi deam quamdam res humanas variis casibus illudentem; quia nesciunt, vnde sibi bona, et mala eueniant ^g. Cum hac se compositos ^h ad præliandum putant; nec vllam ⁷ ra-

c) *in tantos errores*] Sic Reimm. cum Goth. Lipf. 1. 3. Gryph. Tornæz. Betul. Thomas. et eos secuti. Vett. edd. Sublac. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Ald. Gymn. *in maximos*. At pessime Lipf. alter: *in altos errores*. Bün.

d) *non est per se ipsa sensibilis*] Notauit singularem elegantiam ad huius Lib. c. 14. n. 13. quam nunc repeto manuscriptis Lipf. et Goth. admonitus. Aliis enim est *per se ipsam*. Cell.

e) *per se ipsa*] Reimm. *per se ipsa*, i. e. ipsa. Nam ipsam notat *ipam*. Bün.

f) *quia necesse est*] Lipf. 2. Goth. Reimm. pro *quia* legunt: *sed na-*

cesse est, cum MSS. *quinque Sparkii, Bün.*

g) *eueniant*] Goth. et Reimm. *ueniunt*. Lipf. tert. *ueniant*. vt MS. Taur. Epit. c. 56: *potest hoc venire*. Multa talia cogessit Munker. ad Fulgent. Mythol. L. 3. c. 6. p. 113. Bün.

h) *Cum hac se compositos*] Verbum gladiatorium, vbi *paria* componebantur, quod et *committere*, *comparare* dicebant. Vid. Lipf. L. 2. Saturn. c. 19. Laët. L. 2. 3. in addit. post n. 6: *duos ad certamen composuit*. Hic Firmianus respexit ad Senec. de Prouid. c. 2: *excepto Deo dignum, vir fortis cum mala fortuna composuit*. ibid. c. 3: *ignominiam iudicis gladi-*

tamen rationem reddunt, a quo, et quam ob causam; sed tantum cum fortuna se digladiari momentis omnibus ⁱ gloriantur. Iam quicumque aliquos consolati ^k sunt ob interitum, amissionemque carorum ^l; fortunæ nomen acerrimis accusationibus prosciderunt ^m: nec omnino vlla eorum disputatio ⁿ de virtute est, in qua non fortuna vexetur ^o. M. Tullius

diator cum inferiori componi. Conf. Minuc. Felic. c. 22. et c. 37. et Schott. ad Senec. 3. Controu. c. 16. p. 229. Bün.

*i) momentis omnibus] Sic recte scripti et pleræque vet. et nouæ edd. præter. Ald. Crat. 1521-24. Gymn. in quibus: *manimentis*. Iterum L. 6. 24. 20: *momentis omnibus alle Vugubliæ*, eleganter more Ciceronis, Cæsaris, aliorum. Bün.*

*k) aliquos consolati] Sic MSS. in his Reimm. Goth. Lips. Gryph. Tornæs. Thom. Betul. et recentiores omnes; at vet. edd. Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. Iunt. Paris. Crat. Gymn. alios, idque Heumannus præfert. Lips. tert. Reimm. et Betul. hoc ordine: *consolati sunt aliquos*. Bün.*

*l) amissionemque carorum] Reimm. obmissionemq; Rost. Ven. 1471. et vtraque 1478: *omissionemq; male. Conf. n. 9: *amiserit carissimam*. Interitus et amissio non raro pro obitu ponuntur. Sic sacri et profani scriptores. Tertullian. de Patient. c. 14: AMISSIO CARISSIMORVM. Conf. c. 9. pr. Cyprianus de Bono Patient. n. 9: *multiplex tentationum qualitas irrogatur de iacturis facultatum de cruciatibus vulnerum*, de amissione carorum. Arnobius L. 2. p. 98: *amissio pignorum*. Seneca ad Marciam c. 7: *ex discesu, non solum amissione carissimorum necessarius morsus est*. add. de Constant. Sap. c. 10. extr. ep. 74: *non adfligitur sapiens liberorum amissione, non amicorum. co-***

dem animo fert illorum mortem, quo suam expectat. Ipse Cicero L. 3. Off. c. 5: *amissio liberorum, propinquorum, amicorum*, et L. 3. Tusc. c. 30. pr. In Lips. altero legitur: *ab interitu amissioneque carorum*. Eleganter sane veteres ab pro ob propter ponunt, vt Gronou. ad Senec. 1. Clem. c. 20. p. 460. et Burmann. ad Ouid. Heroid. IX. 129. p. 132. docent; sed hic a consensu reliquorum non abeundum. Bün.

*m) accusationibus prosciderunt] Goth. *accusationibus prodiderunt*. At reliqui et Reimm. *prosciderunt*, licet Reimm. rubricator littera sibilante inducta male: *prosciderunt* correxerit. Sic Suetonii sunt: *proscindere conuicio, famoso carmine*. Ipse Cicero L. 2. Att. ep. 19: *Gladiatoribus qua dominus, qua aduocati, sibilis conscisfi*. adde, quæ noto ad L. 3. 29. 12: *iniquitatem fortuna lacerant*. Bün.*

*n) disputatio] Reimm. *dispositio*. Solemne hoc huic MS. has voces permutare. vid. not. L. 5. 11. 18. Bün.*

*o) fortuna vexetur] Reuocauit *vexetur* ex MSS. Angl. Goth. Lips. et omnibus edd. ab 1465-ad 1563. per integrum sæculum excusis, item ex Thomasio, Gall. Cant. Sparkio. Fuerat a prima manu in Reimm. errore vnus litteræ: VIXETVR, vnde rubricator in marg. *usetur* i. e. *versetur* fecerat, et sic Tornæs. 1587. quam Cellarius tamen non viderat, non indicans vnde receperit. In Boni.*

lius in sua consolatione pugnas se semper ^p contra fortunam loquitur; eamque a se semper ^q esse superatam, quum fortiter inimicorum impetus retudisset: nec tum quidem ^r se ab ea fractum, cum domo pulsus patria caruerit ^s. tum autem, quum amiserit carissimam filiam, victum se a fortuna turpiter confitetur. *Cedo, inquit, et manum tollo* ^x. Quid hoc

Bon. et Pen. teste Isæo: *vertetur*. vitiose. Non ineptum quidem h.l. *vertetur*; sed quia dixit: *fortunam acerrimis accusationibus profciderunt*, et c. 29. 12: *lacerant*, prætuli: *vexantur*. et recte Gall. *en laquelle ils ne voyent blâmé*. Sic Laët. 7. 22. 12: *non tantum odio habentur, sed vexantur omnibus contumeliis*. Büñ.

p) *pugnas se semper*] Tornæs. 1548-1614. Betul. Walch. *pugnas se semper neglecto pronomine*. At MSS. omnes, in his Reimm. omnesque antiquæ et reliquæ edd. *pugnas se semper*. Est pronomen necessarium, et aliquoties monuitus, Ciceronem et nostrum libenter syllabas tales sibilantes immediate repetere. vid. not. n. 11: *cacos esse se*. Büñ.

q) *eamque a se semper esse superatam*] Lipl. et Goth. *semper* interferunt, quam alii negligunt, forsan quod repetitam ex superioribus crediderunt. Nec vero ingrata repetitio, aut a genio auctoris aliena. Cell.

r) *a se semper*] Illud *semper* non ingraturum in Reimm. et edd. non legitur. Büñ.

s) *nec tum quidem*] hoc est, *et ne tum quidem*. Vulgo *ne tum quidem*; sed copula, vel implicite posita, heic necessario, neque ineleganter, adposita. Cell.

t) *nec tum quidem*] Reimm. *ne*, at vet. edd. Sublac. Ven. 1471-97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Torn. 1587: *nec tum quidem*. Rost. *nec tamen quidem*. Gryph. Torn. 1548. Betul. Thom. et seqq. *ne tum quidem*. Büñ.

u) *caruerit*] Correxì ita, quia mox *amiserit*. vidit quoque Heum. In MSS. interdum per notam *caru'it* i. e. *caruerit* scribitur, quod qui non attendunt, pro eo scribunt, aut imprimunt: *caruit*. In libris est: *caruit*. Büñ.

x) *Cedo, inquit, et manum tollo*] Prætuli et auctoritate Bon. Tax. Pen. Ultr. Iun. Emman. Cant. Goth. Lipl. 2. 3. Reimm. Sublac. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtriusque 78. 90. 93. 97. Paris. 1513. idque cum Petrarca, Patritio, Theod. Cantero Isæus, Gall. Spark. præferunt; neque aliter auctor suppositæ Consolationis in fine dedit. Petrarca in L. 8. Senil. Ep. 1: *Cedo, ait, ego igitur, volens, ne coactus cedam. Cedo, inquam, et manus tollo, non fortune, ut Cicero, sed nature*. Erant vero verba victi in ludis gladiatorii. Seneca L. 5. Benef. c. 3: *victorem facit vox cedentis et tradere iubentis*. vide nos ad Laët. 5. 1. 3: *reivicti manus dare*. Plura Lipsius in Saturnal. et Sauaro ad Sidonii L. 5. ep. 7. p. 315. Nec illud alterum *EN manum tollo*; quod Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæs. Betul. Thom. Cell. et Walch. exhibent, inelegans. Ita inuenio in Hieronymi T. 2. Operum f. m. 141: *EN tollo manus, viciisti*, Placuit quoque *cedimus en* in nonnullis dubiis locis Heinsio ad Ouid. 1. Amor. 2. 10. ed. Burmann. p. 329. Büñ.

y) *qui*

hoc homine miserius, qui sic iaceat? ^y insipienter ^a, inquit ^e; sed qui se profitetur esse sapientem ^b. Quid ergo sibi vult adsumptio nominis? quid contemptus ille rerum, qui magnificis verbis prætenditur? quid dispar ceteris habitus ^c? aut cur omnino præcepta sapientiæ dantur ^d, si nemo, qui sapiat, adhuc inuentus ^e est? Et quisquam nobis ^f inuidiam facit ^g, quia philosophos negamus esse sapientes? quum ipsi nec scire se quidquam, nec sapere fateantur. Nam si quando ita defecerint, vt ne effingere ^b quidem quidquam possint, quod faciunt in rebus ceteris: tum vero ignorantia admonentur; et

y) qui sic iaceat] i. e. sic abiectus, adflictus, fractus sit. Vnde Ciceroni sæpe adflictus et iacens, abiectus et iacens iunguntur. Conf. Laet. M. P. 1. 4. Bün.

z) insipienter] Tornæs. 1548: insipientes. prauè. Tornæs. 1587-1614: insipiens est, inquis. Rectius scripti et reliqui editi: insipienter. vt n. 21: no ipse quidem satis prudenter. L. 1. 22. 7: Insipienter ia quidem. Bün.

a) inquit] Edidi in tertia persona: inquit, iubentibus Bon. Tax. Pen. Cauc. Iun. Vltr. Emman. C. C. C. Goth. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471; 97. Paris. Betul. Quod quia supra captum vulgi Parrh. Ald. Crat. Gryph. Gymn. Tornæs. Thom. et sequentes subornarunt secundam personam: inquit. Sæpe ita Ljuius non habita ratione personæ aut numeri, e. g. Liu. L. 6. 40. Obsecro vos, Tarquinii-bona venia VESTRA liceat-Non, INQVIT, (pro: inquis) licebit. Alia plena manu dat Gronou. ad Liu. L. 34. c. 3. vbi, obseruauimus, inquit, scriptoribus antiquis, in primis Senecæ, perpetuam formulam proponenda aduersationis esse, inquit, sic absolute, vt intelligere videantur, aliquis ex isto numero, aliquis contradicetur. et Bentleius ad Horat. L. 1. Serm. 4. 79. p. 402.

Lipf. alter illud inquit plane neglexit. Bün.

b) sed qui se profitetur esse sapientem] Hic ordo, a me receptus, elegantior in Lipf. altero, Reimm. et Tornæs. 1587. At per interrogationem in Emman. et Goth. sed quis se profitetur esse sapientem? Bün.

c) dispar-habitus] Vid. c. 25. 6. not. Bün.

d) præcepta-dantur] Emm. Reimm. Lipf. tert. Pen. præcepta-dat. Lipf. 1. et Goth. data sunt. Bonon. et Lipf. alter: præcepta-datis. Bün.

e) si nemo, qui sapiat, adhuc inuentus] Lipf. tert. Reimm. et Tornæs. 1587. hoc ordine: si nemo adhuc qui sapiat inuentus. Bün.

f) Et quisquam nobis] huius generis de Opif. 16. 10: Et miratus aliquis etc. Arnob. L. 7. p. 251. 8: Et quisquam est hominum, qui persuadeat. L. 7. p. 292: Et quisquam est hominum, qui credat. Bün.

g) inuidiam facit] not. L. 1. 7. 6. Bün.

h) effingere] Sic MSS. Angl. Lipf. 1. 2. et Sublac. Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Ald. et recentiores rectius, quam Lipf. tert. Goth. Reimm. affingere. vtraque Ven. 1478: affingere. vitiose. MS. Tornæs. 1587. attingere. Bün.

i) ca-

et quasi furibundi exsiliunt; et exclamant, cæcos esse seⁱ, et excordes. Anaxagoras pronuntiat, circumfusa esse terre¹² bris omnia^k. Empedocles angustas esse sensuum semitas queritur; tamquam illi ad cogitandum rheda et quadrigis opus esset. Democritus quasi in puteo quodam sic alto^l, ut fundus sit nullus, veritatem iacere demersam: nimirum stulte, ut cetera^m. Non enim tamquam in puteo demersa^{n. o.} est veritas¹⁴, quo vel descendere, vel etiam cadere illi licebat; sed tamquam in summo montis excelsi vertice, vel potius in cælo; quod est verisimum^p. Quid enim est, cur eam potius in¹⁵ imum depressam^q diceret, quam in summum leuatam? nisi forte mentem quoque in pedibus, aut in imis calcibus^r constituere malebat potius^s quam in pectore, aut in capite.

Adeo

z) cacos esse se et excordes] Hic ordo est ex Lips. tert. et Reimm. et Tornæz. 1587-1614. Bün.

k) circumfusa-tenebris omnia] Cic. 4. Acad. c. 10. et c. 39. pr. latens ista omnia crassis occulta et circumfusa tenebris. Bün.

l) in puteo-alto] i. e. profundo. Sic ipse explicat Ep. 40. 4. noto ad L. 6. 4. 4. Referunt omnes ad Democritum. Cicero c. I. Seneca, Diog. Laertius in vita Democriti L. 9. f. 43. et in vita Pyrrhonis L. 9. f. 72. vnde Io. Pic. Mirandulam epist. 4. ed. Cellar. p. 30. memoriam fecerit se putō, quum Heraculum dixisse in antro latitare veritatem tradit. Bün.

m) ut cetera] Emman. ut ceteri. Sublac. Rost. et cetera. At Lips. Goth. Reimm. utraque 1478. et plurimi: ut cetera. Bün.

n) tanquam in puteo quodam demersa veritas] Cicero I. Academ. cap. 12: Democritus dixit, in profundo veritatem esse demersam. Laertius in Vita: ἐν βυθῶν ἢ αἰλήθεσσι. Pronomen quodam abest a Goth. et Lips. Cell.

o) tanquam in puteo demersa] Goth. Lips. alter: tanquam in puteo-

um (accus.) demersa. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. et reliquæ omnes auferendi casu: tanquam in puteo demersa. Illud quodam, quod Cellarius dicit abesse a Goth. et Lips. non ad hæc nostra verba spectat; sed ad n. 13. vbi plures: quasi in puteo quodam sic alto; vbi Goth. et Lips. alter quodam non habent. De variatione cum acc. et ablat. vid. notas ad L. 6. 23. 8. licet hic in puteum præferam ex Epit. 40. 4. vnde et quodam priori loco defendi potest. Bün.

p) quod est verisimum] Hæc, quæ Heumannus reiecit tanquam glossema, habent omnes libri, iisdem verbis vsus aliquoties, e. g. L. 3. 18. 4. Bün.

q) in imum depressam] Lips. alter: in imo depressam. Bün.

r) in imis calcibus] Lucret. L. 3. 792: In capite -- aut imis calcibus. Bün.

s) malebat potius] Ita MSS. et editi per pleonasmum haud rarum. vid. Fabric. et Hotomann. ad Cic. in Cæcil. diuinat. c. 6. Plura Heusinger. ad Vechneri Hellenol. p. 168. et not. ad LaC. 5. 12. 10. Bün.

z) sta-

16 Adeo remotissimi fuerunt ab ipsa veritate ; vt eos ne status
 17 se quærendam. Ex hac desperatione confessio illa Socratis
 nata est ; qua se nihil scire dixit, nisi hoc vnum, quod nihil
 sciat. Hinc academiæ disciplina manauit : si tamen disciplina
 18 dici potest, in qua ignoratio et discitur, et docetur. Sed
 ne illi quidem, qui scientiam sibi adsumserunt, id ipsum, quod
 19 se scire putabant, constanter defendere potuerunt. Qui,
 quoniam ratio illis non quadrabat * ; per ignorantiam rerum
 diuinarum tam variū, tam incerti fuerunt, sibi que sæpe con-
 traria disferentes, vt quid sentirent, quid vellent, satis statue-
 20 re * ? ac diiudicare non possis. Quid igitur pugnes aduer-
 sus eos homines, qui suo sibi gladio pereunt * ? quid labores,
 vt eos destruas, quos sua ipsos^a destruit atque adfligit^b oratio ?
Aristoteles (inquit Cicero^c) *veteres philosophos accusans^d*, ait
 eos

t) *status - corporis*] scil. rectus et excitatus, quod sæpius vrget. Bün.

u) *ratio illis non quadrabat*] noto ad L. 7. 3. 17. c. 5. 2. Walch. vitiose: *ratio illis cum quadrabat*. Bün.

x) *satis statuere ac diiudicare*] SATIS abest a recentibus: habent veteres, scripti et excusi. Cell.

y) *satis statuere*] Satis abest quod a Bon. et Cauci, Lipf. 2do, et Goth. MSS. At habent cum Lipf. Iun. Emm. Cant. Cotton. C. C. C. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Gymn. Gryph. Bet. Tornæs. Bün.

z) *suo sibi gladio pereunt*] Lipf. alter: *suo se gladio perimunt*, quæ sunt ex glosa. Recepta nititur fide fere omnium MSS. omniumque editionum, et recte. Expressit Terentii Adelph. 5. sc. 8. extr. *suo sibi gladio hunc ingulo*. vide quæ de formula: *suis sibi* adnotauimus ad L. 2. 5. 6. add. Dauis. ad Cæf. L. 1. B. Gall. c. 9. Bün.

a) *quos sua ipsos*] Lipf. alter: *quos sua ipsa*. eleganter et Ciceronis more pronomina coniunguntur. Sæpe

ita Lactantius, e. g. L. 6. 4. 20: *suis ipsi tormentis occupati*. Bün.

b) *destruit atque adfligit*] Emman. Cant. Lipf. tert. Reimm. Tornæs. MS. et Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. 1513: *destruit atque afficit*. At alii MSS. Lipf. Goth. et Parrhas. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæs. Thomas. reliqui: *destruit atque adfligit*. quod illustrat Epit. 32. 1. Bün.

c) *inquit Cicero*] *Locus*, ait *Besuleius*, *hodie non exstat*. Immo vero exstat et integer in Libro tertio Tuscul. c. 28. vnde diuersis typis eum hic imprimendum curauim. Bün.

d) *accusans*] Sic Pal. Iun. Cauc. Vltr. Lipf. Goth. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. et recte cum Cicerone; quia in Ven. 1493. et 97. corrupte: *accusant*, hinc quasi emendaturi Parrh. Crat. Ald. Gymn. *accusauit* fecerunt; sed de nouo Paris. 1513. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. et sequentes: *accusans*. Bün.

eos aut stultissimos, aut gloriosissimos fuisse, qui existimasent philosophiam suis ingeniis esse perfectam: sed se videre, quod paucis annis magna accessio facta esset, breui tempore philosophiam plane absolutam fore. Quod igitur fuit illud tempus? ²¹ quo more? quando est, aut a quibus absoluta? nam quod ait stultissimos fuisse, qui putassent ingeniis suis perfectam esse sapientiam; verum est: sed ne ipse quidem satis prudenter, qui aut a veteribus ceptam, aut a nouis auctam, aut mox a posterioribus perfectum iri putauit. numquam enim pot- ²² est inuestigari, quod non per viam suam quaeritur.

XXVIII. Sed repetamus id, quod omisimus. Fortuna ¹ ergo per se nihil est: nec sic habendum est ^a, tamquam sit in aliquo sensu ^b: siquidem fortuna est accidentium rerum subitus atque inopinatus euentus. Verum philosophi, ne ² aliquando non errent, in re stulta volunt esse sapientes; qui fortunæ sexum mutant; eamque non deam, sicut vulgus, sed deum esse dicunt. Eundem tamen interdum naturam, inter- ³ dum fortunam vocant; quod multa (inquit idem Cicero) effi-

e) tempus? quo more? quando est] Verba: quo more interposui ex Emman. Cant. Lips. primo, tertio, Reimm. Iun. et edd. Paris. 1499-1513. Gymn. 1539. Crat. 1521-24. Betul. Gall. Sparkio; ex prima littera vocis: more m, in aliis, vt saepe, fecerant: in. vnde Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Iunt. Ald. Gryph. ediderant: tempus? quo in ore? hinc Heumannus fingeat: tempus? QVA IN ORA. Plane vero illas duas voculas omiserunt Bon. Cauc. Goth. et edd. Thomas. et Ifzi; certe, quando post tempus aptius sequeretur; aut ita ordinandæ voces essent, tempus? quando est, QVO MORE aut (forte: et) a quibus absoluta? Vfus rarior probari potest ex Cic. L. I. Inuent. 25. pr. In victu considerare oportet, apud quos, et quo more, et cuius arbitratu sit educatus. Bün.

a) sic habendum est] Lips. alter: sic habenda est. Eleganter Cic. de Amicit. c. 25: sic habendum est, nullam in amicitiis pestem esse maiorem, quam adulationem. Laët. 2. 3. 12: sic habuerunt. 3. 19. 12: sic habent. Bün.

b) tamquam sit in aliquo sensu] Ita constanter libri. Heumannus, Lege, inquit, TAMQVAM SIT ILLI ALIQUIS SENSUS: ac sensus reperi in ed. 1497. Sane planior esset locus, at in ed. 1497. est merum vitium typorum; nam ed. 1493. quam illa plane refert, habet cum reliquis: sit in aliquo sensu. Sine præpositione Cicero L. 2. Nat. Deor. 15: id animal et sensu acerrimo et mobilitate celerrima esse. Sed notum est veteres saepe in addere. Præter alios Apuleius plenus exemplorum, maxime libro II. Metam. Bün.

c) im-

- efficiat, inopinata^{c. d} nobis propter obscuritatem, ignorationem-
que causarum. Quum igitur causas ignorent, propter quas
fiat aliquid; et ipsum, qui faciat, ignorent, necesse est.
- 4 Idem in opere valde serio^e, in quo præcepta vitæ deprompta ex
philosophia filio dabat, magnam, inquit, esse fortuna vim in
utramque partem, quis nesciat? nam et quum prospero statu
eius utimur, ad exitus peruehimur ^f optatos; et, quum re-
5 flauerit ^g, adfigimur. Primum, qui negat sciri posse quid-
quam, sic hoc dixit, tamquam et ipse, et omnes sciant. dein-
de, qui, etiam quæ clara sunt, dubia conatur efficere; hoc pu-
tauit esse clarum; quod illi esse debuit vel maxime dubium.
- 6 nam sapienti omnino falsum est. Quis, inquit, nescit^h?
Ego vero nescio. Doceat me, si potest, quæ sit illa vis, qui
flatus iste, et qui reflatus. Turpe igitur est, hominem inge-
7 niosum id dicere, quodⁱ, si neges, probare non possit. Po-
stremo, quod is, qui dicit, adensus esse retinendos^k, quod
stulti fit hominis, rebus incognitis temere adsentiri; is plane
vul-

c) *improvisa nec opinata*] Angl. MSS. hæc coniungunt, et ipse Cicero, cuius verba Lactantius ex Lib. 1. Academ. c. 7. extremo profert. Vulgo, *efficiat inopinata*. Cell.

d) *efficiat improvisa nec opinata*] Cellarius e-
diderat: *efficiat improvisa nec opinata*. Angl. MSS. hæc coniungere adfirmans. At nec vola nec vestigium h. l. in *Anglicanis*. editio enim Cant. 1685. et Spark. Ox. 1684. nihil variationis hic adnotarunt. Vt edidi, habent Lips. Goth. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. omnesque reliquæ. Bün.

e) *Idem in opere valde serio*] Lib. 2. Offic. cap. 6. verbis quibusdam leuiter mutatis. Cell.

f) *peruehimur*] Hanc lectionem cum Cicerone conuenientem recepi ex Reimm. MSS. et Tornæs. 1587. ubi ante editum: *peruenimus*. Sic Op. 12. 8. loco *prouenire* in Reimm. *prouehi*. vide notas ad Laët. 7. 27. 1: *ad metam peruecti sumus*, et de Ira 13. 6: *ad portum - peruehatur*. Bün.

g) *reflauerit*] Emman. et Goth. *respirauerit*. Receptam Ciceronis codices habent, et ipse Laët. n. 6: *qui flatus - et qui reflatus*. hinc patet illud veteris: *inflauit*, quod perplacebat Guilielmio in Ciceronis L. 2. Off. 6. non esse rectum. Bün.

h) *Quis, inquit, nescit*] Leuis permutatio, etiam superius admissa. In dicto Ciceronis loco *ignorat* est. Cell.

i) *id dicere, quod*] Hunc ordinem recepi ex Lips. tert. Goth. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. utraque 78. Paris. 1913. et Tornæs. 1587. Omiserunt *id* Ven. 1493. 97. At Parth. et sequentes: *dicere id, quod*; pronomina eleganter iunguntur alias, hic vero altera lectio visa gratior. Bün.

k) *adensus esse retinendos*] i. e. vt statim: *non temere adsentendum esse*. Bün.

l) *cu*

vulgi et imperitorum opinionibus credit, qui fortunam putant esse, quæ hominibus tribuat bona et mala. nam simulacrum eius cum copia, et gubernaculo ^l fingunt; tamquam hæc et opes tribuat; et humanarum rerum regimen obtineat. Cui opinioni et Virgilius ^m assentit, qui fortunam omnipotentem vocat; et historicus, qui ait ⁿ: *Sed profecto fortuna in omni re dominatur.* Quid ergo ceteris diis loci superest? ⁹ cur non aut ipsa regnare ^o dicitur, si plus potest, aut sola colitur, si omnia? vel, si tantum mala immittit, aliquid causæ proferant, cur, si dea sit, hominibus inuideat, eosque perditos cupiat, quum ab his religiose colatur: cur æquior sit malis, iniquior autem bonis: cur infidietur; adfligat, decipiat, exterminet ^p: quis illam generis hominum vexatricem ^q perpetuam constituerit: cur denique tam malam sortita sit potestatem, ut *res cunctas ex libidine magis, quam ^r ex vero celebret, obscuretque ^s.* Hæc, inquam, philosophos inquirere ¹¹ oport-

^l *cum copia, et gubernaculo*] i. e. cum cornu copix et gubernaculo. vid. Muncker. ad Hygin. fab. 31. p. 77. effigiem ex nummis antiquis exhibent Gronou. ad Senecæ Medeam 1. 65. et Montfaucon. Antiquit. Expliqu. T. 1. Bün.

^m *Cui opinioni et Virgilius*] Lib. 8. Aeneid. v. 334. Cell.

ⁿ *et historicus, qui ait*] Sallustius Catil. cap. 8. Cell.

^o *aut ipsa regnare*] Heumannus: scribo, inquit, *aut ipsis, subaudi: diis.* At constanter libri: *ipsa.* ex sequentibus subaudio: *sola: aut ipsa sola regnare dicitur,* (sc. loco motis ceteris diis n. 9.) Sic de Mort. Persl. c. 18. priori loco subaudit PARES: inter duos (PARES) posse concordiam servari, inter quatuor pares nullo modo. Plura eiusmodi Broukhuf. ad Propert. L. 2. 24. 12. p. 230. Bün.

^p *decipiat, exterminet*] Reimm. *decipiet, exterminet,* lego: *decipiat, exterminet,* ut Tornæ. 1587-1614.

ut sit asyndeton nostro frequens. Alii: *decipiat et exterminet.* Bün.

^q *generis hominum vexatricem*] Goth. Reimm. *generi hominum,* respectu verbi: *constituerit;* genitivus pendet a: *vexatricem.* ut L. 2. 15. fin. *vexatores haminum.* Bün.

^r *ex libidine magis, quam.* Goth. *ex libidine quam,* omisso: *magis.* et sic Gruterus in Sallust. h. l. et Bernegger. ad Iustin. L. 6. 1. 5. legere malebant. At quia in Laetantio ceteri MSS. in his Guelferb. Reimm. et omnes edd. etiam, teste Cortio, fere omnes in Sallustii Catil. 8. p. 55. (vnde hæc habet Laetantius) *magis* seruant, et, quod merito obseruo, Augustinus de Ciuit. D. L. 7. c. 3. eiusque MSS. in bis citato Sallustii loco constanter illud: *magis* exhibent; præstat *magis* hic retineri. Gothanum sapius *magis,* potius subaudire, ostendi ad L. 1. 3. 7-11. et ad librum de Opif. 19. 10. Bün.

^s *celebret, obscuretque*] Heumannus Dd nus

oportuit potius; quam temere innocentem accusare fortunam: quæ etiam si sit aliqua; nihil tamen adferri ab his potest, cur
 12 hominibus tam inimica sit, quam putatur. Itaque illæ omnes orationes, quibus iniquitatem fortunæ lacerant; suasque virtutes contra fortunam superbissime* iactant; nihil aliud
 13 sunt, quam deliramenta inconsideratæ leuitatis. Quare non inuideant nobis, quibus aperuit veritatem Deus: qui sicut scimus, nihil esse fortunam; ita scimus, esse prauum ac subdolum spiritum, qui sit inimicus bonis, hostisque iustitiæ, qui contraria faciat, quam* Deus, cuius inuidiæ causam in secundo libro* explicauimus. Hic ergo insidiatur vniuersis:
 14 cundo libro* explicauimus. Hic ergo insidiatur vniuersis:
 sed

nus legendum censet: *obscuræ*. Adversantur vero omnes omnino Sallustii, Lactantii, Augustini scripti et excusi, que non ve exhibentes. Bün.

1) *iniquitatem fortuna lacerant*] Cic. XI. Philipp. 2: *quum verborum contumeliis optimum virum lacerasset*. Val. Max. L. 4. c. 4. extr. *Quid fortunam, quasi præcipuum generis humani malum diuturnis conuiciis laceramus*. Conf. not. Laet. 3. 28. 8. conf. Burmann. ad Calpurn. Flacc. Declam. 50. p. 838: *Quousque fortunam facimus humanorum negotiorum ream?* Bün.

u) *superbissime*] ex Cicerone. vid. Falster. Supplem. Linguae Lat. p. 333. Bün.

x) *qui contraria faciat, quam Deus*] Sic omnes libri, veteres, novi, manu exarati, typis expressi. Si forte infolens videtur, *contrarius, quam*; scias, *contrarium* cum *ac* vel *atque* componi, quæ vocalæ vim eandem, quæ *quam*, habent. Cicer. in Verr. 3. c. 46: *contrarium decreuerat, ac paullo ante decreuerat*. Et Somn. Scip. c. 4. de planetarum motu: *qui versantur retro, contrario motu atque calum*. Sic dicimus *Contra ac, contra atque, contra quam*, eodem sensu. Nota priora: de *quam* non minus testes obuii. Pro Cluentio c. 5:

contra quam fas erat. Lib. 2. de Oratore c. 20: *clamare contra quam deceat*. Quidni et *Contra quam*, sicut cum *ac* et *atque*, eadem notione, licitum sit dicere? Cell.

y) *contraria faciat, quam Deus*] Sic et nostri omnes, in his quatuor Guelferb. Witteb. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. Paris. Gymn. Crat. Iunt. Gryph. etc. *Contra quam* minus rarum, et præter Ciceronem c. c. 1. l. et ad Hærenn. L. 4. c. 3. Serrec. L. 3. Ira 6. vsus ipse Lactantius L. 5. 8. 3. L. 6. 15. 14. et multis illustrarunt Io. Fort. Ringelberg. in libello de vsu vocum, quæ non flectuntur. In Oper. Lugd. 1556. p. 125. Item Hadr. Cardinalis, Gifanius, Tursellinus, Scioppius, Schorus, cuius tamen censura nimis dura propter nostrum hunc locum, quum *barbari*, inquit, *dicunt contrarium facere quam* etc. Scriptores sacri non alieni sunt ab hoc loquendi vsu. Ego tale exemplum deprehendi sine vlla MSS. variatione in Augustini de Ciuit. Dei L. 8. c. 24: *qui (Deus) hac contrariis causis, quam instituta sunt, abstulit*. Melius tamen noster Firmianus de Ira c. 3. 3: *qui contraria Deo faciat*. Bün.

z) *in secundo libro*] c. 9. c. 14. c. 15. c. 16. Bün.

a) *qui*

sed eos, qui Deum nesciunt ^a, errore impedit, stultitia obruit, tenebris circumfundit ^b, ne quis possit ad diuini nominis ^c peruenire notitiam: in quo vno et sapientia continetur, et vita perpetua: eos autem, qui Deum sciunt, dolis et astu ^d adgre-15 dirur, vt cupiditate ac libidine irretiat, ac peccatis blandientibus ^{e, f} deprsuatos, impellat ad mortem, vel, si dolo nihil profecerit, vi et violentia ^{g, h} deicere ⁱ conatur. Iccirco enim in 16 primordiis transgressionis non statim ad pœnam detrusus a Deo est, vt hominem malitia sua exerceat ad virtutem; quæ nisi agiterur ^k, nisi assidua vexatione ^l roboretur; non potest esse per-

a) qui Deum nesciant] Præfero hunc ordinem ex Reimm. et Tornæs. 1587. quia ita sæpe posuit, et mox n. 15: qui Deum sciunt. Bün.

b) tenebris circumfundit] Præsens requirunt antecedentia, et clare Angl. Goth. Reimm. Roff. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. 1498-1513. Gymn. Betul. quatuor edd. Tornæs. Isæus: circumfundit. vbi perperam Ven. 1493. 97. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gryph. Thomas. Spark. Cell. Walch. circumfundit, in præterito. de vitio huic contrario noto ad L. 4. 8. 2. Bün.

c) diuini nominis] Sic libri omnes. Heum. numinis legit, et in quo vno recte explicat: in sola diuini nominis notitia. Conf. L. 4. 27. 16. Bün.

d) dolis et astu] Bon. Tax. Pen. Iun. Lipf. alter, Reimm. Isæus: dolis et astu. Pro quo notius astutia plures, et Goth. astutis habent. Bün.

e) peccatis blandientibus] Angli, Goth. et Lipf. codices, et Rosu. ed. ita referunt: vulgati, peccati blandimentis. Cell.

f) peccatis blandientibus] Confirmatur hæc lectio ex Bon. Tax. Pen. Iun. Reimm. Tornæs. MSS. Sublac. Roff. Ven. 1471. 72. vtr. 78. Isæo. Bün.

g) profecerit, violentia] quidam addunt, vi et violentia, quas voces scripti Anglicani, et vetus Rom. liber respuunt. Cell.

h) profecerit, vi et violentia] Sic quoque Reimm. et Tornæs. MS. Sublac. Ven. 1471. Roff. Ven. 493. 97. Paris. 1513. Iunt. Ald. At copula plenius Lipf. alter: profecerit, etiam violentia. eodem sensu Parrh. Crat. Gymn. profecerit, et violentia. Plenissime Gothan. Ven. 1472. vtraque 478. Gryph. Betul. Thomas. Gall. If. Spark. profecerit vi et violentia; quæ lectio nec Heumanno nec mihi displicet; vt enim duabus vocibus: dolis et astu n. 15. dixit, sic vi et violentia. Bün.

i) deicere] L. 4. 27. 17. not. Bün.

k) qua nisi agiterur] L. 5. 7. 9: virtus agitata malis quatientibus stabilitatem capit, et quanto frequentius impellitur, tanto firmitus roboratur. Sic arbores ventis agitari dicuntur. vid. Burmann. ad Ouid. Heroid. 14. 39. p. 187. et ad L. 1. Metam. 303. p. 45. et ad L. 7. 586. p. 519. Bün.

l) nisi assidua vexatione roboretur] MSS. Lipf. tert. et edd. Sublac. Roff. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. 1513: nisi plene exhibent. et Reimm. nisi vexatione assidua. Illud ni ex Parrh. ad reliquos transit. Seneca Prouid. c. 4. fin. Non est arbor solida, nec fortis, nisi in quam frequens ventus incurrat; ipsa enim vexatione confringitur et radices certius figit. Bün.

Dd 2

m) vir-

perfecta, siquidem virtus est perferendorum malorum fortis ac inuicta patientia. Ex quo fit, vt virtus nulla fit, si aduer-
 17 sarius desit ^m. Huius itaque peruersæ potestatis quum vim sentirent virtuti repugnantem, nomenque ignorarent; fortunæ vocabulum sibi inane finxerunt: quod quam longe a sapientia sit remotum, declarat Iuuenalis his versibus ⁿ:

*Nullum numen habes °, si sit prudentia: sed nos
 Te facimus, Fortuna, deam, caloque locamus.*

18 Stultitia igitur, et error, et cæcitas, et, vt Cicero ait ^p, ignorantio rerum atque causarum. Naturæ ac Fortunæ nomina in-
 19 duxit. Sed vt aduersarium suum nesciunt; sic nec virtutem quidem sciunt, cuius scientia ab aduersarii notione descendit. quæ si coniuncta est cum sapientia, vel, vt ipsi dicunt, eadem ipsa sapientia est; ignorent necesse est, in quibus rebus fita sit.
 20 Nemo enim potest veris armis instrui, si hostem, contra quem fuerit armandus, ignorat: nec aduersarium vincere, qui in dimicando non hostem verum, sed vmbra petiit. Prosterneatur enim, qui alio intentus, venientem vitalibus ^q suis ictum nec præuiderit ante, nec cauerit ^r.

I XXX. Docui, quantum mea mediocritas tulit ^a, longe de-

m) virtus nulla, si aduersarius desit] Seneca de Prouid. c. 2: *Marcet sine aduersario virtus.* Büñ.

n) Iuuenalis his versibus] Satyra 10. extrema. Cell.

o) Nullum numen habes] MS. Cauc. Palat. Iun. Lips. 1. Reimm. Rost. Ven. altera 478. Paris. *nullum numen habes.* Ultrai. *nullum nomen habes,* cum Veneta prima 478. Variant quoque Iuuenalis libri; at menti Lactantii habes hic conuenientius, quam aliorum: *abest.* Büñ.

p) vt Cicero ait] supra sect. 3. huius cap. 29. verba ex Lib. 1. Acad. c. 7. extr. producta sunt. Cell.

q) venientem vitalibus - ictum] Vitalia sunt viscera interna. Seneca ep. 99: *quam multis vitalia eruuntur.* Ammian. Marcellin. L. 16. 12:

tela eorum vitalibus immergebat. Cicero vsus in singulari L. 2. Dizin. c. 13: *inspectis extis -- fissum familiare et vitale tractans: caput iecoris - considerant.* Quintil. Declam. 4. c. 5: *obuiis ictibus membra nudans, et ad incurrens ubique ferrum vitalia parata circumtulit.* Declam. 12. c. 15: *hic vulnus altissima penetrat, hic ipsa vitalia feriuntur - vitalia haurit.* Büñ.

r) nec præuiderit ante, nec caueris] Sic omnes, at Lips. alter: *nec præuiderit ante nec curaueris.* Büñ.

a) quantum mea mediocritas tulit] Opif. 1. 1: *prout ingenii mediocritas tulit.* Sic Cyprian. epist. ad Iubaianum: *quantum valuit nostra mediocritas.* Conf. Lact. 6. 1. 3. Büñ.

h) Gra.

deuium philosophos iter a veritate tenuisse: sentio tamen ^{b. c.}, quam multa præterierim, quia non erat mihi propria contra philosophos disputatio. Sed huc necessario deuertendum ^d fuit, ut ostenderem, tot et tanta ingenia in rebus falsis esse consumpta, ne quis forte, a prauis religionibus exclusus, ad eos se conferre veller, tamquam certi aliquid reperteris. Vna igitur spes homini ^{e. f.}, vna salus in hac doctrina, quam defendimus, posita est: omnis sapientia hominis in hoc vno est, ut Deum cognoscat, et colat. hoc nostrum dogma, hæc sententia est. Quanta itaque voce possum, testificor, proclamo, denuntio: Hic, hic est illud ^{b.}, quod philosophi omnes in tota sua vita quæsierunt, nec vnumquam tamen inuestigare, comprehendere, tenere valuerunt; quia religionem aut prauam retinuerunt ^{i. k.}, aut totam penitus fustulerunt. Facescant igitur illi omnes, qui humanam vitam non instruunt, sed turbant

b) *sentio tamen*] Vulgo scio tamen: at duo Angl. et totidem Lipf. codices, et ed. Rom. *sentio*. Cell.

c) *sentio tamen, quam*] Bon. Tax. Pen. Iun. Pal. Reimm. cum quinque MSS. Sparkii, vno Tornæzii et Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. Iunt. Crat. Paris. Gymn. *sentio tamen*. Goth. et Cauc. *scio*, quod inde a Gryphii tempore præualuit. L. 4. 5. 2: *Sentio quidem quam sit* etc. Bün.

d) *deuertendum*] Recte ita fuerat secunda vocali scriptum in Reimm. ex qua vocali tertia: *diuertendum* fecerat manus recentior. Sæpe a me recepta scriptura ab Heinsio et Burmanno vindicata. Bün.

e) *vna spes hominis*] secundo casu, Goth. Vulgares *homini*. Cell.

f) *spes homini*] Dativum homini, restituo ex pluribus scriptis, in his Reimm. et omnibus antiquis et aliis præter Cellarianam. Epit. 49. 1: *Nulla alia spes homini proposita est*. L. 4. 28. 1: *nullam aliam spem visa homini esse propositam*. Ira 3. 2: *qua spes salutis hominibus proposita est*. Bün.

g) *testificor, proclamo, denuntio*] Sic prope Cicero, (quem locum Heumannus innuit) Or. 6. Philipp. 3: *Testificor, denuntio, ante prædico*. Bün.

h) *Hic, hic est illud*] Editum ante fuerat: *hoc est illud*, vti quoque in MSS. Lipf. 1. Goth. et Reimm. Fortius MS. Iun. *hoc, hoc*, melius sane quomodo placebat Heumanno; in Lipf. altero: *HIC est illud*. At rectissime et cum adfectu Bonon. Emman. Lipf. tert. et Itæus: *HIC, HIC est illud*, (*hier, hier*) sc. n. 3: *in hac doctrina quam defendimus*. magna voce proclamans, digito quasi rectam viam et locum monstrat. vnde pergit n. 5: *HVC ergo nos omnes conferamus*. et n. 10: *VBI veritas sit ostendi*. Conf. L. 4. 2. 1-3. Bün.

i) *aut prauam retinuerunt*] MSS. quatuor *retinuerunt*: alii *tennerunt*. Cell.

k) *retinuerunt*] Ita Bon. Tax. Pen. Cauc. Emman. Reimm. et ita iam ante Cellarium ediderat Tornæz. 1587. Bün.

bant^l. Quid enim docent? aut quem instruunt, qui seipfos nondum instruxerunt? quem sanare ægroti, quem regere cæci possunt? huc ergo nos omnes, quibus est cura sapientiæ, conferamus. An expectabimus, donec Socrates aliquid sciat? aut Anaxagoras in tenebris lumen inueniat^m? aut Democritus veritatem de puteo extrahat? aut Empedocles dilatet animi sui semitas? aut Arcesilas; et Carneades videant, sentiant, percipiant. Ecce vox de cælo veritatem docens, et nobis sole ipso clarius lumen ostendens. Quid nobis iniqui sumus, et sapientiam suscipere cunctamur, quam docti homines, contritis in quærendo ætatibusⁿ suis, numquam reperire potuerunt. Qui vult sapiens ac beatus esse, audiat Dei vocem, discat iustitiam, sacramentum natiuitatis suæ norit^o; humana contemnat, diuina suscipiat^p, vt summum illud bonum, ad quod natus est, possit adipisci. Dissolutis religionibus vniuersis; et omnibus, quæcumque in earum defensionem^q dici vel solebant vel poterant, refutatis; deinde conuictis philosophiæ disciplinis, ad veram nobis religionem sapientiamque veniendum est; quoniam est, vt docebo, vtrumque

l) *vitam non instruunt, sed turbant*] vt L. 3. 15. 2. et n. 6. et Lips. Philos. Stoic. L. 1. dis. 2. Büñ.

m) *de puteo extrahat*] Reimm. de puteo trahat. Büñ.

n) *contritis in querendo atatibus*] Lips. secund. concertando quarendo atatibus. prauè. Reimm. Ven. 1471. 72. vtraque 78: *contritis inquirendo atatibus*. Recepta recta et Tulliana L. 5. Fin. 20: *in rebus querendis atatem conterere videamur*. Conf. Laët. 3. 2. 8. et L. 3. c. 26. 12. De eleganti vsti verbi: *conterere*, confer Gebhardi Crepundia c. 9. et Cortium ad Sallust. Catil. 4. l. p. 26. sq. Büñ.

o) *sacramentum natiuitatis sue norit*] I. W. Peterfen. D. ad oram sui quondam Lactantii ed. Rostoch. expofuerat: *baptismum*; Walchius; *sacramentum veram naturam, conditionem*; Heumannus: *cognoscat, a*

quo natus et creatus sit. Mihi hic sensus esse videtur: *Norit arcanam rationem, cur statum rectum et cultum erectum acceperit, esse, vt Deum agnoscat et colat*. Vix dubitauerit, qui cum cura perpenderit extrema capitis 27. et prima capitis 28. verba, et omnia loca a me ex Lactantio citata ad Lib. 2. 1. 14. 19. Nostro loco proxima illa ex Lib. 7. 5. 1: *quare hominem fecerit*. n. 2: *si sacramentum hominis cognouissent* n. 6: *quod solus ita formatus, vt oculi eius ad calum directi - excitasse*. Büñ.

p) *diuina suscipias*] Ita omnes scripti, et editi: alias positi suspicari legendum: *suspicias*, quia præcessit: *humana contemnas*. Büñ.

q) *in earum defensionem*] Goth. *in earum defensione*. Nihil mutandum, in h. l. valet: *ad*. Büñ.

que coniunctum ^r, ut eam vel argumentis, vel exemplis, vel idoneis testibus adferamus ^s, et stultitiam, quam nobis isti deorum cultores obiecare ^t non desinunt, ut nullam penes nos, sic totam penes ipsos esse doceamus. Et quamquam prioribus libris, quum falsas arguerem religiones; et hoc ^{r. x}, quum falsam sapientiam tollerem, ubi veritas sit, ostenderim: planius ^r tamen, quæ religio, et quæ sapientia vera sit, liber proximus indicabit.

L. COE-

r) *utrumque coniunctum*] Reimm. *coniunctum*. prave, æque ut mox Ven. 1471: *coniunctis* pro: *coniunctis*. dicit utrumque, i. e. religionem sapientiamque coniunctam. idem Lib. 4. 2. fin. dicit: *sapientiam cum religione sic coherere, ut diuelli utrumque non possit*. L. 4. 3. 6: *sapientia cum religione inseparabili nexu coheret*. L. 4. 4. 1: *apparet, quam inter se coniuncta sint sapientia et religio*. L. 4. 5. 1: *sapientiam et religionem non posse diuinci*. Bün.

s) *eam - adferamus*] Sapientiam defendamus. Bün.

t) *stultitiam - nobis - obiecare*] Vid.

L. 4. 13. 14. L. 5. 12. 11-13. c. 13. 1-5. c. 14. 1. 2. c. 17. 1. 2. L. 7. 26. 8. Maxime Kortholt. Pagan. Obtrectat. c. XI. integro, et c. VIII. sect. 2. Bün.

u) *et hoc, quum falsam*] hoc tertio librorum, Lips. et Goth. hoc: alii hic. Cell.

x) *et hoc*] Libro sc. quod Cell. et Heumann. recte quidem defendunt. At hic! (aduerbialiter) idem dicit, et habetur in Anglic. Reimm. etiam Lips. secundo et tertio, et omnibus antiquis reliquisque editionibus. Bün.

y) *planius*] Non displicet Cotton. *plenius*. Bün.



L. COELII LACTANTII FIRMIANI
DIVINARVM INSTITVTIONVM

LIBER III.

DE VERA SAPIENTIA. *

I.

Cogitanti mihi^b (Constantine Imperator^{c,d}) et cum animo meo sæpe reputanti priorem^e illum generis humani statum; et mirum pariter, et^f indignum videri solet, quod vnus sæculi stultitia, religiones varias fuscipientis de-

a) *De Vera Sapiencia*] In Lipf. primo et tertio inscribitur: *de vera Philosophia*, vt de Opif. c. 1. 2: *Philosophi nostra secta*. Editio prima Sublacensis: *De vera Sapiencia et Religione*. et vtraque Ven. 1478. Parrh. Paris. et plures: *Liber quartus*, in quo docetur, quæ religio et quæ sapientia vera sit. Parum abest quin credam, vtrumque in titulo fuisse olim; ita enim finit liber tertius: *quæ religio et quæ sapientia vera sit, liber proximus indicabit*. et in Epit. c. 41: *ad veram religionem sapientiamque veniamus. Et quidem coniuncte, quia coherent, de vtraque dicendum est*. Bün.

b) *Cogitanti mihi*] Bon. Pal. Lipf. primus et Goth. *Consideranti*. Cum aliis MSS. Reimm. et edd. omnes: *cogitanti mihi*. Pari modo Cicero incepit librum primum de Oratore: *Cogitanti mihi et memoria-repetenti illi videri solent*. Quis non videt imitationem periodi? Sic idem pro Deiotaro iunxit ista duo verba: *hac ego reputo et cogito*. Bün.

c) *Constantine Imperator*] Absunt ab Anglis manuscriptis Cell.

d) *Constantine Imperator*] Absunt a Bon. Tax. Pen. Pal. Vltr. Iun. Lipf. tert. Reimm. Sublac. Roff. Ven. 1474.

97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. At Gryph. et sequentes receperunt. Goth. *Constantinum Imperatorem*. prauè. Bün.

e) *priorem*] Lipf. alter: *primoram*. Bün.

f) *et mirum pariter, et*] Ita omnes libri. Prius ET, inquit Heumannus, *eiicio*. Neque id seruari potest, nisi exterminetur PARITER. Nescio, cur V. C. illud et, aut pariter ita positum adeo fastidiat; non adspernati sunt optimi quique scriptores, licet in scriptoribus de Particulis hic sit altum silentium; atque ita scripsit Lactantius ipse, e.g. Lact. L. 1. 11. 5: *id et doctis pariter et indoctis persuasum est*. de Opif. 8. 5: *ministeriis et instruxit pariter et ornavit*. Elegantissimus Plinius L. 7. epist. 19: *meque et nouo pariter et rescisso vulnere adficiet*. et L. 10. ep. 44. (36): *ET suscepimus pariter et soluiimus*. Solus Cyprianus vel centies et pariter et posuit, e.g. ad Demetrianum ed. Oxon. f. 185: *respondeo et tibi pariter et ceteris*. Epist. 16. f. 36: *ne ad periculum et plebs pariter et nostrum taciturnitas nimia procedat*. In versibus Ouidius pro: *et pariter et sæpe adhibet et pariterque*. L. 13. Metam. v. 522:

deosque multos esse credentis, in tantam subito ignorationem sui ventum est, ut, ablata ex oculis & veritate, neque religio Dei veri, neque humanitatis ratio teneretur, hominibus non in cælo summum bonum quærentibus, sed in terra. Quam ob causam profecto sæculorum veterum mutata felicitas est. cæperunt enim relicto parente, et constitutore omnium Deo, insensibilia ^b digitorum suorum figmenta venerari, quæ pravitatis quid fecerit ^{i. k.}, aut quid malorum attulerit, res ipsa declarat. Auerfi namque a summo bono, quod ideo beatum, ac sempiternum est, quia videri, tangi, comprehendi non potest; et a virtutibus ei bono congruentibus, quæ sunt æque immortales; ad hos corruptos et fragiles deos lapsi, et studentes iis rebus, quibus solum corpus ornatur, alitur, delectatur; mortem sibi perpetuam cum diis, et cum bonis corporalibus quæsierunt, quia morti corpus omne subiectum est. Insecuta est igitur huiusmodi religiones iniustitia, et impietas; sicuti fuerat necesse. desierunt enim vultus suos in cælum tollere, et deorsum ^{l. m.} mentes hominum depressæ, terrenis ut religionibus, sic etiam bonis inhæserunt ^{n.}. Secutum est dissidium

ET *visam* PARITER regnumQUE
reliquit

ibidem v. 539:

ET PARITER *vocem lacrimas-*
QUE introrsus obortas

Denorat ipse dolor.

L. I. Trist. 4. 23:

Dum loquor et cupio PARITER
timeoQUE *videri.*

Seneca *pariter et es*, Epist. 50. fin.
philosophia pariter et salutaris et dul-
cis est. Büñ.

g) *ablata ex oculis*] Emman. *ab-*
lata ab oculis. Lipf. alter: *abiecta ab*
oculis. Pro recepta L. 5. 17: *ex ocu-*
lis auferre. Büñ.

h) *insensibilia*] Sensu vacua. L. I.
II. 54: *insensibilia elementa.* Büñ.

i) *qua pravitatis quid feceris*] *lidem*
scripti feceris; vulgati, effeceris.
Cell.

k) *quid fecerit*] Goth. Lipf. 2. 3.
Iun. Cauc. Reimm. cum Gryph. Be-
tul. Thomas. Tornæs. 1548-1614: *ef-*
fecerit, aut. Sed Sublac. Roff. Ven.
1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh.
Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *quid*
fecerit, quid malorum attulerit. Büñ.

l) *et deorsum mentes*] Ex Lipf. ET,
quod conuenientius est, quam *sed*
aliorum. Cell.

m) *et deorsum*] Ex Bonon. primus,
et recte, in textum Iſæus receperat;
reliquis edd. vt et MSS. Goth. et
Reimm. sed inhæsit. Büñ.

n) *bonis inhæserunt*] Plures scripti,
in his Reimm. et edd. *inhærebant.*
Thomasius in marg. ex Bonon. *ad-*
hæserunt, quod Heumanno probandum
videtur; at Iſæus ex Bonon. adtulit,
et in textum recepit: *inhæserunt.* Pri-
mum præteritum rectius, nam præ-

Dd 5 ces-

dium ° generis humani, et fraus, et nefas omne; quia, spretis æternis atque incorruptis bonis, quæ sola debent ab homine concupisci; temporalia et breuia maluerunt; maiorque hominibus ad malum fides ꝑ fuit; qui prauum recto, quia præsentius fuerat ꝑ, prætulerunt. Sic humanam vitam, prioribus sæculis, in clarissima luce versatam, caligo ac tenebræ comprehenderunt. et, quod huic prauitati congruens erat, postquam sublata sapientia est; tum demum sibi homines sapientum nomen vindicare cæperunt. Tum autem nemo sapiens vocabatur, quum omnes erant: vtinamque ꝑ nomen illud aliquando publicum, quamuis ad paucos redactum, tamen vim suam retineret. Possent enim fortasse pauci illi vel ingenio, vel auctoritate, vel adfiduis hortamentis liberare populum vitiis et erroribus. sed adeo in totum sapientia occiderat ꝑ; vt ex ipsa nominis arrogancia nullum eorum, qui vocarentur ꝑ, adpareat ꝑ ꝑ, fuisse sapientem. Et tamen prius, quam hæc,

cesit: deserunt; deinde inhaerunt. Hoc enim composito iterum vsus in eadem re: de Ira 23. 21: *non est fas hominem terrenis famulari aut querendis temporalibus bonis inhaerentem desiscere.* Conf. not. L. 1. 1. 1. Bün.

o) *disfidium*] Reimm. Lipf. alter, Rost. Ven. 1471. vtræque 78. Parrh. *discidium.* Bün.

p) *maiorque hominibus ad malum fides*] Heumannus hic fidenter corrigi: *ad malum impetus.* Mirum codices omnes Guelf. Lipf. Angl. Goth. Reimm. FIDES habere. in Lipf. altero: *ad prauum fides fuit,* quia sequebatur: *prauum recto.* Vett. edd. hoc ordine, e.g. Rost. Ven. vtræque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Crat. Iunt. Ald. *ad malum hominibus fides.* Bün.

q) *quia præsentius fuerat*] sc. præsentius prauum fuerat. Male Lipf. alter: hæc correxit: *quia presentia futuris prætulerunt.* Bün.

r) *vtinamque*] In Sublac. Rost. Ven. 1471. vtræque 78: *uterque.* prave. Bün.

s) *[sapientia occiderat]* Plerique scripti *occiderat*: plures vulgati *cecideras.* Cell.

t) *[sapientia occiderat]* Hæc vera scriptura valde in libris deprauata. Bon. Tax. *deciderat.* Pier. *cacitas.* Ven. 1497: *occirat.* Parrh. *cacitas.* Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Tornæs. 1548. Betul. Thomas. et hos secuti: *cecideras.* Rectissime vero Cott. Bodl. Emman. Pen. Cauc. Ultrai. Goth. Lipf. alter. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtræque 78. 93. Paris. Tornæs. 1587 - 1614: *occiderat.* Sic L. 5. 4. extr. *occasuram esse omnem philosophiam.* L. 2. 10. 24: *occidere in totum,* vt hic dixit. Cicero in Catone c. 20. extr. *vt superiorum etatum studia occidunt, sic occidunt etiam senectutis.* L. 1. Leg. 12: *Iam amicitia nomen occiderit.* Bün.

u) *qui vocarentur*] Lipf. alter et Reimm. *qui vocaretur.* Bün.

x) *adpareat fuisse sapientem*] Emman. et Goth. *appareat*: alii *apparuerit.* Cell.

y) *adpareat*] Male Lipf. alter. Can.

philosophia quæ dicitur esse, inueniretur^a; septem fuisse traduntur; qui primi omnium, quia de rebus naturalibus quæ-
rere, ac disputare sunt ausi, sapientes haberi, adpellarique me-
ruerunt. O miserum, calamitosumque seculum; quo per 10
orbem totum septem soli fuerunt, qui hominum vocabulo cie-
rentur^a. nemo enim potest iure dici^b homo, nisi qui sapiens
est. Sed si ceteri omnes, præter ipsos, stulti fuerunt; ne 11
illi quidem sapientes; quia nemo sapiens esse vere, iudicio
stultorum potest. Adeo ab his absuit sapientia, ut ne post- 12
ea quidem, increscendo doctrina^c, et multis magnisque inge-
niis in id ipsum semper intentis, potuerit perspici^d veritas,
et comprehendi. nam post illorum septem sapientum^e glo-
riam

Cantabr. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. utraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Iunt. apparuit. præcesserat, ut; ita VT-reperiebantur pessime pro: reperirentur, in auctore ad Cæsarem de Bello Hispan. c. 41. n. 4. Latinius MSS. Iun. et Lipsf. 1. 3. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Thomas. et secuti: apparuerit. At Bon. Tax. Cauc. Vltr. Emman. Goth. Reimm. adpareat, et ita primus Iszus edidit. Büñ.

2) *hæc, philosophia qua dicitur esse, inueniretur*] Sic Goth. Reimm. Gryph. Thomas. Fornæz. et sqq. At Lipsf. alter et Emman. esse inuenta. Rectius vero Iun. Vltr. Cant. et Sublac. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. hæc philosophia, qua dicitur, esse inuenta. et sic Heumanno et mihi placet. Büñ.

a) *vocabula cieerentur*] In Thomas. 1570. 1587. et Cell. edd. perperam legebatur: *vocabulum cieeretur*. Recentior manus in Reimm. cieeretur male correxit: *sciierentur*. MS. Iun. *vocabulo crederentur*. At rectissime Goth. et alii MSS. cum Sublac. Rost. Ven. 1471 - 1515. et alii: *vocabulo cieerentur*. Sic L. 2. 16. 4: *veris suis nominibus cieent*. Apul. Metam. L. 8. p. 288: *clamore nominationem cieentes - inueniem inelamant*. Büñ.

b) *iure dici*] MS. Cant. Sublac. Rost. Ven. 1471: *vere dici*. ut n. 11: *sapiens vere*. vtrumque probum, immo Cicero interdum coniungit, ut L. 1. Tusc. 34: *vere et iure possum*. vide not. ad Laet. 6. 25. 4: *iure laudabitur*. Sæpius *vere*, tandem *recto*, in Laet. 4. c. 26. n. 5-6-8-10-12-15. In nostro loco MSS. plurimi, in his Reimm. et edd. pleræque: *iure*. Büñ.

c) *increscendo doctrina*] Reimm. in *crescendo*. Male diuisit vnã vocem Sueton. de illustr. Grammat. c. 3: *cura artis increuit*. Conf. Laet. 2. 13. 8. et c. 14. 1. Büñ.

d) *potuerit perspici*] Emman. Cant. Goth. Lipsf. alter: *potuerit perfici*. peius Reimm. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. *non potuerit perfici*. utraque 1478. Parrhas. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *non potuerit perspici*. At rectissime Lipsf. tert. Gryph. Tornæz. Betul. Thomas. et recentiores sine negandi particula, quæ iam supra in quidem posita: *potuerit perspici* positum *perspici* rectum esse patet ex: *et comprehendi*. Büñ.

e) *sapientum*] Goth. et Reimm. *sapientium*, hoc capite et alibi. ita etiam Lipsf. tert. n. 6. Büñ.

riam *f*, incredibile est, quanto studio inquirendæ veritatis
 13 Græcia omnis exarserit. Ac primum, nomen ipsum sapientie arrogans putauerunt; seque non sapientes, sed studiosos sapientie vocauerunt. quo facto et illos, qui temere sapientum sibi nomen adsciuerant, erroris stulticieque damnauerunt, et se quoque ipsos ignorantie; quam quidem non diffiteban-
 14 tur. Nam vbicumque rerum natura ingeniis eorum quasi manus opposuerat *g*, ne rationem possent aliquam reddere; testificari solebant, nihil scire se, nihil cernere. Vnde multo sapientiores inueniuntur, qui se aliqua ex parte viderunt *b*; quam illi, qui se sapere crediderunt.

1 II. Quare, si neque illi fuere sapientes, qui sunt adpel-
 lati; neque posteriores, qui non dubitauerunt insipientiam
 2 confiteri; quid superest, nisi vt alibi sit quærenda sapientia,
 3 quando non est, vbi quærebatur, inuenta? Quid autem
 putemus fuisse causæ, cur tot ingeniis, totque temporibus
 summo studio, et labore quæsitæ non reperiretur; nisi quod
 3 eam philosophi extra fines suos quæsierunt? Qui quoniam
 peragratis et exploratis omnibus, nusquam vllam sapientiam *a*
 com-

f) post illorum septem sapientium gloriam] quos Ioannes Tzetzes Chiliad. 2. carm. 59. his versiculis nominauit:

Σόλων, Θαλῆς, Περσίαν-
 δρος, κ̅ Πιττακὸς κ̅
 Χίλων

Καὶ Βίαις, κ̅ Κλεόβουλος,
 ἐπταὶς ἡ σοφοτάτη. Cell.

g) manus opposuerat] Goth. appo-
 fuerat. Lips. peius: adposuerant. Se-
 nec. L. 2. Ira 14: tunc maxime illi
 opponenda manus sunt. Seneca Trag.
 in Herc. Oet. IIII. 1243: Has ego op-
 posui manus. Variabant quoque li-
 bri in Ouid. 4. Fast. 178: opposuitque
 manum. sed mihi, inquit Burmannus,
 semper in re simili opponere placet.

adde eundem ad L. 2. de Arte. 584. p.
 638. Bün.

b) se aliqua ex parte viderunt] Sic
 Lips. Goth. et alii MSS. cum omnibus
 editis; exceptis Tornæs. 1587-1614.
 et eas secutis Gen. 1630. et Walchio;
 in his Tornæs. se aliqua ex parte vide-
 re (infinis.) idque rectissimum iudice
 Heumanno. Reimm. omisso ex: qui
 se aliqua parte viderunt, i. e. (vt ego
 puto) qui suam ignorantiam vide-
 runt et confessi sunt n. 13. et c. 2. 1:
 non dubitauerunt insipientiam confi-
 teri. Bün.

a) nusquam vllam sapientiam]
 Tornæs 1548-1614. Betul. nusquam
 sapientiam. Lips. alter, Reimm. nus-
 quam illam sapientiam. Parrh. Tho-
 mas. Gall. nusquam nullam sapienti-
 am. vt duplex negatio more græ-
 cotum

comprehenderunt, et alicubi esse illam necesse est; adpareret, illic potissimum esse querendam, vbi ^b stultitiæ titulus adpareret; cuius velamento ^c Deus, ne arcanum sui diuini operis ^{d. e} in propatulo esset ^f, thesaurum sapientiæ ac veritatis ^g abscondit. Vnde equidem soleo mirari, quod quum Pythagoras, et postea Plato, amore indagandæ veritatis accensi ^h, ad Aegyptios, et Magos ^b, et Persas vsque penetrassent, vt earum gentium ritus et sacra cognoscerent, (suspiciabantur enim, sapientiam in religione versari,) ad Iudæos tantum non accesserint ⁱ,

pe-
corum fortius neget. conf. not. ad L. 7. 13. 9. et ad Epit. c. 57. At vt editum est, habent MSS. Angl. Goth. Lipf. tert. Sublac. Ross. Ven. 1471-1515. Paris. Gymn. Iunt. Ald. Crat. Bün.

b) *illic - vbi*] Emman. Goth. Lipf. alter et Reimm. *ibi - vbi*. Ven. 1493. 97: *hic - vbi*. Sicc. 3. 7: *ibi - vbi*. Bün.

c) *cuius velamento*] *Cerimonias Iudæorum*, inquit Cellarius, *velamentum arcani appellat*. Non credo. Ita dicit L. 4. 5. 2: *veritatem sub velamine stultitiæ latentem*. L. 5. 17. 2: *insistiam stultitiæ specie conuolutam*. L. 5. 18. 11: *virtutem sub persona (larua) stultitiæ celatam*. Bün.

d) *ne arcanum sui diuini operis*] Editi, *summi sui diuini operis*: sed illud *summi* abest a scriptis et Rom. Præterea duo Lipsienses, (et in iis antiquior ac melioris notæ) secus ac ceteri, ita hæc verba referunt: *cuius velamento arcanum sui diuini operis in propatulo esse nolens Deus, thesaurum sapientiæ ac veritatis abscondit*. Cerimonias Iudæorum, velamentum arcani adpellat. Cell.

e) *sui diuini operis*] Ita Reimm. Angl. et antiquæ editiones, vbi hoc ordine Goth. Cau. Vltr. *arcana diuini sui operis*. teste Isæo in Bonon. legitur: *arcana summi sui diuini operis*. vt tanti codicis auctoritate Thomas. Isæus, Gall. Spark. receperint. Bün.

f) *ne arcanum - in propatulo esset*]

Hæc aliis verbis ita effert L. 6: *vt immortale illud arcanum eius in aperto esset*. Bün.

g) *accens[us]*] Goth. et Reimm. *incens[us]*. Bün.

h) *et Magos, et Persas*] Cum Walchio expono: *et Magos seu Persas*. vt *or exegetice sumatur*. Bün.

i) *ad Iudæos - non accesserint*] At alii patres eos non tantum conuersatos esse cum Iudæis, sed etiam ideo Aegyptum adiiisse tradunt, vt Mosis doctrinam cognoscerent. Malchus in Vita Pythagoræ confirmat, hunc non modo Arabas et Aegyptios, sed et Hebræos et Chaldæos adiiisse. Inquirunt Seldenus I. N. et G. L. 1. c. 2. p. m. 16. 24. Dodwell. de ætate Pythagoræ p. 98. Witfius in Sac. Aegypt. L. 3. c. 13. n. 3-13. Kortholt. Pagan. Obrect. L. 1. c. 2. n. 17. 18. p. 40-43. Maxime I. A. Fabricius in Biblioth. Gr. L. 2. c. 12. de Pythagora p. 457. et de Platone L. 3. c. 1. p. 4. et p. 5. Schefferus de Philoſ. Ital. c. 4. nititur Lactantium cum Patribus conciliare, quem ab hallucinatione liberare voluit Nourrius Adparatu ad Biblioth. Maxini. T. 2. diss. 2. p. 258. conf. Act. Er. Lipf. L. 1698. p. 553. Contra Clericus Epist. Crit. 7. p. 187. iure Lactantium existimasse a Platone numquam auditos fuisse Iudæos credit, atque patrum, Iudæorum aliorumque contrarium adfirmantium auctoritatem elidere conatur. Bün.

h) *auer-*

penes quos tunc solos erat : et quo facilius ire potuissent. Sed auersos esse arbitror diuina prouidentia, ne scire possent^k veritatem : quia nondum fas erat, alienigenis hominibus religione^m Dei veri, iustitiamque notescere^l. Statuerat enim Deus, adpropinquante ultimo tempore, ducem magnum cælitus mittere^m, qui eam perfido ingratoque populo ablatam, exteris nationibusⁿ reuelaret. Qua de re in hoc libro adgrediar disputare ; si prius ostendero sapientiam cum religione sic coherere, vt diuelli vtrumque non possit.

III. Deorum cultus, vt in priore libro docui, non habet sapientiam ; non modo quia diuinum animal, hominem, terrenis fragilibusque substernit ; sed quia nihil ibi discribitur, quod proficiat ad mores excolendos, vitamque formandam, nec habet inquisitionem aliquam veritatis, sed tantummodo ritum colendi, qui non officio mentis, sed ministerio corporis constat. Et ideo non est illa religio vera indicanda ; quia nullis iustitiæ virtutisque præceptis erudit, efficitque meliores. itaque philosophia, quia veram religionem, id est summam pie-

k) *auerfos - ne scire possent*] Nulain, immo falsam esse hanc rationem, obseruauit Vockerodt in disq. de Notitia Diuin. Litterarum inter gentes p. 276. Bün.

l) *notescere*] Restitui ex Bon. Cauc. Palat. Goth. Lips. tribus, Guelf. Reimm. et Tornæs. 1587 - 1614. et distinxî post: *nondum faserat*. sic L. 4. 26. 33: *omnibus - notescere*. Conf. not. L. 1. 1. 6. Frequens id verbum Tacito, e. g. L. 6. Annal. 8: *libertis - notescere*. Bün.

m) *cælitus mittere*] Prior vox nostro frequens. L. 4. 24. 2. L. 6. 28. 2. Scita est sententia Mureti de hac voce et aliis in Var. Lect. L. 15. c. 1. Conf. Vosf. de Vitiis S. L. L. 1. c. 25. Cellar. in Antibarb. et Curis. Inueni quoque in Apuleii L. 1. de Habitu Doctr. Plat. p. 8: *que cælitus mortalibus exhibentur*. Latinius di-

xit Lactantius L. 7. 17. 11: *mittere - de calo*. Bün.

n) *ceteris nationibus*] Emman. Goth. et Lips. ita exhibent: et Spark. id omnium manu scriptorum esse ait: vulgati, etiam Rom. *exteris gentibus*. Cell.

o) *exteris gentibus*] Hanc, quam Cellarius eiecerat, lectionem habent Sublac. Rost. Roman. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parth. Paris. Iunt. Ald. Gryph. Gymn. Thomas. et reliquæ. prætuli cum Heumanno reliquis motus auctoritate MS. Taurin. antiquissimi Epit. 43. 5: *ut - aliam sibi plebem fideliozem de exteris gentibus congregaret*. Bonon. Iun. Pal. Cauc. Lips. primus > *ceteris gentibus*. Sic *exteris nationes vindico* L. 4. 11. 2. In Lips. tert. et Reimm. verba nouem hæc: *qui eam - reuelaret* desiderantur. Bün.

a) be-

pietatem non habet, non est vera sapientia. Nam si diuinitas, quæ gubernat hunc mundum, incredibili beneficentia genus hominum sustentat, et quasi paterna indulgentia fouet; vult profecto gratiam sibi referri, et honorem dari. nec constare homini ratio pietatis potest, si cælestibus beneficiis existerit ingratus^a; quod non est vtique sapientis. Quoniam igitur, vt dixi, philosophia et religio deorum disiuncta sunt, longeque discreta; siquidem alii sunt profesores sapientiæ, per quos vtique ad deos non aditur^b; alii religionis antistites, per quos sapere non discitur: adparet, nec illam esse veram sapientiam, nec hanc religionem^c. Itcirco nec philosophia potuit veritatem comprehendere; nec religio deorum rationem sui, qua caret^d, reddere. Vbi autem sapientia cum religione, inseparabili nexu cohæret; vtrumque verum esse necesse est, quia et in colendo sapere debemus, id est scire, quid nobis, et quomodo sit colendum; et in sapiendo colere, id est re, et actu, quod scierimus, implere^e. Vbi ergo sapientia cum religione coniungitur? ibi scilicet, vbi Deus colitur vnus; vbi vita et actus^b omnis ad vnum caput, et ad vnã summam refertur; denique iidemⁱ sunt do-

^a) *beneficiis - ingratus*] De hac constructione noto ad L. de Opif. 3. 3. Bün.

^b) *ad deos non aditur*] Broukhus. ad Tibull. l. 539. p. 104: *supplicaturi, inquit, vel gratias acturi propria locutione adire deos dicebantur; et adire ad deos; et vberius illustrat.* Bün.

^c) *nec - religionem*] subaudi: *veram.* patet amplius ex Epit. 41. 4. Bün.

^d) *qua caris*] Ita in Reimm. correctum. et habent, præter MSS. Sublac. Rost. Rom. Ven. 1471. 72. vtrique 78 - 1515. Iunt. et reliquæ edd. QVA. Pro ablatiuo recentiores Gall. ed. Cant. Spark. Walch. quia. minus recte. Bün.

^e) *Vbi autem sapientia cum religione, inseparabilis - implere*] Integra

hæc sectio sexta neglecta est in primis edd. Sublac. Rost. Ven. 1471. quod inde factum credo; quia sectio septima paribus verbis incipit: *Vbi - sapientia cum religione.* Talia in MSS. et edd. sæpe accidisse obseruauit. Bün.

^f) *ibi scilicet*] Addunt *ibi* MSS. plurimi, quod abest ab editis. Cell.

^g) *ibi scilicet*] Quod Cellarius *ibi* abesse scribit ab editis, secus est. habent omnes edd. ab anno 1465. ad 1563. et postea etiam Tornæ. 1587 - 1630. Omisit Thomafius et recentior turba. Conf. Epit. 41. 5. Bün.

^h) *vita et actus*] Sæpe nostro *actus*, vt Minucio et aliis est *actio*. vid. L. 3. 19. 9. L. 4. 3. 7. L. 5. 9 - 14. 23. de Ira 12. 2. c. 17. 4. Bün.

ⁱ) *refertur; denique iidem*] Recte Heu-

ctores sapientiæ, qui et dei sacerdotes. Nec tamen moueat quemquam^k, quia sæpe factum est, et fieri potest, vt philosophus aliquis deorum suscipiat sacerdotium; quod quum fit, non tamen coniungitur philosophia cum religione; sed et philosophia inter sacra cesfabit; et religio, quando philosophia tractabitur. Illa enim religio muta est, non tantum, quia mutorum est, sed quia ritus eius in manu et digitis^l est, non in corde, aut lingua, sicut nostra, quæ vera est. Iccirco et in sapientia religio, et in religione sapientia est. ergo non potest segregari; quia sapere nihil aliud est, nisi Deum verum iustis ac piis cultibus honorare. Multorum autem deorum cultus non esse secundum naturam, etiam hoc argumento colligi potest et comprehendi: Omnem deum, qui ab homine colitur, necesse est inter solemnes ritus et preces, patrem nuncupari, non tantum honoris gratia, verum etiam rationis; quod et antiquior est homine, et quod vitam, salutem, victum præstat, vt pater. Itaque et Iuppiter a precantibus pater vocatur, et Saturnus, et Ianus, et Liber^m, et ceteri deinceps; quod Lucilius in deorum concilio irridet:

*Vt nemo sit nostrum, quin pater^o optimus diuini.
Aut Neptunus pater, Liber, Saturnus pater, Mars,
Ianus, Quirinus pater nomen dicatur ad vnum p.*

Quod

Heumanus semicolon post *refertur*; posuit. nam *vbi* ex prioribus subaudiendum: *vbi denique iidem - qui*, puta apud Christianos, vbi vtraque (sap. et rel.) coniuncta sunt. Conf. Epit. c. 41. 5. Bün.

k) *nec tamen moueat quemquam*] Eleganter, L. 2. 8. 37: *nec tamen commoueat aliquem*. Bün.

l) *in manu et digitis*] noto ad L. 1. 20. 26. Bün.

m) *Itaque et Iuppiter*] ET e MSS. ac Rom. est, pro vulgati *vs.* Cell.

n) *Itaque et Iuppiter*] Habent ET Goth. Emman. Cant. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Gymn. Tornæs. 1548-

1614. Isæus. Pro quo perperam Gryph. vs, quem Betul. Thomas. et recentiores incaute secuti. Bün.

*) *Iuppiter - pater - et Liber*] Illustrat Spanhem. ad Callimachi Iouera v. 94. p. 43. Bün.

o) *quin pater*] Sic Angl. Goth. Reimm. Parrh. Ald. et recentiores. recte. Nam Ven. 1471. 72. vtriusque 78. Paris. *quin aut pater*, Ven. 1493. 97: *quin et pater*, repugnant profodia. Bün.

p) *pater nomen dicatur ad vnum*] Sic Parrh. et sequentes. In Goth. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 1478-97: *pater sic et hoc dicatur ad vnum*. Paris. 1513. rectius ad versum omis-

Quod si natura non patitur, vt sint vnus hominis multi pa-¹³
 tres ¹⁷, (ex vno enim procreatur,) ergo, deos etiam multos
 colere, contra naturam est, contraque pietatem. Vnus igitur ¹⁴
 colendus est; qui potest vere pater nominari: idem etiam
 dominus ¹⁵ sit, necesse est; quia, sicut potest indulgere, ita
 etiam coercere. Pater ideo adpellandus est, quia nobis ¹⁵
 multa et magna largitur: dominus ideo, quia castigandi ac
 puniendi habet maximam potestatem. dominum vero eum-
 dem esse, qui sit pater, etiam iuris ciuilibis ratio demonstrat.
 quis enim poterit filios educare, nisi habeat in eos domini po-
 testatem? Nec immerito paterfamilias dicitur, licet tan- ¹⁶
 tum filios habeat. videlicet nomen patris complectitur etiam
 seruos, quia familias sequitur ¹⁷: et nomen familiae comple-
 ctitur etiam filios, quia pater antecedit. vnde adparet, eum-
 dem ipsum et patrem esse seruorum, et dominum filiorum.
 Denique et filius manumittitur tamquam seruus; et seruus li- ¹⁷
 beratus, patroni nomen ¹⁸ accipit, tamquam filius. quod si
 propterea paterfamilias nominatur, vt adpareat, cum duplici
 potestate praeditum; quia et indulgere debet, quia pater est ¹⁹;
 et

omisso et: *pater sic hoc dicatur ad vnum.* Lips. alter hic corrupte: *et hoc dicitur vel dicat ad vnum.* Lips. tert. *sic et homo dicatur ad vnum.* Vosius in Theol. Gentil. L. 2. c. 16. et, quod Gallæus iam indicauit, Fr. Douza et Selderus de Diis Syris Synt. II. legunt: *omnes dicamur ad vnum.* Büñ.

q) *multi patres*] Sic cum Lips. et Emman. scribimus: vulgati *plures.* Cell.

r) *multi patres*] Editi ante Cellarium omnes: *plures patres*, idque probat Heumannus; at cum Lips. et Emman. etiam Goth. Reimm. *multi patres.* vt omnes sine variatione n. 19: *nec patres multi possunt esse.* n. 20: *multis patribus*, in oppositione: *multorum deorum*, eodem n. 13. et n. 11. Conf. L. 4. 4. 9. fin. ad ipsam rem conf. L. 3. c. 21. 10. Büñ.

s) *Pater-dominus*] Duplicem hanc rationem vrget sapius, e. g. L. 1. 7. 12. L. 2. 16. 5-10. L. 3. 19. 4. L. 4. 28. 12: L. 5. 18. 14. 199. de Ira 23. 16-21. Büñ.

t) *familias sequitur*] Antiquo genitiuo: *familias.* Reimm. et quidam editi: *familia sequitur*, scil. aborbuit prima littera in *sequitur* vltimam prioris. Plures vett. edd. *familiam sequitur.* male. Büñ.

u) *seruus liberatus, patroni nomen*] Vt a M. Tullio Cicerone libertus M. Tullius Tiro. Plura Betul. et Isæus dabunt. Büñ.

x) *quia pater est*] Illud est, quod addidi, habent Lips. tert. Reimm. et omnes editi præter Gryph. Thom. Thyf. Gall. Spark. Cant. Cellarium. Büñ.

et coercere; quia dominus: ergo idem seruus est, qui et filius;
 18 idem dominus, qui et pater. Sicut igitur naturæ neces-
 sitate non potest esse nisi vnus pater, ita nec dominus nisi vnus.
 quid enim faciet seruus, si multi domini diuersa imperaue-
 19 rint? ergo contra rationem, contraque naturam sunt religio-
 nes multorum deorum, siquidem nec patres multi possunt es-
 se, nec domini: deos autem, et patres, et dominos nuncupa-
 20 ri, necesse est. Teneri ergo veritas non potest, vbi homo
 idem multis patribus, dominisque subiectus est; vbi animus
 21 in multa dispersus, huc atque illuc diuagatur? Nec habe-
 re vllam firmitatem religio potest, quando certo, et stabili
 22 domicilio caret. Cultus igitur deorum veri esse non pos-
 sunt; eodem modo, quo matrimonium dici non potest^a, vbi
 mulier vna^a multos viros habet; sed hæc aut meretrix, aut
 adultera nominabitur. a qua enim pudor, castitas, fides ab-
 23 est, virtute careat necesse est. Sic et religio deorum impu-
 dica est et incesta^b, quia fide caret^c; quia honos ille instabi-
 lis et incertus^d caput atque originem non habet.

III.

y) certo, et stabili] Cic. 2. N. D. 1: *stabilis certa que sententia*. pro Mar-
 cello c. 9: *sedem stabilem et domici-
 lium certum non habebit*. Bün.

z) matrimonium dici non potest] Vid. L. 3. 22. 8. illustrat hæc Alex. ab
 Alexandro L. 1. c. 24. p. 192. maxime
 I. A. Fabricius in Bibliogr. Antiquar.
 c. 20. n. 11. p. 590. Bün.

a) mulier vna multos] Addunt vna
 Bon. Tax. Pen. Cauc. Pal. Vltr. Lipsi
 Goth. Reimm. Betul. Thomas. Tor-
 nax. 1587-1614. et sequentes. recte.
 Pleræque omnes ante Betuleium ne-
 glexer. Bün.

b) impudica est et incesta] Lipsi. al-
 ter, Reimm. Parrh. Iunt. Ald. Crat.
 Gymn. Gryph. Tornax. Walch. *im-
 pudica est et incerta*. Perperam. Re-
 ctissime Angl. Lipsi. 1. 3. Goth. et
 Sublac. Rost. Ven. 1471-497. Paris.
 Betul. Thomas, et seqq. *incesta*. Nam

opponuntur *impudica-incesta* voci-
 bus n. 12: *pudor, castitas*. Bün.

c) quia fide caret] Addit Goth.
dum multis seruit; quod glossema
 videtur. Cell.

d) instabilis et incertus] Manuscri-
 ptorum est et Rom. *incertus*: aliū
incestus, quod iam antea adfuit, et
 diuisioni auctoris hoc loco repugnat.
 Cell.

e) instabilis et incertus] Goth. et
 ex meis impreslis ante Thomasiū
 editionem sola Gryphiana 1545: *in-
 stabilis et incestus*. male; et tamen
 quia in textu Thomas. reliquerat,
 Thyf. Gall. Sparkius peius propaga-
 runt. Optime Bon. Tax. Pen. Cauc.
 Iun. Lipsi. Eniman. Cant. Reimm.
 Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. Paris.
 Crat. Iunt. Ald. Gymn. Betul. Tor-
 nax. Ixus: *instabilis et incertus*. quæ
 voces ex oppositione respondent illis
 n. 21: *certo et stabili*. Bün.

a) 100

III. Quibus rebus adparet, quam inter se coniuncta sint sapientia et religio. sapientia spectat ad filios, quæ exigit amorem; religio ad seruos, quæ exigit timorem. Nam sicut illi patrem diligere debent et honorare; sic hi dominum colere, ac vereri ^a. Deus autem, qui vnus est, quoniam vtramque personam ^b sustinet, et patris, et domini; et amare eum debemus, quia filii sumus, et timere, quia serui. Non potest igitur nec religio a sapientia separari, nec sapientia a religione scerni; quia idem Deus est, qui et intelligi debet, quod est sapientiæ; et honorari, quod est religionis. Sed sapientia præcedit; religio sequitur ^c: quia prius est, Deum scire; consequens, colere: ita in duobus nominibus vna vis est, quamuis diuersa esse videantur ^{d, e}. alterum enim positum est in sensu ^f, alterum in actu: sed tamen similia sunt duobus riuus ex vno fonte manantibus. Fons autem sapientiæ, et religionis Deus est: a quo hi duo riuus, si aberrauerint, ardescant necesse est: quem qui nesciunt, nec sapientes esse possunt, nec religiosi. sic fit, vt philosophi, et qui deos colunt, similes sint aut filiis abdicatis, aut seruis fugitiuis; quia neque illi patrem quærunt, neque hi dominum. et, sicut ^{g, h} abdicati hereditatem patris non adsequuntur, et fugitiui impunitatem

a) colere, ac vereri] Lipf. 2: colere ac venerari. Bün.

b) vtramque personam sustinet] Sic de Ira 23. 16: vtraque personâ in eo venerabilis. Persona i. e. minus, conditio. Sæpe Cicero: personam tenere, sustinere, e. g. L. 2. de Oratore c. 24: tres personas vnus sustinemo - meam, aduersarii, iudicis. Bün.

c) sapientia præcedit, religio sequitur] Omnino hic confer L. 6. 5. II. Bün.

d) quamuis diuersa esse videantur] Diuersa nomina et diuersa significata. Vnde pluraliter in MSS. videantur; non, uti in vulgatis, videatur, quasi vis diuersa videatur, quæ vna est. Cell.

e) diuersa. - videantur] Pluralem: videantur, iam ante Cellarium dederant Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Paris. 1513. Torinoz. 1587-1613. et sic MS. Reimm. at Lipf. alter: videtur. male. Bün.

f) in sensu] i. e. mente, intellectu. not. Op. 2. 1. Bün.

g) et, sicut abdicati] Duo Lipf. sed sicut. non male. Rom. autem et Ven. et abdicati, expuncto sicut. Cell.

h) et, sicut] Sic Goth. Reimm. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. et omnes fere editi; præter Sublac. et Rost. 1476. quæ sicut non habent. Bün.

tem² ; ita neque philosophi immortalitatem accipient¹, quæ est regni cælestis hereditas, id est summum bonum ; quod illi maxime quærunt ; neque cultores deorum, poenam sempiternæ mortis effugient ; quæ est animaduersio veri domini aduersus fugitios suæ maiestatis, ac nominis. Deum vero esse patrem, eundemque dominum, vtrique ignorauerunt, tam cultores deorum, quam ipsi sapientiæ professores ; quia aut nihil omnino colendum putauerunt, aut religiones falsas adprobauerunt, aut, etiamsi vim potestatemque summi Dei intellexerunt, vt Plato, qui ait vnum^m esse fabricatorem mundi Deum ; et M. Tullius, qui fateretur, hominem præclaraⁿ quadam conditione a supremo Deo^o esse generatum ; tamen ei debitum cultum, tamquam summo patri, non reddiderunt : quod erat consequens ac necessarium. Deos autem, neque patres neque dominos esse posse, non tantum multitudo, (vt supra ostendi,) sed etiam ratio declarat : quia neque, fictum esse a diis hominem, traditur ; neque, deos ipsos antecedere originem hominis, inuenitur : siquidem fuisse in terra homines ante, quam Vulcanus, et Liber, et Apollo, et ipse Iuppiter nascerentur, adparet. Sed neque Saturno fictio hominis, neque Cælo patri eius assignari solet. Quod si nullus eorum, qui

i) aut fugitiui impunitatem] Omnes libri et fugitiui. At disiunctus sensus sit oportet, aut negans: vt vel aut, vel nec legendum sit. Planum posterius: sed prius cum scripto et proprius conuenire mihi videtur. Cell.

k) et fugitiui impunitatem] Omnes scripti et excusi: ET, pro quo Cellarius aut; Heumannus nec legunt et scribunt. At ET est rectum; sed plenius subaudiendum: et fugitiui impunitatem non adsequuntur. vide quæ notauit ad L. 2. 14. 4: sicut in calum parentes eorum, sc. non sunt recepti. et ad L. 7. 9. 14. Bün.

l) accipient] Cant. et Iun. MSS. Sublac. Roff. Ven. 1471. et omnes editi: accipiunt, solus et recte Cellarius: accipient, cum MSS. Bon. Tax. Pen.

Lipf. Goth. Emman. Reimm. nam sequitur in fut. effugient. Bün.

m) vt Plato, qui ait vnum esse] In Timæo, vbi sparsim de Deo, vt vno, loquitur. Vide supra Lib. 1. c. 8. sect. 1. Cell.

n) M. Tullius, qui fateretur hominem præclara] Cicero de Legibus Lib. 1. c. 7: Animal hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenus rationis et consilii, quem vocamus Hominem; præclara quadam conditione generatum est a supremo Deo. Cell.

o) a supremo Deo] Induxi: supremo ex Goth. Lipf. altero et ipso Cicero: pro editorum: summo. In Lact. 2. 11. 16. etiam MSS. plures supremo exhibent. Bün.

p) ita

qui coluntur, formasse a principio, atque instituisse hominem traditur; nullus igitur ex his pater hominis nuncupari potest; ita ne Deus quidem *p*. Ergo fas non est venerari eos, a quibus non fit homo generatus; quia neque a multis generari potest. Vnus igitur ac solus coli debet, qui Iouem, qui Saturnum, qui cælum *q* ipsum, terramque antecessit. Is enim necesse est hominem figurauerit, qui ante hominem, cælum, terramque perfecit. Solus pater vocandus est, qui creauit *r*; *11* solus dominus nuncupandus, qui regit, qui habet vitæ ac necis veram et perpetuam potestatem *s*. quem qui non adorat; et insipiens seruus est, qui dominum suum aut fugiat, aut nesciat; et impius filius, qui suum verum patrem vel odedit, vel ignoret.

V. Nunc quoniam docui sapientiam, et religionem *1* non posse diduci *a*; superest, vt de ipsa religione ac sapientia disseramus. Sentio quidem, quam sit difficilis de rebus cælestibus disputatio: sed tamen audendum est; vt illustrata veri- *2*
ri-

p) ita ne Deus quidem] Supple: nullus ex his nuncupari potest. Ita enim vox nullus est diuina. *Bün.*

q) cælum ipsum, terramque] Minore littera cælum edo; sequitur enim terramque, vt Saturni patrem Cælum hic non intelligat. *Bün.*

r) qui creauit] i. e. genuit, generauit, vt n. 9. c. 8. 4. Sic Phædrus L. 1. fab. 6. fin. si creauit liberos. Plura dedi ad Epit. 62. 3: Libido - creandis liberis seruiat. *Bün.*

s) qui habet vitæ ac necis veram et perpetuam potestatem] Ad vetus dominorum in seruos adludit, quod imperator Antoninus mitigauit, vt in Institut. est de his, qui sui vel alieni iuris sunt: et Constantinus lege vn. do emendat. seruos. *Cell.*

a) diduci] Sic meliores libri scripti, in Reimm. manus recentior correxerat: deduci, vt in Lips. 2. et edd. Rost. Ven. 1471 - 97. Paris. Parrh.

At diduci Ald. Crat. Gryph. Gymn. Thomas. Torn. et recentiores. recte. Lips. tert. discindi ex glossa est. Nam diduci h. l. valet: disiungi, separari, diuelli. vid. c. 2. n. 6. c. 3. n. 6. c. 4. n. 2. Ita noster de Opif. 9. 3: quum acies oculi vtriusque diducitur. Cicero L. 1. Inuent. c. 55: DISIUNCTIO deploratur ab aliquo quum diducaris ab eo etc. Seneca ep. 113: SEPARATI esse debent. Ita alter ab altero debet esse diductus, vt duo sint. Idem de Vita Beata c. 6: negant voluptatem a virtute posse diduci. Henmannus coniecit in Lact. legendum: seduci, quia L. 2. 12. 9. mortem dixit seductionem a. e. c. In MSS. et impressis frequenter diducere et deducere confundi multis docent Burmann. ad Ouid. L. 1. Amor. 7. 48. p. 353. et Drakenb. ad Sil. Ital. L. 15. 187. p. 753. *Bün.*

ritas pateat; multique ab errore atque interitu liberentur; qui
 3 cam sub velamine stultitiæ^b latentem aspernantur, ac respu-
 vnt^c. Sed prius quam incipiam de Deo et operibus eius
 dicere, mihi pauca de prophetis ante dicenda sunt. quorum
 4 testimoniis nunc vti necesse est. quod in prioribus libris ne
 facerem, temperavi^d. Ante omnia, qui veritatem studet
 comprehendere, non modo intelligendis prophetarum voci-
 bus animum debet intendere; sed etiam tempora, per quæ
 quisque illorum fuerit, diligentissime inquirere^e; vt sciat et
 quæ futura prædixerint; et post quot annos prædicta comple-
 5 ta sint. Nec difficultas in his colligendis inest vlla. testati
 sunt enim, sub quo quisque rege diuini spiritus fuerit passus
 6 instinctum. Multique scriptos^f libros de temporibus edi-
 derunt, initium facientes a propheta Moyse; qui Troianum
 bellum septingentis^b i fere annis antecessit. Is autem, quum
 per,

b) *sub velamine stultitia*] Iſæus
sub velamine iustitia. vitioſe. vid.
 not. c. 2. 3: cuius (stultitiæ) velamen-
 to. Plures edd. antiquæ etiam hic:
sub velamento. Büñ.

c) *aspernantur, ac respiciunt*] Ele-
 ganter ita iunxit, vt Plinius L. 5. ep.
 6: *aspernatur ac respicit*. Büñ.

d) *ne facerem, temperavi*] Bon. fa-
 cere temperavi. Büñ.

e) *inquirere*] Emman. et C. C. C.
exquirere. Goth. *requirere*. Nihil mu-
 to, licet Ciceronis sit L. 13. Att. ep.
 22. *diligenter exquirere*. Büñ.

f) *Multique scriptos libros de tem-
 poribus*] libros de temporibus scri-
 ptos. Membranæ *scriptos*: vulgati
scriptores. Cell.

g) *scriptos*] Sic Vltr. Cauc. Goth.
 Emm. Cant. Reimm. Subl. Rost.
 Ven. 1471-1515. et reliqui ante Fa-
 sitell. 1535. ex quo Gryph. Thomas.
 etc. *scriptores*. Büñ.

h) *septingentis fere annis*] In MSS.
 hic numerus expressus. Vulgo *non-
 gentis*. Videtur Porphyrium secutus,
 qui apud Eusebium Præpar. Euang.

lib. 10. c. 9. ait: ἀπὸ Μωσέως
 ἐπὶ τὴν Ἰλίσ ἄλωσιν συναγε-
 ῶσαι πλεῖον ἢ ἔτη ὧ, α. Moſe ad
 captum Ilium annos amplius octin-
 gentos numerari. At in Chron. Eu-
 sebius inter Moſem ducem factum,
 et captam Troiam numerat annos
 10 CCC XXXII. Tam incertæ sunt
 rationes temporum in cana antiqui-
 tate. Cell.

i) *septingentis*] Sic plures scripti,
 in his septem Vaticani, Vltr. Lips.
 Emman. Cant. et Subl. Rost. Ven.
 1471-97. Paris. 1513. Pro quo *non-
 gentis* Parrh. Iunt. Ald. Gymn.
 Gryph. Thom. et sequentes, præuise
 duobus MSS. Rom. et Goth. in quo
 ita: quia Tr. b. DCCCC f. a. a. vbi
 in marg. *Nota Moyses antecessit Tro-
 ianum bellum per nongentos annos,
 vel septingentos annos secundum
 alium librum*. De his dubiis chro-
 nologicis adi sis Betul. Is. Gall.
 Sparkium. MS. Reimm. *septingen-
 tos fere annos*. Büñ.

per annos quadraginta populum rexisset, successorem habuit Iesum^{k. l.}; qui septem, et viginti annis tenuit principatum. Exinde sub iudicibus fuerunt per annos trecentos septuaginta^{m. n.} rum mutato statu reges habere cœperunt. quibus imperium tenentibus per annos quadringentos LX. o. p vsque ad Sedechiæ regnum, oppugnati a rege Babylonio, caprique Iudæi, diuturnum seruitium pertulerunt; donec septuagesimo post anno^q Cyrus maior captiuos Iudæos terris^r ac sedibus suis redderet; qui per idem tempus in Persas suscepit imperium, quo Romæ Tarquinius Superbus. Quare quum^s omnis temporum series et ex Iudaicis, et ex Græcis, Romanisque historiis colligatur; etiam singulorum prophetarum tempora colligi possunt; quorum sane vltimus Zacharias fuit; quem constat sub Dario rege, secundo anno regni eius, octa-

VO

k) Iesum] Sic in MSS. legitur: in vulgari Iosuen. Cell.

l) Iesum] Sic Rost. vt Reimm.: et Subl. *Ihesum*. Goth. *lb'm*. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. 1513. Torn. 587: *Iosuen*. Ven. 1493. 97. *Iosue*. Parrh. *Iosue*. vnde Ald. et reliqui: *Iosuem* fecerunt. Bün.

m) per annos trecentos septuaginta] At diuinus scriptor Actor. 13, 20. ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πενήκοντα, id est CCC LXX; quod ita conciliat Th. Spark: Sub iudicibus fuisse, collectis ex libro illorum temporibus, per annos 299. quibus si addas annos 40 Eli, et Samuelis solius 12. ac eiusdem cum Saule 18. compleri annos 369. qui fere Lactantii numerus est. Actorum autem conditor ἕως Σαμὴλ, ad Samuelem vsque, cuius triginta annis demitis ex summa, remanent 339. quibus si addideris centum vndecim annos, sub alienigenis exactos, habes numerum diuinitus signatum 450. Cell.

n) trecentos septuaginta] Pal. et Lips. alter. trecentos octoginta. Bün.

o) quadringentos LX.] Minor iu-

sto numerus, si ex Regum historiis calculum ponas, qui fere ad annos CCC LXXX excurreret. Vide Sparcium. Cell.

p) quadringentos LX.] Bonon. Iun. Cauc. Vltr. Lips. tert. Goth. Reimm. annos CCCCL. qui numerus etiam in marg. Emman. et Goth. retinetur. Lips. alter: trecentos quinquaginta. At Isæus receptam ex Pen. et quinque Vaticanis, vt vero propiorem defendit. Bün.

q) septuagesimo post anno] Gothanus, LXX. post annos. Cell.

r) Cyrus maior captiuos Iudæos terris] Reddo hanc lectionem ex Goth. Lips. altero, Reimm. Emman. Cant. Subl. Rost. Ven. 1471 - 1515. et omnibus ante Fasit. et Gryph. editis. Etiam Bon. Tax. Pen. Cauc. Iun. Vltr. Pal. Lips. 1. et 3: anno captiuos Iudæos Cyrus maior terra. Pro quibus Fasitellus et recentiores subornarunt: eos Cyrus maior terris. Offendit Fasitellum, quod capti Iudæi præceserat, vnde putauit eos pronomen sufficere; sed est notissimum scriptores sæpe ita repetere. Bün.

Ec 4

s) ee-

vo mense cecinisse^s: adeo antiquiores etiam Græcis scripto-
 9 ribus prophetæ reperiuntur. Quæ omnia eo^t profero, vt
 errorem suum sentiant, qui scripturam sanctam^{**} coargue-
 re nituntur, tamquam nouam et recens fictam³, ignorantes
 10 ex quo fonte sanctæ religionis origo manauerit. Quod si
 quis, collectis perspectisque temporibus, fundamentum do-
 ctrinæ salubriter iecerit⁴; et veritatem penitus comprehen-
 det, et errorem, cognita veritate, deponet.

VI. Deus igitur machinator^a, constitutorque rerum,
 sicuti in secundo^b libro diximus; ante quam præclarum hoc
 opus mundi adoriretur^c, sanctum et incorruptibilem (et irre-
 prehensibilem^{d. e}) spiritum genuit, quem filium nuncuparet.

Et

s) cecinisse] eleganter pro: *uati-
 cinatum esse*. notauit ad L. 1. 4. 3.
 Bün.

t) eo] pro: *ideo*. not. 1. 15. 17. Bün.

u) *scripturam sanctam*] Lipf. codd.
sanctam: vulgo *sacram*: Goth. *sa-
 crasam*. Cell.

x) *scripturam sanctam*] Sic Reimm.
 ubi in edd. aliis: *sacram*. Variat
 in his Lactantius. vid. c. 7. 2. L. 7.
 14. 7. L. 7. 15. 1. Bün.

y) *recens fictam*] elegantius ita et
 Reimm. et editi, quam Lipf. 2.
recentior fictam. conf. not. 2. 11. 8. et
 ad L. 6. 20. 18. Bün.

z) *iecerit*] Sic rectius Reimm.
 Lipf. Goth. et editi, quam Emm.
repperit. Bün.

a) *machinator*] L. 2. 11. 14. Bün.

b) *in secundo*] L. 2. 8. 3. Bün.

c) *opus - adoriretur.*] MS. Iun.
adoriratur, idque Gallæo placebat.
 Sane Lactantius in loco, ad quem
 hic ablegat L. 2. 8. 3: *antequam or-
 diretur hoc opus mundi*. Sed amat
 variationem, vnde in huius loci E-
 pitome c. 42. *antequam mundum*
institueret. In Ven. 1497. *adorne-
 tur*, est purum putum vitium typo-
 rum. Nam in ed. 1493. quam illa

1497. exprimit, æque ac in omni-
 bus MSS. et edd. constanter: *adori-
 retur*. Significat vero *adorior* haud
 raro idem, quod Ciceroni: *ingre-
 dior*, aut notius: *incipio*. Exempla
 dant Pitiscus ad Curt. L. 3. 1. 6. et
 Heinf. ad Ouid. L. 2. Trist. 92. et ad
 L. 2. ex Ponto ep. 2. 16. Bün.

d) *et irreprehensibilem*] Lipf. et
 Goth. MSS. et edd. vet. Rom. ac Ven.
 hoc addunt, quod abest a vulgariis.
 Cell.

e) *(et irreprehensibilem) spiritum*] In-
 clusi cancellis duas voculas mihi
 suspectas. Habent quidem cum Lipf.
 Cauc. Vltr. et Reimm. (in quo: *impre-
 hensibilem*) et Fasitel. Gryph.
 Torn. Betul. At. Pen. Iun. Ven.
 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh.
 Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *incom-
 prehensibilem*. Peius Subl. et Rost.
et comprehensibilem. Nonnullæ vet-
 edd. e. g. Ven. 472. vtraque 78. et
 omiserant. At Bon. et Taxaqu.
 vtramque vocem non agnoscunt, et
 forte recte; nam in Epitome huius
 loci c. 42. 1. tantum dixit: *filium si-
 bi progeniit incorruptum fidelem*; ne-
 que ed. Cantabr. neque Sparkius ex
 suis MSS. obseruarunt. Bün.

f) per

Et quamuis alios postea innumerabiles per ipsum ^f creauisset, 2
 quos angelos dicimus, hunc tamen solum primogenitum di-
 vini nominis adpellatione dignatus est, patria scilicet virtute
 ac maiestate pollentem. Esse autem summi Dei filium, qui 3
 sit potestate maxima præditus, non tantum congruentes in
 vnum voces prophetarum, sed etiam Trismegisti prædicatio,
 et Sibyllarum vaticinia demonstrant. Hermes in eo libro, 4
 qui ὁ λόγος τέλειος inscribitur, his vsus est verbis: ὁ κύριος
 καὶ τῶν πάντων ^b ποιητής, ὃν θεὸν καλεῖν κενομίκαμεν, ἐπεὶ
 τὸν δεύτερον ἐποίησε θεὸν ὄρατὸν καὶ αἰδητὸν, αἰδητὸν δὲ φη-
 μι ἢ διὰ τὸ αἰδέσθαι αὐτὸν, περὶ γὰρ τούτου ἔκ ἐστι πότερον αὐ-
 τὸς αἰδῶτο; ἀλλ' ὅτι εἰς αἰδήσῃν ὑποπέμπει καὶ εἰς νῦν. ἐπεὶ
 τοῦτον ἐποίησε πρῶτον καὶ μόνον καὶ ἕνα, καλὸς δὲ αὐτῷ ἐφάνη καὶ
 πληρέστατος πάντων τῶν ἀγαθῶν ἡγίασέ τε καὶ πάνυ ἐφίλησεν
 ὡς ἰδίον τόκον. Sibylla Erythræa in carminis sui principio, 5
 quod a summo Deo exorsa est, filium Dei, ducem, et imperato-
 rem omnium his versibus prædicat:

παντατρόφον ⁱ κτίστην ὅσις γλυκὺ πνεῦμα ἅπασι
 κάτθετο, χ' ἡγητήρα θεῶν πάντων ἐποίησε.

Et

^f) per ipsum] Habent Bon. Tax. Pen. Pal. Vltr. Cauc. Iun. Lips. Goth. Angl. Reimm. (postremus verba: creauisset -- tamen, neglexit) et Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Thomas. Thys. Gall. Spark. Iſæus, qui et defendit: per ipsum, sed omisit Fasitellius, cumque secuti Gryph. Tornæus. et Betuleius. Alii MSS. et editi, auctore Gallæo legunt: per seipsum; utinam eos indicasset; ego certe nullos noui. Nam iudice Dauisio ad Epit. c. 42. vel legendum innumerabiles per SE ipsum creauisset, vel voces PER IPSVM expungendæ, quia Lactantius angelos IPSIVS DEI spiritus, siue spirationes fuisse censuit, vt ex Epit. c. 1. et Instit. L. 4. c. 8. 6-9. patet. Bân.

^g) his-verbis] Trismegisti verba

de Græcis a Lactantio conuersa legas in Epit. c. 42. 5. Bân.

^b) Κύριος καὶ τῶν πάντων] hoc est, Dominus atque omnium creator, quem Deum vocare censuimus, quia secundum Deum fecit visibilem et sensibilem. Sensibilem autem dico non ideo, quod ipse sentiat, (de hoc enim non est notum, utrum ipse sentiat,) sed quia ipse in sensum mittit et mentem. Postquam hunc fecit primum, et solum, et vnum, pulchre ei visus est et plenissimus omnium bonorum, sanctificauitque et amavit valde quasi proprium filium. Cell.

ⁱ) παντατρόφον] Hoc est, Omnium nutritorem, creatoremque, qui dulcem spiritum omnibus apposuit, et ducem deorum omnium fecit. Cell.

Ee 5

k) αὐ-

Et rursus in fine eiusdem carminis:

αὐτὸν ἔδωκε^k θεὸς πιστοῖς ἀνδράσιν γεγαῖσεν.

Et alia Sibylla præcipit hunc oportere cognosci:

αὐτὸν σὸν γίνωσκε^l θεόν, θεοῦ ἰδὼν εἶόντα.

- 6 Videlicet ipse est Dei filius, qui per Solomonem, sapientissimum regem, diuino spiritu plenum, locutus est ea, quæ subieciimus: *Deus condidit^m me in initioⁿ viarum suarum, in opera sua ante secula. Fundauit me in principio, ante quam terram faceret; et ante quam abysfos constitueret^o; prius quam prodirent^p fontes aquarum. ante omnes colles genuit me dominus: fecit regiones, et terras inhabitabiles^q sub celo.*
- 7 *Quum pararet celum, aderam illi; et quum secerneret suam sedem; quum super ventos faceret validas nubes; et quum confirmatos poneret montes sub celo. quando fortia faciebat fundamenta terræ, eram penes illum disponens. Ego eram, cui adgaudebat^s; quotidie autem iucundabar^t ante faciem eius,*
- 8 *quum*

k) αὐτὸν ἔδωκε] h. e. ipsum dedit Deus fidelibus viris honorare. Cell.

l) αὐτὸν σὸν γίνωσκε] h. e. ipsum tuum cognosce Deum, qui Dei filius est. Cell.

m) Deus condidit] Ex Græco Proverb. 8. 22. conuersum, vbi ἔκτισσε. Cell.

n) condidit me in initio] Lipf. alter: condidit me initio. Ven. 1493. et 97: Deus possedit me, propius Hebræo verbo et vulgatæ Goth. condidit me initium. Postrema hæc vox respondet Hebr. et LXX. et Tertuliano adu. Hermog. c. 18. et Cypriano adu. Iudæos L. 2. c. 1. Optime explicat Matus in Theol. Prophet. L. VII. Bün.

o) constitueret] Reimm. institueret. At prius const. Cyprianus c. l. Bün.

p) prodirent] Ita plures editi; at Ven. 1471. 72. vtraque Ven. 1478. cum Rost. proderent, vocali secunda, quod propius abest a Lipf. tert. et

Reimm. procederent, quæ quoque est lectio edd. Cypriani; in Lipf. altero produceret, quam vocem plures MSS. Cypriani c. l. præferunt. in Gr. προελθῆν. Præplacet: procederent. Bün.

q) fecit regiones, et terras inhabitabiles] Græcè χώρας ἢ ἀεικήτας. Cell.

r) regiones, et terras inhabitabiles] Goth. Lipf. 2. 3. Tornæs. MS. et Reimm. regiones et fines inhabitabiles, vt Cyprianus c. l. fecit regiones et inhabitabilia et fines inhabitabiles. Bün.

s) cui adgaudebat] Lipf. alter: cui gaudebat. in Tertull. adu. Hermog. c. 18: ego eram ad quam gaudebat. In reliquis scriptis et editis Lact. et Cypriano c. l. est: adgaudebat. item in versione antiquisf. Irenæi f. 331. in L. 4. c. 37. Bün.

t) iucundabar] Lipf. alter: ioculabat, accuratius Rost. ioculabar. Optime Reimm. cum vett. edd. iocunda-

quum lataretur orbe perfectio. Iccirco autem Trismegistus 9
 ἠμυρογὸν τοῦ Θεοῦ* dixit. et Sibylla σύμβουλον* y adpellat;
 quod tanta* sapientia et virtute sit instructus a Deo patre, vt
 et consilio eius, et manibus vteretur in fabricatione mundi.

VII. Fortasse quærat^a aliquis hoc loco, quis sit^b iste 1
 tam potens, tam Deo carus, et quod nomen habeat; cuius
 prima natiuitas non modo antecesserit mundum, verum etiam
 prudentia disposuerit, virtute^c construxerit. Primum sci- 2
 re nos conuenit, nomen eius ne angelis quidem^d notum esse,
 qui

dabat; iterum Cyprianus: *iocundabar*. pro his Tertullian. adu. Her-
 mog. c. 18. *oblectabar in persona eius*. Frequens verbum *iocundari*, s. *iucundari*, sacris scriptoribus. Cyprian.
 in fin. libri adu. Iud. *iucundantur insula*. Irenzi interpr. Vet. L. 4. c. 24. f. 311: *anima iucundabitur*. Ambrosius L. 3. Off. c. 1: *iocundare cum tua uxore*. Commodian. Instruct. ed. Schurzfl. p. 81: *Tu qui iocundaris, eris iam exterus illi*. Sæpius vtitur Vulgata, cuius quoque consensu membranarum mearum Ecclesiastic. c. 37. inusit. est: *comiocundabitur*. conf. Voss. Vit. Serm. Lat. L. 4. c. 1. et c. 11. Bün.

n) ἠμυρογὸν τῷ Θεῷ] id est, opificem Dei. Cell.

x) et Sibylla σύμβουλον] Lipfienis secundus loco Græcæ vocis habet Latine *consiliatorem Dei*. Cell.

y) σύμβουλον] Non male Lipf. alter: *consiliatorem Dei* vertit; ita enim ipse Lactantius L. 2. 8. 7. *eoque simul et consiliatore usus est*. et Epit. 42. 2. Bün.

z) quod tanta] Scribo quod cum Bon. Tax. Pen. Pal. Lipf. tribus, Emman. et Reimm. et dudum recte Tornæs. a 1587-1614. ediderat. In aliis edd. qui. Bün.

a) Fortasse quærat aliquis] Parrh. Iunr. Ald. Crat. Gymn. in futuro: *fortasse quæret aliquis*, et probat

Heumannus, quia et alibi ita loquatur. Recte quidem; sed alteram: *fortasse quærat*, æque rectum, et hic nititur auctoritate MSS. Lipf. Goth. Angl. Reimm. et Subl. Roff. Ven. 1471. 72. vtriusque 78-93. 97. Paris. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et reliquorum. Laet. L. 1. 3. 14. et L. 4. 26. 29: *dicat fortasse aliquis*. L. 4. 29. 1: *Fortasse quærat aliquis*. de Ira 15, 1: *hic fortasse quærat aliquis*. Plura noto ad Epitom. c. 29. 1. Bün.

b) quis sit] Lipf. alter: *quis sit*. Ciceronis et Lactantii more. notauit ad L. 1. 11. 39. Bün.

c) virtute construxerit] Sine vlla variatione sic omnes scripti et excussi, hoc sensu: *cuius prudentia* (ablat.) dispos. *cuiusque* virtute construxerit *Deus mundum*. Heumannus refert: *virtus*, vt præcedens quoque: *prudentia* (in nomin.); ego cogitavi: *virtusque*, sed non abco a libris. Bün.

d) ne angelis quidem] Praue Reimm. *in angelis quidem*. edo ex Lipf. tert. Emman. Cantabr. Subl. Roff. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. *ne angelis quidem*. Illud neque angelis quidem ex Parrhæs. 1509. in sequentes recentiores inductum. conf. not. 3. 23. 10. habent tamen: *neque angelis quidem - notum esse*, Iun. Pal. Cauc. Lipf. i. forte quia sequitur n. 3: *non enuntiari posse*. Bün. e) dis.

qui morantur in cælo; sed ipsi soli, ac Deo patri. nec ante id publicabitur, ut est sanctis literis traditum; quam dispositio Dei^e fuerit impleta. Deinde nec enuntiari posse^f hominis ore: sicut Hermes docet, hæc dicens: αἰτία δὲ τῆς τῆ αἰτίας εἴη τῆ θεῆς ἀγαθῆ βέλῃσις, ἢ θεὸν προήνεγκεν, εἰ τὸ ὄνομα εἰ δύναται ἀνθρώπινω σώματι λαληθῆναι. Et paulo post ad filium: ἔσι τις, ὃ τέκνον^h, ἀπόρρητος λόγος σοφίας, ὁσῖος περὶ τὸν μόνον κύριον πάντων, κὶ προενομημένουⁱ κυρία. ὃν εἶπεν ὑπὲρ ἀνθρώπων ἔσι. Sed quamvis nomen eius, quod ei a principio pater summus imposuit, nullus alius præter ipsum sciat; habet tamen et inter angelos aliud vocabulum, et inter homines aliud. Iesus quippe inter homines nominatur. nam Christus non proprium nomen est, sed nuncupatio potestatis et regni. sic enim Iudæi reges suos adpellabant. Sed exponenda huius nominis ratio est propter ignorantium errorem; qui eum immutata littera Chrestum^{k-l}

fo-

e) *dispositio Dei*] Cant. MSS. Subl. Rost. Ven. utraque 1478. 93. 97. Paris. *dispensatio Dei*. Satis bene, at præfero reliquorum: *dispositio* c. 10. 1. 2. L. 1. 1. 5. L. 2. 16. 14. Tertull. Apolog. c. 2. Bün.

f) *nec enuntiari posse*] Supple ex prioribus n. 2. *scire nos, conuenit nec enuntiari posse.* conf. c. 9. 3. Bün.

g) αἰτία δὲ τῆς τῆ αἰτίας] Latine, *Causa vero huius causa est Dei boni voluntas, qua Deum protulit, cuius nomen non potest humano ore dici.* Cell.

h) ἔσι τις, ὃ τέκνον] Hoc est, *Est, o fili, secretus quidam sermo sapientia, sanctus circa solum dominum omnium, et domini ante mente percipientis (percepti), quem dicere supra hominem est.* Cell.

i) προενομημένῃ] Veteres edd. ut Rost. græca plane omittunt. prima Ven. 1478. corrupte: προνευου. altera 78: προνομημου. Ven. 1497:

προνομημου σθεου. Omnes quidem præue. in Thomas. textu: προενομημένῃ κυρία. in marg. ex Bon. θεῆ, ex illis Heumanni nota integra hic valde vitiosa corrigenda. Bün.

k) *Chrestum solent dicere*] Suetonius Claud. c. 25. *Iudeos impulsore Chresto assidue tumultuantibus Roma expulit.* Et Tertullianus Apolog. aduersus Gentes cap. 3: *Cum perperam Chrestianus pronuntiat a vobis (nam nec nominis est certa noticia penes vos) de suauitate vel benignitate compositum est.* nam χρησὸς benignus est. Cell.

l) *ignorantium errorem - Chrestum*] Marc. Donatus in Dilucid. ad Sueton. Claud. c. 25. in Gruteri Face Crit. T. 6. p. 2. p. 674. Tertullianum et Lactantium ait docere, homines impios Christum mutato I in E Chrestum per CONTVMELIAM adpellasse; at falsus est, uterque enim ex IGNORANTIAE ERRORE ita di-

ἔος

solent dicere. Erat Iudæis ante præceptum, ut sacrum conficerent unguentum, quo perungi possent ii, qui vocabantur ad sacerdotium, vel ad regnum. et sicut nunc Romanis indumentum purpuræ, insigne est regis dignitatis adsumptæ; sic illis unctio sacri unguenti, nomen ac potestatem regiam conferebat. Verum quoniam Græci veteres *χρῆσθαι* dicebant ungi, quod nunc *ἀλειφῆσθαι*, sicut indicat Homericus versus ille^m,

αὐτὰς δὲ δμῶαι λούσαν, καὶ χρῆσαν ἐλαίῳ.

ob hanc rationem nos eum Christum nuncupamus, id est unctum, qui Hebraice Messias dicitur. Vnde in quibusdam Græcis scripturis, quæ male de Hebraicis interpretatæ suntⁿ, *ἡλειμμένος*, id est unguendo creatus^o, scriptum inue-

ntos docent; idem lapsus fuit Torrentini et Pithæi. Consentiant nobiscum Pichonius ad Taciti Annales XV. c. 44. p. 885. Kortholt. Pagan. Obrect. L. 3. c. 38. L. 4. p. 713. et ad Iustin. Mart. ed. Oxon. p. 3. Cuperus ad Laët. de Mort. Perf. c. 2. Egit quoque idem Cuperus de Christo per epistolas cum Gætzio Viteb. edit. 1716. p. 51. 55-57. 63. 64-66. 72. 90-97. Plura Ant. Byræus de Natali I. C. L. 1. c. 2. §. 2. Alex. Morus in not. ad Matth. c. 11. 30. ed. Hamb. p. 41. M. Paul. Christ. Hilscheri diss. de Christo Suetonii non Christo nostro exeunte nupero sæculo ad Collegium Antholog. Lips. misit; et existant doctæ disputationes Cypriani et Heumanni, quibus accessit Mich. Rosal. Obseru. de Christo per errorem in Christum commutato §. Groningæ 1717. a quo modeste abit Wolfius ad Theophil. 1. L. 1. ad Autolyicum p. 51-53. Bün.

m) *Homericus versus ille*] Odyss. Δ v. 49. nisi quod initium est τὰς δ' ἐπεὶ ἔβυ: et singulari initio τὸν δ' ἐπεὶ ἔβυ. Iliad. Ω v. 587. et Odyss. Θ v. 454. Cetera ubique sunt

eadem, quæ in nostro. Latine vertuntur, *Hos autem ancilla lauerunt et unxerunt oleo.* Cell.

n) *interpretata sunt*] passiuo factu, ut Tertullian. adu. Hermog. c. 19: quod in materiam interpretari possit. de carne Chr: c. 8: *capitulis interpretatis.* L. 5. adu. Marcionem: *inuenimus interpretatum.* Immo ipse Cicero L. 2. Leg. c. 12: nos prope idem *gracum interpretatum nomen tenemus.* L. 1. Diuin. c. 52: *male coniecta maleque interpretata falsa sunt.* conf. Vos L. 3. Analog. c. 6. Gronon. ad Gal. L. 15. c. 13. p. 683. Duker. de Latin. Vet. ICT. p. 334. sq. Bün.

o) *ungendo creatus*] Ita scribo fide Emman. MSS. nam plurimorum: *curatus*, huic loco non conuenit. Agit enim de iis, qui VOCABANTVR ad sacerdotium vel regnum n. 6. non de *curandis* aut sanandis. Melius quoque Goth. *interpretata sunt*, VNCTVS ELIMENOS (latinis litteris) *scriptum inuenitur.* At *creatus* recte Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. altera 1478. 93. 97. Paris. *ungendo creatus.* Betuleius versionem lat. plane omisit, certe rectius. conf. LXX. Numer. 3. 3. Bün.

a) *αρηνα*

nitur, ἀπὸ τῆ ἀλείψεως. Sed tamen utrolibet nomine rex significatur: non quod ille regnum hoc terrenum fuerit adeptus, cuius capiendi nondum tempus aduenit; sed quod caeleste ac sempiternum, de quo disseremus in ultimo libro. nunc vero de prima eius natiuitate dicamus.

VIII. In primis enim testificamur, illum hīs esse natum, primum in spiritu, postea in carne. Vnde apud Hieremiam^a ita dicitur: Prius quam te^b formarem in utero, noui te. Et item apud ipsum: Beatus qui^c erat, antequam nasceretur; quod nulli alii contigit, præter Christum. Qui quum esset a principio filius Dei, regeneratus est denuo^e secundum carnem: quæ duplex natiuitas eius magnum intulit humanis pectoribus errorem; circumfuditque^f tenebras etiam

a) apud Hieremiam] cap. i. Veteres autem multa aliena ad Christum accommodabant. Cell.

b) Prius quam te - noui te] Idem dictum Cyprianus L. i. adu. Iudæos c. 21. ad Christum retulit, quod libro de lapsis n. 16. rectius de Ieremia exposuit. Bün.

c) Beatus namque erat] Vulgo interponunt: Et item apud ipsum, Beatus qui erat, quasi et illa Hieremice verba sint, Beatus et reliqua. Lips. autem codd. ignorant verba: Et item apud ipsum: nec Goth. verba apud ipsum. Frustra ergo interpretes illa: Beatus et cetera in Hieremia inquirunt, quæ non prophetæ, sed Lactantii verba sunt. Cell.

d) noui te. Et item apud ipsum: Beatus qui erat, antequam] Tutius putavi, scripturam plurimorum MSS. et Reimmahni omniumque editionum ante Cellarium exhibere; nam Lips. tert. verba: Et item apud ipsum: Beatus qui erat legit; secundus vero Et item apud ipsum omisit, et Beatus quidem præfert; Gothan. item: beatus qui erat. Superest vt Cellarii: Beatus NAMQUE

fit ex solo Lips. primo. Quia vero illa verba neque in Jeremia neque in Barucho supersunt; nec a Cypriano, aut ab alijs, quos legi, patribus alicubi citata inuenio, suspecta sane manent. Quodsi verè illud Cell. namque in MSS. Lips. occurrat, est Lactantio dignum, qui sæpe præmissa vna voce illud ponit, more Virgillii et aliorum. vid. L. 1. 5. 12. L. 1. 21. 17. L. 2. 7. 20. c. 12. 5. L. 4. 26. 25. Epit. c. 45. Heumannus hic scribit noui te. Creatus namque erat etc. et illustrat ex n. 4. ad creandum. Egregie sane; quod confirmari potest ex Epit. c. 43. fin. quemadmodum in prima natiuitate spiritali CREATVS. Idem mihi venit in mentem, aut: NATVS namque erat, antequam NASCERETVR, aut: Genatus per notam, i. e. GENERATVS namque erat antequam nasceretur, quia sequitur n. 2: REGENERATVS est denuo. conf. n. 4. generare, n. 12. generari. Bün.

e) regeneratus - denuo] pleonasmus. noto ad c. 11. 14. renasci denuo. Bün.

f) circumfuditque] Restitui præteritum ex Angl. Subl. Rost. Ven.

etiam iis, qui veræ religionis sacramenta retinebant. Sed nos id plane dilucideque & monstrabimus; ut amatores sapientia facilius ac diligentius instruantur ^{b. i.}. Qui audit Dei filium dici, non debet tantum nefas mente concipere, ut existimet, ex connubio ac permissione feminæ alicuius Deum procreasse; quod non facit nisi animal corporale, mortique subiectum. Deus autem, quum solus adhuc esset ^{k. l.}, cui permiscere se potuit? aut quum esset tantæ potestatis, ut quidquid veller, efficeret; vtrique ad creandum societate alterius non indigebat. nisi forte existimabimus, Deum, sicut Orpheus putavit et marem esse et feminam ^{n.}, quod aliter generare nequiverit, nisi haberet vim sexus vtriusque: quasi aut ipse secum coierit, aut sine coitu non potuerit procreare. Sed Hermes in eadem fuit opinione, quum dicit *αὐτοπάτορα* * & *αὐτομήτορα*. Quod si ita esset, ut a prophetis pater dicitur, sic etiam mater diceretur. Quomodo igitur procreavit? primum nec sciri a quoquam possunt, nec

1471. 72. vtraque 78. Paris. Torn. Betul. Thomas. If. Gall. Sparkio: pro pravo circumfundit in Ven. 493. 97. Parrh. Crat. Iunt. Ald. et Cellario. His peius Reimm. peccatoribus errorem circumfunditque. Contrariam temporum confusionem notavi ad L. 3. 29. 14. Bün.

g) plane dilucideque] ut Cicerò L. 1. Orat. 32: *ut plane dilucideque loquamur*. Bün.

h) instruantur] Omnes ita scripti codices: editi instruantur. Cell.

i) instruantur] Sic Reimm. Emm. Cant. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Paris. et Torn. 1587-1613. vid. not. L. 2. 8. 2. Bün.

k) quum solus adhuc esset] Sic iadem manu scripti. Vulgo, cum solus sit. Cell.

l) quum solus adhuc esset] Pal. Iun. Cauc. Vltr. Emm. Cant. Subl. Rost. Ven. 1471-97. Pier. Parrh. Crat. Paris. Iunt. Ald. Gymn. Gryph.

Betul. Torn. ita exhibuerunt. At Bon. Tax. Reimm. immo et Goth. cum Thomasio et sequentibus: quum solus sit. vide quæ notavi ad L. 2. 8. 3. quum solus esset. Bün.
m) ad creandum] h. l. est ad generandum. vid. sequentia et not. ad c. 4. 11. Bün.

n) Orpheus putavit et marem esse et feminam] Orphei versus apud auctorem libri de Mundo est:

Ζεὺς ἄρσση γένετο, Ζεὺς
ἀμβροτος ἔωλετο νύμφη.

Quem Apuleius de Mundo ita Latine vertit:

Iuppiter et mas est, estque idem
nympha perennis.

Adde clarissimi viri Gisb. Cuperi Apotheof. Homeri p. 227. Cell.

* *αὐτοπάτορα*] vid. L. 1. 7. 2. Bün.

nec enarrari ^{o. p.} opera diuina; sed tamen sanctæ litteræ docent, in quibus cautum est illum Dei filium, Dei esse sermonem; itemque ceteros angelos Dei spiritus esse. nam sermo est spiritus cum voce aliquid significante prolatus. Sed tamen, quoniam spiritus, et sermo diuersis partibus proferuntur; siquidem spiritus naribus, ore sermo procedit; magna inter hunc Dei filium et ceteros angelos differentia est. Illi enim ex Deo taciti spiritus ⁹ exierunt; quia non ad doctrinam Dei tradendam, sed ad ministerium creabantur. Ille vero quum sit et ipse spiritus; tamen cum voce ac sono ex Dei ore ⁷ processit, sicut verbum, ea scilicet ratione, quia voce eius ad populum fuerat vsurus, id est, quod ille magister futurus esset doctrinæ Dei, et cælestis arcani ad homines proferendi ⁸. quod ipsum primo locutus est, vt per eum nobis ⁸ loqueretur; et ille vocem Dei, ac voluntatem nobis reuelaret. Merito igitur sermo, et verbum Dei dicitur; quia Deus procedentem de ore suo vocalem spiritum ⁷, quem non vtero, sed mente conceperat; inexcogitabili quadam maiestatis suæ virtute ac potentia in effigiem, quæ proprio sen-

tu

o) enarrari] Goth. enarrari, compositò verbo, quod aptius est quam narrari aliorum. Cell.

p) enarrari] Reimm. cum edd. omnibus: narrari. Idem Gothanus cap. 9. 3. vbi alii: enarratio, habet: narratio. Hic receptam defendit Heum. ex L. 2. 8. 7. confirmo ex libro de Ira II. 6. Bün.

q) ex Deo taciti spiritus] Lipf. aliter prauè: ex Deo tacito spiritum exierunt. Ceteri omnes scripti et editi, vt excusum. Heumannus: mira, inquit, deprauatio. legendum: EX DEI NARIBVS. Acute quidem, et putauerit noster illos spiritus ex naribus exiisse, sed idem vult TACITOS produisse, i. e. sine voce ac sono; quum Dei filius, siue SERMO, cum VOCE ac SONO ex Dei ore processerit, n. 8. Hi igitur TACITI spiritus et n. 9. procedens de ore Dei VOCALES SPIRITVS opponuntur. Bün.

r) ex Dei ore] Ven. vtraque 1478. ex Dei opere. prauè. Bün.

s) ad homines proferendis] Goth. proferendis. Cell.

t) ad homines proferendis] Sic Reimm. et recentiores. At Subl. Rost. Ven. 1471. vtraque 1478: ad hominem (in singul.) proferendis. Lipf. tert. Parrh. Ven. 1493. 97. Paris. Iunt. Ald. proferendis. Crat. et Gymn. vtramque vocem in variis notant. Bün.

u) per eum nobis loqueretur] Vulgo, per eum ipse ad nos loqueretur. Tollitur ipse in Emman. et Lipsiensibus, et hi etiam nobis, quod ornatius quam ad nos, præ se ferunt. Cell.

x) per eum nobis] Goth. et Reimm. per eum ad nos. Bün.

y) vocalem spiritum] Emman. vitalem spiritum. perperam. Bün.

z) et

fu ac sapientia vigeat, comprehendit; et alios item^a spiritus suos^{a, b} in angelos figuravit. Nostri spiritus^c dissolubiles^d 10 sunt, quia mortales sumus; Dei autem spiritus et viuunt, et manent, et sentiunt; quia ipse immortalis est et sensus et vitæ dator. Nostræ voces licet auræ misceantur, atque^e euanescent^e; tamen plerumque permanent litteris comprehensæ: quanto magis Dei vocem credendum est et manere^f in æternum; et sensu, ac virtute comitari^g, quam de Deo patre, tamquam riuus de fonte, traduxerit. Quod si quis^h miratur ex Deo Deum prolatione vocis, ac spiritus potuisse generari; si sacras voces prophetarum cognouerit, desinet profecto mirari. Solomonem, patremque eius Dauid potentissimos reges fuisse, et eosdem prophetas, etiam iis for-

x) et-item] Lips. tert. et alios idem, sc. Deus, vt Epit. c. 42. sed probum et-item, quod cum maxime lego in Caton. R. R. c. 98. (99.) Bün.

a) spiritus suos] Pronomen iidem codd. Emman. et Lips. addunt. Cell.

b) spiritus suos] Non habent suos Goth. Lips. tert. et edd. pleræque, et Heumannus delendum censet. Habent suos Reimm. Betul. et Tornæz. 1587-1614. et recte. Confirmo ex Epit. 42. 3: quos (angelos) idem Deus de suis spiritibus figurauit. utrobique spiritus valent spirationes. Lib. 7. 3. 9: spiritibus suis immortalibus-- angelos genuit. Bün.

c) Nostri spiritus] i. e. nostri flatus, nostræ spirationes. vid. n. 7. conf. Opif. 15. 1-4. Bün.

d) dissolubiles] Hac voce Cicero nis fere omnes. At Goth. solubiles, qua voce sæpe vitur noster L. 7. 1-9: corporale et solubile. L. 7. 3. 16: mortalis atque solubilis. conf. L. 7. 13. 1. Opif. 4-7. Bün.

e) euanescent] Lips. 2. 3. Reimm. vanescant verbo simplici. non male. Vt L. 3. 1. 3: mendacium vanescit ac diffuit. L. 17. 12. 7: dissoluta corpore anima vanesceret. Cic. 2. Leg. 10: animi labes nec diuurnitate vanescere. Arnob. L. 5. p. 156: sacrorum vi va-

tas- nescat. Alia dat Muncker. ad Fulgent. L. 2. c. 6. p. 74. et L. 3. c. 6. p. 113. Bün.

f) Dei vocem credendum est et manere] Elegans traiectio. de qua plura ad L. 2. 15. 6. et L. 4. 29. 9. Ita vero MSS. Lips. Goth. Angl. Reimm. et Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Ald. et seqq. vbi perperam Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78: Dei voce comprehendendum est et manere Bün

g) virtute comitari] Ven. 1472. vtraque 1478. commutari. prauè. De vera scriptura Heumannus hic dubitat. At in MSS. etiam in Reimm. et Subl. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Parrh. Pier. et reliquis constant: comitari, serui; quia comitari aliquo passine etiam alii dixerunt, e. g. Seneca L. 4. Benef. c. 23. pulcherrima quaque multis-comitata sunt dotibus. Alia plura congescit Heinsius ad Ouid. ed. Burmanni T. 1. p. 85. T. 2. p. 126. T. 3. p. 486. Quid multis? imitatur aperte. Tertullianum Apolog. c. 21: ostendens sese verbum Dei, i. e. λόγον illud primordiale primogenitum virtute et ratione (Lat. sensu) comitatum et spiritu instructum. Bün.

Ff

h) quo-

tasſe ſit notum, qui diuinas litteras non adtigerunt; quorum alter^b, qui poſterius regnauit, Troianæ vrbis excidium cen-
 14 tum et quadraginta annis anteceſſit. Huius pater diuino-
 rum ſcriptor hymnorum in pſalmo XXXII. ſic ait: *Verbo*
Dei cali ſolidati ſunt, et ſpiritu oris^{i. k} eius omnis virtus eorum.
 Item rurfus in pſalmo quadrageſimoquarto: *Eruſtauit^l cor*
meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. conteſtans vi-
 delicet, nulli alii opera Dei eſſe nota, niſi filio ſoli; qui eſt
 verbum Dei; et quem regnare in perpetuum, neceſſe eſt:
 15 Item Solomon^{m. n} ipſam, verbum Dei eſſe demonſtrat, cuius
 manibus opera iſta mundi fabricata ſint. *Ego, inquit, ex ore*
altis-

b) quorum alter] Ita fere omnes, et recte, vt nequidquam Iſæus, Spark. et Heum. VNVS MS. Vaticani lé-
 ſtionem: ALTERVM præferant. Er-
 ror chronologicus non eſt librarii,
 vt Viues putauit, ſed ipſius Lactan-
 tii, cui ſicut hic ALTER, ſcilicet So-
 lomo, Troianæ vrbis excidium CXL
 annis anteceſſit; ita eidem *ambo*
clariffimi Reges (Dauid et Solomo)
Troiani belli tempora CLXXX annis
anteceſſerunt, vt manifeſtum ex Epi-
 tom. 42. 7. vbi Dauis. plura. *Bün.*

i) ſpiritu oris eius] MSS. *ſpiritu*:
 vulgati, *in ſpiritu*. Cell.

k) ſpiritu oris] Sic Reimm. et edd.
 1465-1539. ante Faſitel. et Gryph.
 qui illud *in ſpiritu* inuexerunt. *Bün.*

l) Eruſtauit] Roſt. *Eruptaui*. præ-
 ve. Eodem verbo eademque appli-
 catione Cyprian. L. 2. ad Quirin.
 c. 29. Tertull. Hermog. c. 18. ſin. L.
 2. adu. Marcion. c. 4. L. 4. Marcion.
 c. 14. Hieron. ad Euftoch. in Epitaph.
 Paulæ f. 179. Prudentius Apotheof.
 v. 91. ſq. de Chriſto.

Immo animus patris et ratio et
via conſiliorum

Quæ nec facta manu nec voce
creata iubentis

Propulſit imperium patrio ru-
ctata profando.

Atqui ita et in aliis patres hac voce
 in bono ſenſu vtuntur. add. Omeif.
 et Schœtgen. ad Iuenci L. 2. ſin.
 p. 246. et Lampium in Exercit. 2.
 ad Pſalm. 45. ed. Brem. 1715. p. 78.
 Viſa metaphora in *eruſtare* minus
 honeſta Buchnero de Commutata
 Ratione c. 2. p. 44. conf. interpretes
 ad Virg. 3. Aen. 576. In bono ſenſu
 Varro L. 3. R. R. c. 13. 2: *in eam* (fi-
 ſtulam) *mammillas impoſueris tenues,*
 quæ ERVCTENT aquam. *Bün.*

m) Item Solomon] Non Solomo-
 nis verba ſunt quæ ſequuntur, ſed
 Siracidis ex cap. 24. eatenus Solo-
 moni tributa, quia creditum, illum
 Ieſum, cui Siracidi cognomen erat,
 ex abundantia Salomonis ſuas hau-
 ſiſſe ſententiæ. Cell.

n) Item Solomon] Tribuunt So-
 lomoni Siracidis librum multi pa-
 tres, quorum loca operoſe collegit
 Pamelius ad Cyprian. L. 2. ad Qui-
 rin. ineunte, vt probaret ad libros
 Canonicos pertinere, notatus inde
 ab Gouartio. Veterum loca Eccleſia-
 ſticum Solomoni tribuentium colle-
 git quoque Serarius ad S. Bonificiæ
 epiſt. 1. conf. Fabricii Bibl. Gr. L. 3.
 c. 29. p. 751. et eiſd. Codicem Pſeu-
 depigraph. V. T. *Bün.*

aliisimi prodium ante omnem creaturam^o; ego in calis feci, ut oriretur lumen indeficiens; et nebula texi omnem terram. Ego in altis habitavi; et thronus meus in columna nubis. Ioan-¹⁶
nes quoque ita tradidit: In principio erat verbum; et verbum erat apud Deum; et Deus erat verbum. Hoc fuit in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.

VIII. Sed melius Græci λόγον dicunt, quam nos verbum, siue sermonem^a. λόγος enim et sermonem significat, et rationem, quia ille est et vox, et sapientia Dei. Hunc² sermonem diuinum ne philosophi^b quidem ignorauerunt. siquidem Zenon rerum naturæ dispositorem atque opificem vniuersitatis λόγον^c prædicat; quem et fatum, et necessitatem rerum, et Deum, et animum Iouis nuncupat; ea scilicet consuetudine^d, qua solent Iouem pro Deo accipere. Sed nihil³ obstant verba^e; quum sententia congruat veritati. Est enim spiritus Dei^f; quem ille animum Iouis nominauit. nam Trismegistus, qui veritatem pæne vniuersam nescio quomodo inuestigauit; virtutem maiestatemque verbi sæpe descripsit, sicut declarat superius illud exemplum^g, quo fatetur^{b. i.} esse inef-

^o creaturam] Ipse Lactantius pro hac voce dicit: res creata, instituta. *Bün.*

^a) λόγον - sermonem] Quum Lactantius cum Tertulliano et Cypriano λόγον vertat sermonem, inde patet, quam inique nonnulli Erasmus et Seb. Castellionem, ita Iohannis primordium vertentes, lacerarint. *Bün.*

^b) sermonem - philosophi] 'Orphei αὐδῆν et λογὸν huc adplicat Iustin. Mart. ad Græcos Cohort. §. 15. p. 79. ed. Oxon. *Bün.*

^c) Zenon opificem vniuersitatis λόγον] Zenonem, Stoicorum parentem, Deum λόγον dixisse, haud obscure ostendit Cicero Lib. 1. de Nat. deor. cap. 14. Zeno, inquit, rationem quamdam per omnium

naturam verum pertinentem, ut diuinam esse adfectam putat. *Cell.*

^d) ea scilicet consuetudine] *Emm.* ea scilicet ratione. Receptam hic præfero, quia sequitur: *solens.* *Bün.*

^e) nihil obstant verba etc.] vid. L. 1. 5. 21. *Bün.*

^f) spiritus Dei] Ita hic Christus vocatur, æque ut e. 18. 31: *sed spiritus Dei per eum loquebatur.* *Bün.*

^g) superius - exemplum] respicit ad c. 7. 3. *Bün.*

^b) exemplum, quo fatetur] Vulgati in interponunt, scilicet in quo: quod abest a MSS. *Cell.*

ⁱ) exemplum, quo fatetur] Sic Goth. Reimm. et omnes ab a. 1465-1539. Pro: quo *Fafitel.* Gryph. et seqq. in quo, at Torn. 1587 - 1613. in denuo exturbauit. *Bün.*

ineffabilem quemdam, sanctumque sermonem, cuius enarratio^k modum hominis excedat. Dixi de natiuitate prima breuiter, vt potui. nunc de secunda, quoniam controuersia est in ea maxima, latius disferendum est; vt veritatem scire cupientibus lumen intelligentiæ præferamus^l.

X. In primis igitur scire homines oportet, sic a principio processisse^a dispositionem summi Dei, vt esset necesse, adpropinquante sæculi termino, Dei filium descendere in terram; vt constitueret Deo templum, doceretque iustitiam: verumtamen non in virtute angeli, aut potestate cælesti; sed in figura hominis, et conditione mortali, vt, quum magisterio functus^b fuisset, traderetur in manus impiorum, mortemque suscipere^c; vt, ea quoque per virtutem domita, resurgeret, et homini, quem induerat^d, quem gerebat, et spem vincendæ mortis adferret, et ad præmia immortalitatis admitteret. Hanc ergo dispositionem ne quis ignoret, docebimus prædicta esse omnia, quæ in Christo videmus esse completa. Nemo adseuerationi nostræ fidem commodet^e, nisi ostendero, prophetas

k) enarratio] Goth. narratio. vid. c. 8. 6. not. Bün.

l) lumen-præferamus] Eleganter. L. 5. 2. 6: vt præferret non videntibus lumen sapientiæ. Imitatur Ciceronem pro Sulla c. 14: in tantis tenebris erroris et inscientia clarissimum lumen prætulistis menti meæ. Bün.

a) processisse] Sic MSS. Lipf. Goth. Angl. Reimm. Fasit. Gryph. et recentiora. vbi edd. vet. processisse. Bün.

b) magisterio functus] L. 4. 16. 4. Bün.

c) mortem susciperes] L. 4. 26. 28. Bün.

d) homini, quem induerat] homini i. e. humana natura, quam induerat, concretum pro abstracto. Sæpe ita Cyprianus, c. g. de Idol.

Vanit. sine: qui mediator duorum hominem induit - vt hominem, quem dilexit, quem induit - ad patrem victor imponeret. Idem de Orat. Domin. Deus infirmitatem hominis, quem portabat, ostendens. Arnobius L. 1. p. 38: homo, quem induerat, et secum ipse portabat. Ita quoque in Græcis Irenæus, Origines et Athanasius; in Latinis Hilarius, Ambrosius, Augustinus. Bün.

e) fidem commodet] Rost. commentet. Ven. 1471. 72. vtraque 78. et Paris. 1513. accommodet. vt Tertull. Apol. 2: negantibus non facile fidem accommodatis. At MSS. Lipf. Angl. Goth. Reimm. Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. et reliqui: commodet, rectissime. L. 2. 16. 10: fidem commodant. L. 7. 1. 15: fidem commodabunt. Bün.

f) tem-

tas ante multam temporum seriem ^f prædicasse, fore aliquando, vt filius Dei nasceretur sicut homo; et mirabilia faceret, et cultum Dei per totam terram seminaret ^h, et postremo patibulo ⁱ figeretur, et tertia die resurgeret. Quæ omnia quum ⁴ probauero eorum ipsorum ^k litteris, qui Deum suum mortali corpore videntem ^l violauerunt; quid aliud obstabit, quo minus veram sapientiam clarum sit in hac sola religione versari? Nunc a principio totius sacramenti origo narranda est. Maiores nostri ^m, qui erant principes Hebræorum, quum sterilitate atque inopia laborarent, transierunt in Aegyptum rei frumentariæ gratia; ibique diutius commorantes, intolerabili ⁿ seruitutis iugo premebantur. Tum misertus eorum Deus, ⁶ eduxit eos, ac liberauit de manu regis Aegyptiorum, post annos quadringentos ^o & triginta, duce Moyse; per quem postea illis lex a Deo data est. in qua educatione ostendit virtutem ^p suam.

f) temporum seriem] Bonon. *annorum seriem*. Horatio L. 3. od. 30. *si dicitur: innumerabilis annorum series*. At Lact. 4. 5. 8: *omnis temporum series*. Bün.

g) prædicasse] Lipf. tert. Reimm. *prædixisse*, vt n. 2: *prædixit esse*. Sæpe hæc libri commutant. Bün.

h) cultum seminaret] noto ad c. 25. 2. Bün.

i) patibulo] Solletine Lactantio, Hieronymo, aliis *crucem* vocare *patibulum*. conf. Epit. 47. 1. c. 51. 5. Prudent. Peri Stephan. H. 10. 641: *CRUX illa nostra est, nos patibulum ascendimus*. conf. Index meus ad Castellionis Versionem Cod. S. p. 153. Bün.

k) eorum ipsorum] MS. Cant. Subl. Rost. Ven. 1471-1515. et reliqui ad ann. 1593: *eorum temporum*. Rectius MSS. Lipf. Goth. Emm. Reimm. et Fasilcl. Gryph. Torn. Thom. et seqq. *eorum ipsorum*. Bün.

l) corpore videntem] Cant. MS. Subl. Rost. Ven. 1471- vtraque 78: *corpore videntem*. At rectius cum

plurimis MSS. Reimm. et Ven. 1493. 97. Parrh. Parh. Ald. aliique: *corpore videntem*. Bün.

m) Maiores nostri] *quia nos ab Christo conuocati ex gentibus in illorum (Iudeorum) locum successimus*, secundum L. 4. 20. H. vnde L. 5. 22. 14: *quorum nos successores et pastores sumus*. et Epit. c. 48. 3. Bün.

n) intolerabili seruitutis iugo] Omnes hic: *intolerabili*, quod noto ob L. 7. 15. 2. Bün.

o) post annos quadringentos triginta] Emman. Goth. Lipf. *quadringentos*: editorum multi *trecentos*. H. h. vero cum diuina scriptura congruit. Cell.

p) quadringentos] MS. Cant. Subl. 1465. et omnes ante Torn. 1587. *trecentos* aut *trecentos triginta*. perperam. At plerique scripti Bon. Tax. Pen. nouem Vaticani, tres Lipf. Pal. Vlr. Iun. Reimm. Goth. Emm. Torn. 1587-1614. Ifzus, Gall. et seqq. *quadringentos triginta*. recte. Ex. 12, 40. Bün.

7 suæ maiestatis Deus. Traiecit enim populum medio mari rubro, præcedente angelo, et scindente aquam, vt populus per siccum gradi posset; quem verius (vt ait poeta^q)

Curuata in montis faciem circumstetit vnda.

8 Qua re audita tyrannus Aegyptiorum cum magna suorum manu infecurus, et mare adhuc patens temere ingressus, coeuntibus aquis cum omni exercitu deletus est. Hebræi vero

9 egressi, in solitudine, multa mirabilia viderunt. Nam

quum sitim paterentur; ictu virgæ rupe percussa, proficit

10 fons aquæ, populumque recreauit. Quo rursus esuriente, cælestis alimenti pluuia^r descendit. quin etiam coturnices in castra eorum ventus inuexit^s; vt non modo pane cælesti, sed

11 etiam instructioribus epulis saturarentur. Pro his tamen

diuinis beneficiis honorem Deo non reddiderunt: sed depulsa iam feruitute; iam siti fameque deposita, in luxuriam prolapsi,

12 ad profanos Aegyptiorum ritus animos transtulerunt. Quum enim Moyse dux eorum adscendisset in montem, atque ibi

13 XL diebus moraretur, aureum caput bouisⁿ, quem vocant

Apin, quo eos in signo præcederet^x, figurarunt. Quo

pec-

q) vt ait poeta] Virgilius lib. 4. Georg. v. 361. Cell.

r) cælestis alimenti pluuia] Emman. cod. alimenti manna. Sed potest pluuix glossa esse manna. Cell.

s) ventus inuexit] Goth. et Lips. ita: vulgares induxit. Cell.

t) ventus inuexit] Elegantius ita Bonon. Goth. Lips. primus, et solus Cellarius recepit. Auentinus, scriptor elegantissimus, qui multa ex hoc aliisque locis in suos annales Boiorum deriuauit. L. i. Annal. f. 13. vulgatum: induxit quoque habet. Bün.

n) aureum caput bouis] Etiam Tertullianus adu. Iud. c. i. Cyprian. de Bono Patient. n. 11. Sulpic. Seuer. L. i. Hist. 19. 4: bubulum caput, vel vituli memorant, Boghartus vero caput bouis idem esse quod bonem docet Hierozoi. p. l. L. 2. c. 34. f.

m. 346. cui accedit P. Iurieu Hist. Crit. de Dogmes et des Cultes. vid. Act. Erud. Lips. 1705. p. 19. conf. Witf. Aegypt. Sacr. p. 64. Kortholt. Pag. Obtr. L. 2. c. 1. p. 261. Spencer. de Leg. Hebr. Ritual. L. i. f. 1. cd. Tubing. f. 21. Bün.

x) quo eos in signo præcederet] Apis præcederet, non viuus, sed in signo et simulacro aureo. in signo Goth. et Lips. est. Emm. in signum. Vulgo quod eos signo. Cell.

y) quo eos in signo præcederet] Emm. Iun. Vltr. Cauci^z quod eos in signum præcederet. Reimm. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. cum pluribus: quod eos signo præcederet. (Reimm. procederet) Parrh. Iunt. quod eorum signa præcederet. MS. Cant. Subl. et Rost. quod eos præcederet. Heumannus pro glossemate habet omnia. Bün. z) con-

peccato, ac scelere offensus Deus, impium, et ingratum populum pro merito pœnis grauibus affecit; et legi, quam per Moysen dederat, subiugauit. Postea vero quum in deser-¹⁴ta quadam parte Syriæ confedisent², amiserunt vetus nomen Hebræi. et quoniam princeps examinis^a eorum Iudas erat, Iudæi sunt adpellati; et terra, quam incoluere^b, Iudæa. Et¹⁵ primo quidem non dominio regum subiecti fuerunt; sed populo ac legi ciuiles iudices præfidebant; non tamen in annum^c constituti^d, sicut Romani consules, sed perpetua iurisdictione subnixi^e. Tum, sublato iudicum nomine, potestas regalis inducta est. Verum iudicibus regimen eorum tenentibus,¹⁶ prauas religiones sæpe susceperunt^f, atque offensus ab his Deus toties eos alienigenis subiugabat, donec rursus pœnitentia populi mitigatus liberaret eos seruitute. Item sub regi-¹⁷bus finitimorum bellis ob delicta vexati, postremo capti, abductique Babylonem, pœnas impietatis suæ graui seruitio penderunt; donec Cyrus veniret in regnum, qui statim Iudæos restituit edicto. Exinde tetrarchas habuerunt vsque¹⁸ ad Herodem^g, qui fuit sub imperio Tiberii Cæsaris^h; cuius anno

2) *confedisent*] Subl. Ven. 1471. Rost. condidissent. Reimm. prauic: *concedissent*. Bün.

a) *examinis*] Lipf. tert. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 97. *exanimis*, respectu mortui Iudæ, a quo tribus, quæ præcedebat in agmine, dicta. Hac ratione non opus fuisset Betuleio, dicere: se nescire, quem Iudam ducem post Moysis tempora Latantius hic somniet. Nihil tamen mutuo, examen hic ponitur pro exercitu, grege. Horat. 1. Ep. 19. 23: *Dux regit examen*. Clare hic imitatur Tertull. Apolog. c. 39: *Non-dum Iudæum ab Aegypto Examen Palestina suscepit*. Bün.

b) *quam incoluere*] Lipf. 2dus: *coluere*. notaui ad L. 1. 11. 35. Bün.

c) *in annum*] Sic rescripti fide Reimm. Angl. Subl. Kost. Ven. 1471. 72. vtriusque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Betul.

Tornæs. Isæus. Spark. Walch. Heum. Pro quo Fasitel. Gryph. Thomas. Thyf. Gall. Cell. *in annum*. Bün. d) *constituti, sicut*] Rotundius ita Reimm. et Rost. adprobante Heumanno. Alii: *constituti sunt, sicut*. Bün.

e) *subnixi*] not. c. 15. 10. Bün. f) *susceperunt*] Ita Bonon. quod cum Heumanno præfero. Sequitur quidem *subiugabat*. At pari modo hoc capite n. 5: *transierunt - premebantur*, et n. 15: *subiecti fuerunt - præfidebant*. Et constanter sequuntur præterita. Bün.

g) *Exinde tetrarchas vsque ad Herodem*] Immo post Herodem ex Augusti diuisione constituti. Ab reditu autem ex Babylonia vsque ad Herodem erat principatus penes pontifices. Cell.

h) *qui fuit sub imperio Tiberii Cæsaris*]
Ff 4

anno quinto decimo^{i. k.}, id est duobus Geminis consulibus^l ante diem decimum^m calendarum Aprilium Iudæi Christum¹⁹ cruci adfixerunt. Hic rerum textus^{n.}, hic ordo in arcanis sanctarum litterarum continetur. Sed prius ostendam, qua de causa in terram venerit Christus; ut fundamentum diuinæ religionis, et ratio clarescat.

XI. Quum sæpe Iudæi præceptis salutaribus repugnarent, atque a diuina lege desciscerent^a aberrantes ad impios cul-

[*faris*] Herodes Antipas sub Tiberio fuit: at sub Augusto Herodes rex, qui magnus dicitur. Cell.

i) cuius anno quinto decimo] Decimo quinto Tiberii anno Saluator tinctus est baptisate: inde annos ministerii supputamus per paschata, ab Ioanne diligentius notata. Vide Scalig. de Emend. Temp. lib. 6. p. 516. Cell.

k) anno quinto decimo] Goth. cuius anno XII. superscriptum quidem XV, sed numerus XII. etiam ibidem in margine. Simili modo: XII. anno Tiberii irrepsit in MS. Vosfii apud Irenæum L. 3. c. 12. ed. Grabii f. 235. At reliqui MSS. omnes et editi recte: quinto decimo. confirmo ex Laët. 4. 14. 11. add. Toinard. et Bauldr. ad L. de Mort. Perf. 2. 2. Natalis Alexander in Hist. Eccl. N. T. T. 3. p. 84. declarat, cur patrum plerorumque sententiam de Morte Christi sub duobus Geminis non sit secutus, at Patrum causam suscepit Emman. a Schelstrate in disq. de Chronotaxi vitæ Christi. conf. Burmann. in disq. 2. de Interallo functionis Christi, et Bynæus de Natali I. C. p. 292. Plura Act. Erud. Lips. 1695. p. 250. A. 1699. p. 390. A. 1693. p. 197. A. 1690. p. 121. Suppl. T. 1. p. 465. 466. et p. 477. Bün.

l) duobus Geminis consulibus] C. Rubellio Gemino et C. Fusio Gemi-

no, anno ante consulatam M. Vinicii. Tacitus annali 5. incunte. Rubellio et Fusio COSS. quorum utriusque Geminus cognomentum erat. Cell.

m) ante diem decimum] Exhibeo scripturam Bon. Tax. Pen. octo Vaticanorum, duorum Regg. Paris. Vltr. Iun. Cauc. Lips. secundi, tertii, Goth. Cantabr. Reimm. Tornæ. MSS. et Subl. Rost. Ven. 1471. 72. utriusque 478. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. 1513. in his omnibus: ante diem decimum; qui numerus conformis est libro de Mort. Perf. c. 2. princ. ubi plura. In Emman. voci: ante diem septimum eadem, ut videtur, manu superscriptum: decimum. hoc peius MS. [Coll. Corp. Christi: ante diem decimam septimam utramque lectionem conflauit. Bün.

n) rerum textus] Cantabr. MS. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. utraque 78. 97. Pier. Parrh. Paris. rerum exitus. At præplacet scriptura Lips. Goth. Emman. Reimm. Aldi et reliquorum: rerum textus, ut hic textus et ordo; sic textus et series iunguntur ab Arnobio L. 5. Ammian. Marcellin. L. 20. c. 8: gestorum hic textus est. de voce conf. Borrich. Vindic. Lat. p. 229. sqq. Bün.

a) desciscerent] Seruo hanc lectionem Bonon. Angl. Lips. 1. Goth. Subl. Rost. Aldi et sequentium. conf. n. 5. vindicaui ad de Ira 23. 21: a pietate

cultus deorum; tum Deus iustos, et electos viros spiritu sancto implebat, prophetas in media plebe constituens; per quos peccata ingrati populi verbis minacibus increparet, et nihilominus hortaretur ad pœnitentiam sceleris agendam. quam nisi egissent, atque abiectis vanitatibus ad Deum suum redissent^b; fore, vt testamentum suum mutaret, id est, hereditatem vitæ immortalis ad exterar^c conuerteret nationes, aliumque sibi populum fideliozem ex alienigenis congregaret. Illi autem a prophetis increpati, non modo verba eorum respuerunt; sed^d, quod sibi peccata exprobrarentur, offensi, eos ipsos exquisitis cruciatibus^e necauerunt. quæ omnia diuinæ litteræ signata conseruant. Dicit enim propheta Hieremias^f: *Misi ad vos seruos meos prophetas: ante lucem mittebam, et non audiebatis & me, neque intendebatis auribus vestris, quum dicerem vobis: Conuertatur vnusquisque a via sua mala, et a nequisimis adfectionibus^h vestris, et habitabitis in terra ista, quam dedi vobis, et patribus vestris a seculo vsque in sæculum. Nolite ambulare post deos alienos, vt seruiatis eis; et ne incitetis me in operibus manuum vestrarum, ad dis-*

pietate desciscere. Lipf. alter prauè: *discederant.* melius Lipf. tert. *discederens.* Reimm. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. *desisterent.* Sæpe hæc verba in libris confundi, discas ex notis variorum et Torrenii ad Val. Max. L. 6. 6. ext. 1. not. 32. p. 587. Bün.

b) *redissent*] Sic optime libri omnes. Bün.

c) *exterarum - nationes*] not. 4. 2. 6. Cicero pro Flacco c. 12: *extera nationes.* Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78 - 97. Paris. *extemas - nationes.* rectius, vt edimus, MSS. Lipf. Goth. Reimm. et Parrh. Ald. et sequentes. Bün.

d) *sed*] pro: *sed etiam.* sæpe post: non modo ita poni ostendi ad Epit. 23. 3. Bün.

e) *exquisitis cruciatibus*] L. 5. 9. 10. L. 7. 17. 7. Bün.

f) *propheta Hieremias*] cap. 25. v. 4. 5. 6. primis tamen verbis ad cap. 44. v. 4. inflexis. Cell.

g) *audiebatis*] Reimm. *obaudiebatis* cum MS. Fosfat. in Cypriano. L. 1. ad Quirin. c. 2. conf. Lact. 12. 18. Bün.

h) *adfectionibus*] Sic prætuli ex Reimm. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Betul. et Tornæs. 1548 - 1614. eo facilius, quia in Cypriano L. 1. ad Quirin. c. 2. præter edd. Spirens. 1471. Reimbolti 1512. Erasmi Basil. et Gryph. MSS. decem vetusta ita habent. Et sic solet versio ista Latina hodierna Vulgata antiquior. Tertull. ad Iudæos ex Ezech. *Numquid modica damni Iuda, vt faciant facinora, que fecerunt? et adhuc visuruses adfectiones maiores eorum.* Bün.

Ff 5

i) ad

- 5 *disperdendos* i vos. Hesdras ^{k. l.} etiam propheta, qui fuit eiusdem Cyri temporibus, a quo Iudæi sunt restituti, sic loquitur: *Desciuerunt* ^m a te, et *abiecerunt legem tuam post corpus suum* ^{n. o.}, et *prophetas tuos interfecerunt*, qui *obtestabantur* eos, ut *reuerterentur ad te*. Item Helias in libro βασιλειῶν tertio ^p: *Aemulando emulatus* ^{q. r} sum domino Deo omnipotenti, quia *dereliquerunt te filii Israel*, et *altaria tua demolierunt* ^t; et *prophetas tuos interfecerunt gladio*; et *remansi ego solitarius* ^t, et *querunt animam meam auferre a me*. Propter

i) *ad disperdendos*] Lipf. secund. *ad dispergendos*, ubi quoque vnus MSS. N. C. in Cypriano; at reliqui, vt editum. Vtrumque abit ab hebræo, quem LXX. et Vulg. propius exprimunt. Bün.

k) *Hesdras etiam propheta*] libro posteriore, qui Nehemiæ adscribitur, c. 9. v. 26. Cell.

l) *Hesdras*] Illustrat Wolfius in Biblioth. Hebr. vol. 2. p. 86. sqq. et excitatus iam ab Heumanno Carpzovius in Introd. in Libros Hist. V. T. c. 18. pr. Bün.

m) *desciuerunt*] Lipf. alter: *deserunt*. Reimm. inargo: *receserunt*. nonnulli MSS. Cypriani: *disceserunt*. Bün.

n) *post corpus suum*] Sic manu scripti libri: sic etiam Græcus Nehemiæ liber, quem Lactantius expressit, aut eius versionem, ὀπίσω σώματ^o αὐτῶν. Vulgati, *post cor suum*. Cell.

o) *post corpus suum*] Sic Bon. Tax. Pen. Pal. Vltr. Iun. Lipf. Goth. septem Anglicani, Guelferb. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. ex recentioribus solus Isæus et merito recepit et defendit. In tribus quoque MSS. Cypriani c. l. *post corpus* rectius quam in eius edd. habetur, quos et Græcum: ὀπίσω σώματ^o τος sequi præstat, quam reliquorum: *post cor suum*; licet Cypriani

altera lectio: *post dorsum*, et Vulgata *post terga sua*, hebræo propiora. Cyprianus enim et Lactantius τρις LXX vbique sequuntur. Bün.

p) *in libro βασιλειῶν tertio*] primo secundum Ebræos, cap. 19. v. 10. Cell.

q) *Aemulando emulatus sum*] MSS. *amulando*: vulgati *emulans*. Vtriusque ratio ex Ebraismo est. Cell.

r) *Aemulando emulatus*] Sic Eimm. Cant. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. vtraque 78: et Cyprianus. c. l. Bün.

s) *demolierunt*] Lipf. alter: *demoliti erant*. Sed librarium offendit forma actiua, quæ in omnibus MSS. etiam Guelferb. et Reimm. et edd. præualet. Vulg. *destruxerunt*. At eonstanter quoque Cypriani libri c. l. *demolierunt*; nec alibi vulgata ab forma actiua abhorret, vt 3 Esdr. 1. 55: *demolierunt montes*. 3 Esdr. 4. 4. *demolierunt montes*. Glosf. Vetus: *diruit, demolit, κατεστρεψεν, κατεβαλεν οικοδομας*, Alphen. L. 2. ff. priusquam veterem demoliret. Vipian. L. 6. Opin. *qui domum alienam demolit*. Alia Vossius L. 3. Analog. c. 7. p. m. 41. et Duker. de Latinit. Vetr. Ict. p. 328. 329. Bün.

t) *solitarius*] Sic Reimm. cum pluribus. Lipf. alter: *solus*, vt vulgata. Variant quoque Cypriani libri. Bün.

u) *com-*

pter has illorum impietates abdicauit eos in perpetuum; itaque desinit prophetas mittere ad eos. Sed illum filium suum primogenitum, illum opificem rerum, et consiliatorem * suum delabi^x iussit e cælo, vt religionem sanctam Dei y transferret ad gentes, id est, ad eos, qui Deum ignorabant; doceretque iustitiam, quam perfidus populus abiecerat. quod iam pridem denuntiauerat^z esse se facturum^a: sicut Malachias propheta indicat dicens^{b,c}: *Non est mihi voluntas^d circa vos, dicit Dominus; et sacrificium acceptum non habebō^e ex manibus vestris; quo-*

^a) *consiliatorem*] Ven. 1471. immo et Sublac. vtraque Ven. 1478. 1493. 97. Paris: *consolatorum*. Rectius Parrh. et reliqui: *consiliatorem*. L. 4. 6. 9. Epit. 42. 2. Bün.

^x) *delabi - e celo*] Lipf. tert. Emm. Cant. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 1515. et reliquæ edd. ante Fasitel. *labi*. Goth. Lipf. 1. 2. Fasitel. Gryph. *delabi*. eleganter vero *labi* et *delabi* pro: *descendere*, vti variat in Epit. 43. 8. Tertull. Apol. c. 21. de Christo: *delapsus in virginem*. Bün.

^y) *religionem sanctam Dei*] Omittunt Lipf. tert. et Reimm. *Dei*, et posset abesse. Bün.

^z) *denuntiauerat*] Lipf. alter, Iun. Subl. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1539. *annuntiauerat*. Pen. et Rost. *annuntiauerunt*. prauè. Optime Bon. Lipf. 1. 3. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæz. Betul. Thomas. et sequentes: *denuntiauerat*. Subindicat enim minas, quam vim Græuius hinc inde ad Ciceronem obseruauit. Hinc Lact. Epit. 43. 5: *qui secuturam ultionem minarentur ac denuntiarent*. Bün.

^a) *esse se facturum*] Addidi ESSE ex MSS. Lipf. tert. Reimm. pari elegantia Bon. Lipf. primus: *esse denuntiauerat esse facturum*. His proxime Fasitel. Gryph. Torn. Betul. *se denuntiauerat esse facturum*. Rost. vtraque Ven. 1478. 93. 97. et omnes ante Fa-

sitel. *se esse facturum*. Tandem Thomas. cum sequentibus: *esse* plane exturbarunt. Bün.

^b) *Malachias propheta dicit*] Goth. breuiter et Latine dicit: Lipf. *annuntiauit dicens*: vulgo *indicat dicens*. Quæ autem sequuntur verba, ex Malach. cap. I. v. 10. II. sunt de prompta. Cell.

^c) *indicat dicens*] Credidi restituendam lectionem longe plurimorum MSS. certe omnium editionum, a Lactantio non alienam, vtc. 12. 9: *deklarauit dicens* - n. 18: *ossendis dicens*. c. 13. 10: *docet dicens*. et c. 14. 4. c. 20. 12. Bün.

^d) *voluntas*] Reimm. *voluptas*, vti in tribus MSS. apud Cyprian. L. I. Quirin. c. 16. at plerique Lact. et Cypr. *voluntas*. recte. LXX *ἑλενημα*. Bün.

^e) *acceptum non habebō*] Plerique libri in præsentidederant: *acceptum non habeo*. melius Reimm. et Torn. 1587-1614. Geneu. 1630: *sacrificium non accipiam*, vt Tertull. 3. Marc. c. 21. et vetustiss. interpretes Irenzi L. 4. c. 30. At omnium optime Betuleius et solus edidit: *acceptum non HABEBO*; ita enim codex Taurin. Epit. 48. 5. clare, æque ac Cyprian. c. I. c. 16. quem maxime sequitur, præferunt. Et est in Hebr. et Gr. futurum. Iesus quoque vidit. Bün.

f) vs-

quoniam a solis ortu usque ad occasum^f clarificabitur nomen
 9 meum apud gentes. Item Dauid in psalmo XVII 8. Consti-
 tues me in caput gentium: populus, quem non cognoui, seruiet
 10 mihi. Esaias quoque sic loquitur^b: Venio colligere omnes
 gentes, et linguas; et venient, et videbunt claritatem meam,
 et dimittam super eos signum, et mittam ex his conseruatosⁱ
 in gentes, quae longe sunt^k, quae non audierunt gloriam meam,
 11 et nuntiabunt claritatem meam in gentes. Volens igitur
 Deus metatorem templi sui mittere in terram, noluit eum in
 potestate et claritate caelesti mittere, vt ingratus in Deum po-
 pulus in errorem maximum induceretur^l, ac pœnas pro faci-
 noribus suis lueret; qui dominum ac Deum suum non rece-
 pisset^m; quod olim prophetæ cecinerant, sic esse facturumⁿ.
 12 Esaias enim^o, quem iidem ipsi Iudæi^p serra confectum^q cru-
 de-

f) usque ad occasum] Reimm. vs-
 que in occasum. vt Cyprian. 1. Qui-
 rin. 16. Recepta in Epit. 48. 5. Bün.

g) in psalmo XVII] Secundum He-
 bræos psalm. 18. v. 44. Cell.

h) Esaias quoque sic loquitur] cap.
 ultimo, v. 18. 19. Cell.

i) conseruatos] Sic rectius et hic
 Cyprianus, quam Torn. MS. conser-
 uatores, nam in græco: σεσωσμε-
 νος. Bün.

k) quae longe sunt] Tertull. 5. adu.
 Marc. qui eratis longe, facti estis pro-
 pe. Cypr. 1. ad Quirin. c. 21: extollet
 signum in gentes, quae longe sunt. et
 paullo ante in hoc ipso loco: quae
 longe sunt. et c. 22. Bün.

l) vt - induceretur] Ratio æque
 imbecilla, ac L. 4. 2. 5. Bün.

m) qui non recepit] Sic plerique:
 qui expono: quippe qui. in Lips. tert.
 qui - non recepit. quoniam popu-
 lus nomen collectiuum, quod sæpe
 vereres plurali iungunt. Bün.

n) sic esse facturum] Emman. Lips.
 tert. et Reimm. sic esse futurum. Bün.

o) Esaias enim ita dicit] cap. 1.
 v. 2. Cell.

p) quem iidem ipsi Iudæi] Vox i-
 dem a me addita ex Goth. Lips. tert.
 et Reimm. Bün.

q) serra confectum necauerunt] Con-
 stans traditio antiquitatis hoc sup-
 plicii genere Esaiam trucidatum fuis-
 se. Iustinus Martyr dialogo cum
 Tryph. p. 349: τὰ περὶ τὴν θάνα-
 τον Ἡσαΐα, ὃν πρόβου ξυλίνω
 ἐπέβρατε, de cade Esaiæ, quem
 serra lignea dissecuisti. Auctor libri
 de Vitis prophetarum, Epiphanio
 adscripti, in Esaiæ, πρώτεις εἰς δύο,
 dissectus in duas partes. Tertullianus
 de Patientia cap. 14: His patientia
 viribus secatur Esaias. Ambrosius in
 Luca c. 20. p. 197: Esaias, cuius fa-
 cilius compagem corporis serra diuisit,
 quam fidem inclinauit. Prudentius
 Passione S. Vincentii v. 521:

Sic corpus: ast ipsum Dei
 Sedes receptum continet
 Cum Maccabais fratribus,
 Secloque Esaiæ proximum. Cell.

r) pre-

delissime necauerunt, ita dicit: *Audi calum,* et percipe auri-
bus terra, quoniam Dominus locus est: filios genui, et exal-
taui; ipsi autem spreuerunt me. agnoui eos possessorem suum,
et asinus praesepium^r domini sui: Israel autem me non cognouit,
et populus meus me non^s intellexit. Hieremias quoque fimi- 13
liter ait: Cognouit tempus suum turtur, et hirundo; et ru-
ris passeret custodierunt tempora introitus sui: populus autem
meus non cognouit iudicium Domini. Quomodo dicitis: Sapien-
tes sumus, et lex domini nobiscum est? incasum facta est meta-
tura falsa scribe^{u. x}, confusi sunt sapientes, trepidauerunt et
capti sunt, quoniam verbum Domini reprobauerunt. Ergo, 14
vt ceperam dicere, quum statuisset Deus doctorem virtutis
mittere ad homines, renasci eum denuo^y in carne praecipit,
et

r) praesepium] Lips. alter: praesepi, quod antiquius et ita in Cypriano editum, vbi tamen MSS. Bodl. 2. 4. Thuan. Fosfat. Corb. Vosl. praesepium. Bün.

s) populus meus me non intellexit] Emman. et Goth. et Reimm. me, omisso: populus meus non intellexit. variant quoque Cypriani libri. Isxviii hic consule. in Reimm. me superferipit rubricator. Bün.

t) Hieremias quoque similiter ait] c. 8. v. 7. 8. Cell.

u) incasum facta est metatura falsa scribe] Variant codices nexu et diuisione verborum, cui vt commodetur, in litteris quoque aut syllabis mutatio facta est, falsi scribe, ac copula et adiecta. Nos, vestigia manu scriptorum et ed. Rom. secuti, tollimus et, atque incidimus vt LXX et Hieronymus inciderunt. Illi, eis μάτην ἐγενήθη χοίνοσ ψευδῆσ γραμματεῦσιν. ἠχρὺν θῆσαν σοφοί, ἐπτοήθησαν ἢ ἐάλωσαν: hic: Mendacium operatus est stilus mendax scribarum. Confusi sunt sapientes, perterriti et capti sunt. Cell.

x) metatura falsa scribe] Optime sic scribitur et distinguitur: falsa.

rectius in MSS. Angl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 97. Paris. At Witteb. et Reimm. false. Goth. cum Parrh. Iunt. Ald. et seqq. falsi. praeuenam LXX χοίνοσ ψευδῆσ. docte illustrat Pamelius ad Cypr. L. 1. ad Quirin. c. 3. cui hic sua ex parte debet Isxus, licet reticeat. χοίνοσ, inquit Pamelius, proprie iuncum significat, quare quum iuncis maximis olim scribere soliti sint veteres, recte D. Hieronymus vertit stilum significat et funem, vnde χοίνοσ funiculus, quia ex vluu et iunco palustri, teste Plinio L. 12. c. 1. neuntur et torquentur funes. Significat etiam idem quod χοίνοσμοσ, i. e. mensuram per funem: vnde apud Herodotum χοίνοσ pro mensura terra Persica accipitur 60. stadiorum, seu iuxta Plinium 40. hanc significationem respexit, qui vertit: metatura - infir c. 20. quod alii verterunt funiculos Cyprianus mensuras vertit. Desideratur vox METATURA in meis Fabri editionibus. Bün.

y) renasci - denuo] Pleonasmus, vt c. 8. 2. Bün.

z) si

et ipsi homini similem fieri, cui dux, et comes, et magister
 15 esset futurus. Sed tamen quoniam clemens est et pius erga suos Deus, ad eos ipsos eum misit, quos oderat, ne illis in perpetuum salutis viam clauderet, sed daret his liberam facultatem sequendi Deum; ut et præmium vitæ adipiscerentur, si secuti fuissent; quod plurimi eorum faciunt atque fecerunt: et culpa sua in pœnam mortis incurrerent, si regem suum re-
 16 pudiasent^z *. Apud illos igitur, et ex eorum semine regenerari eum iussit, ne, si fuisset alienigena, iustam possent excusationem de lege prætere, quod eum non suscepissent; simul, ut nulla omnino gens esset in terra, cui spes immortalitatis negaretur.

1 XII. Descendens itaque de cælo sanctus ille spiritus Dei, sanctam virginem, cuius utero se insinuaret, elegit. At illa diuino spiritu hausto repleta^a concepit, et sine vlllo attactu viri repente virginalis vterus intumuit. Quod si animalia quædam vento et aura^{b. c} concipere solere, omni-

z) *si regem suum repudiasent*] Quidam libri recentes addunt, quod sciebat esse facturos. Sed desunt hæc in omnibus MSS. etiam vetustis editionibus, Rom. Ald. et alia Ven. ante Aldinam excusa. Cell.

*) *repudiasent. Apud illos*] Sic omnes scripti, etiam Reimm. Goth. et omnes editi ante Thomassium; qui cum sequentibus *repudiasent*, quod sciebat esse facturos. *Apud illos.* Isæo teste in variis illa verba ex Bonon. codice fuerunt inserta. Bün.

a) *repleta*] Poterat hoc verbum, Heumanno iudice, abesse. Bün.

b) *vento et aura*] ET manu exarati et olim impressi: recentiores vulgati aut. Fabulæ credit, in Hispania equas vento concipere, de qua Silius Lib. 3. v. 381:

Grex Venerem occultam genitalli concipit aura.

Adde Iustinum Lib. 44. cap. 3. Cell.

c) *vento et aura*] Copula: et est in Bon. Tax. Pen. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. Iunt. Crat. Paris. Gymn. Tornæs. 1587-1614. et Isæo. Prænum: *vento AVT AVRA* ex Fasitelo in Gryph. Betul. Thomas. et sequentes inuectum. Scriptorum loca de hac fabula diligenter collegit Betuleius et ex hoc Isæus. Conf. Isidor. L. XI. etc. de Avibus; Martian. Capell. L. 6. p. 203. Harduin. ad Plin. L. 8. sect. 67. p. m. 212. Creonium Animadu. Philol. part. X. p. 70-73. M. Dau. Caspar Superint. Reg. et Consist. Rigens. Adsesor Primar. Regiomonti olim edidit disp. *de fabulosis nonnullorum animalium adfectionibus, utpote de Equabus Lusitania, Tigridibus et Vulturibus an vento concipiant?* De insigni equarum celeritate scriptores explicat Spanhem. ad Callimach. p. 196. Bün.

d) *mi-*

omnibus notum est; cur quisquam mirum putet^d, quum spiritu Dei, cui facile est quidquid velit; grauatam esse virginem^e dicimus? Quod sane incredibile posset videri, nisi hoc futurum ante multa sæcula prophetæ oecinissent. Solomon ita dicit f. 8: *Infirmatus est uterus virginis, et accepit fetum; et grauata est, et facta est in multa miseratione^b mater virgo.* Item propheta Elaias; cuius verba sunt hæc: *Propter hoc dabit Deus ipse vobis signum; Ecce virgo accipiet in utero^{i, k}, et*

d) *mirum putes*] Conf. Cypriano adscriptam expositionem ad Symb. Apost. n. 14. et Originem contra Celsum L. 1. p. 29. qui scite paganos ex suis fabulis refellunt. Bün.

e) *grauatam esse virginem*] Omnes: *grauatam esse*, vt n. 3: *grauata est*, et in Epit. 44. 1. Cic. 1. Diuin. c. 9:

Iam vero semper viridis semperque GRAVATA

Lentiscus triplici solita grandescere PETV.

Ter fruges fundens.

Sic sumi potest quoque Lucret. L. 1. 254: *fesuque grauantur.* Barthius ad Statii L. 2. Theb. 614: *utero grauato.* obseruat: *gravidato.* ex Glosf. MSS. quo verbo: *gravidari* Arnobius aliique vruntur. *grauare*, auctore scholiaste, idem quod: *gravidam facere.* Festus: *gruida est, que iam grauatur conceptu.* Rarius *gravidatam esse* vindicatum a Græuio ad Flor. L. 1. c. 1. p. m. 563. et Dukero c. 1. p. 15. Virgilius: *grauis pro gruida* L. 1. Aen. v. 274: *Marte grauis geminam partu dabit Iliam prolem.* Bün.

f) *Solomon ita dicit*] quidam addunt *in ode vnde vigesima.* Lipf. *Solomon in libro ita dicit.* Rom. *Salomo sic ait.* Non autem in scriptis Salomnis hæc verba, quæ sequuntur, adparent. Cell.

g) *Solomo ita dicit*] Lipf. alter et Pal. *Solomo in libro ita dicit.* Taxaq.

Iun. Lipf. 1. 3: *Solomo in psalmo vnde vigesimo.* Reimm: *Solomo in Psalmo vnde vigesimo ita dixit.* Diuisa male voce, hanc rubricator sciolus: *num vigesimo.* Goth. *Solomon in libro in ode vicecima ita dicit.* Tornæs. MS. *in psalmo vigesimo.* Fasitel. Gryph. Tornæs. Betul. *Solomo in ode vnde vigesima ita dicit.* If. *vnde vicecima.* Sparkio auctore Bodlei. et Cotton. addunt: *in Psalmo 21. scilicet aut isti MSS. aut Sparkio pitarunt, vnde vigesimus significare: vnus et vicecimus (21.),* quum eleganter notet: *nonus decimus.* Citatus locus neque in veris neque suppositis, quæ supersunt, scriptis Solomonis exstat; nec ab aliis scriptoribus, quod sciam, allegatus. Edd. ab a. 1465 - ad 1539. tantum habent: *Solomo sic ait.* Fallitur ergo Gallæus, quum scribit: alios, vt Bon. (sed tacet Thom. et If. vnde ergo nouit?) et PLEROSQVE impresos legere: *Solomo ode vnde vigesima.* Bün.

h) *in multa miseratione*] Sic omnes et Epit. c. 44. vnde Goth. *in multarum miserationem* concidit. Bün.

i) *concepit in utero*] Cum Angl. et Lipf. codd. et Rom. ed. scribo. *Vulgati, accipiet in uterum.* Cell.

k) *accipiet in utero*] Prætulit hanc lectionem Emman. Goth. et Lipf. tertii, conformem Cypriano L. 2. ad Quirin. c. 9. (et a Pamphilo ibidem not. 49. f. 412. merito delendam,) et Am-

- 5 *pariet filium; et vocabitis¹ nomen eius Emanuel.* Quid hoc manifestius dici potest? Legebant ista Iudæi, qui eum negaverunt^m. si quis nos hæc fingere arbitratur, ab his requirat, ab his potissimum sumat. Satis firmum testimoniumⁿ est ad probandam veritatem, quod ab ipsis perhibetur^o inimicis. Emanuel autem numquam vocitatus est, sed Iesus; qui latine dicitur salutaris, siue saluator^p; quia cunctis gentibus salutarifer^q venit: sed propheta declarauit hoc nomine, quod Deus
- 6 ad homines in carne venturus esset. Emanuel enim significat nobiscum Deus; scilicet quia illo per virginem nato; confiteri homines oportebat, Deum secum esse, id est, in terra, et in carne mortali. Vnde Dauid in Psalmo LXXXIII^r: *Veritas, inquit, de terra orta est;* quia Deus, in quo veritas est, terrenum corpus accepit; vt terrenis viam salutis aperiret.

Ambrosio de Cain et Abel L. 1. c. 3. et vetustissimo interpreti Lat. Irenæi L. 3. c. 9. f. 213. Conf. MSS. ad L. 3. c. 18. not. (g) ed. Grabii, et LXX ex MS. Rom. ἐν γαστρὶ ληψεται. Huic lectioni proxima Fasitel. Gryph. Tornæs. 1548-1514. Betul. Thomas. Gall. Sparkii ab antiquissimo codice Taurin. Epit. 44. 2. fulta: *accipiet in utero.* Cant. Reimm. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. If. Cell. *concipiet in utero.* Præfert Ixæus neque putat differro, an dicamus concipiet in utero vel accipiet in utero. Non enim, inquit, verbum concipere absolute positum accipere in utero significat, sed simpliciter adprehendere. Bün.

1) *vocabitis*] Ita Bon. Emman. Goth. Lipf. tert. Reimm. et edd. Fasitel. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. Ixæus, Gall. Spark. rectissime. Ita enim vetustiss. Taurin. Epit. 44. 2. cum Tertull. Cypriano, Hieronymo, qui in vers. græca καλεσε^r olim legerunt; vbi hodie Alex. et Rom. καλεσεις habent. Malim, inquit

Pamelius c. 1. f. 413. legi: *vocabis, quod sic legant LXX. ac tres reliqui interpretes et alii veteres, quam vocabitis, nisi sic legerent Tertull. adv. Iudeos et Hieron. ad Pammach. de Opr. Gen. Interpret.* In MSS. Cant. Lipf. 2. Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. et reliquis: *vocabitur.* Bün.

m) *negauerunt*] Reimm. *negauerunt.* noto c. 18. 23. Bün.

n) *Satis firmum testimonium etc.*] Illustrat Rittershus. L. 3. Sacr. Lect. c. 13. integro. Bün.

o) *quod perhibetur*] Ita Cyprianus de Mortalitate ed. Gryph. p. 373: *illi testimonium perhibet dominus.* Bün.

p) *saluator*] Ita omnes libri hic et n. 9. et Epit. 42. fin. vide meum indicem ad Castellion. Version. Cod. S. p. 193. Bün.

q) *salutarifer venit*] Refert Ouidium L. 15. Metam. v. 745: *venitque salutarifer orbi.* Bün.

r) *Dauid in Psalmo LXXXIII*] Ebr. 85. v. 12. Cell.

s) *Item*

ret. Item Esaias ipse: *Ipsi autem non crediderunt, et exacerbauerunt spiritum sanctum: et conuersus est eis ad inimicitiam. Et ipse expugnauit; et recordatus est dierum seculi, qui suscitauit de terra pastorem ouium.* Quis autem futurus esset ille pastor, declarauit alio loco, dicens: *Exsultent cali desuper; et nubes induant iustitiam; aperiaturl terra, et pullulet saluatorem.* Ego enim dominus Deus creauit eum. Saluator vero est (vt supra diximus) Iesus. Sed et alio loco idem propheta sic prædicauit: *Ecce natus est nobis puer; et datus est nobis filius; cuius imperium super humeros eius: et uocatum est nomen eius, magni consilii nuntius.* Iccirco enim misus est a Deo patre, vt vniuersis gentibus, quæ sub cælo sunt, singularis et veri Dei sanctum mysterium reuelaret, ablatum perfido populo; qui aduersus Deum sæpe deliquit. Daniel quoque similia prælocutus est: *Videbam, inquit, in visu noctis; et ecce in nubibus cali vt filius hominis ueniens; et usque ad vetustum dierum peruenit.* Et qui ad-

s) Item Esaias ipse] cap. 63. (al. 64.) v. 10. 11. Cell.

t) declarauit alio loco, dicens] Esaias idem, c. 45. v. 8. Cell.

u) pullulet saluatorem] dictum vt Apulei. L. 4. Metam. Terras uenorem aliam pullulasse. Plura talia Munckerus ad Fulgent. Mytholog. L. 1. c. 12. p. 45. ad uerba: ouiparos pullulet fetus ex Lact. citat: pullulet seruatore. At MSS. Reimm. Lips. 1. 2. Goth. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fafitel. Gryph. Tornæs. Thomas. et recentiores omnes: pullulet saluatorem. At MS. Tornæs, Lips. tert. Sublac. Rost. Ven. 1471. 472. utraque 78. 93. 97. Paris. 1513: pullulet (al. pululet) saluator. Scilicet offenderunt in casu, quum pari bonitate uetus interpres in loco nostro uerterit: germen saluatorem. Ita quoque est in explicatione Hieronymi ad h. l. Bün.

x) Sed et alio loco idem propheta] c. 9. vt notum est. Cell.

y) magni consilii nuntius] LXX

Græci, μεγάλης βουλῆς ἀγγελλῶ. Cell.

z) magni consilii] Reimm. magni concilii, at in gr. βουλῆς. Bün.

a) singularis et veri Dei] Singularis, est unius. Cicero de Vniuers. c. 4: Singularem Deus hunc mundum atque unigenam procreauit. Cell.

b) singularis] Vox Theologica, inquit Beruleius; sed non magis quam unus, unicus, pro quo sæpe eleganter singularis ponit. notauit ad L. 1. c. 4. fin. æque ac hic L. 1. 1. 13: Dei singularis ac veri dixit. Bün.

c) ablatum perfido populo] Goth. ablatu perfido populo. prauæ. L. 4. 2. 6: Statuerat Deus - ducem mittere, qui eam iustitiam (hoc loco: sanctum mysterium) perfido ingratoque populo ablatam ceteris nationibus reuelaret. Bün.

d) Daniel quoque similia] c. 7. v. 13. 14. Cell.

Gg

e) es

sistebant, obtulerunt eum; et datum est ei regnum, et honor, et imperium: et omnes populi, tribus, linguæ seruient ei; et potestas eius aeterna, quæ numquam transibit; et regnum eius
 13 *non corrumpetur*^e. Quomodo igitur Iudæi et confitentur,
 et sperant Christum Dei? qui hunc iccirco reprobauerunt,
 14 quia ex homine natus est. Nam quum vita sit a Deo constitutum, ut idem Christus bis adueniat *f. s.* in terram; semel, ut vnum Deum gentibus nuntiet, deinde rursus^b, ut regnet: quomodo in secundum eius aduentum credunt, qui in primumⁱ non crediderunt? Atqui propheta utrosque aduentus eius paucis verbis comprehendit: *Ecce, inquit, in nubibus cæli, ut filius hominis veniens. non dixit, ut filius Dei, sed filius hominis; ut ostenderet, quod carne indui haberet^k in terra;*

e) et regnum eius non corrumpetur] Antea fuerat editum ab omnibus: et regnum eius, quod non corrumpetur. Atque habent quod textus Hebr. Tertullianus quoque L. 3. adu. Marcionem: *et regnum eius, quod non vitiabitur*, et Hieronymus in versione Danielis. nihilominus omisi fide codicis Gothani, qui pariter ac antiquissimus Taurinensis in Epit. c. 47. 4. clare legunt: *et regnum eius non corrumpetur*; immo denuo MSS. omnes editique illud QVOD non agnoscunt in hoc ipso capite 12. n. 19. nec habent LXX et Cyprianus L. 2. ad Quirin. c. 26. quos Lactantius maxime sequitur. *Bün.*

f) bis adueniat] MSS. Lips. et Goth. *adueniat*: vulgo veniat. *Cell.*

g) bis adueniat] Ita quoque Reimm. Mihi cum Heumanno præplacet: *bis veniat*, quod plures scripti et omnes editi præter Cellarium habent. ad rem conf. Orig. contra Celsium L. 1. p. 43. *Bün.*

h) deinde rursus, ut regnet] *Emman.* deinde ut regnet. Nihil muto. est pleonasmus nostro frequens, de quo ad L. 2. 13. II. notavi. Idem sen-

tit Heusinger. ad Vechneri Hellenol. p. 158. (t). *Bün.*

i) quomodo in secundum - qui in primum] Reimm. quomodo secundum, et Goth. qui primum. Vtroque loco IN delerem, nisi scirem, patres et alibi sine necessitate illam præpositionem addere verbo credere. Legunt quoque Ven. 1471. 72. vtraque 78: *qui primum*. *Bün.*

k) indui haberet] *Lego, inquit Heumannus: deberet, ut in 1513. et 1515. Addo, iam ante illos Parrh. et postea Crat. Gymn. cum MS. Iun. deberet exhibuisse; at illud deberet ex glossa est. rectius MSS. plurimi, in his Lips. Goth. Guelph. Reimm. Anglic. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Gryph. Tornæs. Thomas. et sequentes: indui haberet.* hic est stilus Lactantii et scriptorum sacrorum. *Lact. 4. 20. 10: quod per Christum dari haberet. L. 4. 30. 2: quod hæreses haberent existere. Tertullianus de Velanda Virgine c. 5: de qua Christus nasci habebat. c. 11: responderi ex aduerso habebat. Aduers. Iudæos: dari habebat circumcisio. c. 8: exterminari haberes.*

terra; vt suscepta hominis figura, et conditione mortali, doceret homines iustitiam: et quum, mandatis Dei functus, veritatem gentibus reuelasset; multaretur etiam morte, vt inferos quoque vinceret ac resignaret^l, atque ita demum resurgens ad patrem proficisceretur in nube sublatus. Adiecit enim ¹⁶ propheta, et ait: *Et usque ad antiquum^m dierum peruenit; et oblatu^s est ei.* Antiquum dierum adpellauit Deum summum, cuius ætas et origo non potest comprehendi, quia solus a sæculis fuit, et erit semper in sæcula. Christum au- ¹⁷ tem post passionem ac resurrectionem adscensurum esse ad Deum patrem, Dauid in psalmo centesimo nono contestatus est his verbis: *Dixit Dominus domino meo, sede a dexteris meis, quoadusqueⁿ ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum.* qui propheta, quum rex esset, quem adpellare dominum suum posset, qui sederet ad dexteram Dei, nisi Christum filium Dei, qui est rex regum, et dominus dominorum? Quod ¹⁸ Esaias apertius ostendit^o dicens: *Sic dicit dominus Deus Christo domino meo^p, cuius tenui dexteram: Obaudire ante*

beret. c. 11: habebat expungi. c. 14: agnoscere habet. De Baptismo c. 16: habet iugum. de Carne Chr. c. 6. 7. (8) 19: nasci haberet. Resurr. Carn. c. 14: habent iudicari. Conf. c. 26. de Anima c. 32. c. 35. Iterum de Resurr. Carn. c. 30. c. 35. c. 39. c. 40. c. 42. c. 44. c. 50. L. 1. adu. Marcion. c. 11. c. 22. L. 2. Marc. c. 15. L. 3. c. 2. 7. 9. 11. 12. 22. L. 4. c. 8. 22. 28. 35. 39. 40. L. 5. c. 3. 6. 9. 11. 13. 18. 20. Satis frequenter quoque ita Cyprianus, e. g. in Epistolis. Mitto Ambrosium et alios. vid. Grabium ad Irenzi Lib. 3. c. 20. f. 247. not. (d). Bün.

l) resignaret.] Noto ad L. 7. 22. 15. hæc illustrat auctor Expositionis in Symbol. Apostol. n. 19. fin. ed. Pamelii ad Cyprian. f. 570. Bün.

m) usque ad antiquum.] Sublac. et Ven. 1471: *usque antiquum.* vt notauit ad L. 1. 22. 11. hic non probat; habent enim reliqui omnes; variat tamen hic in verbis. vid. n. 12: *usque*

ad vetustam dierum. Cyprianus L. 2. Test. 26: *usque ad veterem dierum.* Bün.

n) quoadusque.] Sic libri omnes, etiam in Cypr. L. 2. Testim. c. 26. et ibidem c. 13. et c. 17. Sæpe vetustissima versio Irenæi, e. g. L. 1. in præf. et in hoc ipso dicto L. 3. c. 6. f. 208. L. 3. c. 11. f. 217. et f. 225. Vindicauit quoque Liuius, Suetonio et Tacito Gronouius ad Tac. L. 14. c. 58. excerpt. ex cod. Oxon. Bün.

o) Esaias apertius ostendit.] cap. 45. v. 1. sq. quamuis ibi de Cyro proprie, non de Christo, sermo est, nisi quod ille typus huius quodammodo dici possit. Cell.

p) dominus Deus Christo domino meo.] Lips. tert. et Reium. meo omitunt. At in græco: $\chi\rho\iota\sigma\tau\omicron\ \mu\epsilon\theta\ \kappa\upsilon\rho\upsilon$ (Cyro), vnde finxerunt: $\kappa\upsilon\rho\iota\omega$. vid. Pamel. Oxon. editorem ad Cyprian. L. 5. Testim. c. 21. Bün.

ante eum gentes faciam, et fortitudinem regum dirumpam. Aperiam ante illum portas, et ciuitates non claudentur. ⁹ Ego ante te ibo^r, et montes deplanabo^s, et fores æreas conteram, et seras ferreas confringam; et dabo tibi thesauros absconditos et inuisibiles; ut scias, quia ego sum^t dominus Deus, qui vo-
¹⁰co nomen tuum, Deus Israel. Denique ob virtutem, ac fidem, quam Deo exhibuit in terra; datum est ei regnum, et honor, et imperium; et omnes populi, tribus, linguæ, seruient ei; et potestas eius æterna, quæ numquam transibit; et regnum
²⁰eius non corrumpetur. Quod quidem duobus modis intelligitur; quia et nunc habet perpetuam potestatem, quum omnes gentes, et omnes linguæ nomen eius venerantur, maiestatem confitentur, doctrinam sequuntur, virtutem imitantur: habet imperium, habet honorem^a, quum omnes tribus
²¹terræ præceptis eius obtemperant. et idem postea, quum rursus aduerferit in potestate ac claritate, vti omnem animam iudicet, et iustos restituat ad vitam: tunc vere totius terræ regimen obtinebit: tunc sublato de rebus humanis omni malo, aureum sæculum (vt poetæ vocant) id est iustum ac pacificum
²²tempus orietur. Sed hæc vberius in vltimo libro dis-
 fere-

g) Ego ante te ibo] TE propheta et MSS. Angl. ac Goth. interponunt: vulgo omitunt: Lipf. ante eum. Cell.

r) ante te ibo] Sic Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. 1513. in LXX MS. Rom. 18 Alex. 1678, hinc variarunt Lipf. ante eum, reliquæ edd. Ven. 1493. 97. etc. ante ibo. Biin.

s) deplanabo] i. e. in planum deducam. Verbum ex antiquioribus nondum probatum. inuenio in Glosf. Cyrill. ἐξομαλίζω, deplano, exaquo. Conf. Falster. Supplem. L. L. p. 89. Complatio a Gronouio Senec L. 6. Quæst. Nat. c. 1. vindicatur. Biin.

t) scias, quia ego sum] Omnes libri: quia-sum. Nihil frequentius vetu-

sto Latino Interpreti et scriptoribus ecclesiasticis, quam post: scio, cognosco, intelligo, loco quodcumque coniunctiuo ponere, quia cum indicatiuo, vt nequidquam sollicitarint Cell. et Heum Lact. 6. 22. 3: scit enim, quia mortis est fabricatrix voluptas. Ex sexcentis exemplis profero pauca ex Tertull. L. 4. Marcion. in fine: scitate, quia ego sum; et ex Cypriano L. 1. ep. 3. ad Cornelium: sciunt, quia a sacerdotibus Dei non timentur. De Eleemos. nisi si putas, quia quis Christum pascit, a Christo ipse non pascitur. Conf. quæ noto ad Lact. 5. 17. 30: nesciunt, quia malum est, nocere. Biin.

u) habet honorem] MSS. Angl. et ed. Rom. habet: ceteri atque honorem. Cell.

a) no-

feremus, quum de secundo aduentu loquemur: nunc de primo, vt capimus, explicemus.

XIII. Summus igitur Deus, ac parens omnium, quum religionem suam transferre voluisset, doctorem iustitiæ misit e cælo; vt nouis cultoribus nouam legem ^a in eo, vel per eum daret: non sicut ante fecerat per hominem; sed tamen nasci eum voluit tamquam hominem, vt per omnia summo (Deo) patri ^{b. c} similis existeret. Ipse enim pater Deus, et origo, et principium rerum, quoniam parentibus caret, ἀπάτωρ, atque ἀμήτωρ a Trismegisto verissime nominatur; quod ex nullo fit procreatus. Idcirco etiam filium bis nasci oportuit, vt et ipse ^d fieret ἀπάτωρ atque ἀμήτωρ. In prima enim natiuitate spiritali ἀμήτωρ fuit; quia sine officio matris ^e, a solo Deo patre generatus est ^f. In secunda vero carnali ἀπάτωρ ^g fuit, quoniam sine patris officio, virginali ^h & vtero procreatus ⁱ est, vt mediam inter Deum et hominem substantiam gerens, nostram hanc fragilem, imbecillemque naturam quasi manu ad immortalitatem posset educere, factus est Dei ⁱ filius per spi-

a) nouam legem] c. 17. 3. Bün.

b) summo Deo patri] Ex Lipf. codd. Deo addidi, quod et Emman. habet similis Deo patri. Cell.

c) summo (Deo) patri similis] Includi a Cellario solo receptam vocem (Deo), alienam ab plerisque MSS. etiam Lipf. tert. Goth. Reimm. et omnibus edd. nec Heumanno visa necessaria, abest enim c. 14. 15. c. 26. 2. et in Epitome c. 43. 8. Bün.

d) vt et ipse fieret] Addo: et ex Emman. itaque Heum. recte coniecit. Bün.

e) sine officio matris] Eleganter vt n. 4: sine patris officio. L. 2. 11. 6: sine officio parentum, vt L. 1. 8. 7: sine usu et opera femina. Bün.

f) generatus est] Iun. a solo Deo progeneratus. Cauc. Sublac. Rost.

Ven. 1471. 72. vtraque 78. ad 1563. etiam Tornax. 1548-1614: progeneratus. Satis bene, ac rectius MSS. Bon. Tax. Pen. Pal. Vltr. Lipf. Goth. Guelf. Reimm. Thomas. Isaacus, et seqq. a solo Deo patre generatus est. In Lactantio enim vbique verbum simplex occurrit. vid. not. 3. 14. 10. conuicio illud progeneratus ortum ex nota: pre generatus, i. e. patre generatus. Hinc Iun. patre omisit; Emman. a solo Deo generatus. Bün.

g) virginali vtero] Sic libri. Heum. e virginali vtero legit. Bün.

h) procreatus est] Creare, procreare, generare, etiam de femina dicuntur; vti multis docuit Munckerus ad Hygin. fab. 3. p. 19: Quæ liberos ex eo procreauit. Bün.

i) educere, factus est Dei filius]

Gg 3

• Sic

spiritum, et hominis per carnem, id est, et Deus et homo. Dei virtus in eo ex operibus, quæ fecit, adparuit; fragilitas hominis, ex passione, quam pertulit, quam cur susceperit, paullo post^k docebo. Interim^l et Deum fuisse, et hominem ex utroque genere permistum^m, prophetis vaticinantibus discimus. Esaias Deum fuisse testaturⁿ his verbis: *Fatigata est Aegyptus, et negotiatio^o Aethiopum, et Saba viri^q alti ad te transgredientur, et tui erunt serui, et post*

16

Sic distinguunt et legunt Lips. tert. Reimm. et edd. vett. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78 - 1515. Crat. Gymn. Betul. Tornæs. 1587-1613. vnde Heumannus scribit: *educere*, factus et Dei filius. Primum Fasitell. et Gryph. distinxerunt copula et inserta: *educere*. Factus est ET Dei filius. itaque sine examine secuti Thomas. et recentiores. Bün.

k) paullo post] L. 4. c. 16. Bün.

l) Interim] Reimm. *Interim*, al. *iterum*, quo varians lectio: *iterum* indicatur. In Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78: *Integrum et Deum fuisse testatur*. apertum typhothetis verba: *fuisse, et hominem ex utroque genere permistum, prophetis vaticinantibus discimus. Esaias Deum fuisse*, excidisse, quia verba illa: *Deum fuisse* bis sequebantur. Paris. 1513: *Integrum et Deum fuisse* etc. habet omnia. Bün.

m) ex utroque genere permistum] More Patrum. Ita Tertull. Carn. Chr. c. 15: *Agnoscent hominem Deo mixtum*. L. 2. Marcion. 27: *miscenze in semetipso hominem et Deum*. Cyprian. L. 2. adu. Iudæos c. 10: *Quod et homo et Deus Christus* ex utroque genere concretus, *vs mediator esse inter nos et patrem posset*. Cautelas circa loquendi modos suppeditat Mart. Chemnitius loco de Deo f. m. 73. Bün.

n) Esaias Deum fuisse testatur]

cap. 45. v. 14-15. Superiora quidem de Cyro erant: hæc vero a pluribus ad Christum, perinde vt a nostro, referuntur, Hieronymo scilicet in h. l. Athanasio Dialog. 3. de S. Trinit. p. 215. Ambrosio Lib. 1. de Fide c. 2. et aliis. Sed in *tepresabuntur*, Lips. vt Greci. Vide infra c. 29. n. 10. *Cell.*

o) negotiatio Aethiopum] Perperam recentiores ediderunt *natio Aethiopum*. Omnes enim MSS. et ed. Rom. Ald. et olim Hieronymus, *negotiatio*, LXX *ἐμπορία*. Cell.

p) et negotiatio] Recte ita MSS. Guelf. Angl. Lips. Goth. Reimm. et Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78 - 1515. Iunt. Crat. Paris. Gymn. et Ifæus. Nec aliter Cyprian. L. 2. Testim. adu. Iud. c. 6. Mirum, nouaturienti Fasitelio et exhibenti: *et natio*, Gryphium, Betul. Tornæs. Thomas. Thyf. Gall. Sparkum obsequi potuisse; Hilario vox LXX h. l. *ἐμπορία* vertitur in L. 4. Trinit. c. 38: *mercatus*. Bün.

q) et Saba viri] Ita quidem rectius Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. nulla distinctione posita inter voces; *Saba viri*. In Reimm. ex *Saba* alia antiqua manus fecit: *Sabani*, aberrauit in puncto; corrigo aut: *Sabain*, vt est in Tertull. adu. Praxean. 13. et Hilario L. 4. Trin. 38. ed. Veronehs. nouissimæ; aut *Sabaim*, vt cum LXX antiquæ mez membranæ in

te ambulabunt vincēti compedibus, et adorabunt te; et in te precabuntur, quoniam in te Deus est, et non alius Deus præter te. Tu enim Deus es, et nesciebamus, Deus Israel saluator. Confundentur et reuerebuntur omnes, qui aduersantur tibi, et cadent in confusione. Item propheta Hieremias sic ait: *Hic Deus noster est, et non deputabitur alius absque illo, quæ*

in Hilario c. l. et codices Cypriani L. 2. Testim. c. 6. habent. Errauit vero Iſæus, scribens, mendasse in omnibus Lactantii exemplaribus punctum interiectum esse Saba. Viri. Et si Ven. 1493. 97. Paris. Parrhas. et reliquæ edd. modo punctum, modo duo puncta, modo commā interposuerint; immo Hilarius c. l. serio ita distinxit et ad mercatum refert; et alti s. excelsi viri ipsi sunt plane alii, quam Sabain, vt ex c. 39. patet. Bün.

r) *vincēti compedibus*.] Sublac. et Rost. *iuncti compedibus*. Ven. prima 1478: *victi*. rectius MSS. et Ven. 1493, 97. Parrh. et plures: *vincēti*, cum Cypriano c. l. et LXX de demeror. Sæpe illas voces confundi disce ex Drakenburg. ad L. 6. Sil. Ital. 348. p. 313. sq. et ad L. 8. 487. p. 431. In Hilario L. 4. c. 38. vertitur: *alligati vinculis*. postea: *vincēti*. Horatius translate L. 4. Od. n. 24: *compe- ditum*. et Ouid. L. 4. Trist. 1. 5. et L. 1. ex Ponto 6. 31: *vincētus compe- de fosfor* dixit. Bün.

s) *in te precabuntur*.] Ante Cella- rium editi: *te precabuntur*. at re- ctum: *in te*, secundum MSS. et edi- tos L. 4. 29. 10. et codicem antiquisf. Taurin. c. 44. 4. item Cyprian. L. 2. Test. 6. vbi Pamellius vindicauit ex LXX. ἐν σοὶ add. Hilar. L. 4. Trin. c. 38. vbi etiam in meis membranis: *in te deprecabuntur*. Bün.

t) *Item propheta Hieremias*.] non Ieremias, sed Baruch, cuius, quæ sequuntur, verba sunt ex c. 3. v. 36.

seqq. Adnexus is liber in quibusdam codicibus Ieremix Threnis, quasi et ipse auctor illius sit apocryphi. Et Cyprianus adu. Iudæos Lib. 2. c. 6. hæc verba Ieremix tribuit, etiam sub finem illorum legit *dilecto sibi*, item *conuersatus est*: quod non idem in omnibus libris est Lactantii. Goth. enim *dilecto suo*; et vulgati *uersatus est*; Goth. autem et Lips. *conuersatus*. Cell.

u) *Hieremias*.] Vſitatum veteribus hoc et alia Baruchi testimonia sub Hieremix nomine citare, loca indica- uit Pamellius ad Cypr. L. 2. adu. Iud. c. 6. not. 34. f. 412. locus hic ex Baruch. 3. 36. sqq. non potuit repe- riri Dechair. ad Athenag. p. 36. n. 3. Ieremix quoque nomine hic locus in meis membranis Hilarii citatur, quod merito defendit editor Veronen- sis contra vltimam Parisiensens L. 4. c. 42. Bün.

x) *absque illo*.] Præpositionem *abs- que* valere sine h. l. putant Krebs de Stilo Lact. p. 24. et Walch. in Dia- tribe p. 60. sed valet: *præter* gr. πρὸς αὐτόν. Sic membranzæ meæ Vet. Interpr. Lat. 1. Paral. 17, 20: *non est alius Deus absque te*. Ies. 44, 6: *absque me non est Deus*. Hof. 13, 4: *Deum absque me nescies*. Tertull. Carn. Chr. c. 24: *alius Deus abs- que me non est*. Cyprian. ad Deme- trian. ed. Oxon. f. 187: *non erunt ti- bi alii Dii absque me*. Conf. Vorst, L. M. S. c. 9. p. 77. sq. et Cellar. An- tibarb. p. 106. Nostrum locum Hi- lari-

qui inuenit omnem viam prudentia, et dedit eam Iacob puero suo, et Israel dilecto sibi ⁷. Post hac in terris visus est; et cum ⁹ hominibus conuersatus est ². Item Dauid isti psalmo XLIII: Thronus tuus Deus in secula seculorum, virga aquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, et odio habuisti iniustitiam ^a; propterea unxit te, Deus, Deus tuus oleo exultationis. Quo verbo etiam nomen ostendit, siquidem (vt supra docui,) ab ¹⁰ vnctione adpellatus est Christus. Deinde hominem fuisse eundem, Hieremias docet, dicens ^b: *Fit homo est, et quis cognouit eum* ^c? Item Esaias ^{d.e}: *Et mittet f eis Dominus &*
 bo-

larius c. l. vertit: *non deputabitur aliter ad eum*. Sic quoque auctor Expositionis in Symb. Apof. qui adhæret Cypriano ed. Pamel. f. 567. Bün.

y) *dilecto sibi*] Sic Reimm. et omnes editi cum MS. Taur. Epit. 44. 5: et Cypriano, *dilecto suo*, cum Goth. habet Hilarius et auctor Expof. in S. A. c. l. Bün.

z) *conuersatus est*] Merito contra omnes edd. ex MSS. Lips. et Goth. receptum. confirmant membranæ Taurin. Epit. c. l. item Cyprianus et Hilarius. Bün.

a) *iniustitiam*] Reimm. *iniquitatem*. vt Tertull. Cyprian. et Vulgata habent. Bün.

b) *Hieremias docet, dicens*] Dubitat Thyfius, negat Betuleius, quæ sequuntur verba vel Ieremiæ vel Baruchi libro inueniri. At leguntur in Græco Ierem. 17. v. 9. quamlibet frustra ad Christum applicentur. In eadem opinione Epiphanius fuit, qui in Ancorato p. 35. eadem verba, vti apud LXX leguntur, ad incarnationem refert, et addit *καθ' ἄνεργον Ἰερεμίας φησὶ*, quem admodum Ieremias dicit. Sed infra ad c. 18. ostendetur, pia quadam, sed intempestiua sedulitate veteres Christianos ad Messiam dicta quævis rapuisse, non pensu habentes,

vt rum quæ præcedunt, quæ sequuntur, interpretationem ferant. Cell.

c) *Et homo est. cognouit eum*] Repetit in Epit. 44. 6. Habet Lactantius cum Irenæo, Tertulliano, Cypriano, Epiphanio hanc falsam interpretationem communem, de qua plura Grabijs ad Irenæi L. 3. c. 20. §. 10. f. 245. et c. 21. f. 249. hunc locum Betuleius negat, Thyfius dubitat in Ieremia vel Baruchq. inueniri, miror eos non vidisse eum in tot edd. Erasimianis Cypriani, c. g. Gryph. Lugd. 1550. 8. T. 2. p. 30. et Basil. Herrag. 1558. f. 190. in margine indicatum. Bün.

d) *Item Esaias: Et mittet eis hominem*] Forsan et hæc verba in mendo alicuius versionis latent. Cell.

e) *Esaias: Et mittet eis dominus hominem. eos*] Perperam Betuleius, Gallæus, Cellarius negarunt, hunc locum in Esaiâ deprehendi; postremi duo ex Isæi margine, et Cellarius ex Sparkio nosse potuissent, ad verbum legi in LXX Es. 19, 20. repetitur in Epit. c. 44. 6. Bün.

f) *Et mittet*] Sic Epit. c. l. et LXX vnde concidit Reimm. *Emitte*. Bün.

g) *Dominus*] Restituo ex MS. Taurin. Epit. c. l. pro edd. *Deus*. nam LXX *κυριος*. Sæpe ob compendium scripturæ: *Dominus et Deus* in libris con-

hominem, qui saluabit ^b eos, et iudicans sanabit eos. Sed et Moyses in Numeris ⁱ ita loquitur: Orietur stella ex Iacob; et exsurgat homo ex Israel ^k. Propterea Milesius Apollo ^{li} consultus, utrumne Deus an homo fuerit, hoc modo respondit:

Θνητὸς ἔην κατὰ σάρκα ^m σοφὸς τερατώδεσιν ἔργοις ⁿ,
αἰτ' ὑπὸ χαλδαίων κριτῶν ὁ πλοῖς συναλωθεῖς,
γόμεφοις καὶ σκολόπεσσι πικρὴν ἀνέτλησε τελευτήν.

Primo verfu verum quidem dixit; sed argute consultorem ¹² fefellit, sacramentum veritatis penitus nescientem. Videtur enim negasse illum Deum. sed quum fatetur secundum carnem ^o fuisse mortalem; quod etiam nos prædicamus; consequens est, ut secundum spiritum Deus fuerit, quod nos adfirmamus. Quid enim fuerat necesse carnis facere mentionem? quum satis esset dicere, fuisse mortalem. Sed veritate presus negare non potuit; quemadmodum res se haberet; sicut illud, quod ait, fuisse sapientem. Quid ad hoc, Apollo, ¹⁴

confunduntur. [noto ad L. 4. 15. 13. Bün.

b) qui saluabit eos] Bon. Tax. Pal. Vltr. Lipf. primus: qui et saluabit eos. Goth. qui saluauit eos, iudicans sanauit eos. Editi fere omnes: et saluabit eos etc. Nec id male, iudice Heumanno. At ut Cellarius edidit, habet Reimm. et Eymann. et Taurin. MS. Epit. 44. 6. et LXX ^κ ἀποσελεῖ αὐτοῖς Κύριος ἀνθρώπων, ὡς σώσει αὐτῆς. Bün.

i) in Numeris] c. 24. 17. In Lipf. altero: conurget. At reliqui Lipf. Goth. Reimm. et editi cum Taurin. MS. c. l. exsurgat homo: gr. ἀναστήσεται ἀνθρώπος, quod per errorem pro ἀνθός irrepsisse Lamb. Bos in Proleg. ad suam edit. τῶν, LXX c. III. *** 3. doctè conicit. Bün.

k) ex Israel] addunt Lipf. tert. Reimm. et dominabitur gentium. So-

lent quidem et alii patres addere; sed Lactantius demio omisit in Epit. c. l. De phrasi dixi ad Libr. de Ira 14. 3: ut rerum omnium dominarentur. add. Cypr. L. 2. adu. Iud. c. 10. Bün.

l) Milesius Apollo] cuius templum et oraculum prope Miletum erat. Strab. 14. Cell.

m) Θνητὸς ἔην κατὰ σάρκα] Latine: Mortalis eram secundum carnem sapiens prodigiosis operibus, sed sub iudicibus Chaldaeis captus armis, clavis et palo amaram mortem toleravi. Cell.

n) τερατώδεσιν ἔργοις] Vertit. Lipf. alter: portentificis operibus. Optime ad mentem Lactantii, ut patet ex sect. 15. noto ad L. 2. 13. II. Bün.

o) secundum carnem] n. 18. c. 15. 27. Doctè de hac dictione commentatur Læfser. in disp. de Diuinit. Christi ex Rom. VIII. 5. p. 67. sq. Bün.

respondes? si sapiens est, ergo doctrina eius sapientia est, nec
 vlla alia; et sapientes, qui sequuntur, nec vlli alii. Cur
 igitur vulgo pro stultis, et vanis, et ineptis habemur, qui se-
~~clantur~~ magistram, etiam ipsorum deorum confessione sapien-
 15 tem? Nam quod ait, portentifica illum opera fecisse, quo
 maxime diuinitatis fidem meruit; adsentiri nobis iam viderur,
 16 quum dicit eadem, quibus nos gloriamur. Sed colligit se
 tamen, et ad dæmoniaca & fraudes redit 9. Quum enim ve-
 rum necessitate dixisset, iam deorum, ac sui proditor videba-
 tur; nisi quod ab eo veritas expresserat 7. mendacio fallente
 celasset. Ait ergo, illum fecisse quidem opera miranda; ve-
 17 rum non diuina virtute, sed magica 8. Quid mirum, si hoc
 Apollo veritatem ignorantibus persuasit; quum Iudæi quo-
 que cultores, vt videbantur, summi Dei, idem putauerint *?
 quum ante oculos eorum quotidie fierent illa miracula x. y, quæ
 eis

p) dæmoniaca] Reimm. *demonicis*.
 Vid. c. 15. 12. not. vt Prudent. Peri-
 Steph. 3. 72: *demonicis sacris*. et Pe-
 risteph. 6. 36: *aras dæmonicas* dixit.
 Büin.

q) ad-fraudes redit] Dicitur, vt
 illud Terent. Adelph. i. act. 1: *rursum*
ad ingenium redit. Büin.

r) veritas expresserat] MSS. Angl.
 et Lips. et ed. Rom. expresserat.
 Aldus et qui vulgo sequuntur extor-
 serat. Cell.

s) veritas expresserat] Ita Bon.
 Tax. Pen. Cauc. Angl. Guelf. Lips.
 Goth. Reimm. Sublac. Rost. Ven.
 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. et Paris.
 1513. Illud: extorserat primum de-
 prehendi in Parrh. 1509. ex quo in-
 Iunt. Ald. Gryph. et reliquos transiit.
 Conf. n. 13: *veritate presus*. L. 3.
 14. 21: *Hæc erroris confessio pane in-
 uito tibi ab intimo pectore expresa*
est. Vbi male Ven. 1471. et Rost. com-
 pressa. ad rem conf. L. 2. i. 7: *veritas*
coegente natura etiam ab inuitis
pectoribus erumpit. Büin.

t) magica] Refutat L. 4. c. 15. n.

1-4-12. L. 5. c. 3. n. 9-15-19. Orig.
 contra Celsum L. 1. p. 7. p. 30. p. 53.
 L. 2. p. 64. p. 69. Lege omnino Kor-
 tholt. Pagan. Obtreçtat. L. 3. c. 4.
 tot. et Buddei disl. de Verit. Relig.
 Christ. Büin.

u) idem putauerint] Goth. Reimm.
 Lips. tert. et Tornæs. 1587: *hoc idem*
putauerint. Pro: *putauerint*, vitiose
 in Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtra-
 que 78: *posuerunt* legitur. Büin.

x) quotidie fierent illa miracula]
 Recentiores addunt, *qua eis propheta*
futura prädixerant: sed nec in
 MSSis, quos nouimus, adparent;
 neque in editis Rom. Ven. et Aldi-
 no. Cell.

y) illa miracula, qua eis propheta
 futura prädixerant] Quum Thoma-
 sius ex antiquo Bonon. verba: *quæ*
eis propheta futura prädixerant addi-
 derit, et ex eodem Ircus confirma-
 rit, iure ea restituenda puto. Eadem
 est mens Heumannii, qui necessaria
 fere putat, quia præcessit: *ILLA*
miracula. Omittunt quidem duæ
 Ven. 1478. pronomen *illa*; sed habent
 longe

eis prophetae futura praedixerant, nec tamen tantarum virtutum^a contemplatione^a impelli potuerunt^b, vt Deum crederent, quem videbant. Propterea Dauid, quem praeter ceteros^{c, d} prophetas vel maxime legunt; in psalmo xxvii^e sic eos damnat: *Redde illis retributionem eorum, quoniam non intellexerunt in operibus domini f.* Ex huius ipsius domo Christum generatum iri secundum carnem; et ipse Dauid, et alii prophetae adnuntiauerunt. Apud Esaiam ita scriptum est: *Et erit in 19*

illa

longe plures. Maxime me mouet nostri loci Epitome c. 45. vbi clare: *videntes illa Iudaei magica potentia fieri putabant, ignorantes ea omnia, quae fiebant ab eo (miracula) praedicta esse a prophetis. et iterum c. 46: Hac omnia propheta - futura - praedixerant.* Bün.

x) tantarum virtutum] i. e. tantorum miraculorum. c. 15. 4. 6-16. Bün.

a) contemplatione] Ita fere Seneca ad Marciam c. 24: *harum in contemplatione virtutum*, sed alio sensu de hac voce conf. not. ad L. de Mort. Perf. c. 34. n. 4. hic puto non tam pro respectu quam ipso adpectu poni. Ciceroni et aliis antiquis contemplatio est consideratio, meditatio. Pro: respectu, vsus est Apuleius Metam. L. 1: *istud consilium contemplatione tui abiecti.* Cyprian. de Eleemos. qui RESPECTV fratris non mouetur, vel Christi contemplatione mouetur. Ambrosius L. 1. Abrah. c. 2: *nec uxoris contemplatione, nec patriae contuitu nec parentum filiorumque gratia reuocari debemus ab executione praeceptorum caelestium.* ibid c. 3: *hereditatis contemplatione - pudoris contuitu.* c. 8: *pietatis contemplatione.* Frustra haec significatio in Fabri Thesauro quaeritur, plura non protrita congescit Dukerius de Latinit. ICt. Vet. p. 318. Eadem vi Lexicis ignota contemplatu saepe dixit Macrobius, vt L. 1. Somn. Scip. pro con-

templatu *probi improbique meriti*, et L. 1. Saturn. c. 10: CONTEMPLATV laboris. Bün.

b) potuerunt] Ita omnes libri Heum. potuerunt corrigit, propter praecedens *quum - putauerunt*. Forte recte; nisi forte supra: *quum - putauerunt* (indic.) legendum; nam in edd. vet. ibi: *potuerunt* praue legebatur. Bün.

c) praeter ceteros] Emman et Lips. praeter: alii inter. Cell.

d) praeter ceteros] Edd. omnes: INTER ceteros, quod Heumannus defendit; sed quum, ita quoque, inquit, in omnibus suis MSS. legi, testatur Sparkius, fallitur; nam clare Sparkius: MSS. suos omnes: praeter habere testatur. Etiam Goth. Reimn. praeter. Bün.

e) in psalmo XXVII] secundum Graecos: alii 28. v. 4. 5. Cell.

f) non intellexerunt in operibus domini] Ediderant cum Vulgata. Parrh. Ald. Gryph. Thomas. et sequentes, vt in Reimn. et quibusdam recentioribus MSS. *non intellexerunt opera domini.* Lips. alter, propius vero: *non intellexerunt in operibus Deum.* At rectissime Bonon. antiquus, Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. viraque 78. 93. 97. Paris. Betul. et Isæus: *non intellexerunt in operibus domini.* LXX eis *egyptae* atque vt edidi, Cyprianus L. 1. adu. Iudaeos c. 3. et alii patres. Bün.

g) in

illa die & radix Iesſe; et qui exſurget^h i principari in nationes^k, in eum gentes ſperabunt; et erit requies eius^l in honore.
 30 et alio loco: *Exiet^m n virga de radice Ieſſe; et ſlos de radice eius*

g) *in illa die*] Reſtitutio præpoſitionem in ex Lipſ. Goth. Reimm. Anglic. Sublac. Roſt. Ven. 1471-1515. et reliquis, etiam Iſæo. Sine libris neglexerant Thomas. et ſequaces. Bün.

h) *qui exſurget principari in nationes*] Sic exſerte tertius Lipſ. et ed. Rom. Ven. ac Ald. Reliqui Lipſ. *principari nationes*, contractionis nota, et demta præpoſitione. LXX Græci *ὁ ἀνιſταµενος ἀγερεν ἐθνῶν*. Cyprianus Lib. I. adu. Iudæos c. 21: *qui ſurget imperare omnibus gentibus*: quod Græca conſuetudine dictum, Latine poſtulat *imperaturus, principaturus*, ſi modo Latinum verbum *principari* eſt, quod noſter in veteri verſione videtur inveniſſe. Cell.

i) *et qui exſurget principari*] Sic omnes, niſi quod Reimm. præue: et *quia*. Bün.

k) *principari in nationes*] Addit præpoſitionem: *in*, Goth. Reimm. Sublac. Roſt. Ven. 1471-1515. et reliqui editi, et recte. in Lipſ. 1. 2. vltima littera verbi et prima ſubſtantivi abſorbuit *in*. Omnes vero forma deponentis: *principari*. Cellarius de Latinitate verbi dubitat, Borrichius iunior ex h. l. et Sidonio probat. in Vind. Lat. p. 283. Iuncker. in Reiheri Lexico ad mediam ætatem refert, ſed verbum *principo* in Reihero et Fabro neque ex Lactantio h. l. neque ex Sidonii adductis locis probari poteſt. Sidonii enim: *principantes*, poteſt eſſe a *principor*. Irenæi vetuſta verſio (quam Dodwell in diſput. quinta ſæculo quarto exeunte factam putauit, conſen-

tiente Cauco in Scriptor. H. E. Litt. Grabius vero in Prolegom. ad Iren. f. XV. adprobante I. A. Fabricio Bibl. Gr. L. 5. c. 1. p. 67. exeunte ſæculo ſecundo conſectam et ab ipſo Tertulliano conſultam probat) *principari principari* (depon.) rarius: *principare* a *principo* habet; vt L. 5. adu. Hærefes c. 34: *Principes cum iudicio principabunt*. Conf. Gloſſar. Lat. ad Irenæum. Bün.

l) *requies eius*] Perperam ediderant Sublac. Roſt. Ven. 1471-1515. Pariſ. etiam Iſæus: *requies eorum*; qui tamen mendum agnoſcit. Recte Crat. 1521-24. Gymn. Betul. Tornæſ. Thomas. et reliqui cum MSS. Goth. Lipſ. Reimm. Angl. *eius*. Bün.

m) *et alio loco: Exiet virga*] eodem capite v. 1. 2. Sed *exiet* omnes libri, vt *prodient* Lib. 7. c. 16. extremo. Verbum quidem *Eo* antiquam formam futuri *ibo* retinet, non autem ſemper in compoſitis. Tibullus Lib. I. eleg. 4. v. 23: *transiet etas*. Vetus interpres Matth. 2, 6: *Ex te exiet dux*, quod Tertullianus etiam ita adu. Iudæos c. 13. ex Mich. 5. eadem forma, *ex te exiet*, adlegauit. Cell.

n) *Exiet*] Merton. *Exurget*. Reimm. *Exiget*. vterque perperam: Veneta prima 1478: *exiet*, præue. Reliqui: *exiet*. rectiſſime, ex more Patrum haud temere ſequendo. Codex quoque Thuân. in Cypr. L. 2. adu. Iud. c. 11: *EXIET virga*. et Hilarius in Pſalmum ſecundum n. 37. ed. Veron. f. 52. et Irenæi verſio vetuſtiſſ. L. 3. c. 10. et Hieronymus in epiſt. 22. ad Euſtoch. f. m. 140. in h. l. *exiet* habent. Idem epiſt. 25. ad Paullam f. 160.

eius adscendet, et requiescet super eum spiritus Dei, spiritus sapientiæ, et intellectus, spiritus consilii, et fortitudinis, spiritus scientiæ, et pietatis, et implebit eum spiritus timoris Domini. Iesè autem fuit pater Dauid; ex cuius ra-
dice adscensurum esse florem, prælocutus est; eum scilicet, de quo Sibylla dicit *ἀνθήσει ὁ δ' ἄνθος καθ' ἄρον*. Item in 2^a βασιλειῶν libro secundo^p, Propheta Nathan misus est ad Dauid volentem Deo templum fabricare^q: et fuit verbum Domini ad Nathan dicens: *Vade, et dic seruo meo Dauid, Hæc dicit Dominus omnipotens: Non tu adificabis mihi domum ad inhabitandum; sed quum impleti fuerint dies tui, et dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te; et parabo regnum eius^r*. Hic adificabit mihi domum in nomine^s meo; et erigam thronum eius usque in sæculum; et ego ero ei in patrem, et ipse erit mihi in filium; et fidem consequetur domus eius, et regnum eius^t usque in sæculum^u. Sed hæc vt 24

Iu-

f. 160: *de sanctis non exiet*. Tertull. adu. Iudæos c. 4. Vetus Interpres sæpe: *Eccl. 51, 4: lex a me exiet*. Matt. 2, 6: *EXIET dux*. Luc. 12, 59: *non exies inde*. L. 3. Esdr. 15, 29. 30: *EXI-ENT nationes - exient vt apri*. Sic PERIET Sirac. 41, 9: *PERIET hereditas*. 3 Esdr. 12, 20: *ex ipsis perient*. Sap. 4, 19: *memoria - periet*. Sir. 8, 18: *peries*. c. 23, 7: *non periet*. Sic Iudith. 6, 3. et Sap. 16, 29: *disperies*. Item Leuit. 25, 10: *rediet*. Ierem. 37, 7: *redient*. Alia notavi ad L. 4, 18, 32. vbi ex MSS. restitui: *transiet*, et ad L. 7, 16, 14: *prodient*, adde, quem Cell. secutus est, Vosium Analog. 3. c. 38. princ. Bän.

o) *ἀνθήσει*] Latine: *florescet autem flos purus*. Cell.

p) *in βασιλειῶν libro secundo*] 2 Samuel. 7, v. 4, 5, 12, 13. Cell.

q) *templum fabricare*] Lipf. 2, 3. Reimm. *templum adificare*. cum Bodl. Cott. Betul. Bän.

r) *et parabo regnum eius*] Emman. Goth. et Lipf. *regnum*; vulgati *semen*.

At Cyprianus etiam eodem testimonio vsus adu. Iudæos Lib. 1. c. 15: *regnum*; et ipsi Græci LXX, quos secuti patres sunt, *ἐτοιμάσω τὴν βασιλείαν αὐτῆ*. Cell.

s) *regnum eius*] Sic Bon. Tax. Pen. Reimm. et quinque MSS. Sparkii, et dudum receperant Betul. Tornæus. 1587. 1613. Ifæus. habet denuo Cyprianus L. 2. adu. Iud. c. 11. Bän.

t) *domus eius, et regnum eius*] Sic Lipsienses: nisi quod tertius bis habet *in sæculum*, post *domus eius*, et post *regnum eius*. Absunt autem verba *et regnum eius*, ab Angl. MSS. et ed. vet. Rom. ac Ven. At Aldus, vt Lipsienses, quos secuti sumus. Cell.

u) *et regnum eius usque in sæculum*] Goth. et *regnum eius* neglexit, at habet Reimm. pari modo vt Lipf. tert. *domus eius usque in sæculum*, et *regnum eius usque in sæculum*. vt Cellarius edidit, iam ante Aldum exhibuerunt Parrh. 1509. Paris. Iunta, et Cyprianus L. 1. c. 15. et L. 2. c. 11. adu. Iudæos. Bän.

x) *quum*

Iudæi non intelligerent, illa fuit causa, quod Solomon filius David Deo templum ædificauit, et ciuitatem, quam de suo nomine Hierosolyma ^{x)} nuncupauit. Itaque ad ipsum, quæ a propheta dicta sunt, retulerunt. Solomon autem ab ipso patre suo imperii regimen accepit. Prophetæ vero de eo loquebantur, qui tum nasceretur, postquam David cum patribus suis requieuisset. Præterea Solomonis imperium perpetuum non fuit. annis enim xl regnauit. Deinde quod ^{z)} numquam filius Dei dictus est, sed filius David; et domus, quam ædificauit, non est fidem consecuta ^{a)}, sicut ecclesia; quæ est verum templum Dei; quod non in parietibus est, sed in corde, ac fide hominum; qui credunt in eum, ac vocantur fideles ^{b)}. Illud vero Solomonium templum, quia manu factum est, manu cecidit. Denique pater eius in psalmo cxxvi de operibus filii sui prophetauit ^{c)} hoc modo: *Si dominus non ædificauerit domum, sine causa laborauerunt* ^{*}, *qui illam ædificauerunt. si dominus non custodierit ciuitatem; in vanum vigilauit, qui eam custodiuit.*

I XIII. Quibus ex rebus adparet, prophetas omnes denuntiasse de Christo, fore aliquando, vt ex genere David corpo-

x) *quam de suo nomine Hierosoly-ma*] Error in origine nominis. Res nota est. Cell.

y) *quam de suo nomine Hierosoly-ma*] Nemo non hunc lapsum in nomine notauit. Errarunt et alii et aliter in eodem. vid. Bochart. Geogr. S. part. II. L. 2. c. 4. et Suiceri Thesaur. Eccles. T. 1. ed. 1. f. 1445. sq. Bün.

z) *Deinde quod*] Heum. quod eicit, nolui omittere in omnibus libris deprehensum. Bün.

a) *non est fidem consecuta*] Quod LXX reddiderunt $\pi\iota\sigma\omega\theta\eta\sigma\epsilon\tau\alpha\iota\ \delta\ \sigma\iota\chi\omicron\varsigma\ \alpha\upsilon\tau\tilde{\iota}\varsigma$, Cyprianus adu. Iud. Lib. 1. c. 15. æque vt noster fidem consequatur, ex antiqua vterque, vt videtur, versione. Vim autem E-

brææ vocis *neaman*, quæ *stabiliri* significat, non sunt adsequuti. Cell.

b) *fideles*] L. 5. 1. 26. L. 7. 18. 2. Bün.

c) *prophetauit*] Vox eccles. vt c. 18. 32. receperunt olim ex vers. antiqua. vnde Cyprian. L. 1. adu. Iud. c. 9. ed. Ox. f. 23: *vsque ad Ioannem prophetauerunt.* Alia Barth. ad Claud. Mamert. p. 288. et Cell. Cur. Post. p. 280. Bün.

*) *sine causa laborauerunt*] Emm. et Lips. 2: *sine causa laborant ii, qui.* Cant. Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. *sine causa laborant, qui.* Reinm. in *vanum laborauerunt, qui.* vt Fasit. Gryph. Thom. Tornæs. et sequentes. Bün.

poraliter natus constitueret æternum templum Deo, quod appellatur ecclesia: et vniuersas gentes ad religionem Dei veram conuocaret. Hæc est domus fidelis, hoc immortale templum, in quibus si quis non sacrificauerit, immortalitatis præmium non habebit. Cuius templi et magni, et æterni quoniam Christus fabricator fuit; idem, necesse est, habeat in eo sacerdotium sempiternum: nec potest nisi per eum, qui constituit templum, ad adytum templi ^{a. b.} et ad conspectum Dei perueniri. Daud in psalmo cix id ipsum docet dicens ^{c.}: *Ante luciferum genui te* ^{d.}. *Iurauit dominus, et non penitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Item in βασιλειῶν lib. primo ^{e.}: *Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem; qui omnia, quæ sunt in corde meo, faciat; et edificabo ei domum fidelem* ^{f.}; *et transibit in conspectu meo omnibus diebus.* Quis autem futurus esset, cui Deus æternum sacerdotium pollicebatur, Zacharias, etiam nomine posito ^{g.}, apertissime docuit. Sic enim dixit ^{b. i.}: *Es*
osten-

a) qui constituit templum, ad adytum templi] MSS. Angl. Goth. et Lipf. tert. et ed. Rom. verba, ad adytum templi, inserta habent: Lipf. reliqui, ad ipsum templum; vulgati prætermittunt, et ad superiori loco ita inserunt: qui constituit, ad templum et ad conspectum. Cell.

b) ad adytum templi] Reimm. et aditum templi. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. ad aditum templi. MSS. Cauc. Pal. Iun. Vltr. Tornæs. 1587-1613. Gall. Spark. et ad aditum templi. pro quo ex Bon. Thom. et If. ad templum. Non cogitarunt MSS. et edd. isti originem gr. ἄδυτον; vnde per mediam vocalem scripserunt, quod merito Cellarius correxit, Betuleio auctore. Bün.

c) docet dicens] Errorem typorum in Cell. docet. docens, correxi ex

MSS. et edd. sic solet L. 1. 15. 5. L. 2. 15. 20. L. 4. 7. 3. c. 13. 10. Bün.

d) Ante luciferum genui te] Sic Græci et Vulgatus. Aliter scriptura primigenia. Vide Amamæ Antibarb. Bibl. Lib. 3. p. 546. Cell.

e) in βασιλειῶν libro primo] c. 2. v. 35. Cell.

f) domum fidelem] Sic etiam Interpres Vulgatus. firmam et stabilem intellige. Vide c. 13. sect. 26. notata. Cell.

g) Zacharias etiam nomine posito] c. 3. v. 1. seqq. Cell.

b) Sic enim dixit] Hæc verba videmus inserta in MSS. Angl. et Lipf. ac ed. Rom. et Aldi: neglecta in vulgatis. Cell.

i) Sic enim dixit] Hæc habent Goth. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. et reliquæ, etiam Isæus. Omiserunt Thomasius, Thyf. Gall. Spark. nec, teste Isæo, in Bon. cod. leguntur. Bün.

k) do,

ostendit mihi Dominus Iesum^k sacerdotem magnum stantem ante faciem angeli Domini; et diabolus stabat ad dextram ipsius, ut aduersaretur ei^{l. m.} Et dixit Dominus ad diabolum: Increpet Dominus in te^{n. o.}, qui elegit Hierusalem. et ecce titio eiectus ab igne, et Iesus erat indutus vestimenta sordida^p, et stabat ante faciem angeli; et respondit, et dixit ad circumstantes ante faciem ipsius dicens q: Auferte^r vestimenta sordida ab eo, et induite eum tunica talari, et imponite^{s. t.} cidarim mundam super caput ipsius; et cooperuerunt eum vestimento; et im-

k) dominus Iesum] Multi scripti et omnes editi: dominus Deus Iesum; eieci: Deus, alienam vocem ab Hebr. græc. Vulgata et Cypriano L. 2. adu. Iud. c. 13. Bün.

l) ut aduersaretur ei] Sic Vulg. Versio, et ed. Rom. et plures scripti: at Goth. et Lips. contradiceret ei. Cell.

m) ut aduersaretur ei] Sic Reimm. et omnes editi. recte. Etiam Cyprianus c. l. aduersari ei, et iam ante ex h. l. Tertullian. adu. Iudæos in fine: aduersabatur ei. Bün.

n) Increpet Dominus in te] Omnes quidem libri, scripti, impresti, imperet; nec vero dubitamus, quin increpet cum Vulgato interprete legendum sit. Error in litterarum transpositu facilis est. Cell.

o) increpet Dominus in te] Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 1478: imperet dominus in te. Ven. 1493. 97. (non: increpet, vt Heum. ex 1497. citat) Parrh. Paris. Ald. Gryph. If. imperet tibi Dominus in te. Lips. tert. Reimm. Crat. 1521. 24. Gymn. Tornæ. 1548. 1613: imperet tibi Dominus vita. Illud VITAE ex similitudine ductum in litteris MSS. ortum ex in te. Optime hic locus correctus ex Vulgata: increpet Dominus in te, et hic Betuleius Lfro, Sparkio, Cellario præiuit. Illud mendosum imperet quoque in Hiero-

nymi Apol. adu. Ruffinum f. 229. in codd. inueniri Erasmus testatur. Lün.

p) in Iesus vestimenta sordida] Recepti ex Lips. altero et Reimm. quia ita Cyprianus L. 2. Testim. adu. Iud. c. 13. LXX ενδεδυμένους ἰμάτια ἄσπιλα. Exempla dat Vechner. et Heusinger. ad Hellenol. p. 348. sq. Addo Propert. 3. et. 11. 11:

Matrona incidit census induta nepotum. Bün.

q) dicens] Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78 - 1515. Crat. Paris. Gymn. non habent; addidit Fasitel. Gryph. Tornæ. Thom. et seqq. et habent MSS. Lips. Goth. Reimm. etiam Cyprian. c. l. ait - dicens. gr. ἔπιτε - λεγων. Bün.

r) Auferte] Sublac. Rost. Ven. 1471. 1515. Gymn. Ferte. At MSS. Fasit. Gryph. Tornæ. Thomas. sqq. Auferte. Bün.

s) imponite cidarim] Heic imponite, et mox posuerunt cum Lips. scribo. Cell.

t) imponite] Sic Angl. Reimm. Goth. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. cum Cypriano: imponite, et mox: imposuerunt, vt edidi. posterius quoque in Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Betul. Tornæ. Thomas. et reliquis cum LXX, vt non debuerit Cellarius posuerunt ponere. Bün.

u) hac

imposuerunt cidarim super caput eius, et angelus Domini stabat, et testificabatur, ad Iesum dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens: si in viis meis ambulaueris, et præcepta mea seruaeris: tu iudicabis domum meam, et dabo tibi, qui conuerserunt in medio horum circumstantium. Audi itaque Iesu sacerdos magne.

Quis non igitur captos mentibus tum fuisse Iudæos arbitretur, qui quum hæc et legerent^a, et audirent, nefandas^x manus Deo suo intulerunt? Atqui ab eo tempore, quo Zacharias fuit, vsque ad annum quintum decimum^y imperii Tiberii Cæsaris, quo Christus crucifixus est, prope quingenti^z anni numerantur. siquidem Darii et Alexandri adoleuit ætate, qui fuerunt non multo prius, quam^a Tarquinius Superbus exactus est. Sed illi rursus eodem modo falsi, deceptique sunt, putantes hæc de Iesu esse dicta filio Naue, qui successor fuit Mosi; aut de sacerdote Iesu filio Iosedech, in quos nihil congruit eorum, quæ propheta narrauit. Non enim sordidati illi umquam fuerunt, quum alter eorum princeps potentissimus fuerit^b, alter sacerdos: aut perpesi sunt aliquid aduersi, vt, tamquam titio eiectus ex igne, putarentur: aut aliquando in conspectu Dei et angelorum steterunt, aut propheta de præteritis loquebatur potius, quam de futuris. Locutus est igitur de Iesu filio Dei, vt ostenderet, eum primo in humilitate et carne esse venturum. Hæc enim

a) *hæc et legerent, et audirent*] Reimm. *hæc et legerent, et audirent.* et sic edidit Tornas. 1587-1613. vnde sic edidi. Bün.

x) *nefandas*] Sic Bon. Tax. et Sublac. Rost. Ven. 1471-97. et pleræque. Iun. Cauc. Reimm. *nefarias.* Bün.

y) *quintum decimum*] Lipf. tert. et Reimm. *decimum quintum.* At minor numerus elegantius præmittitur. et sic L. 4. 10. 18: *anno quinto decimo.* Bün.

z) *prope quingenti*] Omnes ab 1465-1560. editi: *prope omiserunt,* quod recte Betuleius addidit ex meis

primus, et recte Thomasius et reliqui propagarunt, quippe obuium in nouem Vaticanis, Bon. Tax. Pen. Pöl. Iun. Vltr. Cauc. Lipf. Guelf. Goth. Reimm. Bün.

a) *non multo prius, quam*] Sequor MSS. Cotton. in quo: *prius-quam.* Darius enim non post, sed ante exactum Tarquiniu[m] fuit; in Persas imperium suscipiens Olymp. LXIII. secundum Eulibium. Tarquinius exactus est Olympiade LXVII. Primus mouit Betuleius; deinde Isævs, Gall. Sparkius. Bün.

b) *fuerit*] Bon. Lipf. tres, Reimm. *fuisset.* Bün.

Hh

c) *am*

enim est vestis sordida ; vt pararet templum Deo , et sicut titio igni ambureretur ^{c. d.}, id est, ab hominibus cruciamenta ^e perferret, et ad vltimum exstingueretur. Titionem enim vulgus adpellat extractum foco torrem semiustum et exstinctum, Quomodo autem, et cum quibus mandatis a Deo mitteretur in terram, declarauit spiritus Dei per prophetam, docens futurum, vt quum voluntatem summi patris fideliter, et constanter implesset ; acciperet iudicium, atque imperium ^a sempiternum. *Si in viis meis, inquit, ambulaueris, et præcepta mea seruaueris ; tu iudicabis domum meam.* Quæ fuerint viæ Dei, et quæ præcepta eius, nec ambiguum nec obscurum est. Deus enim, quum videret malitiam, et falsorum deorum cultus per orbem terræ ita inualuisse, vt iam nomen eius ex memoria hominum ^f fuisset præne sublatum (siquidem Iudæi quoque, quibus solis arcanum Dei creditum fuerat, relicto Deo viuo, ad colenda figmenta, irretiti dæmorum fraudibus aberrassent, nec increpiti ^g per prophetas reuerti ad Deum vellent) filium suum, principem angelorum ^{b. i} legauit ad homines, vt eos conuerteret ab impiis et vanis cultibus ad

^e) *ambureretur*] Goth. Lips. Rom. ita: vulgati *combureretur*. Cell.

^d) *ambureretur*] Sic Reimm. (in quo recentior male correxit: *combureretur*) et Tornæs. 1587-1613. et ita voluerunt Sublac. et Kost. in quibus: *abureretur*. At Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. etiam 97. (nam Heumannus hic errat) cum reliquis *combureretur*. Laet. 7. 21. 6: *perstringentur ab igne, atque amburentur*. Bün.

^e) *cruciamenta*] Vox non adeo frequens secundum Walchium, nostro eo frequentior, c. g. L. 4. 30. 7. L. 5. 2. 6. c. 22. 6. Mort. Perf. c. 49. et Cypriano, c. g. L. 4. ep. 4. ed. Erasmi. *inter ipsa cruciamenta*. vsus eadem Arnobius L. 1. p. 26. immo et Cicero Philipp. XI. c. 4. et bis Plautus. vid. Parei Lexic. Plaut. rarior et in Lexicis neglecta vox: *cruciatio*, qua vsus Augustin. tract. 27. in Ioannem:

vsque ad immanem cruciationem Bün.

^f) *ex memoria hominum*] Prætulit hunc ordinem sonantiorum ex Lips. 2. et Reimm. conformem L. 2. 1. 8: *tum maxime Deus ex memoria hominum elabitur*. Bün.

^g) *increpiti*] Lips. 2. 3. Goth. Reimm. *increpati*. vid. c. 16. 12. Recepta in antiquis frequentior. Apul. Apolog. p. 323: *leuitatis et inconstansia increpitus*. Bün.

^b) *principem angelorum*] Omnes manu scripti, et vetustæ editiones hæc verba habent, quæ desiderantur in libris recentium. Cell.

ⁱ) *principem angelorum*] Habent hæc verba MSS. omnia, Lips. Vltr. Iun. Cauc. Pal. Goth. Reimm. et edd. omnes præter Bonon. et Thomasiurn, eumque secutæ edd. quia putauit fuisse ab Arxiano addita. Bün.

^k) *exhi*

ad cognoscendum et colendum Deum verum : item, ut eorum mentes a stultitia ad sapientiam, ab iniquitate ad iustitiæ opera traduceret. Hæ sunt viæ Dei, in quibus ambulare eum, præcepit : hæc præcepta, quæ seruanda mandauit. ille vero exhibuit Deo fidem ^k. docuit enim quod vnus Deus sit, eumque solum coli oportere, nec vnumquam se ipse Deum dixit ^{l. m.} : quia non seruasset fidem, si misus, ut deos tolleret, et vnum adfereret ; induceret alium, præter vnum. Hoc erat, non de vno Deo facere præconium, nec eius, qui miserat, sed suum proprium negotium gerere ; ac se ab eo, quem illustraturus ^{n. o} venerat, separare. Propterea quia tam fidelis existit, quia sibi nihil prorsus adsumpsit, ut mandata mittentis imple- ret : et sacerdotis perpetui dignitatem, et regis summi hono- rem, et iudicis potestatem, et Dei nomen accepit.

XV. Quoniam de secunda natiuitate diximus, qua se hominibus in carne monstrauit ; veniamus ad opera illa mi- randa, per quæ quum essent ea ^a cælestis indicia virtutis, ma- gum Iudæi putauerunt. Quum primum cœpit adolescere, tinctus est ab Ioanne ^{b. c} propheta in Iordane flumine, ut la- uacro spiritali peccata non sua, quæ vtique non habebat ; sed car-

k) exhibuit Deo fidem] exhibuit fi- dem h. l. non est habere fidem vel credere, sed seruare fidem, vt sta- tim h. n. sequitur. Conf. L. 4. 12-19. Epit. 57. 8. 9. Bün.

l) nec vnumquam se ipse Deum dixit] Periculosus locus, immo falsus, pu- gnans cum Ioann. 5. v. 18. et cap. 10. v. 33. Cell.

m) nec vnumquam Deum dixit] Refutat Huetius Demonstr. Euang. Propos. VIII. c. 25. Bün.

n) illustraturus venerat] MSS. Angl. et Goth. cum Lips. tertio, et vetustis editis Rom. Ven. et Ald. ita constanter : postea editi illustratum. Cell.

o) illustraturus] Sic Bon. Tax. Pen. Iun. Reimm. Sublac. Rost. Ven.

1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Isæus. Pro quo Lips. alter: *illustran- dum*. Gryph. Tornæz. Betul. Tho- mas. et seqq. *illustratum*. Bün.

*a) per qua, quum essent ea cælestis in- dicia virtutis] Addidi per et ea ex MSS. Lips. tert. et Reimm. Ita sunt omnia melius. mox Ven. 1471. prima 78. Torn. 1587. legunt prauè: *magnum*. MSS. et plures: *magum*. recte. Bün.*

b) tinctus est ab Ioanne] Lips. vnus ab Ioanne, quod sonantius est et or- natius, quam a Ioanne aliorum. Cell.

c) ab Ioanne] Legitur ab quoque in Goth. et Reimm. et veterimos codices ab Ioue præferre Heinsius do- cet ad Ouid. L. 1. Fast. 236. ed. Bur- mann. p. 23. Bün.

Hh 2

carnis, quam gerebat^d, aboleret^e: vt quemadmodum Iudæos suscepta circumfisione, sic etiam gentes baptismo, id est purifici^f & roris perfusione saluaret. Tunc vox audita de cælo est: *Filius meus es tu^h: ego hodie genui te.* quæ vox apud Dauid prædicta inuenitur. et descendit super eum spiritus Dei, formatus in speciemⁱ columbæ candidæ^k. Exinde maximas virtutes cœpit operari, non præstigijs magicis, quæ nihil veri ac solidi ostentant; sed vi ac potestate cælesti: quæ etiam pridem^l, prophetis nuntiantibus, canebantur. Quæ opera tam multa sunt, vt vnus liber ad complectenda^m omnia satis non sit. Enumerabo igitur illa breuiter, et generatim, sine vlla personarum ac locorum designatione; vt ad exponendam passionis eius, crucisque rationem possim peruenire, quo iam dudum festinat oratio. Virtutes eius fuerunt, quas Apollo portentificasⁿ adpellauit: quod quacumque iter faciebat^o,

d) *carnis, quam gerebat*] Lipf. alter: *carnis quam habebat*. At L. 4. 24. 16: *eandem carnem gero*. Bün.

e) *lauacro - aboleret*] Merton. *lauacro - ablueret*. apte quidem, salua tamen recepta. L. 3. 26. 9: *uno lauacro malitia omnis abolebitur*. L. 6. c. 24. 5 - *labem vita prioris aboleuit*. Bün.

f) *purifici roris*] MSS. et vet. edd. *purifici*, non *purificati*, vt in vulgatis quibusdam est. Cell.

g) *purifici*] Sic Bon. Tax. Pen. Vltr. Iun. Cauc. Angl. Lipf. Goth. Guelf. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471 - 1515. Iunt. Paris. Crat. Gymn. Torn. 1548 - 1613. Betul. Isæus, Spark. pro quo Fasitellus, Thom. Thyf. Gall. *purificati*. Glosf. Cyrill. f. m. 498. *καὶ ἁλοῦσθαι, purificus*. Claudiani locus Consul. 6. Honorii v. 328. apud Barthium: *seruificum*, apud Heinsium: *purificum* Iouem habet. Bün.

h) *Filius - es tu*] Confudit Lactantius verba hæc Psalmi cum verbis Luc. 3. 22. Bün.

i) *in speciem*] Reimm. *in specie*. Bün.

k) *columba candida*] Nasutus Celsus hanc rem exagitaui, referatus ab Origene L. 1. p. 31 - 38. Lactantium imitari Sibyllam obseruauit I. A. Fabricius Bibl. Gr. 1. c. 32. p. 210. I. H. Maius filius in Obs. Sacr. ad Luc. 3. 22. auctor est, Spiritum S. non formatum in speciem, sed sicut columbam leni lapsu descendisse. Notâ doctâ disput. Varenii de Columba super capite Christi in Iordane visâ. Bün.

l) *etiam pridem*] Reimm. *iam pridem*. Bün.

m) *ad complectenda*] Sic Lipf. Goth. et Fasitel. Gryph. Torn. Betul. Thom. et seqq. Reimm. *ad complenda*. Ven. prima 1478. vitiose: *implenda*. melius Subl. Rost. Ven. 1471. 72. altera 78 - 1515. Iunt. Paris. Crat. Gymn. *ad implenda*. Bün.

n) *quas Apollo portentificas*] supra cap. 13. sect. II. Cell.

o) *quas*

bat^o, ægros ac debiles^{p. 9}, et omni morborum genere laborantes, vno verbo, vnoque momento reddebat incolumes, adeo vt membris omnibus capti^r, receptis repente viribus roborati, ipsi lectulos suos reportarent, in quibus fuerant paulo ante delati. Claudis vero, ac pedum vitio afflictis^r, non modo gradiendi, sed etiam currendi dabat facultatem. Tunc quorum cæca lumina in altissimis^t tenebris erant, eorum oculos in pristinum restituebat adspectum. Mutorum quoque linguas in eloquium, sermonemque soluebat^u. Idem surdorum patefactis auribus insinuabat auditum: pollutos, et adpersos maculis^{x. y}, repurgabat. Et hæc omnia non manibus

o) *quacumque iter faciebat*] Lipf. alter: *quocumque*. male. imitatur Ciceronem L. 1. in Verr. c. 16: *quacumque iter fecit*. L. 2. N. D. 33: *quacumquo inuis, quacumque mouemur*. add. not. ad Lactant. 6. 18. 24. iterum 5. 17. 18: *quacumque iter fecerit*. Bün.

p) *ægros ac debiles*] Distingue. illi morbo sunt adfecti: hi membrorum parte mutilati. Gloas. vet. *Debilis*, αχρησ. Curtius 4. cap. 16. n. 11: *integris debiles implicabantur*. Sic mox noster sect. 11: *debilibus integritatem reddebat*. Cell.

q) *debiles*] i. e. mutilatos. vid. n. 11-16. et quæ noto ad L. 6. 9. 12. hic lectu dignissimus Arnobius L. 1. ed. in 4t. p. 26-29. Bün.

r) *membris omnibus capti*] Arnob. c. 1. *Etiam operis res erat, porrigere mancos manus et articuli immobilitates iam ingenitas explicabant: captos membris adsurgere, etiam suos referebant lectos, alienis paullo ante ceruicibus lasi*. Liuius L. 2. c. 36. extr. *qui captus omnibus membris delatus in curiam-pedibus suis domum rediisse*. conf. not. ad Lact. 2. 20. Bün.

s) *pedum vitio afflictis*] Vtraque Ven. 1478: *afflictis* simplici f. Reimm. *affictis*, vbi rubricator interseruit l. Propius ad coniecturam Heumanni,

legentis: *affectis*. Est Ciceronis in sensu translato: *vitio adfectus*. Sæpe vero afficere, et affligere, *affectus* et *afflictus* in libris confunduntur. Sic Lact. 3. 17. 9: *malis AFFICI*. Torn. 1587: *affligi*. et L. 3. 28. 20: *affligit* et *AFFICIT* notauimus. Alia obseruarunt Burmannus ad Quintil. L. 6. Inst. in proemio p. 498. et Heinsius ad Ouid. L. 2. Amor. 2. 21. Bün.

t) *in altissimis tenebris*] i. e. profundissimis, vt L. 3. 18. 14. Bün.

u) *linguas in eloquium-soluebat*] Eleganter iterum L. 4. 26. 7. et L. 7. 5. 21. Bün.

x) *et adpersos maculis*] Scriptura est Emman. Goth. Lipf. nec non ed. Rom. Ven. Ald. Vulgo ac *sparsos*. Cell.

y) *et adpersos maculis repurgabat*] Subl. Rost. Ven. 1471. vtraque 78: ac *asperos maculis*. melius Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Ald. Gymn. ac *asperos*. Betul. Fasit. Gryph. Thomas. If. ac *sparsos maculis*. Sed sonantius, immo optime quinque Sparkii, Lipf. Goth. Reimm. et Torn. 1587-1613: et *asperos*, i. e. et *adpersos maculis*. illuitres ex L. 4. 26. 11. Epit. 45. 2. Ex iisdem locis praua lectio: *repu gnabat*. in Ven. 1471. 72. vtraque 78. Rost. immo et Sublac. refutatur. Bün.

nibus, aut aliqua medela, sed verbo ac iussione² faciebat, sicut etiam Sibylla, prædixerat:

πάντα λόγῳ^a πράττων πᾶσαν τε νόσον θεραπεύων.

10 Nec utique mirum, quod verbo faceret^{b. c.} mirabilia; quum ipse esset Dei verbum, cælesti virtute, ac potestate^d subnixum^e. Nec satis fuit, quod vires imbecillis^f redderet, quod debilibus integritatem^g, quod ægris et languentibus sanitatem, nisi etiam mortuos suscitaret, velut e somno solutos; ad vitamque reuocaret.

12 Quæ videntes tunc Iudæi demoniaca^h potentia fieri arguebant: quum omnia sic futura, 13 ut facta sunt, arcana illorum litteræ continerent. Legebant quippe quum aliorum prophetarum, tum Esaiæ verba dicentisⁱ: *Confortamini manus resolutæ; et genua debilia consolamini. qui estis pusilli animi^k, nolite timere, nolite metuere: Deus^l noster*

iu-

2) iussione] Ven. 1471: *visione. prave. vide L. 5. 11. 5. L. 6. 17. 24. L. 7. 13. 17: Dei iussionem hominis iussioni præferamus. Arnob. 1. p. 28: vocis simplicis iussione. Büin.*

a) πάντα λόγῳ] Latine: *Omnia verbo agens, et omnem morbum curans. Cell.*

b) quod verbo faceret] Cum Goth. et Lipf. scribo: non, quod vulgus, faciebat. Cell.

c) verbo faceret] Ita quoque Reimm. recte ut n. 11: *quod-redderet. vbi omnes ante Cell. faciebat. Büin.*

d) ac potestate] Absunt ab Subl. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. At habent Lipf. Goth. Reimm. Ven. 1493. 97. Paris. et reliqui. Büin.

e) subnixum] Lipf. tert. non habet. male. Habent reliqui, et recte. L. 4. 10. 15: *iurisdictione subnixi. L. 5. 10. 5: terrore subnixi. M. P. 35. 4: ministerio subnixi. Valer. Max. L. 8. 1. 11. ext. fulgore gloria subnixus. conf. Gronou. ad Gell. L. 4. c. 18. pr. conscientia subnixus. Büin.*

f) imbecillis] Subl. Rost. Ven. 1471-1515. Iunt. Crat. Paris. Gymn. Torn. *imbecillibus, inclinatione tertia no-*

tiori, quod hic minus placet ob sonum, statim sequitur: *debilibus. At in MSS. Lipf. Goth. Reimm. Angl. Fasil. Gryph. Thomas. et seqq. imbecillis. et amant Lactantii meliores codd. secundam declinationem, L. 4. 22. 5: ab imbecillis. c. 24. 9: carne fragili et imbecilla. Plura noto ad L. 1. 11. 16. et Epit. 10. fin. Büin.*

g) debilibus integritatem] n. 6. et n. 16. Eleganter opponuntur. Cic. L. 5. Fin. 28: *bonum integritas corporis, misera debilitas. Arnob. 1. p. 38: qui debilibus integritatem, is debiles reddere difficultati habuit aut labori? Seneca de Otio Sap. 30: nomen in militiam non daret debilis. Büin.*

h) demoniaca] Rost. *demonica. haud raro MSS. et vett. edd. quatuor syllabis. sic Reimm. L. 4. 13. 16. ad demonicas fraudes. Büin.*

i) Esaiæ verba dicentis] cap. 35. Cell.

k) pusilli animi] Lipf. 2. 3. Reimm. *pusilli animo. Torn. 1587: pusillo animo. plerique ut editum, omnes melius quam vna voce: pusillanimi apud Cypr. L. 2. Testim. c. 7. Büin.*

l) Deus noster] Restitui *Deus ex* Lipf.

iudicium retribuet: ipse ueniet, et saluos faciet nos. Tunc 14
aperientur oculi caecorum: et aures surdorum audient. Tunc
saliet claudus sicut ceruus, et plana erit lingua mutorum, quia
rupta est in deserto aqua, et riuus in terra sitienti. Sed et 15
 Sibylla, eadem cecinit his uersibus:

- - νεκρῶν δὲ ἀνάστασις ἔσται ἢ
 καὶ χωλῶν δρόμοις ἔσ' ὠκύς καὶ κωφὸς ἀκήσει.
 καὶ τυφλοὶ βλέψουσι λαλήσουσ' ἐ' λαλέοντες.

Ob has eius uirtutes, et opera diuina, quum magna illum mul- 16
 titudo sequeretur uel debilium, uel ægrotum, uel eorum,
 qui curandos suos offerre cupiebant, ascendit in montem
 quemdam desertum, ut ibi adoraret*, ubi quum triduo mo-
 ratus esset^o P; ac fame populus laboraret, uocauit discipulos,
 quærens, quantos? secum cibos gestarent: at illi quinque pa-
 nes, et duos pisces in pera se habere dixerunt. Adferri
 ea^r iussit, ac multitudinem per quinquagenos distributam
 discumbere. Quod quum discipuli facerent*, frangebatur 17
 ipse panem minutatim**; carnemque piscium comminuebat: et
 utraque in manibus eius augebantur. Et quum apponi il-
 la

Lipf. tert. et Reimm. ita enim Hebr. et LXX. et Cyprian. L. 2. Testim. c. 7. Bün.

m) - - νεκρῶν δὲ ἀνάστασις] Latine: Mortuorum autem resurre-
 ctio erit, et claudorum cursus erit
 uelox, et surdus audiet, et muti lo-
 quentur. Cell.

n) ut ibi adoraret] Lipf. tert. ubi
 adoraret, eleganter, nisi statim illud
 ubi iteraretur. Reimm. ut adora-
 ret. Bün.

o) moratus esset] Goth. et Lipf. ita
 magis apposite, quam uulgares mo-
 raretur. Cell.

p) moratus esset] Ita Reimm. et
 ante Cellarium. Tornæs. 1587-1613.
 Bün.

q) quantos-cibos] Omnes: quan-
 tos, i. e. quantum cibi, quot panes.
 notauit ad L. 1. 3. 21. adde Weitzium

ad Saluian. de Gub. Dei L. 3. p. 43.
 ed. Brem. Petr. Nannium ad Ambro-
 sii Or. fun. de excessu Satyri f. m.
 330. Munckerum ad Fulgent. My-
 thol. L. 2. c. 9. p. 82. Bün.

r) ea] sc. panes et pisces, ut mox
 n. 17: utraque-illa, omnia in neutro
 more ueterum. Sic Opif. II. 20: ad
 quas partes quum cibus et potus mi-
 sta peruenerint. Phura Perizonius ad
 Sancti Mineruam L. 4. c. 10. p. 719.
 Bün.

* facerent] Reimm. faciunt. Satis
 bene cum Subl. Roff. Ven. 1471.
 utraque 78. 93. 97. Paris. Bün.

** minutatim] in minores parti-
 culas. Cypr. adu. Iud. L. 2. 17: com-
 minuit eos minutatim, quomodo et-
 iam Cicero, at pro: non cateruatim
 auctor de B. Afric. c. 78. ubi Dau-
 sum consulat. Bün.

Hh 4.

s) ap.

la^s populò, discipulis imperasset, saturata sunt quinque hominum millia, et insuper duodecim cophini de residuis fragminibus impleti. Quid aut dici, aut fieri potest mirabilius? At id Sibylla futurum cecinerat olim: cuius versus tales feruntur:

ἐν ἄρτοις ἅμα πέντε², καὶ ἰσθύεσσι δυοῖσιν
 ἀνδρῶν χιλιάδας ἐν ἐρήμῳ πέντε κοφίνοι,
 καὶ τὰ περισεύοντα λαβὼν μετὰ κλάσματα πάντα
 δώδεκα πληρώσει κοφίνας εἰς ἐλπίδα πολλῶν.

- 19 Quaero igitur, quid hic potuerit ars magica moliri, cuius peritia nihil aliud, quam² ad circumscribendos³ oculos valet.
 20 Idem fecesurus orandi gratia, sicut solebat, in montem, praecepit discipulis, ut nauiculam sumerent, seque praecederent: at illi urgente iam vespere profecti, contrario vento laborare
 21 ceperunt. quumque iam medium fretum tenerent, tum pedi-

1) *apponi illa*] Sic duo Lipf. et Aldus, quod Latinius, quam aliorum *appondere*. Cell.

2) *apponi illa*] Ita quoque Reimm. vtrique Ven. 1478. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et seqq. idque Cellario *Latinus*. At Goth. Emm. Cant. Rost. Ven. 1471. 93. 97: *appondere*, quod probat Heumannus, et prius (*apponi*) ne latine quidem dici posse censet. Quidni? Quid faciemus Ouidio dicenti L. 6. Fast. 686: *personis imperat orategi*, et Iustino L. 21. 2. fin. *Coniuges rapi iubebat locupletissimos quosque occidi imperabat*. Senecæ L. 3. Ira c. 19: *scindi vestimenta miserorum et in os sarciri pannos imperavit*. Büñ.

3) *ἐν ἄρτοις ἅμα πέντε*] Latine: Panibus simul quinque, et piscibus duobus, hominum millia in deserto quinque sariabis, et reliquias sollens post fragmenta omnia, duodecim cophinos in multorum spem implebit. Cell.

4) *nihil aliud, quam ad*] Cant.

Subl. Rost. Ven. 1471. vtrique 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *ad nihil aliud quam ad*. Praefero Lipf. Goth. Emman. Reimm. Fasitel. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et seqq. *nihil aliud quam*, omisso *ad* priori. Saepè monui: *nihil aliud quam* valere tantum. vid. not. ad L. 3. 8. 6 et L. 3. 16. 1. Büñ.

5) *ad circumscribendos*] fallendos, decipiendos. Cell.

6) *circumscribendos*] frequenter in sensu fallendi ponit cum aliis noster. L. 6. 23. 33. not. Ira c. 8. 5: *circumscribere leges*. Epit. c. 59. n. 7: *dolis circumscribere*. n. 9: *circumscribi iura*. et c. 61: *circumscriptiones*. Ira 23. 24: *circumscriptionibus*. Mureto ad Cic. 2. Catil. c. 4: *circumscriptor est, qui inducendi ac circumueniendi homines quasi artificium quoddam tenet, et a Graecis sumtum, quibus περιγραφήν interdum valet decipere*. Adde Camerarium et Syluium ad Cic. pro Flacco. c. 30. et Glosar. Cyrilli. Büñ.

dibus^a mare ingresus consecutus est eos, tamquam in solido^b gradiens; non ut poetæ Orionem mentiuntur^c in pelago incedentem; qui demersa corporis parte, humero supereminet undas^{d. e.} Et rursus quum obdormisset^f in naui, et²² ventus vsque ad extremum periculum scire^g cœpisset; excitatus e somno^{b. i.}, silere^k ventum protinus iussit; et fluctus, qui maximi ferebantur, conquiescere: statimque sub verbo^l eius, tranquillitas infecuta est. Mentuntur fortasse litte-²³

ræ

a) pedibus mare ingresus] Prudent. Cathemer: VIII.

Ambulat per stagna ponti: summa calcas fluctuum,
Mobilis liquor profundi pendulam præstat viam,
Nec fatiscit unda sanctis presæ sub vestigiis. Bün.

b) in solido] i. e. in solida terra. Virgil. 2. Georg. 231.

- - alteque iubabis

In solido pascuum demitti
Mihî hic occurrit Ovidius L. 14. Met. 48. sqq.

- - ingreditur feruentes æstibus undas,

In quibus, ut solida ponit vestigia terra,

Summaque decurrit pedibus super aquora siccis.

add. Heinf. et Burmann. ad Ouid. L. 4. Fast. 821. p. 296. Bün.

c) non ut poetæ Orionem mentiuntur] Scholiastes Arati ad Phœnom. v. 323. ex Hesiodo refert, Orionem, Neptimi filium, ὄρεσιν ἔχειν πατρὸς τῆ πατρὸς ἐπὶ τῶν κυμάτων πορένδου, id doni a patre habere, ut possit super fluctus ambulare. Cell.

d) humero supereminet undas] hemistichium ignoti iam poetæ. Cell.

e) humero supereminet undas] Hemistichium alicuius poetæ, inquit Betuleius: iam ignoti, addit Cella-

rius, non occurrit his aliisque esse verba Virgilii L. 10. Aen. 765. Bün.

f) obdormisset] Sic MSS. Angl. Lipf. Goth. Reimm. Fafitel. Gryph. Betul. Thomas. et seqq. Forma contracta gratior; priores editiones plenius: obdormiisset. Bün.

g) ventus-scire] Pari elegantia de vento ponente Livijs L. 30. 39: dum reliquum tempestatis exsciret. Ouid. L. 2. Trist. el. 1. 149. sqq. ait:

Ac veluti ventis agitantibus aquora non est

Aequalis rabies, continuusque furor,

Sed modo subsidunt, intermissisque fileseunt. Bün.

i) excitatus e somno] Præpositionem quoque addunt Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque-78. Paris. et Torn. 1587-1613. elegantius vero præpositiones ita geminari obseruauit Broukhuf. ad Propert. 1. 3. 36. et ad Tibull. 1. 5. 40. Bün.

k) silere ventum] Plin. L. 2. ep. 17: ibi omnes silent venti. Colum. 3. 19. 3: præstat eligere sationi silentis vel certe placidi spiritus diem. et L. 4. R. R. 29. 5: silens a ventis dies. Bün.

l) sub verbo eius] Heumannus, rescribo, inquit, sub verbum eius; est quidem et hoc elegans. similia obseruauî in Liuijs L. 35. 31: sub hanc vocem fremitus variantis multitudinis fuit. et in Ouidii L. 3. Fast. 642.

Hh 5

Et

ræ sanctæ, docentes tantam fuisse in eo potestatem, vt imperio suo cogeret ventos obsequi^{m. n.}, maria seruire, morbos cedere^o, inferos obedire. Quid? quod eadem Sibyllæ carmi-

*Et fuge, ne dubita, mœstum fuge, dicere, sectum,
Sub verbum auerulas impulsis
aura fores.*

At, contra nitentibus omnibus libris nihil mutandum. Ipse Lactantius iterum L. 7. 17. 5: *fiens hac sub verbo eius.* Sic et h. l. omnes libri (frustra et hic Heum. tentat: *solo verbo*), nec aliter Lucretius L. 4. 786.

*Omnia sub verbo ne creat natura
paratque?*

quæ Creechius interpretatur: AD NVTVM. Ego Lactantii: *sub verbo eius* interpretor: *eo adhuc loquente et iubente.* De re ipsa Arnobius L. 1. p. 26: *cuius vocem ad simplicem furibunda et insana explicabant se maria, procellarum turbines tempestatesque sidebant? qui per altissimos gurgites pedem ferebat inlutum? calcabat ponti terga vndis ipsis stupentibus, in famulatum subeunte natura?* Idem p. 30: *intra vnius verbi moram.* Iuuenius similia loca ita effert L. 1. Hist. Euang. 766. -- *dicto citius eum voce loquentis.* L. 2. 601: *Cum dicto, palmam sanam porrexit utramque.* L. 4. 510-512: *Nam venit, ecce -- cum dicto -- aduenit.* ad quæ loca plura Kœnig. p. 133. et Omicis. p. 409. Etiam Minuc. Fel. c. 4: *cum dicto eius adsedimus.* In Apuleio formula: *CVM DICTO* nihil frequentius. Tertullianus quoque in Apolog. c. 21: *spiritum cum verbo sponse dimisit.* Petronius c. 24: *ab hac voce. c. 80: statim ab extrema parte verbi consurrexit.* vbi plura Burmannus. Virgilii est *in verbo* L. 6. Aen. 547.

Tantum effatus et in verbo vestigia torfit. Bütt.

m) ut imperio suo cogeret ventos obsequi] Videtur illud Ciceronis pro Lege Manil. cap. 16. in animo habuisse, de Pompeio dicentis, *ut voluntatibus eius etiam venti tempestatesque obsecundarint.* Cell.

n) imperio suo cogeret ventos obsequi] Graphice Iuuenius L. 2. 37. sqq.

--- *Inde procellis*

Imperat, et placidam sternit super aquora pacem.

Illi inter sese timidis miracula miscent

Colloquii, qua tanta illi permisso sa potestas,

Quodue sit imperium, cui sic fracta concita ventis

Erectæque minis submittant colla procella.

et ter se Prudent. Cathemer. 9. 37.

Increpat ventum furentem, quod procellis tristibus

Vertat aquor fundo ab imo, vexes et vagam ratem,

Ille insis obsecundat, misis vnda sternitur.

Commode Heumannus huc aduocat illa Ciceronis de Pompeio pro L. Manil. 16: *ut voluntatibus eius venti tempestatesque obsecundarint.* Aperte iunitur Cyprianum de Idol. Van. *cogeret sibi elementa famulari, seruire ventos, maria obedire, inferos cedere.* Bütt.

o) morbos cedere] Fortius hoc verbum in MSS. et Ven. altera 1478. et pluribus, quam Rost. *cadere.* Ven. prima 478: *credere.* praeue. Etiam Prudent. Cathemer. VIII. *Omnis agritudo cedit, languor omnis pellitur.* Bütt.

minibus suis ante docuerunt; quarum vna, cuius supra fecimus mentionem, sic ait:

τοὺς ἀνέμους ῥ παύσει τελόγω, σρώσει δὲ θάλασσαν
μαυνομέντην ποσσὶν εἰρήνης πίσει τε πατήσας.

Et rursus alia, quæ dicit:

κύματα πεζεύσει, νόσον ἀνθρώπων ἀπολύσει,
ζητεὶ τεθνηώτας, ἀπώσεται ἄλγεα πολλοῖς,
ἐκ δὲ μιᾶς πηγῆς ἄρτου κόρη εἴσεται ἀνδρῶν.

His testimoniis quidam reuicti, solent eo confugere, vt aiant, non esse illa carmina Sibyllina, sed a nostris conficta atque composita. Quod profecto non putabit qui Ciceronem, Varronemque legerit, aliosque veteres, qui Erythræam Sibyllam, ceterasque commemorant, quarum ex libris ista exempla proferimus; qui auctores ante obierunt, quam Christus secundum carnem nasceretur. Verum non dubito, quin illa carmina prioribus temporibus pro deliramentis habita sint, quum ea nemo tum intelligeret. denuntiabant enim monstruosa quædam miracula: quorum nec ratio, nec tempus, nec auctor designabatur. Denique Erythræa fore ait, vt diceretur insana et mendax. Ait enim:

p) τῆς ἀνέμους] Latine, Ventos compestet verbo, sternet autem mare furiosum pedibus pacis et fide calcans. Cell.

q) κύματα πεζεύσει] Hoc est: Fluctus perambulabit, morbos hominum resoluet: viuificabit mortuos, arcebit dolores multis: ex uno autem fonte panis satietas erit p̄uiris. Cell.

r) eo confugere] Subl. vitiose: configere. Cic. 1. N. D. 39: confugis ad æquilibrium. Bün.

s) conficta] Sic MSS. plures et Fasit. Gryph. Thomas. et sequentes, vbi Reimm. Rost. Ven. 1471-1515. Crat. Gymn. ficta. De re ipsa Orig. contra Celsum. L. 7. p. 369. et Spencer. ad L. 5. p. 272. Bün.

t) quarum ex libris] Omnes libri

quarum, vt ad Sibyllas referatur. Cell.

u) ante obierunt, quam] Hoc ex MSS. Lipf. Goth. Reimm. Angl. Fasit. Gryph. Betul. Thomas. Torn. et seqq. Elegantius, quam Subl. Rost. Ven. 1471-1515. Iunt. Paris. Crat. Gymn. obierunt ante quam. adde, quæ noto ad n. 30: postea vero quam. De Opif. 10. 14: Infantes non ante incipiunt fieri, quam. Opif. 6. 6: non ante prouidisse. quam. Bün.

x) monstruosa] Sic Lipf. Angl. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Fasit. Gryph. Thomas. et seqq. At Goth. Ven. 1493. 97. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. monstruosa. noto ad L. 1. 20. 36. Bün.

y) Denique] Sic scribo cum MSS. et edd. omnibus, pro Cellari: Deinceps hic vitiose. Bün.

z) πῆ-

- - - Φήσουσι Σιβύλλην *

μαινομένην ψευδῶν. ἐπὶ δὲ γένηται ἅπαντα,
τηνίκα μου μνήμην ποιήσετε, κ' ἐκ ἔτι μ' ἔδειξ
μαινομένην φήσει με θεῶν μεγάλῳ προφῆτιν.

30 Latuerunt ^{a. b} igitur multis sæculis; postea vero animaduersa
sunt, quam ^c Christi natiuitas et passio patefecit arcana; sicut
etiam voces prophetarum, quæ quum per annos mille quin-
gentos, vel eo amplius ^{d. e} lectæ fuissent a populo Iudæorum;
nec tamen ^f intellectæ sunt, nisi postquam illas Christus et
31 verbo et operibus interpretatus est. Illum enim propheta
adnuntiauerunt: nec vlllo modo poterant, quæ illi loqueban-
tur, intelligi, nisi fuissent vniuersa completa.

XVI. Venio nunc ad ipsam passionem: quæ velut op-
probrium ^a nobis obiectari solet, quod et hominem, et ab
hominibus insigni supplicio adfectum et excruciatum cola-
mus: vt doceam, eam ipsam passionem ab eo cum magna,
et diuina ratione susceptam; et in ea sola et virtutem, et veri-

2) - - - Φήσουσι Σιβύλλην]

Latine, Dicent Sibyllam insanam,
mendacem. Sed cum omnia futura
sunt, tunc mei mentionem facietis,
neque me tum quisquam insanam di-
cet, me, inquam, Dei magni vatem.
Cell.

a) Latuerunt igitur] Angli codd.
et vnus Lips. iacuerunt: at reliqui
Lips. et ed. Rom. Ald. et alii latue-
runt, quod conuenientius. Cell.

b) Latuerunt] Goth. Subl. Ven.
1471. et Rost. iacuerunt quasi: ne-
glecta sunt. At Reimm. Ven. 1472.
vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. reli-
qui: Latuerunt. Bün.

c) postea vero animaduersa sunt,
quam] Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97.
Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat.
Gymn. Betul. Tornæus. 1548. 1613. et
Walch. postea vero animaduersa
sunt, qua. Perperam. Rectius MSS.
Lips. Goth. Angl. Reimm. Sublac.

Rost. Fasitel. Gryph. Thomasius et
sequentes If. Gall. Spark. Cell. po-
stea vero animaduersa sunt, quam, i.
c. animaduersa vero sunt, posteaquam
Christi natiuitas et passio patefecit
arcana. Sic de M. P. 5. 6: postea ve-
ro quam - finit. vid. not. n. 27. Bün.
d) vel eo amplius] Vei manu scri-
pti Angl. et ed. Rom. at Lips. et eo.
Cell.

e) vel eo amplius] Sic Rost. Ven.
vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Pa-
ris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. pro quo
in Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Be-
tul. Torn. Thomas. et seqq. et eo
amplius eo, puta: tempore, tot annis.
noto ad L. 7. 14. 4: ex quo. Bün.

f) nec tamen] Vel lege, inquit
Heum. vel intellige: non tamen. Om-
nes libri: nec tamen. Respicit nec
alterum nec - poterant intelligi. Bün.

a) velut opprobrium] vid. Korth.
Pagan. Obtrect. L. 2. c. 7. tot. Bün.

b) vera

tatem, et sapientiam contineri. Neque enim, si beatissimus in terra fuisset, et per omnem vitam in summa felicitate regnasset; quisquam illum sapiens aut Deum credidisset, aut honore diuino dignum iudicasset; quod faciunt veræ diuinitatis^{b c} expertes: qui caducas opes, et fragilem potentiam, et alieni beneficii bona^d non tantum suspiciunt^{e f}, verum etiam consecrant; et scientes^g, memoriæ mortuorum deseruiunt, fortunam iam extinctam colentes: quam ne viuam quidem, præsentemque sapientes colendam sibi vniquam putauerunt. Nec enim potest aliquid in rebus terrenis esse venerabile, cæloque dignum: sed sola est virtus, sola iustitia, quæ potest verum bonum, et cæleste, et perpetuum iudicari, quia nec

b) vera diuinitatis] Cum tribus Lipf. et Emman. scribo diuinitatis, ubi alii religionis. Cell.

c) vera diuinitatis expertes] Sic cum tribus Lipf. et Emman. etiam Goth. Torn. MSS. duo Bonon. Tax. Iun. Vltr. Ven. 1472. vtraque 1478. in Reimm. vero diuinitatis expertes. Subl. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Parrh. Paris. et reliqui: vera religionis. Heumannus quasi certus corrigit: diuina veritatis, Non opus. Veram diuinitatem opponit diis consecratis, simulacris mortuorum n. 2. L. 5. 10. 11-14: *Quanto religiosus terrenis istis simulacris inseruiunt, tanto magis scelerati aduersus nomen veræ diuinitatis existunt.* n. 14: *offensa diuinitatis scelere - praeue religionis.* Ira. 12. 2: *diuinitatis intellectus.* Bün.

d) et alieni beneficii bona] *Locus haud dubie corruptus dicitur Heumanno, rescribenti: et alia non benedicta bona.* At salua sunt omnia. *Alieni beneficii bona* vocat honorem et alia fortunæ bona, omniaque extra posita; lege attente n. 2. 3. Hinc L. 6. 5. 6: *scientia alieni beneficii est, virtus tota nostra est.* Hinc Apuleius de Deo Socratis p. 55: *noti illa aliena asstimare - Aliena uoco qua*

parentes pepererunt, et qua fortuna largita est. In sequentibus aliena dicit: *generositasem, prosapiam, legos natales, inuidiosas diuitias.* Quintil. L. 10. Instit. c. 27: *nihil habebimus, nisi beneficii alieni?* Bün.

e) suspiciunt] Vulgares libri suspiciunt: etiam scripti Lipfenses. Sed dudum eruditus suboluit, legendum esse *suspiciunt*; quod clare expressum inuenio in Rom. editione, ante ducentos viginti quatuor annos excusa. Idem supra ab eodem mendo purgatum lib. 2. cap. 2. sect. 13. Cell.

f) suspiciunt] Ita legendum censuit Meursius L. 5. Crit. Arnob. c. 10. recte, licet cum Lipf. etiam Angl. Goth. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515, et reliqui, præter Romanam a Cell. laudatam. Sæpe hæc verba in libris confundi, notauit ad L. 2. a. 13. et alibi. Bün.

g) scientes] Goth. *cientes.* Lipf. tert. et Reimm. *sapientes.* Tornæsi vna editio: *scienter.* praeue. At recte reliqui Subl. Rost. Ven. 1471-1515, etiam Torn. 1548, et 1587: *scientes,* vt alibi noster 7. 1. 12: *scientes malis suis fauent.* Bün.

b) pri.

- 4 nec datur cuiquam, nec auferitur. qua virtute, ac iustitia quoniam Christus instructus venit in terram; immo vero, quoniam ipse virtus, et ipse iustitia est, descendit, vt eam doceret, hominemque formaret. quo magisterio, ac Dei legatione perfunctus, ob eam ipsam virtutem, quam simul et docuit et fecit, ab omnibus gentibus et meruit et potuit Deus
- 5 credi. Ergo quum magnus populus ad eum vel ob iustitiam, quam docebat, vel ob miracula, quæ faciebat, subinde conflueret, et præcepta eius audiret; et a Deo misam, Deique filium crederet; tum primores^b Iudæorum, et sacerdotes ira stimulati, quod ab eo tamquam peccatores increpabantur, et inuidia deprauati, quod confluyente ad eum multitudine contemni se ac deseri videbant, et (quod caput sceleris illorum fuit) stultitia et errore cæcati, et immemores præceptorum cælestium ac prophetarum, coierunt aduersus eum, impiumque consilium de eo tollendo, cruciandoqueⁱ ceperunt: quod prophetæ multo ante descripserant.
- 6 Nam et David in principio psalmorum suorum prouidens in spiritu, quantum facinus admisuri essent, *beatum esse ait, qui non abiit in consilio impiorum.* Et Solomon in libro sapientiæ^k, his verbis vsus est: *Circumueniamus iustum, quoniam insuauis est nobis, et exprobrat nobis peccata legis. promittit se scientiam Dei habere, et filium Dei se nominat: factus est nobis in translationem^l cogitationum nostrarum: grauis est nobis*

^b) primores.] Reimm. primo seniores. Peius Subl. Rost. primo rex Iudæorum. Ven. utraque. 1478. 93. 97: primiores. At Parrh. Paris. reliqui: primores. recte. Vox Tacito frequens. Apul. Metam. l. p. 111: Nosti Milonem quemdam e primoribus. Noster expresit Cypr. Idol. Van. Hunc magistri eorum ac primores tradiderunt; et Cyprianus Tertullianum in Apolog. c. 21: Primores Iudæorum. reliqua. Bün.

ⁱ) cruciando.] conf. c. 18. 33. c. 22. 6. Epit. c. 46. 8. c. 48. 1. Illustrat Liplius L. 1. de Cruce c. 3. et Columbus ad de Mort. Perf. c. 2. Bün.

^k) Et Solomon in libro Sapientiæ.]

Sentit et scribit ex vulgari opinione. Hieronymus cordatior præfatione in Proverbia Salomonis est (quæ epistola est 115): liber, inquit, *Ψευδεπιγραφος*, qui Sapientia Salomonis inscribitur, qui apud Ebraeos nusquam est, et ipse stilus Græcam eloquentiam redolet, et nonnulli scriptorum veterum hunc esse Iudæi Philonis adfirmant. Verba autem profert Lactantius ex c. 2. v. 12. seqq. Cell.

^l) in translationem.] Subl. Rost. Ven. 1471: in traditionem. perperam. vid. Epit. 45. Græc. εἰς ἐλεγχον, et Cyprian. L. 2. adu. Iud. c. 14. Bün. ^m) quasi

nobis etiam ad videndum; quoniam dissimilis est aliis vita illius; et immutata sunt via illius. tamquam nugaces estimati sumus ab eo. continet se a viis nostris, quasi ab immunditiis^m; et praefert nouissima iustorum, et gloriatur patrem Deumⁿ. Videamus ergo si sermone illius veri sunt; et tentemus quae ventura^p sunt illi, contumelia et tormento^q interrogemus eum, ut sciamus reuerentiam illius, et probemus patientiam illius, morte turpissima condemnemus eum. Haec cogitauerunt, et errauerunt. Excacauit enim illos stultitia ipsorum: et nescierunt sacramenta Dei^r. Nonne ita descripsit nefarium illud consilium ab impiis initum contra Deum, ut plane interfuisse

vi-

m) quasi ab immunditiis] Ven. 2493. 97: quasi ab immundis sc. viis. non recte. gr. ἀπὸ ἀκαθαρσιῶν. add, Epit. c. l. et Cypr. L. 2. adu. Iud. c. 14. Nec abhorret Lactantius a voce L. 4. 17. 18: ab immunditiis. Vtitur saepe Tertull. e. g. de Resurr. Carn. c. 47. de Anima c. 54. Lipsius ad Senec. L. 3. de Ira c. 34: immunditias ex antiquo libro malebat. Notarunt Krebs de stilo Lact. et Walch, Diatrib. p. 61. At Falster. Suppl. L. L. p. 152. ex Plauto, Catoe et Columella probat. Bün.

n) et gloriatur patrem Deum] Ediderant antea: et gloriatur patrem se habere Deum. At antiquissimus codex Taurin. c. 45. 5: et gloriatur patrem Dominum (leg. Deum). atque, ut ego edo, in Cyprian. L. 2. adu. Iud. c. 14. rectissime habent MSS. Bodl. quartus. Corb. Thuan. Benev. et Ver. et gloriatur patrem Deum. Nam gr. καὶ ἀλαζονέει/αι πατέρα θεόν. In Augustino de Ciui. D. L. 17. c. 20. hoc ordine: et gloriatur patrem Deum se habere. Puto, olim aliquem in Cypr. Lact. August. ad verba: gloriatur patrem Deum adscriptisse, sc. se habere, deinde interiecta aut subiecta. Bün.

o) si sermone veri sunt] Sic libri omnes, etiam Epit. c. 45. 5. cum Cypriano et Augustino. et recte. nam gr. εἰ. latinis vero si habet eandem vim positum pro: an. Constat ex multis Caesaris aliorumque locis. vid. Weitz. ad Terent. p. 207. 319. 532. Vorst. ad Valer. Max. L. 1. 7. 7. Gronou. ad Gell. L. 1. c. 19. p. 102. Curt. Excurs. IIII. ad Sall. p. 926. Vechner. Hellenol. et Heusinger. p. 423. sq. Ita quoque sumendus Tertull. Apolog. c. 22: Quae sit, si vera est ista diuinitas Christi; i. e. an vera sit ista diuinitas Christi. Bün.

p) quae ventura] Sic libri h. l. et Cypr. et Augustin. c. c. l. l. in Epit. 45. 5: euentura. Saepe simplex pro composito poni docet multis Muncher. ad Fulgent. Mythol. L. 3. 6. p. 113. conf. not. ad Lact. 5. 12. 7. et ad L. 6. 25. 14. Bün.

q) contumelia et tormento] auctoritate Taurin. MS. Epit. c. 45. 5. Cypriani, Augustini et textus gr. ὑβρι καὶ βασάνω, recepi singularem pro omnium plurali. Bün.

r) Haec cogitauerunt - sacramenta Dei] Haec tenus verba ex Sap. 2. 22. Ταῦτα ἐλογίσαντο - μύμυσή-ρια θεῶν, Bün.

s) Nis

videatur? Atqui a Solomone, qui hæc cecinit, vsque ad id
 11 tempus, quo gesta res est, mille ac decem anni fuerunt. Ni-
 hil nos fingimus^{s)}, nihil addimus. Habebant hæc, qui
 fecerunt: legebant, in quos hæc dicta sunt. sed et nunc he-
 redes nominis ac sceleris illorum hæc et habent, et damna-
 tionem suam prophetarum voce prædictam quotidianis lectio-
 nibus personant, nec aliquando in cor suum, quæ^{*} pars est
 12 et ipsa damnationis, admittunt. Increpiti^{*} ergo a Christo
 sæpe Iudæi, exprobrante illis peccata et iniustitias^{z)}, et a po-
 pulo pæne deserti, concitati sunt ad eum necandum: cuius rei
 13 audaciam dedit illis humilitas^{w)} eius. Nam quum legerent,
 cum quanta virtute et claritate filius Dei venturus esset e cæ-
 lo; Iesum autem cernerent humilem, quietum^{x)}, fordidum

s) *Nihil nos fingimus*] Angli sic co-
 dices et primus Lips. et ed. Rom. et
 Ald. Alii *affingimus*. Cell.

s) *fingimus*] Sic Subl. Rost. Ven.
 1471 - 1515. Paris. Gymn. Crat. At
 Gryph. Torn. 1548-1613: *effingimus*.
 Goth. Lips. 2. 3. Reimm. Betul. Tho-
 mas. et seqq. *affingimus*. Büñ.

w) *in cor suum, qua pars est et ipsa*] Sic omnes, et recte. non: *quod- ipsum*.
 pronomen (*qua- ipsa*) sequenti sub-
 stantiuò; *pars*, aptatum. Noster ex
 Cicerone L. 2. II. 16. *Hoc animal-*
-quem vocamus hominem. L. 2. 13. 1:
delegit unum, quod supererat - ex-
-emplum. Cic. pro Flacco c. 27: Ath-
-nienses quæ gens Ionum habebatur.
 L. 2. Leg. c. 5. quæque ita *composita*
sanctaque essent, eas leges - nomina-
-runt. Arnob. L. 6. ed. Elm. in 8. p.
 246: *Vulgus, qua pars. Alia Curtius*
ad Sallustium hinc inde. Büñ.

x) *Increpiti*] Goth. Lips. tert. *in-*
crepati, et sic recentior manus in
 Reimm. correxit. vid. not. c. 14. 17.
 Büñ.

y) *iniustitias*] Obserues hic plu-
 ralem, in Lexicis nondum indica-
 tum. Büñ.

z) *humilitas*] Subl. Ven. 1471.
 Rost. *humanitas*. prauè. vindico ad
 n. 13. Büñ.

a) *humilem, quietum*] Goth. et
 Lips. I. non habent *quietum*. Cell.

b) *humilem, quietum*] Ante hos
 viginti annos conieceram: *humilem,*
quietum; nunc video Heumannum
 ita hic scribere. Reieci, quia ad x-
 tatem Christi vox *quietus* non quad-
 rat. vid. Zinzerling. Promuls. c. 5.
 et meum Indic. Lat. ad Castellion.
 Versio. Cod. S. p. 226. Præterea ob-
 stant omnes omnino MSS. et edd.
 Commemini Cyprianum aliquoties
 has voces iungere de Christo et Chri-
 stianis. Vnde epist. 7. ed. Pamel.
Quodsi, pergit, non est maior domi-
no suo seruus, qui dominum sequun-
-tur, humiles, et quieti, et taciturni
vestigia eius imitentur. respectu ha-
-bito ad Es. 66. 2. quem locum citat
 epist. 18. vbi LXX: τὸν ταπεινὸν
 καὶ ἡσύχιον. Ea ratione *humilis,*
 i. e. abiectus, *claritati et maiestati,*
quietus virtuti et fortitudini in hac
 sectione opponuntur. Quadrat quo-
 que *quietus*. ratione verborum n. 14:
 quietus

dum^c; informem^d; non credebant, filium Dei esse, ignorantes, duos eius aduentus a prophetis esse prædictos, primum in humilitate carnis^e obscurum; secundum in fortitudine maiestatis^f manifestum. De primo Dauid in psalmo septuagesimo primo sic ait: *Descendet sicut pluuia in vellus, et orietur in diebus eius iustitia, et abundantia pacis, donec extollatur luna^h.* Sicut enim pluuia, si descendat in vellus, animadaerti non potest, quia

quia strepitum non facit. Aliis, e. g. Nepoti in Pelopida c. 4 et Attico c. 7: *quietus* est, qui sine studio partium abstinet a bello, et ita Lactantius L. 6. c. 14. n. 3. et 6: *quietum* opponit *inerti*. Bün.

c) *sordidum*] h. l. non significat *immundum*, nec *auarum*, parco oppositum, vt c. l. L. 6. 14. 3. sed *obscurum*, *consectum*, *hæud clarum*; quod patet ex citato dicto Eſaie n. 15. et Laët. 4. 14. 14-7. Bün.

d) *informem*] ἀμορφον. Lipf. alter n. 17. græca ita vertit. Bün.

e) *in humilitate carnis*] n. 12. et n. 17. secundum Tertull. Apolog. c. 21: *in humilitate conditionis humana.* Laët. 4. c. 14. 14. Conf. c. 22. 3: *cirſe tam humilem imbecillumque fecit.* c. 26. 1. et n. 30: *humilis aduenat, ut humilibus et infimis opem ferret* etc. Conf. L. 2. 1. 18. L. 2. 2. 22. L. 2. 3. 10. L. 2. 4. 29. L. 5. 14. 19: *ab humilibus ad potentes.* Hæc ideo excitauit, quia vett. edd. Sublac. Roſt. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parth. Crat. Iunt. Ald. Gymn. *in humanitate carnis* ediderant; pro quo re-
de Faſit. Gryph. Tornæs. Betul. Thom. et recentiores: *in humilitate carnis.* Sic Cyprianus Idol. Van. Iudæi crediderunt hominem tantum de humilitate carnis et corporis. Tertull. Apol. c. 21: *quem solum hominem præſuſerant de humilitate* etc. Bün.

f) *in fortitudine maiestatis*] Subl. Roſt. Ven. 1471: *in fortitudine car-*

nis. præue. MSS. Reimm. alii et Ven. vtraque 1478. reliqui vt editum. Sic Cypr. Id. Van. *qui* (aduentus) *eris in potestate manifestus.* Tertull. Apol. c. 21: *in ſublimitate diuinitatis exercita.* Bün.

g) *in psalmo septuagesimo primo*] Psalmo 72. v. 6. 7. secundum Ebræos. Cell.

h) *donec extollatur luna*] Lipf. tert. *extolletur.* Reimm. *solletur.* Posset videri rectior Reimm. si legas: *donec tollatur luna*, nam gr. Πf. 71. 7. εως ἢ ἀνταναιρεθῆ ἡ σελήνη. Vulgata: *donec auferatur luna*; sed salua res est, eadem h. l. est significatio compositi, quod omnes reliqui MSS. et edd. præstant; licet rarissime hoc sensu occurrat; Sirac. c. 36. 9. ἐξαρον ἀντιδικον: hodie legunt edd. vulgatæ: *solle aduersarium*, vbi meæ antiquæ membranæ, tum editio antiquissima sine loco et anno excusa; et editio Veneta 1481. Norimb. per Koburger 1501. Nor. per Peypus 1523. Rob. Steph. 1545. et plures antiquæ: *EXTOLLE aduersarium.* Nec aliter omnes meæ vett. edd. cum glosſis Lyrà, qui exponit: *extolle extra vitam eum tolle.* Lactantius LXX est fecutus, cum quibus fere omnes versiones orientales faciunt. vid. doctam obseruationem Noldii ad Concord. Partic. (1723. 674.) et Michael. T. 1. ad Hagiogr. p. 541. Bün.

quia strepitum non facit: ita Christum in terram sine cuiusquam suspitione venturum esse dixit, vt iustitiam doceret, et
 15 pacem. Esaias quoque ita tradidit: *Domine quis credidit
 auditui nostro? et brachium Domini cui reuelatum est? Ad-*
nuntiauimus^k coram ipso sicut pueri, et sicut radix in terra fi-
tienti. non est figura eius, neque claritas: et vidimus illum,
et non habuit figuram, neque decorem; sed figura eius sine ho-
nore, et deficiens prater ceteros homines. homo in plaga posi-
tus, et sciens ferre imbecillitatem, quia auersus est, et non^{est}
 16 *computatus. Hic peccata nostra portat, et pro nobis dolet^l:*
et nos putauimus, ipsum esse in dolore, et in plaga, et in ve-
xatione. Ipse autem vulneratus est propter facinora nostra; et
infirmatus est propter peccata nostra. doctrina pacis nostræ su-
per illum. liuore eius nos sanati sumus. Omnes sicut oues^m
 17 *errauimus: et Deus tradidit illum pro peccatis nostris. Et*
 Sibylla eodem modo locuta est:

οἰκτρὸς, ἄτιμ^{n.º}, ἄμορφ^o ἐν οἰκτροῖς ἐλπίδα δώσει.

Propter hanc humilitatem, Deum suum non agnoscentes,
 in-

d) [Esaias quoque ita tradidit] c. 53.
 Cell.

k) [annuntiauimus coram ipso sicut
 pueri] Eodem modo hæc verba Cy-
 prianus citat adu. Iudæos Lib. 2.
 c. 13. vterque secutus Græcos est, qui
 ita transtulerant: Ἀνηγέλαμεν
 ὡς παιδίον ἐναντίον αὐτοῦ.
 Cetera quoque ex Græco sunt plera-
 que expressa. -Cell.

l) [pro nobis dolet] Restituo veram
 lectionem ex Lips. tert. Goth. Reimm.
 Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97.
 Paris. Tornæs. 1587 - 1613. confor-
 mem Hebr. et LXX, item Cypriano
 L. 2. adu. Iud. c. 13. Hilario de Tri-
 nit. [L. 10. c. 47. etiam in meis mem-
 branis Hilario h. l. et alibi in Psal-
 mos et Matthæum. Recentiores
 Parrh. Ald. Gryph. Thomas. et seqq.

sine necessitate pro nobis hic dolet
 ediderant. Bün.

m) [Omnes sicut oues] Lips. tert.
 Reimm. vtraque Ven. 478. Paris.
 Tornæs. 1587. Walch. omnes nos sic-
 ut oues. Recte quidem secundum
 Hebr. at minus recte secundum
 LXX, quos sequitur et Cyprianum
 c. l. et nos abest ab Angl. Goth.
 Sublac. Rom. Ven. 1493. 97. Parrh.
 Ald. Gryph. Betul. Thomas. reliquis.
 Bün.

n) [οἰκτρὸς, ἄτιμ] La-
 tine: *Miserabilis, inhonoratus, sine*
specie, in miserabilibus specem exhibe-
bit. Cell.

o) [οἰκτρὸς - ἄμορφος] Lips.
 alter et Reimm. ita vertunt: *vilis,*
ignominiosus, informis specem vilibus
dabit. Conf. n. 13. Bün.

p) hu-

inierunt *p*.-confilium detestandum, vt priuarent eum-vita, qui, vt eos viuificaret *q*, aduenerat.

XVII. Sed iræ atque inuidiæ suæ, quam in cordibus suis gerebant intus inclusam^{a. b}, alias causas præferebant, quod legem Dei per Moysen^c datam solueret, id est, quod sabbatis non vacaret, operans in salutem^d hominum; quod circumcisionem vacuefaceret^e; quod abstinentiam suillæ carnis auferret. In quibus rebus Iudaicæ religionis sacramenta consistunt. Ob hæc itaque cetera pars populi, quæ nondum ad Christum seceserat^f, a sacerdotibus incitabatur, vt im-

p) *humilitatem Deum suum non agnoscentes inierunt*] Sublac. Rost. Ven. 1471: *humilitatem Dei inierunt*. Melius MSS. Lipf. Goth. Reimm. vtraque Ven. 1478-1515. et reliquæ, vt editum. *Bün.*

q) *uiuificaret*] Sublac. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Paris. 1513: *iustificaret*. Goth. Lipf. Angl. Reimm. vtraque Ven. 478. Parrh. reliqui: *uiuificaret*, aptius in oppos. *vt priuarent-vita*. *Bün.*

a) *gerebant intus inclusam, alias causas*] MSS. Angl. et Lipf. et ed. Rom. ac Aldi hoc modo præ se ferunt: recentiores, *intus inclusa malitia, causas præferebant*. Cell.

b) *gerebant intus inclusam, alias causas præferebant*] Ita recte Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. ediderunt. Goth. Fasitel. Gryph. Tornæs. Thomas. seqq. *intus inclusa malitia causas præferebant*. Reimm. *gerebant intus inclusa præferebant*. *Bün.*

c) *Moysen*] Hæc scriptura omnium vet. edd. ab anno 1465-1524. etiam Gymn. 1539. et ita semper Taurin. Epitome. Primus Fasitel. *Mosen*, et porro Gryph. Tornæs. Thomas. subornarunt. Heumannum hic consule. In MSS. Lipf. 2. 3. et Reimm. *legem*

Dei traditam per Moysen solueret. vid. n. 7. *Bün.*

d) *operans in salutem*] Sublac. Rost. Ven. 1471: *operans salutem*, sine præpositione, quam rectius addidit Reimm. Goth. Lipf. vtraque, Ven. 1478. 93. 97. Paris. et reliqui. Sic Taurin. Epit. 47. 3: *vt in salutem hominum operarentur*. et Cyriac. de Elemot. in princ. *multa et magna sunt beneficia diuina, quibus in salutem nostram Dei-clementia et OPERATA sit et semper OPERETVR*. Tertull. Apol. c. 33: *plus ego illi operor in salutem*. *Bün.*

e) *vacuefaceret*] Emman. *vacuam faceret*. Reimm. *vacuofaceret*. Recepta munitur Cic. et Nepotis auctoritate, etfi alio sensu. hic n. 8: *solueret*, stilo Cyriani: *euacuaret*, L. 1. adu. Iud. c. 8. pr. *Bün.*

f) *ad Christum seceserat*] Bon. *ad Christum accesserat*, certe non male. MSS. Cott. Bodl. Merton. Lipf. alter, Reimm. Parrh. Ald. Crat. Gymn. *a Christo seceserat*. Rectius Lipf. 1. 3. Goth. Emman. Cant. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. reliqui: *ad Christum seceserat*, sensu prægnanti, auctore Walchio: *qua nondum seceserat et ad Christum se conuulerat*. *Bün.*

impium & iudicaret eum, quod legem Dei solueret, quum hoc ille non suo iudicio, sed ex Dei voluntate, et secundum prædicta faceret prophetarum. Micheas enim nouam legem^{b. i} daturum denuntiauit hoc modo: *Lex de Sion profiscetur, et sermo Domini ex Hierusalem, et iudicabit inter plurimos populos, et reuincet^k, et deliget^l validas nationes.* Illa enim prior lex, quæ per Moysen data est; non in monte Sion, sed in monte Oreb data est: quam Sibylla, fore vt a filio Dei solueretur, ostendit:

ἀλλ' ὅτε ταῦτ' ἂν ἅπαντα ἢ τελειωθῆ ἅπερ εἶπον
εἰς αὐτὸν πᾶς λύσει νόμῳ.

5) Sed et ipse Moyses, per quem datam sibi legem dum pertinaciter tumentur, exciderunt a Deo, et Deum non agnouerunt; prædixerat fore, vt propheta maximus mitteretur a Deo,

g) *impium iudicaret*] Sublac. Roff. Ven. 1471. 72. vtraque 78: *per vim iudicaret.* Recepta vera ex MSS. Reimm. et aliis. Bün.

b) *Micheas enim nouam legem*] Micheas propheta cap. 4. v. 2. Nec nouitas illa per se est, sed ratione amplioris promulgationis in vniuerso terrarum orbe, in quo euangelium adnuntiatum fuit. Cell.

i) *nouam legem daturum*] Goth. *nouam legem dari.* Reimm. *nouam legem datum iri.* Bün.

k) *iudicabit - et reuincat*] Cyprian. Demetrian. ed. Oxon. f. 188: *ut nemo iudicet, nemo reuincat.* In Ald. Crat. Gymn. *reuinciet.* male. Bün.

l) *et deliget*] Reimm. *et religet.* Sublac. Roff. Ven. 1471. 72 - 1515. Iunt. Crat. Gymn. *et diriget.* Betul. *et diliget.* Fafitel. Gryph. Tornæs. Thomas. et recentes: *et DELIGET.* MS. Tornæs. in marg. 1587: *rediget.* Cyprian. L. I. adu. Iud. c. 10: *et iudicabit inter plurimos populos, et reuincet et deteget validas nationes.* L. 2. adu. Iud. c. 18: *et iudicabit inter gentes et redarguet populos multum.* Iren. L.

4. c. 67: *et arguet pop. mult.* Hieron. Comm. in Mich. in duplici versione: (1) *iudicabit inter pop. mult. et corripiet gentes fortes.* (2) *iudicabit inter pop. mult. et arguet gentes fortes.* Certum est in Hebr. etiam in LXX. modo duo verba esse, iam expressa per: *iudicabit. - et reuincet,* et posterius variatum ab aliis bene per: *redarguet, arguet corripiet,* vt glosam videantur sapere in Cypriano: *et deteget,* et in Lactantio: *et deliget, religet, diriget, diliget, rediget.* Bün.

m) ἀλλ' ὅτε ταῦτ' ἂν ἅπαντα] Latine, *Sed quando hac omnia perfecta erunt, qua dixi, in ipsum omnis lex soluetur.* Cell.

n) *mitteretur*] MSS. Angl. et Lips. et ed. Rom. hoc tempore: alii *mittatur.* Cell.

o) *mitteretur*] Sic etiam Bodl. Reimm. et edd. ab 1465. ad ann. 1524. et Gymn. recte. pro quo Goth. Fafit. Gryph. Tornæs. Thom. etc. *mittatur.* at c. 18. 3: *fore, ut proderetur.* Bün.

p) In

a Deo, qui sit supra legem; qui voluntatem Dei ad homines perferat. In Deuteronomio^p ita scriptum reliquit: *Et dixit dominus ad me: prophetam excitabo eis de fratribus eorum, sicut te; et dabo verbum meum in os eius: et loquetur ad eos ea, qua praecepero ei: et quisquis non audierit ea, qua loquetur propheta ille in nomine meo, ego vindicabo in eum.* Denuntiavit scilicet Dominus per ipsum legiferum^q, quod filium suum, id est, viam, praesentemque legem, misurus esset; et illam veterem per Moysen^r datam^s soluturus; ut denuo per eum, qui esset aeternus, legem sanciret aeternam. Item^t de circumcissione soluenda Esaias^u ita prophetauit: *Hac dicit Dominus viris Iuda, qui inhabitant Hierusalem. Renouate inter vos nouitatem: et ne seminaueritis in spinis. Circumcidite vos Domino Deo vestro; et circumcidite praeputium cordis vestri; ne exeat ira mea sicuti ignis, et exurat, et non sit qui exstinguat.* Item Moyses ipse^v: *In nouissimis diebus circumcidet Dominus cor tuum ad Dominum Deum tuum amandum.* Item Iesus Naue^w successor eius: *Et dixit Dominus ad Iesum. Fac tibi cultellos petrinos^a nimis acutos, et sede, et circumcide secundo^b filios Israel.* Secundam cir-

cum;

p) In Deuteronomio] c. 18. v. 18. 19. Cell.

q) legiferum] Ita post nostrum Paullinus, Nol. et Alc. Auitus citante Thesaurus Fabri vocarunt *Mossem*. Voce vsus Tertull. Apolog. c. 19. fin. *os-tendens Mossem reliquis legiferis anti-quiores*. Apuleius L. 10. *Metam.* p. 255: *apud legiferos Athen.* Bün.

r) per Moysen] Ita Bonon. per Moysen. Iun. Vltr. cum edd. ab 1465-1524. et Gymn. At Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Thom. et reliqui ante Cellarium; ut *mortalis aeterno* h. n. opponatur. Bün.

s) per Mossem datam] Angl. Goth. Lipf. i. et Rom. *Mossem* vel *Moysen*: alii *mortaleni*. Cell.

t) Item] Reimm. *Ism.* quam particulam transitioni eleganter inser-vire alibi diximus. Bün.

u) Esaias ita prophetauit] Fallitur. nam Ieremiae verba sunt c. 4. v. 3. 4. Cell.

x) Esaias] Ieremiae accuratius ad-scribit Cyprianus L. i. adu. Iud. c. 8. ex quo hoc et sequentia duo dicta eodem ordine repetit. Bün.

y) Item Moyses ipse] Deuteronomi. c. 30. v. 6. Cell.

z) Item Iesus Naue] Iosuae cap. 5. v. 2: *Naue* autem est corruptum ex *Nun*, paterno nomine apud Græcos. Cell.

a) petrinos] E petra factos. vid. Ramirez de Prado Pentecontarch. c. 4. ed. Fabric. p. 27. Bün.

b) circumcide secundo] non antea circumcisos, sed quorum neglecta in desertis circumcissio fuerat. Instauracionem ergo ritus neglecti *secundo* significat; non nouam aut meta-phoricam circumcissionem. Cell.

Ii 3

c) Et

cumcisionem futuram esse dixit, non carnis, sicut fuit prima, qua etiam nunc Iudæi vtuntur; sed cordis, ac spiritus, quam
 11 tradidit Christus, qui verus Iesus fuit. Non enim propheta sic ait: Et dixit Dominus ad me, sed ad Iesum; vt ostenderet, quod non de se^c d loqueretur, sed de Christo, ad quem
 12 tunc Deus loquebatur. Christi enim figuram gerebat ille Iesus: qui quum primum Auses^e f vocaretur, Moyses futura præsentiens, iussit eum Iesum vocari; vt quoniam dux militiæ delectus esset aduersus Amalech, qui oppugnabat filios Israel, et aduersarium debellaret per nominis figuram, et po-
 13 pulum in terram promissionis induceret. Et iccirco etiam Moyse successit, vt ostenderet, nouam legem per Christum Iesum datam^g, veteri legi succeduram, quæ data per Moysen
 14 fuit. Nam illa carnis circumcisio caret vtique ratione, quia si Deus id vellet, sic a principio formasset hominem, vt præputium non haberet: sed huius secundæ circumcisionis figura erat, significans, nudandum esse pectus, id est, aperto et simplici corde^h oportere nos viuere: quoniam pars illa corporis, quæ circumciditur, habet quamdam similitudinem
 15 cordis, et est pudenda. Ob hanc causam Deus nudari eam iussit; vt hoc argumento nos admoneret, ne inuolutum pectusⁱ haberemus, id est, ne quod pudendum facinus intra

CON-

e) Et dixit Dominus ad me - quod non de se] Ex. MSS. restituta lectio. Cell.

d) de se] Bon. Pen. Iun. Cauc. Reimm. Ven. 1493. 97. Crat. Gymn. Bettul. Tornæs. 1548-1613. de se præferunt. Bün.

e) qui cum primum Auses vocaretur] Corruptum ea hoc nomen ex *Ichoſchüa* vel *Iosua* vel *Hofea*, et auctor, qui totus a Græcis pendet, credit id prius nomen non sine typi mysterio a Græcis in *Ἰησῦς* mutatum fuisse. Iehosua enim filium Nun illi reddunt *Ἰησὺν υἱὸν Ναυῆ*, Iesum filium Naue. Cell.

f) Auses] Illustrat vberius, monen-

te Heumanno, Valesius ad Euseb. Hist. Eccl. L. 1. c. 3: *Auses* quoque vocatur Tertulliano adu. Iudæos. ed. Paris. 8. p. 218. Bün.

g) nouam legem per Christum Iesum datam] Caute hæc accipiantur. Interpres veteris legis Christus est, non nouæ lator. Cell.

h) aperto et simplici corde] Plin. L. 6. ep. 12: *quas* (epistolas) APERTO PECTORE *scripsisti*, rogo - *semper eadem SIMPLICITATE* etc. Bün.

i) inuolutum pectus] Vt Seneca L. 1. Qu. Nat. præf. *non est tibi frons ficta, nec in alienam voluptatem sermo compositus*, nec COR INVOLVTVM. Bün.

h) pro

conscientiæ secreta velemus. Hæc est cordis circumcisio, 16
 de qua prophætæ loquuntur; quam Deus a carne mortali ad
 animam transtulit, quæ sola mansura est. Volens enim 17
 vitæ, ac salutis nostræ pro æterna sua pietate^k consulere, pœ-
 nitentiam nobis in illa circumcissione proposuit, vt si cor nu-
 dauimus^l, id est, si peccata nostra confessi satis Deo fe-
 cerimus^m, veniam consequamur, quæ contumacibus et ad-
 missa sua celantibus denegatur ab eo, qui non faciem, sicut
 homo, sed intima et arcana pectoris intuetur. Eodem spe- 18
 stat etiam carnis suillæ interdictio, a qua quum eos abstinereⁿ
 Deus iussit, id potissimum voluit intelligi, vt se a peccatis at-
 que immunditiis abstinere. Est enim lutulentum hoc 19
 animal, et immundum, nec vñquam cælum adspicit, sed in
 terram toto et corpore et ore proiectum^o, ventri semper et
 pabulo seruit; nec vllum alium, dum viuít, præstare vsum
 potest, sicut ceteræ animantes, quæ vel sedendi vehiculum
 præbent, vel in cultibus^p agrorum iuuant, vel plaustra col-
 lo trahunt, vel onera tergo gestant; vel indumentum exuuiis^q
 suis exhibent; vel copia lactis exuberant, vel custodiendis
 domibus inuigilant. Interdixit ergo, ne porcina carne 20
 vterentur, id est, ne vitam porcorum imitarentur, qui ad
 solam mortem nutriuntur; ne ventri ac voluptatibus serui-
 entes^r, ad faciendam iustitiam inutiles essent, ac morte adfi-
 ceren-

k) pro æterna sua pietate] Sic libri, vt M. P. 52. 2. Cyprianus de Opere et Eleemos. Oxon. ed. f. 205: *heredibus paterna pietate consulere*. Bün.

l) nudauerimus] Tornæz. MS. ad marg. 1587: *mundauerimus*. sed vid. n. 14: *nudandum esse pectus*. Bün.

m) satis Deo fecerimus] Ita solet loqui L. 5. 13. 6. L. 6. 24. 1. Epit. c. 54. 3. Bün.

n) a qua - abstinere] Goth. *qua abstinere*, mox idem Goth. *se peccatis - abstinere*. Vtrumque rectum, sed elegantius præpositio iteratur, de re ipsa conf. Bochart. Hieroz. L. 2. c. 57. et Hadr. Iun. L. 6. Animadu. c. 16. Bün.

o) in terram - proiectum] Legendum suspicatus: *in terram*, offendi in ed. Tornæz. 1587 - 1613. Walch. Rectissime. Opif. 8. 2. vt - *toto corpore in humum proiecta ventri pabuloque seruirent*. Bün.

p) cultibus agrorum] In plurali vt. L. 7. 16. 2. Bün.

q) exuuiis] i. e. pellibus detractis. vide Cerdam ad Virg. L. 11. Aen. 577: *Tigridis exuuiæ*. Bün.

r) ventri - seruientes] Lips. 2. 3. Reimm. *deseruientes*. Pro recepta n. 19. L. 3. 8. 6: *ventri et veneri seruientem*, nisi maluit variare. Bün.

cerentur. Item ne se fœdis libidimbus immergerent, sicut
 fus, quæ se ingurgitat cœno: vel ne terrenis seruiant simula-
 cris, ac se luto inquinent. luto enim se oblinunt^s, qui deos,
 id est, qui lutum^t, terramque venerantur. sic vniuersa præ-
 cepta Iudaicæ legis ad exhibendam iustitiam spectant, quo-
 niam per ambagem data sunt, vt per carnalium figuram spi-
 ritualia^u noscerentur.

XVIII. Quum igitur ea, quæ Deus fieri voluit, quæ-
 que per prophetas suos multis seculis ante prædixit, Chri-
 stus impleret, ob ea incitati, et diuinas litteras nescientes,
 coierunt, vt Deum suum condemnarent. Quod quum sciret
 futurum, ac subinde diceret, oportere se pati ac interfici pro
 salute multorum, secessit tamen cum discipulis suis, non vt
 vitaret, quod necesse erat perpeti ac sustinere; sed vt osten-
 deret, quod ita fieri oporteret^a in omni persecutione, ne sua
 quis culpa incidisse videatur: ac denuntiavit fore, vt ab vno
 eorum proderetur. Itaque Iudas, præmio illectus, tradidit
 eum^{b. c} Iudæis. At illi comprehensum, ac Pontio Pilato,
 qui tum legatus Syriam regebat^{d. e}, oblatum, cruci adfigi po-
 stu-

s) *se oblinunt*] Goth. Lipf. alter, Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-97. Paris. *se obliniunt*. in quarta coniug. at præstat antiquiorum MSS. et Parrh. Ald. Crat. Gymn. Gryph. et reliquorum in tert. *oblinunt*. vide Burmann. ad Quintil. Declam. 13. c. 5. p. 277. Conf. notas meas ad L. 5. 1. 14. Iterum Lact. L. 6. 23. 16: *qui se cœno immerferit, cœno sit oblitus, necesse est*. Bün.

t) *id est, qui lutum*] Goth. et Reimm. *id est lutum, qui poterat sane abesse, quia iam adfuerat: qui*. Bün.

u) *spiritualia*] Ita Reimm. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Ald. et seqq. et frequens in nostro et aliis scriptoribus sacris. In Goth. Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78: *spiritualia*. Bün.

a) *oporteret*] Goth. Reimm. Lipf. 1. et 3. Iun. Vltr. *oporteret*. nec aliter Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. Iunt. Crat. Gymn. Paris. hinc recepi. A Fasitelio et Gryph. *oporteat* introductum. Bün.

b) *tradidit eum*] Sic Lipf. codices: at Angli et ed. Rom. *tradidit filium Dei*. Cell.

c) *tradidit eum*] Sic Reimm. Fasitel. Gryph. Tornæs. Thomas. et seqq. At Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. Iunt. Crat. Gymn. *tradidit filium Dei Iudæis*. Bün.

d) *qui tum legatus Syriam regebat*] Tacitus Pilatum Lib. 15. c. 44. non legatum, sed procuratorem, nec Syriæ, sed Iudææ tantum; adpellat. Nec plura Iosephus Pilato tribuit, quam procuratorem Iudææ, hoc est ethnarchæ Archelai, in provin-

stulauerunt; obuiçientes ei nihil aliud, nisi quod diceret se filium Dei esse et regem Iudæorum: item quod dixerat, *Si solueritis hoc templum, quod ædificatum est annis XLVI^f, ego illud in triduo sine manibus resuscitabo* ^{z. b.}, significans, breui futuram passionem suam, et se a Iudæis interfectum, tertio die resurrecturum. ipse enim erat verum Dei templum. Has voces eius tamquam infaustas et impias insectabantur. Quæ quum Pilatus audisset, et ille in defensionem sui² nihil diceret, pronuntiauit, nihil in eo damnatione dignum videri. At illi

vinciz formulam redactæ. Lib. 2. de Bello c. 14. incunte ait: Περὶ τοῦ θεοῦ δὲ εἰς Ἰουδαίαν ἐπίτροπος ὕπὸ Τιβερῆος Πιλάτου. Vim inferre, non sanare videtur Barthius, cum Lib. 7. Aduers. c. 2. ita legendum censet, qui sub Silano Iudæam regebat, quod contra fidem librorum est. Silanum autem dicit Syriæ præsidem, cui subiectus fuerit procurator Iudææ. Cell.

e) tum legatus Syriam regebat] Sic omnes libri. Sequitur pro more Tertullianum et Cyprianum, quorum ille in Apolog. c. 21: *Præmores Iudæorum ita exasperabantur - ut postremo oblatum Pontio Pilato Syriam tunc ex parte Romana procuranti violentia suffragiorum in crucem dedi sibi extorserint.* Hic de Idol. Vanit. c. 7: *Pontio Pilato, qui tunc ex parte Rom. Syriam procurabat, tradiderunt, crucem eius et mortem suffragiis violentis ac pertinacibus flagitantes.* Frustra vero Barthium L. 7. Aduers. c. 2. hic nostri emendationem tentasse, patet ex Taurin. Cod. Epit. c. 45. vbi iterum: *Pontius Pilatus, qui tum Legatus in Syriam iudicabat.* Lactantium, quem omnes interpretes, etiam Dauisius ad Epit. c. l. erroris arguunt, doctè defendit Reinesius epist. 55. ad Rupertum p. 505: *Non est, inquit,*

pro errato habendum in Lactantio, si quem scriptores Romani procuratorem Iudææ adpellare consueverunt, ipse Legatum Syriam vocauit, quippe huic tum Iudæa remoto Archelao provincia in formam redacta attributa erat, et regebat utramque Præses, cui legatum fuisse eum, qui Procurator Cesaris erat in Iudæa, non implicat. Et quum externi scriptores alii Romanorum magistratus non ita exactè, uti Romani ipsi distinguant - (nam et Iosephus vocabula ἡγεμόνος, ἐπίτροπος, στρατηγὸς et ἐπίτροπος, subinde permutat etc.), quid hanc accuratorem exigemus a Lactantio etc. nõstis reliqua. Bün.

f) quod adificatum est annis XLVI] Ex Ioann. 2, v. 20. annorum numerus est, qui non de Zorobabelis opere, quod quadriennio confectum fuit, Esdr. 6. 15. sed de reparatione Herodis, et sequentium, quibus cura templi ab Romanis concessa erat, intelligatur necesse est. Adi Iosephum Lib. 15. c. 14. et Lib. 20. c. 3. et 8. Cell.

g) resuscitabo] Goth. et Lips. 2. Rom. resuscitabo: alii suscitabo. Cell.
b) resuscitabo] Sic Reimm. et ab anno 1465. ad ann. 1563. editi: Simplex est a Thomasio. Bün.

i) in defensionem - diceret] L. 3. 30. 9. Bün.

illi iniustissimi^{k. l} accusatores cum populo, quem incitauerant, succlamare cœperunt, et crucem eius violentis vocibus
 6 flagitare^m. Tum Pontius^{n. o} et illorum clamoribus, et Herodis tetrarchæ instigatione, metuentis, ne regno pelleretur, victus est. Nec tamen ipse sententiam protulit^p; sed tradidit eum Iudæis, vt ipsi de illo secundum legem suam
 7 iudicarent. Duxerunt ergo eum flagellis verberatum, et prius quam cruci adfigerent, illuserunt: indutum enim coloris puniceæ veste, ac spinis coronatum, quasi regem salutarunt, et dederunt ei cibum fellis, et miscuerunt ei aceti portionem.
 8 Post hæc, conspuerunt faciem eius^{q. r}, et palmis ceciderunt: quumque ipsi carnifices de vestimentis eius contenderent,
 9 sortiti sunt inter se de tunica et pallio. Et quum hæc omnia fierent, nullam vocem ex ore suo, tamquam si mutus esset, emisit. Tum suspenderunt eum inter duos noxios medium, qui ob latrocinia damnati erant, crucique ad-
 10 fixerunt. Quid ego hic in tanto facinore deplorem? aut qui-

k) *At illi iniustissimi*] Ita plene Goth. et duo Lipsienses: primus Lips. etiam *illi*, sed alieno nomine *inuictissimi* adiecto. Angl. MSS. et ed. Rom. Ald. quidem *iniustissimi*, at dempto pronomine. Recentes quidam Thom. Thyf. et Cantabr. *illi iustissimi*, ironice, sine suffragio veterum. Cell.

l) *At illi iniustissimi*] Sic quoque Reimm. Iun. Vltr. Bün.

m) *violentis vocibus flagitare*] Ita scripti et editi, vbi in Cellariana *violentis*. prauè. Sic Cyprianus de Idol. Van. c. 7: *crucem eius et mortem suffragiis violentis ac pertinacibus flagitantes*. Et nostri Epit. c. 45. *mortemque eius impiis vocibus flagitant*. Ipsum verbum *flagitare* iatinis indicat vehementem pertinaciam in orando. Conf. Laët. 6. 20. 12. Bün.

n) *Tum Pontius*] Sic tres Lips. Rom. Ald. prætermisso *Pilati* nomine. Cell.

o) *Tum Pontius*] Solus Emman. *Tum Pontius Pilatus*, reliqui scripti et editi omnes: *Tum Pontius*. Mox Lips. alter et Reimm. *ex illorum*, et Reimm. *metuentis*, prauè. Bün.

p) *Nec tamen ipse sententiam protulit*] Immo tandem tulit sententiam, et damnauit quem antea innocentem declarauerat, ἀπένειπε, Luc. 23. v. 24. Cell.

q) *conspuerunt in faciem eius*] Potest præpositio abesse, et recentes abiiciunt, quæ vero in MSS. Angl. et Lips. ac ed. Rom. est injecta. Cell.

r) *conspuerunt faciem eius*] Præstituli scripturam antiquissimi Taurin. c. 45. 8. confirmatam a Goth. Fasit. Gryph. Tornæs. Berul. Thomas. If. Ita Apuleius in Apolog. p. 303: *faciem suam spumabundus conspuisset*. In MSS. Pal. Vltr. Iun. Reimm. Sublac. Roff. Ven. 1471-1515. Iunt. Paris. Crat. Gymn. *conspuerunt in faciem*. Bün.

s) *ne-*

quibus verbis tantum nefas conquerar? Non enim Gaiianam^c crucem describimus, quam M. Tullius vniuersæ eloquentiæ suæ neruis ac viribus^a, velut effusis totius ingenii fontibus, profecutus est; facinus indignum esse proclamans, ciuem Romanum contra omnes leges in crucem esse sublatum. Qui quamuis innocens fuerit, et illo supplicio indignus, mortalis^y tamen, et ab homine scelesto, qui iustitiam ignoraret, adfectus est^z. Quid de huius crucis indignitate^a dicemus, in qua Deus a cultoribus Dei suspensus est, atque suffixus^b? Quis tam facundus, et tanta rerum verborumque copia instructus existeret? quæ oratio tantæ adfluentiæ vbertate^c decurrens, vt illam crucem merito deploret,

s) *nefas conquerar*] Aliquoties cum accus. Cicero, (vt ex Nizolio et Schotto constat,) et Lactantius. vid. L. 5. 8. 1. L. 6. 20. 24. Liuius quoque L. 1. 53: *patris in se iustitiam intolerabilem conquerens*. Apulei. L. 4. Metam. p. 154: *formosa raptum uxoris conquerens*, et in Apolog. p. 327: *cur praterita conqueror*. Alia Burmann. ad Petron. c. 91. p. 441. et ad Ouid. 4. Pont. 9. 95. p. 874. et Vorst. ad Sulp. Seuer. 1. Hist. 16. 4: *famem conquerens*. add. Senec. Herc. Oet. v. 177. et v. 215. Bün.

t) *Gaiianam crucem*] P. Gaius, municeps Cosanus, atque Romanus ciuis, contra ius et leges a C. Verre, Siciliæ prætore, virgis Messanæ cæsus et cruci adfixus fuit, in quod factum Cicero inuehitur Verrina vltima c. 61. seqq. Cell.

u) *Gaiianam*] MSS. Iun. et Goth. *Grabianam*. Tornæz. 1587. marg. ex MS. *Grauinianam*. Subl. Rost. Ven. 1471: *Gabiniam*. Parrh. Iunt. *Gabinianam*. Ald. Crat. Gymn. *Cannianam*. Melius vero Ven. 1493. 97. Paris. *Gabianam*. Sed rectissime MSS. Lipf. Reimm. et Fasit. Gryph. Tornæz. Thomas. *Gaiianam*. Bün.

x) *neruis ac viribus*] Vltr. Iun. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque

78. 93. 97. Pier. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *verbis ac viribus*. Omnes prauæ; at rectissime Fastel. Gryph. Tornæz. Betul. Thomas. et reliqui: *neruis ac viribus*, cum pluribus MSS. In Reimm. *neruis*, re-ctum; rubricator suo puncto inde fecerat: *neruis*; atque sic alii *neruis*, quasi *vervis*, hinc vitiosum: *verbis* natum. Vide, quæ notati ad L. 1. 3. 2: *minus habere singulos verborum atque virium*. Bün.

y) *mortalis*] i. e. homo nudus et simplex. Bün.

z) *affectus est*] Sic MSS. et editi, ab Rost. est abest: repeto: *illo supplicio*; nisi absolute ponitur, vt n. 18: *figerent* pro: cruci figerent: et sæpe *ducere* pro: ducere ad supplicium. Ita Mamertinus absolute posuit in Panegy. Maximiani Hercul. c. 11: *gens barbarorum, vt merebatur, adfecta est*. Bün.

a) *crucis indignitate*] Sublac. Rost. Ven. 1471: *crucis dignitate*. perperam. *Indignitatem* vocat, quia Christus nihil tale meruerat. Bün.

b) *suffixus*] Lipf. 2. 3. Reimm. *affixus*. vt c. 19. 2. Prius in Tertull. Apolog. c. 21. add. Lipf. L. 1. de cruce c. 3. Bün.

c) *santa adfluentia vbertate*] Lipf.

ret, quam mundus ipse, et mundi ^d tota elementa ^e lux-
 13 runt? Hæc autem sic futura fuisse, et prophetarum vocibus,
 et Sibyllinis carminibus denuntiatur. Apud Esaiam ita
 scriptum ^f inuenitur: *Non sum contumax, neque contradico:*
 14 *dorsum meum posui ad flagella, et maxillas meas ad palmas:*
faciem autem meam non auerti a scditate sputorum. Simili-
 ter Daud in psalmo XXXIII. *Congregata sunt super me fla-*
gella, et ignorauerunt s.^b dissoluti sunt, nec compuncti sunt:
 15 *tentarunt me, et deriserunt derisuⁱ: et striderunt super me den-*
tibus suis. Sibylla quoque eadem futura monstrauit:

εις ἀνόμους^{k. l} χεῖρας καὶ ἀπίστων ὕπερον ἦξει,
δώσουσι δὲ θεῶ ῥαπίσματα χερσὶν ἀνόμοις,

καὶ

2. 3: tanta adfluentia ubertate. Reimm. tanta effluentia ubertate. Expresit receptam antiquus auctor Vitæ S. Lamberti Mart. in Basnagii Thef. Monum. Eccles. i. c. Canisii T. II. p. I. f. 141: *qualem se Deo exhibuerit* (sic corrigo) *qualem se præsiterit* - - quis tanta copia verborum instruere, aut quæ oratio tantæ adfluentiæ ubertate exundans - queat exsequi. Bün.

d) mundi] Addunt hanc vocem Bon. Tax. Pen. Pal. Vltr. Iun. Cauc. Goth. Lipf. Reimm. Betul. Thomas. sqq. quam edd. vett. ignorant. Bün.

e) elementa] i. e. partes principales, cælum et terra, sol etc. noto ad L. 1. 5. 7. Bün.

f) Apud Esaiam ita scriptum] c. 50. v. 5, 6. Cell.

g) et ignorauit] MSS. Angl. et ed. Rom. singulariter ignorauit: et sic est in Psalmo 35. v. 15. Lipf. autem et editi plerique ignorauerunt. Cell.

h) et ignorauerunt] Taurin. Cod. in Epit. c. 46. item Goth. Lipf. Reimm. vtraque Ven. 1478 - 1515. Crat. Gymn. Tornæs. Gryph. Thomas. sqq. ignorauerunt, idque cum Danisio rectum censeo; nam licet, inquit ad Ep. c. l. *Hebraica veritas*

ac interpr. Gr. et Lat. singularem - seruent, pluralem tamen exhibet Augustinus, et vtriusque scriptura meminit auctor Commentarii - sub Hieronymi nomine. Vid. August. in Pf. 34. serm. II. n. 7. ed. nouiss. Ven. T. 4. f. 242. In Subl. Ven. 1471. Roff. et ignorauit. Bün.

i) et deriserunt derisu] Lipf. tert. et Reimm. deriserunt me et striderunt. Augustinus et Hieronymus: *subsannauerunt me subsannatione.* Quæ prior egregie adplicat ad Christianos. In Epitome c. 46. verba: *et deriserunt derisu*, desiderantur; at habent Hebr. et LXX. Bün.

k) *εις ἀνόμους χεῖρας*] Latine: *In manus iniquorum et infidelium postea veniet; dabunt autem Deo alapas manibus incestis, et faucibus immundis sputa virulenta: dabit autem in verbera simpliciter purum tunc dorsum.* Cell.

l) Sibylla - *εις ἀνόμους*] Versus Sibyllæ ex h. l. vertit Augustinus L. 18. Ciu. D. c. 23: *Inseris, inquit, etiam Lactantius operi suo quædam de Christo vaticinia Sibyllæ etc. idem ita vertit: In manus iniquas infidelium postea veniet. Et dabunt Deo ala-*

καὶ σόμασιν μαρτοῖσι τὰ πύσματα Φαρμακόντα,
δώσει δ' εἰς μάστιγας ἀπλῶς ἀγνόν τότε νῶτον.

Item de silentio eius, quod vsque ad mortem pertinaciter 16
tenuit, Esaias iterum sic locutus est: *Sicut ovis ad immo-*
landum ductus est; et sicut agnus coram tondentibus se sine
voce, sic non aperuit os suum. Et Sibylla supradicta: 17

καὶ κολαφιζόμενος ① P. 9 σιγήσει, μὴ τις ἐπιγνώ
· τις λόγος ①, ἢ πόθεν ἦλθεν, ἵνα φθιμένοισι λαλήσῃ,
καὶ σέθανον φορέσει τὸν ἀκάνθινον.

De cibo vero, et potu, quem, antequam eum figerent, illi 18
obtulerunt, David in psalmo LXVIII sic ait: *Et dederunt in*
escam meam fel: et in siti mea potum mihi dederunt acetum.
Idem hoc futurum etiam Sibylla concionata est: 19

εἰς δὲ τὸ βρώμα χολήν, καὶ εἰς δίψαν ὄξος ① ἔδωκαν
τῆς ἀφιλοξενίας ταύτην δείξουσι τράπεζαν.

et alia Sibylla Iudæam terram his versibus increpat: 20

αὐ-

alapas manibus incestis et impurato
ore exspernit, venenosos sputus. Dabit
vero ad verbera simpliciter sanctum
dosum. Bün.

m) *pernaciter*] i. e. constanter.
Exempla dedit Pitiscus ad Curt. 5.
9. 4. Ita *contumax* est *constans* Pru-
dentio P. iusteph. 10. 714. et in Ma-
mertin. Genethliaco in Maxim. Hercu-
cul. c. 11. 2: *duplicato pietatis officio*
contumaces. Contra ea *constans* est
Lactantius L. 4. 24. 13. *pernacis*,
contumax. Nostri Præceptor Arno-
bius L. 7. p. 214. in 4t. *quam* (defi-
nitionem) *pernaciter meminisse nos*
conuenit semper. plura, vbi *pernacis*
in bonam partem positum ex Liuiio
et Seneca Popma de Different. L. 4.
p. 182. et seq. Bün.

n) *Esaias iterum*] cap. 53. Cell.

o) *ductus*] Goth. Lipf. tert. Reimm.
plures Iszi et Epit. c. 46: *adductus*;
alii libri: *ductus*, quod, quia simplex
in LXX. et Cypriano L. 2. adu. Iud.
c. 15. et in epist. 13. ed. Ox. seruauit.
Bün.

p) καὶ κολαφιζόμενος ①]
Latine: *Et colaphos accipiens iace-*
bit, ne quis agnoscat, quod verbum,
et unde venerit, ut mortalibus lo-
quatur: et coronam portabit spineam.
Cell.

q) καὶ κολαφιζόμενος ①]
Vertit August. C. D. 18. c. 23: *Et*
colaphos acc. tac. n. q. a. q. v. vel
unde venit, ut inferis loquatur et
coronam spinea coronetur. Bün.

r) *eum figerent*] absolute. noto n.
11. Exempla dat ex Tertull. et Paul-
lino Lipsius L. 1. de Cruce c. 3. ad-
de nos ad Lact. 4. 26. 32. Bün.

s) εἰς δὲ τὸ βρώμα] Latine:
in cibum autem fel; in potum ace-
tum dabunt. Inhospitalitatis hanc
monstrabunt mensam. Cell.

t) εἰς δε] Augustinus c. l. vertit:
Ad cibum autem fel et ad sitim ace-
tum dederunt inhospitalitatis, hanc
monstrabunt mensam. Bün.

u) αὐ-

αὐτὴ γὰρ* x σύ ἄφρων τὸν σὸν θεὸν ἐκ ἐνόησας
 παίζοντ' ἐν θνητοῖσι νοήμασιν, ἀλλὰ κ' αἰκάνθαις,
 ἔσεψας y σεφάνῳ φεβερήντε χολὴν ἐκέρασας.

- 21 Fore autem vt Iudæi manus inferrent Deo suo, eumque in-
 22 terficerent, testimonia prophetarum hæc antecesserunt. Apud
 Esdram ita scriptum est*, *Et dixit Esdras ad populum: Hoc pascha Saluator noster est, et refugium nostrum. cogitate et adscendat in cor vestrum, quoniam habemus a humiliare b. cum in signo: et post hæc sperabimus in eum, ne deseratur hic locus in æternum tempus, dicit Dominus Deus virtutum. Si non credideritis ei, neque exaudieritis adnuntiationem eius; eritis*
 23 *deriso c in gentibus.* Vnde adparet, Iudæos nullam aliam spem habere, nisi se abluerint a sanguine, ac sperauerint in
 24 eum ipsum, quem negauerunt d. Esaias quoque e facinus

eo-

u) αὐτὴ γὰρ σύ ἄφρων] Latine: *Ipsa enim stulta Deum tuum non cognouisti, ludentem in mortalibus cogitationibus: sed et spinis, coronasti corona, et horribile fel miscuisti.* Cell.

x) αὐτὴ γὰρ] Augustin. *Ipsa enim insipiens gens tuum Deum non intellexisti ludentem mortalium mentibus; sed et spinis coronasti et horridum fel miscuisti.* Bün.

y) ἔσεψας] Sic lego cum Ven. 1499. 97. Pier. Parrh. Crat. Paris. Gymn. Torn. Betul. et editore Cantabr. in variis, et ex intentione Isæi; vbi, Thomas. Thyl. et sequentes. ἔσεψας. Bün.

z) *Apud Esdram ita scriptum est] Non leguntur hæc in nostro Esdræ libro. Ex iis autem locus est, quæ ab Iudæis mutilata esse veteres credebant. Iustinus Martyr. Dial. cum Tryph. p. 297. τὴν ἐξηγήσιν ταύτην ἀφείλοντο. Καὶ εἶπεν Ἐσδρας τῷ λαῷ. τῆτο τὸ πάχος οὐ σωτήρ ἡμῶν et reliqua. Hoc*

est: *Hanc narrationem (Iudæi) abstulerunt: Et dixit Esdras populo: Hoc pascha Saluator noster, etc.* Cell.

a) *habemus humiliare] i. e. debemus humiliare.* noto ad L. 4. 12. 15. et L. 4. 30. 2. Bün.

b) *humiliare.]* Sic Guelf. Goth. Lipsf. Reimm. et editi, et sic L. 5. 15. 9. et ita in Epit. c. 48. 2. corrigendum. In Interpret. Vet. Lat. Cod. S. vel centies, et sæpissimè in Patribus occurrit. conf. Cellar. Curas et Borrich. Vind. p. 85. Valefius in Ammiano Marcell. L. 29. c. 2. et L. 30. c. 4. doctè defendit *humilitate* in Glosf. Cyrilli: ἡσπείνωσις, *humilitudo, humiliatio,* et Mich. 6. 14. in Vulg. quod pro locupletandis Lexicis noto. Bün.

c) *derisio]* noto. 1. 20. 34. Bün.

d) *quem negauerunt.]* Bon. Tax. Iun. Lipsf. 2. 3. Reimm. Torn. MS. *quem necauerunt.* Vtraque Ven. 478: *necauerint.* Præferrem, nisi in Epit. c. 48. 1. esset recepta: *Nihilominus negare et necare sepe in MSS. permutantur.* vid. c. 12. 5. not. Bün.

e) *Esaias quoque]* cap. 53. Græcam trants

eorum designat, et dicit: *In humilitate eius iudicium sublatum est.* *Natiuitatem eius quis enarrabit? quoniam auferretur a terra vita eius: a facinoribus populi mei adductus est ad mortem.* et dabo malos pro sepultura eius, et diuites pro morte eius: quia facinus non fecit, neque insidias ore suo locutus est*. *Propterea ipse consequetur s multos, et fortium diuidet spolia: propterea quod traditus est ad mortem, et inter facinorosos deputatus est: et ipse peccata & multorum pertulit: et propter facinora illorum traditus est.* David quoque in psalmo XCIII^b, *Captabunt in animamⁱ iusti: et sanguinem innocentem condemnabunt: et factus est mihi Dominus in refugium.* Et Hieremias^k: *Domine significa mihi, et cognoscam.* tunc vidi meditationes eorum: ego sicut agnus sine macula perductus^l sum ad victimam: in me cogitauerunt cogitationem, dicentes: *Venite, mittamus lignum in panem eius^m; et eradamus e terra vitam eius: et nomen eius non erit in memoria amplius.* Lignum autem crucem significat, et panem

translationem secutus fere vbiq̄ue est, quibus etiam illud *natiuitatem eius*, debetur (id est *yeveceiv*) quod Latinus etiam Vulgatus est amplexus. Cell.

* *neque insidias ore suo locutus est*] Lipf. 2. 3. Reimm. vtraque Ven. 1478. 93. 97. Parrh. Ald. Crat. Paris. Gymn. cum Tertulliano et LXX: *neque inuentus est dolus in ore suo.* Pro recepta Goth. Angl. Fasit. Gryph. Torn. Thomas. sequentes et Cypriano. L. 2. adu. Iud. c. 15. vbi quoque MSS. variant. Bün.

f) *consequetur*] Ita Goth. Angl. Fasit. Gryph. Torn. Thomas. et sequentes cum Cypriano, Lipf. 2. 3. Reimm. Torn. MS. vtraque Veneta 1478-1515. Iunt. Crat. Gymn. Paris. *hereditabit cum LXX* et Tertulliano, praefero. Bün.

g) *peccata multorum*] Ita edo ex Bon. Tax. et melioribus alijs MSS.

Ifzei, Lipf. tert. Reimm. LXX et Cypriano L. 2. adu. Iud. c. 15. editi: *peccatum.* Bün.

h) *David quoque in psalmo XCIII*] Psalm. 94. v. 21. 22. *Cap: abant in animam.* Sic etiam vetus Latinus. Graecos vterque respexit, quorum est, *ἤνευσεσθιν ἐπὶ ψυχῆν δικαίη.* Cell.

i) *Captabunt in animam*] Bon. *Captabunt animam.* Vtraque Ven. 1478: *captabunt in anima et.* At rectius scripti reliqui et editi: *in animam*, cum LXX. Vulgata et Augustino in h. l. T. III. Oper. ed. nouiss. Ven. f. 1019. Bün.

k) *Et Hieremias*] c. II. v. 18. 19. Cell. l) *perductus*] Lipf. tert. Reimm. *adductus.* conf. n. 16. Bün.

m) *mittamus lignum in panem eius*] Vide Programmata nostra p. 427. vbi in hunc locum inquisiuimus. Cell.

nem corpus eius": quia ipse est cibus, et vita omnium^o, qui credunt in carnem, quam portauit, et in crucem, in qua pependit^p. De qua tamen apertius ipse Moses in Deuteronomio⁹ ita prædicauit: *Et erit pendens vita tua ante oculos tuos: et timebis die, ac nocte: et non credes vitæ tuæ.* Idem rursus in Numeris^s: *Non quasi homo Deus suspenditur^t; neque quasi filius hominis minas patitur.* Zacharias etiam^u sic tradidit: *Et intuebuntur in me, quem transfixerunt.* Item Dauid in psalmo XXI: *Effoderunt^x manus meas, et pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea: ipsi autem contemplati sunt, et viderunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam sortem miserunt.* Quæ utique Propheta non de se locutus est. Fuit enim rex, et numquam perpesus est illa:

n) *panem corpus*] Sic omnes. Heumannus *panis* corrigit, et addit Witbyrum in libro de Patrum in S. Scripturam commentariis p. 110. sq. patres, qui locum hunc Ieremiæ de Christo ceperunt, nominare et graui censura prosequi. Bün.

o) *et vita omnium*] Ex MSS. Angl. Goth. et Lipf. 1. et ed. Rom. ac Ven. Vulgo hominum. Reliqui Lipf. neutrum habent. Cell.

p) *in qua pependit*] Bon. Lipf. alter, Reimm. *qua pependit*, cum Rost. vtraque Ven. 1478. Bün.

q) *Moses in Deuteronomio*] cap. 28. v. 66. quod etiam Tertullianus adu. Iudæos cap. 11. et Cyprianus adu. eosdem lib. 2. c. 20. et Augustinus lib. 16. contra Fauft. c. 21. de Christi cruce interpretantur. Sed omnes præter scopum vefti, quia *pendens* ibi est *dubia et incerta*. Cell.

r) *pendens vita*] Iterum in Epit. c. 46. vbi Dauisius legendus. De Christo incongrue quoque interpretantur Origenes contra Celsum L. 2. p. 107. Cyprianus Expof. Symb. Apoft. c. 24. Irenæus L. 4. c. 23. extr. f. 310, vbi plures Feuardentius notauit et

ad L. 5. c. 18. f. 428. not. 7. Recte Cellario *pendens* est *dubia et incerta*, vt Latini: *animi pendere*, i. e. dubium esse. Bün.

s) *Idem rursus in Numeris*] cap. 23. v. 19. At *suspenditur* ibi, gr. *διαρτηθῆναι*, est instar suspensorum agitari et inconstantem ac fallacem esse. Cell.

t) *Deus suspenditur*] Restituo *Deus* ex Lipf. 2. 3. Reimm. Subl. Rost. vtraque Ven. 78. ita requirit oppositio: *homo, et LXX: ο θεος*, et Cyprianus L. 2. adu. Iud. c. 20. Rectius ibi editor Oxon. *διαρτηθῆναι* ex scholiaste græco interpretatur: *σαλεύθῆναι. τὰ γὰρ κρεμάμενα σαλεύονται*. Bün.

u) *Zacharias etiam*] cap. 12. v. 10. Cell.

x) *Effoderunt*] Hoc tuctur Pamelius in Cypr. L. 2. adu. Iud. c. 20. not. 95. In MS. Taur. Ep. c. 46: *Et foderunt*; copula *et* abest a LXX. simplex: *foderunt* in Tertull. adu. Iud. c. 10. Bün.

illa: sed spiritus Dei per eum ^a loquebatur, qui fuerat illa passurus post annos mille et quinquaginta. Tot enim colliguntur anni a regno David vsque ad crucem Christi. Sed ³ et Solomon ^a filius eius, qui Hierosolymam condidit, eam ipsam perituram esse in ultionem sanctæ crucis, prophetauit: *Quod si auertimini a me, dicit Dominus, et non custodieritis veritatem meam: reiiciam Israel a terra, quam dedi illis; et domum hanc, quam adificauit illis in nomine meo, proiiciam illam ex omnibus: et erit Israel in perditionem, et in improperium^a populo; et domus hæc erit deserta; et omnis, qui transiet^b per illam, admirabitur, et dicet: Propter quam rem fecit Dominus terra huic, et huic domui hæc mala.* Et di- ³³

cent:

y) spiritus Dei per eum loquebatur] Sic omnes libri. Ipse Christus hic dicitur spiritus Dei, æque ac c. 8. n. 3: Est enim spiritus Dei, quem ille animus Iouis nominauit, et cap. 12. I: sanctus ille spiritus, et c. 6. n. 1: spiritum genuit, quem filium nuncuparet. Quod spiritus Dei, inquit Fabricius in Bibl. Gr. L. 5. c. 1. p. 55. etiam de λόγῳ dicatur, diserte docet Iustinus Martyr p. 69. et multis aliis veterum testimoniis docet Grotius ad Marc. 11, 8. Petauus de SS. Trinitate p. 79. et Bullus Defensione Fidei Nic. p. 37. sqq. Hinc contra mentem Lactantii Heumannus corrigit: per eum de illo loquebatur, i. e. spiritus Dei, i. e. tertia persona Trinit. per vatem de illo (Christo) loquebatur. Plinius Lactantius dixit cap. 6. 6: Ipse est Dei filius, qui per Solomonem - - locutus est. in Reimm. sed spiritus per illum loquebatur. Bin.

z) Sed et Solomon] i. Reg. 9. v. 6. seqq. cui in somnio Deus, quæ sequuntur, locutus est. Vltima autem de persecutione regis dilectissimi, non sunt eius loci. Cell.

a) in improperium] Hæc vera lectio ex Gothano, confirmatur ex Epit.

c. 46. Glosar. Steph. improperium ὄνειδος. Sæpe ea vox obuia in vet. Interpr. Lat. e. g. Sirac. 6. 1. c. 22. 27. c. 23. 19. 20. c. 27. 31. c. 29. 24. 30. in ep. ad Hebr. 11. 26. c. 13. 13. ex antiquiori versione Cyprian. Exhort. Mart. c. 12: in similitudinem improperii. Sæpe occurrit in Augustino, Hieronymo, Irenæi Interprete Latino. conf. Vosf. Vit. Serm. Lat. 3. c. 15. et Interpretes ad Petron. c. 38. Burm. ed. p. 166. Rün.

b) transiet] Scribo ex vno Guelf. et Goth. transiet, ita enim vetustissimus codex Taur. Epit. c. 46. vbi plura Tertull. Resurr. Carn. c. 37: transiet de morte ad vitam. Ambrosius L. 1. Abr. 5: manducate et postea transietis. Vet. Interpr. 2 Petr. 3. 10: magno impetu transient. Iudith. 6. 4: transiet gladius per latera tua. Apuleius ad Asclep. p. 93: transiet in-potestatem. Tibulli L. 1. El. 4. 23: transiet atas, Broukhufius sollicitat. conf. quæ noto ad L. 4. 13. 20. Propius vero in Guelf. Lips. 2. 3. Reimm. Ven. vtraque 1478: transierit. Reliqui: transibit. Recte ita Grabiun præterierit. vindicauit Irenæi Interpreti L. 2. Har. c. 24. f. 150. Bin.

K k

c) Quia

cent: *Quia dereliquerunt^c dominum Deum suum; et persecuti sunt^d regem suum dilectissimum Deo; et cruciauerunt^e illum in humilitate magna; propter hoc importauit^f illis Deus mala hæc.*

XVIII. Quid amplius iam de facinore^a Iudæorum dici potest, quam excæcatos tum fuisse, atque insanabili furore^b correptos^c, qui hæc quotidie legentes neque intellexerunt, neque quin facerent, cauere potuerunt^d? Suspensus igitur, atque adfixus exclamauit ad Dominum voce magna, et vltro spiritum posuit: et eadem hora terræ motus factus est, et velum templi, quod separabat duo tabernacula, scissum est in duas partes, et sol repente subductus est, et ab hora sexta vsque in nonam tenebræ fuerunt^e. Qua de re Amos propheta^f testatur: *Et erit in illo die dicit Dominus, occidet sol meridie; et obtenebrabitur^g dies lucis; et conuertam dies festos vestros in luctum, et cantica vestra in lamentatio-*

tio-

c) *Quia dereliquerunt*] Sic Lips. alter; vbi prope Reimm. *qua de re liquerunt.* at Taurin. Epit. c. 46. 8. vt edidi. Bün.

d) *et persecuti sunt regem*] Hæc nescio ex qua traditione adiecit, quorum nulla 1 Reg. 9. aut 2 Paralip. 7. vestigia adparent. Cell.

e) *cruciauerunt*] Satis latine. vid. c. 16. 5. Bün.

f) *importauit - mala*] elegantiam ostendo ad Epit. c. 1. Bün.

a) *de facinore*] Reperi singularem ex Goth. Lips. 2. 3. Reimm. et Torn. 1587 - 1613. Agit enim de *facinore* omnium maximo, quo Christum adfixerunt cruci. Patet ex c. 18. 24: *facinus eorum.* c. 19. 6: *facinus suum.* et c. 16, 5. 6. Epit. 45. fin. Bün.

b) *insanabili furore*] Reimm. *insaciabili furore.* Bün.

c) *correptos*] Lips. tert. corruptos. Bün.

d) *potuerunt*] Lips. 1. tert. Reimm.

vtraque Ven. 1478. 93. 97. Iunt. Paris. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Torn. Isæus: *voluerunt.* At Goth. Lips. alter, Subl. Rost. Fasit. Gryph. Thomas. *potuerunt.* conf. c. 16. 5 - 11. Bün.

e) *tenebra fuerunt*] Ita Goth. Lips. Angl. Pal. Iun. Cauc. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et recentiores; at excusi ab anno 1465 - ad 1524. Gymn. et Isæus: *vsque ad horam nonam tenebra facta sunt,* cum vulgata et Cypriano. Bün.

f) *Amos propheta*] cap. 8. v. 9. 10. Cell.

g) *et tenebrabitur*] MSS. Angl. et duo Lips. et ed. vet. Rom. Ven. et Ald. *tenebrabitur;* at Lips. 1. et plures editi *obtenebrabitur.* Sed præstat duces priores sequi. Nec insolens verbum *tenebrare,* id est tenebras inducere. Apuleius lib. 8. p. 208. ed. Elmenh. *iam vespera semisam tenebrante.* Cell.

h) *obtenebrabitur*] Maior debet esse

tionem. Item Hieremias: *Exterrita est, quæ parit, et 4*
caduit animam, et subiuit sol ei, quum adhuc medius dies es-
set; confusa est, et maledicta; reliquos eorum in gladium da-
bo, in conspectu inimicorum eorum. Et Sibylla: 5

ναῶν δὲ ἰ-^{us} χλοδήσεται πέτασμα, καὶ ἡματι μέσσα
 νῆξ ἔσαι σκοτόεσσα πελώριον ἐν τρισὶν ὥραις.

Quum hæc facta essent, ne prodigiis quidem cælestibus faci- 6
 nus suum intelligere quiverunt: sed, quoniam prædixerat se
 tertio die ab inferis resurrecturum, metuentes, ne a discipu-
 lis surrepto et amoto corpore, vniuersi resurrexisse eum
 crederent, et fieret multo maior in plebe confusio; detraxe-
 runt eum cruci, et conclusum in monumento firmiter mili-
 tari custodia circumdederunt. Verum tertio die ante lu- 7

cem terræ motu facto, repente patefactum est sepulcrum, et
 eustodibus, quos adtonitos obstupescerant pauor, nihil vident-
 ibus, integer e sepulcro ac viuis egressus, in Galilæam

pro-

se auctoritas antiquissimi codicis
 Taurin. in quo Epit. c. 46. 5. et in
 Cypriano, quem hic etiam ipso di-
 ctorum ordine ex L. 2. adu. Iud. c.
 23. sequitur, habetur: *obsenebrabitur*,
 æque vt in Lipsf. primo, Fasit.
 Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isro,
 Thyf. Gall. Sparkio. vbi in Reimm.
 et ab anno 1465 - 1524. et Gymn.
tenebrabitur. In recentioribus Fa-
 bri Thesauri editionibus, quibus
 verbum *obsenebrare* additum, ex
 compendio Lipsf. 1. quo codex prin-
 mus Lipsiensis a Cellario signatur,
 lepido errore sicus est Lipsius, quem
 Walchius hic ad Lactantium cum
 falsa citatione ex Vosio propaga-
 vit. Tertullianus variat in Amosi lo-
 co, in Apolog. c. 2. et L. 4. adu.
 Marcion. 42: *contenebrabit*. adu. Iud.
 c. 10: *tenebrescet*. ibidem c. 13: *tene-
 bricabit*. Insolens est vox Interpretis
 Irenæi L. 3. c. 46: *intenebratus*. Bün.

i) Item Hieremias] cap. 15. v. 9.
 quamuis alia mens prophetæ sit. Cell.
 k) *subiuit sol ei*] Ita lego ex Tau-

rin. Epit. 46. 5. Cypriano L. 2. c. 23.
 et MSS. Goth. Emman. Cantabr.
 Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque
 78. 93. 97. Parrh. Paris. Iunt. et Isæo.
 Alterum *occidit* elegantius quidem
 est in Lipsf. Reimm. et Aldo, eumque
 secutus. Bün.

l) *ναῶν δὲ χλοδήσεται*] Latine: *Templi vero scindetur velum,*
et medio die nox erit tenebrosa in-
gens tribus horis. Cell.

m) *ναῶν δὲ*] Vertit Augustinus
 L. 18. C. D. c. 23: *Templi vero ve-*
lum scindetur, et medio die nox erit
tenebrosa nimis in tribus horis. Bün.

n) *amoto corpore*] Subl. *hamato*.
 Rost. *hamato*. prauè. Bün.

o) *integer e sepulcro*] Vterque Angl.
 et Goth. et Lipsf. 1. cum ed. Rom-
 habent *integer e*: reliqui Lipsf. *inte-*
ger sine prepositione. Perperam
 vulgati *integre e sepulcro*. Cell.

p) *integer e sepulcro*] Sic Reimm.:
 Subl. Rost. Ven. 1493. 97. Parrh.
 Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Torn.

K k 2

1548-

profectus est, vt discipulos suos quæreret: in sepulcro vero nihil repertum est, nisi exuuiæ †, quibus inuolutum † corpus incluserant. Illum autem apud inferos non remansurum, sed die tertio resurrecturum, prophetæ cecinerant. Daud in psalmo XV, *Non derelinques animam meam apud inferos; nec dabis sanctum tuum videre interitum.* Item in tertio: *Ego dormiui, et somnum cepi, et resurrexi; quoniam dominus auxiliatus est mihi.* Oseas quoque, primus XII prophetarum †, de resurrectione eius testificatus est: *Hic filius meus sapiens, propter quod nunc non resistet * in contribulatione † filiorum suorum; et de manu inferorum eruam eum. Vbi est iudicium tuum mors, aut ubi est aculeus tuus? Idem alio loco †: Viuificabit nos post biduum die tertio.* Et ideo Sibylla, impositurum esse morti terminum * dixit post tridui somnum:

καὶ θανάτου * † μοῖραν τελέσει τρίτον ἡμῶν ὑπνώσας,
καὶ τότε ἀπὸ φθιμένων ἀναδείξας εἰς φάτιον ἡξει
πρῶτος ἀναστάσεως κλητοῖς ἀρχὴν ὑποδείξας.

Vi-

1548-1613. Iſcus. Nam præpositionem eandem libentius geminat; Ven. 1471. 72. vtraque 78. Gryph. *integer a sepulcro.* Pefime Thomas. Thyf. Gall. Spark. *integer a sepulcro.* Bün.

q) *exuuiæ*] vid. Epit. 47. 1. Bün.

r) *inuolutum*] MSS. Angl. et duo Lipf. ac Rom. *inolutum*: alii *conuolutum*. Cell.

s) *inuolutum*] Sic Reimm. Subl. Roff. Ven. 1471 - 1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Torn. 1587. Iſcus, aptius, quam alterum *conuolutum*. Fasit. Gryph. Betul. Thom. Gall. Spark. Hieronym. Paullæ et Eustochiæ ad Marcellam f. 127. *hic* (natus Chr.) *inuolutus pannis.* Bün.

t) *Oseas quoque primus XII. prophetarum*] primus duodecim minorum, quos vocant. Verba autem, quæ ex cap. 13. v. 13. adfert, ex Græco traducta sunt, ὁ υἱὸς [εἶχ] ὁ

φρόνιμος, διότι νῦν εἰ μὴ ὑποσῆ ἐν συντριβῆ τέκνων. Cell.

u) *resistet*] Sic omnes, i. e. subsistet. gr. ὑποσῆ. vid. not. de Opif. 19. 4. et Epit. in MS. Taur. c. 47. Bün.

x) *in contribulatione*] vox iam ex Tertulliano obseruata. Bün.

y) *Idem alio loco*] Hoseas cap. 6. v. 2. Cell.

z) *impositurum - terminum*] Lipf. tert. præue: *impositurum - terrenum.* Phrasin vindico de Mort. Perf. 12. 1: *ut quasi terminus imponeretur religioni.* Bün.

*) καὶ θανάτου μοῖραν] Latine: *Et mortis fatum finiet triduo sopitus, et tunc a mortuis (sc) ostendens in lucem veniet primus resurrectionis, vocatis initium commonstrans.* Cell.

†) καὶ θανάτου] Vertit Augustinus

Vitam enim nobis acquisiuit morte superata. Nulla igitur spes alia consequendæ immortalitatis homini datur, nisi crediderit in eum ; et illam crucem portandam patiendamque susceperit.

XX. Profectus ergo in Galilæam, (noluit enim se Iudæis ostendere, ne adduceret ^a eos ad pœnitentiam ^b, atque impios resanaret ^c) discipulis iterum congregatis, scripturæ sanctæ litteras, id est, prophetarum arcana patefecit ; quæ ante, quam pateretur, perspicere nullo modo poterant ^d ; quia ipsum passionemque eius adnuntiabant ^e. Iccirco Moses, et iidem ipsi prophetæ, legem, quæ Iudæis data erat, testamentum vocant ; quia nisi testator mortuus fuerit, nec confirmata-

nus C. D. L. 18. c. 23 : *Et morte morietur tribus diebus somno suscepto, et tunc ab inferis regressus ad lucem veniet primus, resurrectionis principio reuocatis ostenso.* Bün.

a) *ne adduceret*] De simili errore dixi ad L. 4. 2. 5. hic haud obscure sequitur Tertull. Apolog. c. 21 : *Nam nec ille se in vulgus eduxit, NE impii errore liberarentur, ut et fides non mediore premio destinata difficultate constaret.* conf. Origenem contra Celsum. L. 2. p. 109. Bün.

b) *ad pœnitentiam*] Lipf. 2. 3. Reimm. et Torn. 1587-1613 : *ad pœnitentiam legunt pro aliorum: in pœnitentiam.* Melius sane verbi præpositio repetitur, vt L. 5. 20. 11 : *adducere ad bonum.* Cyprianus Idol. Vanit. in fin. *ab errore tenebrarum ad vias lucis adducerens.* Bün.

c) *resanaret*] Sublac. Rost. Ven. 1471-1497 : *reseruares.* Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Tornæs. Walsh. seruaret. At Lipf. Goth. Reimm. Vltr. Gauc. Palat. Angl. Paris. 1513. Fasit. Gryph. Thomas. Iseus, Gall. Spark. *resanaret*, vt L. 5. 22. 23 : *quia resanati fuerint.* Verbum hoc rarius

reperi in Capella L. 3. incunte p. 49 : *vitia-resanari*, et L. 9. p. 313 : *Phreneticos lymphopia resanauit.* Bün.

d) *perspicere nullo modo poterant*] Gallæus dicit, Lactantium in hoc hallucinari contra 2 Petr. 1, 19. sed satis explicari potest ex alijs locis L. 4. 15. 31 : *illum propheta adnuntiauerunt, nec villo modo poterant, quæ illi loquebantur intelligi,* NB. nisi fuisset *uniuersa impleta.* de Mort. Perf. c. 2 : *scripturas interpretatus est,*] *quæ vique ad id tempus obscura atque involuta fuerant.* Vides, his omnibus locis agi de vaticinijs et mysterijs de Christo ante impletionem non perspectis, quia vt nostro loco n. 2. 3. sequitur : *clausa et obsignata - ad certum tempus, non omne.* Conf. Luc. XXIII, 27. 32. 44 - 48. vnde quoque Nourry hic nihil lucratur, vbi contra locum ex L. de M. P. pugnat. Bün.

e) *quia ipsum passionemque eius adnuntiabant*] Discipuli non perspiciebant prophetarum arcana, quia hæc vaticinantur de Christo patiente, quod aduersus opinionem eorum erat. Coll.

firmari testamentum potest, nec sciri quid in eo scriptum sit;
 3 quia clausum et obsignatum est. Itaque nisi Christus mor-
 tem suscepisset; aperiri testamentum, id est, reuelari et in-
 4 telligi mysterium Dei non potuisset. Verum scriptura
 omnis in duo testamenta diuisa est. Illud, quod aduentum
 Domini passionemque antecessit, id est lex et prophetæ; ve-
 tus dicitur: ea vero, quæ post resurrectionem eius scripta
 5 sunt, nouum testamentum nominatur *f*. Iudæi veteri
 vtuntur, nos nouo: sed tamen diuersa non sunt, quia nouum
 veteris adimpletio est, et in vtroque idem testator est Chri-
 stus, qui, pro nobis morte suscepta *g*, nos hæredes regni
 æterni fecit, abdicato et exheredato populo Iudæorum; sicut
 6 Hieremias propheta^b testatur, quum loquitur talia: *Ecce
 dies veniunt dicit Dominus, et consummabo domui Israel et
 domui Iuda testamentum nouum; non secundum testamentum,
 quod disposui patribus eorum, in die, qua adprehendi manum
 eorum, ut educerem illos de terra Aegypti; quia ipsi non per-
 seuerauerunt in testamento meo, et ego neglexi eos, dicit Do-
 7 minus.* Item alio locoⁱ similiter ait: *Dereliqui domum
 meam: dimisi hereditatem meam in manus inimicorum eius.
 Facta est hereditas mea mihi, sicut leo in silua: dedit ipsa su-
 8 per me vocem suam; ideo odi eam.* Cum sit hereditas eius,
 cæleste regnum, non vtique ipsam hereditatem se dicit odisse,
 sed heredes, qui aduersus eum ingrati, et impii exstiterunt.
 9 *Facta est, inquit, mihi hereditas mea, sicut leo, id est præda
 et deuoratio; factus sum heredibus meis, qui me immolau-
 erunt sicut pecus: dedit super me vocem suam, id est, senten-
 tias*

*f) ea - que - scripta sunt, nouum
 testamentum nominatur*] Heuman-
 nus legit: *nominansur*; at obstant
 omnes libri. Hæc dicta, vt Terent.
 Andr. 3. 3. 23: *Amansium iræ amoris
 integratio est.* Sallust. Iugurth. 18. 11:
*Numida possidere ea loca, quæ proxi-
 me Carthaginem Numidia appella-
 tur. vbi plura talia Cortius p. 505.*
 Verbum postremo nomini eleganter
 conformatur, monente eodem ad
 Sall. p. 355. adde, quæ noto ad Lact.

2. 6. 14. ex Propertio: *centumilli-se-
 natas erat.* Bün.

g) morte suscepta] Sic Pal. Vltr.
 Iun. Cauc. Lipsf. Goth. Reimm. Sub-
 lac. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. Fasi-
 tel. Gryph. Thomas. rectius, quam
 vtraque Ven. 1478. Parrh. Ald. Crat.
 Gymn. *suscepit.* Bün.

b) sicut Hieremias propheta] c. 31.
 v. 31. 32. Cell.

i) Item alio loco] c. 12. v. 7. 8. Cell.

k) dicit

tias aduersus me mortis crucisque dixerunt. Nam quod ¹⁰ superius ait, consummaturum se domui Iuda testamentum novum, ostendit, vetus illud testamentum, quod per Mo- sen est datum, non fuisse perfectum; id autem, quod per Christum dari haberet ^k, consummatum fore. Domus autem ¹¹ Iuda^l et Israel non utique Iudæos significat, quos abdicauit; sed nos, qui ab eo conuocati ex gentibus, in illorum locum adoptione successimus^m, et adpellamur filii Iudæorum, quod declarat Sibylla cum dicit:

Ἰσραὴλ ἡμαρῶνⁿ θεῶν γέν^o ἑβραϊῶν.

Quod autem futurum esset id genus, Esaias docet^o; apud ¹² quem pater summus ad filium loquitur, dicens: *Ego dominus Deus vocavi te in iustitiam^p; et tenebo manum tuam, et confirmabo te^r; et dedi te in testamentum generis mei, in lucem*

^k) dari haberet] Lego, inquit Heu- mann. deberet. Nihil muto. Cy- prianus in eadem re L. 1. adu. Iud. c. 10: *quod lex noua dari haberet, quod - testamentsum nouum dari ha- beret*. Plura dedi ad L. 4. 12. 15. Bün.

^l) Domus autem Iuda] Sic veteres li- bri. Inepte quidam recentes *Domum*. Cell.

^m) in illorum locum adoptione suc- cessimus] Sic restituo ex Goth. Lips. 1. 3. Pal. Cauc. Vltr. Emman. Cant. Reimm. et Fasit. Gryph. Torn. 1548- 1613. Betul. Thomas. et recentiores, ubi Iun. Subl. Rost. Ven. 1471. 1515. Iunt. Paris. Crat. Gymn. *adoptionem- que successimus*. perperam; Celtarii et Heumannii: *secesserat*, in nullo li- bro deprehensum, videtur vitiosum. In locum succedere dixit iterum L. 6. 12. 30. Cyprrianus in præf. L. 1. adu. Iudæos: *successisse in eorum (Iudæo- rum) locum Christianos*. Iustinus L. 7. c. 1: *in locum omnium solus suc- cessit*. Bün.

ⁿ) Ἰσραὴλ ἡμαρῶν] Hoc est: *Iudæorum beatorum diuinum genus calestium*. Cell.

^o) Esaias docet] c. 42. v. 6. 7. Cell.

^p) in iustitia] Sic Lips. 1. quod Græco consonat ἐν δικαιοσύνη. Alter in *iustitiam*: tertius et cæ. Rom. ad *iustitiam*, quod longius ab- est. Cell.

^q) in iustitiam] Ita lego cum Bon. Emman. Cant. Goth. suadente Tau- rin. Epit. c. 48. quia, obseruante Da- uisio ad Epit. c. 1. etiam Iustinus Mart. Dial. cum Tryphone p. 350. ἐκάλεσα σε τῇ δικαιοσύνη, et habent: *in iustitiam*. Fasitel. Gryph. Thomas. Gall. Sparkius. Eodem sensu Lips. tert. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. 1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Tornæsi. 1587. 1613: *ad iustitiam*. Lipsiensis alteri verbis *ad iustitiam*, manus alia superscripsit: *in iustitia*, non ut Cell. vult: *in iustitiam* habet. Bün.

^r) confirmabo te] Addidi pronomen *te* ex Reimm. Angl. Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Torn. Isæo; quod perperam Tho- mas. Thyf. Gall. Spark. Cell. ne- glexerunt. habent quoque Epit. c. 1. Cyprrianus et LXX. Bün.

Kk 4

a) Or-

gentium, aperire oculos cæcorum; producere ex vinculis adligatos, et de domo carceris sedentes in tenebris. Quum igitur nos antea tamquam cæci, et tamquam carcere stultitiæ inclusi sederemus in tenebris, ignorantes Deum, et veritatem; illuminati ab eo sumus, qui nos testamento suo adoptauit; et liberatos malis vinculis, atque in lucem sapientiæ productos, in hereditatem regni cælestis adsciuit.

XXI. Ordinato vero discipulis suis euangelio^{a, b}, ac nominis sui prædicatione, circumfudit se repente nubes^c, eumque in cælum sustulit, quadragesimo post passionem die; sicut Daniel fore ostenderat, dicens: *Et ecce in nubibus cali ut filius hominis veniens, usque ad vetustum dierum peruenit.* Discipuli vero per prouincias dispersi, fundamenta ecclesiæ vbique posuerunt, facientes et ipsi in nomine^d magistri Dei magna, et pæne incredibilia miracula, quia discedens^e instruxerat eos virtute ac potestate, qua posset nouæ adnuntiationis ratio fundari et confirmari: sed et futura aperuit illis omnia, quæ Petrus et Paulus^f Romæ prædicauerunt, et ea præ-

a) Ordinato vero discipulis suis euangelio] MSS. Angl. et ed. Rom. ac Ald. hoc modo. Vulgo *Ordinata euangelica*. quibus addit Goth. *doctrina*. Cell.

b) Ordinato - Euangelio] Sic C. C. C. C. C. Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Betul. At Goth. et Iun. *Ordinata - euangelica doctrina ac nominis sui prædicatione*. Lips. 2. 3. Reimm. Fasit. Gryph. Thomas. Torn. 1587. et seqq. *Ordinata euangelica ac nominis sui prædicatione*. Epit. c. 47: *Ordinata euangelii prædicatione*. Bün.

c) circumfudit se repente nubes] Lips. alter, Reimm. et Torn. MSS. ad marg. 1587: *circumdedit se*. At Tertull. Apolog. c. 21: *ordinatis eis ad officium prædicandi per orbem circumfusa nube in cælum est ereptus*. Cyprianus de Idol. Vanit. in fine:

in cælum circumfusa nube sublatus est. Bün.

d) in nomine] Addo in ex Lips. altero et Reimm. et omnibus fere editis; neglexerat Thomasius, quem Thyl. Gall. Spark. Cant. Cell. temere secuti. Bün.

e) discedens] Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471 - 1515. Iunt. Paris. Crat. Gymn. descendens. perperam; Lips. Goth. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. etc. *discedens*. recte. Sæpe hæc verba confundi Barthius, Nic. Heinsius, Broekhus. Bentleius docuerunt excitati ab Drakenburgio ad Sil. Ital. L. 17. 1. p. 840. Bün.

f) qua Petrus et Paulus Romæ] Petrum Romæ fuisse, et ibi supplicio adfectum, cum plerisque veterum ecclesiæ scriptorum noster censuit. De quo alibi disputatur. Cell.

prædicatio in memoriam scripta permansit, in qua quum multa alia mira, tum etiam hoc futurum esse dixerunt, vt post breue tempus immitteret Deus regem, qui expugnaret Iudæos, et ciuitates^b eorum solo adæquaret, ipsos autem fame, siti que confectos obsideret. Tum fore, vt corporibus suorum vescerentur, et consumerent se inuicem. Postremo vt capti venirent in manus hostium, et in conspectu suo vexari acerbissime coniuges^c suas cernerent, violari ac prostitui virgines, diripi pueros, adlidi paruulos, omnia denique igni, ferro que vastari, captiuos in perpetuum terris suis exterminari, eo quod exsultauerint super amantissimum, et probatissimum Dei filium. Itaque post illorum obitum, quum eos Nero interemisset, Iudæorum nomen et gentem Vespasianus extinxit; fecitque omnia, quæ illi futura prædixerant.

XXII. Confirmata sunt, vt opinor, quæ falsa, et incredibilia putantur ab iis, quos vera cælestium literarum doctrina non imbuunt: sed tamen vt refellantur^a a nobis etiam illi, qui nimium non sine malo suo sapiunt, rebusque diuinis fidem detrahunt, argumentis quoque illorum coarguamus errorem, vt tandem aliquando peruideant^b ita fieri oportuisse, sicut nos ostendimus factum. Et quamquam apud bonos iudices satis habeant firmitatis vel testimonia sine argumentis, vel argumenta sine testimoniis; nos tamen non contenti alterutro sumus, quum suppetat^c nobis vtrumque, ne cui

g) *ex prædicatio*] Titulus libri subornati nunc deperditus. De quo, citante Henmanno, Fabricius in Cod. Apocr. N. T. p. 800. In sensu hoc eccles. etiam dixit Sulpicius Seuer. L. 1. Hist. 36. 3. de alio sermone Pauli: cuius illa prædicatio refertur. Bün.

b) *ciuitates*] Plures scripti et editi in plurali; at Subl. Rost. Ven. 1471. in singulari: ciuitatem puta Hierosolymam, in quam hæc maxime quadrant Luc. XVIII, 43. 44. Bün.

i) *vexari - coniuges*] i. e. stupro pollui. Bün.

a) *refellantur*] Goth. *repollantur*. Bün.

b) *peruideant*] Reimm. *credant* cum Tornæz. MS. et Lips. altero Bün.

c) *suppetat*] Sic Lips. Goth. Reimm. Fafstel. Gryph. Tornæz. Thomas. et seqq. At Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. *suppedicat*. Parrh. Ald. Crat. Gymn. *suppediret*. Sane ipse Cicero aliquoties *suppedicare* pro *suppetere* posuit, et iterum variant libri Laet. 6. 5. 7: *nisi conatus ac vires suppetans* (edd. vet. *suppeditens*) *ambulandi*. Bün.

Kk 3

d) no-

cui peruerse ingenioso aut non intelligendi, aut contra dis-
 3 rendi locum relinquamus. Negant fieri potuisse, vt na-
 turæ immortalī quidquam decederet; negant denique Deo di-
 gnum^d, vt homo fieri vellet, sequē infirmitate carnis onera-
 ret, vt passionibus, vt dolori, vt morti se ipse subiiceret: qua-
 si non facile illi esset; vt citra^e corporis imbecillitatem, se
 4 hominibus ostenderet, eosque iustitiam doceret, (siquidem id
 5 volebat^f) maiore auctoritate vt professi^g.^b Dei. Tunc enim
 cunctos fuisse præceptis cælestibus parituros, si ad ea virtus
 ac potestas Dei præcipientis accederet. Cur igitur, aiunt,
 ad docendos homines non vt Deus venit? cur se tam humi-
 lem, imbecillemque constituit, vt ab hominibus et contemni
 et pœna adfici posset? cur vim ab imbecillisⁱ et mortalibus

pas-

d) negant - Deo dignum] Scite re-
 spondet tali obiectioni Tertull.
 L. 2. adu. Marcion. c. 27: *Deum
 non potuisse humanos ingressus inire,
 nisi humanos et sensus et affectus sus-
 cepisset, per quos vim maiestatis sua
 intolerabilem utique humana medio-
 critati humilitate temperaret sibi qui-
 dem indigna, homini autem necessaria,
 et ita iam Deo digna, quia nihil tam di-
 gnum Deo quam salus hominis.* Conf.
 not. ad Lact. 4. 30. 6. Bün.

e) vt citra] Addidi: vt ex MSS.
 Lips. Goth. Reimm. et omnibus an-
 te Thomasiū editis et Isæo, Gall.
 Sparkio; neglectum a Thomasio,
 Thyfio, Cantabr. et Cellario. Bün.

f) siquidem id volebat] Emman.
 siquidem id valebit. Tornæz. MS.
 et Isæus: valebat. Bün.

g) maiore auctoritate vt professi
 Dei] Phires scripti Dei: Goth. et
 Lips. 1. Deum. Quidam vt MS. Can-
 tabr. et ed. Rom. vt aiunt post au-
 thoritate imponunt. At professi Dei
 est manifesti, vti mortis professæ
 via est præsentis et manifestæ,
 apud Phædr. Lib. 4. fab. 6.
 Cell.

h) vt professi Dei] Hæc vera le-

ctio ex Vaticanis, Tax. Pen. Vltr.
 Cauc. Lips. 2. 3. Emman. quam re-
 cte prinum Fasitellius et Gryph.
 receperunt, et Gall. Cell. Walch.
 Heum. defendunt. In reliquis anti-
 quis et nouis est: vt aiunt professi
 Dei. quod aiunt, hic incommo-
 dum, puto ex n. 5. olim per erro-
 rem librarii hic anticipatum. Tho-
 masius lectionem Bonon. vt præce-
 ptis Dei, a librario ex sequente ver-
 su arrepta voce nequidquam hic de-
 fendit: professus valet manifestus,
 apertus ex stilo ipsius quoque La-
 ctantii L. 6. 15. 16: *letitia est profes-
 sium gaudium.* Seneca Medez A. II.
 154: *Professa perdunt odia vindictæ
 locum.* Græuius ad Florum L. 4.
 c. 1. p. m. 641. obseruat professum
 Gracia ducem apud Iustinum (L. 8.
 4. 4.) esse, qui palam ducatum Gra-
 cia suscepit. add. Barth. in Calpurn.
 Eccl. 1. p. 316. et ibidem Kempferum
 ad v. 55: *Marte professo.* p. 192. Bün.

i) ab imbecillis] Præfero ex MSS.
 Lips. Goth. Angl. Reimm. secunda
 Ven. 1478. Fasit. Gryph. Tornæz.
 Thomæ. ab imbecillis, lectioni Ven.
 1493. 97. Parrh. Crat. Paris. Ald.
 Gymn. ab imbecillibus; ne concur-
 rat

passus est? cur non manus hominum aut virtute repulit, aut diuinitate vitauit? cur non maiestatem suam sub ipsa saltem morte patefecit? sed vt inualidus in iudicium ductus est; vt nocens damnatus; vt mortalis occisus. Refutabo hæc diligenter, nec quemquam^k patiar errare. Illa enim magna et mirabili ratione sunt facta, quam quicumque^l perceperit, non tantum mirari desinet, Deum ab hominibus esse cruciatum^m; verum etiam facile peruidebit, ne Deum quidem potuisse credi, si ea ipsa, quæ arguit, facta non essent.

XXIII. Quicumque præcepta dat hominibus, ac vitamⁿ, moresque fingit aliorum; quæro, debeatne ipse facere, quæ præcipit, an non debeat? si non fecerit, soluta præcepta sunt. Si enim bona sunt, quæ præcipiuntur; si vitam hominum in optimo statu collocant, non se debet ipse præceptor a numero cætuque hominum segregare, inter quos agit^{b, c}, et ipsi

rat eadem terminatio ex tertia declinatione. Rost. Ven. 1471. et prima 1478. hic corruptæ. Conf. *imbecillus* L. 6. 23. 9. *Opif.* 3. 1. c. 12. 12. et Fr. *Fabricium* ad Cic. 2. Off. c. 8. et *Dukerum* de Lat. Vet. ICf. p. 357. et notas ad *Lact.* 1. 11. 16. et *Epit.* c. 10. fin. Bün.

k) *nec quemquam*] Goth. *ne quem*. Bün.

l) *quam quicumque perceperit*] Scripti omnes *quam*: vulgo *qua*. Ad rationem ergo *mirabilem* referatur. Cell.

m) *quam quicumque*] Ita Bon. Tax. Pen. Vltr. Goth. Emman. Cant. Reimm. Sublac. Rost. *quam* sc. rationem. Merito igitur et *Isæus* recepit. Bün.

n) *cruciatum*] notauit ad c. 16. 5. Bün.

a) *precepta dat hominibus, ac vitam*] Ita inde a *Fasitellii* tempore editum. In Vltr. Iun. Lips. altero, Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. Iunt. Crat. Paris. Gymn. pra-

cepta dat hominibus ad vitam. Bün.

b) *inter quos agit*] Recentes editi *agit*, secuti *Betuleium*, qui id haud dubie ex scripto hausit. Plures tamen manu exarati, Angli, duo Lips. et Goth. nec non olim Romæ ac Venetiis editi, *inter quos habitas ipse*. Cum vero Lips. 1. non aliter ac scriptissimus, *agit* expressum tenent, sicut etiam *Betuleii*, liber; credo reliquorum *habetas ipse*, glossema esse *78 agit*. Cell.

c) *inter quos agit*] Vltr. Iun. Emm. Cant. Goth. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. [vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Paris. Gymn. *inter quos habitas ipse. et ipsi*. Lips. tert. *inter quos habitet. et ipsi*. Reimm. Caue. *inter quos habitet ipse. et ipsi*. Veram lectionem: *inter quos agit*, primus reddidit *Fasitellius*, quem *Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. et recentiores* secuti. Præstat ex ipso *Lactantio*, quam ex aliis confirmare,

ipſi eodem modo viuendum eſt, quo docet eſſe viuendum, ne ſi aliter vixerit, ipſe præceptis ſuis fidem detrahat; leuioremque doctrinam ſuam faciat, ſi re ipſa reſoluat, quod verbis
 3 nitatur adſtringere^{d. e.} Vnusquisque enim, quum audit præcipientem, non vult imponi ſibi neceſſitatem parendi,
 4 tamquam ſibi ius libertatis adimatur. Reſpondet^{f. g.} itaque doctori hoc modo: Non poſſum facere, quæ iubes, quoniam ſunt impoſſibilia. Vetas me irarſci, vetas cupere, vetas libidine commoueri, vetas dolorem vel mortem^{h. i.} timere: ſed hoc adeo contra naturam eſt, vt his adfectibus animalia vniuerſa ſubiecta ſint; vel, ſi adeo putas repugnari poſſe naturæ,
 5 tu ipſe quæ præcipis^{k.}, fac vt ſciam, fieri poſſe. Quum autem ipſe non facias, quæ inſolentia eſt, vt homini libero imponere velis leges^{l.}, quibus ipſe non pareas? prius diſce, qui doces^{m.}; et ante quam mores aliorum corrigas, tuos corrige.
 6 Quis neget iuſtam eſſe hanc reſponſionem? quin etiam in contemptum veniet huiusmodi docteur, et deludetur vicis-

l. 4. 27. 2: *quum inter homines ageret. de Ira 1. 5: in carne mortali agentes. de Mort. Perf. c. 10. pr. quum ageret in partibus orientis. Ita agere et habere, agitare et habitare, agilis et habilis ſæpe in libris ſcriptis confundi diſce ex Drakenburgio ad Sil. Ital. L. 13. 524. p. 669. Bün.*

d) *quod verbis nitatur adſtringere*] Appoſite, vt reſolutis opponatur. Atque ita MSS. Angl. Goth. duo Lipſ. et ed. Rom. Minus quadrat adſtrere aliorum. Cell.

e) *adſtringere*] Ita rectiſſime Subl. Roſt. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. et Paris. 1513. Alterum, *adſtruerere*, hic imbecillius, quod Parrhaſius primus recepit, et deinde ſequentes editiones inuaſit; legitur quoque in Reimm. verbo reſoluat h. n. opponitur *adſtringere*. Exemplo Ciceronis pro Cluentio c. 57: *ne lege ea et quaſtione qua ſe ſolutum liberumque eſſe arbitretur, per paucos indices adſtringatur. Ipſe La-*

ctantius L. 4. 24. 18: *vt præcepta ſua factis adimplendo ceteros parendi neceſſitate conſtringat.* Bün.

f) *Reſpondet*] Emman. et Lipſ. tres reſpondet: alii reſpondebit. Cell.

g) *Reſpondet*] Cauci: *Reſpondeat.* Reimm. *Reſpondit.* At Bon. Tax. Ultr. cum Lipſ. *Reſpondet.* Editi: *Reſpondobit.* Bün.

h) *vetas dolorem vel mortem*] VEL eſt Goth. et Lipſ. duorum; Rom. aut: ceteri repetunt *vetas.* Cell.

i) *dolorem vel mortem*] Vett. edd. *dolorem aut mortem.* Bün.

k) *qua præcipis*] Bon. Lipſ. alter, Reimm. *qui præcipis.* Bün

l) *imponere - leges*] Epit. 43. 3. vt Cic. Parad. 5. 2. et L. 1. Leg. c. 15. Ouid. L. 2. Art. 202: *Imponat leges vultibus illa tuis.* Bün.

m) *qui doces*] Goth. quid doces. leg. quod aut qua, vt Epit. 50: *Qui aliquid docet, debet facere ipſe, qua docet.* Bün.

n) *Vnde*

cisim; quia videbitur et ipse deludere. Quid ergo faciet ille 7
 præceptor, si hæc ei fuerint opposita? quomodo adimet ex-
 culationem contumacibus, nisi vt præsentibus factis doceat,
 possibilja se docere? Vnde euenitⁿ⁾, vt philosophorum 8
 præceptis nullus obtemperet. Homines enim malunt exem-
 pla, quam verba^{p)}; quia loqui facile est, præstare difficile,
 vtinam quidem^{q)} tam multi bene facerent^{r)}, quam multi
 loquuntur bene. Sed qui præcipiunt, nec faciunt; abest ob^{s)}
 iis fides: et si homines fuerint, contemnentur, vt leues; si
 Deus, opponetur ei excusatio fragilitatis humanæ. Superest, 9
 vt factis verba firmentur, quod philosophi facere nequeunt:
 iraque quum ipsi præceptores vincantur adfectibus, quos vinci
 prædicant oportere; neminem possunt ad virtutem, quam fal-
 so prædicant, erudire, ob eamque causam putant, neminem
 adhuc perfectum existisse^{t)} sapientem, id est, in quo sum-
 mæ doctrinæ ac scientiæ summa^{x)} virtus et perfecta iustitia
 con-

n) Vnde euenit] Duo Lips. sic et
 Angl. et Rom. quod præfero aliorum
 inde. Cell.

o) Vnde euenit] Sic Bon. Tax.
 Cauc. Iun. Reimm. Sublac. Rost.
 Ven. 1471. 72. vtrâque 78. 93. 97.
 Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn.
 At inde ab Fasitelio et seqq. inue-
 ctum. Bün.

p) malant exempla, quam verba]
 Seneca ep. 6: Longum isor est per
 præcepta, breue et efficax per exempla.
 Plura Rittershus. Sacr. Lect. L. 6.
 c. 13. Bün.

q) vtinam quidem] Angl. et Lips.
 duo, et Rom. quidem; quod Lips.
 1. prætermisit: vulgo vtinamque,
 quod ex quidem natum. Cell.

r) vtinam quidem] Sic Goth.
 Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471-97.
 Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat.
 Gymn. Tornzs. 1587. Gratz voculæ
 Cicroni e. g. Parad. 6. 3. L. 3. N. D.
 30. fin. L. 3. Orat. 12. L. 2: Leg. 10.
 pro Sulla c. 19. Terentio Adelph. 4:
 1. 2. Senæce L. 1. Clem. c. 19. Alte-

rum vtinamque est a Fasitelio et
 seqq. obuium in Quintil. L. 12. Instit.
 c. 2. ed. Burm. p. 1059. Ouid. 2. Me-
 tam. 93:

- Vtinamque oculos in pectora posses
 Inferre. add. Laët. L. 4. 1. 7. His
 parile: atque vtinam. Laët. L. 5.
 14. 7. c. 19. 4. Epit. 36. 10. Bün.

s) bene facerent] Reimm. bene vi-
 uerant, Bene. vt L. 1. 1. 9. Bün.

t) perfectum existisse sapientem]
 Goth. et tres Lips. existisse, non es-
 se, vt alii. Cell.

u) existisse] Elegantiorem hanc
 lectionem confirmant Bon. Tax.
 Cauc. Iun. Reimm. et Tornzs.
 1587-1613. Bün.

x) summa doctrina ac scientia sum-
 ma] Mirum in modum mihi placet
 Betuleii lectio: summa doctrina ac
 scientia, summa virtus et perfecta ius-
 titia, quam merito Sparkius expres-
 sit. Altera est in omnibus MSS. et
 reliquis editis. Vestigia veri in Em-
 man. in quo summa doctrina ac sci-
 entia. Bün.

10 consenserit. quod quidem verum fuit. Nemo enim post mundum conditum talis existit, nisi Christus, qui et verbo sapientiam tradidit, et doctrinam præsentis virtute firmavit.

1 XXIII. Age nunc consideremus, an doctor, e cælo
 2 missus, possit non esse perfectus. Nondum de hoc loquor,
 3 quem venisse a Deo^a negant. Fingamus aliquem de cælo esse
 4 mittendum, qui vitam hominum rudimentis virtutis institu-
 5 at, et ad iustitiam formet. Nemini dubium potest esse,
 6 quin is doctor, qui cælitus mittitur, tam scientia sit rerum
 omnium, quam virtute perfectus, ne nihil inter cælestem terre-
 numque differat. Nam in hominē interna et propria^b
 doctrina esse nullo pacto potest. nec enim mens terrenis
 visceribus inclusa, et tabe corporis^{c, d} impedita, aut compre-
 hendere per se potest, aut capere veritatem, nisi aliunde do-
 ceatur. Et si maxime possit, summam tamen virtutem ca-
 pere nequeat, et omnibus vitis resistere, quorum materia in
 visceribus continetur. Eo fit, vt terrenus doctor perfectus
 esse non possit. At vero cælestis, cui scientiam diuinitas,
 virtutem immortalitas tribuit; in docendo quoque, sicut in ce-
 teris, perfectus et consummatus sit necesse est. At id omni-
 no fieri non potest, nisi mortale sibi corpus^{e, f} adsumat &
 cur autem fieri non possit, ratio clara est. Nam si veniat ad
 homines, vt Deus; vt omittam, quod mortales oculi clarita-
 tem maiestatis eius conspiciere, ac sustinere non possunt; ipse
 certe Deus virtutem docere non poterit, quia expertis corpo-
 ris non faciet, quæ docebit, ac per hoc doctrina eius perfecta

non

a) venisse a Deo] Lipf. alter. *venisse Deum.* Büin.

b) interna et propria doctrina] noto L. 3. 3. 2. Büin.

c) tabe corporis] Sic omnes Lipf. et ed. Rom. et Ven. Cell.

d) tabe corporis] Omnes scripti et editi sic legunt. Büin.

e) mortale sibi corpus adsumat] Vetus ed. *asummat*: scripti Lipf. heic

prauati, *adimat*, vel non *sumat*, ferentes. Cell.

f) mortale sibi corpus] Habent sibi Bon. Tax. Cauc. Vltr. Goth. Reimm. Ven. 1472. vtraque 78. Paris. Betul. Thomas. Tornæs. 1587. et seqq. quod Emman. Cant. et reliqui neglexerunt. Büin.

g) adsumat] Ita Angl. Bon. Tax. Cauc. Vltr. Goth. Reimm. et omnes editi. Büin.

b) ac

non erit^b. Alioqui si summa virtus est, dolorem patienter pro iustitia officioque perferre; si virtus est, mortem ipsam et intentatamⁱ non metuere, et illatam fortiter sustinere: debet ergo doctor ille perfectus et docere ista præcipiendo, et confirmare faciendo: quia qui dat præcepta viuendi, amputare debet omnium excusationum vias, vt imponat hominibus parendi necessitatem, non vi aliqua, sed pudore; et tamen libertatem relinquat, vt et præmium sit constitutum parentibus, quia poterant non parere^k, si vellent: et non parentibus poena^l, quia poterant parere, si vellent. Quomodo ergo poterit amputari excusatio, nisi vt qui docet, faciat quæ docet, et sit quasi præuius, et manum porrigat secuturo? quemadmodum autem potest facere quæ docet, si non sit similis ei quem docet? nam si nulli subiectus sit passioni, potest ei docenti homo sic respondere: Volo equidem non peccare, sed vincor; indutus sum enim carne fragili, et imbecilla; hæc est, quæ concupiscit, quæ irascitur^{m-n}, quæ dolere^o, quæ mori timet. Itaque ducor inuitus; et pecco, non quia volo, sed quia cogor. Sentio me et ipse

b) ac per hoc doctrina eius perfecta non erit] Inualida ratio. Cell.

i) mortem-intentatam] More Senecæ et Taciti: mortem, manus intensusere. Büñ.

k) poterant non parere, si vellent] Subaudi: non parere. Lips. alter: poterant non parere, si nollent sc. parere. Bene, quia sequitur altero membro opposito: poterant parere, si vellent. Eodem redit coniectura Heumannii scribentis: poterant non parere, si non vellent. Pro excusa dedi exempla ad L. 2. 14. 4. vbi subauditur: non sunt recepti, et L. 7. 9. 14. subaud. esse non potest. Büñ.

l) et non parentibus poena, quia poterant parere, si vellent] Hæc verba desiderantur in Reimm. et edd. ab 1465. ad 1524. Primus addidit Fafitel. deinde Gryph. Tornæz. Thomas. Betul. reliqui. Omissio orta ex anteced. verbis: parere, si vellent.

Hoc sæpe fit in MSS. et impressis. Büñ.

m) qua irascitur] Nescio qua auctoritate recentes irasci ediderint, quum omnes scripti, et olim editi irascitur præbeant, quod etiam res ipsa et nexus verborum postulat. Cell.

n) qua irascitur] Ita Bon. Lips. Angl. Goth. Reimm. et omnes ab 1465-1524. excusi, et postea Torn. 1548-1613. Betul. et Isæus. Alterum irasci perperam Fasit. Gryph. Thomæz. Büñ.

o) que dolere, qua mori timet] Hæc vera lectio est in Lips. altero et Reimmanni MS. quam requirunt verba c. 23. 4: *vetas dolorem vel mortem timere*, et c. 24. 14: *utrumquo (dolorem et mortem n. 23.) timet*, etc. et n. 17: *ea ipsa, qua timet*, infinitiuus dolere pendet a verbo timet. Büñ.

ipse peccare^p, sed necessitas fragilitatis impellit: cui repugnare non possum. Quid ad hæc respondebit præceptor ille iustitiæ? quomodo refutabit? ac redarguet hominem, qui delictis suis excusationem carnis obtendet^r, nisi et ipse carne fuerit indutus, vt ostendat, etiam carnem posse capere virtutem? Contumacia enim redargui non potest, nisi exemplo. Nam habere non possunt, quæ doceas, firmitatem, nisi ea prior feceris; quia natura hominum procliuus in vitia, videri vult non modo cum venia, sed etiam cum ratione peccare^s. Oportet magistrum doctoremque virtutis homini simillimum^t fieri, vt vincendo peccatum^u, doceat hominem, vinci ab eo posse peccatum. Si vero sit immortalis; exemplum proponere ho-

p) *Sentio me et ipse peccare*] Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515. Iunt. Paris. Crat. Gymn. *Sentio me etiam ipse peccare*. At MSS. Lipf. Goth. Reimm. Fasitel. Gryph. Tornzs. Betul. Thomas. *sentio me et ipse peccare*, illud etiam glosa est pro et, quod etiam valet. L. 5. 9. 2: quos et ipsi fateantur. L. 5. 17. 28: videri tamē et ipse confiteor. Verba hæc, inquit Heumannus, hoc ordine colloco: SENTIO ET IPSE ME PECCARE. Nihil aliter ordinandum, est elegans traiectio ad Ciceronis aliorumque exemplum nostro vsitata, et a me adserta ad L. 2. 15. 6: *adfirmat eos Hermes-tutos esse*. Sic L. 4. 8. 11: *Dei vocem credendum est et manere* etc. L. 1. 1. 6: *non est passus hominem Deus errare*. L. 5. 8. 10. ex Cicero: *nec se intelligunt esse consanguineos*. L. 5. 9. 6: *nec aliter se putant-perfusi posse*. et n. 2: *Fingamus interitum hanc*. 5. 23. 1: *non se putent impune laturos*. Cic. L. 10. Fam. 16. *ille se considerare ait velle*. Bün.

q) *refutabit*] Goth. Lipf. secundus, Reimm. vtraque Ven. 1478. Paris. et Tornzs. 1587: *confutabit*. Bün.

r) *obtendet*] Goth. Rost. Ven. vtraque 1478. Pier. Parrh. Iunt. Paris.

Ald. Crat. Gymn. *ostendet*. Vtraque Ven. 1478: *ostenderet*. Omnes perperam. Reimm. et Tornzs. 1587: *obtendit*. At Lipf. Fasitel. Gryph. Betul. Thomas. et seqq. *obtendet*. Vide, quæ noto ad. n. 17: *pratendit*. Cyprianus epist. 2. ed. Oxon. *quodsi penuriam talis et necessitatem paupertatis obtendit*. Idem de Eleemos. *quid umbras et prestigias vana excusationis obtendit*. Idem de Lapsis: *excusationem doloris obtendere*. Sic L. 2. 4. 36: *sub obtentu damnationis*. c. 6. 3: *sub obtentu deorum*, i. e. prætextu. Ita ostendens et obtendens in Silio L. 3. 613. confusa Drakenburgius putat. Bün.

s) *cum ratione peccare*] L. 3. 15. 12. Bün.

t) *homini simillimum*] Sic lego cum Lipf. 1. Cauci, Reimm. et editis ab anno 1465 - 1524. vbi Iun. MS. *homini similem*. dandi casus satis probatus ex num. 9: *sic similis* Et. Propius vero Bon. Vlt. *hominis simill.* littera sibilans ex *simillimum* adhæsit. Bün.

u) *vincendo peccatum*] Lipf. 2. 3. Reimm. *vincendo in carne peccatum*. Non male. Bün.

x) Con-

homini nullo modo potest. Exister enim constans^x y aliquis ac dicet: Tu quidem non peccas, quia liber es ab hoc corpore; non concupiscis, quia immortalis nihil est necessarium: mihi vero multis rebus opus est, ut tuear hanc vitam. Mortem non times; quia valere in te non potest. Dolo-¹⁴ rem contemnis; quia nullam vim pati potes: at ego mortalis utrumque timeo, quia cruciatus mihi gravissimos inferunt, quos tolerare carnis infirmitas non potest. Doctor itaque¹⁵ virtutis etiam hanc excusationem debuit hominibus auferre, ne quis, quod peccat, necessitati^z potius adscribat, quam culpæ suæ. Ergo ut perfectus esse possit, nihil ei debet¹⁶ opponi ab eo, qui docendus est, ut si forte dixerit, impossibilia præcipis; respondeat, ecce ipse facio. At ego carne indutus sum, cuius est peccare proprium. Et ego eandem carnem gero; et tamen peccatum in me non dominatur. Mihi¹⁷ opes contemnere difficile est, quia viui aliter non potest^{a, b} in hoc corpore. Ecce et mihi corpus est, et tamen pugno contra omnem cupiditatem. Non possum pro iustitia nec dolorem ferre, nec mortem, quia fragilis sum. Ecce et in me dolor ac mors habet potestatem, et ea ipsa, quæ times, vinco, vique victorem te faciam doloris ac mortis. Prior vado per ea, quæ sustineri non posse prætendis^c; si præcipientem sequi non

x) *constans aliquis*] Sic libri. Est autem pertinax et perseverans in sua opinione, quam opposuerat. Cell.
 y) *constans*] Ita constanter omnes scripti, editi. Heumannus pro *constans* scribit *forstian* vel *forçasse*. Nihil mutuo. *Constans* hic est *contumax*, pertinax; ut n. 10: *contumacia*. patet ex huius loci Epitome c. 50: *Et si quis contumax existerit ac dixerit* etc. sic L. 3. 24. 10: *constanter* (i. e. pertinaciter) *in stultitia perseverant*. et vicissim: *pertinaciter pro constanter*, ut notavi ad. L. 4. 18. 6: *silentium usque ad mortem pertinaciter tenuit*. Conf. L. 4. 23. 7: *quomodo adimet excusationem contumacibus*. Bün.

z) *necessitati*] c. 25. 8. Bün.
 a) *quia viui aliter non potest*] MSS. Lipf. et Cantabr. et ed. Rom. *viui* additum habent, omisum in vulgatis. Cell.
 b) *viui aliter non potest*] Ita quoque Goth. Reimm. et omnes ante ann. 1570. editi, etiam Tornæ. 1587. 1613. Ifæus, Spark. Abest *viui* a Thom. Thyf. Gallæo et Cant. editione. Singularis est *Emman. quia viuere aliter non possum*. Lact. 4. 23. 2: *si aliter vixerit*. Seneca epist. 50: *non ego ambitiosus sum, sed nemo aliter Roma potest viuere*. Bün.
 c) *sustineri non posse prætendis*] Seneca epist. 116. extr. *nolle in causa est*. LI

non potes, sequere antecedentem. Sublata est hoc modo omnis excusatio, et fateri hominem necesse est, sua culpa iniustum esse, qui doctorem virtutis, et eundem ducem non sequatur. Vides ergo quanto perfectior fit mortalis doctor, quia dux esse mortali potest; quam immortalis, quia patientiam docere non potest, qui subiectus passionibus non est.

18 Nec hoc tamen eo pertinet, vt hominem Deo præferam; sed vt ostendam, neque hominem perfecta doctrina esse^{d. e} posse, nisi sit idem Deus, vt auctoritate cælesti necessitatem parendi, hominibus imponat; neque Deum^f, nisi mortali corpore induatur; vt præcepta sua factis adimplendo^g, ceteros

19 parendi necessitate constringat^h. Liquido ergo adparet, eum, qui vitæ dux, et iustitiæ sit magister, corporalem esse oportere, nec aliter fieri posse, vt sit illius plena et perfecta doctrina, nisi habeat radicem^{i. k}, et fundamentum, stabilisque apud homines ac fixa permaneat. ipsum autem subire carnis ac corporis imbecillitatem, virtutemque in se recipere, cuius doctor est^l, vt eam simul et verbis doceat, et factis. Item, subiectum

esse

est, non posse prætenditur. Lact. 4. 11. 16: iustam possent excusationem de lege prætere. L. 6. 23. 30: causam vitiis - prætere. Epit. c. 50: ne quis excusationem de carnis fragilitate præterderet. Ouid. Remed. 240:

Præterdens culpa splendida verba tua. Bün.

d) neque hominem perfecta doctrina esse] Sic Lips. 1. et ed. Rom. et Ald. At perfecta doctrina Lipsiensis ceteri: et perfectum doctrina Emm. Cell.

e) perfecta doctrina] Ita omnes fere editi; at Reimm. et Torn. 1587-1613: perfecta doctrina non placet; iusto sapius enim vocalis secunda concurreret. Bün.

f) neque Deum] Reimm. neque Deum esse. Plenius hic subaudiendum ex antecedentibus: neque Deum esse posse. Bün.

g) factis adimplendo] Epit. 50. 3: factis adimpletur. Bün.

h) parendi necessitate constringat]

Cicero contra Rullum de Leg. Agrar. II. c. 10: is orbem terrarum constringit nouis legibus. Senec. ep. 16: siue nos inexorabili lege fata constringunt. Bün.

i) nisi habeat radicem] Sequor duos Lips. Emman. et Goth. ac vet. ed. Rom. Ven. et Aldi. Vulgati, etiam Lips. 1. habeatque. Cell.

k) nisi habeat radicem] Sic et Cant. Reimm. et omnes ab 1465. ad 1524. ante Fastelium editi, etiam Gymn. Tornæs. 1587-1613. et Iæus; habeatque est Fastelii, Gryph. Tornæs. 1548. Thomasi, Thyf. Gall. Spark. Walchii, vnde Heum. qua habeat legit. Bün.

l) virtutemque - cuius doctor est] MSS. Angl. Sublac. Rost. Ven. 1471-1524. Gymn. virtutemque in se recipere doctoris. At MSS. Lips. Goth. Reimm. Fastel. Gryph. Tornæs. Thomas. seqq. vt editum. recte. vid. n. 15: Doctor virtutis. Bün.

a) præ-

esse morti et passionibus cunctis, quoniam et in passione toleranda, et in morte subeunda, virtutis officia versantur, quæ omnia, vt dixi, consummatus doctor perferre debet; vt doceat posse perferri.

XXV. Discant igitur homines, et intelligant, quare Deus summus, quum legatum, ac nuntium suum mitteret, ad erudiendam præceptis iustitiæ suæ ^a mortalitatem ^{b, c}, mortali voluerit eum carne indui; et cruciatu adfici ^d, et morte multari. Nam quum iustitia nulla esset in terra, doctorem misit, quasi vivam legem, vt nomen ac templum nouum conderet ^e; vt verum ac pium cultum per omnem terram verbis et exemplo semina- ret ^f. Sed tamen, vt certum esset, a Deo misum; non ita ³ illum nasci oportuit, sicut homo nascitur; ex mortali vtroque concretus; sed vt adpareret, etiam in homine illum ⁸ esse cælestem,

a) *præceptis iustitia sua*] Lipf. tert. *præceptis suis mortalitatem*. Goth. *præceptis iustitia mortalitatem*. Bün.

b) *ad erudiendam mortalitatem*] mortale genus, homines mortales. Cell.

c) *ad erudiendam - mortalitatem*] Rost. *ad erudiendam - immortalitatem*. Ven. vtraque: *ad erudiendam - immortalitatem*. At MSS. Goth. Lipf. Reimin. Ven. 1493. 97. et sequentes: *ad erudiendam - mortalitatem*, i. e. *ad erudiendos mortales* siue homines. vid. Burmann. ad Quintil. Declam. 8. c. 15. p. 181. sæpe voce *mortalitatis* in hoc sensu vsi sunt Plinius maior et Arnobius, exempla collegit Elmenhorst. ad Arnob. L. 8. p. 6. not. p. 10. et ad Minuc. Fel. c. 8. vnde Galzeus infaustis ausibus excerpfit locum L. 6. §. 7. ff. de Offic. Præf. *medico impitari euentus mortalitatis non debet*. At hic euentus mortalitatis valet euentus mortis, sicut Plinio L. 7. fin. *mortalitates sunt mortes*. De vtroque significato plura Dukerus de Latin. Vet.

ICt. p. 376. Singulari sensu existat sermo Cypriani *de mortalitate*, von dem Sterben. Bün.

d) *cruciatu adfici*] Ita Pal. Vltr. Iun. Cau. Lipf. Goth. Angl. Fasitel. Gryph. Torn. Thomas. et recentiores, vbi olim ab ann. 1465 - 1524. et Gymn. cruci affigi. Bün.

e) *templum - conderet*] Goth. *concederet*. male. L. 4. 10. 1. *vt constitueret Deo templum*. Bün.

f) *pium cultum - seminares*] Ven. 1471. Rost. *pium Deum - seminares*. Perperam. L. 1. 22. 26: RELIGIONEM CVLTVS sui per orbem terra Iuppiter seminauit. de Christo vero iterum L. 4. 10. 3. fore vt -- CVLTVM Dei per totam terram seminares. de Ioue Epit. 24. 4: Sic per omnes terras cultum sui nominis seminauit. Bün.

g) *etiam in homine illum esse cælestem*] Emman. Cant. *etiam illum in hominem*. Bonon. *etiam hominem illum esse cælestem*. Rost. *illum etiam in hominem esse cælestem*; hinc Heumannus credit scriptum fuisse a Lactantio: *illum etiam hominem esse cælestem*.

- 4 stem, creatus^b est sine opera genitorisⁱ. Habebat enim spiri-
 5 talem^{k.l} patrem Deum. et sicut pater spiritus eius Deus sine
 Deo, et homo, inter Deum, atque hominem medius^m constitu-
 tus, (vide illum Græci μεσίτην vocant,) vt hominemⁿ perducere
 ad Deum posset, id est ad immortalitatem: quia si Deus tantum
 fuisset (vt supra dictum est) exempla virtutis homini præbere
 non posset: si homo tantum, non posset homines ad iustitiam co-
 6 Etenim quum constet homo ex carne et spiritu^p; et oporteat
 spi-

calestem. Vett. edd. vtraque Ven. 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *illum etiam in homine esse calestem.* MSS. Vltr. Iun. Cauc. in *homine.* At MSS. Lipf. Reimmani. Fasitel. Gryph. Tornæz. Thom. et seqq. *etiam in homine illum esse calestem.* In homine i. e. in humana natura, quomodo Tertulliani, Cypriani, Hilarii aliorumque more dixit hoc libro c. 10. 1: *hominem induere, hominem gerere.* Concordat Epit. c. 44: *Deus fuit in homine, et homo in Deo.* Bün.

b) creatus] i. e. genitus, procreatus, vt L. 4. 13. 4. Bün.

i) sine opera genitoris] Lipf. 2. 3: *sine opere genitoris.* perperam. L. 1. 8. 7. quum Deus. sine visu et OPERA femina possit filios procreare. Libro 4. 13. 4. dixit: *sine patris officio virginali vsero procreatus est.* Bün.

k) spiritalem patrem] MSS. Angl. Lipf. Goth. et ed. Rom. ac Ven. *spiritalem.* Aldus autem, Thom. et Thyf. *specialem.* Cell.

l) spiritalem patrem] Ita Bon. Pen. Cauc. Iun. Vltr. et distincte Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Betul. Torn. 1548. 1613. Ifæus, Gall. Spark. vbi per notam Parrh. *spalem.* (quod in MSS. vtrumque notat) hinc

Ald. Fasitel. Gryph. Thomas. Thyf. et Cant. ed. *specialem* ediderunt. Male. Bün.

m) medius] Iterum Epit 44. 7: *inter Deum et hominem medius factus.* Ponitur elegantius, quam *mediator.* Purius auum, auctore Salmasio, in Plin. Exercit. l. 462. non tamen antiquissimum, etiam MEDIVM adpellauit τὸν μεσίτην - *mediatorem* alii dixerunt. græci etiam μέσον et μεσίτην et μεσίτην. add. Iuretum ad Symm. L. 4. ep. 51. p. 117. Bün.

n) constitutus, (vide illum Græci μεσίτην vocant,) vt hominem] Sublata vitiosa distinctione, ita, censente Dauisio ad Epit. c. 44. fin. p. 118. et Heumanno ad nostrum locum, distinxit, inclusis (vide - *vocans*) vt cohzreant: *constitutus, vt hominotus perducere ad Deum posset.* Bün.

o) ad iustitiam cogere] Nullam hic vim designat verbum *cogere*, vt ex c. 24. 7. cognoscas, sed idem h. l. ad iustitiam cogere, quod c. 14. 1: *ad religionem Dei vocam conuocare.* Bün.

p) ex carne et spiritu] i. e. ex corpore et animo, vt variat L. 3. 12. 1. Bün.

9) spi-

spiritum ¹ iustitiæ operibus emereri ², vt fiat æternus: caro, quoniam terrena est, ideoque mortalis, copulatum sibi spiritum trahit secum, ³ et ab immortalitate ducit ad mortem. Ergo spiritus, carnis expers, dux esse homini ad immortalitatem nullo pacto poterat; quoniam caro impedit spiritum, quo minus Deum sequatur. Est enim fragilis, et subiecta peccato: peccatum autem pabulum mortis est. Itaque iccirco mediator aduenit, id est Deus in carne, vt caro eum sequi posset, et vt eriperet morti hominem ⁴, cuius est dominatio ⁵ in carne ⁶. Ideo carne se induit, vt, desiderijs carnis edomitis, doceret, non necessitatis ⁷ esse peccare, sed propositi ac voluntatis. Vna enim nobis et magna et præcipua cum carne ⁸ luctatio ⁹ est, cuius infinitæ cupiditates premunt animam, nec dominium ¹⁰ retinere patiuntur; sed eam voluptatibus et illecebris suauibus ¹¹, mancipatam, morte adficiunt sempiterna.

Qui-

q) *spiritum*] Hæc vox abest ab Lipf. 2. et Reimm. Bün.

r) *iustitia operibus emereri*] Ven. 1471. et Rost. *spiritum iustitia operibus emeriri*. Lipf. Goth. Reimm. cum reliquis MSS. et edd. *emereri*. recte. *emereri* (i. e. consequi, obtinere) *operibus iustitia, vt fiat æternus*, i. e. *beata immortalitate donetur*. L. 3. 19. 3-4-7. vt hæc accuratius intelligantur, cum cura legendi sunt ex L. 7. c. 5. num. 9-15. 16. 17: *vt illam veram et perpetuam (vitam) aut vitijis amittamus, aut virtute mereamur*. n. 9: *in illa spiritali, quam per nos ipsi adquirimus - immortalitas - merces premiumque virtutis est*, et NB. n. 22: *mortalem nasci hominem, posse immortalē fieri, quum caperit - iustitiam sequi*, - vsque ad fin. c. 5. Bün.

s) *eriperet hominem morti*] Præfero ordinem Goth. Lipf. tert. Reimm. *eriperet hominem morti*, obsequens cuius sc. mortis. Bün.

t) *dominatio*] Rost. Ven. 1471. 93. 97. Parrh. Ald. *dammatio*, et sic in

varijs Crat. et Gymnicus. Sæpe confunduntur, hinc Ven. 1471. Rost et alij in L. 2. 4. 36. pro: *dammationis* edebant *dominationis*. Bün.

u) *in carne*] Reimm. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Torn. *in carnem*. Bün.

x) *non necessitatis*] c. 24. 15. vid. not. ad L. 5. 19. 12: *vt sit voluntas*. Bün.

y) *cum carne luctatio*] L. 2. 19. 2. Bün.

z) *nec dominium*] Ediderant plures, Sublac. Rost. Ven. 1471-1509. deinde Fasitel. Gryph. Thomas. et sqq. *nec dominum*; corruptius Ald. Crat. Gymn. Torn. 1587-1613: *nec Deum*. At Paris. 1513. DOMINIUM. rectissime, et sic Betuleius olim, et nuper Heumannus legendum censuerunt. ita restitutum L. 2. 5. 41: *neque domus habere dominium sui potest*. Sic L. 2. 12. 11 - *anima imperet - animi imperio*, maxime n. 10: *anima, que dominium corporis habet*. Bün.

a) *illecebris suauibus*] Lipf. alter et L1 3 Reimm.

10 Quibus vt repugnare possemus, Deus nobis viam superandæ carnis et aperuit et ostendit. Quæ virtus perfecta et omnibus numeris absoluta^b, coronam vincentibus, et mercedem nobis immortalitatis^c impertit.

1 XXVI. Dixi de humilitate^a, et fragilitate, et passione, cur hæc Deus subire maluerit^{b. c.}: nunc ipsius crucis ratio reddenda est, et vis enarranda. Quid summus pater a principio disposuerit, et quemadmodum cuncta, quæ gesta sunt, ordinarit, non tantum diuinitio prophetarum, quæ in Christum vera præcessit^d, sed etiam ratio ipsius passionis docet. Quæ-

Reimm. *illicebis suauitatibus*, vt prior vox adiectiue sumatur. noto ad de Ira c. 19. 3. Bün.

b) *omnibus numeris absoluta*] Roff. Ven. 1471. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. *omnibus vinculis absoluta*. At MSS. Lipf. Goth. Reimm. vtraque Ven. 1478. Crat. Gymn. reliqui rectissime: *omnibus numeris absoluta*. Bün.

c) *mercedem nobis immortalitatis*] Roff. 1476. (licet aliter Heumannus tradat) Ven. 1471. 72. vtraque 78-1535. immo omnes ante Thomafium, et post eum Isæus: *mercedem expetendæ nobis immortalitatis*. Torn. MS. Lipf. 2. 3. Goth. Reimm. *mercedem immortalitatis impertit*. Omisfis vocibus: *expetenda nobis*, vt repetatur datiuus: *vincentibus*. At, teste Thomasio in notis plerique codices MSS. *mercedem nobis immortalitatis impertit* habent. hoc sensu: *coronam vincentibus*, i. e. martyribus et confessoribus, *et mercedem nobis* (scil. reliquis piis et fidelibus) *immortalitatis impertit*. hinc distinguit iterum in fine Epitomes c. 73. 5: *vt possit pro virtutis sue meritis vel coronam fidei, vel primum immortalitatis adipisci*. ibi plura damus. Bün.

a) *humilitate*] Sic rectius MSS. et

Fasitel. Gryph. et sqq. quam edd. ab 1465-1524. et Gymn. *humanitate*. noto c. 16. 13. Bün.

b) *subire maluerit*] Emman. *voluerit*, quod satis potest esse, quia nulla fit comparatio. At tres Lipf. et Cantabr. et vet. edd. *maluerit*. Cell.

c) *subire maluerit*] Sic longe plurimi scripti et editi. Putabat Cellarius Emman. *voluerit* satis posse esse, quia nulla fiat comparatio; Walchio dicitur rectius *voluerit*; Heumannus reiecto corrupto *valuerit*, in Ven. 1497. (quod illam ex Ven. 1493. repetiisse moneo) subaudit e duobus proximis capitibus: *quam non adsumto corpore venire in mundum et officio fungi doctoris*. Longius sane, quam quidem noster et alii solent, hæc subaudienda petita videntur mihi memori, sæpe illud *malle* poni, neque tamen comparationis particulam *quam* subsequi; Heumannus certe hoc agnouit n. 33: *cur Deus crucem maluerit*. Sic L. 6. 17. 25: *concti fidem prodere, mortem suscipere malimus*. L. 6. 21. 12: *Quis temporalia maluerit, carebit æternis*. L. 7. 1. 13: *sine dubio maluit id esse factum*. Bün.

d) *qua in Christum vera præcessit*] Heu-

Quæcumque enim passus est, non fuerunt inania, sed habuerunt figuram, et significantiam^e magnam, sicut etiam diuina illa opera, quæ fecit: quorum vis et potentia valebat quidem in præsens, sed declarabat aliquid in futurum. Aperuit cæcorum lumina^f cælestis virtus, et lucem non videntibus reddidit: sed hoc facto significabat fore, ut conuersus ad gentes, quæ Deum nesciebant, insipientium pectora illuminaret luce sapientiæ^b, et ad veritatem contemplantam oculos cordis aperiret. Vere enim cæci sunt, qui cælestia non videntes, et tenebris ignorantia circumfusi, terrena et fragilia venerantur. Patefecit aures surdorum. Non utique hætenusⁱ vis illa cælestis operata est: sed declarabat bre-

Heumanno hæc durior dictio, nec flumini orationis Lactantiana conueniens dicitur, itaque mederi tentat: quæ Christi aduentum præcessit. Proprie litterarum ductibus legerem: quæ (diuinitio) in Christum, vniuersa (primis litteris ex antecedente repetitis) præcessit, ut paullo ante: cuncta hæc gesta sunt, et c. 15. fin. quæ propheta loquebantur - vniuersa complera sunt, et c. 18. 21: testimonia prophetarum hæc (de Christi supplicio) antecesserunt. aut corrigerem: Quæ diuinitio in Christum opera præcessit, sequitur enim n. 3: diuina opera, quæ fecit. At sana mihi videtur lectio omnium omnino librorum hoc sensu: Quæ in Christum diuinitio præcessit vera, i. e. certa et euentu comprobata, non dubia, fallax, falsa. Quod si vera in neutro plurali casu accusandi sumas, respiceret vox vera n. 3: vera diuina illa opera, NON INANIA. nam per integrum caput vrget illa VERA eorumque VERAM et magnam significationem. Bün.

e) significantiam] Sic MSS. Goth. Reimm. et Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. et Fasitel. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. et seqq. quam Iun.

Lipf. et intermedix: significatiorem. Conf. n. 17. et c. 28. 11. vbi ii ipsi libri, qui hic abiere, habent significantiam. Offendi quoque in Tertull. adu. Marcion. L. 5. c. 6. et sæpius idem et Arnobius, huius loca indicat Elmenhorst. ad Arn. L. 4. p. 129. Tirones hic velim, obseruent copiam nostri an varianda voce significandi. n. 4. n. 6. n. 7. n. 9. 11. 14. 16. 17. 18. 19. 21. 24. 29. 38. 39. Bün. f) cæcorum lumina] Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515. et omnes ante Fasit. tum Gymn. Ifæus: cæcorum oculos. At MSS. Lipf. Goth. Cauc. Pal. Vltr. Angl. Reimm. Fasit. Gryph. etc. lumina. vt c. 15. 7: quorum caeca lumina etc. Bün.

g) sed hoc facto] Edo sed pro aliorum et ex Lipf. 2. 3. Reimm. et Tornæs. 1587 - 1613. Semper enim ita opponit figuræ veritatem n. 6: sed declarabat. n. 7: sed inerat. n. 9: sed figura id continebat. n. 11: Verum id portendeat. n. 14: sed - imago - fuit. Bün.

h) luce sapientia] Ven. 1471: luce sapienti. prauæ. c. 20. 13: in lucem sapientia productos dixit. Bün.

i) hætenus] i. e. hoc tantum. vid. not. ad Epit. 68. 28. et de Mort. Pers.

breui fore, vt qui erant veritatis expertes, et audirent et intelligerent diuinas Dei voces. Vere enim surdos dixeris, qui
 7 caelestia, et vera, et facienda non audiunt. Mutorum linguas in eloquium soluit^k: admirabilis, etiam quum fieret, potentia: sed inerat huic virtuti alia significatio, quæ ostenderet, mox futurum, vt rerum caelestium nuper ignari, percepta sapientiae disciplina, de Deo et veritate discerent. Nam
 8 qui rationem diuinitatis ignorat, is vere elinguis et mutus est, licet sit omnium disertissimus^l. Lingua enim quum verum loqui coeperit, id est virtutem maiestatemque Dei singularis interpretari, tum demum officio naturæ suæ fungitur. quamdiu autem falsa loquitur, in vsu suo non est: et ideo infans
 9 fit, necesse est, qui diuina proloqui non potest. Pedes quoque claudorum ad officium gradiendi reformauit. Laudabilis diuini operis fortitudo: sed figura id continebat: quod cohibitis erroribus vitæ sæcularis ac deuiæ, iter veritatis aperiretur, per quod graderentur homines ad Dei gratiam consequendam. Is enim vere claudus existimandus est, qui
 10 caligine ac tenebris insipientiæ implicatus, et quo tendat ignarus, offensibilibus^m et caducis gressibus per viam mortis incedit.

10. 5. consule Gronou. Obseru. in Eccl. Script. c. 22. et ad Tacit. L. 14. Annal. c. 51: *hactenus respondisse*, i. e. hoc tantum. Margo Paris. 1513: *hactenus* interpretatur *in presens duntaxat tempus*. Bün.

k) *linguas in eloquium soluit*] L. 4. 15. 8. L. 7. 5. 21. Iustin. L. 13. c. 7. n. 1. 6: *lingua obligationem et lingua nodis solutis dixit*. conf. Gronou. ad Senecæ Oedipum A. 3. v. 735. Bün.

l) *licet sit omnium disertissimus*] Ad didi hoc ordine: *sit* ex edd. ab a. 1465-1524. Gymn. Betul. Tornæs. Walch. vbi Lips. tert. et Reimm. *licet omnium disertissimus sit*. At Fasit. Gryph. Thom. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Cell. plane *sit* eiecerant. Bün.

m) *qui diuina*] Reimm. *quia diuina*. Bün.

n) *offensibilibus*] Sic tres Lips. Em-

man. et Ald. et ex recentibus Spark. Alter cod. Angl. et Rom. ed. *offensioibus*. Thom. et Thyf. *offensibilibus*. Cell.

n) *offensibilibus*] Bon. Tax. Cauc. Pal. Vltr. Iun. Guelf. Lips. Emman. Reimm. Ven. 1472. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Iunt. Ald. Paris. Crat. Gymn. Tornæs. Gall. Spark. *offensibilibus*, sexsyllabis; at Goth. Fasitel. Gryph. Thomas. Isæus, Cant. ed. *offensibus*, quinque syllabis. Tum Pen. Cant. MSS. Ven. 1471. etiam Rost. contra Reimm. opinio- nem cum ed. antiqua Rom. *offensio- nibus*. perperam: quis enim dixe- rit: *offensionibus incedere*. Singulari- ter et optime, (sed qua auctoritate?) Betulecius: *offensantibus*. Offenditur vtrumque adiectiuum nullibi apud veteres, nec adhuc apud alios. Bün. o) La-

cedit. Item labe et maculas inquinatorum corporum repur- 11
gavit. non exigua immortalis potentiae opera. verum id
portendebat? hæc vis, quod peccatorum labibus, ac vitiorum
maculis inquinatos, doctrina eius purificatura esset eruditione
iustitiæ. Leprosi enim vere atque elephantiaci? de- 12
bent haberi; quos vel infinitæ cupiditates ad scelera, vel in-
satiabiles voluptates ad flagitia compellunt; et dedecorum ma-
culis inustos? labe adficiunt sempiterna. Iacencia mor- 13
tuorum corpora erexit, eosque nominibus suis? in clamatos a
morte reuocauit. Quid congruentius Deo? Quid mira-
culo dignius omnium sæculorum, quam decursam vitam resi-
gnasse?, completisque hominum temporibus tempora adie-
cisse?, arcana? mortis reuelasse? Sed hæc inenarrabilis 14
potestas, imago virtutis maioris fuit; quæ demonstrabat, tan-
tam

o) labe - repurgauit] L. 4. 15. 8. Pulchre Prudentius Cathemer. 9. 31. fqq.

Membra morbis ulcerosa, viscerum putredines

Mando ut abluantur, inquit, fixatum, quod inseras,

Turgidam cutem repurgant vulnerum piamenta. Bün.

p) portendebat] Lipf. alter: *praten-
debat.* Reimm. *perrendebat.* Vtraque Ven. 1478: *protendebat;* sed optime plures scripti et Rost. Ven. 1493. 97. et longe plurimæ edd. *por-
rendebat.* Sæpe hæc verba confunduntur. vide Drakenb. ad Sil. Ital. 16. 592. p. 834: *Id monstrare, Deos atque hoc portendere signis.* Bün.

q) elephantiaci] Sex syllabis Goth. et duo Lipf. ac Pal. Quinque, *elephantiaci.* Lipf. i. Rom. Ald. *Cell.*

r) elephantiaci] Edd. meæ omnes ante Cellarium quinque syllabis: *elephantiaci.* At Bon. Vlter. Cauc. Iun. Palat. Reimm. *elephantiaci.* Cellarius, qui vix vsquam ad varias lectiones ex MSS. in Gallæi editione prouocauit, hic inde infeliciter me-

morat *Palat. quinque;* quum ex vno Pal. tantum varias Gallæus dederit. Bün.

s) maculis inustos] Multæ vett. edd. e. g. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97: *maculis iniustos.* prauc. *inustos* recte Parrh. et reliquæ cum MSS. Bün.

t) nominibus suis] elegantius ita MSS. in his Reimm. et Fasit. Gryph. et sequentes, quam ab a. 1465-1524. et Gymn. *nominibus propriis.* Bün.

u) resignasse] vid. not. L. 7. 22. 15: *quorum mors resignata est.* Bün.

x) tempora adiecisse] Duo Lipf. et ed. Rom. Ald. addunt *perpetua:* Emman. *perpetua,* quod sequentibus iungit, vt ad mortis referatur. *Cell.*

y) tempora adiecisse, arcana] Reimm. Iun. Cauc. et edd. Rost. Ven. 1472. vtraque 78 - 1515. Paris. Iunt. Gymn. Crat. *tempora adiecisse perpetua arcana.* Goth. *tempora perpetua adiecisse,* arcana: In distinctionibus valde libri variant. Fasit. Gryph. fqq. *perpetua* omiserunt. Heumannus addito et legit vt Emman. *adiecisse et perpetua arcana mortis reuelasse.* Bün.

tam vim habituram esse doctrinam suam, vt gentes in orbe toto, quæ alienæ a Deo^z, subiectæ morti fuerunt, cognitione veri luminis animatæ, ad immortalitatis præmia peruenirent. Eos enim recte mortuos existimaueris, qui datorem vitæ Deum nescientes, atque animas suas a cælo in terram deprimentos, in laqueos æternæ mortis incurrunt^a. Quæ igitur tam faciebat in præsens^b, imagines erant futurorum. quæ in læsis^c & adfectisque^d corporibus exhibebat^e; ea spiritalium figuram gerebant, vt et in præsentis virtutis nobis non terrenæ opera^f monstraret; et in futurum potestatem cælestis suæ

z) *aliena a Deo*] Ven. 1493. 97: *aliena Deo*. vitiose. Semper enim noster, vt editum, cum præpositione, e. g. n. 22. Bün.

a) *in laqueos incurrunt*] L. 2. 1. 3. Bün.

b) *faciebat in præsens*] Lips. alter et Reimm. faciebat *in præsentis* cum Torn. 1587-1613. vt mox sequitur. At n. 4: *vis valebat in præsens*. Bün.

c) *qua in læsis adfectisque*] Bene Lips. 1. et Emman. ac Goth. *in læsis*, id est mutilis, debilibus, ægrotis. Inepte alii coniungunt *illæsis*, compositione facta. Mox exhibebat iidem, Goth. et Lipsienses tres; non, vt vulgo est, *adhibebat*. Cell.

d) *in læsis*] Ita etiam Vltr. et Cauci, nec aliter Betuleius, Isæus, Gall. Sparkius ediderunt. Nescio vnde norit Heumannus in MS. Thomasio ita legi, tacente Thomasio in margine et notis, immo et Isæo, quo non vsus est Heumannus. Errat quoque in citata ed. 1476. Nam ista Rostochiensis et omnes meæ ante Betuleium editæ vitiose: *illæsis*, (vt Reimm.) aut *illæsis* dederunt. Potuissent nosse editores vim vocis ex hoc capite n. 33. vbi INTEGRVM corpus, et IÆESVM ac diminutum corpus opponuntur. Bün.

e) *adfectisque*] Betul. *afflictisque*. At scripti editique reliqui, vt edimus, et recte. *Adfecta corpora* sunt

ægrota. Sic sæpe Seneca, e. g. ad Polybium c. 32: *ægro et adfecto mederi*. L. 4. Benef. c. 11: *sic adfecto, vt spes ei nulla sit conualescendi*. Bün.

f) *exhibebat*] Ita Bon. Tax. Pal. Vltr. Iun. Emm. Reimm. Mert. Bodl. Cott. Ball. C. C. C. et Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. et Sparkius habent optime. Bün.

g) *virtutis nobis terrena opera*] Vulgatiore impresi non *terrena*; sed non abest ab omnibus manuscriptis. Duo Lips. eius loco habent aliquid, quod in forte legeris. Rom. et Ald. *virtutis nobis terrena*. Cell.

b) *virtutis nobis non terrena opera*] Lips. alter prauè: *virtutis nobis in terrena*. Reimm. *virtutis nobis non terrena opera*. Goth. *virtutis terrena opera*. Emm. Cant. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Iunt. Ald. Paris. Crat. Gymn. Betul. Torn. 1587: *virtutis nobis terrena*. (i. e. in terra exhibitæ) Tandem Fasitel. Gryph. Thomas. et seqq. etiam Cell. *virtutis nobis terrena opera*. At rectissime Isæus: *virtutis nobis non terrenæ opera*. Hæc *virtus non terrena* aliis verbis dicitur hoc capite n. 4: *cælestis virtus*. n. 6: *vis cælestis*. n. 7: *admirabilis potentia*. n. 9: *laudabilis diuini operis fortitudo*. n. 11: *non exigua immortalis potentia opera*. n. 14: *inæstabilis potestas*. Bün.

i) *pres-*

suæ maiestatis ostenderet. Ergo sicut opera eius signifi-
cantiam quoque maioris potestatis habuerunt; ita etiã pas-
sio non simplex, nec superuacua, nec fortuita præcessit. Sed
vt illa, quæ fecit, magnam virtutem ac potestatem doctrinæ
eius significabant; sic ea, quæ passus est, odio futuram esse
sapientiam nuntiabant. açeti enim potus, ac fellis cibus,
acerbitates et amaritudines, in hac vita sectatoribus veritatis
pollicebatur. Et quamquam passio ipsa per se acerba et
amara, specimen nobis futurorum tormentorum dabat, quæ
ignorantibus in hoc sæculo virtus ipsa proponit: tamen illius-
modi potus et cibus, in os doctoris nostri veniens, presura-
rumⁱ nobis ac laborum et miseriarum præbebat exemplum.
Quæ omnia tolerare ac perperì necesse est eos, qui veritatem
sequuntur, quoniam veritas acerba est et inuisa omnibus, qui
virtutis expertes vitam suam mortiferis^k voluptatibus de-
dunt. Nam corona spinea, capiti eius imposita, id decla-
rabat, fore, vt diuinam sibi plebem de nocentibus congrega-
ret. Corona^l enim dicitur, circumstans in orbe^{m-n} populus.
Nos autem, qui ante cognitionem Dei fuimus iniusti, spineæ, 22
id

i) *presurarum*] translate. Sæpe per hanc vocem scriptores S. exprimunt grauissimas calamitates. conf. not. L. 5. 22. 17. L. 7. 17. 6. Bün.

k) *mortiferis*] Ven. 1493. 97: *mortiferis*. vitiose. Vox nostro immo et antiquis satis frequens. L. 1. 1. 12. L. 2. 1. 4. L. 5. 19. 1. L. 7. 6. 2. Ira 23. 22. Bün.

l) *corona - circumstans*] Ita sæpe veteres. Ouid. L. 13. *Metam.* 1. *Conferere duces et vulgi stante corona.* Plinius L. 6. ep. 3: *densa circumstantium corona.* Apulei. in *Florid.* p. m. 350: *a circumstantis corona obrutu,* et *Metamorph.* L. 2. p. 120: *quum frequentis populi circulo conscriptus, corona circumstantium fata enodaret.* Bün.

m) *circumstans in orbe populus*]

Tres Lipf. et Goth. ac ed. Rom. *in orbe*: editum vulgo *in orbem*. Ceterum notio illa recte se habet. Cicero pro Flacco c. 28: *vox in coronam turbamque effunditur.* adde Plin. lib. 7. ep. 17. n. 9. An vero allegoria etiã huius et aliorum Christi *παρασηματων* satis accommodata sit, non disquirimus. Cell.

n) *in orbe*] Sic etiã Reimm. et edd: ab a. 1465-1524. et Gymn. At Fasitel. Gryph. et seqq. *in orbem*, vti rescribendum censet Heumannus. Sic Laët. Op. 7. 9: *ornatus* - *in orbem coactus.* Lilius 28. 33: *in orbem stantibus equis.* Ita diuersis locis Ovidius: *curuare - flectere cursus - versare corpora - equitare in orbem.* Illustrat: *in orbem* Heinsius ad Petronii c. 35. ed. Burm. p. 145. Bün.

o) *Plexi*

id est mali et nocentes eramus, ignorantes quid esset bonum et a iustitiæ notione atque operibus alieni, omnia scelere ac libidine polluebamus. Plexi ergo ex dumis et sentibus sanctum Dei caput cingimus, quia conuocati ab ipso et circumfusi vndique ad eum, magistro ac doctore Deo adfistimus; regemque illum mundi et omnium viuentium dominum coronamus. Quod vero ad crucem spectat, magna in ea vis ac ratio est, quam nunc conabor ostendere. Deus namque, (sicut superius exposui) quum statuisset hominem liberare, magistrum virtutis legauit in terram, qui et præceptis salutaribus formaret homines ad innocentiam, et operibus factisque præsentibus, iustitiæ viam panderet, qua gradiens homo, et do-

b) Plexi] Cotton. Mert. Lipf. alter, Reimm. Torn. MSS. et vtraque Ven. 1478. 93. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Plecti, vnde Io. Cauci volebat: Plexi, itaque exhibuit Betuleius. Sic Lucretius 5. 1398.

Tum caput atque humeros plexis redimire coronis

Reliqui ex plecti videntur ob litterarum similitudinem, et vocem nihil videntur finxisse: Electi. Bün.

p) *ex dumis et sentibus*] Ven. 1471. et Rost. *ex diuinis assensibus*. prauè. Lipf. tert. *ex spinis et sentibus*, notiori vocè subornata. *ex dumis et sentibus* rectum iunxit, vt Virgilius L. 9. Aen. 380. sq. quem imitatur

- - *Omnemque abitum custode CORONANT*

Silua fuit, late dumis atque ilice nigra

Horrida, quam densi complebant vndique SENTES. Bün.

q) *coronamus*] i. e. hoc ipso numero: *cingimus*. Vindico elegantem hanc translationem ad Librum de Opif. 10. 27: *Papilla - paruis orbibus coronata.* adde Virg. loco vix citato. Hoc aptius Ouid. L. 5. Metam. 388.

Silua coronat aquas, cingens latus omne.

et L. 9. Met. 335: *Est lacus - summum myrteta coronat.* Apuleius de Deo Socrat. *caput editi montis ceu quibusdam curus torquibus coronarent.* in Florid. *ceruicula eius circulo minao, velut aurea torqui pari fulgoris circumactu cingitur et coronatur.* add. meus Index ad Castell. Versionem Cod. S. p. 49. Bün.

r) *factisque præsentibus - perueniret*] In MSS. additum *que*, et *perueniret* legitur: alii *que* deuto *peruenit.* Cell.

s) *factisque præsentibus*] Habent que additum Angl. Lipf. Goth. Reimm. et omnes ab 1465 - 1524. et Gymn. Torn. Betul. Iszus, Sparkius. At neglexerat Fasitellius, quem negligentiùs Thomas. Thyf. Gallicus secuti. Bün.

t) *iustitia viam panderet*] Ediderant Fasitel. Gryph. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Cantabr. ed. Cell. et Heunarm. *iustitia vim panderet.* At voces *panderet - gradiens*, et sequentia requirunt *viam*, vt MSS. Angl. Lipf. Goth. Reimm. et editi ab a. 1465 - 1524. Gymn. Torn. Betul. Iszus,

doctorem suum sequens, ad vitam æternam perueniret*. Is 26
 igitur corporatus est, et veste carnis indutus, vt homini, ad
 quem docendum venerat, virtutis et exempla et incitamenta
 præberet. Sed quum in omnibus vitæ officiis iustitiæ spe- 27
 cimen*, præbuisset; vt doloris quoque patientiam*, mortis-
 que contemptum, quibus perfecta, et consummata fit virtus,
 traderet homini; venit in manus impiæ nationis, quum et
 vitare potuisset, scientia futuri, quam gerebat, et repellere
 eadem virtute, qua mirabilia faciebat. Sustinuit ergo cru- 28
 ciatas, et verbera, et spinas. Postremo etiam mortem susci-
 pere non recusauit; vt homo illo duce subactam, et catena-
 tam mortem cum suis terroribus triumpharet*. Cur au- 29
 tem summus pater id potissimum genus mortis elegerit, quo
 adfici eum fineret; hæc ratio est. Dicat enim fortasse ali-
 quis, cur si Deus fuit, et mori voluit, non saltem honesto
 aliquo mortis genere adfectus est? cur potissimum cruce? cur
 infami genere supplicii^a? quod etiam homine libero, quam-

VIS

Itæus, Walchius recte habent. Sic
 locus huic geminus L. 7. 27. 5: *du-
 cem misit, qui nobis iustitia viam
 panderet.* Epit. c. 51: *vt humillimis-
 viam panderet ad salutem.* Occurrit
viam pandere apud Liuium et An-
 nianum Marcellinum. Alibi noster
 L. 4. 12. 7: *vt viam salutis aperires.*
 Bün.

x) *perueniret*] Illud prauum *perue-
 nit* ex Thomasio male a sequacibus
 Thyfio, Gall. Sparkio, Cant. ed. re-
 ceptum, repudiant omnes scripti et
 editi reliqui, etiam Itæus, in quibus:
perueniret. Bün.

x) *specimen*] i. e. exemplum. Cic.
 L. 3. Leg. c. 3: *Is ordo vitio vacato:
 cesoris specimen esto.* Quintil. L. 3.
 Instit. c. 1: *dadis unicum apud nos
 specimen orandi.* M. Tullius. Bün.

y) *vt doloris quoque patientiam*] Vere, si de secundo fine passionis
 dominicæ intelligas: sine primario,
 qui satisfactio pro peccatis est, non
 excluso. Cell.

z) *mortem cum suis terroribus tri-
 umpharet*] cum accus. vt L. 6. 23. 39:
hic terram triumphabit. Epit. c. 46:
captiuos triumphauit. et quæ nota-
 vi ad L. de Mort. Perf. 16. 5: *scabulum
 cum suis terroribus triumphasti.* ex
 hoc loco adparet perperam in no-
 stro loco, quem tractamus: *mortem
 cum suis erroribus* legi. in Ven. 1493.
 97. Parrh. Ald. vbi MSS. editi vete-
 res et plerique noui: *terroribus.* re-
 cte. Bün.

a) *cur infami genere supplicii*] Vi-
 dentur excidisse ex Gallæi editione,
 nam habent MSS. et editi mei omnes.
 eodem sensu, quo hic *infami* dixit
 L. 4. 16. 1: *insigni supplicio.* c. 30. 1: *exse-
 crabilis patibulo.* Arnobius L. 1. p. 20.
 pr. *secirco dii vobis infesti sunt.* quod
 hominem natum et, quod personis
 infame est vilibus, crucis supplicio
 interentum Deum fuisse contendi-
 tis. conf. p. 23. et Lipsium L. 1. de
 Cruce c. 12. et c. 13. Bün.

b) quod

30 vis nocente, videatur indignum ^b. Primum quod is, qui humilis aduenerat, vt humilibus et infimis ^{c-d} opem ferret, et omnibus spem salutis ostenderet, eo genere adficiendus fuit, quo humiles et infimi ^e solent; ne quis esset omnino, 31 quī eum non posset imitari. Deinde, vt integrum corpus eius conseruaretur, quem die tertio resurgere ab inferis oportebat. Nec enim hoc cuiquam ignorandum est, quod ipse ante de sua passione prædicens ^{f-g}, etiam id notum fecerit; habere se potestatem, quum veller, deponendi spiritum, et 32 resumendi. Suffixus ^{h-i} itaque quia spiritum deposuerat ^k, ne-

b) quod etiam homine libero indignum] quia seruorum, crux, supplicium erat. Cell.

c) et infirmis] MSS. Angl. Goth. et Lipf. duo; etiam veteres impresfi. Sequiores infirmis. Cell.

d) et infimis] Plerique scripti et editi veteres: et infirmis, sed præfero: et infimis ex Lipf. secundo, Fafitelio, Gryph. Thomasio et Iſæo, et requirit vox: humilibus, et verba: supplicium-homine libero indignum. Crux enim supplicium seruorum. Nam seruorum, inquit Cicero pro Cornel. vis et fortuna conditio infirma est. Idem homines humiles et abiectos vocat sæpe infimos, æque ac Firmianus. Noster in Epit. c. 51: suscepit id genus mortis, quod solet humilibus irrogari. hic alteram vocem utpote minus necessariam, omisit. Epit. c. 55. 6: nullus hominum ne infirmorum quidem ac mendicorum. conf. L. 3. 12. 19. L. 5. 14. 9. Heumannus quoque et infimis tuetur. Bün.

e) humiles et infimi] Sic h. l. re-tius Lipf. Cauci, Reimm. Falit. Gryph. Thomas. et seqq. Bün.

f) prædicens] Goth. et duo Lipf. hoc exhibent, quod conuenientius, quam aliorum prædicans. Cell.

g) prædicens] Ita quoque Reimm. et Torn. MS. ad marg. 1587. Bün.

b) Suffixus itaque] MSS. Angl. Lipf. et Goth. cum ed. Rom. suffixus: vulgares fixus. Cell.

i) Suffixus] Ita Pal. Iun. Cauc. Reimm. et ab anno 1465-1563. editi; at Bon. Thomas. et seqq. Fixus. vtrumque probum. pro simplici L. 4. 10. 3. c. 18. 18. c. 30. 7. Tertull. de Patientia c. 3: taceo quod figitur. De suffigere conf. Lipf. L. 1. de Cruce c. 3. Sic Tertull. Apol. c. 21: Suffixus. Bün.

k) quia spiritum deposuerat] Præ-tuli hanc lectionem Bonon. in quo: quia. cui proxima lectio Lipf. secund. tert. Reimm. cum spiritum deposuerat. Tum Pal. Iun. Cauc. Lipf. l. Emman. Ven. 1472. vtraque Ven. 1478. cum spiritum sponte deposuerat. Quia vero quum aliis conuictium videbatur requirere, ediderunt Ven. 1493. 97 - vsque ad ann. 1563. editi: quum spiritum sponte deposuisset. Cauc. MS. Subl. Ven. 1471. et Rost. quum spiritum sponte deponeret. Thomasio, If. Thyf. Gall. Spark. Walch. quum spiritum deposuisset. Heumanno ita scripsisse videtur Lactantius: quia spiritum sponte posuisset; quia Io. 10. 18. vetus interpres verbo ponere vsus sit. Addo Lactantium ipsum de Christo dixisse L. 4. 19. 2: et vltro spiritum posuit. et in Epit. c. 45. fin. eodem modo

necessarium carnifices non putauerunt, ossa eius suffringere^l (sicut mos eorum ferebat), sed tantummodo latus eius perforauerunt. Sic integrum corpus patibulo detractum est,³³ et sepulcro diligenter inclusum. Quæ omnia iceirco facta sunt, ne læsum, ac diminutum corpus ad resurgendum inhabile redderetur. Illa quoque præcipua fuit causa, cur Deus crucem maluerit^m, quod illa exaltari eum fuit necesse, et omnibus gentibus passionem Dei notescere. Nam quo-³⁴ niam is, qui patibulo suspenditur, et conspicuus est omnibus, et ceteris altior; crux potius electa est, quæ significaret illum tam conspicuum, tamque sublimem futurum, ut ad eum cognoscendum, pariter et colendum, cunctæ nationes ex omni orbe concurrerent. Denique nulla gens tam inhumana³⁵ est, nulla regio tam remota, cui aut passio eius, aut sublimitas maiestatis ignota sit. Extendit ergo in passione ma-³⁶ nusⁿ suas, orbemque dimensus est, ut iam tunc ostenderet, ab ortu solis vsque ac occasum, magnum populum ex omnibus linguis et tribubus congregatum, sub alas suas esse venturum; signamque illud maximum atque sublime, frontibus suis suscepturum. Cuius rei figuram Iudæi etiam nunc ex-³⁷ hibent, quum limina sua de cruore agni notant. Deus enim percussurus Aegyptios, ut ab ea plaga immunes faceret Hebræos; præceperat his, ut agnum candidum, sine macula immolarent, ac signum liminibus suis de sanguine eius impone-

mento, quo spiritum possuit. At quia ad vnum omnes libri compositum præferunt, et sponse ab antiquissimo Bonon. Lipf. secundo, tert. Reimm. et Tornæs. MSS. abest, quippe cuius vis, auctore Thomasio, in deponuerat latet, et plures MSS. deponuerat exhibent, denique illud QVIA indicatio aptius causam indicat, cur ossa ei non suffregerint, exprimi curavi scripturam Bononiensem. Paulo ante n. 31: habere se possessorem, quam velles, deponendi spiritum et resumendi. Cyprianus de Idol. Vanit. in fine dixit: crucifixus præ-

vento carnificis officio spiritum sponse dimisit. Aperte expresit Tertullianum, qui in Apol. c. 21. Nam (suffixus) spiritam CVM VERBO (i. e. adhuc loquens) sponse dimisit, prævento carnificis officio. Bün.

l) ossa suffringere] phrasi Ciceronis. Conf. Lipsium L. 2. de Cruce c. 14. Bün.

*m) maluerit] notavi ad n. 1. Bün.
n) extendit-manus etc.] vid. de Mort. Pers. c. 3. n. 5. not. huc addunt sæpe Patres. vid. Lipf. L. 1. de Cruce c. 10. et Kortholt. Pagan. Obtrect. c. 1. sect. 9. p. 357. Bün.*

o) pri-

38 nerent. Itaque quum Aegyptiorum primogenita ^o vna nocte interiscent; Hebraei soli, signo sanguinis, tuti fuerunt, non quia cruor pecudis tantam in se vim gerebat ^p, vt hominibus 39 saluti esset; sed imago fuerat rerum futurarum. Agnus enim ^q candidus, sine macula, Christus fuit, id est innocens et iustus et sanctus, qui ab iisdem Iudaeis immolatus, saluti est omnibus, qui signum sanguinis, id est crucis ^r, qua sanguinem fudit, in sua fronte conscripserunt. Frons enim summum limen est hominis, et lignum ^s sanguine delibutum, 40 crucis significatio est. Denique immolatio pecudis ab iis ipsis, qui faciunt, pascha nominatur, ἀπὸ τῆ πάσχα ^x ^y;

quia

^o) *primogenita*] Edo *primogenita* ex Goth. Lipf. secundo, Reimm. Emman. Cantabr. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Iunt. Parch. Paris. Ald. Crat. Gymn. Torn. 1587 - 1613. Isrus et sic Castellio Exod. 12. 12. optime. Pro quo recentiores Fasitelio, Gryph. Thomasio ducibus substituerunt: *primogeniti*. Bün.

^p) *vim gerebat*] Sic Lipf. Goth. Reimm. Emman. Vltr. Pal. Cauc. et Fasit. Gryph. Torn. Thomas. et seqq. vbi MS. Cant. et ab a. 1465-1524. editi et Gymn. *vim haberet*. Bün.

^q) *Agnus enim candidus*] Sic Lipf. tres poni iubent: aliis est. Nam *agnus*. Cell.

^r) *Agnus enim*] Conspirant cum Lipf. MSS. Goth. Reimm. et Torn. 1587 - 1613. ita edidit, sic quoque legit Rittershus. L. 5. Sacr. Lect. cap. 14. p. 401. Bün.

^s) *signum crucis*] vid. c. 27. toto, et conf. Weitz. ad Prudent. Hymn. VI. Cathemer. 131. p. 560. Barth. Aduerfar. L. 41. c. 27. Rittershus. Sacr. Lect. L. 5. c. 14. et doctorum notas ad L. de Mort. Perf. c. 10, 1. sqq. Maxime Sagittar. de cruciatus Martyrum, quod altero tanto ab ipso auctius possideo. c. 16. §. 15. sqq. p. 167. sqq. Ex Pontificiis Alanus Copus Dial. 4. c. 6. patruin ad 600.

a Christo annos testimonia de Cruce et eius virtute collegit. Gretseri vero opus vastum de Cruce notum. Bün.

^t) *in fronte conscripserunt*] Heumannus *in-scripserunt* rescribendum censet. At tres Lipf. Reimm. Cauc. Iun. Rost. Ven. vtraque 78 - 1515. et omnes ante Fasitellium, post eum etiam Gymn. et Torn. 1587 - 1613. in sua fronte (aut: *sua in fronte conscripserunt*. Modo vero coniunctiuo Goth. Angl. Fasit. Gryph. Thomas. et seqq. *conscripserunt*. Alibi noster ita variat n. 42: *signum - sanguinis in summo corporis sui notare. c. 27. 3: signare frontem*. Mort. Perf. 10. 2: *imponere fronti immortale signum*. Bün.

^u) *et lignum*] Isrus: *et limen sanguine delibutum*. Forte recte, at scripti et editi: *et lignum*. Bün.

^x) ἀπὸ τῆ πάσχα] Haec adduntur in Goth. Lipf. 1. et ed. Rom. ac Aldi: in Anglis quidem MSS. non leguntur, spatium autem in vtroque, quo inscriberentur, relictum est, et in altero Emman. in margine adnotatum, *Deficit Gracum*. Fallitur autem noster in vocis *paschatis* origine, quae Ebræa est, non ducenda ex Graecia. Cell.

^y) *pascha απο τῆ πάσχα*] Graeca

quia passionis figura est, quam Deus, præsciens futurorum, tradidit per Moſen populo ſuo celebrandam. Sed tum figura valuit in præſenti ad depellendū periculum, vt adpareret*, quantum veritas ipſa valitura ſit ad plebem Dei protegendam in extrema totius orbis neceſſitate. Quomodo autem, vel in qua plaga tuti omnes ſint futuri, qui ſignum hoc veri et divini ſanguinis in ſummo corporis ſui notaerint*; in nouiſſimo libro docebo.

XXVII. Nunc ſatis eſt, huius ſigni potentiam^a, quantum valeat, exponere. Quanto terrori ſit dæmonibus hoc ſignum, ſciet, qui viderit, quatenus^b adiurati per Chriſtum, de corporibus, quæ obſederint, fugiant. Nam ſicut ipſe, quum inter homines ageret^c, vniuerſos dæmones verbo fugabat, hominumque mentes emotas^{d. e}, et malis incurſibus^{f. g} furiatas in ſenſus priſtinos reponebat: ita nunc ſectatores eius eodem ſpiritus inquinatos de hominibus, et nomi-

Græca abſunt ab Bon. et Iun. MSS. falſam deriuationem ad nauſeam vſque notarunt alii, quibus addas Bochart. Hieroz. T. 1. f. 556. ed. Fref. et Suiceri Theſ. Eccl. T. 2. ed. primæ f. 609. Bün.

z) Sed tum -- vt adpareret] Ita recentius MSS. Faſit. Gryph. Thom. et recentiores, quam ante Faſtelium excuſi: Sed tamen - vt adpareat. Torn. 1587: ſed tum - vt adpareat. Iſæus: ſed tamen - vt adpareret. Bün.

*] in ſummo corporis ſui notaerint] Lipſ. alter et Reimm. in ſummo corporis ſui loco. ſine neceſſitate. de Opif. 7. 9. de capite; quia in ſummo fuſurum eras. Bün.

a) huius ſigni potentiam] Excuſi ante Faſtelium cum MS. Iunii: de huius ſigni potentia, idque præfert Heumannus; hic ſingularis Gymnic. me de huius ſigni potentia. At MSS. Lipſ. Goth. Reimm. Faſit. Gryph. Torn. Thomas. Iſæus, reliqui: hu-

ius ſigni potentiam exponere. Vtrumque probum, et Cortius illuſtrat hoc et ſimilia verba ad Salluſt. Catil. c. 4. 3. p. 28. Lactantius amat accuſandi caſum L. 4. c. 15. 5. c. 27. 11. de Mort. Perſ. 24. 2. Bün.

b) quatenus] i. e. quomodo, vt n. 11. c. 30. 4. L. 5. 22. 15. L. 7. 6. 7. c. 14. 1-12. c. 16. 1. c. 17. 1. Bün.

c) ageret] Lipſ. 2d. vagaret. vid. not. ad L. 4. c. 23. 2: inter quos agit. De forma actiua vago confer N. Heinſium ad Quid. 8. Metam. v. 13. et ad Prudentii Cathemer. 6. v. 29. Bün.

d) hominumque mentes emotas] Vide lib. 1. cap. 4. num. 3. Cell.

e) mentes emotas] Illuſtraui ad L. 1. 4. 3. Bün.

f) et malis incurſibus furiatas] Sic Lipſ. et Rom. et alii libri. Incurſus ſunt oppugnationes, inſultus. Cell.

g) incurſibus] Ita omnes. conf. n. 14. L. 2. 15. 6. Bün.

M m

b) ſa-

3 mine magistri sui et signo passionis, excludunt. Cuius rei non difficilis est probatio. Nam quum diis suis immolant, si adsistat aliquis signatam frontem gerens, sacra nullo modo litant ^{b. i.},

Nec responsa potest^k consultus reddere vates.

4 Et hæc sæpe causa præcipua iustitiam persequendi, malis regibus fuit. Quum enim quidam ministrorum e cultoribus Dei ^l sacrificantibus dominis adsisterent^m; imposito frontibus signo, deos illorum fugauerunt, ne possent in visc-

ri-

b) *sacra nullo modo litant*] non prospera indicia habent, quibus futura possint depingere, vt mox dicitur *scit.* 4. Cell.

i) *sacra nullo modo litant*] ἡ καὶ λαιεργεσι, inquit Rittershus. Lect. Sacr. L. 5. c. 14. p. 401. Pluribus explicant Saubertus de Sacrific. c. 3. fin. et Stuckius f. 152. sq. Gyrard. Synt. 17. de Sacrific. T. 1. Op. ed. Lugd. B. f. 526. et index meus Latinit. selectæ ad Castellion. Version. Cod. S. p. 122. verbis libri de Mort. Perf. 10. 1. 2: *quum immolant pecudes et in iecoribus earum ventura (h. l. futura) querunt, solitas in exis notas non vident. n. 3: mactata hostia nihil ostendunt - non respondent sacra.* Bün.

k) *Nec responsa potest*] Ex Georgic. 3. v. 491. Cell.

l) *quidam ministrorum e cultoribus Dei*] Ita in duobus MSS. Regiis Paris. antiquioribus scriptum, teste Nurrio in dis. ad L. de Mort. Perf. p. 181. hinc prætulimus reliquis obscurioribus, nam proxime accedit verbis de Mort. Perf. c. 10. pr. n. 2: *quidam ministrorum scientes Dominum. et L. 2. 15. 3. Iustos, inquit, id est cultores Dei metuunt.* conf. L. 5. 11. 19. L. 6. 17. 6. Goth. Lips. alter, Reimm. Rost. Ven. 1472. vtraque 78. 93. 97. Paris. Fasit. Gryph. *quidam ministrorum nostri.* Angl. Lips.

tert. Betul. Thomas. Torn. 1542-1613. Gall. Spark. ed. Cantabr. Cell. Wach. *quidam ministrorum nostrorum.* Parrh. 1509. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Isæus: *quidam nostrorum, omisso: ministrorum.* At ex dictis prioribus et n. 4. dicendis patet, neque vocem *ministrorum* delendam, neque, vt Barthius Aduersar. L. 41. c. 27. facit, in *mysteriorum* corrigendam. Bün.

m) *sacrificantibus dominis adsisterent*] Solus Gothanus: *sacrificantibus demoniis adsisterent.* Nihil mutato. ministrorum est dominis adsistere. Sulpic. Seu. 1. Hist. 35. 3: *quum Sauli David adsisteret.* hinc Lactantius dixit L. 1. 7. 5-8 - 11. *demonas Dei MINISTROS - qui Deo (domino) ADSISTVNT.* et iterum in loco nostro confimili de Mort. Perf. 10. 2: *Tum quidam ministrorum scientes Dominum, quum adsisterent immolanti (domino, imperatori) quid quod sectatores Christi, hoc capite 27. 2. sive, cultores Dei ex MSS. regis Parisiensibus n. 3. nisi fuissent simul ministri vel famuli dominorum gentilium non adstitissent sacrificiis profanis gentilium, a quibus abhorrebant, vtpote Christiani. vid. Tertull. de Spectacul. c. 5. et de Idololatr. c. 16.* Bün.

ribus hostiarumⁿ futura depingere^o. Quod quum intel-
ligerent aruspices; instigantibus iisdem dæmonibus, quibus
profecerant P. 9; conquerentes, profanos^r homines sacris
interesse; adegerunt s. t. principes suos in furorem, vt expu-
gna-

n) in visceribus hostiarum] Ita plu-
res scripti et excusi; at Cant. MS.
Subl. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. in
visceribus bestiarum. Recte quidem,
vt in de Mort. Perf. c. 10. 1. impera-
tor-scruator rerum futurarum im-
molabat pecudes, et in IECORIBVS
EARVM (pecudum), i. e. in visceri-
bus bestiarum, h. l. *ventura querebat.*
res eodem redit. Büñ.

o) futura depingere] Verf. Gall.
qu'ils ne peussent figurer es entrailles
des bestes immolées les choses futures.
Biin.

p) quibus profecerant] Hæc genui-
na lectio, quia *profecare* est sacrifi-
ciorum verbum. Suetonius Aug. c.
1: *Cum Marti rem diuinam faceret,*
femicruda exta, rapta foco, profecuit.
Et Tertullianus Apolog. c. 46. *Ae-*
sculapio gallinacium profecari. Hinc
proficia, profecta, exta et partes, e
quibus diuinabant. Ouidius Fastor.
lib. 6. v. 163.

- Sic ubi libauis, profecta sub athe-
re ponit.

Male codices Lactantii *profecant*,
aut *profecarant*. Cell.

q) *profecarant*] Cotton. Lipf. tres,
Reimh. Ven. 1472. altera 78. 93. et
iam 97. (contra Heumannum) Ald.
Crat. Gymn. Torn. 1548-1613. Be-
tul. *profecarant*. eadem vi Ven. pri-
ma 1478: *profecarant*. Rost. *prosa-*
crant. Fasit. Gryph. Thomas. Ifæus
et ed. Cant. cum MSS. Emman. et
Cantabr. MS. vt ex silentio in notis
suspitor: *profecant*. Vltr. et Iun.
MSS. *consecarant*. Goth. *consecant*.
Parrh. Paris. Iunt. *profecarant*. Io.
Cauci existimat legendum: *profeca-*

bant, quæ lectio teste Gallæo ex Pa-
lat. membranis confirmatur, et Spar-
kius: *alii rectius*, inquit, *profecabant*
legunt, ediderunt tamen Gall. et
Spark. *profecant*, et hæc lectio Cel-
lario et Heumanno genuina; et est
sane elegans; Ifæus in notis suspi-
catur legendum: PROSECVERAT, si-
mul tamen testans, PROSECRANT, se
repperisse in MSS. et editis plurimis.
Tutius putavi representare ex cer-
tis MSS. et edd. vetustis *profecarant*,
longe plurimum in omnibus locis
Lactantii obuium, licet nouum ver-
bum. repete a me dicta ad Laet. L.
3. 20. 16: *profecarant*, et ad Epit. 23.
3. in vnico antiquiss. MS. *profeca-*
bant. Biin.

r) *profanos homines*] Aruspices
Christianos h. l. vocant *profanos ho-*
mines, pari modo vt in libro de Mort.
Perf. c. 10. 3: *quod rebus diuinis PRO-*
FANI HOMINES, i. e. Christiani a
gentilium sacris alieni *interessent*.
Biin.

s) *adegerunt*] MSS. Angl. Goth.
Lipf. duo, et ed. Rom. Alii *ege-*
runt. Cell.

t) *adegerunt principes suos in fu-*
rorem] Lipf. 2. 3. Reimm. Ven. vtra-
que 1478. Paris. 1513. Torn. 1587-
1613: *adegerunt principes ipsos in fu-*
rorem. Goth. Emman. Cant. Parrh.
Iunt. Ald. Crat. Gymn. Torn. 1542.
Betul. *adegerunt principes suos in fu-*
rorem. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Ifæus:
adegerunt principes suos in furore. At
Lipf. primus, Fasit. Gryph. et ex
his Thomas. Thyf. Gall. Spark.
egerunt principes suos in furorem.
Adegerunt - in furorem commode

gnarent * * Dei templum; seque vero sacrilegio contamina-
rent, quod grauisimis persequentium pœnis y expiaretur.
6 Nec tamen ex hoc ipso cæci homines intelligere possunt; aut
hanc esse veram religionem, cui ad vincendum tanta vis in-
est, aut illam falsam, quæ subsistere *, aut congregari non
7 potest. Sed aiunt, hoc Deos non metu a^b, verum odio
facere. quasi quisquam possit odisse nisi eum, qui aut no-
ceat, aut possit nocere. immo vero congruens maiestati fuit,
vt eos, quos oderant, præsentibus pœnis adficerent potius,
8 quam fugerent^c. - Sed quoniam neque accedere ad eos pos-
sunt, in quibus cælestem notam viderint; nec iis nocere, quos
signum

Heumannus illustrat ex Terent. A-
delph. 1. 2. 31: *Tu adiges me ad insa-*
niam. Desidero adhuc exempla ve-
terum, vbi dixerint: *adigere in ali-*
quid; solent enim eandem præpo-
sitionem ad geminare. Aliis verbis
Lactantius L. 5. 21. 3: *instigant ne-*
scios in furorem. L. 6. 20. 32: *conci-*
tare animos in furorem. Lætionem
simplicis: *egerunt in furorem tueri*
potest Seneca epist. 42. fin. *circum-*
spice ista, qua nos agunt in insania-
m. Castellio Act. 26. 24. εἰς μανίαν
περιτρέπειν scite vertit ad *insa-*
niam redigere. conf. Lact. 5. 7. 7. in
id. agant. Bün.

u) *expugnarent Dei templum*] Sic
MSS. fere omnes, et ed. Rom. vetus:
hoc est euerterent ecclesiam. Vide
post c. 30. sect. 11. Vulgo legitur *ex-*
purgarent. Cell.

x) *expugnarent Dei templum*]
Vnus Vatican. *expiarent Dei tem-*
plum. Fasit. Gryph. Thomas. Iseus,
Thyf. Gallæus: *expurgarent Dei tem-*
plum. male; peius vero Iseus *Dei*
templum explicat *Iouis, vel Apollin-*
is, vel cuiusuis alterius demonis,
meritoque notatur et refutatur a
Steph. Baluzio; rectissime exposuit
versio Gall. *qu'ils destruisissent le*

temple de Dieu. Cellarius: *euerterent*
ecclesiam. *Expugnarent* legendum
esse docent teste eodem Baluzio ad
Lact. M. P. c. 10. SEX *vetusti codd.*
Bibl. Regia, totidem Colbertina, por-
ro duo Bonon. plures Vaticani, Em-
man. Cant. Vltr. Iun. Cauci, Guelf.
Goth. Lipf. tres, Reimm. Subl. Rost.
Rom. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515-
1521. Iunt. Paris. Crat. Gymn. Torn.
1548-1613. Betul. Sparkius. Bün.
y) *grauisimis persequentium pœ-*
nis expiaretur] Hoc demonstrat li-
ber de Mortibus Persecutorum.
Bün.

z) *subsistere*] i. e. stare, vt 3. 4. 14.
vide in eum Indicem ad Castellio-
nis Versionem C. S. p. 209. Bün.

a) *non metu, verum odio*] MSS.
et Rom. *metu*. male vulgo *metu*.
Cell.

b) *metu*] Conf. L. 2. 15. 3. Ita o-
mnes MSS. et ultra triginta editi;
illud prauum metu ex Thomasiarta
ad Thyf. Gall. Cant. transiit. Bün.

c) *fugerent*] Sic recte plures, vbi
perperam vtraque Ven. 1478. Paris.
fugarent. Conf. n. 13. et L. 5. 21. 4:
Hi (dæmones) fugiunt (i. e. frequen-
ter fugiunt) iustos, et patient - et in
nominis veri Dei fugantur. Bün.

d) *se-*

signum immortale^d munierit, tamquam inexpugnabilis murus; lacesunt eos^e per homines, et manibus persequuntur alienis. Quos profecto si esse^f confitentur, vicimus^g; Necesse est⁹ enim veram esse hanc religionem, quæ et rationem dæmonum nouit, et astutiam intelligit, et vim retundit, et eos spiritalibus armis domitos ac subactos, cedere sibi cogit. Si ne-¹⁰gant, testimoniis poetarum ac philosophorum refellentur. Quod si esse, et malos esse, infitias non eunt; quid superest, nisi vt alios dicant esse deos, alios dæmones? Expo-¹¹nant igitur nobis differentias generis vtriusque, vt sciamus, quid colendum, quid execrandum sit. Habeantne inter se aliquod consortium, an vero inimici sint. Si sunt aliqua necessitudine copulatiⁱ, quatenus eos discernemus? aut quomodo vtriusque generis honorem cultumque miscebimus? si autem sunt inimici; cur aut dæmones deos non timent, aut dii dæmones fugare non possunt? Ecce aliquis instinctu¹² dæmonis percitus^k dementit, effertur^{l,m}, insanit; ducamus hunc

d) signum immortale] Reimm. mortale. prae. signum crucis vocat immortale. vid. de Mort. Perf. 10.2. Bün.

e) lacesunt eos] Recte exponit Heum. dæmones lacesunt - Christianos per homines sibi additos. Huc pertinet idem locus ex L. 5. 21. 6: quia per se nocere his (iustis) nihil possunt, publicis eos odiis persequuntur, et ibid. n. 3. Bün.

f) alienis. Quos profecto si esse] Recentiores edd. comma post alienis posuerant, veteres duo puncta, sed punctum ponendum esse Heumannus quoque vidit. Tria enim proponit: (1) si tales i. e. dæmonas esse (dari) confitentur, (2) si negant dæmonas esse, n. 10. (3) si esse, et malos esse confitentur, n. 10. Optime mentem expressit versio Gall. laquelle chose s' ils confessent estre telle c' est à dire, qu'il y ayt des diables, cez nous auons gagné. Codex Bal. liol. xque vt Goth. quos profecto si esse iustos confitentur. Sed recte Spar-

k) percitus] hic, inquit, agitur de dæmonum existentia. Bün.

g) quos profecto si esse confitentur, vicimus] Goth. si esse iustos, quo additamento abstinent alii. Ceterum vicimus MSS. non vicimus. Cell.

h) vicimus] Goth. Reimm. Ven. 1472. vtraque 78.93.97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. et reliqui ante Cellarium: vicimus in præterito; at Angl. Sublac. Rost. vincimus. Lipf. tert. vitiose: quos nos esse confitentur, vt conuincimus. similis variatio præf. et præteriti in libris, L. 3. 4. 14. Bün.

i) necessitudine copulati] Goth. Lipf. alter, Reimm. necessitate copulati. At recte reliqui: necessitudine. Ita L. 5. 8. 6. necessitudinis vinculo copulatos dixit. Bün.

k) percitus] Lipf. alter: paratus. Rost. parcius. vitiose. L. 1. 9. 10: percitus furore atque insaniam. Bün.

l) effertur, insanit] Vide supra ad Lib. 1. c. 21. sect. 17. Cell.

m) dementit, effertur] MS. Iunt. M m 3 Parrh.

hunc in Iouis optimi maximi templum, vel, quia sanare homines Iuppiter nescit, in Aesculapii vel Apollinis fanum. Iubeat vtriuslibet sacerdos, dei sui nomine, vt nocens ille spiritus excedat ex homineⁿ: nullo id pacto fieri potest.

¹³ Quæ igitur vis deorum est, si subiectos sibi dæmonas non habent? At vero iidem dæmones, adiurati per nomen Dei

¹⁴ veri, protinus fugiunt. Quæ ratio est, vt Christum timeant, Iouem autem^o non timeant, nisi quod iidem sunt dæmones, quos vulgus deos esse opinatur? Denique si constituitur^p in medio et is, quem constat incursum dæmonis peti, et Delphici Apollinis vates, eodem modo Dei nomen horrebunt; et tam celeriter excedet de vate suo Apollo, quam ex homine spiritus ille dæmoniacus; et adiurato fugatoque deo suo, vates in perpetuum conticescet. Ergo iidem sunt dæmones, quos fatentur execrandos esse; iidem dii, quibus

¹⁵ supplicant. Si nobis credendum esse non putant, credant Homero, qui summum illum Iouem dæmonibus adgregauit^q; sed et aliis poetis ac philosophis, qui eosdem modo dæmonas, modo deos nuncupant; quorum alterum verum,

¹⁶ alterum falsum est. Illi enim nequissimi spiritus, vbi adiurantur, ibi se dæmonas confitentur; vbi coluntur, ibi se deos mentiuntur, vt errores hominibus immittant, et auocent^r a veri Dei notione; per quam solam potest mors æterna

na

Parrh. Ald. Crat. Gymn. *percitus dementia effertur*. Rost. *percitus dementia effertur*. Ven. 1471. utraque 78: *percitus dementia effertur*. Omnes perperam. Rectissime MSS. Goth. Reimm. Angl. Ven. 1493. 97. Paris. Fasit. Gryph. Betul. Thomas. et reliqui: *percitus dementit, effertur, insanit*. Iterum L. 7. 12. 14; *ebrietas dementit*. Tertull. de Anima c. 18: *quum dementit homo, dementit anima*. Conf. Lucret. L. 3. 465. vbi Lambinus in nostro mallet: *dementat*, a demento primæ coniug. legere. de quo ad Libr. de Mort. Perf. 7. 10. Bün.

n) *excedat ex homine*] Goth. *excedat - ab homine*, vt paullo ante de vate L. 2. 15. 3: *de corporibus - excedens*. Elegantius tamen præpositiones verbi repetunt veteres. Bün.

o) *Iouem autem*] Absent autem a Goth. et hic fere elegantius subauditur. Bün.

p) *constituitur*] Goth. et Reimm. *constituantur*. Bün.

q) *dæmonibus adgregauit*] Vid. L. 1. 7. 9. 10. Bün.

r) *et auocent*] Emman. *auertant*. Sed et Lips. *auocent*: nec Rom. aliter. Cell.

s) *auocent*] Ita quoque Goth. Reimm.

na vitari. Idem sunt, qui, deiiciendi hominis² causa, 17
 varios sibi cultus, peruersa religione² condiderunt; mentit-
 is⁷ tamen, adsumtisque nominibus², vt fallerent. nam quia
 diuinitatem per seiplos adfectare non poterant; adsciuerunt
 sibi nomina potentium regum^a; sub quorum titulis^b hono-
 res sibi deorum vindicarent. Qui error discuti^c potest, et 18
 in lucem veritas protrahi^d. Nam si quis studet altius in-

Reimm. et omnes editi, pro quo eleganti verbo Emman. quod illi codici sollempne est notius idque ipsum elegans substituit. Nam L. 2. 16. 3: *vt hominum mentes a cultu Dei auerterent*. n. 9: *nituntur a cultu et notitia vera maiestatis auertere*. L. 2. c. 19. 1: *auertere homines ad mortifera sacra contendunt*. Conf. Epit. 28. 4. Bün.

i) *deiiciendi hominis*] Eleganter. vid. not. L. 2. 12. 17. et L. 3. 29. 15: *violencia deiicere conatur*. Cypr. L. 2. ep. 6. ed. Erasmi. *nec plus ad deiicendum potest terrena poena, quam ad erigendum tutela diuina*. paullo post: *nam vt stantem fidem deiiceret*. L. 3. ep. 1: *Christi aduersarius - eos quat deiicere, quos videt stare*. Augustinus Serm. 190. ed. nouiss. Venet. T. 5. p. 1. f. 892: *non est ausus serpens loqui viro, sed ad eum deiicendum femineo vsus est ministerio*. Bün.

u) *peruersa religione*] Hoc in manuscriptis Anglorum est, et Rom. ed. Vulgo *per diuersa regionum*: Lips. 1: *per diuersas regiones*. Cell.

x) *peruersa religione*] Goth. Lips. 2. 3. Reimm. Parrh. Iunt. Ald. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thömas. If. Thyf. Gall. Spark. Walch. *per diuersa regionum*. Bonon. *per diuersa religionum*. Pal. Ultr. *per diuersam regionem*. Ven. 1472. vtraque 78: *peruersa religione per diuersa regionum*. Emman. Cant. Sublac. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. Crat. Gymn. *peruersa religione condiderunt*. In libris regio et religio saepe confundun-

quitur. vid. L. 2. 4. 37. not. et Cortium ad Porc. Latronis Declam. c. 5. ad Sall. p. 1082. Bün.

y) *mentitis*] passiuè, vt L. 2. 16. 2. *daemones hominum credulitatem mentita diuinitate deludunt*. et n. 5: *mentitis nominibus*. Ita Cicero 3. Tusc. 24. *ementitam opinionem dixit*. conf. Duker. de Lat. Vet. ICt. p. 382. Apul. 5. Met. p. 170: *mariti mentito nomine*. Bün.

z) *adsumtisque nominibus*] Sic omnes libri. L. 2. 14. 12: *sibi geniorum nomen adsumunt*. Heumannus que reiiicit, vt sit phrasis: *adsumere mentita nomina*. Bün.

a) *adsciuerunt sibi nomina regum*] L. 2. 15. 3. de iisdem: *regum sibi nomina quasi personas aliquas induerunt*, et iis locis, quæ indicauit ad L. 1. 8. 8. Bün.

b) *sub quorum titulis*] L. 2. 15. 9: *sub nominibus mortuorum* (regum etc.) *delitescentes viuentibus plagas tendunt*. Bün.

c) *error discuti*] L. 2. 3. 5. et L. 3. 1. 1. Bün.

d) *in lucem veritas protrahi*] Restituo: *veritas ex Lips. tertio, Reimm. et optimis edd. Tornæs. 1587-1613. et Walchio*. Ita enim Epit. in extr. præf. *in lucem veritas protrahenda est*. Plures editi antea: *in lucem veritatis protrahi*. At secundum L. 3. 1. 1: *discussis conuictisque erroribus veritas - clarissimum lumen infert*. Apuleius in H. Trismeg. Adloc. ad Asclep. p. 94: *discussis errorum tenebris et veritas claritate percepta*. Bün.

quirere, congreget eos, quibus peritia est ciere ab inferis animas e. Euocent Iouem, Neptunum, Vulcanum, Mercurium, Apollinem, patremque omnium Saturnum. Respondebunt ab inferis omnes, et interrogati loquentur, et de se ac Deos fatebuntur. Post hæc euocent Christum; non aderit, non adparebit, quia non amplius, quam biduo, apud inferos fuit. Quid hac probatione certius proferri potest? Ego vero non dubito, quin ad veritatem Trismegistus hanc & aliqua ratione peruenit; qui de Deo patre omnium, et de filio locu-

e) *ciere ab inferis animas*] Rost. *vere ab inferis animas*. Ven. 1497: *ciere ab inferis animas*. Sæpe prior vox in libris corrumpitur. *ciere* idem est, quod n. 19: *euocare*, ad quod verbum Walchius illis de *Necromantia* ex Fabri Thesaurio repetitis ad citatum Augustini L. 7. debuisset addere, de *Ciuit. Dei*, aut certe cum Fabri editore *Coqueium*, in LL. de *Ciuit. Dei*, nec in alios commentantem commemorare, pari facilitate, qua ex Barthio ad Stat. *Gutherium* adiunxit. Lact. L. 2. 16. 4: *eos (dæmonas) magi - veris suis nominibus ciens*. L. 7. 13. 7: *qui (magus) scires, certis carminibus ciere ab inferis animas*. Huc pertinent: *excire, excire, elicere*, de quibus dicit meus Index Latin. Select. ad Castellion. Vers. C. S. p. 67. sq. et p. 72. Bün.

f) *et de se ac Deo*] Edd. Rost. Ven. 1471 - 1515. et ante Fasitellium reliquæ: *et de se et de Deo*. quæ scriptura Heumanno videtur probanda. MSS. Lips. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Thomas. et reliqui: *et de se ac Deo*; quod mihi præplacuit, ne ter syllaba DE et sexies secunda vocalis concurreret. Bün.

g) *ad veritatem Trismegistus hanc*] Sic MSS. Ang. et ed. Rom. Alii,

hoc aliqua ratione, et cum sequentibus iungunt. Lips. i. non habet pronomen. Cell.

h) *ad veritatem hanc*] Ita Reimm. et omnes ante Fasitellium, etiam Betulecius. Bün.

i) *patre omnium et de filio locutus est multa*] Emman. Cant. Lips. duo, Reimm. Sublac. Rost. *patre omnia et de filio locutus est multa*, ubi reliquæ edd. cum Goth. copulam et omittunt. At Bonon. antiquisf. et ex hoc Iſæus, Gall. Spark. Walch. *Deo patre omnium et de filio multa*. nec Thomasio placet OMNIA, quia, inquit, non puto Trismegistum omnia, qua de patre dñi. litteris continentur, suis scriptis comprehendisse, multa *ramen et de patre et de filio video eum in suis dialogis dixisse*. Idem putat et, licet ipse in codd. antiquis non repererit, addendam, quod ex MSS. fecimus excudentes: *patre omnium et de filio*. Nam in Pimandro, ut est ab Rosfelo editus, Col. 163. f. 10. Deus Hermeti dicitur *ὁ πάντων πατήρ*, et sæpius alibi et f. 11. *πατήρ τῶν ὄλων*, et c. 13. f. 38. *τῶ πάντων πατρὶ Θεῷ*. Confirmat idem Suidas T. i. ed. Küsteri f. 859. in *Ἐρμηῖς Τρισμεγ. πάντων*

ἴω

locutus est multa ^k, quæ diuinis continentur ar-
canis.

XXVIII. Quæ quum ita se habeant, vt ostendimus; ¹
adparet, nullam aliam spem vitæ homini esse propositam, ni-
si vt, abiectis vanitatibus et errore miserabili, Deum cognos-
cat, et Deo seruiat; nisi huic ^a temporali renuntiet vitæ, ac
se rudimentis iustitiæ ad cultum veræ religionis instituat. Hac ²
enim conditione gignimur, vt generanti nos Deo ^b iusta et de-
bita obsequia præbeamus, hunc solum nouerimus, hunc se-
quamur. Hoc vinculo pietatis obstricti Deo et religati ^{c. d} ³
sumus; vnde ipsa religio nomen ^e accepit, non vt Cicero in-
terpretatus est, a relegendo, qui in libro de Natura deorum
secundo ^f ita dixit: *Non enim philosophi solum, verum etiam* ⁴

Ἰωὴν γὰρ κύριος καὶ πατὴρ καὶ Θεός.
Immo sæpius occurrit in Hermetis
Trismeg. Adloc. ad Asclepium Apu-
leio interprete p. 81: *qui pater est*
omnium. p. 87: *Deus enim vel pater*
vel dominus omnium - totius maiesta-
tis effectorem omniumque rerum pa-
trero vel dominum etc. et NB. p. 93:
Iusto homini in Dei religione et in
summa pietate presidium est. Deus
enim tales iusatur ab omnibus malis.
Pater enim omnium et solus, quem
ipsum locum græce exhibuit La-
ctantius L. 2. c. 15. 6. Bün.

^k) *et de filio locutus est multa*] ET
ex Angl. MSS. et Lips. duobus, quo-
rum alter omisit multa: nec male,
vt omnia de vtroque intelligantur.
Cell.

^a) *nisi huic*] Sic scripti et editi
non repetito vt post nisi, quia præ-
ceserat: *nisi vt abi*; quod notasse
alibi proderit. Bün.

^b) *generanti nos Deo*] MSS. Iun.
Vltr. et editiones plures antiquæ,
Ross. Ven. 1478. vtraque 93. 97. im-
mo omnes ante Fasitellium: *gene-*
rati. At melius scripti Goth. Lips.
Reimm. Fasitel. Gryph. Torn. Be-
sul. Thom. reliqui: *generanti - Deo.*

Sæpe Deus dicitur homines genera-
re; idque hinc inde male corre-
ctum. Notauit ad L. 3. 14. 10: *qui*
mundum fecit hominemque generauit.
Bün.

^c) *obstricti Deo et religati*] Et heic
copulam ET restitutam debemus li-
bris MSS. Angl. Lips. 1. et ed. Rom.
Prætermisissæ in vulgatis et scriptis
aliis fuerat. Cell.

^d) *obstricti Deo et religati*] Recte
quoque copulam et expresserunt
Goth. et edd. ab 1465-1563. et Tor-
næs. 1587-1613. Isæus et Walchius.
Abest vero ab Reimm. Thomas.
Thys. Gall. Sparkio. Iterum n. 12.
quod hominem sibi: Deus religauerit
et pietate constrinxerit. et Epit.
c. 69. 5: *hominem Deo pietatis vin-*
culo esse religatum. Bün.

^e) *vnde religio nomen accepit*] Idem
sensisse Ambrosium, Hieronymum,
Augustinum Isæus docet h. l. Plura
vero de origine nominis diuersa
Vossius dat in Etymologico. Conf.
August. Ciu. D. L. 4. c. 30. et He-
rald. ad Arnob. L. 4. p. 148. et not.
p. 176. Bün.

^f) *de Natura deorum secundo*] se-
cundo libro c. 28. Cell.

M m 5

g) a

maiores nostri superstitionem a religione & separauerunt. nam qui totos dies precabantur, et immolabant, ut sui sibi liberi superstitibus essent, superstitiosi sunt appellati. Qui autem omnia, quae ad cultum deorum^b pertinerent, retractarent, et tamquam relegerent; ii dicti sunt religiosi ex relegendo, tamquam ex eligendo eligentesⁱ, et ex deligendo diligentes, ex intelligendo intelligentes. His enim in verbis omnibus inest vis legendi eademque in religioso. ita factum est in superstitioso et religioso, alterum vitii nomen, alterum laudis. Hæc interpretatio quam in epistola sit, ex re ipsa licet noscere^k. nam si in iisdem diis colendis et superstitio et religio versatur; exigua, vel potius nulla distantia est. Quid enim mihi adferret causæ, cur precari pro salute filiorum semel, religiosi; et idem decies facere, superstitiosi esse hominis arbitretur? Si enim semel facere^l optimum est, quanto magis sæpius? si hora prima, ergo et tota die. si vna hostia placabilis, placabiliores^m vtrique hostiæ plurimæⁿ, quia multiplicata obsequia demerentur

g) a religione] Sic Cicero, at Lips. 2. 3: *superstitionem ac religionem*. Bün.

h) ad cultum deorum] Lips. tert. et Reimm. *ad culturam deorum*. Non quidem hæc vox a Lactantio aliena, vt L. 5. 7. 2. et Epit. Taur. c. 23. add. not. L. 2. 16. 9. ita quoque Sulpic. Seuerus L. 1. c. 51. de Manasse: *culturam impias exercuis*. sed a Cicero- ne, cuius hæc verba hic sunt, illo sensu vox aliena. Bün.

i) ex eligendo eligentes] Scripsi: *eligentes* præunte MSS. Ciceronis, et in Lactantio MSS. Iun. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Gymn. Tornæs. 1587-1613. At Goth. Lips. Fasit. Gryph. Tornæs. 1548. Thomas. sqq. *elegantēs*, quod quia in multis Ciceronis libris præfertur, nec hic damno. Bün.

k) noscere] Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. cognoscere. Bün.

l) Si - semel facere] Ita Hieron. adu. Vigilant. T. 2. Oper. f. m. 124: *Quod enim semel fecisse bonum est,*

non potest malum esse, si frequenter fiat. noſtis reliqua. Bün.

m) placabilis, placabiliores] i. e. ad placandum aptæ - aptiores, active iterum in Epit. c. 67. 4: *sacrificium placabile*, rectius igitur quam alii Westerhouius Terentii Adelph. 4. 3. 17: *te ipsum purgare ipsis coram*, placabilius est, explicatit: *ad placandum aptius*. ἱλαστικότερον. Conf. Phorm. 5. 7. 68. Eodem sensu dixit L. 1. c. 21: *litabilis*, et Epit. c. 65. n. 7. 8: *ACCEPTVM sacrificium - hac litabilior victimam est apud Deum - placatur*. Plura Taubmann. ad Plauti Mostell. 5. 2. 40. p. 682: *orator magis impetrabilis*, πικρῶν ἔργων, quia facite, quod vult, impetras. Bün.

n) hostia plurima] MSS. Angl. et duo Lips. et ed. Rom. *plurimæ*: alii *plures*. Cell.

o) hostia plurima] Ita Reimm. Cauc. Iun. et edd. ab 1465-1524. At Goth. Fasit. Gryph. Thom. sqq. *plures*. Bün.

p) de-

tur⁸ potius, quam offendunt. Non enim nobis odiosi videntur ii famuli, qui adfidui et frequentes ad obsequium fuerint, sed magis cari. Cur igitur sit in culpa⁹, et nomen reprehensibile suscipiat⁹, qui aut filios suos magis diligit, aut deos magis honorat¹⁰; laudetur, autem, qui minus? Quod argumentum etiam ex contrario valet. Si enim totos dies precari et immolare criminis est, ergo et semel. si superstites filios subinde optare, vitiosum est; superstitiosus igitur et ille, qui etiam raro id optauerit. aut cur vitii nomen sit ex eo tractum, quo nihil honestius, nihil iustius optari potest? Nam quod ait, religiosos a relegendo adpellatos, qui rerractent ea diligenter, quæ ad cultum deorum pertineant; cur ergo illi, qui hoc sæpe in die faciant, religiosorum nomen amittant, quum multo vtique diligentius ex adfiduitate ipsa relegant ea, quibus dii coluntur? Quid ergo est? Nimirum religio veri cultus est, superstitio falsi. Et omnino quid colas, interest; non quem ad modum¹¹ colas, aut quid precere.

p) demerentur potius, quam offendunt] Lipf. 2. 3. Reimm. et Torn. MS. ad marg. 1587: *Deum merentur potius quam offendunt.* Non possum temere repudiare memor Tertuliani Apolog. c. 21. quibus edocebantur: *de promerendo Deo et non offendendo,* et Cypriani L. 1. ep. 3. ed. Erasmi: *interest, utrum quis homines promereri, an Deum cupiat. Si hominibus placetur, dominus offenditur.* reliqua. His proximæ vtraque Ven. 1478. Parrhas. Ald. Crat. Gymn. multiplicata obsequia merentur potius quam offendunt. At Goth. Angl. Sublac. Rost. Ven. 1493. 97. Falst. Gryph. Thomas. et recentes: *obsequia demerentur potius quam offendunt.* quam scripturam commode tuetur in Fabri Thesauro iam excitatus Tacitus L. 15. Annal. 21: *Plura sæpe peccantur, dum demeremur, quam dum offendimus.* Bün.

q) sit in culpa] Lipf. 2. 3. Reimm. cur igitur sic culpa. Ven. 1471. vtra-

que 78: *sic in culpa.* Goth. Ven. 1493. 97. et reliqui: *sit in culpa,* vt hinc inde Cicero. Bün.

r) nomen reprehensibile suscipiat] Goth. nomen reprehensibilis suscipiat. Lipf. 2. 3. Reimm. cum Fastelio, Gryph. reliquis: *nomen reprehensibile suscipiat.* Lipf. 1. Pal. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Gymn. nomen reprehensibile accipiat. Bün.

s) satis honorat] Plures libri satis. At Goth. et Lipf. 1: *magis* repetunt. Cell.

t) magis honorat] Scribo ex Bon. Lipf. 1. Goth. et Isæo: *magis,* et præfert Heumannus præcesit: *magis diligit,* et sequitur opp. *minus.* Bün.

u) non quem ad modum colas] Absunt hæc verba a Rost. Ven. 1471. 93. et 97. Adfunt in MSS. et reliquis. Putant quidam cum Isæo et Sparkio aduersari hæc Christo, qui *cultus diuini modum* in spiritu et veritate Io. 4. posuit. Lego tribus

cere. Sed quia deorum cultores religiosos se putant, quum sint supersticiosi; nec religionem possunt a superstitione discernere; nec significantiam nominum exprimere.

¹² Diximus nomen religionis a vinculo pietatis esse deductum, quod hominem sibi Deus religauerit, et pietate constrinxerit, quia seruire nos ei, vt domino; et obsequi, vt patri, necesse est.

¹³ Eo melius ¹² ergo id nomen Lucretius interpretatus est^a, qui ait, *religionum se nodos soluere*. Superstitiosi autem vocantur, non qui filios suos superstites optant, (omnes enim optamus,) sed aut ii, qui superstitem memoriam defunctorum colunt; aut qui parentibus suis superstites^b, colebant^c imagines eorum domi tamquam deos penates.

vocibus quem ad modum. vt sit: quousies, quam saepe, respectu numeri et temporis, vnde voces: *semel decies, sapius, hora prima, tota die*, n. 7. repetendæ. Et quis ignorat modum nimio, quod modum excedit, opponi? L. 3. 16. 7: *quod sine ac modo careat*. Maluistem hoc ordine: *et omnino quid colas interest, aut quid precere, non quem ad modum colas*. Non vero colendi modo aut veræ cultus rationi nostrum aduersari, patet ex L. 4. 3. 6: *in colendo sapere debemus, id est scire, quid nobis et quomodo sit colendum*. Bün.

x) *pietate constrinxerit*] Lipf. tert. pietate CONSTRVXIT. prauæ; præcesit enim religauit. Sæpe confunduntur hæc verba, vt noto ad L. 6. 12. 9. vbi pro: *amicitia iure constrinxerit*, quidam prauæ: *construxerat*. Conf. Drakenb. ad Sil. Ital. L. 4. 746. Bün.

y) *Eo melius ergo id nomen*] Prima vox eo est codicum Angl. et Lipf. & ac ed. Rom. et Ald. Cell.

x) *Eo melius*] Habent *Eo melius* ab 1465. ad 1524. excusi, et Gymn. Omittunt eo Goth. Reimm. duo Lipf. Fasit. Gryph. Torn. Thomas. et sqq. Bün.

a) *Lucretius interpretatus est*] Lib. 1. v. 931. et lib. 4. v. 7. Non autem tam verba, quam sententiam poetæ adfert, qui neutro loco *se nodos soluere*, vti in MSS. Lipf. Goth. et ed. Rom. est; sed *animos nodis exsoluere* dixit. Cell.

b) *parentibus suis superstites*] Goth. Ven. 1472. vtraque 78. et reliquæ edd. ante Fasitel. *parentibus suis superstisibus*. perperam. Recte Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Thom. sqq. *parentibus suis superstites*. Bün.

c) *colebant*] Sic Angl. Vlter. Iun. et mei scripti et editi, præter Betul. et Tornæs. 1587-1613. in quibus *celebrant* in textu, at Torn. ex MS. in marg. *colebant*, vti *ex plerisque antiquis codd. legendum*, iudice Thomasio, qui *colere imagines*, inquit, *latine et eleganter dicitur celebrare, nihil significat, quod ad hanc rem facere possit*. Ouid. L. 4. Trist. 8. 9.

Et paruum celebrare domum veteresque Penates

Significant celebrem, celebres reddere. Credo Thomashum illud *celebrant* ex Betuleio solo non aliis libris hausisse, licet eum hinc inde eius vitulo arans vix nominarit, nisi demum Libro 6. c. 25. n. 157. Bün.

d) vñ

tes. Nam qui novos sibi ritus adsumebant, ut deorum vice ^{d.} mortuos honorarent, quos ex hominibus in cælum receptos ^f putabant, hos superstitiosos vocabant. Eos vero, qui publicos, et antiquos deos colerent, religiosos nominabant. Vnde Virgilius ^g:

Vana ^b superstitio, veterumque ignara deorum.

Sed quum veteres quoque deos inueniamus eodem modo consecratos esse post obitum; superstitiosi ergo, qui multos ac falsos deos colunt, nos autem ⁱ religiosi, qui vni et vero Deo supplicamus.

XXVIII. Fortasse querat ^a aliquis, quomodo, quum Deum nos vnum colere dicamus, duos tamen esse adseueremus, Deum patrem, et Deum filium; quæ adseueratio plerosque in maximum impedit ^{b.c} errorem. Quibus quum ² probabilia videantur esse, quæ dicimus ^d; in hoc vno labare ^e nos

d) ut deorum vice] Sic tres codd. Lipsienses: vnus Cantabr. et ed. Rom. Ald. in *deorum vicem*: Emman. et Goth. in *deorum vices*. Cell.

e) deorum vice] Sic quoque Reimm. Receptit Fasitel. porro Gryph. Thomas. reliqui; vbi Rost. *deorum vicez*, cui excidit *in*. Nam Ven. 1471. 72. vtraque 78. et reliquæ vsque ad 1524. etiam Gymn. in *deorum vicem*. pari bonitate. vide Bernegg. Ind. ad Suetonium et Gesneri Lexicum Rusticum. Bün.

f) in cælum receptos] i. e. susceptos. vt L. 2. 14. 4: *non sunt ad inferos recepti*. conf. L. 5. 17. 23. Bün.

g) Vnde Virgilius] Aeneidos 8. v. 187. Cell.

h) Vana superstitio] Lego, vt in Virgilio, ex Goth. Lipf. tert. Reimin. vtraque Veneta 1478-1515. et longe pluribus: *Vana*. vbi Rost. et Cell. *Vna*. Bün.

i) colunt, nos autem] Reimm. et edd. fere omnes ita distinxerunt: *colunt*. Nos autem, puncto post *co-*

lunt. Perperam, vt Heumannus recte vidit. Praue Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Nos autem vnum Deum religiosi. Verba: *vnum Deum merito eiecit Parrh. et reliqui eum secuti*. Bün.

a) Fortasse querat aliquis] *Crediderim*, inquit Heumannus, scripsisse Lactantium: *queret*. At frustra, æque ac c. 7. n. 1. hic sollicitat V. C. præsens coniunctiui, vt ibi ostendi et ad Epit. c. 29. 1. Bün.

b) impedit in errorem] MSS. et vet. edd. *impedit*: vulgati sequiores *impingit*. Cell.

c) impedit] Sic Bon. Tax. Pen. Vltr. Iun. Reimm. et omnes ante Fasitel. qui et sequentes, vt in Cauci et Gothano est, *impingit*. de phrasi conf. L. 3. 18. 10. Bün.

d) qua dicimus] Heumanno videtur legendum: *qua docemus*. At dicimus, quod in libris omnibus, mihi videtur respicere n. 1. *dicamus*. Bün.

e) labare] Valde labant et laborant

nos arbitrantur, quod et alterum, et mortalem *f* Deum fa-
teamur: De mortalitate iam diximus: nunc de vnitatem do-
3 ceamus. Cum dicimus Deum patrem, et Deum filium,
non diuersum dicimus, nec vtrumque fecernimus *s*; quod
nec pater a filio potest, nec filius *b* a patre secerni *i*; siquidem
nec pater sine filio nuncupari, nec filius potest sine patre ge-
4 nerari. Quum igitur et pater filium faciat, et filius patrem *k*,

vna

rant libri in hac voce Bon. Tax. *labere* per e duplex. cum Venet. 1471. Peius Ven. prima 1478. Paris. 1513. Cellar. et vt male in Reimm. correctum: *labore*. melius Pen. Cant. MS. i. e. Subl. Ven. 1493. 97: *laborare*. Omnium optime, vt in Reimm. prius fuit, et nunc in Emman. altera Ven. 1478. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Torn. Thomas. et recentioribus: *labore*. L. 5. 18. 5: *Ignorantia veri facit incertam labantemque sententiam* L. 5. 22. 16: *vt labantes confirmet*. Büin.

f) et alterum, et mortalem] Ita est in antiquis codd. Thomaf. Angl. Lipf. Goth. Reimm. et editis ante 1524. et post Thomafium omnibus. In Gryph. et Betuleio (quos Thomafius hic notasse in Heumanni gratiam addo,) legitur: *et aeternum et mortalem*. At sequentia de VNITATE satis produnt, prius: *et alterum* legendum. Nihilominus et olim fortasse in nonnullis MSS. *et aeternum* lectum fuisse, videntur persuadere MSS. Lipf. 2. 3. et Reimm. in quibus n. 2. statim scriptum: *De immortalitate*, vbi reliqui rectius: *De mortalitate*. Büin.

g) fecernimus] i. e. separamus, vt mox: *secerni*. Epit. c. 49. n. 4. eodem sensu: *diuellere*: *non potest necessitudo tanta diuelli*. *secernere* n. 3. et *separare*, *seiuungere*, *diuellere* n. 5. idem valent. Büin.

b) quod nec pater a filio potest, nec

filius] Lectio hæc est Gothani et Lipf. i. rotunda sane ac digna Lactantio. Ceteri scripti et Rom. *quia nec pater sine filio esse potest*: tertius tamen Lipf. *quod nec pater esse sine filio potest*. Vulgo esse omittunt, sine retinent. Cell.

i) nec pater a filio potest, nec filius a patre secerni] Vt Cellarius ex Goth. et Lipf. i. ita plane habet Bonon. et merito Isæus ita ediderat; quam scripturam confirmat Epit. c. 49. fin. *Neutrum sibi relinquit, qui aut patrem a filio, aut filium a patre fecernit*. Lipf. 2. 3. Reimm. et Torn. 1587. hoc ordine: *quia nec pater esse sine filio potest, nec filius a patre secerni*. Anglic. Pal. Iun. Cauc. et edd. ab a. 1465- ad 1563: *quia nec pater sine filio esse potest*. At Thom. Thyf. Gall. Cant. edd. *quia nec pater sine filio potest, nec*. male prætermisso: *esse*. Büin.

k) et pater filium faciat, et filius patrem] Ita omnes scripti et editi præter MS. Cauci, in quo: *et pater filium faciat, et filius fiat*, idque Gallæus edidit, immo et Sparkius, occlamantibus licet Betuleio et Isæo, illa RELATIVE opponi. Reimm. MS. super verbum: *faciat*, scriptam habet glosam: *denominat*. Aegid. Delphus Maferiensis in marg. ed. Paris. 1513. imprimi curauit ad hæc verba: *Non fit neque pater neque filius - vt ex primo libro pater, sed esse patrem*, NB. EFFICIT *et* CONCLV.

vna vtrique mens ^l, vnus spiritus, vna substantia est. sed ille quasi exuberans fons est; hic tamquam defluens ex eo riuus^m. ille tamquam sol; hic quasi radius a sole porrectusⁿ. qui quoniam summo patri et fidelis et carus est, non separatur, sicut nec riuus a fonte, nec radius a sole^o; (quia et aqua fontis in riuo est, et solis lumen in radio ^p;) æque nec vox ^q ab ore seiungi, nec virtus, aut manus a corpore di-

CLVDIT, *vt sit illi filius, et esse filium infert, vt sit pater.* Egregie! Minus hic interpretibus hæsisset aqua, si cogitassent a Lactantio hic expresum Tertullianum aduersus Praxean. c. 10: *Ipse se inquit (Monarchiani) filium sibi fecit. At quin (respondet Tertullianus) PATER FILIUM FACIT, ET PATREM FILIUS.* paullo post illustrat exemplo mariti et vxoris, scil. maritus facit vxorem, vxor maritum. Bün.

l) *vna vtrique mens*] Bodlei. Cotton. et Reimm. correctus: *vna vterque mens.* At vide n. 13. in Epit. c. 49. 4: *in quibus (patre et filio) substantia et voluntas et fides vna est.* Bün.

m) *fons-defluens-riuus*] vid. L. 2. 8. 3. vide notam sequentem ex Cypriano. Bün.

n) *quasi radius a sole porrectus*] Imitatur Tertull. Apolog. c. 21: *Hunc ex Deo prolatum didicimus et prolatione generatum, et ideo filium et Deum dictum ex unitate substantia. Nam et Deus spiritus, etiam quum radius ex sole porrigitur, portio ex summa. Sed sol eris in radio, quia solis est radius, nec separatur substantia etc.* adplicat Cyprianus ad ecclesiam de simpl. Prælat. ed. Gryph. p. 298: *Et quum de fonte vno riuus plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copia largitate, unitas tamen seruetur in origine. Auelle radium solis a corpore, diuisibitem lucis unitas*

non capit - - Sic et ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit, vnum tamen lumen est, quod ubique diffunditur etc. Plura Pfannerus in Theol. Gentil. c. 3. §. 5. p. 139. sq. In MSS. Reimm. et Fasit. Gryph. Thomas. et seqq. *radius a sole porrectus.* At Rost. Ven. 1471. vtraque 78-1515. Iunt. Crat. Gymn. *radius ex sole porrectus.* cum Tertulliano l. c. præfero. Bün.

o) *a sole*] repete: *separatur.* Bün.

p) (*quia et aqua - in radio*)] hanc rationem ideo circellis tantum includi volui, vt connexio particularum et verborum: *sicut nec a sole: aque nec vox - potest*, clarior esset. Omnes vero libri quia ET; Heumamus legit: *quia vt aqua = aque, vt ponatur aque pro similiter.* At omnia salua sunt et integra, manente ratione manet eadem vis particularum: SICVT NEC RIUUS nec radius a sole separatur, æque nec ab ore seiungi nec virtus - diuelli potest. Bün.

q) *aque nec vox ab ore*] Vulgati *aque neque*, quod ingrate sonat. Quam suauius Goth. et tres Lips. *aque nec?* Cell.

r) *aque nec*] Ita Reimm. nec aliter ediderant Ven. 1472. vtraque 78. Torn. 1587 - 1613. idque Cellario suauius visum. Alterum *aque neque* est in Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Gryph. Thomas. et reliquis, quod Cellario *ingrate sonat.* At idam fere sonus in his

- 6 diuelli potest. Quum igitur a prophetis idem manus Dei, et virtus, et sermo dicatur, vtique nulla discretio est; quia et lingua sermonis ministra^s, et manus, in qua est virtus, 7 indiuiduæ sunt corporis portiones. Propiore vti exemplo libet. Quum quis habet filium, quem vnice diligit, qui tamen sit in domo et manu patris, licet ei nomen domini potestatemque concedat; ciuili tamen iure et domus vna, et 8 vnus dominus nominatur. Sic hic mundus vna Dei domus est*, et filius ac pater, qui vnanimis incolunt mundum, Deus vnus, quia et vnus est tamquam duo, et duo tamquam 9 vnus. Neque id mirum; quum et filius sit in patre, quia pater diligit filium; et pater in filio, quia voluntati patris fideliter paret, nec vmquam faciat aut fecerit, nisi quod pater aut voluit, aut iussit. Denique vnum Deum esse tam patrem quam filium, Esaias in illo exemplo, quod superius* posuimus, ostendit, quum diceret: *Adorabunt te, et in te precabuntur; quoniam in te Deus est, et non est alius Deus præter te.* Sed et alio loco similiter ait y: *Sic dicit Deus rex Israel, et qui eruit eum Deus æternus. Ego primus, et ego 11 nouissimus, et præter me non est Deus* * a. Quum duas per-

his Senecæ L. 2. de Clem. c. 5: *Nihilque aque quam magnus animus decet, quod Gronouius tamen ex MSS. tuetur; et Ciceronem aliosque non tantum nec - nec, sed et neque - nec; neque - nec; neque - nec - neque dicere, idoneis exemplis probat Græuius ad Cic. L. 10. Fam. 11. P. 93. Bün.*

s) *lingua sermonis ministra est]* MSS. Angl. et Lipf. 1. ac Rom. est non habent. Cell.

s) *et lingua sermonis ministra et manus]* Fide Angl. Subl. Rost. Rom. Ven. 1493. 97. ita edidi; quia illud: est, vbi Goth. Reimm. et plures editti: *et lingua sermonis ministra est et manus*, hic turbat sensum, et recte Heumannus verba: *sermonis ministra explicat: qua sermonis ministra est.* Bün.

u) *hic mundus vna Dei domus est]* Adparet Minucius c. 33: *Deo vna domus est mundus hic totus.* Bün.

x) *Esaias in illo exemplo, quod superius]* Supra lib. 4. c. 13. sect. 7. ex Ef. 45. v. 14. Supra æque in te precabuntur: vt vtroque codd. Lipfenses referunt, quia Græci interpretes ἐν σοὶ προσεύχονται. Cell.

y) *et alio loco similiter ait]* cap. 44. v. 6. Cell.

z) *præter me non est Deus]* Emm. Lipf. Goth. non est: alii nemo est. Cell.

a) *præter me non est Deus]* Ita quoque Reimm. Betul. et Torn. M^s. in marg. 1587. rectissime. conspirant LXX, vulgata, et quater in eodem loco citato Hilarius de Synodis seu de

personas proposuisset Dei regis, id est Christi et Dei patris, qui eum post passionem ab inferis excitauit, sicut ostendisse diximus ^b Oseam prophetam, qui ait: *Et de manu inferorum eruiam eum*: tamen ad utramque personam referens, intulit, *et prater me non est Deus*; quum posset dicere *prater nos*. sed fas non erat plurali numero separationem tantæ necessitudinis fieri. Vnus est enim solus, liber, Deus summus^c, ¹² carens origine, quia ipse est origo rerum; et in eo simul et filius et omnia continentur. Quapropter quum mens et ¹³ voluntas alterius in altero sit, vel potius vna in utroque; merito ^d vnus Deus vterque adpellatur, quia quidquid est in patre, ad filium transfuit; et quidquid in filio, a patre descendit. Non potest igitur ille summus, ac singularis ^e Deus ¹⁴ nisi per filium coli. qui solum patrem se colere putat; sicut filium non colit, ita ne patrem quidem colit ^{f. g.} Qui autem ¹⁵ patrem filium fuscipit, et nomen eius gerit, is vero ^{b. i} cum filio

de Fide Orient. n. XXIII. f. 487. et n. XXIII. et n. 57. f. 495. ed. notisf. Veronensis. Immo patet ex ipso Laurentio, statim eadem Etiaze (in Hosea enim non habentur ea) verba repetens n. 11: *et prater me non est Deus*. Bün.

^b) sicut ostendisse diximus] supra c. 19. sect. 9. ex Hofez cap. 13. Cell.

^c) Vnus est enim solus, liber, Deus summus] Ita quidem omnes libri. Mallem cum Heumanno, qui credit subornata ex L. 1. 5. 25. (addo L. 7. 3. 4.) abesse. Bün.

^d) vel potius vna in utroque; merito] Ita distinxit cum MSS. Angl. Torn. 1548-1613. Betuleio, Sparkio, Heumanno, quum pessime Gryphus, Thomas. Thyf. Gall. Cant. ed. vel potius vna; in utroque merito distinxissent. Tutius edd. ab 1465- ad 1524. et Gymn. vel potius in utroque vna. Male Reimm. rubricator puncto post merito posito: vel potius vna in utroque merito. distinxit. Bün.

^e) singularis] i. e. vnicus. vid. l. 1. 13. c. 3. 12. et not. ad l. 4. 8. Bün.

^f) ita ne patrem quidem colit] Postremum colit abest a Lips. 1. et vulgatis, et potest utique abesse. Habent autem MSS. Angl. Goth. et reliqui Lips. et Rom. Cell.

^g) ne patrem quidem colit] Repetunt colit Reimm. et editi ab 1465-1524. Gymn. et Torn. 1587. 1613. Bün. ^h) is vero cum filio simul] Cant. MS. et ed. Rom. is vere. At tres Lips. vero, id est demum, singulari elegantia Latinitatis. Cell.

ⁱ) is vero] Etiam Goth. Reimm. is vero, et ita iam ediderant Fasitel. Gryph. Torn. 1548-1613. Betul. Thomas. et seqq. agnouit hanc quoque hic elegantiam Cortius ad Sall. Catil. 58. p. 374. Solet vero, quum præcessit: qui autem, subiicere is vero. L. 5. 9. 12: Qui autem magni aestimaverint fidem - in eos vero - incumbunt. L. 6. 12. 18: qui autem facit alieno et ignoto, is vero dignus est laude. conf. L. 2. 4. 7. not. Quidquid autem id vero. Male igitur Cant. et edd. ab 1465-1524. et Gymn. vere. Bün.

N n

a) cum

lio simul et patrem colit, quoniam legatus, et nuntius, et sacerdos summi patris est filius. Hic templi maximi ianua est, hic lucis via, hic dux salutis, hic ostium vitæ.

XXX. Sed quoniam multæ hæreses exstiterunt, et instinctibus dæmonum populus Dei scisus est; determinanda est nobis veritas breuiter, et in suo proprio domicilio collocanda, vt si quis aquam vitæ cupiet^a haurire, non ad detritos lacus^b deferatur, qui non habent venam, sed vberimum Dei nouerit fontem, quo irrigatus, perenni luce^c potiatur. Ante omnia scire nos conuenit, et ipsum, et legatos^d eius prædixisse, quod plurimæ sectæ et hæreses^{e, f} haberent existere^{g, b}, quæ concordiam sancti corporis rumperent; ac mouuisse, vt summa prudentia caueremus, ne quando in laqueos et fraudes illius aduersarii nostri, cum quo nos Deus luctari

VO-

a) cupiet] Ita MSS. Goth. Lipf. Reimm. Angl. Fasit. Gryph. Tornæs. Thomas. et sequentes; at cupit in præfenti Rost. Ven. vtraque 1478. et reliquæ ante Fasit. hoc placet Heumanno. Bün.

b) ad detritos lacus] Reimm. ad cetricos. Lipf. tert. ad cetricos. vterque corrupte. Reliqui ad detritos lacus, rectissime. Ita olim locum Jerem. 2, 13. ad quem hic respicitur, vertit Cyprianus epist. 70. ed. Oxon. f. 189. (ed. Erasim. L. 1. ep. 12. Pamel. ed. epist. 70.) effoderunt sibi lacus detritos. Nec aliter in tr. de Vnitate Ecclesie ed. Oxon. T. 1. f. 112. Medit. Erasim. et Gryphiana sub tit. de Simpliciter. Prælat. T. 1. p. 302. Tertullianus aduers. Iudæos, ed. Paris. in 8. p. m. 229. vertit: foderunt sibi lacus contritos, vt LXX. $\sigma\upsilon\upsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\mu\mu\acute{\epsilon}\nu\upsilon\varsigma$. Bün.

c) perenni luce] Isæus in marg. forte: perenni laticæ. Nihil contra codices mouendum. Conf. L. 7. 27. 13-14. hic nihil aliud est lux perennis, quam c. l. lux vitæque perpetua.

Iterum L. 6. 3. 17: perenni luce posietur. Conf. L. 2. 9. 3. et c. 17. 5. Bün.

d) et ipsum, et legatos eius] ipsum, Marc. 13, 22. Luc. 21, 8. legatos, Act. 20, 30. et 1 Corinth. 11, 19. et 2 Petr. 2, 1. Cell.

e) secta et hæreses] posterius a Goth. abest: habent vero tres Lipf. et Rom. Cell.

f) secta et hæreses] Ita Reimm. et omnes editi. Bün.

g) haberent existere] Ita libri. Est vero dictum, vt habeo polliceri Cic. Lib. 1. epist. 5. ad Lentulum: et habeo scribere Lib. 2. epist. 22. ad Attic. Cell.

h) haberent existere] Solutus Cauci: quod plur. sectæ existerent Gall. et Heumannus rescribunt: deberent existere. Sed cum MSS. reliquis et editis omnibus: haberent existere seruandum esse, abunde, ni fallor, probauit ad L. 4. 12. 15. conf. L. 7. 6. 6. Nobiscum facit Dauis. ad Cic. L. 3. Tusc. 18. p. 192. add. Vosf. de Construct. c. 51. et Keuchen. ad Frontin. L. 1. c. 4. n. 3. Bün.

i) per

voluit, incideremus. Tum dedisse certa mandata, quæ in perpetuum custodire deberemus, quorum plerique immemores, deserto itinere cælesti, vias sibi deuias per anfractus et præcipitia^l condiderunt, per quas partem plebis incautam et simplicem ad tenebras mortemque deducerent. Quod quatenus acciderit, exponam. Euerunt quidam nostrorum vel minus stabilita fide^{k, l}, vel minus docti, vel minus cauti, qui discidium facerent vnitatis^m, et ecclesiam dissiparent. Sed ii, quorum fides fuit lubricaⁿ, quum Deum nosse se et colere simularent; augendis opibus et honori studentes, adfectabant maximum sacerdotium^o; et a potioribus victi, secedere cum suffragatoribus suis maluerunt, quam eos ferre præpositos^p, quibus concupierant ipsi ante præponi^q. Quidam vero non

i) per anfractus et præcipitia] L. I. l. 23. Bün.

k) minus stabilita fide] Plerique libri stabilita fide; at Goth. et Lips. i. stabiliti, quod præferendum ducimus. Cell.

l) minus stabilita fide] Reuocauit a Cellario et Walchio proscriptam lectionem ab MSS. Angl. Reimm. et omnibus reliquis editionibus stabilitam casu auferendi: minus stabilita fide. Heumannus alteram stabiliti fide, ne latine quidem dici posse putat. vide, quæ noto ad L. 6. 21. 4: fundati. Bün.

m) discidium facerent vnitatis] Edo discidium (a discindere) ex Lips. tert. Reimm. quibus proximæ Ven. 1471. et vtraque 1478: discidium. ita sane postulant verba n. 2: concordiam rumpere, et voces: vnitatis - dissiparent, et frequens in hoc capite vnitatio ex Cypriano de Vnitate Eccles. ed. Oxon. f. 105: hereses inuenit et schismata, quibus - scinderet vnitatem, et f. 119: scindi vnitatis non potest, - nec corpus vnum DISCIDIO (Gryph. dissidium præue) compaginis separari. Idem epist. 59. Oxon. f. 129. (ed. Erasmi, L. I. ep. 3.)

nemo DISCIDIO vnitatis ecclesiam scinderet. Sæpe hæc voces confunduntur. vide, quæ noto ad Lac. 7. 3. 23. et plura Grononius ad Liuium L. 25. c. 18. Broukhus. ad Propert. 2. 19. 16. p. 193. et doctos ad Ouid. 5. Metam. 530. et L. 14. 79. ed. Burm. p. 364. et 938. Bün.

n) fides - lubrica] Cyprian. L. I. ep. 4. ed. Erasmi. lubrica fides nutat. Incerti Panegyri. Maximiano et Constantino c. 4. 2: gentis lubricam fidem timorem vinxisti. Bün.

o) adfectabant sacerdotium] Imitatur, vt sæpe Sulpicius Seu. L. 2. c. 17. fin. adfectantes summum sacerdotium, Bün.

p) quam eos ferre præpositos] Bonæ nec eos ferre præpositos. Præpositorum (ecclesie) multa fit mentio in Cypriano, e. g. L. I. epist. 3. 4. 5. 11. et alibi ed. Erasmi, sic epist. 59. ed. Oxon. f. 130: ecclesia præpositum persequi. Bün.

q) ante præponi] Heumannus scribere, inquit, nihil dubito: anteponi. sed pro edita conspirant omnes libri; bono quoque sensu: quibus præponi ipsi ante concupierant. Bün.

- non satis cælestibus litteris eruditi, quum veritatis accusatoribus respondere non possent, obiicientibus vel impossibile, vel incongruens^r esse, vt Deus in vterum mulieris includeretur^{s,t}; nec cælestem illam maiestatem ad tantam infirmitatem potuisse deduci, vt hominibus contemptui, derisui, contumeliæ, et ludibrio esset: postremo etiam cruciamenta perferret, atque execrabili patibulo figeretur^{u,x}: quæ omnia quum neque ingenio, nec doctrina defendere ac refutare possent (nec enim vim, rationemque penitus peruidebant), deprauati sunt ab itinere recto, et cælestes litteras corruperunt; vt nouam sibi doctrinam sine vlla radice ac stabilitate^y componerent. Non nulli autem falsorum prophetarum vaticinio illecti, de quibus et veri prophetæ, et ipse prædixerat, exciderunt a doctrina^z Dei, et traditionem veram reliquerunt. Sed illi omnes demoniacis^a fraudibus irretiti, quas prospicere et cauere debuerant, diuinum nomen et cultum per imprudentiam perdidērunt. Quum enim Phryges^b, aut Nouatiani, aut Valentiniani, aut Marcionitæ, aut Anthropiani^{c,d} (aut Ariani

^r) incongruens] Vid. not. c. 22. 3. Bün.

^s) in vterum mulieris includeretur] Angli codd. et Lips. 1. et Rom. ed. includeretur: alii, se includeret. Cell.

^t) in vterum mulieris includeretur] Sic Sublac. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Paris. At vtraque 78. et reliquæ: in vterum se mulieris includeret, quæ Heumann. præfert. Lips. 2. 3. Reimm. in vterum se mulieris INDVERET. Bün.

^u) figeretur] Emman. adfigeretur. Cell.

^x) figeretur] vide dicta ad L. 4. 26. 32. Bün.

^y) sine vlla radice ac stabilitate] vid. c. 24. 19. L. 5. 1. 9. Bün.

^z) exciderunt a doctrina] Lips. 2. 3. Reimm. sine præpositione: exciderunt doctrina, sed addit semper præpositionem. L. 4. 17. 5: exciderunt a Deo. Bün.

^a) demoniacis] Reimm. Ven. 1471. Rost. *demonicis*, quatuor syll. vt alibi hoc libro. Bün.

^b) Phryges] qui alias Cataphryges, quibus nomen Phrygia, vbi vixerunt, dedit. Augustin. de hæres. c. 26. Nouatiani noti sunt: Valentinianos et Marcionitas ex Tertulliani Præscript. adu. hæret. c. 49. et libris contra Marcionem alibi, in Hist. A. descripsimus. Cell.

^c) Anthropiani] aliis Anthropomorphitæ, qui Deum hominî similem faciebant. Cell.

^d) Anthropiani] Horum mentio in Cypriani ep. 73. ed. Oxon. f. 200. diuersi ab Anthropomorphitis, negantes Christum Deum, hominem nudum adserebant, vti Sparkio et Cellario accuratius Isæus docuit, cui adstipulatur Ittigius in *dis. de Hæresiarchis Sæc. I. et II. Sect. 1.* c. 6. p. 62. 63. eosdem Homuncionitas aliis dictos credens. Bün.

e) aut

ni^e f) seu quilibet alii nominantur; Christiani esse desierunt, qui, Christi nomine amisso, humana, et externa vocabula induerunt. Sola igitur catholica Ecclesia est, quæ verum iustum cultum retinet. Hic est fons veritatis; hoc domicilium fidei^g; hoc templum Dei: quo si quis non intrauerit, vel a quo si quis exiuerit; a spe vitæ ac salutis æternæ alienus est. Neminem sibi oportet pertinaci concertatione blandiri. agitur enim de vita, et salute. cui nisi caute, ac diligenter consulatur; amissa et extincta erit. Sed tamen, quia singuli quique^k cætus hæreticorum se potissimum Christianos, et suam esse catholicam Ecclesiam putant; sciendum est, illam esse veram, in qua est confessio et pœnitentia^l; quæ peccata, et vulne-

e) *aut Ariani*] Induci hæc verba Iſæus iubet tamquam a quodam posteriore addita, quia cum Lactantius scriberet, nondum notum fuerit Ariatorum nomen. Contra quod plerisque MSS. libris leguntur, quorum nobis notitia est, includi malumus, quam obliterari, præsertim quia non desunt, qui acriter defendant, Betuleius et alii. Controversia ad id refertur, quo anno scripserit Lactantius, 302. vt Iſæus; an 316. vt Betuleius contendit: aut an ipse antea scripta interpolarit et Constantino dedicauerit, quæ aliorum est opinio. Cell.

f) *aut Ariani*] Hæ voces non leguntur in antiquissimo Bonon. hinc Thomasio et Iſæo spurix; nec agnoscunt eas duo vetustissimi et optimi Bibliothecæ Regiæ Paris. nec Cauci MS. *Petavius* quoque T. 2. Dogm. Theol. p. 37. pro subornatis habuit, at *Gardinerius* in Hypotyp. p. 229. seqq. defendit. Leguntur teste Iſæo in Vaticanis et aliis MSS. in his Bonon. altero, Taxaq. Pen. auctore *Baronio* in nouem Vaticanis, duobus Vallicellanz Bibliothecæ, fide *Baluzii* in Vltr. Palat. quatuor Biblioth. Reg. Paris. et in sex Col-

bertinis, in septem Anglicanis, tribus Lips. Goth. Reimm. et in Guelferbytanis, quos vidi, et omnibus omnino ante Thomassium editis. Rationibus in vtramque partem perpenſis Baluzius ad principium Notarum auctiorum in L. de Mort. Perf. pro genuinis habet, cui aliisque summis viris libenter subscribinus. Bün.

g) *hoc domicilium fidei*] Vulgo hoc est domicilium fidei. Sed expunctum est in Goth. et Lipsiensibus: atque etiam eleganter abest. Cell.

h) *hoc domicilium*] Editiones ante Cell. omnes: hoc est domicilium. quod præplacet Heumanno; quia est quoque in Reimm. aliisque MSS. non repetitur, et pari modo c. 29. n. 15. Epit. 52. i. semel modo posuit, non recepi. Sed hæc leuicula. Bün.

i) *quo si quis non intrauerit*] Goth. et Tornæs. 1587. 1613. cum Bonon. quod si quis non intrauerit. Bün.

k) *singuli quique - se potissimum Christianos*] hæc illustrat Rittershusius ad similem Saluiani locum de Gubern. Dei L. 5. p. 142. ed Brem. Bün.

l) *pœnitentia*] Epit. 67. II - 14. Bün.

vulnera, quibus subiecta est imbecillitas carnis, salubriter cu-
 14 rat^m. Hæc interim paucis admonendi gratia retuli; ne quis,
 errorem fugere cupiens, maiori implicetur errore, dum pe-
 netrale veritatis ignorat: postea plenius et vberius^{m.º} contra
 omnes mendaciorum sectas proprio separatoque opere^p pu-
 15 gnabimus. Sequitur, vt, quoniam satis de religione vera,
 et sapientia locuti sumus; in proximo libro de iustitia disseramus.

L. COE-

m) curat] Lipf. 2. tert. et Reimm.
 curaris. Büñ.

n) plenius et vberius] plene sic
 Lipf. 1. et alius, a Gallæo laudatus,
 B: Virg. Ultraiectinæ. quod vtique
 præferendum vulgari lectioni et ve-
 rius, quasi falso superiora scripsis-
 set. Scilicet. Cell.

o) plenius et vberius] Longe plu-
 rima MSS. in his quatuor Guelferb.
 Goth. Witteb. duo Lipf. Angl. Reimm.
 et edd. ante Gallæum omnes: pleni-
 us et VERIVS. vt omnes libri de
 Opif. 20. 1: *Tunc ego te ad veraphi-
 losophia doctrinam et planius et veri-
 us cohortabor.* vbi planius opponi-
 turn. i. τὸ ὀψιῶς et VERIVS,
 ibidem paucis. Inde Ira c. 2. n. 6.
 respexit nostrum locum: *quos ex
 parte iam refutauimus in quarto li-
 bro, et refutabimus - diligentius (in
 nostro loco VERIVS) quum responde-
 re ad omnes sectas ceperimus.* Sic vni-
 us MS. Minuc. Fel. c. 36: *Ac de
 fato satis, vel si pauca pro tempore
 disputaturi alias verius et plenius.*
 Ita Hyginus Poet. Astron. præfat.
*que fuerunt ab Arato obscurius di-
 cta, persecuti planius ostendimus - effeci,
 vt neque breuius neque verius dice-
 ret quispiam,* et libro II. Poet. Astron.
 c. 2: *qui hanc (vrsam minorem) ob-
 seruant, verius et diligentius nauig-
 are.* Ita Lactantius: pro plenius et
 verius L. 7. 5. 8. dixit: *diligentius
 et plenius.* Augustinus L. 12. de Ci-

vit. D. c. 10: *Perhibentur Aegyptii
 quondam tam breues annos habuisse,
 vt quaternis mensibus finirentur, un-
 de annus plenior et verior, qualis
 nunc et nobis et illis est, tres eorum
 annos complectebatur antiquos.* Gal-
 læus, Sparkius et Cellarius putant,
 ideo VBERIVS ex Ultr. et Lipf. 1. præ-
 ferendum, ne videatur Lactantius
 ipse in Institutionibus FALSA et
 VERITATI contraria scripsisse. At
 verius hic non in sensu morali, et qua-
 litatis, sed ratione modi et quanti-
 tatis sumendum; Lactantius, quæ in
 Institutionibus breuiter de sectis
 dixerat, promittit, vt ait Velleius,
 se IVSTO volumine descripturum.
 Non obsto tamen, quo minus ser-
 uetur: plenius et vberius, non igna-
 rus has voces sæpe confundi, vt no-
 tauit ad Lact. 3. 11. 15. ex MS. Torn.
veriora pro: vberiora. Et Lact. 4.
 12. 22. dixit: *hæc vberius disseremus.*
 NB. L. 2. 17. 5: *Sed seponatur inter-
 rim locus hic - quod et vberior est ma-
 teria et OPERE PROPRIO LATIVS
 exsequenda.* Tandem frequenter ve-
 teres has voces iungunt, vt Cicero
 de Clar. Orat. c. 33: *Nemo plenior et
 vberior ad dicendum fuit.* Orat. 2.
 Philipp. 1: *quid plenius, quid vberius.*
 Cæsar. 1. B. Ciui. c. 53: *hæc pleniora
 etiam et vberiora perscribebant.* Büñ.

p) contra-sectas - opere] Opus hoc
 iterum promissum Libro de Ira
 c. 2. 6. intercidit. Büñ.

a) Con-

L. COELII LACTANTII FIRMIANI
DIVINARVM INSTITVTIONVM

LIBER V.
DE IVSTITIA.

I.

Non est apud me dubium, (Constantine imperator maxime^{a. b.}) quin hoc opus nostrum, quo singularis^{c.} ille rerum conditor, et huius immensi^{d. e.} rector adseritur, si quis attigerit ex istis inepte religiosis^{f.}, (vt sunt nimia superstitione impatientes^{g.}), insectetur etiam maledictis, et vix lecto fortasse principio, adffligat, proiciat, exsecretur, seque inexpiabili scelere contaminari, atque adstringi^{b.} putet, si hæc aut legat patienter, aut audiat. Ab hoc^{i. 2} tamen, si fieri potest, humanitatis iure postulamus, vt non prius

a) *Constantine imperator maxime*] Non exstant in Bon. Palat. nec in 1. Lipsf. ideoque suspecta multis sunt. Leguntur autem in Angl. et ceteris Lipsf. ac in ed. Rom. Cell.

b) *(Constantine impetator maxime)*] Leguntur in Angl. duobus, Lipsf. Gothf. Reimm. et omnibus editiōnibus; absunt a Bon. Pfl. et Isæo. Bün.

c) *singularis*] i. e. vnicus. Plura ad L. 1. 4. 8. excitauit. Bün.

d) *et huius immensi*] Sicut dicitur huius vniuersi, id est machinæ mundi. Non ergo est, quod cum Rom. et Ald. addamus, *immensi operis*. Cell.

e) *huius immensi*] Sic Lipsf Gothf. Reimm. et Fasit. et seqq. vt L. 2. 5. 17. *Deus vniuersi artifex*. L. 2. 16. 8. *rektor vniuersi*. Rost. Ven. 1471-1515. Iunt. Crat. Gymn. Isæus: *huius immensi operis*, vt L. 1. 3. 14. et L. 3. 9. 9. Bün.

f) *ex istis inepte religiosis*] Sic MSS.

Lipsf. Gothf. Reimm. et Fasit. Gymn. Gryph. et seqq. Pro quo Rost. Ven. 1471. 72. 1515, Iunt. Crat. *inepta religionis*. vt edimus sic L. 5. 10. 14. *præue religiosos dixit*. Bün.

g) *impatientes*] Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. *præue impatientes*; hinc Heum. *impotentes* rescribit. At MSS. Guelf. Lipsf. Gothf. Reimm. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. reliqui: *impatientes*, quod seruo ob sequentia: *legat patienter aut audiat*. Bün.

h) *scelere-adstringi*] Vt L. 1. 18. 2. sæpe ita Cicero, ad quem L. 3. de Off. c. 8. et 4. defendunt Gruterus et Gronouius, item Grut. et Græuius ad Cic. in Pison. c. 39. Conf. Cic. pro Sulla c. 29. et pro Sextio c. 59. Alibi Lact. 3. 18. 6: *sceleri obstrictus*. Bün.

i) *Ab hoc*] Lipsf. alter, Reimm. Ven. vtraque 478. 93. 97. *præue: ob hoc*. Gothf. Rost. Parrh. et plures: *Ab hoc recte*. Bün.

Nn 4

k) vt

prius damnet^k, quam vniuersa cognouerit. nam si sacrilegis, et proditoribus, et veneficis potestas defendendi sui datur, nec prædamnari quemquam incognita causa^l licet; non iniuste petere videmur, vt si quis erit ille, qui^m inciderit in hæc; si leget, perlegat; si audiet, sententiam differat in
 3 extremum. Sed noui hominum pertinaciam; numquam impetrabimus. Timent enim, ne a nobis reuictiⁿ, manus
 4 dare^o aliquando, clamante ipsa veritate^p, cogantur. Ob-
 stre-

k) *vt non prius damnet*] Aperte in his et sequentibus Tertullianum sequitur in Apolog. c. 1: *Vnum gestit (veritas) interdum, ne ignorata damnetur. Quid hic deperit legibus in suo regno dominantibus, si audiatur? an hoc magis gloriabitur potestas earum, quo etiam audita damnabunt veritatem? Ceterum inauditam si damnent, præter inuidiam iniquitatis etiam suspicionem merebuntur alicuius conscientia, nolentes audire, quod auditum damnare non possint. Hanc itaque primam causam apud vos collocamus iniquitatis odii erga nomen Christianum. Quam iniquitatem idem titulus et onerat et reuincit, qui videtur excusare, ignorantia scilicet. Quid enim iniquius, quam vt oderint homines, quod ignorant, etiam si res mereatur odium. Tunc enim meretur, quum cognoscitur an mereatur. Item Minuc. Fel. c. 27. fin. Vt ante nos incipiant homines odisse, quam nosse; ne cognitos aut imitari possint, aut damnare non possint. His similia dat Lindenbr. ad Ammiani Marcell. L. 15. c. 7. p. 99: nec visum hominem nec auditum damnare nefas vltimum etc. Bün.*

l) *prædamnari - incognita causa*] Cic. 2. N. D. 29: *ceteros incognita causa condemnatis.* Bün.

m) *vt si quis erit ille, qui*] Sic omnes libri: Rittershufius Sacr.

lect. L. 7. c. 15. legendum putat: *vt quisquis erit ille, qui, cui adsentiebat Heumannus append. 2. ad Symposium p. 248. nunc vero rescribit: si quis erit illorum. Quid si legamus: vt si quis erit illic.* Nam ea vocula sæpe vitur de paganis, vt L. 5. 19. 30: *Illic nihil exigitur aliud &c.* Adparet in reliquis imitatio Ciceronis ex Actione I. in Verr. c. 18: *Si quis erit, qui desideres, audiet.* Non male ed. Paris. 1513. in Lactantio verba (*si quis erit*) parenthesi includit, qua ratione reliqua bene fluunt. Nonnunquam pronomen *ille* traicitur a suo loco, vt Cicero pro Sulla c. 7. pr. *Hic ait se ille, iudices regnum meum ferre non posse.* Nonnunquam abundat. vid. Turn. Advers. L. 19. c. 32. et Linacr. L. 6. p. 450. Bün.

n) *reuicti*] Ven. prima 1478. *re-uincti.* praue. *Reuicti* idem quod notius: *conuicti.* Bün.

o) *manus dare*] Cic. Amicit. c. 26. *ad extremum det manus vincique se patiatur.* vid. Schott. ad Nep. Hamile. 1: *victi manum dedisens* Savoron. ad Sid. Apollin. p. I. p. 145. Elmenh. ad Arnob. 1. p. 35. Burm. ad Ouid. 17. Her. 260. p. 260. Bün.

p) *clamante ipsa veritate*] ex Cicerone L. 4. Finib. c. 19. Bün.

q) ob-

strepunt ⁊ igitur et intercedunt ⁊, ne audiant; et oculos suos opprimunt ⁊, ne lumen videant, quod offerimus. quo plane ipsi diffidentiam ⁊ suæ perditæ rationis ostendunt; quum neque cognoscere, neque congredi audent, quia sciunt se facile superari. Et iccirco disceptatione sublata,

Pellitur e medio sapientia ⁊, vi geritur res,

Vt ait Ennius; et quia student damnare tamquam nocentes, quos utique sciunt innocentes; constare de ipsa innocentia ⁊ nolunt. quasi vero maior ⁊ iniquitas sit, probaram innocentiam damnasæ, quam inauditam. Sed, vt dixi, verentur, ne,

q) *obstrepunt*] c. 4. n. 3: *obstrepere* propriè est strepitum facto turbare et impedire. vide Dukerum ad Flor. 2. 19. 5. p. 469. apte Curtius 6. 9. 6: *Fremtus undique indignantium-obstrepibat.* add. Pitisc. ad Curt. 8. 7. 7. Bün.

r) *intercedunt*] Goth. Ven. 1471. Rost. *intercidunt.* prauè. Eleganter verbo olim tribunus pl. proprio vsus est. Bün.

s) *oculos suos opprimunt*] Heumanus scribit: *oculos suos comprimunt.* Non opus a consensu omnium librorum abire, et elegantem vocem cum notiori commutare. Ita præiuerunt alii Valer. Max. L. 2. 6. 8: *filiarum manus ad supremum opprimendorum oculorum officium aduocauit*, vbi consule Vorstium. Pari modo dicunt latini, *os, ora, fauces opprimere.* Notum illud Terentii: *os opprimere.* Ouid. L. 3. Metam. 295. seqq.

- - - *voluit Deus ora loquentis opprimere.*

Seneca de Tranquill. Anim. c. 3: *si quis fauces oppreserit, silentio inues.* Idem valent: *oculos premere, comprimere, opprimere, inclinare, conde, claudere, operire.* vid. Schött. ad Senec. Controu. L. 4. c. 27. ad p. 321. et Budzi Comment. Gr. Lingu. f. m. 937. Bün.

t) *quod plane ipsi diffidentia sua perditæ*] Tres Lips. *diffidentia*, sexto casu: primus, isque antiquior, etiam *quod*, quæ genuina est lectio. Vulgaris quo, et *diffidentiam.* Cell.

u) *Quo plane ipsi diffidentiam ostendunt*] Reuocauit lectionem omnium editionum ante Cellarium ex Goth. et Reimmanno, conformem nostri stilo L. 6. 19. 3: *Quo plane ostendunt.* Cellarii lectio: *quod-diffidentia ostendunt*, minus planum et commodum sensum habet. In Epit. 53. 2: *ex eo*, inquit, *magis adparet diffidentia.* Bün.

x) *Pellitur e medio sapientia*] Hic versus etiam a Gellio profertur lib. 20. cap. 10. ex Ennii Annalium libro 8. Cell.

y) *constare de ipsa innocentia*] Heum. de ipsorum innocentia legit. nihil mutandum. iterum Epit. c. 52. 4: *incognita causa tamquam nocentissimos damnans, qui constare de ipsa innocentia noluerunt.* Phrasis est Quintiliani L. 7. Instit. 2. ed. Burm. p. 601: *si prius de innocentia nostra constiterit.* Bün.

z) *Quasi vero maior*] Rost. Ven. 1493. 97: *Quasi non maior.* sed relegge locum Tertull. n. 2. exhibitum. Bün.

ne, si audierint, damnare non possunt: et ideo cultores Dei summi, hoc est iustos homines, torquent, interficiunt, exterminant^a; nec causas odiorum reddere ipsi possunt, qui tam vehementer oderunt. Et quia ipsi errant^{b, c}, irascuntur iis, qui veram viam sequuntur; et quum corrigere se non possint^{d, e}, errores suos insuper crudelibus factis coaceruant^f, innocentium cruore maculantur, et dicatas Deo men-

a) *exterminant*] sc. de terra, e vita, vt L. 5. 23. 3. Büñ.

b) *Et quia ipsi errant*] Lipf. 1. ita incisum habet: Goth. perinde, ex quo etiam *Et adiecit*, quod abest vulgatis. Cell.

c) *Et quia ipsi errant*] Copula et ab Reimm. et omnibus ante Cellarium edd. abest. Büñ.

d) *corrigere se non possint*] Ab eodem Goth. non est, necessarium vtiq; vt consuetudo malitiæ, quæ difficulter dediscitur, significetur. Cell.

e) *corrigere se non possint*] Ita solus Goth. at reliqui scripti omnes et editi: *corrigere se possint*, sine particula negandi. n. 9. dicit: *quoniam ipsi saluti sua repugnant*. Büñ.

f) *coaceruant*] *coacervant*, inquit Thomasius, legendum est ex antiquo codice, nam verba ipsa *acerbare* et *exacerbare* sunt valde latina; sensus vero ipse est optimus, vt dicat eos non contentos esse, quod suos errores sequantur, nisi eos crudelitate sua acerbiore faciant. quod si legas: **ERRORES COACERVANT**, nulla est apta sententia, et adparet manifeste hoc ex illo B. in V. mutato factum esse. Contra Isæus *coacervant*, ait, scriptum est in Bonforte pro: *coaceruant*, vt supra L. 3. c. 3: *conhibere pro conuincere*. Sic S. Cyprianus in MSS. Epist. 42. ad Cornelium ed. Pamel. habet: *acer-*

bationibus, pro eo quod in excusis legitur: *acervationibus*. Sic *flagella acerba* Tertulliano in fin. Apol. vbi vide Pamel. et dicta epistola 42. hætenus Isæus. Exemplis multis ad Epitomen c. 2. ex MSS. Taurin. ostendo, antiquissimos codd. sæpe B. pro V. ponere; vnde causa hic cadit Thomasius; et *coaceruant*, i. e. concumulant, legendum. Et quis ex antiquis dixit: *coacervare*? voces cognatæ, voci *acerbus* adiect. in antiquis potius V. pro B. posito scribuntur. Ita antiq. Glosf. Cyrilli *δεινοποιῶ*, *aceruo*, *inaceruo*. f. 422. *ἀποτομία*, *acervitas*, *acrimonium*. f. 393. *δριμοτης*, *acervitas*. f. 437. *ἐκκεχόλωμα*, *exacervatus sum*. f. 447. *ἐκχολῆμα*, *exacervor*, *exacervor*. f. 451. *ὄμφαξ βότρως*, *acervus vna*. f. 556. *σφοδρότης*, *acervitas - acervatio*. Ex his voces *acervatio*, *inacervare*, quod posterius etiam Rigaltius ad Commodianum Instruct. p. 39. ed. Schurzfl. vidit, frustra in Lexicis quæres. Pari vero iure *errores crudelibus factis coacervant* dici potest, quo Cicero pro Rosc. Amer. c. 11: *hec (maleficia) aliis nefariis cumulant atque adaugent*. Ita incertus Panegyri VIII. in Constantinum c. 22. 2: *bellis bella continuas, victorias victoriis cumulas*. Büñ.

g) di-

mentes & euisceratis corporibus ^b extorquent ⁱ. Cum talibus nunc congregari et disputare contendimus; hos ad veritatem ab inepta persuasione traducere ^k, qui sanguinem facilius hauserint ^l, quam verba iustorum. Quid igitur? operamne perdemus? minime. Nam si lucrari hos a morte, ad quam concitatissime ^m tendunt, non poterimus; si ab illo itinere deo ad vitam, lucemque reuocare ⁿ; quoniam ipsi saluti suæ repugnant: nostros tamen confirmabimus, quorum non est stabilis ac solidis radicibus fundata ^o et fixa sententia. nutant enim plurimi, ac maxime qui litterarum aliquid attigerunt ^p. Nam et in hoc ^r philosophi, et oratores; et poëtæ perniciosi sunt; quod incautos animos facile irretire possunt suauitate sermonis, et carminum dulci modulatione.

g) *dicatas Deo mentes*] vid. not. ad Epit. 71. 8. Bün.

h) *euisceratis corporibus*] Quintil. declam. 12. extr. (Sol) ad *euiscerata corpora illuxit*. Cicero 2. Tust. Disput. c. 9. miserandum adspice Euisceratum corpus lacerati patris. Prudentius quoque Peristeph. 10. 109: *Euiscerandum corpus eucleo eminus pendere dixit*. Plura Drakenb. ad Sil. Ital. L. 13. 847. p. 687. Bün.

i) *extorquent*] Hæc lectio MSS. Lips. Goth. Reimm. Emman. Subl. Fasitel. Gryph. et recentiorum melior, quam Rost. Ven. vtriusque 1478-1515. Crat. Gymn. *desorquent*. Bün.

k) *traducere*] *repet. contendimus*. Bün.

l) *sanguinem hauserint*] Latinitatem ex vno Curtii loco contra Sciponium probauit Borrichius in Cogitat. p. 286. ita Seneca L. 6. Benef. 30: *multorum sanguinem hauserunt*; et aliquoties Valer. Max. L. 2. 8. 7. (vbi Vorstius ex Liuius probat,) L. 3. 2. extern. 1. L. 5. 6. ext. 3. Tertullianus Resurr. Carn. 26: *maledicta terra, qua hauseris sanguinem*. Minuc. Fel. 30. 1: *sanguinem fundat et hauriat*. et n. 5: *hausu humani cruoris*.

add. Gronou. ad Senecæ Thyest. 2. 340. Bün.

m) *concitatisime tendunt*] 6. 1. 9: *ad mortem concitatisime properant*. Bün.

n) *si ab illo-reuocare*] subaudi ex antec. *non posuerimus* Non enim discendum a consensu librorum, licet Heumannus putet *adparere satis, rescribendum esse* nec ab illo. Pari modo alibi libros tuemur, L. 2. 14. 4. et L. 7. 9. 14. Bün.

o) *solidis radicibus fundata*] Sensu proprio Cyprianus de Simplic. Prælat. f. Vnit. Eccles. ed. Gryph. p. 301: *solida radice fundata arbor*. Bün.

p) *attigerunt*] Sic Lips. Rom. Vulgo *attigerint*. Cell.

q) *attigerunt*] Sic Reimm. et mei ab 1478. ad 1524. editi et Gymn. vbi in coniunct. *attigerint*. Goth. Fasit. Gryph. Thom. reliqui. Bün.

r) *Nam et in hoc*] *Legendum*, inquit Heumannus, *necessario: Nam in hac et. Repugnant omnes libri, et expono: etiam, vt indicetur nouum periculum. Hoc sensu et quoque geminauit L. 5. 13. 6: Nam et in hoc quoque malitia illorum conuincitur*. Bün.

s) *dul-*

11 tione ^s currentium ^{t. n.} Ob eamque causam volui sapientiam cum religione coniungere; ne quid studiosis inanis illa doctrina possit officere; vt iam scientia litterarum non modo nihil noceat religioni atque iustitiæ, sed etiam proficit ^{*} quamplurimum; si is, qui eas didicerit, sit virtutibus instructior, et in veritate sapientior ^γ. Præterea, ^{*}etiam si nulli alii, nobis certe proderit. delectabit se conscientia ^z, gaudebitque mens, in veritatis se luce versari ^a; quod est animæ pabulum ^b, in-

s) *dulci modulatione*] Conf. Op. 16. 14. imitatus est nostrum Hieronymus epist. ad Damasum de Filio prodigo: *Hæc sua omnes suauitate delectant - dum aures dulci modulatione currentibus capiunt.* Büñ.

t) *currentium*] Vulgo addunt: *Mella sunt venenum tegetia*, quæ nec in Lips. neque in Angl. nec in Rom. apparent. Goth. quidem habet, sed *agentia* pro *tegetia*. Cell.

u) *currentium*] Verba: *mella sunt hæc venenum tegetia*, non agnoscunt Bon. Pen. Iun. Pal. Vltr. Cauc. Angl. Lips. Reimm. Tornæs. MSS. Sublac. Rost. Ven. 1471 - 1515. Iunt. Crat. Gymn. Primus in edd. addidit editio altera Aldina 1535. quam distinctionis causa Fasitel. editionem voco, et hanc Gallæus in variis lectionibus intellexit, vt erret Heumannus, Gallæum hic errare credens, male addito anno 1515. Büñ.

x) *non modo nihil noceat - sed proficit*] Lips. tertius: *non modo noceat religioni atque iustitia, sed etiam.* vt non modo pro: non modo non, vt hinc inde et ad L. de Opif. 19. 9. in not. (3.) monui. Sed præfero hic reliquorum: *non modo nihil*, quod et ipsum elegans, vt L. 6. 20. 9: *quia non modo - nihil conferunt, sed etiam nocent plurimum*; in quibus expressit Ciceronem L. 2. N. D. c. 36. NON MODO NIHIL NOCENT terris, SED PROSVNT. Egregie ad rem Origenes contra Celsum L. 3. p. 141.

τὸ ἀληθῶς πεπαιδευθῆαι ἢ κακὸν, ὁδὸς γὰρ ἐπ' ἀρετῆν ἐστὶν ἢ παιδευσις - καὶ ἢ κωλύει γὰρ πρὸς τὸ γινῶσθαι Θεὸν, ἀλλὰ καὶ συνεργεῖ τὸ πεπαιδευθῆαι καὶ λόγων ἀρίστων ἐπιμεμεληθῆαι καὶ φρόνιμον εἶναι. Büñ.

γ) *si is, qui eas didicerit, sit virtutibus instructior, et in veritate sapientior*] Bon. Tax. Ven. utraque 78. et Torn. 1587 - 1613: *si in virtute instructior et in veritate sapientior.* Goth. et Reimm. cum quinque MSS. Sparkii omisso et: *si in virtutibus instructior, in veritate sapientior.* Lips. alter: *si in virtutibus instructior, id est veritate superior.* Reliqui c. g. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. Parrh. etc. vt est editum. Heumanno ista omnia: *si is, qui - sapientior*, glossema sunt, etsi nulli dum obseruatum. Büñ.

z) *delectabit se conscientia*] Heum. Delso, inquit, et hoc glossema. Libri hic non variant, iungit *conscientiam et mentem* sepius, vt L. 6. 23. 21. Büñ.

a) *in veritatis - luce versari*] Præp. in male in Lips. altero et Reimm. omisum. Büñ.

b) *anima pabulum*] L. 1. 1. 19: *Nullus suauior animo cibus est, quam cognitio veritatis.* L. 3. 3. 16: *sic anima sapientia alimentum est.* Cicero L. 5. Fin. c. 19: *animi cuius ille erat ei quasi quidam humanitatis cibus.* Büñ.

c) *non*

incredibili quadam iucunditate perfusum. Verum non est ¹³ desperandum. Fortasse *non canimus surdis* ^c. Nec enim tam in malo statu res est ^{d. e}, vt desint sanæ mentes, quibus et veritas placeat, et monstratum ^f sibi rectum iter et videant et sequantur. Circumlinatur ^g modo poculum cælestis melle ¹⁴ sapientiæ ^{b. i}, vt possint ab imprudentibus amara remedia sine offensione potari; dum illiciens prima dulcedo acerbiterem saporis asperi sub prætextu suauitatis occultat. Nam hæc ¹⁵ in primis causa est, cur apud sapientes et doctos ^k et principes

^c) *non canimus surdis*] Verba Virgilitii Eclog. 10. 8. quæ explico ex Lact. h. c. num. 10: *non perdimus operam*. Büñ.

^d) *Nec tam in malo statu res est*] Additur in Goth. codice: *aut plus impuris spiritibus, quam sancto, licet*: non aliena hoc loco, neque indigna Lactantio, quæ vero, quod ceteri omnes abstinere, nolim adsumere vt genuina. Cell.

^e) *Nec enim tam in malo statu*] Sic Bon. Tax. Pen. Pal. Vltr. Cauc. Angl. Lips. Reimm. et excusi ab 1465-1524. et Gymn. itaque ex plerisque antiquis codd. Thomafius in notis legit eumque secuti Iſeus, Thyf. Gall. Spark. Interferunt vero Goth. et ex editis primum Fasitel. deinde Gryph. Torn. 1548-1553. Thomas. nec enim *plus iniquis spiritibus, quam sancto licet, aut tam in malo statu*, quæ Torn. in ed. 1587-1613. signis, vt a suo MS. aliena inclusit. Heumannus rursus hic labitur Gallæum accusans, nam pariter ac Iſeus hic ed. Ald. secundam 1535. intellexit Gallæus. De verbis suspensis lege iudicium accuratissimi Theologi L. C. Schomeri in Adfert. Endoxa de Spiritu S. contra Problema Paradoxum (cuius auctor Sandius perhibetur) p. 83. Büñ.

^f) *monstratum*] Iſeus non indocto sphalmate: *constratum*. Büñ.

^g) *Circumlinatur*] Reimm. et edd.

ab 1465-1524. et Gymn. sex syllabis: *circumlinatur*. Goth. *circumlinians*. ex quarta coniug. sed omnino præferendum ex MSS. antiquioribus et Fasitel. Gryph. Tornæz. Thomas. et sqq. *Circumlinatur* ex tertia coniug. notauit ad L. 4. 16. 21. Ad rem pertinent Lucretii versus L. 1. 935-641. et L. 4. 11. sqq. Commentarii vicem hic præstat Conr. Rittershus. Sacr. Lect. L. 6. c. 4. integrum. adde Pareum ad Quintil. L. 3. Instit. c. 1. pr. Ad oram ed. Thomafii, qua ex Capelli Hamburg. V. C. libris olim vsus, adscriptus erat elegans locus ex Themistii Orat. ad Nicomed. *μμητέον ἡμῶ τῆς σοφωτάτης τῶν ἰατρῶν, οἱ τὰ πικρότερα τῶν φάρμακων μέλιτι τὴν κύλικα περιχέουσιν πίνειν δίδουσι*. Büñ.

^b) *cælestis melle sapientia*] Goth. Lips. 1. Rom. *cælestis*: alii *cælesti*. Cell.

ⁱ) *cælestis melle sapientia*] Edd. ab 1465-1524. et Gymn. Iſeus hoc ordine: *cælestis sapientia melle*. Cauc. Pal. Lips. 1. Reimm. et Fasitel. Gryph. Torn. Thomas. reliqui: *cælesti melle sapientia*. Büñ.

^k) *et doctos*] Ven. vtraque Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *sapientes et doctos*. At MSS. Rost. et plures: *et doctos*. Büñ.

l) *com-*

cipes huius sæculi scriptura sanæta fide careat; quod prophætae communi ac simplici sermone, vt ad populum, sunt lo-
 16 cuti. Contemnuntur itaque ab iis, qui nihil audire vel le-
 gere, nisi expoliturum ac disertum, volunt; nec quidquam hæ-
 17 rere animis^{m. n.} eorum potest, nisi quod aures blandiori sono
 mulcet^{o. p.}: illa vero, quæ sordida videntur, anilia, inepta,
 18 vulgaria existimantur. Adeo nihil verum putant, nisi
 quod auditu suauis est; nihil credibile, nisi quod potest incu-
 19 tere voluptatem^{q.}: nemo rem veritate ponderat, sed^{r.} ornatu.
 Non credunt ergo diuinis, quia fucis carent; sed ne illis qui-
 dem, qui ea interpretantur, quæ sunt et ipsi aut omnino ru-
 des, aut certe parum docti. nam vt plane^{s. t.} sint eloquen-
 19 tes, perraro contingit; cuius rei causa in aperto^{u.} est. Elo-
 quentia enim sæculo seruit; populo se iactare^{x.}, et in rebus
 ma-

l) communi ac simplici] Confer omnino L. 6. 21. 4 - 7. Epit. 62. 7. Kortholt. Pagan. Obtrecht. L. 1. c. 12. Bün.

m) habere animis] Goth. et Rom. ita, quod suauis est quam inherere aliorum. Cell.

n) habere animis] Angl. Lipf. Goth. Reimm. Ven. 1472. vtraque 78. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. reliqui: inherere animis, vt L. 6. 20. 27. At Rost. Ven. 1493. 97: habere. Bün.

o) mulcet] Angl. Lipf. Goth. mulcet: Rom. mulcant corrupte: ceteri permulcent. Cell.

p) mulcet] Ita Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Parrh. Paris. At leui vitio: mulcent Ven. 1493. 97. reliquæ: permulcet. Bün.

q) incutere voluptatem] Singularis hic est Ven. prima 1478. legendo: inducere voluptatem. Reliqui mei: incutere Nam in re etiam blanda et suauis vsurpatur hoc verbum, Lucret. 1. 20:

Omnibus incutiens blandum per pectora amorem.
 vbi plura Creechius et Tan. Faber.

Sic Seneca ep. 120: *Neminem pecunia diuitem fecit, immo contranulli non maiorem sui cupiditatem incutit.* Apulei. L. 2. Metam. p. 119: *alacrem vigorem libidinis incutiat.* Sic Tertull. adu. Marcion. L. 3. c. 20: *risum mihi incuties.* Bün.

r) nemo - (sed ornata] in posteriori membro subaudiendum: *quislibet*, vt L. 2. 2. 13: *factorem nemo veretur, quæ fecit, times.* Bün.

s) vt plane [sint eloquentes] Emma. Goth. et duo Lipf. ac ed. Rom. plene. Malo cum aliis plane, quod Lipf. etiam primi est. Cic. de clar. orat. c. 81: *perfecte planeque erudisus.* Cell.

t) plane-eloquentes] Sic recte Veneta prima 1478. Fasit. Gryph. Torn. 1548. 1587-1613. Thom. Isæus. intendit Paris. in quo: *plana.* Ita Quintilian. L. 1. Instit. c. 1: *De pedagogis hoc amplius, vt aut sint eruditi plane, aut se non esse eruditos sciunt.* Bün.

u) in aperto] i. e. aperta. vid. not. L. 3. 18. 7: *in integro.* Bün.

x) iactare] Ven. prima 1478: *iaccere. perperam.* Bün.

y) non

malis placere gestit. siquidem veritatem sapius expugnare conatur, ut vim suam monstret; opes expetit; honores concupiscit; summum denique gradum dignitatis exposcit. Ergo hæc quasi humilia despicit; arcana tamquam contraria sibi fugit, quippe quæ publico gaudeat; et multitudinem celebritatemque desideret. Eo fit, ut sapientia, et veritas idoneis præconibus indigeat. Et si qui forte litteratorum se ad eam contulerunt, defensionem eius non suffecerunt. Ex iis, qui mihi noti sunt, Minucius Felix non ignobilis inter causfidicos loci fuit. Huius liber, cui Octavio titulus est, declarat, quam idoneus veritatis adferor esse potuisset, si se totum ad id studium contulisset. Septimius quoque Terullianus fuit omni genere litterarum peritus; sed in eloquendo parum facilis, et minus comtus, et multum obscurus fuit. ergo ne hic quidem satis celebritatis inuenit. Vnus igitur præcipuus et clarus existit Cyprianus, qui et magnam sibi gloriam ex artis oratoriæ professione quæsierat; et admodum multa conscripsit in suo genere miranda. Erat enim ingenio facili, copioso, suavi, et (quæ sermonis maxima est virtus) aperto, ut discernere nequeas; utrumne ornatior in elo-

y) non ignobilis] Cic. 5. Tusc. 39: non ignobilis - philosophus. Quintil. L. 1. Inst. c. 12: non ignobilis Tragicus. Büñ.

z) inter causfidicos] Verba: non ignobilis, eximunt Minucium a causfidicis, hominibus ignobilibus, quorum in sola voce præsidium erat; eoque noster L. 3. 1. 5. Oratores et Causfidicos, et de Mort. Perf. c. 22. 4. eloquentes (oratores) causfidicos, Iureconsultos distinguit. Egregie hæc illustrat Celeb. Burmannus ad Petron. c. 46. p. 233. Büñ.

a) loci] i. e. dignitatis. Poni locum pro statu dignitatis ostendit Cortius ad Cic. 4. Fam. 18. 4. et ad Sallust. Iug. 63. 6. p. 701. Omnes vero libri: loci, vbi Heum. ex ingenio maualt: ecclesia, ablegans ad suam, qua desti-

tuor, dissertationem in Parerg. Gotting. T. 1. L. 1. disl. X. p. 211. Büñ.

b) cui - titulus est] Gellius L. 6. N. A. c. 13: in libro cui Parmenides titulus est. Vtrumque rectum. Büñ.

c) qui et magnam sibi gloriam] MSS. Angl. et e Rom. ac Ald. qui, et hi quidem editi nec et admittunt, simpliciter referentes, qui magnam. Cell.

d) quæsierat] acquisierat, comparauerat. Büñ.

e) ingenio facili, copioso] Ita de Seneca philosopho Quintil. L. 10. Inst. 1. p. 921: Cuius et multa - et magna virtutes fuerunt, ingenium facile et copiosum. Quæ repetiit Io. Sarisber. L. 8. Nug. Cur. 13. p. 600. Büñ.

f) fa-

eloquendo, an facilius in explicando, an potentius in persuadendo fuerit. Hic tamen placere ultra verba, sacramentum ignorantibus, non potest, quoniam mystica sunt, quæ locutus est; et ad id præparata, ut a solis fidelibus audiantur: denique a doctis huius sæculi, quibus forte scripta eius innotuerunt, derideri solet. Audiui ego quemdam hominem sane disertum^f, qui eum immutata vna littera Coprianum^g vocaret; quasi qui^h elegans ingenium, et melioribus rebus aptum, ad aniles fabulasⁱ contulisset^m. Quod si accidit hoc ei, cuius eloquentia non insuavis est; quid tandem putemus eis accidere, quorum sermo ieiunus est et ingratus, qui neque vim persuadendi, neque subtilitatem argumentandi, neque vim prorsus acerbiter ad reuincendum habere potueruntⁿ?

II. Ergo quia defuerant apud nostros idonei peritque doctores, qui vehementer, qui acriter errores publicos red-

ar-

^f) sane disertum] Rost. Ven. 1471-1515. et reliquæ ante Fasit. disertum sane. At MSS. Fasit. et sequentes, ut editum. Sacrilegum, inquit Iſcus, malim, ut in Bonon. neque enim laudare voluit, sed damnare sacrilegum ethnicum illum, qui Cypriano sanctissimo viro id nominis indidisset. Büñ.

^g) Coprianum vocaret] a κοπριος, seu κοπριον, stercus. Cell.

^h) Coprianum] Ita clare Reimm. et alii MSS. et Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Fasitel. Gryph. et seqq. rectissime. Rationem sordidæ denominationis satis indicarunt h. l. Betuleius, Ios. Scaliger ad Festum in Scurra. Lips. 2. Elect. c. 17. Iac. Durantius L. 1. Variar. c. 13. Casaubonus ad Tiberii Neronis c. 61. ad Gallzum Salmasius, et Vosius de Vitiis S. L. Libr. 4. c. 11. p. 697. quos exscribere piget. Büñ.

ⁱ) quasi qui] MS. Cantabr. et ed. Rom. qui: ceteri quod. Cell.

^k) quasi qui] Ita Reimm. Rost.

vbi vtraque Ven. 1478: quasi elegans. Paris. quasi et elegans. Pleræque: quasi quod. Büñ.

^l) ad aniles fabulas] tam abiecte de Christiana doctrina iudicabant. Conf. n. 16. c. 2. 7. Minuc. Fel. c. 11. Kortholt. Pagan. Obtrect. L. 1. c. 9. n. 2. Büñ.

^m) contulisset] Hanc vocem inter et Quodsi Iſcus ex Bonon. cod. interserit: unde adparet, disertissimo et doctissimo viro, quantum ad sacrilegos attinet repellendos; non facultatem dicendi, sed consilium defuisse, in eo præcipue, quod Demetrianum veritatis expertem non ratione prudentia humana, qua uti in principio debuit, sed auctoritate celestium præceptorum, quorum ille (addo: se) hostem fatebatur, exstinxit. Certe conspirant omnia cum cap. 3-5. Büñ.

ⁿ) habere potuerunt] i. e. habuerunt. vide, quæ notavi ad L. 2. 16. 18: Iuno audere non poterat. Büñ.

arguerent, qui causam omnem veritatis ornate copioseque defenderent: prouocauit quosdam hæc ipsa penuria, vt audent scribere contra ignotam sibi veritatem. Omitto eos, qui prioribus eam temporibus nequidquam^{a. b} lacesierunt^c. Ego quum in Bithynia oratorias litteras accitus docerem; contigissetque, vt eodem tempore Dei templum euerteretur: duo exstiterunt ibidem, qui iacenti atque abiectæ veritati, nescio vtrum superbius an importunius^d, insultarent. quorum alter^e antistitem se philosophiæ profitebatur, verum ita vitiosus, vt continentiæ magister, non minus auaritia quam libidinibus arderet; in victu tam sumtuosus, vt, in schola virtutis adsertor, parsimoniæ paupertatisque laudator, in palatio peius cœnaret, quam domi: tamen vitia sua capillis et pallio^{f. g},
et

a) *nequidquam lacesierunt*] Suius est et oratorio numero conuenientius, quod Lips. Goth. Rom. referunt quinque syllabis *lacesierunt*, quam aliorum *lacesierunt*. Cell.

b) *nequidquam*] Frustra. Exempla Ciceronis, Cæsaris, aliorum obuia. Binn.

c) *lacesierunt*] Syllabis quinque Bon. Tax. Vltr. Reimm. et Rost. idque vnice rectum. vid. L. 1. 18. 17: *lacesierunt*. Alterum, *lacesierunt*, quod plerasque vet. et nouas edd. occupauit, est illatinum. Binn.

d) *importunius*] Crat. et Gymn. oportunius, quasi tempore ipsi aduersario oportuniore, Christianis importuniori. vid. n. 4. n. 10. vocat aduersarium tempori inservientem. At *importunius* fere omnium librorum fide nititur et satis commoda lectio. Binn.

e) *quorum alter*] Quis hic fuerit, non liquet. Porphyrium constituit Baronius in Annalibus, eumque secutus Isæus, de quo ante hos Betulicenses dubitarat. Holstenius de Vita et scriptis Porphyrii, (quæ dis. a Fabricio Bibl. Gr. L. 4. parti alteri inserta) c. 3. p. 220. sqq. refellit Baro-

nium, item Bælius in Diction. Hist. Crit. voce *Hierocles*, quibus accedit Buddeus in Disp. de Veritate Christ. Relig. Philosophorum Gentil. Obtreclationibus confirmata p. 75. 76. add. Fabricium ipsum c. l. p. 197. et Bibl. Lat. p. 678. et Cauci S. E. Hist. Litt. A. 302. f. 219. ed. Gen. 1705. et Neeham præf. ad Hierocl. p. XIV. De Porphyrio denuo, Holstenium et alios refutans, intellexit Siberus Prof. Ant. Lips. in Misc. Lips. T. 1. p. 331. sqq. His ante XX. annos a me scriptis, et a Doctissimo Clario tum cum reliquis Lactantianis descriptis consimilibus nota Heumanni; qui insuper ex n. 5. et 7. colligit, illum antistitem philosoph. LATINE scripsisse; quod mihi vix persuadebitur: latina verba mentem, aut forte. versionem præstant; pari ratione, qua de Epicuro L. 3. 17. 30: *hæc ipsius*, inquit, *verba sunt expressa*, et sæpe de eodem et aliis, *ut ille dicit, ait*, neque tamen Epicurus aut alii tales latine scripserunt. Binn.

f) *capillis et pallio*] Habitus philosophorum in Græcia, pallium cum barba. Vide Lib. 3. cap. 28. sect. 14. notata. Cell.

g) *capillis et pallio*] De Ira 22. 3: qui

et (quod maximum est velamentum) diuitiis prætegebat^b,
 quas vt augeter, ad amicitias iudicumⁱ miro ambitu penetra-
 bat, eosque sibi repente auctoritate falsi nominis obligabat,
 non modo vt eorum sententias venderet^k; verum etiam vt con-
 fines suos, quos sedibus^l agrisque pellebat, a suo reperendo
 4 hac potentia retardaret. Hic vero, qui suas disputationes
 moribus destruebat, vel mores suos disputationibus arguebat,
 ipse aduersus se grauis censor et accusator acerrimus, eodem
 ipso tempore, quo iustus populus nefarie lacerabatur, tres libros
 5 euomuit^m contra religionem nomenque Christianumⁿ. Pro-
 fessus ante omnia, philosophi officium esse, erroribus homi-
 num subuenire, atque illos ad veram viam reuocare, id est ad cul-
 tus deorum, quorum numine ac maiestate (vt ille dicebat^o)
 mundus gubernetur; nec pati, homines imperios quorum-
 dam fraudibus illici, ne simplicitas eorum prædæ
 6 ac pabulo sit hominibus^p astutis. Itaque se suscepis-
 se

qui sapientiam capillis et habitu iactant, et not. ad L. 3. 25. 6. Quintil. Instit. Proem. p. 8: *Non virtute ac studiis, ut haberentur philosophi, laborabant, sed vultum et tristitiam et dissonantem a ceteris habitum pessimis moribus prætendebant.* Bün.

b) prætegebat] Elegans hoc verbum vindicat Broukhufius Propertio III. 12. 12. Bün.

i) iudicum] Ven. vtraque 1478. 1493. 97: *iudicium.* iterum eodem n. 12. Placebat Gebhardo, sed minus Græzio ad Cic. 8. Famil. ep. 8. p. 469. Conf. Gruter. ad Cic. Quint. c. 3. Bün.

k) sententias venderet] Apuleius Metan. 10. p. 255: *Quid miramini-rogati vulturii, si toti nunc iudices sententias suas pretio nundinantur? quum rerum exordio inter deos et homines agitarum iudicium corruerit gratia; et - sententiam magni Iouis consiliis electus iudex rusticanus et opilio lucro libidinis vendiderit.* Pluri- bus illustrauit Gronouius ad Sene-

cam de Morte Claud. Cæf. p. 853. add. Lact. Epit. 59. 9: *præsides legum præmiis legibusque corrupti - sententias venditabant.* Bün.

l) sedibus agrisque] Vltr. Iun. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. If. *edibus agrisque.* At Pal. Cæc. Lips. Goth. Reimm. et Fasit. Gryph. Tornæz. Thom. *sedibus agrisque,* vt Libr. 4. 5. 7: *terris ac sedibus suis redderet.* Cic. pro Milone c. 32: *multos sedi- bus ac fortunis eiecerat.* Bün.

m) libros euomuit] Cic. 5. Phil. c. 7: *in me absentem orationem ex ore impurissimo euomuit.* Bün.

n) nomenque Christianum] Goth. nomenque Iudæorum. Christiani sæpe Iudæi dicti, at hic non placet. Bün.

o) vt ille dicebat] Hæc absunt a Gothano. Bün.

p) prædæ ac pabulo sit hominibus] vt L. 4. 27. 1: *quanto terrori sit damno- nibus hoc signum,* et c. 26. 39: *nom-*
 - vt

se hoc munus, philosophia dignum, ut præferret non videntibus lumen sapientiæ, non modo ut susceptis deorum cultibus resanescant^x, sed etiam ut, pertinaci obstinatione^a deposita, corporis cruciamenta deivent, neu sævas membrorum lacerationes frustra perpeti velint. Ut autem adpareret, cuius rei gratia opus illud elaborasset; effusus^x est in principum laudes, quorum pietas et providentia (ut quidem ipse dicebat,) quum in ceteris rebus, tum præcipue in defendendis deorum religionibus claruisset; consultum esse tandem rebus humanis^a ut, cohibita impia et anili superstitione, vniuersi homines legitimis sacris vacarent, ac propitios sibi deos experirentur. Vbi autem religionis eius, contra quam perorabat, infirmare voluit rationem: ineptus, vanus, ridiculus adparuit: quia grauis ille consultor vtilitatis alienæ, non modo quid oppugnaret, sed etiam quid loqueretur, nesciebat. Nam si

qui

- ut (crucor) hominibus sabasi esset. Locus Phædri 1. 14. 18. ab Heum. citatus, a celeb. Burmanno plane aliter legitur et explicatur. Bün.

q) *Itaque se suscepisse*] Pronomen se non est in 1. Lips. Cell.

r) *præferret - lumen*] noto ad L. 4. 9. 4. Bün.

s) *resanescant*] Omnes ita libri, et clare nostri Lipsienses. Resanare idem Lactantius dixit Lib. 4. c. 20. pr. et Lib. 5. c. 22. extr. Cell.

t) *resanescant*] Sic libri. Ex Ouidio haussisse Lactantium verbum *resanescere* Gronouius Obseru. L. 2. c. 21. p. 174. docuit, Nasoni *resanuit* ex MSS. reddens, quod et ab Heinsio vno loco factum adprobat Dukerus de Latinit. ICt. Vet. p. 342. et Falster. Suppleni. L. L. p. 304. Walchio vox non melior visa quam resanare. East. L. 4. 20. t. L. 5. 22. 23. Bün.

u) *perstinaci obstinatione*] L. 5. 9. 12. De pertinaciz et obstinationis crimine sæpe Christianis obiecto Kortholt. Pagin. Obtræct. L. 3. c. 10. integro. Bün.

x) *effusus est in principum laudes*] eleganter ut Seneca Vit. Beat. c. 12: *effusus in voluptates*. Tacit. L. 2. Hist. 80. 4: *in adulationem effusus*. Petronius c. 48: *Hac quum effusissimis prosequeremur laudibus*. Quintilianus est L. 9. Instit. c. 2: *abire in laudes*, et alibi: *exire in laudes*. Bün.

y) *quum in ceteris rebus, tum præcipue*] Eieci ope Goth. Emman. Lips. tert. Reimm. et Torn. MSS. ed. 1587. vocem *humanis* hic ineptam, idem recte hic monente Heumanno. Cellarius, Emman. et Goth. minus accurate ad proxima verba adduxit; quum huc pertineant. Bün.

z) *consultum esse tandem rebus humanis*] Vox *humanis* videtur ex superioribus repetita; ideo abest ab Emman. Goth. et Rom. Cell.

a) *tandem rebus humanis*] Hic recte MSS. in his Reimm. et vtraque Ven. 1478. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasit. et recentiores adiderunt: *humanis*. Bün.

- qui nostrorum adfuerunt, quamuis temporis^b gratia conticerent^{c. d.}; animo ramen derisere, vtpote quum viderent hominem profitentem, se illuminaturum alios, quum ipse cæcus esset; reducturum alios ab errore, quum ipse ignoraret, vbi pedes suos poneret; eruditurum alios ad veritatem, cuius ille ne scintillam quidem vnã vidisset aliquando; quippe quum sapientiæ professor profligare sapientiam niteretur.
- 10 Omnes tamen id arguebant; quod illo potissimum tempore id operis^e esset adgressus, quo furebat odiosa crudelitas^f. O
- 11 philosophum adulatorem ac temporì seruientem! Verum hic pro sua vanitate^{g. b} contemptus est, qui et gratiamⁱ, quam sperauit, non est adeptus; et gloria, quam captavit, in culpam reprehensionemque conuersa est^k. Ali-

VS

b) *temporis gratia*] Torn. 1587-1613: *temporum gratia* i. e. *periculum gratia*, non male. Bün.

c) *temporis gratia conticerent*] MSS. Angl. et Rom. *conticerent*: Ald. *conticeferent*: duo Lipf. *conuenirent*, pro quo vulgati *conuenerent*: Lipf. autem primus heic singularis ita est: *si qui nostrorum assenserunt, quamuis temporis gratia cohiberent vulgum*. Cell.

d) *conticerent*] Optimam hanc lectionem Cotton. Rost. Ven. 1471. 93. 97. et Tornæs. 1587-1613. confirmant; Iunii MS. Ven. 1472. vtraque 78. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *conticeferent*. Goth. *conuierent*. vbi Fasit. Gryph. Tornæs. 1548. Thomas. et recentiores ante Cell. *conuenerent*. Reimm. cum duobus Lipf. *conuenirent*. Vltr. *cohiberentur*. Confundi in libris verba: *conticere*, *conuenerent*, *conuenerent*, *cohibere*, dixi ad L. 3. 3. 16. Bün.

e) *id operis*] not. 1. 20. 8: *id muneris*. L. 5. 4. 1: *idem operis*. Cic. 2. Leg. 3: *tamquam id habueris operis ac muneris*. Bün.

f) *odiosa crudelitas*] Ven. 1471. vtraque 78: *odiosa credulitas*. male.

His peius Rost. *ociofa credulitas*. Et has voces sæpe in libris confundi scias. Bün.

g) *pro sua vanitate*] Goth. scriptura magis placet quam *inanitate* aliorum. Cell.

b) *vanitate*] Cum Goth. C. C. C. Rost. *vanitate* habent. Præfero, nam n. 8. dixit de eodem: *imepens, vanus, ridiculus adparuit*. In Reimm. Ven. 1471. et reliquis: *inanitate*: de tali permutatione dixi L. 3. 14. 19. L. 3. 17. 29. Bün.

i) *qui et gratiam*] Sic omnes libri; alias facile corrigere: *quin et gratiam*. Mox Lipf. tert. et Reimm. *non adeptus est*. Bün.

k) *et gloria, quam captauit, in culpam reprehensionemque conuersa est*] Hæc verba non leguntur in Lipf. tert. et Reimm. At Cotton. et Emm. *in culpam reprehensionis* legit. Heumannus ita tentat: *contemptus est, et gratiam non adeptus - conuersa*. Forte studio ita finit: *contemptus est - non adeptus est - conuersa est*; alias facile scripturus: *contemptus gratiam, quam sperauit, non est adeptus, et gloria conuersa*. Quæ Lipf. tert. et Reimm. delent, elegantiora sunt quam pro captu

vs^l eandem materiam mordacius^m scripsit, qui erat tum e numero iudicum, et qui auctorⁿ in primis faciendæ persecutionis^o fuit: quo scelere non contentus, etiam scriptis eos, quos adfixerat, insecutus est. Composuit enim libellos duos, non contra 13 Christianos, ne inimice insectari videretur; sed ad Christianos, ut humane ac benigne consulere putaretur. in quibus ita falsitatem scripturæ sacræ arguere conatus est, tamquam sibi esset tota contraria. nam quædam capita, quæ repugna- 14 re sibi videbantur, exposuit, adeo multa^p, adeo intima enumerans, ut aliquando ex eadem disciplina fuisse videatur. Quod si fuit, quis eum Demosthenes poterit ab impietate 15 defendere? qui religionis, cui fuerat accensus^q, et fidei, cuius nomen induerat, et sacramenti, quod acceperat, prodi-

tor

captu subornantium. Sic *gloriam* et *reprehensionem* opponit L. 6. 12. 17. et *gloriam captare* L. 6. 18. 2. 3. Bün.

l) *Alius*] Puta Hieroclem. Nam de Mort. Perf. 16. 4. dicit Hieroclem ex Vicario præsidem auctorem et consiliarium ad faciendam persecutionem fuisse. Eadem mens de nostro loco est Baronii, Pearsonii, Colomesii, Baluzii, Columbi, aliorumque, quamquam sint qui hunc Hieroclem cum Hierocle Platónico Alexandrino confundant. Plura Fabricius in Bibl. Gr. L. 2. c. 12. p. 468. * et p. 470. 471. Mollerii Homonymoscop. p. 312 - 314. et Buddeus L. c. num. 3. Cauei Hist. Eccl. Litter. f. 212. Librorum titulus indicat hunc alium. vid. Laët. 5. 3. 22. et conf. Act. Erud. Lips. Suppl. T. 3. p. 434 - 437. Bün.

m) *mordacius*] Lexica ex h. l. probarant, Falsterus ex Ouid. L. I. Pont. epist. 5. in Suppl. L. L. p. 222. ubi nollem Lactantium auctorem de plebe vocasset. Singularis hic est Veneta 1471. legens: *moderatus*. Conf. n. 13: *ut humane ac benigne consulis putaretur*. Bün.

n) *auctor*] Emman. *actor*. vid. not. sequentem. Bün.

o) *facienda persecutionis*] Lips. 2. 3: *perficienda persecutionis*. male. Nam de Mort. Perf. 16. 4: *auctor - ad faciendam persecutionem fuit*. præhe Rost. Ven. 1471. utraque 78: *prosecutionis*. Bün.

p) *nam quædam - exposuit, adeo multa*] Ita habent libri, ubi Heumannus verba: *nam quædam, et exposuit*, non dubitat delere. Rost. *nam quædam capita, quæ repugnare*. Bün.

q) *cui fuerat accensus*] *adscriptus*, *ab accenso*. Sic Emman. Goth. Lips. 1. sed ceteri Lips. *ascensus*, æqui inter nostram et vulgarem lectionem *asensus*; ex utriusque vestigiis servantes aliquam litteram. Cell.

r) *accensus*] Editi ab 1465 - 1685. omnes, etiam Rost. (licet aliter Heumannus scribat) *asensus*. Lips. 2. et Reimm. *ascensus*. corrupte. At *accensus* ex membranis primus restituit Ian. Gulielm. ad Plaut. in Menæchm. Quæst. c. 4. atque ita Goth. Lips. 1. Emman. Cauc. et Vltr. Conf. Laët. 2. 9. 5: *accensusur*. mox ibid. *adscriptur*. Bün.

tor factus est: nisi forte casu in manus eius diuinæ litteræ in-
 16 ciderunt. Quæ igitur temeritas erat, id audere disfoluere,
 quod illi nemo interpretatus est? bene, quod aut nihil didi-
 cit, aut nihil intellexit. Tantum enim abest a diuinis litteris
 17 repugnantia; quantum ille abfuit a veritate et fide. Præ-
 cipue tamen Paulum Petrumque¹ lacerauit, ceterosque disci-
 pulos, tamquam fallaciæ seminatores, quos eosdem tamen ru-
 des et indoctos fuisse, testatus est. nam quosdam eorum
 piscatorio artificio² fecisse quæstum: quasi ægre ferret, quod
 illam rem non Aristophanes aliquis³, aut Aristarchus com-
 mentatus sit.

III. Abfuit ergo ab his fingendi voluntas et astutia,
 quoniam rudes fuerunt. aut quis⁴ possit indoctus apta inter
 se et cohærentia⁵ fingere; quum philosophorum doctissimi,
 Plato, et Aristoteles, et Epicurus, et Zenon, ipsi sibi repu-
 gnantia et contraria dixerint? hæc est enim mendaciorum na-
 2 tura, vt cohære non possint. Illorum autem traditio,
 quia vera est, quadrat vndique⁶, ac sibi tota consentit, et ideo
 3 persuadet, quia constanti ratione suffulta est. Non igitur
 quæstus⁷ et commodi gratia religionem istam commenti⁸ sunt,
 quip-

1) Paulum Petrumque] Lipf. tert. Reimm. Torn. 1587: Petrus Pau- lumque, vt. L. 4. 21. 2. Büñ.

2) artificio] Ita Goth. Lipf. alter, Reimm. Angl. Fasit. Gryph. Tornæz. Thomas. et seqq. vbi Lipf. 1. 3. Iun. Rost. Ven. 1471. vtraque 78 - 1515. Paris. Crat. Gymn. piscatorio officio. Büñ.

3) Aristophanes - Aristarchus] Pro- babile monente Heumanno, ex con- iunctione, Aristophanem Byzanti- um Grammaticum, præceptorem hic commemorati Aristarchi Gram- matici intelligi. de vtroque plura Fabricius Bibl. Gr. Vol. VII. p. 51. et 53. Büñ.

4) aut quis] Bodl. Cott. Lipf. 2. Reimm. Aut quasi. Büñ.

5) apta inter se et cohærentia] Vid. 1. 4. 3. Cic. 2. Philipp. c. 8: tam eras

excors, vt tota in oratione tua se- cum ipse pugnaves: vt non modo (pro: non modo non) cohærentia inter se di- ceres, sed maxime dissimilita atque con- traria. Büñ.

6) quadrat vndique] Sic MSS. Lipf. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. reli- qui. At Rost. Ven. vtraque 78 - 1515. Iunt. Crat. Paris. Gymn. quadrat vbique. Büñ.

7) non igitur quæstus] Ex Bonon. Iſæus: Non enim quæstus. vid. L. 1. 4. 5. 6. Büñ.

8) commenti] Lipf. tert. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Paris. commensati. At Angl. Lipf. 1. 2. Goth. Parrhas. Aldus, Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Thomas. etc. commenti. Permutarunt quo libri in de Ira. 10. 48. Büñ.

f) non

quippe qui et præceptis, et re ipsa eam vitam secuti sunt, quæ et voluptatibus caret, et omnia, quæ habentur in bonis, spernit, et qui non tantum pro fide mortem subierint, sed etiam morituros esse se et scierint et prædixerint, et postea vniuersos, qui eorum disciplinam secuti essent, acerba et nefanda pasuros. Ipsum autem Christum adfirmavit a Iudæis fugatum, collecta noningentorum^f hominum manu, latrocinia fecisset. Quis tantæ auctoritati audeat repugnare^b? credamus hoc plane. nam fortasse hoc illi in somniis^{i.k} Apollo aliquis nuntiauit. Tot semper latrones perierunt, et quotidie pereunt; vti que multos et ipse damnasti; quis eorum post crucem suam, non dicam Deus, sed homo adpellatus est? Verum tu forsitan ex eo credidisti, quia vos homicidam Martem^l consecrasti, vt Deum: quod tamen non fecissetis, si illum Argeopagitæ in crucem sustulissent. Idem quum facta eius mirabilia destrueret, nec tamen negaret; voluit ostendere, Apollonium^m vel paria, vel etiam maioraⁿ fecisse. Mirum,

f) noningentorum] quinque syll. omnes libri, præter Goth. in quo: ingentorum. vitiose. In solo Heumannii textu: nongentorum. num consilio an casu, nescio. Vtramque formam Columell. 5. 2. 7. ed. Gesner. habet. Prior rarior. Bün.

g) latrocinia fecisset] Seneca ep. 7: latrocinium fecit aliquis. Bim.

h) Quis tanta auctoritati audeat repugnare] Impudenti mendacio non potest dignius, quam ironia, responderi. Cell.

i) in somniis] Lips. duo et Rom. in somniis: alii in somnis. Cell.

k) in somniis] Ita quoque Reinm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Nort. minus elegans in somnis Goth. Angl. Ven. 1493. 97 - 1515. Paris. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Thom. reliquorum est. Virg. 4. Aen. 353: Admonet in somnis. vid. not. meas ad Castellion. L. 1. Dial. 13. p. 37. Bün.

l) homicidam Martem] L. 1. 10. 4. Bün.

m) Apollonium] Hæc et sequentia restituit et illustravit Io. Bapt. Pius in Adnotat. Posteriorib. c. 99. in Gruteri Fac. Crit. T. 1. p. 501. corrigendus ex Iseo, quum male vet. edd. c. g. Rost. Ven. 1471: Apollinem legerent. n. 7. n. 8. n. 9. n. 14. At vtraque Ven. 1478. et reliquæ recte cum MSS. Apollonium. Augustinus ep. 5. ad Marcellinum: Quis autem vel risu dignum non putet, qui Apollonium vel Apuleium - conferre Christo vel etiam præferre conansur. Huic parti qua Christum cum Apollonio comparauit Hierocles, suum aduersus Hieroclem librum Eusebius opposuit; idemque fecit Henr. Morus in Libro Quarto Mysteriorum Pietatis in diuersis capitibus, add. Buddei dis. de Veritate Rel. Chr. Philosophorum Gentil. Obtræstationibus confirmata p. 60. Bün.

n) Apollonium vel paria, vel etiam maiora] Apollonii Tyanzi miranda

rum, quod Apuleium prætermisit^o, cuius solent et multa et
 8 mira memorari. Cur igitur o delirum caput, nemo Apol-
 lonium pro deo colit? nisi forte tu solus illo scilicet deo di-
 9 gnus; cum quo te in sempiternum verus Deus puniet. Si
 magus Christus, quia mirabilia fecit; peritior utique Apollo-
 nius, qui (vt describis^p) quum Domitianus eum punire vel-
 let, repente in iudicio non comparuit^q, quam ille, qui et com-
 10 prehensus est, et cruci adfixus. At enim ex hoc ipso for-
 tasse insolentiam Christi voluit arguere, quod Deum se con-
 stituerit, vt ille verecundior fuisse videatur, qui quum ma-
 iora faceret, vt hic putat, tamen id sibi non arrogauerit.
 11 Omitto nunc ipsa opera comparare^{r,s}, quia in secundo^t et
 superiore^u libro de fraude ac præstigijs artis magicæ dixi.
 12 Nego esse quemquam, qui non optet in primis id sibi post
 mortem contingere, quod etiam reges maximi concupiscunt.
 13 Cur enim sibi homines sepulcra magnifica, cur statuas, cur ima-
 gines comparant? cur aliquibus claris factis, aut etiam^x pro ciui-
 bus morte suscepta, student opinioniones hominum promereri^y?
 cur denique ipse ingenii tui monumentum hoc, detestabili^z
 stul-

da scripsit Philostratus. Summatim laudes eius Vopiscus in Aureliano c. 24. sed immodestius, iactat, quam vt censoriam notam, Casauboni præfextim, effugere potuerit. Cell.

o) *Mirum quod Apuleium prætermisit*] nam, et huius miranda pagani homines diuinis Christi miraculis opponerant. Marcellinus Augustino epist. 4: *Apollonium suum nobis, et Apuleium, aliosque magica artis homines in medium proferunt, quorum maiora (quam Christi) contendunt existisse miracula.* Cell.

p) *vt describis*] Sic Reimm. et reliqui. Heum. legit: *vt tu scribis.*

q) *repente - non comparuit*] noto L. 3. 18. 5. et de Mort. Perf. 2. 7. Büin.

r) *ipsa opera comparare*] conferre inter se. Angl. et Lipf. et Rom. *comparare*: vulgo *computare*. Cell.

s) *comparare*] Sic Bon. Tax. Pen. Vltr. Iun. Lipf. Reimm. Bodl. Cott. Ball. C. C. C. Mert. Emman. Cant. et edd. ab 1465-1524. item Tornæs. 1587-1613. Isteus et ita in plerisque antiquis codicibus Thomasius inuenit. In MS. Cauc. Goth. *computare*, quod primus Fasitel. recepit, quem secuti Gryph. et pauci recentiores. Büin.

t) *in secundo*] c. 16. Büin.

u) *et superiore*] L. 4. c. 13. 16. Büin.

x) *aut etiam*] [O gar. not. L. 1. 4. 8. et de Ira 20. 8. Büin.

y) *opiniones - promereri*] Quintil. L. 9. Instit. c. 1: *ad promerendum opinionum fauorem.* Büin.

z) *detestabili stultitia*] Angl. Lipf. Rom. sic: vulgati *detestabile*, et ad *monimentum* reducunt. Cell.

a) *detestabili*] Casu auferendi Vltr.

stultitia, tanquam cæno, ædificatum^b, constituere voluisti, nisi quod immortalitatem de memoria nominis speras? Stultum igitur est, id putare Apollonium noluisse,¹⁴ quod optaret utique, si posset. quia nemo est, qui immortalitatem recuset, maxime cum eum dicas et adoratum esse a quibusdam^c, sicut Deum; et simulacrum eius sub Herculis Alexicaci nomine constitutum, ab Ephesiis etiam nunc honorari. Non potuit ergo post mortem Deus credi, quia et hominem et magum fuisse constabat; et ideo alieni nominis titulo adfectavit diuinitatem, quia suo nec poterat, nec audebat: noster vero et potuit Deus credi, quia magus non fuit; et creditus est, quia vere fuit. Non, inquit, hoc dico,¹⁶ iccirco Apollonium non haberi Deum, quia noluerit; sed ut adpareat nos sapientiores esse, qui mirabilibus factis non statim fidem diuinitatis adiunximus, quam vos; qui ob exigua portenta Deum credidistis. Non est mirum: si tu, qui a¹⁷ Dei sapientia longe remotus es, nihil prorsus intelligis eorum, quæ legisti, quum Iudæi, qui a principio prophetas lectitauerant, quibusque sacramentum Dei fuerat assignatum^d; tamen quid legerint^e, ignorauerint. Disce igitur, si quid¹⁸ tibi

Vltr. Iun. Reimm. et edd. ab anno 1465-1524. et Gymn. vt iungas: *detestabili stultitia*. Fasitel. Gryph. Tornæz. Thom. et seqq. *detestabile*. Goth. prauæ: *quod hoc detestabile*. Bün.

b) *ædificatum*] Nescio cur contra omnes libros Heumann. hic scribat: *inædificatum*, quod cum ablatiuo non addita in præpositione dici non potest; locus Liuii ab eodem adductus hic non quadrat, vt euoluenti patebit. Bün.

c) *adoratum esse a quibusdam, sicut Deum*] Vopiscus d. l. Apolloniam dicit ipsum pro numine frequentandum. Et paucis interiectis de eodem: *Norat vultum philosophi venerabilis Aurelianus, atque in multis eius imaginem uiderat templis*. Cell.

d) *sacramentum - assignatum*] Rost. Ven. 1471. vtraque 78 - 1515. Iunt. Crat. Gymn. Tornæz. 1587 - 1613. Geneu. 1630. Walch. *sacram ob signatum*. perperam. Rectissime MSS. Lipf. Goth. Reimm. Angl. Paris. 1513. Fasit. Gryph. Torn. 1548. Betul. Thomas. et reliquæ: *assignatum*. Sic 5. 7. 2. paucis assignata *iustitia*. Iam olim Paris. editio 1513. in margine: *sacramentum - assignatum* exposuerat, nec tamen posteriores eam audiuerant supina negligentia; quum tamen ipse Lactantius L. 4. 14. 17. dixisset: *quibus solis Iudæis arcanum Dei creditum fuerat*. Bün.

e) *quid legerint*] Ven. 1493. 97. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *quid legerent* (in imperf.) et præfert Heumannus. At MSS. Lipf. Goth. Angl.

tibi cordis-est, non solum iccirco a nobis Deum creditum Christum, quia mirabilia fecit; verum etiā quia videmus *f.* in eo facta esse omnia, quæ nobis adnuntiata sunt vaticinio prophetarum.

19 Fecit mirabilia: magum *ε* putassemus; vt et vos nunc putatis *b*, et Iudæi tunc putauerunt *i*, si non illa ipsa facturum Christum prophetæ omnes vno spiritu prædicassent *k*. Itaque Deum credimus *l*, non magis ex factis operibusque mirandis; quam ex illa ipsa cruce, quam vos sicut canes lambitis *m*; quoniam simul et illa

21 prædicta est. Non igitur suo testimonio, (cui enim de se dicenti potest credi?) sed prophetarum testimonio, qui omnia, quæ fecit ac passus est, multo ante cecinerunt, fidem diuinitatis accepit; quod neque Apollonio, neque Apuleio, neque cuiquam magorum potuit, aut potest aliquando contingere.

Quum

Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. Fasitel. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. et seqq. *quid legervint.* (perf. coniunct.) *Bün.*

f) non solum iccirco - verum etiam quia videmus] Hæc est lectio antiquissimi codicis Bon. a Thomas. Isæo, Gall. merito prælata huic repugnanti et in reliquis MSS. et edd. regnanti: *non iccirco a nobis creditum - sed quia videmus.* Posterius aduersatur numero 20. et aliis locis Lactantii, e. g. L. 4. 13-15-17. Nam quod ait (Apollo) *portensifica illum* (Christum) *opera fecisse, quo maxime diuinitatis fidem meruit, adseruiri nobis iam videtur, quum dicit eadem, quibus nos gloriamur. ibidem n. 17: ideo redarguit Iudæos, quum ante oculos eorum quotidie fierent miracula nec tamen tantarum virtutum contemplatione impelli potuerunt, vt Deum crederent. L. 4. 16. 5: quum magnus populus - ob miracula, quæ faciebat - Dei filium crederet. Epit. 45. 4: OB HÆC MIRACVLA quom - multitudine - vs erat Dei filium - crederet. Bün.*

g) magum putassemus] recte, non: *magnum*, vt Gymn. Tornæs. Isæus habent. *Bün.*

b) nunc putatis] Vt Sparkius legendum coniecit, ita ante ducentos annos antiqua manus in mea altera Veneta 1478. correxit, Gotharæ vero membranz clare exhibent: *nunc putatis.* Aperte ad antecedens: *putassemus*, et consequens: *tunc putauerunt.* *Bün.*

i) putauerunt] Vid. 4. 15. 1. *Bün.*

k) prædicassent] Lips. 2. 3. Ven. vtraque 1478. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Tornæs. Isæus: *prædicassent.* Rost. Ven. 1493: *prædicarent.* Goth. Reimar. Fasit. Gryph. Thom. reliquit: *prædicassent.* *Bün.*

l) credimus non magis ex factis] Bonon. *credimus, tam ex factis.* aptius ad lectiorem Bon. n. 18: *non solum - verum etiam.* In reliquis omnibus: *non magis.* Goth. *non magis ex actis.* *Bün.*

m) sicut canes lambitis] Ven. 1493. 97: *sicut carnes lambitis.* vitiose. Cicero L. 3. in Verr. c. 11: *quos (canes) tribunal meum vides lambere.* Fortius Ammian. Marcell. L. 15. c. 3: *tribunal vnus legati non lambentes, sed membra totius republicæ - vexantes.* vid. Rupert. ad Florum L. 4. c. 12. p. 688. *Bün.*

n) de-

Quum igitur talia ignorantiae suae deliramentaⁿ fudisset, quum 22
 veritatem penitus excindere^o p. connisus esset; ausus est li-
 bros suos nefarios, ac Dei hostes Φιλαληθεῖς^q r. adnotare^s.
 O caecum pectus, o mentem Cimmeriis, ut aiunt, tenebris 23
 atriores[!] discipulus hic fortasse Anaxagorae fuerit, cui ni-
 ves atramentum^r fuerunt. Atqui eadem caecitas est, et vero
 falsitatis, et mendacio veritatis nomen imponere. videlicet
 homo subdolanus voluit lupum sub ovis pelle celare; ut fallaci
 titulo posset irretire lectorem. Verum esto^x; inscitia^y 24
 hoc, non malitia feceris: quam tandem nobis atrulisti veri-
 ta-

n) deliramenta] Saepe hac voce
 vitur L. 3. 17. 23. c. 29. 12. L. 4. 15.
 28. L. 7. 9. 6. Ira 10. 27. Opaf. 6. 7.
 Ex Plauto collegit Pareus in Lexico
 Plautino et Critico. Facile plura
 produci possent, nisi viderentur
 haec, ut Plinius dixit L. 2. H. N.
 c. 7: pueriliū prope deliramentorum
 esse. Bün.

o) excindere connisus esset] Goth.
 ita Lipsf. etiam connisus, sed excide-
 re: alii connexus. Cell.

p) penitus excindere] Ita Bon.
 Goth. et Isxus; at Lipsf. Reimm.
 Vltr. Iun. Cauc. Angl. Sublac. et re-
 liqui ab. 1471 - 1630. editi: penitus
 excidere, ut omnes. L. 6. 15. 10: vi-
 tiam penitus excidunt. de Ira 17. 12:
 iram penitus excidere. Variant libri
 saepe in his verbis. vid. not. ad L. 1.
 18. 8. et ad L. 3. 26. 12. et Gronou. ad
 Senecae L. 1. Clem. c. 1. p. 426. Bün.

q) Φιλαληθεῖς adnotare] Rom.
 editione. Latine veritatis amatores,
 vna conuersum adponitur. Adnota-
 re, praenotare, praescribere in fron-
 te, seu titulum facere. Cell.

r) Φιλαληθεῖς] Versionem sine
 necessitate addunt. vtraque Ven. 1478:
 id est amantes veritatis. Rom. Ven.
 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat.
 Gymn. id. est veritatis amatores.

Lipsf. alter: amantes veritatem.
 Bün.

s) adnotare] Walchius exponit:
 adlegare, citare, ut simul significet
 titulum. Barthius Aduersar. L. 50.
 c. 10. pr. f. 2363. recte explicat: in-
 scribere, ita vero omnino elegantius
 alibi scribit. L. 1. 11. 55. L. 6. 18. 28.
 L. 7. 18. 3. De verbo praenotare hoc
 sensu vid. Græu. et Duker. ad Flor.
 2. 12. p. 401. Bün.

t) Cimmeriis - tenebris atriores]
 Rost. Ven. 1471. vtraque 78: ac-
 riorum. praeue. Conf. Cic. 4. Acad. c. 19,
 Cimmerios a tenebris nonen habere
 Phœnices fabulati sunt, quia: Camar
 vel Cimmer est nigrescere. vnde Cimri-
 ve iom atriores dicit Iob. 3. 5. haec et
 plura Bochart. Geogr. S. L. 1. c. 33.
 f. m. 591. Bün.

u) niues atramentum] L. 3. 23. 11.
 Bün.

x) Verum esto] Rost. Verum est.
 praeue. Verum esto idem est, quod:
 sed patemus, ponamus, fingamus.
 vid. not. ad L. 3. 9. 5. Bün.

y) inscitia] Misere haec vox in li-
 bris corrupta. Reimm. inscicia, at in
 marg. ut Rost. inscicia. Ven. 1493.
 97: insana hoc. Goth. optime: in-
 sciencia, quomodo noto in libro de
 Ira c. 1. 6. et in Epitome variare.
 Bün.

z) al-

tatem? nisi quod adfertor deorum, eos ipsos ad vltimum pro-
 25 didisti. Profecutus enim summi Dei laudes, quem regem,
 quem maximum, quem opificem rerum, quem fontem bo-
 norum, quem parentem omnium, quem factorem altorem-
 que* viuentium confessus es; ademisti Ioui tuo regnum,
 26 eumque summa potestate depulsum, in ministrorum nume-
 rum redeigisti. Epilogus itaque te tuus arguit stultitiæ, va-
 nitatis, erroris. Adfirmas enim *† deos esse; et illos tamen
 subicis, et mancipas ei Deo, cuius religionem conaris euer-
 tere.

I III. Ii ergo, de quibus dixi, quum, præsentem me ac
 dolente, sacrilegas suas litteras explicassent; et illorum su-
 perba impietate stimulatus, et veritatis ipsius conscientia, et
 (vt ego arbitror) Deo^{a. b.}; suscepi hoc munus, vt omnibus
 ingenii mei viribus accusatores iustitiæ refutarem; non vt
 contra hos scriberem, qui paucis verbis obteri^{c. d.} poterant;
 sed

z) *altoremque*] Lipf. alter, Reimm. Ven. 1471: *alitoremqe*. Rost. *altio-remque*. Ven. vtraque Parrh. *actoremque*. Ald. Crat. Gymn. *authoremque*. At Ven. 1493. 97. Paris. Fasit. Gryph. reliqui: *altoremque*. Conf. l. 21. 41. Bün.

*) *Adfirmas enim*] Emman. Goth. Lipf. enim addunt. Cell.

†) *Adfirmas enim*] Addunt enim quoque MSS. Sparkii, Reimm. et vtraque Ven. 1478. cum Torn. 1587-1613. Walch. Proscribunt reliquæ edd. et Heumanno languidiorem facit sermone. In Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. *Adfirmans*. prauæ. Bün.

a) *et, vt ego arbitror, Deo*] Sic tres Lipf. quasi *Deo stimulatus*: quod quia insolens videri potest, vetustissimi editores *et ac Deo* expunxerunt. Nolo hos duces sequi aduersus scriptorum codicum consensum: sed potius deesse aliquid, quam superfluere existimo. Forte *Deo duce* scripsit, vt Cicero Catil. 2. extrema: *diis ducibus in hanc spem sententiamque sum*

ingressus; aut quo, vel simili modo, in huius capituli sectione 7. est, *Deo inspirante*. Cell.

b) *et (vt ego arbitror) Deo*] Ita quoque Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et seqq. Omis-
 sa voce *ego*. Veneta vtraque 478: *et vt arbitror Deo*. Ven. 1471. et Rost. *et vt ego arbitror suscepi*, abiecta copula *et*. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *vt ego arbitror suscepi*. forte excidit: *duce*, vt L. 2. 19. 5. *Deo ac veritate ducibus*, aut: *adiuante*, vt L. 3. l. 4: *Deo adiuuante*, aut: *instruente*, vt L. 6. l. 1: *diuino spiritu instruente*. Vides solere nostrum in librorum principiis ad Dei auxilium omnia referre, vnde pronum credere idem et hic factum vt hoc ipso capite n. 7: *accessi Deo inspirante*. Bün.

c) *paucis verbis obteri*] Sic Goth. Rom. Ald. et alii: male codd. quidam *obtrineri*, quod nihil est. Cell.

d) *obteri*] Ita quoque Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fasit.

sed vt omnes, qui vbique idem operis^e efficiunt, aut effecerunt, vno semel impetu^f profligarem. Non dubito enim, quin et alii plurimi, et multis in locis, et non modo Græcis, sed etiam Latinis litteris monumentum iniustitiæ suæ struxerint^g. quibus singulis quoniam respondere non poteram, sic agendam mihi hanc causam putavi, vt et priores cum omnibus suis scriptis peruerterem, et futuris omnem facultatem scribendi aut respondendi amputarem. præbeant modo aures. efficiam profecto, vt quicumque ista cognouerit; aut fuscipiat^b quod ante damnauit; aut, quod est proximum, deridere aliquando desistat. Quamquam Tertullianus eandem causam pleneⁱ perorauerit in eo libro, cui Apologetico^k nomen est: tamen quoniam aliud est, accusantibus re-

spon-

Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et seqq. Prauum obtineri. Reimm. Ven. 1472. vtraque 78. Paris. Bün.

e) idem operis] vt c. 2. 10: id operis. Scite Ouid. 1. Fast. 46:

Non habet officii Lucifer omnis
IDEM.

Vbi plura Heinsius et Burmann. p. 6. Prior quoque ad Heroid. 8. 104. p. 115. et ante hos Gronouius ad Liuii L. 32. c. 37. Bün.

f) vno semel impetu] Sic Goth. Lipsf. 2. 3. Reimm. Emman. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et seqq. Sed MS. Iun. et edd. ab 1465. 1524. et Gymn. vno simul impetu. vt Plautus in Mil. Glor. 1. 1. 52. sq. quingentos - simul vno ictu occideres, quod imitatur ex parte Cyprianus s. auctor de Singular. Clericor. n. 24. f. m. 554: vtrumque simul vno ictu mortificat, et præfert Dauisius ad Cæsar. 3. B. Gall. c. 19. in addendis. Plures tamen libros Lact. 3. 26. 10: vno semel impetu, habere ibi docui. Ita Arnobius L. 1. p. 26: Morbis vexatos centum aut hoc amplius semel vna insusione sanabat. Quintil. 1. Instit. c. 15: orationis

omnes virtutes semel complectitur. Semel et simul sæpe in MSS. permutari dixi ad Lact. 1. 3. 21: Semel eleganter ponitur, nos verteremus eim sūr allemal. vid. exempla apud Schulting. ad Senecz L. 2. Controu. 14. p. 196. sqq. Bün.

g) struxerint] Bon et Tax. instruxerint. Lipsf. alter, Rost. Ven. vtraque 78 - 1515. Crat. Gymn. struxerunt. male. Rectissime Goth. Reimm. Paris. Fasit. Gryph. Tornæa. Betul. Thomas. sqq. struxerint, pro: instruxerint, faciunt L. 1. 2. 5. not. (5.) et L. 1. 5. 13. Bün.

h) fuscipiat] Barthio Aduersar. L. 43. c. 1: fuscipere h. l. valet: pro certo veroque tenere. fuscipiat, quod ante damnauit, idem ac: fuscipiat religionem Dei singularis siue Christianam antea damnatam, vt L. 3. 27. 13. et sæpius. Bün.

i) plene perorauerit] Lipsf. alter, Reimm. plane. Bün.

k) cui Apologetico nomen est] Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97: cui Apologeticon nomen est. At longe elegantius MSS. Lipsf. Goth. Reimm. Parrh. Paris. Ald. et recentiores:

cne

- spondere, quod in defensione^l, aut negatione sola positum est; aliud instituere, quod nos facimus; in quo necesse est, doctrinæ totius substantiam contineri; non defugi hunc laborem, ut implerem materiam, quam Cyprianus non executus est in ea oratione, qua Demetrianum^m (sicut ipse ait) oblatrantem atque obstrepentemⁿ veritati, redarguere conatur. qua materia non est usus, ut debuit. non enim scripturæ testimoniis, quam ille utique vanam, fictam, commentitiamque^o putabat; sed argumentis et ratione fuerat refellendus. Nam quum ageret contra hominem veritatis ignarum^p, dilatis paulisper diuinis lectionibus^r, formare hunc a principio tamquam rudem debuit, eique paulatim lucis principia monstrare^q, ne toto lumine obiecto caligaret.
- 6 Nam sicut infans, solidi^r, ac fortis cibi capere vim non potest, ob stomachi teneritudinem, sed liquore lactis ac mollitudine alitur, donec, firmatis viribus, vesci fortioribus^s possit: ita et huic oportebat, quia nondum poterat capere diuina, prius humana testimonia offerri, id est, philosophorum
et

cui *Apologesico nomen est* dandi casu L. 5. 1. 22: cui *Octauio titulus est*. plura notauit ad L. 1. 11. 31: cui *cognomen Agelilao fuit*, et n. 61: cui *nomen Vrano fuit*. Bün.

l) *in defensione*] Walchius: *defensio*, inquit, *heic est adfirmatio*; immo vero manet nota significatio in respectu ad accusantes. Bün.

m) *qua Demetrianum*] non proconsulem Africæ, ut censet Baronijs, cuius dignitati non conueniunt, quæ in hoc libro leguntur: sed quemdam minoris ordinis iudicem in ciuitate Carthaginiensi. Cell.

n) *oblatrantem atque obstrepentem veritati*] Sic exorditur librum illum Cyprianus: *Oblatrantem te, et aduersus Deum, qui vnus et verus est, ore sacrilego et verbis impijs obstrepentem, frequenter, Demetriane, conuerseram*. Cell.

o) *commentitiamque putabas*] Cauc.

Iun. Reimm. et edd. ante Thomam: *commentitiam putabas*, per asyndeton. Bün.

p) *veritatis ignarum*] Negat quidem Episcopus Oxon. in sua editione ad Cypr. Demetrianum, ipsum fuisse veritatis ignarum, quia sepe ad Cyprianum venerit disceptaturus de fidei capitibus; sed ipse tamen Cyprianus tribuit ipsi: *imperitiam et studio magis contradicendi, quam vero discendi venisse* dicit. Bün.

q) *monstrare*] Bon. *demonstrare*. Bün.

r) *solidi*] Arnob. L. 2. p. 58: *quam cæperit solidioribus cibis infans debere fulciri*. vbi Elmenhorst. plura p. 74. Bün.

s) *fortioribus*] Opif. 12. 18: *ad capiendos fortiores cibos*. Cyprianus ep. ad Donatum ed. Oxon. f. 5: *impletur in succum cibis fortioribus corpus*. Bün.

t) an-

et historicorum; ut suis potissimum refutaretur auctoribus^c. Quod quia ille non fecit, raptus eximia eruditione diuinarum litterarum, ut iis solis contentus esset, quibus fides constat; accessi Deo inspirante, ut ego facerem, et simul ut viam^{e.g.} ceteris ad imitandum pararem. Ac si hortatu^{e.g.} nostro docti homines ac disert^a huc se conferre cœperint, et ingenia sua vimque dicendi in hoc veritatis campo iactare^b maluerint; euanituras breui religiones falsas, et occasuram esse omnem philosophiam, nemo dubitauerit: si fuerit omnibus persuasum, quum hanc solam religionem, tum etiam et solam et veram^{e.d} esse sapienriam. Sed et agarus sum longius, quam volebam.

V. Nunc reddenda est^a de Iustitia ^{proposita} disputatio;

^{s) auctoribus}] Heumannus scribat: *auctoritatibus*. Quis dubitet ita scribere potuisse; at hic est contra omnium librorum auctoritatem. *Bün.*

^{u) et simul ut viam ceteris}] VT ex MSS. est, et Rom. ed. quod abest a vulgatis. *Cell.*

^{x) et simul ut}] Non aliter Goth. Reimm. et omnes ab 1463-1566. etiam Torn. 1548-1613. et Isæus; neglexerunt Thomas. Thyf. Gall. Spark. Cant. editiones, et quid inde damni, quum VT præcesserit? *Bün.*

^{y) ac si hortatu nostro}] Angl. Goth. et duo Lips. ac: vnus Lips. sicut vulgares *ac*. *Cell.*

^{z) ac si}] Habent ac Bon. Tax. Pen. Vltr. Reimm. immo Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. 1513. Isæus dudum ante Cellarium receperant. *Bün.*

^{a) diserti}] Lips. alter: *discreti*. Indigne Laëtantio dudum hæc barbara significatio, [(quam sæpe in diplomatibus Mindensibus Sæc. XII. et XIII. deprehendi), a doctis viris explora. *Bün.*

^{b) ingenia-iactare}] Quintil. L. 3. Inst. c. 1: *admiscere sententiamus aliquid nitosis, non iactandis ingenio gratia*. Tacit. L. 13. Annal. c. 11. fin. *Bün.*

^{c) et solam et veram}] Omnes manu scripti Anglorum, Sparkio notante, illud *et* geminum, ac duo Lipsienses habent: Alii *et* primum tantummodo habent: vulgati vtrumque expungunt. *Cell.*

^{d) et solam et veram}] Geminant *et - et* Cauc. Reimm. Ven. 1472. vtraque 78. Gryph. Betul. Tornaz. 1587-1613. At in Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *et solam veram*; Tandem Thomafius, Isæus, reliqui: *solam veram*. *Bün.*

^{a) reddenda}] Hæc vox Heumanno corrupta videtur ex: *repetenda*; quasi sensus esset: *nunc redeundum ad propositam de iustitia disputacionem*. At nihil adhuc de iustitia disputauit, versatus modo in præliminaribus. hinc *reddere* hic habet vim simplicis: *dare*, quæ vis mansit in phrasi: *rationem reddere*: sic L. 5.

tatio; quæ aut ipsa est summa virtus^{b,c}; aut fons est ipsa virtutis^{d,e}, quam non modo philosophi quæsierunt, sed poetæ quoque, qui et priores multo fuerunt, et ante natum philosophiæ nomen pro sapientibus habebantur. Hi plane intellexerunt, abesse hanc a rebus humanis, eamque finxerunt offensam vitiis hominum, cecidisse e terra^{f,g}, in cælumque migrasse: atque vt doceant, quid sit iuste viuere (solent enim præ-

1. 6: *nec causas odiorum reddere ipsi possumus*. Ita Manilius L. 1. 561:

... *Restat ut aethereos fines tibi reddere coner*

et L. 1. 803:

Ac prius incipiam stellis quam reddere vires.

his et aliis locis idem: quod enarrare, referre. Bün.

b) aut sola est virtus] Sic MS. Cantabr. et ed. Paris. Et Rom. sola, nisi quod ipsa præmittit. Ceteri, qua aut ipsa est summa virtus, quod nemo dubitat: solam autem virtutem esse, ad iustitiam vniuersalem, de qua disputant, referendum est. Vt taceam, ingrate ipsa vulgo poni, quod tribus post verbis repetatur. Cell.

c) qua aut ipsa est summa virtus] Ita restituo ex Goth. Lips. tribus, Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. 1548-1613. Betul. Thomas. Ifzo, Sparkio, Walchio. Eodem redeunt Emman. Ven. 1472. vtraque 78. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. qua aut ipsa summa est virtus. Pro his Cantabr. MS. siue Sublac. Rost. Romana 1474. Ven. 1493. 97. et Paris. 1513. et aliz Parisienses: qua aut ipsa sola est virtus. Fallitur Cellarius sibi persuadens pronomen ipsa a Cantabr. et Parisiensi abesse; nullam ipse Parisiensem habuit abreptus Gallxi nota, qui nimis succincte scripserat: *Lusetiapa editio* (non addito anno editionis) *habet: sola virtus. Sic generalem* (hinc Cell. uni-

uersalem) *iustitiam intelligo, qua virtutem in se complectitur omnem. Quid vero impedit hanc generalem s. vniuersalem iustitiam dici SVM-MAM virtutem. Recte hoc vidit Walchius illustrans ex Cic. 3. Off. c. 6: Hec una virtus (iustitia) omnium est domina et regina virtutum. Quid multis ipsi Lactantio iterum hoc libro c. 14. 7: iustitia vocatur SVMMA VIRTUS, quæ n. 9: omnes simul virtutes amplectatur.* Bün.

d) aut fons est ipsa virtutis] Sic omnes veteres libri, scripti, impressi, vt mirer, cur recentes virtus ediderint. Cell.

e) aut fons est ipsa virtutis] Solus Emman. ipsa non habet, reliqui scripti editique agnoscunt ipsa, scil. iustitia; idem: virtutis, exceptis Thomas. Thyf. Gall. Cant. editionibus. Commode ipsa poterat abesse; Walch. et Heum. ipse corrigunt. Ita certe c. 14. 10: *ab ipso fonte. L. 6. 9. 2: fons est ipse bonitatis Deus. 6. 24. 13: ipsum veritatis attigit fontem.* Bün.

f) cecidisse e terra] MSS. Angl. duo Lips. et Rom. præpositionem interponunt, quæ negligitur in vulgatis. Lips. 1: *excessisse terris.* Cell.

g) cecidisse e terra] Goth. Reimm. Sublac. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Paris. Torn. 1587: *cessisse e terra.* Parrh. Ald. Crat. Gymn. *cessisse a terra.* Ven. 1472. Fasit. Gryph. Thomas. Spark. *cessisse terra.* Bün.

præcepta per ambages^b dare) a Saturni temporibus, quæ illi vocant auræa, repetunt exempla iustitiæ; narrantque in quo statu fuerit humana vita, dum illa in terra moraretur. Quod³ quidem non pro poetica fictione, sed pro vero habendum est. Saturno enim regnante, nondum deorum cultibus institutis, nec adhucⁱ illa gente^{k.l} ad diuinitatis opinionem consecrata, Deus vtiq; colebatur. Et ideo non erant neque dissen-⁴ siones, neque inimicitia, neque bella.

Nondum vefanos rabies nudauerat enses,
vt Germanicus Cæsar in Arateo loquitur^m carmine;

Nec consanguineis fuerat discordia nota.

Immo ne alienigenis quidem. sed neque vlli omnino gladii, qui nudarentur, fuerunt. Quis enim præfente ac vigente^s Iustitia, aut de tutela sui, quum nemo insidiaretur, aut de pernicie alterius cogitaret, quum nemo quidquam concupisceret?

Malebant tenui contenti viuere cultu,
vt Cicero in suo^{n.o} narrat; quod est proprium nostræ religionis.

Ne signare quidem^p, aut partiri limite campum
Fas erat: in medium^q querebant.

quip-

b) per ambages] Goth. *per ambagem.* Bün.

i) nec adhuc] Hoc præstat ex Bon. Tax. Cauc. Vltr. Lipf. Goth. Reimm. Ven. vtraque 1478. Parrh. Crat. Gymn. Ald. Falit. et recentiorum, præ Pen. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. *nec dum.* Bün.

k) nec adhuc illa gente] Goth. et duo Lipf. ac Rom. *illa: cetosi vlla.* Cell.

l) illa gente] Bon. Tax. Pen. Cauc. Vltr. Reimm. Rost. Ven. 1472. vtraque 78 - 1509. Paris. 1513. et Iunt. *illa.* Alterum *vlla* ex Aldo ad reliquas transiit. *illa gens* est Saturni, vt gens Titanum c. 6. 7. ad rem conf. L. l. 15. l. 199. Bün.

m) vt Germanicus Cæsar in Ara-

teo loquitur] cuius in Signo Virginitis vterque est versus. Cell.

n) vt Cicero in suo narrat] in suo Arateo, cuius fragmenta supersunt. Sed hoc de priore versu *Malebant* tantum intelligas. Cell.

o) in suo narrat] Addunt Vltr. Iun. et Parrh. Iunt. Ald. Crat. Torn. 1548 - 1613. Gen. 630. Walch. *in suo narrat Arato.* quod additamentum plures MSS. et vett. edd. ab 1465. ad Paris. 1513. ignorant. Bün.

p) Ne signare quidem, aut partiri] Versus hic Virgilianus est e Lib. i. Georg. 126. Cell.

q) in medium] i. e. in commune. Ex Marone iterum Libro de It. 7. 11: *in medium quæuis reponens.* Seneca Agamem. v. 666: *in medium*

Pp

dium

- 6 quippe quum Deus communem omnibus terram dedisset, vt communem degerent vitam; non vt rabida^r et furens auaritia sibi omnia vindicaret; nec vlli deesset, quod omnibus na-
- 7 sceretur. Quod poetæ dictum sic accipi oportet; non vt existimemus, nihil omnino^s tum fuisse priuati^t; sed more poetico figuratum^u: vt intelligamus, tam liberales fuisse homines, vt natas sibi fruges non includerent, nec foli^x absconditis incubarent^y, sed pauperes ad communionem proprii laboris admitterent.

Flumina iam lactis^z, iam flumina nectaris ibant.

- 8 Nec mirum; quum promptuaria^a iustorum benigne paterent omnibus, nec auaritia, intercipiens beneficia diuina, famem sitimque vulgo faceret; sed omnes æqualiter abundarent, quum habentes non habentibus large copioseque donarent. Sed postquam Saturnus a filio pulsus, in Latiumque delatus est,

Arma Iouis fugiens^b, et regnis exsul ademptis,

Quum iam populus vel noui regis metu, vel sua sponte deprauatus, Deum colere desisset^c regemque pro Deo habere cepis-

dium deslere suos. Hinc interpretare Tertull. de Resurr. Non hanc (mortem) esse in vero, qua sit in medio, i. e. communis. Büñ.

r) rabida] Lips. secund. rapida. Büñ.

s) nihil omnino] In Thyf. et Cell. vitiose: nihil omni legitur. Büñ.

t) priuati] Solz Goth. membranz: priuatum. Büñ.

u) figuratum] Heum. figuratum est, legit, ego repeto: accipi oportet, tum est non habet locum. Büñ.

x) foli] Sic rectius MSS. et Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Paris. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et seqq. quam Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Crat. foli. Est nomin. casus in plur. foli. Büñ.

y) absconditis incubarent] Eleganter Cicero pro Cluentio c. 26: qui illi pecunia, quam considerat, spo iam atque animo incubaret. Virg. 2. Georg. 507:

Condit opes alius, desosque incubat auro. Büñ.

z) Flumina iam lactis] Ouidius Lib. 1. Metamorph. v. 111. dixit. Cell.

a) promptuaria] Vox Apuleii, quem sæpe expresit noster. Büñ.

b) Arma Iouis fugiens] Acneid. 8. v. 320. Cell.

c) desisset] Rost. dedisset, prauè; vbi Goth. Gall. Spark. desisset. At plurimorum MSS. et edd. desisset, per syncopen, nostro frequentius et Ciceroni, cui desisset, scisset, decreset, commoisset et similia familiaria. vid. Græu. ad Cic. 1. fam. ep. 9. p. 35. et Malaspina ad Cic. 7. Att. ep. 1. p. 646. Idem pro Sextio c. 19: ne vestitu quidem defendi temp. scisset. Conf. not. ad Lact. L. 3. 20. 17. etc. 23. 14. Büñ.

d) ad

cæpisset; quum ipse propemodum parricida, exemplo ceteris esset ad violandam pietatem^d;

Deseruit prope terras^e iustissima virgo:
sed non, ut ait Cicero^f,

Et Iouis in regno, calique in parto resedit^g.

Quomodo enim poterat in eius regno residere, aut commorari; qui patrem regno expulit, bello persecutus est, exulem toto orbe iactavit?

*ille malum virus^h serpentibus addidit atris,
Prædarique lupos insit,*

id est odium et invidiam et dolum hominibus inseruit^{i, k}, ut tam essent, quam serpentes, venenati; tam rapaces, quam lupi. Quod quidem vere faciunt ii, qui istos ac fideles Deo^l persequuntur, dantque iudicibus sæuendi aduersus innocios potestatem. Fortasse aliquid eiusmodi Iuppiter fecerit^l ad^m expugnandam, tollendamque iustitiam, et iccirco efferasse serpentes, ac lupos acuisse tradatur^m.

Tum belli rabiesⁿ, et amor succesit habendi.

Neque immerito. sublata enim Dei religione, boni quoque^o ac mali scientiam perdididerunt. sic hominibus intercidit com-
mu-

d) ad violandam pietatem] Reimm. et Rost. ad violandum pietatem. Bün.

e) Deseruit prope terras] Germanici Cæsaris versus est, in Virgine. Cell.

f) ut ait Cicero] rursus in Aratei fragmento. In versu Grotius vocem ultimam legit recepta est: sed omnes libri Laetantiani resedit. Cell.

g) resedit] Sic Reimm. et reliqui, et statim n. 10: residore. Bün.

h) ille malum virus serpentibus] Virgiliti est Georg. I. v. 129. Cell.

i) hominibus inseruit] MSS. Angl. et Lips. ac cd. Rom. et Betul. inseruit: Aldus et recentiores inseruit. Cell.

k) inseruit] Reimm. et Torn. MSS. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. Betuleius: inseruit, ut Boethius L. 1. Consol.

p. 44: sapientiam mentibus inseruit Deus, et L. 3. Prof. II: mentibus hominum veri boni naturaliter inserta cupiditas. Ven. 1472. et vtraque 78. prae: seuit, ut Parrh. inseruit: Redius Goth. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Thom. et seqq. inseruit. Conf. not. L. 6. 3. 13-14. Bün.

l) fecerit] Lips. Goth. Reimm. Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Thomas. sqq. fecerit. Paris. fecit. Bonon. fecerat. Hoc Heum. placet, deinde legens: tradatur. Bün.

m) tradatur] Sic Lips. Goth. Reimm. et Fasit. Gryph. Betul. Thomas. Gall. Spark. vbi. iures: tradatur. Bün.

n) Tum belli rabies] Aencid. 8. v. 327. Cell.

Pp a

o) dis

munitas vitæ, et diremrum^o est fœdus societatis humanæ.
 14 Tum inter se manus conferere² cœperunt, et insidiari, et gloriam sibi ex humano sanguine² comparare.

I VI. Quorum omnium malorum fons, cupiditas⁶ erat, quæ scilicet ex contemptu veræ maiestatis erupit. non tantum enim, non participabant aliis ii^{b, c.}, quibus aliquid adflue-

o) *direrum est fœdus*] Nihil mori scripturam Lips. secundi, Reimm. Rost. Ven. 1471. vtriusque 78-1515. Paris. Crat. Gymn. Gryph. Tornæs. Betul. *direrum*, licet quoque Taurin. et quidam alii in Epit. 59. 7: *direrum est fœdus - direrum societas* præferant; sæpe enim, vt ad Epitomen dico, hæ voces confunduntur; Latini vero non *diripere*, sed *dirimere fœdus, societatem* dicunt: Ita noster ex Cicerone L. 6. 6. 21: *dirimunt hi societatem*. de Ira 23. 26: *publ. fœderis diuina coniunctio rumpitur, dirimitur, dissipatur*. Bün.

p) *manus conferere*] Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Gymn. *manus inferere*. perpetran. At MSS. Lips. Angl. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Thom. sqq. *conferere*. L. 3. 6. 6: *conferis manibus*. Bün.

q) *ex humano sanguine*] cæde hominum L. 6. 20. 26. Bün.

a) *omnium malorum fons, cupiditas*] Cupiditas est auaritia, de qua capite quinto integro egit. His gemina illa Sallustii Catil. 10. 3: *primo pecuniæ, deinde imperii CVPIDO* creuit. *Ea materies omnium malorum fuere*, vbi plura Curtius p. 68. sqq. et Catilin. 21: *vita hominum sine cupiditate agitabatur*. Bün.

b) *non participabant aliis ii*] Vulgo *aliis*, quod quia cum participandæ verbo non conuenit, Betulcius *impertiebantur* substituit, credo ex

suo codice. Quod vero alii manu scripti *participabant* constanter seruant, nolo mutare: syntaxi autem litteræ vnus mutatione consulo, *alios* legens, non *aliis*. Plautus dixit *seruum participare consilii sui*. Cistell. L. 3. 17. Cell.

c) *non participabant aliis ii*] Elegantius quidem Cellarius ex ingenio correxerat: *non participabant alios*; accus. casu, atque vt, nunc Heum. ego ipse in Miscell. Lips. T. 3. p. 150. ex membranis Gothanis *ALIOS* prætuleram; at postea didici librarium istum Gothanum haud raro, quippe non indoctum, meliora atque elegantiora, quam in libris habentur, dare ausum, vnde rescripti sciens atque prudens: *non participabant aliis ii*, ex omnibus aliis MSS. in his septem Anglicanis, omnibus Guelferb. tribus Lips. Wittenb. Reimmann. et edd. Sublac. etiam Rost. 1476. (fallitur enim Heumanus ex ed. 1476. *alios* citans) Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515. omnibusque reliquis, præter Betulcium, quem, aut eius codicem, *non impertiebantur aliis* exhibentem hic, vt sæpe alibi, elegantem glosfatorem agere scias. *Participare alicui* sæpissime in antiquissima et sæculo secundo exeunte, vt Grabius et Fabricius censuere, cuncta versione Irenzi occurrit. Iren. L. 1. Hæref. c. 1. f. 10: *Nus excogitabat reliquis æonibus participare magnitudinem patris*. L. 1. c. 9.

fluebat^d; sed aliena quoque rapiebant, in privatum lucrum trahentes omnia; et quæ antea in usus omnium^e etiam singuli laborabant, in paucorum domos conferebantur. Ut enim seruitio ceteros subiugarent, in primis necessaria vitæ subducere et colligere cœperunt, eaque firmiter conclusa servare; ut beneficia cælestia, facerent sua, non propter humanitatem, quæ nulla in ipsis erat; sed ut omnia cupiditatis et avaritiæ instrumenta corraderent^f. Leges etiam sibi, iustitiæ nomine munitas^g; iniquissimas iniustissimasque sanxerunt, quibus rapinas et avaritiam suam contra vim multitudinis tuerentur. Tantum igitur auctoritate, quantum viribus, aut

e. 9. f. 59: qui participavit ei suam gratiam. L. 2. c. 61. f. 191: anima participans suo corpori-vitam participans corpori. L. 4. c. 28. f. 316: gloriam suam participare volens discipulis suis. Nec abhorrent alii scriptores sacri; nobiscum facit Celeberr. Heusingerus ad Vechneri Hellenolox. p. 345. Bün.

d) *adfluens*] Ven. 1493. 97: *effluens*. prave. Nota illa Ciceronis: *affluens divitiis, opibus et copiis, bonis omnibus*. Bün.

e) *in usus omnium*] In libris antiquis per notas *horum* i. e. *hominum*, et *orum* i. e. *omnium* scribitur, hinc facilis confusio; hinc e. g. num. 12. in Reimm. *hoibus* scribitur pro *omnibus*, et not. c. 11. 7. et c. 14. 14: *omnibus* pro *hominibus*. unde hic ausus sum scribere: *in usus omnium*; itaque legendum Isæus, Io. Cauci, Gall. Spark. Walch. Heumann. censuerunt recte, est enim antithesis ad voces: *singuli - paucorum*. Agnovit iam olim interpret Gall. vertens: *pour l'usage de tous hommes*. Conf. not. 6. 22. 3. Bün.

f) *corraderent*] Lips. tert. et Reimm. ex correctione prava: *corraderent*, vocali quarta. Rost. Ven. vtraque 1478. Paris. *conderent*. Ven.

1493: *corraderent*; plenius Ven. 1497. Parrh. Ald. Crat. Gymn. *constraderent*. At MSS. plures et Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. reliqui rectissime: *corraderent*. de Mort. Perf. 31. 6: *ut opes corraderentur*. Bün.

g) *iustitia nomine munitas*] Additum *munitas* in codd. Angl. Lips. Rom. et Ald. Cell.

h) *Leges etiam sub iustitia nomine iniquissimas*] Licet MSS. Angl. Lips. Goth. Reimm. Ultr. Iun. Cauc. omnesque ab 1465-1566. editi: *Leges etiam sibi iustitia nomine munitas, iniquissimas*, legant; præplacet tamen lectio antiquissimi Bononiensis a solo Isæo recte impressa, ut in codice habetur; parum abeunt edd. Thomas. Gall. Spark. Cant. *leges etiam sibi nomine iustitia iniquissimas*. Attamen Thomas. et Gall. in notis scripturam Bonon. præferunt. Latet antiqua elegantia in formula: *sub nomine*, hinc inde apud Cicer. Ovidium, alios obvia. Heumannus rescribit salvis prioribus: *Leges etiam sub iustitia nomine multas iniquissimas*. Cicero Or. 12. Phil. c. 7: *quoniam semper sub nomine pacis bellum læret*. Bün.

4 aut opibus, aut malitia^{i. h.} præualebant. Et quoniam nul-
 lum in his vestigium iustitiæ fuit, cuius officia sunt humani-
 tas, æquitas, misericordia; iam superba, et tumida^l inæqua-
 litate gaudebant; altioresque ceteris hominibus, satellitum
 5 comitatu, et ferro, et insigni veste fulgebant^{m.} Hinc
 honores sibi et purpuras et fasces inuenerunt, vt securium
 6 gladiatorumque terrore subnixi^{n.}, quasi iure dominorum per-
 culsis ac pauentibus imperarent. In hac conditione huma-
 nam vitam rex ille constituit, qui, debellato ac fugato paren-
 te, non regnum, sed impiam tyrannidem^o vi et hominibus ar-
 matis^p occupauit, et aureum illud, iustumque sæculum sus-
 tulit; coegitque homines, malos et impios fieri, velex hoc
 ipso^{q.}, quod eos^r auertit a Deo ad se adorandum: quod ter-
 7 ror^s insolentissimæ potestatis expresserat. Quis enim non
 metueret eum, quem arma cingebant, quem ferri, et gladio-
 rum fulgor insuetus circumdabat? aut cui parceret alieno, qui
 ne patri quidem suo pepercerat? quem vero metueret, qui
 Tita-

i) malitia præualebant] Duo Lips.
 malitia: primus, et Angli, et vet.
 edd. auaritia. Cell.

k) aut malitia] Sic Goth. cui su-
 perscriptum: (auaritia) Reimm.
 Ven. 1472. vtraque 78j Fasit. Gryph.
 Tornæs. Betul. Thomas. et seqq.
 vbi reliquæ Rost. Ven. 1493. 97. Pa-
 ris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. auaritia.
 Bün.

l) superba, et tumida] Cant. super-
 ba et inuida. Reimm. Rost. Ven.
 1493. 97: superbia et tumida. Bün.

m) altioresque ceteris - veste fulge-
 bant] Lips. 2. 3. Reimm. Veneta vtra-
 que 1478. 97. Paris. altioresque se ce-
 teris - veste fulgebant. Ven. 93: ful-
 gabant. At omisso pronomine se re-
 cētissime Parrhas. Iunt. Ald. Crat.
 Gymn. Isæus: altioresque ceteris -
 ferro - veste fulgebant. non tantum
 sequitur n. 7. ferri et gladiatorum ful-
 gor, sed iterum L. 6. 1. 8: dummodo -
 vestibus fulgeant. In Vltr. Iun.
 Cauc. Goth. Rost. aliis: altioresque
 se ceteris - veste faciebant. Bün.

n) subnixi] Val. Max. L. 8. 1. 11.
 ext. fulgore gloria subnixus. Lact. 4.
 10. 15. et c. 15. 10. Bün.

o) impiam tyrannidem] Hoc recti-
 vs, quam Bon. imperium tyranni-
 demque. Conf. L. 1. 10. 10. Bün.

p) vi et hominibus armatis] For-
 mula Prætoria Romana, vt recte
 monuit Heumannus: vi, hominibus
 armatis. vid. doctos ad Cic. L. 7. fa-
 mil. ep. 13. et L. 15. ep. 16. Bün.

q) vel ex hoc ipso] Delendum ex
 Heumannus iudicat. Libri plures ex-
 hibent, vt L. 5. 19. 16: sciens vel ex
 hoc ipso. Lips. alter: vel ex ipso. ter-
 tius: et ex ipso. Reimm. vel ex hoc
 ipso. Bün.

r) quod eos] Pro aliorum ipsos edi-
 di: quod eos, ex Lips. secundo,
 Reimm. et Tornæs. 1587 - 1613.
 Bün.

s) terror] Ven. 1493. 97. Parrh.
 Ald. Crat. Gymn. error. prauæ. vid.
 n. 5. et n. 7. c. 5. 9. sæpe hæ voces in
 libris confusæ, vt L. 5. 13. 15. Bün.

t) Ti-

Titanum, ^a robustam et excellentem viribus gentem bello vicerat, occisione ^a deleuerat? Quid mirum, si omnis multitudo, insolito metu pressa, in vnius adulationem ^a concesserat? hunc venerabantur ^a, huic honorem maximum deferebant. Et quoniam mores ac vitia regis imitari, genus obsequii iudicatur; abiecerunt omnes pietatem, ne exprobrare regi scelus viderentur, si pie viuerent. Sic adfida imitatione corrupti, diuinum fas reliquerunt; et paulatim male viuendi consuetudo, mos factus est ^b: nec iam quidquam ex antecedentis sæculi pio atque optimo statu mansit ^c, sed expulsa iustitia ^d et veritatem secum trahens, reliquit hominibus errorem, ignorantiam, cæcitatem. Imprudenter ^e igitur poetæ, qui eam ad cælum confugisse ^f cecinerunt, ad Iouis regnum

^a) *Titanum robustam gentem*] Supra Lib. I. cap. 10. II. et 14. Cell.

^u) *Titanum*] Rost. Ven. prima 1478. 93. 97. Parrh. Ald. Crat. Paris. Gymn. *Titanam-gentem*. Goth. *tyrannum*, prae; rectissime Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Thom. et sqq. *Titanum*. Lact. I. 14. integro. Bün.

^x) *occisione deleuerat*] Tres sic Lips. et Emman. ac ed. Rom. Alii *occisione*. Vtrumque Ciceroni vindicatur. Philipp. 14. cap. vlt. *Hirtius Antonii copias occisione occidit*. Et Lib. 15. ep. 4: *Parthorum equitatum occisione occisum*. Sic Grut. Gron. vtroque: heic etiam Græu. Cell.

^y) *occisione*] Sic cum Lipsiensibus Pal. Iun. Ball. Goth. Reimm. vtraque Ven. 1478. 93. 97. Parrh. Paris. at Rost. *occisione*, vitiose. Reliquæ Ven. 1515. Crat. Gymn. Gryph. Thom. etc. *occisione*. Bün.

^z) *in-adulationem*] Goth. *in-adulatione*. Bün.

^a) *venerabantur*] Sic Pal. Iun. Cauc. Lips. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Thomas. vbi: *venerabantur* Rost. Ven. 1471-1515. Crat. Gymn. Bün.

^b) *consuetudo, mos factus est*] Contra Arnobius L. 2. p. 58: *fiat enim familiaris e more consuetudo*. Perottus in Cornu Cop. ed. Ald. f. 653: *Mos proprie diffinitur ratio viuendi consuetudine firmata*. Varroni mos est institutum animi, quod sequi debet consuetudo. Bün.

^c) *mansit*] Tornæs. 1587-1613: *remansit*. Bün.

^d) *expulsa iustitia*] Scribo ex Lips. 2. 3. *expulsa*, quia sequitur n. 11: *iustitia a Ioue pulsa*, et n. 12: *expulsio iustitia*, vbi tamen Bonon. *explosio*, quasi: *explosio*. cap. 7. 1. *fugatam iustitiam* dicit. Bün.

^e) *imprudenter*] Reimm. *imprudētis*, corrige vt Goth. Lips. 2. 3. Iun. Emman. Cant. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Tornæs. *imprudentes*. aduerb. *imprudenter* Fasit. Gryph. Thom. et sequentes. Bün.

^f) *qui eam ad cælum confugisse*] Angl. MSS. et Lips. 1. et ed. Rom. ac Betul. *ad cælum* habent: quod alii prætermittunt. Cell.

^g) *qui eam ad cælum confugisse cecinerunt, ad Iouis regnum*] Goth. Lips. 2. 3. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Thomas. Ifzuis, Gall. Spark. *ad cælum*

regnum. Si enim sæculo, quod vocant aureum, iustitia in terra fuit; a Ioue utique pulsa est, qui aureum sæculum commutauit. Sæculi autem commutatio, et expulsio iustitiæ, nihil aliud, vt dixi, quam desertio diuinæ religionis purganda est, quæ sola efficit, vt homo hominem carum habeat, eumque sibi fraternitatis vinculo^b sciat esse constrictum: siquidem pater idem omnibus^c Deus est, vt Dei patrisque communis beneficia cum iis, qui non habent, partiatur, nulli noceat, nullum premat, non fores claudat hospiti, non aurem precanti^k; sed sit *largus, beneficus, liberalis*: quas *regias esse laudes* Tullius^{l. m} existimauit. Hæc est profecto iustitia, et hoc aureum sæculum, quod Ioue regnante primumⁿ corruptum,

lum omisis: qui eam confugisse cecinerunt, ad Iouis regnum. Cant. Rost. Ven. 1471 - 1515. Iunt. Paris. Crat. Gymn. etiam Betuleius: *qui eam ad calum confugisse cecinerunt, id est, ad Iouis regnum.* vid. c. 5. 9: *Et Iouis in regno calique in parte resedit.* Bün.

b) *fraternitatis vinculo*] Emman. *caritatis vinculo.* En elegantem glossatorem! Lege pro recepta L. 5. 8. 6. c. 22. 7. L. 6. 10. 4-8. Epit. 65. 3. Bün.

i) *omnibus*] Lipf. 2. 3. Reimm. *hominibus.* prius hic rectum, de confusione harum vocum dixi n. 1. vid. 5. 22. 7: *cunctos ab eodem Deo generatos.* Bün.

k) *non aurem precanti*] Walchius edidit: *non autem precanti,* et *nostram scripturam,* inquit, *inueni in aditionibus quibusdam oppido antiquis, nec illa caret sensu. Non claudat fores solum illi hospiti, qui precatur,* (forte leg. non cl. f. NON SOLVM) *sed etiam illi qui non precatur.* Utinam illas oppido antiquas indicasset, in sola Ven. 1497. hic aperte praua legitur: *non AVTAM,* nam Ven. 1493. ad quam illa 497. expressa, et Rost. Ven. 1471. altera 78. (in prima 78. litte ra *mediarognante.* Bün. *in aurem obscurior*) 93. 97. Parth.

et reliquæ omnes cum MSS. Lipf. Goth. Angl. Reimm. clare habent: *non aurem,* quod etiam Walchio iure magis placet. Singularis est Bon. *non auarus precanti.* Phrasis *claudere aures* est ipsius Ciceronis de Amicit. c. 24: *cuius aures veritati clausæ sunt.* Bün.

l) *Tullius existimauit*] forte in perdito quodam libro, vt Betuleius etiam iudicauit. Cell.

m) *largus - laudes Tullius*] Betuleius et Gall. dicunt, *hunc locum hodie in Ciceronis manuscriptis non inueniri.* Cellarius: *forte in perdito quodam libro.* Walchius: *quo loco incertum.* At tres posteriores ex Isæi margine potuissent discere, locum esse ex Orat. pro Deiotaro cap. 9: *Frugi hominem dici non multum habet laudis in rege: fortem, iustum - LARGVM, BENEFICVM, LIBERALEM, hæc sunt REGLÆ VIRTUTES.* Bün.

n) *regnante primum*] Ad euitandam ambiguitatem hoc ordine edo ex Lipf. 2. 3. Reimm. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Gymn. Torn. 1587 - 1613. Walchio, vbi Fasit. Gryph. Thomas. Gall. Spark. Cell. *primum*

a) pa-

ruptum, mox et ipso, et omni eius progenie consecrata, deorumque multorum suscepto cultu, fuerat omne sublatum.

VII. Sed Deus, ut parens indulgentissimus^a, adpropinquante ultimo tempore, nuntium suum misit^{b. c.}, qui vetus illud sæculum, fugatamque iustitiam reduceret; ne humanum genus maximis et perpetuis ageretur erroribus. Rediit ergo species illius aurei temporis, et reddita quidem² terræ, sed paucis adsignata iustitia est; quæ nihil aliud est, quam Dei vnici pia^d et religiosa cultura^e. Sed moueat aliquem^f fortasse, cur, si hæc sit iustitia, non omni humano generi sit data, nec in eam multitudo vniuersa consenserit^g. magnæ hoc disputationis est; cur a Deo, quum iustitiam terræ daret, sit retenta^b diuersitas: quod et alio loco^h declarauimus, et

a) *parens indulgentissimus*] Torn. 1548-1613. Gencu. 1630. et Walchius, i. e. editiones ex vno fonte: *parens diligentissimus*. At omnes scripti et editi reliqui: *indulgentissimus*, et recte. Indicauimus multa Lactantii loca ad L. 1. 1. 15. not. (s) p. 9. Bün.

b) *nuntium misit*] Vulgo addunt, nuntium suum: sed pronomen neque Angl. nec Lipsi scripti habent, neque veteres editiones Rom. Ald. Betul. Cell.

c) *nuntium suum misit*] Ignorant quidem Angl. Lipsi. Goth. Reimm. et edd. ante Thomasius; sed quum ex Bonon. antiquissimo Thomasius, teste Isæo, in variis, et hic et seqq. addiderint, non debebant pronomen Cellarius et recentiores fastidire. Ita solet, e.g. L. 4. 25. 1: *quum legatum ac nuntium suum mitteret*. Bün.

d) *vnici pia*] Sic MSS. et Crat. Fasit. Gymn. Gryph. et seqq. vbi edd. ab 1465. Ven. 1471-1515. et Paris. *vnici sola pia*. Bün.

e) *cultura*] Sic h. l. omnes. vid. not. 2. 16. 9: *a cultu*. Bün.

f) *Sed moueat aliquem*] L. 2. 8. 37: *meo commoneat aliquem*. Bün.

g) *in eam multitudo consenserit*] Lego quidem: *in eam ex Vltr. Cauc. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Iunt. Torn. 1587-1613. vti L. 1. 18. 16: si omnes in concordiam consenserint*. L. 5. 13. 2: *in quam tanta hominum millia consentiant*. Quintil. Decl. 12. c. 10: *concio in unam vocem consentiat*. Alteram tamen: *inea*, quocumque probam scias, et habent Lipsi. Goth. Reimm. vide L. 4. 23. 9: *in quo consenserit*. de Ira 9. 7: *in quo priores vniuersi consenserant*. Ira c. 11. 4: *adeo in unitate natura vniuersa consentit*. Ipse Cicero pro Sextio c. 51: *in qua causa omnes consentiunt*. Bün.

h) *daret, sit retenta*] Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Crat. *daret, non sit retenta diuersitas*. perperam. Singularis est Paris. 1513: *daret, non sit reiecta diuersitas*. Hæc explicant scripturam scriptorum et plurimarum edd. *sit retenta diuersitas*. Iterum in n. 10: *malum non sustulit, ut retineret diuersitatem*. Bün.

i) *alio loco*] L. 2. 17. 1. seqq. et L. 2. 8. 6. in not. Bün.

Pp 5

k) *Deus*

- 4 et vbi cumque opportune incidērit, explicabitur. Nunc designare id breuissime satis est: Virtutem aut cerni non posse, nisi habeat vitia contraria; aut non esse perfectam, nisi exerceatur aduersis.
- 5 Hanc enim Deus bonorum ac malorum voluit esse distantiam, vt qualitatem boni ex malo sciamus, item mali ex bono; nec alterius ratio intelligi, sublato altero, potest. Deus ergo non exclusit malum^{k. l. m.}, vt ratio virtutis constare posset.
- 6 Quomodo enim patientia vim suam, nomenque retineret, si nihil esset, quod pati cogere[mur]? quomodo laudem mereretur deuota Deo suo fides: nisi esset aliquis, qui a Deo vellet auertere? nam ideo^o potentiores^p esse iniustos permittit, vt cogere ad malum possent; ideo plures, vt virtus esset pretiosa, quod rara est^{q. r.}. Quod quidem ipsum Quintilianus egregie ac breuiter ostendit in
- 7 capite obuoluto^{s. t.}. Nam *qua*, inquit, *virtus esset innocu-*

ccu-

k) *Deus ergo non exclusit malum*] Goth. et Betul. *Deus ergo, iustitiam reduciturus, non exclusit malum, sed earent additamento illo alii. Non exclusit autem est permisit.* Cell.

l) *Deus ergo non exclusit malum*] Ita legunt Bon. Tax. Pen. Pal. Vltr. Iun. Angl. Lipf. Reimm. et plerique editi; etiam Thomasia plerique codices antiqui duas illas dictiones: *iustitiam reduciturus* expungunt. Habet Cauci MSS. Tornzs. 1587-1613. et Walch. cancellis includunt. Sunt illa repetita ex n. 1: *qui iustitiam reduceres.* Bün.

m) *non exclusit*] Idem est, quod n. 8: *retinuit*; et n. 10: *non susculit.* Sic L. 1. 2. 2. Diagoras Deos *exclusit.* Conf. Op. 4. 13: *exclusa - prouidentia.* Bün.

o) *nam ideo*] Ita Bonon. Goth. Lipf. tert. et Thomas. Ifeus et seqq. vbi ante editi ab 1465-1566: *Nam et ideo cum* Lipf. 2. et Reimm. Bün.

p) *potentiores*] Pen. Vltr. Reimm. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *potio-*

res. Fasit. Gryph. Tornzs. Thomas. sqq. *potentiores.* Bün.

q) *quod rara est*] Lipf. 14 *qua rara*; ceteri omnes *quod*, id est *quia*, idque argumento auctoris est conueniens. Cell.

r) *quod rara est*] Bonon. vt Lipf. 1: *qua rara.* At Reimm. et reliqui: *quod rara est.* Heumannus credit hęc esse glossēma. At genuina esse produnt verba proxima ex Quintiliano n. 7: *Qua virtus - nisi laudem raritas dedisset.* Cic. de Amicitia c. 21: *omnia praclara, rara.* Bün.

s) *Quintilianus in capite obuoluto*] Fuit hoc declamationis nomen, quę quod ex iis, quę interierunt est; verba inde producta, quę nũuo non earent, vix emendari poterunt. Cell.

t) *in capite obuoluto*] Perit hoc scriptum: *obuolutum est operium,* vt L. 1. 22. 11: *obuolutam vini amphoram poni.* Plaut. Mostell. 2. 1. 77: *capite obuoluto ut fugias - fuge atque operi caput.* vbi vid. Taubmann. p. 637. et Burmann. et reliquos ad Petron. c. 7: *operui caput,* p. 7. Bün.

u) *in*

centia, nisi laudem raritas dedisset? Verum quia natura sic comparatum est, ut odium, cupiditas, ira, in id, quod incubuerint², agant cecos; supra hominem videtur, culpa vacare. alioqui si natura pares omnibus adfectus^x dedisset, pietas nihil erat. Hoc quam verum sit, docet necessitas ipsa rationis. Si enim virtus est, malis ac vitiis fortiter repugnare; adparet, sine malo ac vitio nullam esse virtutem, quam Deus ut absolutam perfectamque redderet, retinuit id, quod erat ei contrarium; cum quo depugnare posset. Agitata^y enim malis quatientibus, stabilitatem capit; 9 et quanto frequenter impellitur; tanto firmiter^z roboratur

u) in id, quod incubuerint] Bon. Reimm. Lips. 2: in id, quod incubuerunt. Omnes vero, in id quod, pro: in id, in quod per ellipsin. præpositio antecedens non repetitur. Sic Epit. 27. 1: ne quis in eisdem laqueos incidat, quos illi veteres inciderunt. Plura Heusinger. ad Vechner. Hel-lenol. p. 322. Bün.

x) pares omnibus adfectus] Bon. similem omnibus adfectum. Tax. parem omnibus adfectum. Cauc. pares omnibus adfectibus. Recepta ex MSS. Lips. Goth. Reimm. Angl. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Betul. Tornax. Ifæus; quibus proximæ Rost. Ven. utraque 78. 93. 97. Paris. pares omnibus effectus. Monemus aliquoties alibi voces: affectus et effectus confundi. Ut Cauci, ita Fal. Gryph. Thomas. Gall. Spark. pares omnibus affectibus. Bün.

y) Agitata] Ven. 1497: Aruitata, prauè; ne quis hic de Senecæ voce: arietata cogitet; omnes scripti, editi: Agitata. recte. conf. n. 1. et L. 3. 29. 16: virtus nisi agitetur, nisi assidua vexatione roboretur. vbi plura. Bün.

z) quanto frequenter - tanto firmiter] Altum de hac lectione in Spark. Cell. Walchio, Heumanno silenti-

um; eam tamen præstant Bon. Tax. Pen. et MSS. fere omnes Ifæi, i. e. codices Vaticanæ, item duo Guelferb. Goth. Ultr. Witteberg. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. utraque 78. 93. 97. et Paris. 1513. Ita quoque in suo exemplari inuenit Laur. Valla L. 1. Eleg. c. 16. licet Lactantium reprehendat, at contra Vallan defendit Lactantium Franc. Floridus L. 2. Lect. Subseciu. c. 20. et Alexander ab Alexandro L. 6. c. 9. Dier. Genial. Omnia satis latina sunt modo subaudias magis; vide Gronou. ad Liuii L. 1. c. 25. et ad Liuii L. 34. c. 4. Tacitus L. 3. Annal. c. 46: quanto pecunia ditos et voluptatibus opulentos, tanto magis imbelles Aeduos euincite. L. 12. Annal. c. 11: clementiamque ac iustitiam, quanto ignara barbaris, tanto tolerantiora capesseret. Quod hic et alii in vno membro solum faciunt, id sæpe in utroque Tertullianus, e.g. L. 1. Nation. 7: quanto prouidi ad malitiam, tanto ad mali fidem opportuni estis. de Anima c. 5: Hac testimonia anima quanto vera, tanto simplicia; quanto simplicia, tanto vulgaria; quanto vulgaria, tanto communia; quanto communia, tanto naturalia; quanto naturalia, tanto diuina. L. 2. ad Vxo-

rem

10 tur. Hæc nimirum causa efficit, vt quamuis sit homi-
 bus misa iustitia, tamen aureum sæculum non esse dicatur;
 quia malum non sustulit, vt retineret diuersitatem, quæ sa-
 cramentum diuinæ religionis continet sola.

VIII. Qui ergo putant, iustum esse neminem, ante
 oculos habent iustitiam, sed eam nolunt cernere. quid est
 enim, cur illam vel in carminibus, vel in omni sermone de-
 scribant, conquerentes eius absentiam^a; quum sit facillimum,
 2 bonos esse, si velint. Quid vobis inanem iustitiam depin-
 gitis, et optatis cadere de cælo, tamquam in aliquo simulacro
 figuratam? ecce in conspectu vestro est; suscipite, si pote-
 stis; eamque in domicilio vestri pectoris collocate^{b. c.} nec
 3 difficile; aut alienum a temporibus existimetis. Estote
 æqui, ac boni; et sequetur vos sua sponte iustitia, quam quæ-
 ritis. deponite omnem malam cogitationem de cordibus ve-
 stris, et statim vobis illud tempus aureum reuertetur. quod
 aliter consequi non potestis, quam si Deum verum colere cœ-
 4 peritis. Vos autem manente cultu deorum, iustitiam desi-
 deratis in terra; quod fieri nullo pacto potest; sed ne tum
 quidem potuit, quum putatis^d; quia nondum natis diis istis,
 quos impie colitis, necesse est vnus Dei cultum fuisse per-
 ter-

rem. c. 1: *quanto grandis est continen-
 tia - tanto ignoscibilis - quanto pepe-
 tyabile - tanto culpabilis.* Illustrat
 pluribus Munckerus ad Fulgent.
 Mythol. L. 1. c. 27. p. 62: *quanto sa-
 piens - tanto maligna,* et vtitatis-
 simum Græcis hoc loquendi genus es-
 se docet. Iterum *quanto pro quanto
 magis* dixit Lactantius L. 5. 17. 21.
 Bün.

*) *roboratur*] Lipsf. alter et Reimm.
roborauit. male. Bün.

a) *conquerentes - absentiam*] not. 4.
 18. 10. Bün.

b) *collocare*] Lipsf. 1. et Betul. sic:
 at Angl. et Rom. *constituite*: abest

vtrumque a Lipsf. ceteris, sed lapsu,
 quia eamque cum coniunctione ha-
 bent, quæ nouum verbum postulat.
 Cell.

c) *collocare*] Sic Gøth Reimm. Fa-
 sit. Gryph. Tornæs. Thom. seqq.
 At Angl. Vltr. Iun. et edd. ab 1465-
 1524. et Gymn. *constituite*. Proprio-
 ri lectione L. 1. 20. 18. Bün.

d) *sed ne tum quidem potuit, quum
 putatis*] Reimm. corrupte: *sed ne
 tum quid est potuit, cum putatis.*
 Licet post potuit fieri subaudiendum
 sit, tamen hæc obscurius dicta, hinc
 Heumannus ea verba tamquam glos-
 sema delet. Bün.

e) *ex-*

terram, eius scilicet qui execratur malitiam, exigitque bonitatem, cuius templum est, non lapides aut lutum, sed homo ipse, qui figuram Dei gestat: quod templum non auro et gemmarum donis corruptibilibus, sed æternis virtutum muneribus ornatur. Discite igitur (si quid vobis reliquæ mentis est) homines ideo malos et iniustos esse, quia dii coluntur; et ideo mala omnia rebus humanis quotidie ingravescere, quia Deus, huius mundi effector et gubernator, derelictus est; quia susceptæ sunt, contra quam^b fas est, impiæ religiones: postremo, quia ne coli quidem vel a paucis Deum finitis. Quod si solus Deus coleretur, non essent dissen- siones et bella; quum scirent homines, vnius se Dei filios esse, ideoque diuinæ necessitudinis sacro et inuiolabili vinculo copulatos: nullæ fierent insidiæ, quum scirent, cuiusmodi pœnas Deus animarum interfectoribus^k præpararet^l, qui 6

e) *execratur - exigit*] Ven. 1493. 97: *excitatur ex quique. prave. Ita variat c. 19. 32: qui peccatis semper infestus est, qui exigit iustitiam, qui fidem possit.* Bün.

f) *si quid vobis reliquæ mentis est*] Walchius: *reliquæ*, inquit, *mens, quæ hominibus post lapsum relicta fuit.* Mihi valent hæc eadem, ac L. 1. 21. 49: *si habetis aliquid sanitatis.* L. 5. 3. 18: *si quid vobis cordis est.* L. 5. 9. 22: *si quid sapitis.* Heumannus pro: *reliquæ* scribit: *reliquum*; sed non est opus ab lectione omnium librorum abire. Ita Prudentius Cathemer. XI. 94. 95: *si quidquam tibi mentis refedit integra.* Phædrus L. 4. 25. 5: *habere ut possit aliquid operis residui, quod contra anonymum residuum legentem merito defendit Celeberr. Burmannus ex Suetonii Tiber. c. 62: classiariorum manus elidente cadauera, nec cui residui spiritus quidquam inosset.* In Rost. et vtraque Ven. 1478: *si quidem vobis reliquæ mentis est.* altera voce praua. Bün.

g) *ideo mala - ingravescere*] Legit vestigia Cypriani adu. Demetrianum: obiciebant gentiles, Christianos esse omnium malorum causas. Talia vt refutarent, Arnobius suos libros contra Gentiles, et Augustinus opus de Ciuitate Dei, et Orosius Historiam suam scripsit. Huc confer Kortholti Pagan. † Obtrectat. L. 3. c. 15. totum. Bün.

h) *contra quam fas est*] Ex Cicero. vid. not. L. 3. 29. 19. Bün.

i) *copulatos*] Angl. et Rost. *copulatis*, vt construat cum sequentibus: *nulla fierent insidia*, sed plures scripti et editi: *copulatos* sc. esse. Bün.

k) *animarum interfectoribus*] noto ad L. 5. 19. 1. Bün.

l) *prepararet*] Goth. Lipf. tres, et ed. Rom. imperfecto tempore, quia *scirent* præcessit: at vulgo *prepararet*. Cell.

m) *prepararet*] Reimm. Ven. 1471. vtraque 78. Rost. *prepararet*, reliquæ: *prepararet*. Heumann. *prepararis* legit ex ingenio. Bün.

n) *per-*

clandestina scelera, et ipsas etiam cogitationes peruidet^u: non essent fraudes, neque rapinae, si, Deo praecipiente, didicissent et suo et paruo esse contenti: et fragilibus^p et caducis solida et aeterna praerferrent. Non essent adulteria, et stupra, et mulierum prostitutiones, si omnibus notum esset, damnari a Deo, quidquid adpetitur ultra generandi cupiditatem. nec feminam necessitas cogeret pudorem suum profanare, ut victum sibi obscenisimum quaerat; quum et mares libidinem continerent^q, et habentium pia et religiosa collatio non habentibus subueniret. Non essent igitur^r, ut dixi, haec omnia in terris mala, si ab omnibus^s in legem Dei coniuraretur^y; si ab vniuersis fierent, quae vnus noster populus operatur. quam beatus esset, quamque aureus hu-

ma-

u) *peruidet*] Goth. Lipsf. r. Rom. et Betul. *peruidet*, quod congruentius est quam *prauideret* aliorum. Cell.

o) *peruidet*] Sic etiam Rost. Ven. 1471. 93. 97. Vim compositi: *peruidet* ita effert c. 19. 32: LATEBRAS cordis *uidet*. Epit. 66. 10: *conscientiam Deus peruidet, qui falli non potest*. Bün.

p) *et fragilibus*] Illud et exhibeo ex Lipsf. tert. Fasit. Gryph. Torn. 1548-1613. Betuleio, Sparkio; vbi Bon. Tax. Pen. Reimm. Lipsf. alter, Rost. Ven. 1471 - 1515. Flor. Paris. Crat. Gymn. Isæus: *ut fragilibus*. Lipsf. primus: *et ut fragilibus*. Recentiores Thomas. Thyf. Gall. Celar. *fragilibus*. Bün.

q) *libidinem continerent*] Emman. Goth. et omnes Lipsf. ita, quod genuinum est, et praerferendum vulgato *constemnerent*. Cell.

r) *libidinem continerent*] Bon. Tax. Vltr. Cauc. Reimm. Ven. 1472. vtraque 78. Betul. *continerent*. Optime c. 9. 16. L. 6. 15. 6. Ira 19. 1. Bün.

s) *Non essent igitur, ut dixi*] Iidem scripti codices, et alii quos Gallus nominat, et ed. Rom. *igi-*

tur, in cuius locum inepte *mutua* ceteri substituerunt. Cell.

t) *Non essent igitur*] Habent *igitur* Angl. Vltr. Cauc. Iun. Reimm. omnesque editi; praeter Thomasi-vm, Thyf. Cant. in quibus: *Non essent mutua*, vbi Bonon. teste Isæo: *Nec essent mutua*. Bün.

u) *si ab omnibus*] Et hoc ex illis, quos laudauimus, quinque MSS. est: alii libri *hominibus*. Cell.

x) *ab omnibus*] Ita quoque Reimm. et quinque MSS. Sparkii, at editi: *hominibus*. Mox sequitur: *ab vniuersis*. Bün.

y) *coniuraretur*] Gallus mallet: *iuraretur*. Non discedendum a consensu omnium scriptorum et editorum. Nam licet plerumque in malam partem sumatur, Seruius tamen ad Virg. 8. Aen. 5: *notandum*, inquit, *de re bona coniurationem dici posse*. Notum illud Claudiani de III. Consul. Honorii 96-98:

O nimium dilecte Deo - cui milisat ather

Et coniurati veniunt ad classica venti. Bün.

z) 1750-

manarum rerum status, si per totum orbem mansuetudo, et pietas, et pax, et innocentia, et æquitas, et temperantia, et fides moraretur^a! Denique ad regendos homines non opus esset tam multis et tam variis legibus, quum ad perfectam innocentiam, Dei lex vna sufficeret: neque carceribus^b, neque gladiis præsidium^b, neque terrore pœnarum; quum præceptorum cælestium salubritas, humanis pectoribus infusa, vltro ad iustitiæ opera^{c, d} homines erudiret. Nunc autem¹⁰ mali homines^{e, f} sunt ignorantia^g recti ac boni. quod quidem Cicero^h vidit. Disputans enim^{i, k} de legibus, *Sicut vna*

z) *moraretur*] Non dubito, inquit Heumannus, scripsisse Lactantium: *dominaretur*. Ego vero dubito; nec a constanti omnium librorum scriptura recedendum arbitror. Sic c. 5. 2: *quum iustitia in terra moraretur* - n. 5: *presente ac vigente iustitia* - n. 10: *residere aut commorari*. Iuvenal. 6. 1:

*Credo pudicitiam Saturno rege
MORATAM*

In terris visamque diu. Bün.

a) *carceribus*] L. 7. 22. 11. et not. ad de Mort. Perf. 35. 2. Bün.

b) *præsidium*] Ven. 1493. 97. Parrh. *præsidium*. noto c. 2. 3. Conf. 5. 13. 17. L. 6. 4. 22. Bün.

c) *vltro ad iustitia opera*] Ex MSS. ad est. Simile exemplum habes mox cap. 10. sect. 17. Cell.

d) *ad iustitia opera*] Præpos. ad habent omnes scripti editique ab 1465-1566. etiam Isæus; male hic Bongn. secutus omisit Thomasius, et faciles nimium Thyf. Gall. Spark. et Cantabr. editio; quum debuissent scire, Lactantium semper illud ad solere addere. vide L. 1. 1. 8. c. 20. 15. L. 3. 11. 3. c. 27. 11. L. 4. 23. 9. L. 5. 2. 9. c. 11. 18. L. 6. 2. 14. c. 20. 30. L. 7. 14-5. de Ira 23. 15. Epit. 63. 7. in Epilogo: *erudiat se quisque ad iustitiam*. Bün.

e) *mali homines sunt*] MSS. Cantabr. et ed. Rom. ac Ald. adiciunt *homines*. Cell.

f) *mali homines*] Abest: *homines* a MSS. Emman. Lips. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Betül. Thom. Isæo, Thyf. Gall. Spark. Cant. Waldchio; et poterat abesse; addiderunt Cant. et ab 1465-1524. editi et Gymn. Bün.

g) *ignorantia*] Ven. 1493. 97: *ignorantia*. prauè. Parrh. Ald. Grat. Gymn. *ignorantia*. At MSS. et Rost. Ven. 1471. vtraque 78. et Fasit. Gryph. cum seqq. *ignorantia*. vid. L. 1. 1. 25. et L. 4. 1. 1. de variatione harum vocum vide Græuium et alios ad Cic. 2. Fam. ep. 9. p. 84. Bün.

h) *Cicero vidit*] Verba Ciceronis, quæ sequuntur, neque in eius de Legibus libris, qui mutilati ad nos peruenerunt; neque in aliis reperivntur. Cell.

i) *Valide disputans enim*] Goth. et Lips. 1. adverbium *valide* adpositum habent: contra abest *enim* ab illo Lips. Cell.

k) *Disputans enim*] Solus Cellarius ediderat ex Goth. *Valide disputans enim*, quia etiam Lips. 1: *Valide disputans de*. At quia omnes MSS. reliqui, editionesque omnes *illud valide* ignorant; tum male sonat: *vali-*

una, inquit, eademque natura mundus omnibus partibus inter se congruentibus cohaeret, ac nititur; sic omnes homines inter se natura confusi^l, prauitate dissentiunt; nec se intelligunt esse consanguineos, et subiectos omnes sub vnâ eademque tutelam^m, quod si teneretur, deorum profecto vitam homines viuissentⁿ. Vniuersa igitur mala, quibus humanum genus se ipsum inuicem conficit, iniustus atque impius deorum cultus induxit. nec enim poterant retinere pietatem, qui communem omnium patrem Deum, tamquam prodigi ac rebelles liberi abiegasent.

VIII. Nonnumquam tamen sentiunt, se malos esse; et veterum saeculorum statum laudant, et de^a suis moribus, meritisque coniectant, abesse iustitiam: quam obuersantem oculis suis non tantum non suscipiunt^b, nec agnoscunt; verum etiam violenter oderunt, et persequuntur, et exterminare contendunt. Fingamus hanc interim^{c.d} non esse iusti-

valide dis. Denique illud *valide* hic minus quadrat, reuocauit antiquam fere omnium lectionem, video quoque Heumannum *valide* eicere. *Bün.*

l) confusi] i.e. mixti, copulati, bono sensu, vt Cypr. L. 2. ep. 3. ed. Erasmi. si 39. Quando vtrumque (vinum et aqua) *miscetur et adunatione confusa sibi inuicem copulantur.* *Bün.*

m) sub vnâ eademque tutelam] Goth. *sub vna eademque tutela.* *Bün.*

n) vitam - viuissent] Vltr. Iun. Rost. Ven. 1471-1515 - ad 1524. editi et Gymn. *vita - viuerent.* At MSS. Lips. Goth. Angl. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Thom. sqq. *vitam - viuerent.* vid. not. L. 7. 24. 15. *Bün.*

a) de suis moribus] de saepe pro ex a nostro ponitur. Multa exempla indicaui ad L. 1. 5. 1. (b) p. 27. 28. Heumanno *videntur Afri*

ita loqui soliti. At Alex. Scotus vel ex solo Cicerone multa loca collegit, ubi de pro ex positum. Plura Burmannus ad Petron. c. 44. p. 208. et ad c. 75. Reinesium p. 378. et saepe idem Celeb. Burm. ad Ouidium; add. Vechner. Hellenol. ed. Heusinger. p. 442. *Bün.*

b) suscipiunt] Lips. tert. Reimm. *suspiunt.* Saepe haec voces permiscetur, dixi ad L. 2. 2. 13. 14. *Bün.*

c) Fingamus hanc interim] Tres Lips. *interim,* et recte. Angl. et Rom. *iterum.* *Cell.*

d) Fingamus hanc interim] Emm. Cant. siue Sublac. Ven. 1471. et Rost. *Fingamus hanc iterum.* At cum tribus Lips. Goth. Reimm. Ven. utraque 78. 1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Betul. Tornæs. 1548. Thomas. II. Gall. Spark. *Fingamus hanc interim.* Heumannus lubens, inquit, scripserim: *Fingamus interim, hanc.* Quod si euoluisset suam Torn. 1587.

et

stítiam, quam nos sequimur; quomodo, si illa venerit, quam veram putant, eam recipient? qui laniant, et occidunt eos, quos et ipsi fatentur, imitatores esse iustorum, quia bona operentur^f et iusta; cum si tantummodo malos occiderent, digni essent, ad quos iustitia non veniret; cui nulla fuit alia causa linquendi terram, quam humani cruoris effusio. Quanto magis, quum pios interficiant, et ipsos iustitiæ sectatores pro hostibus ducant; immo vero plus quam pro hostibus? quibus, utique quum animas eorum et opes et liberos ferro et igni adperant, tamen parcitur victis; et est locus inter arma clementiæ; aut si adeo sæuire^g placuit, nihil plus in eos fit, quam ut occidantur, vel in seruitutem abducantur. Hoc vero inenarrabile est, quod fit aduersus eos, qui malefacere nesciunt: et nulli nocentiores habentur^{h, i}, quam qui sunt ex omnibus innocentes. Audent igitur homines improbisimi, iustitiæ facere mentionem, qui feras immanitate vincunt, qui placidissimum Dei gregem vastant.

- - lupi ceu

*Raptores atra in nebula^k, quos improba ventris
Exegit cacos rabies^l?*

Verum hos non ventris, sed cordis rabies efferauit; nec atra in nebula, sed aperta prædatione grasantur; nec eos unquam

et ex ea editas-1613. it. Gen. 1630. et ex ea Walchianam vidisset ita iam editum fuisse; sed elegantior est illa nostro et optimis quibusque frequens traiectione. vt c. 8. 10: *nec se intelligunt esse*. c. 9. 6: *nec aliter se putat etc.* Bün.

e) *recipient*] Lipf. 2. 3. Reimm. *recipiant.* Bün.

f) *quia - operentur*] Reimm. *qui-operentur.* Ven. utraque 1478. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Ilæus: *operantur.* Bün.

g) *sæuire*] Goth. Rost. Ven. utraque 78. Paris. *sæuiri.* At Lipf. Reimm. et editi plures: *sæuire.* Bün.

h) *qui malefacere nesciunt - habentur, quam*] Hæc neglexit Lipf. ter-

tius: abripuit scribam qui pronomen, vt integrum versum sui MS. omittet. Sæpe hinc defectus in libris. Bün.

i) *et nulli - habentur*] Heumanno legendum videtur: *ut nulli - habeantur.* Libri constanter: *et - habentur.* et valet *et tamen*, vt noto L. 3. 11. 8: *et necesse est*, et L. 4. 2. 3: *et alicubi - esse necesse est.* Conf. not. meas ad Castellion. Dialog. L. 1. Dial. 19. (m) p. 57. et Sanctii Mineru. ed. Periz. Amst. 1714. p. 702. de ellipsi: *tamen.* Bün.

k) *lupi ceu raptores atra in nebula*] Virgiliu verba ex Aen. 2. v. 355. seq. Cell.

l) *Audent igitur - cacos rabies*] Per interrogationem hæc cum Heumanno lego. Bün

Qq

m) quod.

quam conscientia scelerum reuocat, ne sanctum ac pium nomen iustitiæ ore illo violent, quod cruore innocentium tamquam rictus bestiarum madet^m. Huius tanti et tam pertinacis odii quam potissimum causam esse dicamus? Vtrumne *veritas odium parit*ⁿ, ut ait poeta^o, quasi diuino spiritu instinctus? an erubescunt coram iustis et bonis esse nequam? an potius vtrumque? nam et veritas ideo semper inuisa est; quod is, qui peccat, vult habere liberum peccandi locum; nec aliter se putat male factorum voluprate securius perfrui posse; quam si nemo sit, cui delicta non placeant. Ergo tamquam scelerum et malitiæ suæ testes extirpare funditus nituntur, et tollere; grauesque sibi putant, tamquam vita eorum coarguatur^t. Cur enim sint aliqui intempestive boni, qui corruptis moribus publicis, conuicium bene vivendo faciant? cur non omnes sint æque mali, rapaces, impu-

m) *quod - mader*] Rectius ita MSS. et Fasit. Gryph. Torn. Thom. et seqq. quam Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Paris. *qui - madent*, aut Parrh. Ald. Crat. Gymn. *quod - madent*. quod sc. os - mader. Bün.

n) *veritas odium parit*] c. 21. l. Epit. 64. 17. Bün.

o) *ut ait poeta*] Terentius in Andria, quod notissimum est. Cell.

p) *diuino spiritu instinctus*] Emm. Jun. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *diuino spiritu instructus*. At melius MSS. Lipf. Goth. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Fasit. Gryph. et seqq. *diuino spiritu instinctus*. vid. not. L. 6. §. 10: *tamquam diuinent spiritu aliquo instincti*. Similes variationes N. Heinsius et Drakenburg. ad Sil. Ital. L. 8. 244. p. 410. et Burmannus ad Ouid. 6. Fast. 597. p. 417. obseruauerunt. Bün.

q) *quam si nemo sit*] Rost. Ven. vtraque 78 - 1515: *quasi*, perperani. Rectissime MSS. et Crat. Gymn.

Fasit. Gryph. seqq. *quam si nemo sit*. Bün.

r) *extirpare funditus*] Plenius Goth. *extirpare bonos funditus*. Satis bene. Bün.

s) *graues putant*] Plane geminus est locus. L. 5. 21. 6: *persequuntur* (sanctos et iustos viros), quos sibi graues sentiunt - ut auferant omnino de terra, ne sint qui possint eorum nequitiam coercere. Conf. L. 4. 16. 7. Seneca Tranquill. c. 3: *nec tibi grauis eris, nec alii superuacuus*. Senec. Herc. Fur. II: *tremitis - finibus nostris grauem*. Bün.

t) *tamquam vita eorum coarguatur*] Heumanno videtur scripsisse nos: *tamquam vitam eorum coarguentes*. Nos sequimur librorum consensum. Conf. ad rem c. 6. 9. Sulpic. Seuer. L. 2. 28. 3: *Semper inimica virtutis vitia sunt, et optimi quique ab improbis quasi exprobrantes adspiciuntur*. Seneca Vit. Beat. c. 19: *Expedit vobis neminem videri bonum, quæsi aliena virtus exprobratio delictorum vestrorum sit*. Bün.

u) *quis*

pudici, adulteri, periuri, cupidi, fraudulentum? quin potius auferantur, quibus coram^{*)} male viuere pudet; qui peccantium frontem^{γ)}, etsi non verbis, quia tacēt; tamen ipso vitæ genere dissimili feriunt et verberant^{ε)}. Castigare enim videtur, quicumque dissentit. Nec est magnopere mirandum, si aduersus homines ista fiunt; quum aduersus ipsum Deum, propter eandem causam, insurrexerit etiam populus in spe constitutus^{α)}, nec Dei nescius; sequiturque iustos eadem necessitas, quæ ipsum iustitiæ violauit auctorem^{β)}. Ve-
 xant ergo, et exquisitis pœnarum generibus excruciant, parumque habent interficere, quos oderunt; nisi etiam crudelitas corporibus illudat^{δ)}. Si qui autem doloris vel mortis metu, vel suapte perfidia, cæleste sacramentum deseruerint, et ad funesta sacrificia consenserint; eos laudant et honoribus mactant^{δ)}; vt eorum exemplo cereros illiciant. Qui autem magni æstimauerint fidem, cultoresque se Dei non abnegauerint; in eos vero^{ε)} totis carnificinæ suæ viribus, veluti san-

*) quibus coram male viuere pudet] Anastrophe, hoc est, coram quibus Christianis pudet ethnicos male viuere, quod cum multi non intelligerent, ediderunt: quos coram male viuere pudet, quasi pronomen cum pudet iungi poscat. Sed MSS. Angl. et Lips. ac ed. Rom. quibus. Cell.

x) quibus coram] Hanc anastrophe confirmant Bon. Tax. Pen. Bodl. Vltr. Cauc. Goth. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Betul. Torn. 1587-1613. Nec infrequens nostro anastrophe. L. 6. 5. 3: quos in verjanur. 6. 17. 4: quos coram disputans. Ita Apuleius Apolog. p. 302: mo coram. Tacito sæpe coram ita poni Heumannus ex Freinsheimii indice bene monuit. sensus est: pudet ethnicos coram Christianis male viuere; sensu eodem dixit tr. 6: erubescunt coram infis et bonis esfo-nequam. Büñ.

γ) peccantium frontem] Negligentissime vet. edd. plurimæ, e. g. Rost. Ven. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Ald. Crat. Gymn. peccantium fontem; rebusissime MSS. Fasit. Gryph. et sqq. frontem. Büñ.

ε) verbis-feriunt et verberant] L. 2. 15. 3: verbis samquam flagris verberati. Büñ.

α) populus in spe constitutus] Iudaicus, ó ἐπ' ἐλπίδι τῆς πρὸς τὰς πατέρας γενομένης ὑπὸ τῶ Θεῷ, ἐσηκῶς, Act. 26. v. 6. Cell.

β) iniustitia violauit auctorem] Christum. Cell.

δ) exquisitis - excruciant - corporibus illudat] Vid. not. L. 6. 17. 6. 7. Büñ.

δ) honoribus mactant] phrasi Ciceronis et Arnobii. vid. Elmenhorst. ad Arnob. L. 1. p. 24. not. p. 38. Büñ.

ε) in eos vero totis] Lips. alter, Reimm. et Tornza. 1587-1613. ve-
 Qq. 2

fanguinem sicut, incumbunt; et desperatos vocant, quia corpori suo minime parcunt: quasi quidquam desperatius esse possit, quam torquere ac dilaniare eum, quem scias esse innocentem. Adeo nec pudor ullus apud eos superest, a quibus abest omnis humanitas: et retorquent in homines iustos conuicia sibi congruentia. Impios enim vocant, ipsi scilicet pii et ab humano sanguine abhorrentes; quum si et actus suos considerent, et illorum, quos tamquam impios damnant; iam intelligant, quam mendaces sint, et iis omnibus, quæ aduersus bonos aut dicunt aut faciunt, digniores. Non enim de nostro, sed ex illorum numero semper existunt, qui vias obsideant armati, maria præden-

ro neglecto: in eos totis. Ceteri habent ex more nostri. vid. not. L. 4. 29. 15: qui autem - is vero. Büu.

f) sanguinem sicut] actiue, vt haud raro veteres, et aliquoties Prudentius. conf. Heusinger. ad Vechner. Hellenol. p. 90. (y). Büu.

g) incumbunt] Rost. incumbant. At omnes scripti editique fere omnes: incumbunt. recte. hæc est constructio: incumbunt in eos totis viribus carnificina sua, gignendi casu, quod ideo moneo, quia Index Latinitatis in editionibus Cell. Walch. Heumannii bis peccauit, ex hoc loco scribens dandi casu: carnificina incumbere, et iterum: incumbere carnificina. Büu.

h) desperatos] Epit. 54. fin. hæc doctæ illustrantur in notis ad Minuc. Felic. c. 8. n. 3: homines - desperata factionis. edit. Gronou. p. 75. sqq. et Kortholt. Pagan. Obrect. L. 3. c. 10. p. 608. sqq. Büu.

i) quia corpori suo minime parcunt] quia malebant lacerari, quam Christum abnegare. Cell.

k) Adeo vero nec pudor ullus] Scite illud vero adpositum in MS. Cantabr. et edd. Rom. ac Ald. est. Cell.

l) Adeo nec pudor] Goth. Lipf. trium, Emm. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæ. Betul. Thomas. Ifæi, Gall. Sparkii, Walchii scriptura est: Adeo nec. vbi Cellario placebat: Adeo vero nec, ex Cantabr. MS. i. e. ed. Subl. et sic ab 1465-1524. editi et Gymn. quod Heumannii auribus male sonat. Büu.

m) retorquent] Lipf. alter: torquent. Iun. Rost. Veneta utraque 1478-1515. Paris. Crat. Gymn. detorquent. At plures scripti, in his Goth. Reimm. et Fasit. Gryph. Tornæ. Betul. Thomas. et seqq. retorquent. Quæ lectio si genuina est, verbum retorquere significationem simplicis habeat, necesse est; Christiani enim prius nulla in eos conuicia torferant, quæ profani retorquerent. Büu.

n) impios-vocant] vid. Elmenhorst. ad Arnob. 1. p. 20. ad p. 14. et Kortholt. Pag. Obrect. L. 2. c. 10. n. 18. p. 441. Büu.

o) ipsi scilicet pii] Particula scilicet indicat ironiam. Büu.

p) sed ex illorum numero] Habent ita Lipf. tres, Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæ. Betul. Thomas. Gall. Spark. At MSS. Angl. et ab 1465-1524. Gymn.

dentur; vel si palam grasfari non licuit, venena clam temperent⁹; qui vxores necent, vt dotes earum lucrentur; aut maritos, vt adulteris nubant; qui natos ex se pueros aut strangulent^r, aut, si nimium pii fuerint^r, exponant^r; qui li-¹⁶
bidines incestas nec a filia, nec a sorore, nec a matre, nec a sacerdote^r contineant; qui aduersus ciues suos, patriamque coniurent; qui nec culeum^r metuant; qui denique sacrilegia committant; et deorum, quos colunt, templa dispoſient; et, vt quæ leuia sunt atque illis vſitata^r dicamus, qui hereditates captent, testamenta supponant; iustos heredes vel auferant

Gymn. Iſæus: *ſed de illorum numero, vt præceſſit, Non-de noſtro.* Minucius c. 35: *De veſtro numero carcer exactus, Chriſtianus ibi nullus, niſi aut reus ſua religionis aut profugus.* Tertull. Apolog. c. 45: *de veſtris ſemper æſtuas carcer, de veſtris ſemper metalla ſuſpirant, de veſtris ſemper beſtia ſaginantur* - Nemo illic Chriſtianus etc. Conf. Kortholt. Pagan. Obtrect. L. 3. c. 12. n. 7. Bün.

q) *venena - temperent*] L. 3. 8. 28. Epit. 59. 7: *ad necem hominum pocula temperare.* Bün.

r) *ſtrangulenti*] vid. L. 6. 20. 18 - 21. Bün.

s) *ſi nimium pii fuerint, exponant*] quaſi hæc ſit pietas eximia, ſua cluſa miſericordia, alienæ, ſed dubie ac incertæ, permittere. Tertullianus Apolog. c. 9: *Filios exponitis ſuſcipiendos ab aliqua prætereunda miſericordia extranea.* Scilicet exponebant, quos tolli educarique non placebat. Hinc *expoſiti*, Plin. 10. epift. 71. 72. adpellati. Cell

t) *ſi nimium pii fuerint*] Goth. *ſi minus pii fuerint.* At volebant magis pii videri, qui exponebant pueros, quam qui ſtrangulabant. Alias facile erat corrigere, *ſi nimirum pii fuerint.* Variare enim has voces in MSS. oſtendi ad L. 1. 10. 9. (s) p. 61. Bün.

u) *exponant*] Integrum hunc au-

merum doctè illuſtrat Lipſius Centur. 1. ad Belgas epift. 85. et Caſp. Sagittarius Diſp. de Expoſitione infantum, et laudante Walchio, Gerh. Noodt, Iulius Paulus ſuè de Partus Expoſitione et Nece apud veteres. Bün.

x) *a ſacerdotibus*] ſc. virgine Veſtali. Bün.

y) *qui nec culeum metuant*] cui parricidæ lege Romanâ inſtiti proiiciebantur in ſtuenta vel mare. Cic. pro S. Roſc. c. 11. Senec. de Clem. I. 23. Suet. Aug. 33. Cell.

z) *nec culeum*] Roſt. *neque culeum.* Ven. 1493. 97: *neque culeum.* Ven. 1471. vtraque 78: *neque eculeum.* Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *neque eculeum.* Rectius MSS. *culeum* vel *culeum.* Sollemne in MSS. litteram L geminare. Conf. L. 3. 14. 9: *Noſ parricidæ - inſuendi - in culeum.* Bün.

a) *atque illis vſitata*] Roſt. Ven. 1471 - 1515. Paris. *atque inuſitata.* male; MSS. Goth. Lipſ. Reimm. Emman. Crat. Gymn. Faſit. Gryph. Tornæ. Betul. Thomas. et ſq. *atque vſitata.* Plotius Bonon. *atque illis vſitata;* ſic edidit ſolus Iſæus, et placuit iam ante Thomafio, nunc Heumanno et mihi. Sic L. 6. 23. 10: *hæc tamen apud illos leuia et quaſi honeſta ſunt.* Bün.

rant^b, vel excludant; qui corpora sua libidinibus prostituunt;
 17 qui denique immemores, quid nati sint^c, cum feminis patientia certent^d; qui sanctissimam quoque corporis sui partem^e contra fas omne polluant et profanent; qui virilia sua ferro metant^f, et, quod est sceleratius, vt sint religionis antistites; qui ne vitæ quidem suæ parcant, sed extinguendas publice animas^g suas vendant^h; qui, si iudices sedeant, aut immeritosⁱ perdant mercede corrupti; aut noxios impune dimittant; qui cælum quoque ipsum veneficiis adpetant, tam-
 18 quam illorum malitiam terra non capiat. Hæc, inquam, et his plura scelera vtique ab iis fiunt, qui deos colunt. Quis inter hæc tot, ac tanta iustitiæ locus est? Et ego de multis
 19 pauca collegi; non vt arguerem, sed vt ostenderem. Qui volent^k scire omnia, Senecæ libros in manum sumant^l, qui
 mo-

b) *auferant*] Non recordatur Heumannus hoc verbum in sensu *tollendi*, interficiendi alibi occurrere; certe in vetere Interprete Latino et scriptoribus sacris hinc inde occurrit; in Lactantio præter n. 8. satis frequens. vt L. 5. 21. 9. vt *auferant omnino de terra*. L. 2. 4. 36: *donec illum - proscripto triumviralis auferret*. Sic quod L. 7. 22. 14. *auferri*, n. 13. *rolli* est. Conf. L. 4. 18. 24. *Bün.*

c) *quid nati sint*] Reimm. Rost. Veneta vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Ald. Crat. Gymn. *quod nati sunt*. Paris. *qui nati sunt*. Goth. Lipf. Fasit. Gryph. Tornæ. Thomas. et reliqui: *quid nati sint*. vide, quæ noto ad L. 3. 19. 18. *Bün.*

d) *cum feminis patientia certent*] Redarguit flagitium, idem, quod Paulus ad Rom. 1. 27. *Bün.*

e) *sanctissimam, corporis - partem*] sc. caput. vide scriptores a me citatos ad L. 6. 23. 11. 12. hic expressit Ciceronem post Reditum c. 5: *qui ne a sanctissima quidem parte corporis potuisset hominum impuram in-temperantiam, propulsare*, vide sis Græuium h. l. p. 367. *Bün.*

f) *virilia - ferro metans*] Illustravit Heraldus ad Arnob. 5. p. 163: *qui sibi demesuerint has partes*. Conf. Lact. 1. 21. 16. et Epit. c. 23. 4. *Bün.*

g) *extinguendas - animas*] vid. not. L. 7. c. 11. 1. *Bün.*

h) *vendant*] respexit ad auctoratos. vid. Lipf. L. 2. Saturn. c. 3. *Bün.*

i) *immeritos*] i. e. innocentes. L. 3. 17. 10. not. *Bün.*

k) *qui volent - sumant*] Goth. *qui volent - sumat*. Lipf. 2. 3. Reimm. *qui vult - sumat*. Sic L. 5. 22. 11: *Si quis volent scire plenius - sumat*. *Bün.*

l) *in manum sumant*] Rost. Ven. 1471. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Gymn. *in manu*. Goth. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæ. Thomas. et seqq. *in manum*. Recte. Cicero L. 3. Orat. 4: *qui hac in manus sumunt*. L. 2. Tusc. 3: *Epicurum - in manus sumit*. Plinius L. 1. ep. 16: *quum eius orationes in manus sumseris*. Quintil. 10. Inst. 1. p. 882: *quorum orationes in manus sumserimus*. Macrobi. 1. Somn. 20: *hac quoque in manus sumas*. Cyprianus ep. 4. ed. Oxon. l. 8: *gladium in manus sumas*. *Quum*

morum vitiorumque publicorum et descriptor verissimus, et
accusator^m acerrimus fuit. Sed et Lucilius tenebrosam²⁰
istam vitam circumscripteⁿ breuiterque depinxit his versibus:

Nunc vero a mane ad noctem, festo atque profesto

● *Totus item pariterque die, populusque, patresque
lactare endo forum^o? se omnes, decedere nusquam.*

Vni se atque eidem studio omnes dedere, et anti,

Verba dare ut caute possint; pugnare, dolose

Blanditia certare¹, bonum simulare virum se;

Insidias facere, ut si hostes sint omnibus omnes.

Nostro autem populo quid horum potest obüci; cuius omnis²¹
religio est, sine scelere ac sine macula viuere? Quum igi-²²
tur videant et se, ac suos^r ea, quæ diximus, gerere, nostros

au-

Quum veteres citati vbique libros
dicant *in manus sumi*, in plurali, et
vett. edd. hic *in manus*, potuit fieri,
vt a Lactantii manu fuerit *in manus
sumas*, vt primum vltima littera si-
bilans, ob verbum ab eadem incipi-
entem, exciderit, quod recentiores cor-
rexerint: *in manum*. de phrasi conf.
Vorstium de Latin. Falso Susp. p. 162.
Bün.

m) *vitiorum - accusator*] Quintilia-
no quoque L. 10. Inst. c. 1. p. 921.
Seneca vocatur: *egregius vitiorum
infectator*, et Io. Sarisberienfi, qui
Quintilianum excitauerat ante non
sine nota, dicitur L. 8. Nug. Cu-
rial. p. 601: *vbique fidelis custos vir-
tutis, vbique vitiorum hostis*. Bün.
n) *circumscripte*] c. 14. 8. Fallitur
Krebsius, quum hoc aduerbium La-
ctantio debere credit, in Disf. de
Stilo Lact. p. 25. nec recte Walchiua
in Diatrib. p. 60. inter impura re-
fert. Ter enim eodem vsus est Ci-
cero de Orat. c. 66. et L. 2. Nat. D.
c. 59. Bün.

o) *lactare endo forum se*] in forum
se conicere, conferre. *Endo*, ar-
chaismus, vt Lib. L. c. 18. ex Ennio: *Si
fas endo plagas caelestum escendore*. Cell.

p) *endo forum*] Goth. cum Fasit.
Gryph. Tornæz. Thom. *indusfori*.
Betuleius *Indusforos*, inquit, *meo in-
dicio dicit eas, qui omnia sua in foro
terunt*. At nemo ei accessit. MSS.
quinque Sparkii, Vltr. Cauc. Iun.
Lipf. 1. 3. Reimm. Emman. Ven. 1493.
97. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn.
Betul. *inde foro*. Pal. Pen. *indu foro*.
Lipf. alter: *endo foro*. Rost. prauis-
sime: *vide foro*. Ven. 1471. vtraque
78: *inde forum*. Bon. *indusforum*.
Lego cum Isæo, Gall. Spark. Cellario:
endo forum, vt L. 1. 18. 11: *endo pla-
gas*. Aliquoties *endo* pro *in* apud
Ciceronem et Lucretium, apud hunc
etiam in compositis, vt: *endogredi*,
endopedita, *endoperator* occurrit. Bün.

q) *Blanditia certare*] Sic plures
Anglicani, Cauc. Iun. Vltr. Lipf.
Reimm. et ab 1465. ad 1524. item
Gymn. Betul. Isæus, Gall. Spark.
sq. vbi Ball. Goth. Fasit. Gryph.
Torn. Thom. *blandiri, certare*. Bün.

r) *se, ac suos*] Sic Lipf. 3. Reimm.
et Ven. 1471. vsque ad 1524. et Gymn.
Tornæz. 1587. 1613. Gen. 1630. Isæus,
Walch. Heimmanno adprobante, vbi
Fasit. Gryph. et seqq. *et se, et suos*.
Bün.

Q9 4

s) *se-*

- autem nihil aliud operari, nisi æquum et bonum; poterant, si quid saperent, ex hoc intelligere, et illos, qui bonum faciunt, pios esse; et se impios, qui nefanda committunt.
- 23 Neque enim fieri potest, ut, qui in omnibus vitæ suæ actibus non errant, in ipsa summa errent, hoc est in religione,
- 24 quæ rerum omnium caput est; Impietas enim suscepta in eo, quod est summum, per cetera vniuersa sequeretur: Aequè fieri non potest, ut ipsi, qui errant in omni vita, non et in religione fallantur; quoniam pietas, in summo regulam tenens, tenorem suum seruaret in ceteris. Ita fit, vt

s) *sequeretur*] Bonon. *quereretur*. Cantabr. i. c. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. 1513: *frequentatur*, i. e. crebro continuatur. (Eadem vet. paullo post: *seruat et*) Thomas. in marg. al. *sequitur*, idque ei, Ant. Augustino Episc. Ilerdensi, Isæo, Heumanno, mihi non displicet, si postea *seruat et* legatur, at nullus liber antiquus distincte ab vilo indicatus, in quo illud: *sequitur*; vnde præfero et seruo: *sequeretur*, ex Pal. Vltr. Cauc. Iun. Emman. Lips. Goth. Reimm. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. 1548 - 1613. Betul. Gall. Spark. sqq. Bün.

t) *eoque fieri non potest - non et in religione*] MSS. sequor et ed. Rom. in quibus *eoque et non*, quo loco aliis *aque*, neglecto *non*. Cell.

u) *Aequè fieri non potest*] Bon. *Atquin*, vt in marg. Thom. et variis Isæi, at in notis Thomasi legitur: *Atque*, forte verius. MSS. omnes Sparkii, Emman. Iun. Lips. 2. 3. (de primo dubito) Reimm. et edd. ab 1465 - 1524. Gymn. Cell. Walch. *Eoque fieri non potest*, idque sensus, inquit Walchius, *postulat*. Scilicet ita ipsi, vt et olim mihi visum, respectu tantum ad proxima: *impianus - sequeretur*; sed omnibus perpen-

sis lego: *Aequè*, quippe illi atque Bononiensis, in quo *e et r* ad similem formam habent, propius, inuenitur illud *aque* in Gothano, et edd. Fasitel. Gryph. Tornæs. Betul. Thom. Isæo, Gall. Sparkio. Verba illa: *Aequè fieri non potest - seruaret in ceteris*, tamquam alterum membrum respondent omnibus illis antecedentibus n. 23. 24: *Neque fieri non potest - sequeretur*. Frequenter ita Lactantius voce *aque* vtitur, quod hinc inde libri substituto: *eoque* corruerunt. Sic L. 3. 17. 37: *Sapientis est male facere - Aequè stulti est bene facere*. L. 3. 27. 15: *quis - religionem non suscipiunt, terreni sunt, quia - est; et qui animam putant - inserire, æque in terram spectant, quia* etc. Pro *aque* eadem vi dixit L. 7. 9. 4: *similiter*. Bün.

x) *non et in religione*] Habent *non et* omnes scripti editique, excidit non ex Thomasi Antuerpiensibus, vnde supina negligentia Thysius, Gall. et Cant. editiones quoque omiserunt. Bün.

y) *seruaret in ceteris*] Sublac. Rost. Ven. 1471 - 1510. Paris. et Isæus: *seruat et in ceteris*, i. e. *seruat etiam in ceteris*, vt respondeat præsens iisdem libris, qui ante *frequentatur*, Isæus vero *sequitur* legerant; magis abeunt Ald.

vt in vtraque parte de conditione rerum, quæ geruntur, qualis sit summa ipsa, noscatur.

X. Operæ pretium est, cognoscere illorum pietatem^a, vt ex iis, quæ clementer, ac pie faciunt, possit intelligi, qualia sint, quæ ab iis contra iura pietatis geruntur. Ac ne quem videar inclementer incesere^b, aliquam mihi personam poeticam sumam, quæ sit vel maximum pietatis exemplum. Apud Maronem rex illæ,

- - - quo iustior alter^c

Nec pietate fuit, nec bello maior, et armis,
Quæ nobis documenta iustitiæ protulit?

Vinxerat et post terga manus^d, quos mitteret umbris,
Inferias casu sparsurus sanguine flammis.

Quid potest esse hac pietate clementius^{e, f}, quam mortuis hu-
ma-

Ald. Crat. Gymn. Tornæ. Betul. seruat in ceteris. At Pal. Cauc. Lipf. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Gall. Spark. serualet. Bün.

a) pietatem] Goth. Lipf. tert. Reimm. Rost. Ven. 1471-1497. Paris. impietatem. perperam. Alii Lipf. Angl. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. et seqq. pietatem. recte, patet ex sequentibus. Bün.

b) inclementer incesere] Lipf. 2. 3. Reimm. inclementer arguere, vt L. 7. 26. 8: inclementer impugnare arguendi causa. At hic Angl. Goth. et omnes omnino editi: inclementer incesere, pro quo, utpote rariori, illi codices arguere subiecto videntur. Apte utroque loco: inclementer. Sic Apul. L. 3. Metam. p. 136: inclementer increpare. vbi de incesere vid. Elmenh. indicem. Liuius L. 3. c. 48: si quid inclementius in te sum inuectus. Bün.

c) quo iustior alter] Ex Aeneidos L. v. 544. Cell.

d) Vinxerat et post terga manus] Ex Aeneid. II. v. 81. Cell.

e) Quid potest esse hac pietate clementius] MSS. Angl. et Goth. demontius. Sed Lipf. et Rom. clementius, quæ ironia congruentior est sequentibus, quam demontius, notione propria. Cell.

f) Quid potest esse hac pietate clementius] Goth. quid potest ac pietate demontius. Reimm. Quid potest ac pietate clementius. Lipf. alter et Ven. 1497: Quid potest hac pietate clementius. Emman. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. Crat. Gymn. Tornæ. 1548-1613. Betul. Gall. Spark. Quid potest esse hac pietate demontius, quam scripturam Gallæus male defendit. Bodl. Cotton. Lipf. tert. Rom. Ven. 1493. Parrh. Iunt. Ald. Fasit. Gryph. Thomas. Ifæus: Quid potest esse hac pietate clementius. MS. Iun. inclementius, vnde IO. COLVMBVS ad c. 31. libri de M. P. veram lectionem esse colligit: Quid esse potest hac pietate inclementius? quid demontius, quam mortuis - pascore, vt hoc velit: Nihil inclementius adeoque nihil Aenea,

manas victimas immolare, et ignem cruore hominum, tamquam oleo pascere? Sed fortasse hoc non ipsius vitium fuerit, sed poetæ, qui *insignem pietate virum* insigni scelere ^b fœdauerit. Vbi est igitur, o poeta, pietas illa, quam sæpissime laudas? *Tum pius Aeneas*ⁱ,

- - Sulmone creatos^k

*Quattuor hic iuuenes, totidem quos educat Vfers,
Viuentes rapit; inferias quos immolet umbris;
Captiuoque rogi perfundat sanguine flammæ.*

6 Cur ergo dicebat eodem ipso tempore, quo viñctos homines ad immolationem mittebat?

- - - *equidem et viuus concedere vellem*^l;

quum, quos viuos habebat in potestate, vice pecudum iuberet occidi? Sed hæc, vt dixi, culpa non illius fuit, qui litteras fortasse non didicerat, sed tua; qui, quum eses eruditus, ignorasti tamen, quid esset pietas; et illud ipsum, quod

qui piũm se iactauit, indignus (nam et clementia pietas dicta, vt prius est ostensum) quam cadere et exurere crudeliter innocuos homines; nihil inconuenientius duci perito et prudenti, quam credere mortuos pasci cruore humano. Heumannus in addendis credit, Columbum ingeniose ac feliciter ita emendasse, reiicit itaque suam priorem emendationem, qua QVAM necessãrio delendum putabat. Non ausim vnũ recentioris MS. lectionem ceteris præferre, quum bonus sit sensus in ironia Lactantio frequenti; sensus est: *Quid in hac pietate potest esse clementius, ne quis putet clementius pietate valere clementius quam hæc pietas*; tum enim sequens quam non quadraret. Frequenter vero confundi demens et clemens, cognoscat ex L. 3. 18. 12: clementius, vbi Rost. demens. L. 5. 11. 11: clementior - dementior. Conf. Gronou. ad Senec. L. 2. Controu. 11. p. 183. et p. 189. Bän.

g) *insignem pietate virum*] Rost. Ven. 1493. 97: *insignem pietatem viri*. Sed prius habent Lips. Goth. Reimm. Emman. Ven. vtraque 1478. et plures, et recte, sunt enim ipsa Virgiliti verba L. 1. Aen. 10. hinc diuersis typis hic exscribenda curauit. Bän.

b) *insigni scelere*] Emman. *scelere*, omisso *insigni*. forte offendit librarium vox in malam partem hic sumpta. conf. not. c. 12. 5. vbi *insignis scelere*, al. *insigni scelere*. Bän.

i) *Tum pius Aeneas*] Ita Bonon. Heumannus quidem non probat. At sunt, vbi recte monet Iseus, verba Virgiliti L. 5. Aen. 685. L. 10. Aen. 783. et L. 12. 175. Male igitur Gallæus Ecce mutat in En, rectius idem post Iseum in textum et Sparkius receperunt. Bän.

k) *Sulmone creatos Quattuor hic iuuenes*] Ex Aeneid. 10. v. 517. Cell.

l) *equidem et viuus concedere vellem*] Ex Aeneid. 11. v. 111. Cell.

m) de-

quod nefarie, quod detestabiliter^m fecit, pietatis *cause* officium credidisti. videlicet ob hoc vnum pius vocatur, quia patrem dilexit. Quid quod *bonus Aeneas haud aspernanda* 8 *precantes*ⁿ trucidavit? adiuratus enim per eundem patrem^o, et *spes surgentis Iuli*^p, nequaquam pepercit, *furiis accensus, et ira*^q. Quisquamne igitur hunc putet aliquid in 9 se virtutis habuisse, qui et furore, tamquam stipula, exarscrit, et manium patris, per quem rogabatur, oblitus, iram frenare nequiverit? nullo igitur modo pius; qui non tantum non repugnantes, sed etiam precantes interemit. Dicit hic 10 aliquis: Quæ ergo, aut ubi, aut qualis est pietas? Nimirum apud eos, qui bella nesciunt^r; qui concordiam cum omnibus seruant^s; qui amici sunt etiam inimicis; qui omnes homines pro fratribus diligunt; qui cohibere iram sciunt, omnemque animi furorem tranquilla moderatione lenire. Quanta igitur caligo, quanta tenebrarum, et errorum nubes 11 hominum pectora obduxit, qui quum se maxime pios putant, tum maxime fiunt^t impii? Quanto enim religiosius terrenis istis simulacris insequuntur^u; tanto magis scelerati aduersus no-

men

m) *detestabiliter*] Nihil Krebsius de Stilo Laet. et Walchii Diatribe de hoc adverbio notarunt, mihi illud ex antiquioribus non est notum. Bün.

n) *bonus Aeneas - precantes*] sunt verba Virgilii L. XI. Aen. 106. Bün.

o) *adiuratus enim per eundem patrem*] Aeneidos Lib. 10. v. 524:

Per patrios manes, et spes surgentis Iuli,

Te precor hanc animam serues. Cell.

p) *et spes surgentis Iuli*] En specimen corruptionis Rost. *et spiritui surgentis Iuli*. Emman. Ven. utraque 478- ad 1524: *et spem surgentis Iuli*. Fasit. Gryph. Thomas. et seqq. *et spes surgentis Iuli*. Reimm. Tornæs. 1587-1613: *et per spes*. Sic Virg. edit. Emmenesf. l. 10. Aen. 524: *Per pa-*

trios manes, per spes surgentis Iuli, etiam Pierius testatur in antiquis omnibus suis exemplaribus L. 6. Aen. 364. legi: *Per genitorem oro, per spes surgentis Iuli*. Bün.

q) *furiis accensus et ira*] Hemistichium ex Virg. 12. Aen. 946. Bün.

r) *qui bella nesciunt*] c. 17. 12. 13. L. 6. 20. 16. Bün.

s) *cum omnibus seruant*] Emman. Cant. et ab 1465-1524: *cum omni vi seruant*. Reimm. *cum omnibus vi seruant*. possis etiam in Reimm. vt in Lips. altero legere: *cum omnibus inseruant*. Praue. Recte alii MSS. et Fasit. Gryph. Tornæs. Thomas. sqq. vt editum. Bün.

t) *fiunt*] Heumannus non dubitat rescribere: *sunt*; at libri omnes: *fiunt*. Bün.

u) *insequunt*] Rost. Ven. 1471-1515. Crat. Gymn. *seruiunt*. At MSS. Lips.

- 12 men veræ diuinitatis* existunt. Itaque pro merito impietatis suæ grauioribus malis sæpe vexantur; quorum causam quia nesciunt, fortunæ culpa omnis adscribitur, et locum inuenit Epicuri philosophia, nihil ad deos pertinere censentis, nec gratia eos tangi, nec ira moueri; quia et contemtores eorum sæpe videant beatos, et cultores sæpe miseros.
- 13 Quod eo fit; quia quum religiosi videantur, et natura boni; nihil tale creduntur mereri, quale sæpe patiuntur. Consolantur se tamen accusatione fortunæ; nec sentiunt, quod si
- 14 esset vlla, cultoribus suis numquam noceret. Merito igitur huiusmodi pietatem pœna consequitur, et offensa diuinitas scelere hominum prave religiosorum, graui eos infortunio mactat, qui licet sanctis moribus viuant in summa fide atque innocentia; tamen, quia deos colunt, quorum ritus impios ac profanos Deus verus odio habet, a iustitia et a nomine* veræ pietatis alieni sunt. Nec est difficile docere, cur deorum cultores, boni, et iusti esse non possint. quomodo enim sanguine abstinebunt, qui colunt cruentos deos, Martem atque Bellonam^a? quomodo aut parentibus parcent, qui expulsorem patris sui Iouem? aut natis ex se infantibus, qui Saturnum^{b.c}? quomodo pudicitiam tuebuntur, qui colunt deam nudam, et adulteram, et quasi apud deos prostitutam^d? quomodo se a rapinis, et fraudibus abstinebunt, qui Mercurii furta nouerunt, docentis, non fraudis esse, decipere, sed astutiæ? quomodo libidines coercebunt, qui Iouem

Lipf. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Thomas. et seqq. *inferniunt*. Bün.

x) *vera diuinitatis*] not. 4. 16. 2. Bün.

y) *infortunio mactat*] phrasi Plauti et Terentii nota. conf. not. L. 1. 21. 16. Bün.

z) *a nomine*] Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. *a numine*. prauè. sæpe hæc confunduntur. vid. n. 18. Bün.

a) *Bellonam*] L. 1. 21. 16. Bün.

b) *qui Saturnum*] repetè ex superioribus de Marte et Bellona *colunt*, quod satis est, si subaudiatur. Vnus

tamen scriptus Cantabr. et ed. Rom. ita exprimunt: *qui colunt Saturnum*. Cell.

c) *qui Saturnum*] Ita quoque Goth. Reimm. et Fasit. Gryph. Thomas. Isæus, Gall. Spark. sine necessitate editi ab 1465 - 1524. Gymn. Tornæs. Betul. *qui colunt Saturnum*. Bün.

d) *prostitutam*] Lipf. 2. 3. Reimm. *desitutam*. At plures MSS. editi vero omnes: *prostitutam*. Ipse de eadem Venere L. 1. 17. 9: *quid loquar obscenitatem Veneris omnium libidinibus prostituta*. Conf. L. 3. 22. 8: *non adultera - sed prostituta*. Bün.

e) *sed*

verem, Herculem, Liberum, Apollinem, ceterosque venerantur, quorum adulteria et: supra in mares et feminas non tantum doctis nota sunt, sed exprimuntur ^{e. f.} etiam in theatris, atque cantantur, ut sint omnibus notiora? Possuntne inter hæc iusti esse homines, qui etiam si natura sint boni, ab ipsis tamen diis erudiantur ad iniustitiam ^{b. j.}? Ad placandum enim Deum, quem colas, iis rebus opus est, quibus illum gaudere ac delectari scias. Sic fit, ut vitam colentium Deus pro qualitate numinis ^k sui formet; quoniam religiosissimus est cultus, imitari ^l.

XI. Iis igitur hominibus ^a, qui deorum suorum mo-
ri-

^{e)} sed exprimuntur etiam] Tres Lips. et Rom. exprimuntur; at Emun. exponuntur. Cell.

^{f)} exprimuntur] Ita, excepto Emman. omnes scripti et editi, et recte. Proprium in hac re verbum. Epit. 63. 6: *Histrionum etiam impudici gestus - libidines quas saltando exprimunt, docent.* Non obscure exprimit Cyprianum L. 2. ep. 2. ed. Erasmi. f. 33: *exprimunt impudicam Venerem, adulterum Martem etc. et paullo ante de Parricidis et Incestis: horror antiquus EXPRESSA ad imaginem veritatis actione replicatur.* L. 1. ep. 10. f. 25: *gestus turpes - magisterio impudica artis exprimere.* Ille Emman. codicis scriptor videtur exponuntur correxisse ex mente Minucii c. 37. 12: *Mimus vel exponit adulteria vel monstrat.* Bün.

^{g)} homines] Reimm. demones. in-scite. Bün.

^{b)} erudiantur ad iniustitiam] Sic res poscit, et scripti plures codices, Angli et duo Lips. confirmant, ut prauati omnino sint qui iustitiam hoc loco præferunt. Cell.

ⁱ⁾ erudiantur ad iniustitiam] Ipsa res loquitur ita legendum esse, ut habent quoque Bon. Tax. Pen. Cauç,

Pal. Iun. Angl. Goth. Lips. duo, Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Tornæ. Betulecius, Ic. Gall. Sparckius; altera praua lectio: *ad iniustitiam regnat in Ven. 1493. 97. Paris. Fasit. Gryph. et Antuerpiensibus Thomastii et Cant. edit. Bün.*

^{k)} numinis] Ita scribo ex Ven. 1472. vtraque 78. et Dauisii iudicio ad Epit. 54. p. 156. Heumannus idem sentit. Bün.

^{l)} religiosissimus est cultus, imitari] Iun. Ven. vtraque 1478. Ald. Crat. Gymn. religiosissimum. At Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. Fasit. Gryph. reliqui cum MSS. Lips. Goth. Reimm. religiosissimus. Augustinus: *Summa religionis est imitari eum quem colas.* Seneca ep. 95: *Satis deos coluit, quisquis illum imitatus est.* Bün.

^{a)} Iis igitur hominibus - quia gravis est et acerba iustitia] Ita plerique scripti et editi; at Bodl. Cotton. Lips. 2. 3. Reimm. et Tornæ. 1587 - 1613. et Geneu. 1630: *Iis igitur homines - quia gravem habent et acerbam iustitiam.* Eodem res redit. Ven. 1493. et 97: *Iis igitur homines - quia gravis est et acerba iustitia.* Bün.

^{b)} a

ribus congruunt, quia grauis est et acerba iustitia, eandem impietatem suam, qua in ceteris rebus vtuntur, aduersus iustos violenter exercent. Nec immerito a prophetis^b bestia^c nominantur. Praclare itaque M. Tullius^d: *Etenim si nemo est, inquit, quin emori malit^e, quam conuerti in aliquam figuram bestia, quamuis hominis mentem sit habiturus; quanto est miserius, in hominis figura, animo esse efferrato? mihi quidem tanto videtur^f, quanto praestabilius est animus corpore.* Aspernantur^g itaque corpora belluarum, quibus sunt ipsi sauiore^b; sibi que adeo placent, quod homines nati suntⁱ, quorum nihil, nisi lineamenta^k, et summam figu-

b) a prophetis] Daniele, qui gentilium imperia per bestias significat: et Ioanne Apocalypseos propheticæ scriptore, qui ita persecutores ecclesie designat. Cell.

c) a prophetis bestia] Bon. pro factis bestia. Cellarius ablegat ad Danielelem et Ioannem in Apocalypsi, at quum L. 5. 23. 3. dicat: Deum polliceri, se exterminaturum bestias malas de terra, cum Isæo credo respici ad Vatem Mosen Leuit. 26. 6. et ad Ezech. 34. 25. 28. et ad Nahum. 2. fin. Conf. Lact. L. 6. 17. 7. Bün.

d) Praclare itaque M. Tullius] in libro aliquo deperdito. In reliquis enim hæc verba non reperiuntur. Cell.

e) quin emori malit] Ven. 1471. et Rost. qui ne mori malit. male diuisum. Goth. Ven. vtraque 1478. Parrh. Ald. Paris. Crat. Gymn. qui mori malit. prauè. Ven. 1493. 97: quin mori malit. melius. At optime Lips. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. Isæus, reliqui: quin emori malit. c. 22. 19: emori malint. Variant tamen iterum c. 13. 2. et n. 15. Bün.

f) tanto videtur] repete: miserius. Bün.

g) Aspernantur] Expono ex loco

huic gemino de Opif. c. 3. 21: accipere detroctant. Conf. not. ad Libr. de Mort. Pers. c. 37. 5: ut aspernentur annonam. Eün.

h) sauiore] Venet. 1471. et Rost. brutiores. Heumannus: non inelégans, inquit, dictio, nec huic loco inconueniens. Sed quis vniquam veterum vsus est hoc comparatio brutior, Lactantius certe ab eo est alienus. Inductus est ille comparatiuus potius ex barbara inscriptione huius capitis in antiquis editionibus: Quod persecutores Christianorum non modo bestia fuerint, sed ipsis bestiis brutiores et truciores. Omnes scripti et reliqui editi: sauiore. Conf. n. 4. II. Contextus magis de saua quam brutio indole agit. Bün.

i) quod homines nati sunt] Lips. alter, Reimm. Iun. quod homines nati sunt. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Parrh. Ald. Paris. Crat. Gymn. quod homines sint nati. Goth. Lips. tert. Fasit. Gryph. Tornæs. Thomas. reliqui: quod homines nati sunt. Pungit Platonem et eius similes, vt de Opif. 3. 19. et L. 3. 19. 17. not. Bün.

k) lineamenta] vid. not. ad de Ira 10. 26: extrema corporis lineamenta. Bün.

l) sum-

figuram gerunt^l. Nam quis Caucasus, quæ India, quæ 4
Hyrcania tam inmanes^m, tam sanguinarias unquam bestias
aluit? quoniam ferarum omnium rabies vsque ad ventris fa-
tietatem furit, fameque sedata, protinus conquiescit. Illa 5
est vera bestia, cuius vna iussione

Funditur ater ubique cruorⁿ, crudelis ubique

Luctus^o, ubique pauor, et plurima mortis imago.

Nemo huius tantæ belluæ immanitatem potest pro merito de- 6
scribere, quæ vno loco recubans, tamen per totum orbem
dentibus ferreis læuit, et non tantum artus hominum dissi-
pat, sed et ossa ipsa comminuit, et in cineres furit^p, ne quis
exster sepulturæ locus. quasi verò id adfectent, qui Deum
confitentur, vt ad eorum sepulcra veniatur, ac non vt ipsi ad
Deum

D]summam figuram gerunt] Reimm.
hoc ordine: *summam gerunt figu-
ram*. Commodè occurrit Liuius, vbi
de Plemio L. 29. c. 17: In hoc - *not
hominis quidquam est - præter figuram
et speciem - - Pestis ac bellua imma-
nis*. Eleganter *summam* dixit, i. e.
extremam, vt L. 1. 20. 26: *summis di-
gitis*. L. 7. 12. 22. 23: *a summis pedi-
bus - membrorum summa quæque*. Sæ-
pe ita Celsus L. 7. 5: *si non alie te-
lum infedit et in summa carne est*.
L. 7. 16: *sutura summa cutis*. L. 8.
c. 10: *perfricanda summa cutis est -
summis digitis insistere*. Prudent.
Peristeph. 10. 488: *summa pellis ignis
obductus coquit*. Bün.

m] qua Hyrcania tam inmanes]
ferax immanium bestiarum non mi-
nus Hyrcania, vltra Parthiam Asiati-
ca regio, quam Caucasi montis hor-
rendus saltus. Virgil. Aen. 4. v. 366:
*duris genuit te cantibus horrens
Caucasus, Hyrcanæque admorunt
vbera tigres*. Cell.

n] Funditur ater ubique cruor]
Prius hoc hemistichium est ex
Aeneid. 11. v. 646. Cell.

o] crudelis ubique luctus] Hæc re-
liqua verba ex Aeneid. 2. v. 368. Cell.

p] in cineres furit] Goth. Iun.
Ven. 1493. 79. Parrh. Paris. Ald. Crat.
Gymn. in cineres fundit. Pal. Lipf.
L. Roff. Ven. 1471. vtraque 78: *in
cineres fudit*. omnes prauè; at rectè
Reimm. Angl. Fasit. Gryph. Torn.
Betul. Thomas. reliqui: *in cineres
furit*. ex hoc loco illustratur liber
de Mort. Perfec. c. 21. extr. qui facit
vt de Galerio non minus explicem,
quam de Diocletiano, ad quem Be-
tuleius reuilerat. Conf. Euseb. Hist.
Eccles. L. 8. c. 5. et 6. Ita sub Iulia-
no narratur in Ammian. Marcell.
L. 22. c. 11: *iisdem subdito igne cra-
matis, cineres proiecit (multitudo)
in mare, id metuens, vt clamabat, ne
collectis supremis, ades illis exstue-
rentur, vt reliquis, qui deniare a re-
ligione compulsi peruiere cruciabiles
pœnas, adusque gloriosam mortem in-
temerata fide progressi, et nunc Mar-
tyres adpellantur*. Plura Casp. Sagit-
tarius de Cruciatibus Martyr. c. 1.
§. 4. quod scriptum altero tanto au-
ctius manu Sagittarii possideo, item
Kortholt. de Persecutionibus Eccl.
Primit. c. 5. §. 75. sqq. p. 215-221.
Bün.

q] de-

7 Deum pertineant. Quænam illa feritas, quæ rabies, quæ infania est, lucem viuus, terram mortuis denegasse? Dico igitur, nihil esse miserius iis hominibus, quos ministros furoris alieni, quos satellites impiæ iustionis necessitas aut in-
 8 venit, aut fecit. Non enim honor ille, aut prouectio dignitatis fuit, sed hominis damnatio ad carnificinam, Dei
 9 vero ad pœnam sempiternam. Quæ autem per totum orbem singuli gesserint, enarrare impossibile est. quis enim voluminum numerus capiet tam infinita, tam varia genera crudelitatis? accepta enim potestate pro suis moribus quis-
 10 que fecit. Alii præ nimia timiditate ^q plus ausi sunt, quam iubebantur ^r; alii suo proprio aduersus iustos odio; quidam naturali mentis feritate; nonnulli ut placerent, et hoc officio viam sibi ad altiora munirent ^x; aliqui

q) denegasse] Sic libri. Heumanus credit DENEGARE scriptum fuisse a Lactantio. Bün.

r) prouectio] Requiro adhuc maiorem huius vocis apud veteres auctoritatem; a Krebsio de Stilo Lact. et a Walchio in Diatribe non est notata. Prouehere ad dignitatem est Plinii in Epistolis. Bün.

s) quisque fecit] Bon. Cauc. Goth. fecit. Pen. Iun. Rost. Ven. 1471-1515. Crat. Paris. Gymn. fecit. Fasit. Gryph. Torn. Thomas. Gall. Spark. fecit. Lips. alter et Reimm. quisque faciunt; forte: quisque faciunt; nam in MSS. faciunt, per notam apostropho siue spiritu leni superimposito notat: faciunt. Plura de quisque cum plurali notauimus in Indice ad Castellionis Versionem Cod. S. Bün.

t) præ nimia timiditate] Angl. timiditate. Sed vulgatum ministerio conuenientius, ne minus fecisse, quam iussi erant, viderentur, Cell.

u) præ-timiditate] Merton. cupiditate. Sublac. Rost. Ven. 1471. vtra-

que 78: pro-timiditate. Parrh. Paris. Crat. Gymn. præ-timiditate. At Lips. Goth. Reimm. Cauci, Ven. 1493. 97. Ald. Fasit. Gryph. Tornz. Betul. Thomas. et seqq. præ-timiditate. rectissime. Patet ex loco huic gemino de Mort. Perf. c. 11. 6: Quidam proprio aduersus Christianos odio, inimicos, deorum et hostes religionum publicarum tollendos esse censuerunt, et qui aliter sentiebant, intellecta hominis voluntate, vel timentes vel gratificari volentes, in eandem sententiam congruerunt. Ad tumidos spectant proxima verba: ut-viam sibi ad altiora munirent. Bün.

x) quam iubebantur] Sic Lips. 1. et Rom. Vulgo iubebatur; Goth. iubetur. Cell.

y) iubebantur] Reimm. iubebat. Rost. videbatur. Ven. 1471. vtraque 78: videbantur. Emman. Iun. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Aldus, Crat. Gymn. Betul. et Tornz. 1587-1613: iubebantur. Bün.

z) viam sibi ad altiora munirent] not. ad 6. 13: viam sibi ad potentiam munirent. Bün.

a) aliqui

qui ad occidendum^a præcipites exstiterunt, sicut vnus in Phrygia, qui vniuersum populum cum ipso pariter conuenticulo concremauit. Sed hic quanto sæuior, tanto clementior^{b,c} inuenitur. Illud vero pessimum genus est, cui clementiæ species falsa blanditur; ille grauior, ille sæuior est carnifex, qui neminem statuit occidere. Itaque dici non potest, huiusmodi iudices quanta et quam graua tormentorum^d genera excogitauerint, vt ad effectum^d propositi sui peruenirent. Hæc autem non tantum ideo faciunt, vt 13 gloriari possint, nullum se innocentium peremisse, (nam et ipse audiui aliquos gloriantes, quod^{e,f} administratio sua, in hac parte, fuerit incruenta,) sed et inuidiæ causa; ne aut ipsi vincantur, aut illi^g virtutis suæ gloriam consequantur. Ita- 14 que in excogitandis pœnarum generibus^h nihil aliud, quam victo-

a) aliqui ad occidendum] Delet Heymannus aliqui, vt fiat oratio, et miratur hoc mendum non fuisse andum obseruatum. Reperio vocem aliqui in pluribus MSS. in paucis, vt MS. Iunii, et Rost. Ven. 1471. vtraque 78-1515. Crat. Gymn. alii ad occidendum. Qui hic aliqui aut alii seruarunt, ad singula antecedentia membra ex antecedentibus subaudierunt: plus ausi sunt, quam iubebantur. Iuuenes hic obseruent vsum vocum: alii - alii - alii - quidam - nonnulli - aliqui. Sic L. 6. 4. 20. 23: alii - alios - alios - alii - alios - ii sunt, qui - quorundam - Quos - iis qui. Bün.

b) tanto clementior] Iidem codd. Lips. i. et ed. Rom. clementior, cum vulgationibus: at Angl. et Lips. reliqui dementior. male. nam breuitatem supplicii, combustionis scilicet, clementiam vocat respectu lentæ et protractioris necis. Cell.

c) clementior] Goth. Reimm. Ven. 1471. Rost. dementior. Rectius plures clementior, quod bene Cell. explicat. de confusione vocum vid. not. c. 10. 4. Bün.

d) vt ad effectum] Ven. 1497.

Parrh. ne ad effectum. vitiose. Reliqui vt, recte. Bün.

e) quod administratio sua] Lips. et Goth. quod: alii quia. Cell.

f) quod administratio] Bon. Tax. Pen. Cauc. Reimm. quod; et ita iam ante Cellarium, Betul. et Tornæs. 1587-1613. ediderant. Bün.

g) aut ipsi - aut illi] Sic libri; Heumanno congruentius videtur: et ipsi - et illi. vid. n. 16: vt vincant - vt ne tori moriantur. Bün.

h) in excogitandis pœnarum generibus] Cyprianus contra Demetrianum: Admones laniandis corporibus longa tormenta, multiplicas lacerandis visceribus numerosa supplicia, nec feritas ac immanitas tua visitatis potest contenta esse tormentis, excogitat nouas pœnas ingeniosa crudelitas. Conf. Lact. L. 6. 17. 6. Epit. 54. 5. 6. Seneca L. 1. Clem. c. 25. (Sæuitia) noua supplicia conquirat, ingenium aduocat, instrumenta excogitat, per qua varietur atque extendatur dolor etc. Plura Kortholt. de Persecutionibus Eccles. Primit. c. 8. §. 18. p. 322. sq. Bün.

victoriam cogitant^{i. k.} Sciunt enim, certamen esse illud et
 15 pugnam. Vidi ego in Bithynia præsidem gaudio mirabili-
 ter elatum, tamquam barbarorum gentem aliquam subegisset,
 quod vnus, qui per biennium magna virtute resisterat, po-
 16 sitremo cedere visus esset^{l. m.} Contendunt igitur, vt vin-
 cant; et exquisitos doloresⁿ corporibus immittunt^o, et nihil
 aliud deuitant^p, quam vt ne torti moriantur^q: quasi vero
 mors tantummodo beatos^r faciat; ac non etiam tormenta;
 quanto fuerint^r grauiora, tanto maiorem^s virtutis gloriam pa-
 17 riant. Illi autem pertinaci stultitia iubent, curam tortis di-
 ligenter adhiberi, vt ad alios cruciatus membra renouentur,
 et reparetur nouus sanguis ad pœnam. quid tam pium^t,
 tam beneficum, tam humanum fieri potest? non curassent
 18 tam sollicitè, quos amarent. Hæc est deorum disciplina:
 ad hæc opera cultores suos erudiunt; hæc sacra desiderant:
 quin

i) *victoriam cogitant*] Simplici verbo Lips. Angl. et Goth. Cell.

k) *victoriam cogitant*] Ita quoque Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. et Tornæs. 1587-1613. Bün.

l) *cedere visus esset*] Goth. et duo Lips. *esset*: reliqui *est*. Cell.

m) *visus esset*] Reimm. et Torn. 1587-1613. *iusus esset*. prauc. Rost. *visus*, omisso verbo substantiuo. Reliqui editi *visus est*. Lips. tert. *iusus est*. Bün.

n) *exquisitos dolores*] vt L. 7. 17. 7. Epit. 71. 9: *exquisiti cruciatus*. Bün.

o) *immittant*] vid. de Ira 18. 8. not. et Epit. 54. 6. Bün.

p) *deuitant*] Bon. *vitant*. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. *enitant*. Cauc. Lips. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. et seqq. *deuitant*. Bün.

q) *ne torti moriantur*] Lips. alter. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. *ne torti*. Goth. Reimm. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Betul. Tornæs. Thomas. reliqui: *ne torti*. recte. conf. n. 17. *tortis*.

Scite Cyprian. ep. 10. ed. Oxon. f. 20: *Steterunt torti torquentibus fortiores*. adde reliqua. Bün.

*) *tantummodo beatos*] Rost. *santum nec bonos*. prauc. Ven. vtraque 1478. 93. 97: *tantum nec beatos. nondum recte*. Iun. Parrh. Ald. Crat. Gymn. *santum nos beatos*. melius. Goth. Lips. Reimm. Angl. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. et seqq. *tantummodo beatos*. optime. Bün.

r) *tormenta, quanto fuerint*] Ita restituo ex Lips. secundo, Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Tornæs. Betul. Fasit. Gryph. pro recentiorum Thomasi, Iszi, Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. *tormenta, qua quanto pariant*. Si voluissent post *tormenta* subaudire *beatos faciant*, debuissent *pariant* edere, non: *pariant*. Bün.

s) *maiolem*] Bon. *maioris*. Reliqui *maiolem*. Bün.

t) *tam pium*] Ironice. noto ad de Mort. Perf. c. 23. n. 8. Bün.

u) *dis-*

quin etiam sceleratissimi homicidæ contra pios iura impia condiderunt. nam et constitutiones sacrilegæ, et disputationes^a iurisperitorum leguntur iniustæ. Domitius de officio¹⁹ proconsulis libro septimo²⁰ rescripta principum nefaria collegit; vt doceret, quibus pœnis adfici oporteret eos, qui se cultores Dei confiterentur.

XII. Quid iis facias^a, qui ius vocant carnificinas veterum tyrannorum aduersus innocentes rabide sæuientium? et quum sint iniustitiæ, crudelitatisque doctores; iustos se esse tamen, ac prudentes videri volunt^b; cæci, et hebetes, et rerum, et veritatis ignari. Adeone vobis o perditæ mentes, inuisa iustitia est, vt eam summis sceleribus adæquetis? adeone apud vos perit innocentia, vt ne morte quidem simplici dignam iudicetis, sed supra omnia facinora habeatur, nullum facinus admittere, pectusque purum ab omni sceleris contagione^c præstare? Et quoniam communiter cum^d deorum

^a) *disputationes*] Reimm. *dispositiones*. Ita idem codex Reimm. L. 3. 28. 8: *dispositio*, vbi alii: *disputatio*. Bün.

^x) *Domitius de officio proconsulis libro septimo*] Plures scripti, Angl. et Lips. tres, *libro septimo*, quod etiam ed. Rom. expressum est: ceteri *libris septem*. Multi quoque interpretes Domitii Vlpiani libros de officio proconsulis intelligunt, quod negat V. C. Guil. Grotius in *Vitis Iureconf.* Lib. 2. c. 10. quia is libros suos composuerit sub Antonino Caracalla, L. 4. Dig. de off. proconf. quo tempore Christianis ad honores via patuerit, L. 3. §. 3. Dig. de Decur. Alium ergo Domitium notari censet, qui sub infenso Christianis principe de eodem proconsulis officio scripserit, vt et ipse Christianis scriptura et consilio noceret. *Cell.*

^y) *Domitius - libro septimo*] Sic Bon. et antiqui Thomasi codices, item Pen. Vlr. Iun. Reimm. et ab 1465-1524. editi et post eos Gymn.

Tornæs. 1587-1613. Isæus, Gall. Spark. De Domitio Vlpiano præter Cuiacium L. 10. Obs. c. 34. p. m. 470. intelligit quoque Márq. Freherus de Numismate Censuræ hæud procul ab initio. Bün.

^a) *Quid iis facias*] Lips. 2. 9. Reimm. *faciant*, cum Ven. utraque 1478. 93. 97. At Goth. et reliqui: *facias*. Bün.

^b) *iustos se esse tamen - videri volunt*] Goth. *esse* non habet. Rost. Ven. utraque 1478-1515. Paris. Crat. Gymn. *iustos esse se tamen*. Reimm. et reliqui: *iustos se esse - volunt*. de hoc archaismo conf. not. ad L. 5. 20. 10. et ad *Librum de Mort. Perf.* 14. 3. Bün.

^c) *contagione*] Sparkii quinque MSS. *cogitatione*. At reliqui scripti et editi omnes *contagione*. L. 6. 13. 8: *Est pane supra humanum modum, ne in cogitationem quidem admistere, quod sit vel factum mali. m. vel improbum dictu*. Bün.

^d) *communiter cum - loquimur*] Rr 2 Kreb-

rum cultoribus loquimur; liceat per vos benefacere vobiscum^e. Hæc est enim lex nostra, hoc opus, hæc religio. Si vobis sapientes videmur, imitamini: si stulti, contemnite, aut etiam ridete, si liber: nobis enim stultitia nostra prodest *f*.

4. Quid laceratis? quid adfligitis? non inuidemus sapientiæ vestræ. hanc stultitiam malumus: hanc amplectimur. Hoc nobis credimus expedire, vt vos diligamus^g; et in vos ipsos,

5. qui odistis, omnia conferamus^h. Est apud Ciceronemⁱ non abhorrens a vero locus, in ea disputatione, quæ habetur a Furio contra iustitiam^k: *Quæro, inquit, si duo sint, quo-*

quo-

Krebsius de Stilo Lact. p. 25. Fabri Thesauri editiones aliquot aliiqve communiter hic exponunt *vulgari-ter*, quam notionem ad incertam latinitatem Cellarius refert in Antibarb. p. 159. et Cur. Post. p. 372. mihi non incommode videtur hic valere *in genere, in vniuersum*; non enim his illisue tantum; ita maneret antiqua, elegantia. Ita auctor Epithalamii Maximiano et Constantino dicti c. 3. 1. *communiter dicere*, et c. 13. 1. *separatim loqui* opponit. Apul. in Apol. p. 275: *multa in me proprie conscripta, et alia communiter in philosophos*. Ambrosius ad Virg. Exhort. f. 115. Non de metantum, sed de omnibus hominibus communiter sum locutus. Liuius L. 29. 17: *Opera est audire singula: communiter omnia complectar*. *Bün.*

e) *benefacere vobiscum*] Solus Betuleius *benefacere vobis*, et *vobis* ex Betuleio *retinendum videtur* Sparcio: *refragantibus licet omnibus MSS.* Heumanus quoque *rescribit vobis sine dubitatione*. Betuleium nonnumquam suo arbitratu alias lectiones subornasse patet ex c. 6. 1. aliisque locis, hic certe omnes scripti Anglicani, Guelferbytani, Lips. Goth. Witeb. Reimm. et omnes reliqui scripti, et ante et post Betuleium editi *benefacere vobiscum*, et sunt

eiusmodi locutiones multis locis obvia, maxime apud Plautum, c. g. Mercat. Act. 3. 1. 33: *si mecum seruatur fides*. Plura adnotauit Gronouius ad Plaut. p. 31. ad v. 24. et ad v. 24. p. 549. *Bün.*

f) *nobis - prodest*] Goth. *vobis*. Vtrumque verum, vt ex n. 3. et 4. patet. *Bün.*

g) *vt vos diligamus*] Sic omnes mei; Walchiana: *vt nos diligamus*, an errore typorum, an consilio, nescio, Heumannus *vt et nos legit*; sed quis non credat sibi expedire, vt se et suos diligat? *Bün.*

h) *in vos - qui odistis - conferamus*] vid. Cyprian. adu. Demetrian. ed. Gryph. p. 277: *odis vestris beneuolentiam reddimus etc.* *Bün.*

i) *Est apud Ciceronem*] in fragmentis ex Lib. 3. de Republica, vt ex Augustini Lib. 2. de Ciui. Dei cap. 21. adparet. *Cell.*

k) *a Furio contra iustitiam*] L. Furius Philus, qui, Cicerone auctore in Bruto c. 28. *perbene Latine loqui putabatur, litteratiusque quam ceteri*, videtur exercitii causa ita disputasse, vt Lælium ad contrarium defendendum et illustrandum excitaret, imitatus Carneadem Atheniensem, de quo cap. 14. post dicitur. *Cell.*

l) *opti-*

quorum alter optimus^l vir, aequissimus, summa iustitia, singulari fide; alter insignis scelere^{m. n} et audacia; et si in eo sit errore ciuitas, ut bonum illum virum, sceleratum, facinorosum, nefarium putet; contra autem, qui sit improbisissimus, existimet^{o. p} esse summa probitate ac fide; proque hac opinione omnium ciuium, bonus ille vir vexetur, rapiatur, manus ei denique auferantur, effodiantur oculi, damnetur, vinciatur, vratur, exterminetur, egeat; postremo, iure etiam optimo omnibus miserrimus esse videatur: contra autem ille improbus laudetur, colatur, ab omnibus diligatur; omnes ad eum honores, omnia imperia, omnes opes, omnes denique copiae conferantur, vir denique optimus omnium existimatione, et dignissimus omni fortuna iudicetur: quis tandem erit tam demens, qui dubitet, vtrum se esse malit? Profecto quasi diuinaret, quæ nobis mala, et quo modo euentura essent propter iustitiam, hoc posuit exemplum. Hæc enim populus noster patitur omnia, errantium prauitate. Ecce in eo est errore ciuitas, vel potius orbis ipse totus, vt bonos, et iustos viros tamquam malos, et impios persequatur, excruciet, damnet, occidat. Nam quod ait, neminem esse tam dementem, qui dubitet, vtrum se esse malit; ille quidem, vt is, qui contra iustitiam diserebat, hoc sensit, malle sapientem malum esse cum bona existimatione, quam bonum cum mala. A nobis autem absit hæc dementia, vt falsum vero anteponamus.

an

l) optimus] Reimm. optissimus. pessime. Bün.

m) insignis scelere] Emman. Lipf. l. et Rom. insignis: alii insigni. Cell.

n) insignis scelere] Ita Rost. Ven. 1471. 1497. Paris. At Goth. Reimm. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. reliqui: insigni scelere. Bün.

o) existimet] Goth. et Rom. sic; Lipf. existimat: vulgo existimetur, passiuè. Cell.

p) existimet] Sic Rost. et Ven. 1471. vtraque 78. sc. ciuitas, vt paulo ante putet. At Reimm. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Gryph. Tornzs. Thomas. reliqui: existime-

tur. placet hoc Heumanno et videtur hic planius. Patritius, conspirante Isæo, ingeniose emendat ita: putet et contra eum, qui sit improbisissimus, existimet. Bün.

q) euentura] Sic omnes scripti, quos cognouimus: et ed. Rom. At Ald. quem vulgo sequuntur, ventura. Cell.

r) euentura] Sic Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. At Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. iam ante Aldum ventura; post eum magno agmine reliqui. vide quæ de simplici notauimus ad L. 4. 16. 9. Bün.

s) dementia] Lipf. 2. 3, et Reimm.

Rr 3

de.

an boni nostri qualitas ex populi pendeat erroribus, quam ex conscientia nostra, et iudicio Dei? an aliqua nos illiciet vniquam felicitas, vt non potius veram bonitatem cum omni malo, quam falsam cum omni prosperitate
 11 malimus? Sua sibi habeant regna reges, suas diuitias diuites, (vt loquitur Plautus,) suam vero prudentiam prudentes, relinquunt nobis stultitiam nostram; quam vel ex hoc adparet esse sapientiam, quod eam nobis inuident.
 12 Quis enim stulto inuideat, nisi qui ipse sit stultissimus? Illi autem non sunt adeo stulti, vt stultis inuideant; sed ex eo, quod accurate, quod sollicitate persequuntur, stultos non esse
 13 concedunt. Cur enim tam crudeliter sæuiant, nisi quia metuunt, ne in dies inualecente iustitia, cum diis suis cariosis^{b. c.} relinquuntur? si ergo cultores deorum sapientes sunt,
 et

dementia. Apte satis respectu ad n. 6: *quis tam - demens.* n. 9: *tam - demens.* Bün.

1) *ex populi pendeat erroribus, quam*] Exhibeo scripturam Goth. Lipf. 2. 3. et Reimmanni; nec dubito de consensu aliorum MSS. sæpe hæc ellipsis elegans interpolata, vnde editi: *ex populi potius pendeat erroribus, quam.* illustraui vberius ad L. 1. 3. 7. (m) p. 17. Bün.

u) *an aliqua*] Quia præcesit *an*, hic ex Lipf. tert. et Reimm. *an* repetit, vt 5. 16. 7. sæpe *an* et *aut* confunduntur in libris. Certe, si *aut* maneat, *an* erit subaudiendum. Bün.

x) *potius - malimus*] Cum maxime ellipsis voculæ *potius* est indicata, hic pleonasmus obseruandus; vide notam ad L. 3. 28. 15. *malebat potius.* Bün.

y) *vt loquitur Plautus*] Curculione act. 1. sc. 3. v. 22. Cell.

z) *persequuntur*] Bon. Tax. *persequuntur*, ex confusione vocum frequenti. Bün.

a) *sæuiant*] Sic MSS. Goth. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Be-

tul. Thomas. et seqq. vbi ab 1465-1524. editi et Gymn. *saniant.* Bün.

b) *cum diis suis araneosis*] Miræ variantes libri. Plures *variosus* vel *varicosus*, quod nihil est: alii *narinosus* vel *narinosus*, quod thure, naribus excipiendo, colantur. Longe petium. alii *cariosus*: sed ex ære æque ac lapide simulacra colebant, quam lignea. Malo ergo Io. Clericum, quem iterum honoris causa nominamus, quam illos duces sequi, legentem *araneosis*. | Desertionem enim metuebant et desolationem, quod *relinquantur* arguit. Iam tum Traiani ætate, ante persecutionem *templa prope iam desolata fuisse*, Plinius de Christianis epistola conquestu fuerat. Deserta autem et frequentari desueta, sunt araneosa. Cell.

c) *cum diis suis cariosis*] Mirum in modum hic locus in libris variatur. Duo Bononienfes et alii libri antiqui Thomasi et Lipf. tert. Ald. Crat. Gymn. *cum diis suis NARINOSIS* (marg. *narinosos appellat*, quod odoribus thuris colantur. Guelferb. maior: *cum diis suis narinosos appellat.*

et nos stulti; quid metuant, ne sapientes illiciantur a stultis?

XIII. Quum autem noster numerus semper^a de deorum cultoribus^{b.c} augeatur; numquam vero, ne in ipsa quidem

pellant. MS. Iun. cum diis suis NAROSIS. Emman. NARIOSIS, Nariosos appellavit, quod odoribus thuris colantur. Ultrai. et Witeberg. cum diis suis NANOSIS (NANOSOS appellans, quod odoribus thuris colantur) Lipf. alter corruptius: cum diis suis VANASOS appellavit. Reimm. cum diis suis VANOSOS appellavit, quod odoribus thuris colantur, VANO-SIS relinquuntur. Bodl. Cott. Mert. C. C. C. Ball. et Goth. cum Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. VARICOSIS. Membr. Guelferb. Cantabr. f. Subl. Ven. 1471. utraque 78. VARIOSIS. Gryph. Betul. Torn. 1548-1613: CVRIOSIS. Isæus ex Aldina, i. e. Fasit. anni 1535. CARIOSIS. Io. Clerici ex Art. Crit. part. III. sect. 1. c. 8. n. 9. coniecturam ARANEOSIS receperat Cellarius. Certe Tertullianus in Apologetico c. 12. dixit Christianos laudem merei, si statuas et imagines frigidas mortuorum suorum simillimas non adorent, quas milui, mures et aranæ intelligant, vbi Priorius observat, Romanum Imperatorem decern millium pondo araneorum (ex idolis) coegisse. Arnob. L. 6. p. 202: Non (i. e. nonne videtis) in ore simulacri ab araneis ordiri retia atque insidiosos casus etc. Minuc. c. 24. 2: Aranea faciem eius (idoli) intexunt et de ipso capite sua fila suspendunt. At occurrit Heumannus: neminem id verbi (araneosus) hoc sensu, quo Clericus sumit, usurpasse; Vosius vero Catulli ad Thallum XXV. 3. situ araneoso. p. 61. interpretatur: qui longo situ sit factus araneosus. Quia antiquissimi codices glossam habent:

narinosos dictos, quod odoribus turis colantur, et ipse Lactantius capite proximo 13. n. 8: odoribus placari deos. Conf. c. 18. 12. c. 19. 20: illic-exigitur funus. c. 20. 1: ture, et L. 2. 4. 15. his ludricis (diis) et tura et odores inferunt, mihi in mentem venit, num scripserit noster cum diis suis NIDOROSIS, voce Tertulliani L. 5. adu. Marcion. c. 5: Quid stultius quam - holocaustumatum NIDOROSORVM a Deo exactio. de Idolol. Colis non spiritu vilissimi nidoris alicuius, sed tuo proprio. In Apologetico aliquoties NIDOREM pro odore turis posuit. Immo nostri Præceptor Arnobius L. 6. p. 202: signa (simulacra) NIBORIBVS atque FVMO SVFFITA ac DECOLORATA nigrescunt. In niderosos ergo glossa: quod odoribus turis colantur, quadraret. Nihilominus cum Isæo, Gall. Spark. Heumanno prætulit CARIOSIS; nam non tantum LIGNO, quod Cellarius hic putavit, sed et aliis tribuit caries. hinc Phæd. L. 5. fab. 10. 5. de cane scripsit: cariosis dentibus. immo Arnobius L. 6. p. 202: (deorum) signa-putredinis modo CARIE relaxare, et hoc amplius Prudentius L. 1. contra Symmach. v. 433. 434: Non patiar ut carioforum veneris monstra DEORVM. Sed sagax, vt inquit Plautus, nasum habeat necesse est, qui veram hic scripturam odorari voluerit. Bün.

a) semper] Hæc vox abest a Lipf. 2. et Reimm. Bün.

b) de deorum cultoribus] Præpositio ex MSS. restituta. Cell.

c) de deorum cultoribus] Reimm. Rr 4 Rost.

dem persecutione minuatur; (quoniam peccare homines, et inquinari sacrificio possunt; auerti autem non possunt a Deo: valet enim vi sua, veritas,) quis est tandem tam^{d. e} excors, tamque cæcus, qui non videat, in vtra sit parte sapientia? Sed illi malitia, et furore cæcantur, ne videant; stultosque arbitrantur esse, qui quum habeant in potestate^{f. g}, supplicia sua vitare, cruciari tamen, et emori^b malunt, quum possint ex eo ipso peruidere, non esse stultitiam, in quam tantaⁱ hominum millia, per orbem totum, vna et pari mente consentiant. Si enim feminæ sexus infirmitate labuntur, (nam interdum isti muliebrem aut anilem superstitionem^k vocant,) viri

Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Ald. Crat. Gymn. Tornæs. 1587-1613. de deorum cultoribus. Paris. ex deorum cultoribus. Reliqui præpositionem neglexerunt. Bün.

d) quis est tandem tam excors] Sic Goth. et Lips. i. exserte. Vnde error in vulgatis, quis est tam demens, tam excors. Quis enim non videt tam demens ex tandem esse? immo veteres, qui tandem neglexerunt (vt Lips. duo et Rom.) neque tam demens adsumere. Cell.

e) quis est tandem tam excors, tamque cæcus] Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. quis est tam excors tamque cæcus. Reimm. quis est tamen tam excors tamquam cæcus, quin videat. Bonon. Thomas. Isæus, Gall. Spark. quis est tam demens, tam excors. Forte plenius ita legendum: quis est tandem tam demens, tam excors tamque cæcus. cap. 12. n. 6: quis tandem eris tam demens. Conf. n. 9. de vocula tandem plura ad n. 8. Bün.

f) habeant in potestate, supplicia sua vitare] Ex Goth. sic restituo. Vulgo, in potestate sua, supplicia vitare. Pronomen neutro loco Lips. i. habet. Cell.

g) quum habeant in potestate, supplicia-vitare] Reimm. et editi omnes: quum habeant in sua potestate, supplicia vitare, idque probat Heumannus. Negare tamen non possum, Lactantium in hac phrasi non solere pronomen addere. c. 10. 6: quos vivos habebat in potestate. c. 18. 15: non habet in potestate, vt c. Conf. de Ira 21. 8. Minucius tamen c. 37. 3: quum dimitti haberent in sua potestate, addito pronomine, et Seneca ep. 9: in sua potestate habet, quam cito repararet. vt vtrumque sit rectum. Bün.

h) cruciari - et emori malunt] Lips. 2. 3. Reimm. cruciari - et mori malunt. Conf. Epit. 57. 8. not. torqueri et mori malle. Conf. not. L. 5. 11. 2. et c. 13. 19. Bün.

i) tanta hominum millia] i. e. tot. vt L. 3. 19. 23: quanta hominum millia. notauit ad L. 1. 3. 21. (r) p. 22. Bün.

k) muliebrem aut anilem superstitionem] vide notas ad Minuc. Fel. c. 8. n. 4. In Bon. Tax. Thomas. et seqq. aut anilem; in Cauc. Iun. Ljpf. 2. 3. et Reimm. et anilem, vt in Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Torn. Betul. Bün..

viri certe sapiunt. Si pueri, si adolēcentes improuidi sunt per ætatem, maturi certe ac senes habent stabile iudicium. Si vna ciuitas desipit^{l. m.}; ceteræ, vtrique innumerabiles, stultæⁿ esse non possunt. } Si vna prouincia, vna natio prudentia^o caret; ceteras omnes habere intelligentiam recti, necesse est. Quum vero ab ortu solis vsque ad occasum lex diuina^p suscepta sit, et omnis^q ætas, et gens, et regio, et natio^r vnis ac paribus^{s. t.} animis Deo seruiant, eadem fit vbique patientia, idem contemptus mortis; intelligere debuerant, aliquid in ea re esse rationis, quod non sine causa vsque ad mortem defendatur; aliquid fundamenti ac soliditatis, quod eam religionem non tantum iniuriis ac vexatione non soluatⁿ, sed augeat semper, et faciat firmiter. Nam 6

et

l) Si vna ciuitas desipit] Tres sic Lips. et Rom. ac Aldus; non desipuerit. Cell.

m) desipit] Bon. Tax. Pen. Cauc. Goth. Fasit. Gryph. Torn. Thomas. recentiores, desipuerit. At Reimm. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Gymn. desipit. in præsentī, vt n. 3: labuntur-improuidi sunt. n. 4. caret. Bün.

n) cetera, vsique innumerabiles, stulta] Rost. Ven. 1471. vtraque 78: certe vsique innumerabiles stulti. Rectius MSS. Ven. 1493. 97. Paris. et reliquæ: cetera - stulta, sc. ciuitates. Bün.

o) prudentia] Ex Bonon. Tax. Pen. Vltr. Cauc. Iun. Bodl. Emman. et Reimm. prudentia, vbi edd. prouidentia, quod Heumanno hic præplacuit, Walchio autem prudentia, qui tamen fallitur tradens, omnes manus exaratos habere: prouidentia. Frequens hæc variatio. vid. not. L. 3. 10. 3. Bün.

p) ab ortu - lex diuina] i. e. religio Christiana. Rem illustrat Elmenh. ad Arnob. 1. ad p. 33. p. 51. Bün.

q) et omnis] Copula a me addita

ex Reimm. Veneta vtraque 1478. Paris. Bün.

r) et natio] Has duas voces recipi ex Lips. 2. 3. et Reimm. nam respondent et regio et natio illis n. 4. prouincia, natio. Bün.

s) vnis ac paribus animis] Iidem tres Lips. Rom. Ald. vnis: vulgo vnitis, philosophorum verbo, vt Seneca Q. N. 2. c. 2. censet; quo nostrum credo abstinuisset. Cell.

t) vnis ac paribus] Etiam Vltr. Cauc. Iun. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. VNIS. Ita Cicero pro Flacco c. 26. vnis moribus, noister paullo ante n. 2. vna et pari mente. Bün.

u) non tantum iniuriis ac vexatione non soluat] Ita MSS. Lips. Goth. Reimm. et Paris. 1513. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. et seqq. vbi Emman. vexationibus non soluat. Conf. c. 23. 3. At Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrhaf. non tantum iniuriis ac vexatione soluat, omisso non. hinc Heum. fingit: iniuria ac vexatio non soluat. At noninatus iam adfuit,

Rr 5

nem-

et in hoc quoque* malitia illorum conuincitur, qui euertisse* se funditus religionem Dei opinantur, si homines inquinaverint, quum et Deo satisfacere* liceat, et nullus sit tam malus Dei cultor, quin, data facultate^a, ad placandum Deum reuertatur^b, et quidem deuotione^c maiori. Peccati enim conscientia et metus pœnæ religiosiorem facit, et semper multo firmitior est fides, quam reponit pœnitentia. Si ergo ipsi, quum deos suos sibi^d arbitrantur iratos, tamen donis, et sacrificiis, et odoribus placari eos credunt: quid est tandem, cur^{e, f} Deum nostrum tam immitem, tam implacabilem putent,

nempe pronomen *quod*, qui bistali modo repetitus est: *quod - defendatur - quod - non soluat etc.* Si vet. edd. lectio salua esset: *non tantum hoc loco valeret non tantum non*; sicut *sed* positum *pro sed etiam*. At non omitunt rectius, quum sequitur *sed ne quidem*. Lege omnino Perizonium ad Sanctii Mineru. L. 4. c. 7. ed. Amst. 1714. p. 694. sq. Bün.

x) *Nam et in hoc quoque*] Sic scripti et editi. *Pleonasmus*, vt L. 2. 8. 43: ET *initium quoque habuit*. Plin. L. 2. c. 7. sect. 5: *et monstra quoque*. Ita nonnulli MSS. *etiam quoque*, in Cicer. L. 1. Orat. c. 26. ed. Oxon. aliquoties vero Lucretius, vt L. 3. 293. Alia Vechner. Hellenol. ed. Heusingeri p. 155. Bün.

y) *qui euertisse*] Sic omnes libri. Mallem *quod euertisse*, aut *qui deletum*. Bün.

z) *Deo satisfacere*] vid. L. 4. 17. 17. Epit. c. 54. 3. Bün.

a) *quin data facultate*] Sic Angl. et Lipf. scripti, sic et ed. Rom. et Ald. Nescio vnde vulgati, *qui data facultate, ad placandum Deum non reuertantur*. Cell.

b) *quin, data - Deum reuertatur*] Rost. Ven. 1471. vtraque 1478: *quin data - ad PLACIDVM Deum reuertatur* (in futuro). Parth. cum Lipf. 1.

et *Cauci: quin ad PLACIDVM Deum reuertatur*. Goth. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et seqq. *qui data facultate ad placandum Deum non reuertatur*. Tandem Lipf. alt. tertius, Reimm. Angl. Ven. 1493. 97. Paris. Ald. Crat. Gymn. *quin data facultate ad placandum Deum reuertatur*. Bün.

c) *deuotione*] i. e. fide. Conf. c. 19. 26. et Falster. Suppl. Linguz Lat. p. 93. 94. Bün.

d) *deos suos sibi arbitrantur*] Torn. 1587-1613: *deos suos arbitrantur*. Plenius Lipf. tert. et Reimm. *deos suos sibi*. Ita statim verba: *deos eorum*, et in oppos. *Deum nostrum* requirere puto. Bün.

e) *quid est tandem, cur*] Goth. Lipf. Rom. *cur*: alii *quod*. Cell.

f) *quid est tandem, cur*] Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Betul. Thom. et reliqui: *quid est tandem, quod, et Heumannus: utrum dixeris Lactantius, nemo dixerit. dicitur enim vtrumque latine*. Recte quidem. *At quid est tandem cur*, vt in Reimm. et Tornæs. 1587-1613. quoque inuenio, est in Lactantio fere perpetuum. L. 1. 17. 17: *erat plane, cur*. 1. 18. 24: *Est vero, cur*. Conf. L. 2. 6. L. 3. 17. 43. Conf. Heinf. ad Ouid. Metam. 2. 518: *Est*

rent, vt videatur is iam Christianus esse non posse, qui diis eorum coactus inuitusque libauerit? nisi forte contaminatos semel animos ita putant posse transferri, vt sua sponte iam facere incipiant, quod per tormenta fecerunt. Quis id officium libens obeat, quod ab iniuria ce-

pit?

Est vero, cur. Propius vero nostro loco L. 2. 8. 67: *quid est, cur.* L. 6. 11. 6: *quid causa est, cur.* L. 6. 9. 19: *quid tandem habet, cur.* Denique plane vt hic de Opif. c. 1. 16: *Quid est tandem cur nobis inuidiosum puzet.* De elegantia voculæ tandem vide exempla n. 1. L. 5. 1. 28. c. 12. 6. c. 15. 9. de Ira 18. 8. eandem commendat Burmannus ad Phædr. 1. fab. 24. P. 54. Bün.

g) *is iam Christianus*] Lipsf. alter iam non habet, at habent libri omnes. iam valet hic, vt sæpe nostro, *amplius.* Bün.

h) *nisi forte contaminatos semel animos ita putant posse transferri, vt*] Ita scribo ex Lipsf. 2. 3. Reimm. vbi Torn. 1587-1613. et Gen. 1630. quam Walch. expressit: *nisi si forte contaminatos semel animos ita putant posse transferri; quod nisi si* in Torn. 1548. et Bet. iam offenditur, per pleonasmum a Vechnero, Turfellino, aliis satis illustratum; at hic fide MSS. destitutum. Prima Veneta 1478: *nisi forte contaminatos semel putent animum TRANSLATORES vitiose;* altera 1478: *nisi forte contaminatos semel putent animos translaturus.* At Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. Fasit. Gryph. Thomas. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. Cantab. Cell. *contaminatos semel putant animum translaturus.* At rectius in plurali Ald. Crat. Gymn. Tornæ. 1548. et Betuleius: *contaminatos semel putant animos translaturus.* Heumannus: *qualis quæso, inquit, hac diçio? Le-*

go equidem ita: PUTANT IN TANTVM TRANSMVTATOS. Non puto hac metamorphosi opus esse, quia etiam in vulgari scriptura hic sensus fatis bonus est: *nisi forte putant, quod homines Christiani animos semel contaminatos sint translaturi, tradenduri, auersuri a Deo ad ritus profanos, vt etc.* ita noster L. 4. 10. 11. Iudæi ad profanos Aegyptiorum ritus animos transtulerunt: Ipsa phrasis, transferre animum, est elegans. Cicero L. 5. Fam. ep. 13. *fin. me ab angoribus abducam, transferamque animum ad ea.* Elegans et ingeniosus scriptor Ioannes Sarisber. L. 8. Nug. Curial. c. 11. p. 580: *Sapient animum liberum, quocumque vult, transfert.* Verba, vt ego ex MSS. recepi, ita explico ex initio capituli n. 1: *nisi forte homines, (hominum animos) semel inquinatos sacrificio ita putant posse auerti a Deo.* Conf. Epit. c. 54. n. 3: *quid ergo promouet, qui corpus inquinat, quando immutare non potest voluntatem. i. e. non potest facere, vt transferat animum.* Bün.

i) *id officium*] Lipsf. 2. 3. Reimm. id omittunt. Bün.

k) *officium - obeat*] Goth. Iun. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. *officium - subeat.* At Lipsf. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæ. Betul. Thom. et seqq. *officium - obeat.* phrasi Ciceronis, Liuii, Plinii iunioris aliorumque. Bün.

h) lib.

pit? quis, quum videat laterum suorum cicatrices ^{l. m.}, non magis oderit deos, propter quos aeterna ^{m. o} pœnarum insignia et impressas visceribus suis notas gestet? Ita fit, vt data diuinitus pace ^{p.}, et qui fuerunt, vniuersi redeant; et alius propter miraculum virtutis, nouus populus ^q accedat. Nam quum videat vulgus ^r, dilacerari homines variis tormentorum generibus ^s, et inter fatigatos carnifices inuictam tenere patientiam

l) laterum suorum cicatrices] per ungulam, tortoris instrumentum, factas. Prudentius passione Eulaziz v. 133:

*Et latus ungula virgineum
Pulsat utrimque, et ad ossa se-
cat. Cell.*

m) cicatrices] Quæ Walchiûs hic de ungula exhibet, sunt ex Fabri Thesaurio; sed caute in Fabro citatum Prudentii locum ex Hymn. 1. *περί σέφ.* v. 44. prætermittit, ne lector sentiret ope eius loci reliqua ex Weitzio ad h. l. Prud. p. 578. esse, nullo ei habito honore, repetita. Conf. de Mort. Perf. 16. 8. Bün.

n) externa pœnarum insignia] Lips. tres, Goth. ac Rom. externa: non, vt vulgo, aeterna. Cell.

o) aeterna] Nescio num accurate Cellarius externa ex Romana 1474. citet. Certe Reimm. Angl. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 1515. immo omnes mœx, præter Cellarianam, habent aeterna, i. e. vt bene Heumannus interpretatur, *que durant per omnem hominis vitam.* Bün.

p) pace] i. e. restituta tranquillitate ecclesie, vt c. 21. 4: *quamdiu pax est in populo Dei.* Conf. M. P. c. 1. 3. c. 3. 5. c. 52. 4. Bün.

q) nouus populus] Cyprian. Exhort. Mart. XI: *quodsi tantus ostenditur et probatur Christianorum martyrum populus, nemo difficile vel arduum*

putet esse martyrem fieri, quando videt martyrum populum non posse numerari. de Vnit. Eccl. ed. Gryph. p. 296: *inimicus - videns idola delectata et per nimium credentium populum sedes suas ac templa deserta, et ibid. p. 312: nouus credentium populus.* Bün.

r) quum videat vulgus] Tertull. Apolog. fine. *Illâ ipsâ obstinatio, quam exprobratis magistra est. Quis enim non contemplatione eius concutitur ad requirendum quid intus in re sit? Quis non ubi requisit, accedit? ubi accessit, pati exoptat? reliqua paullo ante: Plures efficitur, quoties metimur a vobis. semen est sanguis Christianorum.* add. Libro I. ad Nationes c. 1. et ad Scapulam extr. *Nec tamen deficiet hac secta, quam tunc magis adificari scias, quam cædi videtur, quisque enim tantam tolerantiam spectans, vt aliquo scrupulo percussus et inquirere accenditur, quid sit in causâ, et ubi cognouerit veritatem et ipse statim sequitur.* Huc pertinent ex Lact. L. 5. 22. n. 18. 23. et Godickeni sub D. Paulo Antonio Disp. de Propagatione Religionis Christ. sub cruce. Bün.

s) variis tormentorum generibus] Vid. Mort. Perf. 16. 8. Ea describunt Sagittarius et Gallonius de Cruciatibus Martyrum, et sparsim Kortholt. in aureo libro de Persecutionibus Ecclesie primæ. Bün.

s) in-

tiam^t; existimant, id quod res est, nec consensum tam multorum, nec perseverantiam morientium vanam esse; nec ipsam patientiam sine Deo cruciatus tantos posse superare*. Latrones et robusti corporis viri eiusmodi lacerationes perferre nequeunt; exclamant, et gemitus edunt. vincuntur enim dolore, quia deest illis inspirata patientia*: nostri autem, (vt de viris taceam) pueri et mulierculæ⁷ tortores suos taciti² vincunt; et exprimere illis gemitum nec ignis potest. Eant^{a. b} Romani, et Mutio glorientur aut Regulo, quorum¹³ alter necandum se hostibus tradidit, quod captiuum puduit viuere; alter ab hostibus deprehensus, quum videret, mortem se vitare non posse, manum foco iniecit, vt pro facinore suo satisfaceret hosti, quem voluit occidere, eaque pœna veniam,

1) *inuisitam - patientiam*] L. 3. 29. 16. et NB. L. 6. 17. 7. c. 18. 23. Kortholt. Pagan. Obrectat. L. 3. c. 10. p. 620. Bün.

u) *nec - sine Deo cruciatus - posse superare*] Minucius c. 37: *nec intelligitis - neminem esse qui - tormenta sine Deo possit sustinere.* Bün.

x) *inspirata patientia*] Lipf. 1. et Emman. *inspiratio patientia.* Lipf. alter, Veneta vtraque 1478. et Parrh. *insperata patientia.* At MSS. Goth. Reimm. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. Ald. et sequentes: *inspirata patientia.* rectissime. Imitatur enim, vt sæpe in hoc capite, Minuc. Fel. 37. 4: *Pueri et muliercula nostra cruces et tormenta, feras et omnium suppliciorum terriculas inspirata patientia doloris illudunt.* Solent *inspiratus* et *insperatus* in MSS. confundi, vt ex MS. Colbert. ad L. de Mort. Perf. c. 19. 5. monui. Bün.

y) *pueri et muliercula*] Minuc. c. 1. doctè illustrat hæc Kortholt. de Persecutionibus Eccles. primæuz c. 5. §. 50. p. 195. sqq. et Buddei Institut. Theol. Moral. part. I. c. 1. sect. 7. §. 26. Bün.

z) *taciti vincunt*] Iun. Rost. Ven.

vtraque 78 - 1524. et Gymn. *tacite vincunt.* Melius Lipf. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Fornæs. Betul. Thom. et reliqui *taciti* vincunt. Bün.

a) *Eant Romani et Mutio gloriantur*] Vim irrisionis eant habet, vt Aeneid. 7. v. 425:

I nunc, et ingratis offer so, irriso, periculis.

Mutii autem Sczuolz et M. Attilii Reguli notissimæ sunt historiz. Call.

b) *Eant Romani gloriantur*] Reimm. et Ven. 1497. Erans. Ven. vtraque 1478. *Eant gloriantur.* Illi pravi in principio; hi in fine. Rectius quod in reliquis scriptis et editis est *Eant* in Reimm. superscriptum. Est formula ironica, in qua aperte hic imitatur Cyprianum L. 2. ep. 4. ed. Erasmi. ed. Oxon. ep. 37. p. 73: *EANT nunc magistratus et consules sive proconsules annua dignitatis insignibus et duodecim fascibus GLORIENTVR; ECCE.* reliqua, vt mox in Laët. n. 14. *Ecce. Seneca Herc. Fur. I. 89: I nunc superbe, calitum sedes pere.* Plura doctè, maxime Burmannus ad Petron. c. 115. p. 534 et Drakenb. ad Sil. Ital. XI. 392. p. 565. *Eas improba Iuno.* Bün.

c) ac-

14 niam, quam non meruerat, accepit^c: Ecce^d sexus infirmus^e f, et fragilis ætas dilacerari se toto corpore, vrique^g perpetitur, non necessitate, quia licet vitareⁱ, si vellent^k; sed volun-

c) accepit] Heumannus nihil dubitat se recte rescribere acciperet. At libri omnes accepit. tunc: iniecit (et) accepit. Eum enim in finem non iniecit manum, vt acciperet veniam. Clare et hic sequitur Minucium c. 37. 2. sqq. Vos ipsi calamitosos viros fertis ad calum, Mucium Scauolam, qui quum errasset in regem, perisset in hostibus, nisi dexteram perdidisset. Seneca ep. 24: Facilius Porfenna Mucia ignouit, quod voluerat occidere, quam sibi Mucius, quod non occiderit - et paullo ante: Vides - pœnas a se irriti conatus exigentem - nec ante remouit nudis ossibus fluentem manum, quam ignis illi ab hoste subductus est. add. ep. 66: Stetit hostium flammarumque contemtor - donec Porfenna, cuius pœna fauebat, gloria inuidit, et ignem inuito eripi iussit. Bün.

d) Ecce] Posui colon ante vocem Ecce. Nam hic pergunt verba ironici Eant - et gloriensur opposita, pari ratione vt ex loco Cypriani n. 13. ostendi. Bün.

e) sexus infirmus] Sic Lipf. omnes, quibus Goth. accedit, elapsa littera, infirmus exhibens. Longe recedunt Angl. et Rom. femineus legentes: quod forsitan ex glossa est. Cell.

f) sexus infirmus] Emman. Cant. Vltr. et ab 1465-1524. et Gymn. sexus femineus, ex glossa. Rectius Lipf. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et seqq. sexus infirmus. Sic Cyprianus epist. 4. ed. Oxon. f. 8: nec pati virgines cum masculis habitare - quando et sexus infirmus et aras adhuc lubricaper omnia-regi debeat. Bün.

g) vrique perpetitur] Ald. vti que, quod quidam inde susceperunt. At Goth. et duo Lipf. (nam primus somisit) et Rom. vrique. Hoc ipso capite fest. 12: exprimere illis gemitum nec ignis potest. Et candens lamina in instrumentis tortoris. Prudentius passione Vincentii v. 61:

Tormenta, carcer, vngula,
Stridensque flammis lamina.

Et in Romano v. 486:

inusta laminis ardet cutis.

Cell.

h) vrique] In Ven. 1497. altera littera in meo exemplari est obscura; at Flor. Ald. Crat. Gymn. vrique. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. Parrh. Paris. Fasit. Gryph. Tornæ. Betul. Thomas. et seqq. vrique. Conf. n. 12. Etiam hic Minucium exprimit c. 37: Et quot ex nostris non dexteram solum, sed totum corpus vri, cremari sine vllis eiulatus pertulerunt, quum dimitti presertim haberent in sua potestate. Conf. Lact. de Mort. Perf. 16. 7. 8. c. 21. 7 - 11. c. 22. 2. Epit. 66. 4. Bün.

i) licet vitare] Ad hæc verba in marg. Gothani adscriptum: Nota, quod licet non sanè dictum, quasi pro formulis sanorum verborum, tamquam Regius ante Regium scribat; licere idem hic valet, quod in hoc capite n. 2. in potestate habere, et quod in Tertull. c. 27. posse. Bün.

k) si vellent] Lipf. 2. 3. Goth. Reimm. Rost. Ven. vtraque 1478. si velint, etiam Paris. velint. Bün.

l) va-

voluntate^l, quia confidunt Deo^m. Hæc est vera virtus, 15
quam philosophi quoque gloriabundiⁿ, non re, sed verbis
inanibus iactant, discentes, nihil esse tam congruens viri sa-
pientis grauitati atque constantiæ, quam nullis terroribus^o de
sententiæ proposito^p posse depelli; sed tanti esse^r cruciari et
emori^r, ne fidem prodat, ne ab officio discedat, ne metu
mortis, aut dolore acerbo subactus, aliquid faciat iniustum.
nisi forte delirare illis videtur Flaccus in Lyricis^s, quum 16
dicit:

*Iustum, et tenacem propositi virum,
Non ciuium ardor praua iubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida.*

Quo nihil verius dici potest, si hoc ad eòs referatur, qui nul- 17
los cruciatus, nullam mortem recusant, ne a fide iustitiæque
declinent; qui non tyrannicas iussiones, non præsidum^t gla-
dios tremuntⁿ, quo minus veram et solidam libertatem con-
stanti

l) voluntate] Vide Gronou. ad
Liuu L. 5. c. 17. Eleganter vero ne-
cessitas et voluntas opponuntur. conf.
Epit. 54. 3. Bün.

m) confidunt Deo] Goth. Lips. 1. 3.
Reimm. Iun. Rost. Ven. 1471. 72.
vtraque 78-1515. Paris. Crat. Gymn.
confidunt in Deo. Prius latinus, po-
sterius scriptoribus sacris frequen-
tius. Bün.

n) Philosophi quoque gloriabundi]
Tertull. Apolog. c. 50: multi apud vos
ad tolerantiam doloris et mortis hor-
tantur, vt Cicero in Tusculanis,
vt Seneca in Fortuitis, vt Diogenes,
vt Pyrrhon, vt Callinicus. Nec ta-
men tantos inueniunt verba discipu-
los, quantos Christiani factis docen-
do. Bün.

o) terroribus] Lips. 2dus, Reimm.
erroribus. prius aptius h. l. sæpe has
voces confundi supra monui c. 6. 6.
Emman. tortoribus. Bün.

p) de sententiæ proposito] Emman.

Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515.
Paris. Iunt. Crat. Gymn. Iſæus: de
sententiæ et proposito, vt L. 2. 19. 5:
de sententiæ -- depelli. Lips. Goth.
Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Thom.
et seqq. de sententiæ proposito. Bün.
q) sed tanti esse] L. 3. 8. 7. L. 6.
9. 23. Bün.

r) cruciari et emori] Bon. Tax.
Pen. Lips. alter, Reimm. Rost. Ven.
vtraque 78-1515. Paris. Crat. Gymn.
Iſæus: cruciari et mori. Pal. Iun.
Goth. Lips. 1. 3. Fasit. Gryph. Torn.
Thomas. cruciari et emori. vid. c. 13.
2. not. Bün.

s) Flaccus in Lyricis] Lib. 3. oda 3.
Cell.

t) non præsidum] qui prouincias re-
gebant. Cell.

n) gladios tremunt] actiue. i. e. ti-
ment. Virgillii, Ouidii, Senecæ Tra-
gici aliorumque exemplis multis.
conf. huc stupere aliquid in Indice
meo Selectæ Latinit. ad Castellionis
Ver-

stanti mente defendant, quæ in hoc solo tuenda sapientia est.
 18 Quis enim tam insolens, tam elatus est, qui me veter oculos
 in cælum tollere? quis imponat⁷ mihi necessitatem vel co-
 19 lendi, quod nolim; vel quod velim, non colendi⁸? Quid
 iam nobis vltterius relinquetur, si etiam hoc, quod voluntate
 fieri oportet, libido extorquet⁹ aliena? nemo istud efficiet;
 si quid nobis ad contemnendam mortem, doloremque virtu-
 tis est. quam constantiam si tenemus, cur stulti iudicamur,
 20 facientes ea, quæ philosophi laudant? Recte igitur Seneca^b,
 incongruentiam hominibus obiectans, ait: *Summa virtus illis
 videtur magnus animus. Et iidem eum, qui contemnit mor-
 tem, pro furioso habent; quod est utique summa perversitatis.*
 21 Sed ii vanarum religionum cultores eadem stultitia id obii-
 ciunt, qua verum Deum non intelligunt; quos Sibylla Ery-
 thræa *κωφοὺς καὶ ἀνοήτους* vocat; furdos scilicet, et excordes;
 qui nec audiant diuina, nec sentiant, sed terram digitis suis
 imaginatam^c metuant, et adorent.

XIII.

Versionem Cod. S. p. 207. et Vechn. Hellenol. p. 82. in *trepidare aliquid*, et not. ad Lact. 5. 22. 19: *qui talia sacrificia non horreant*. Lact. (ex Lucilio) L. 1. 22. 13: *tremis has*. Bün.

x) *quæ in hoc - sapientia est*] Ita omnes, præter in Lipf. 2. 3: *quo in - est*. Emma. *quæ in hoc saculo tuenda sapientia est*. Heumannus hæc verba inter glossemata refert. videntur hæc respicere c. 12. n. 11. et c. 13. 1. sqq. n. 15. et n. 19 - 21. et c. 14. 1. 2. Minus tamen perspicue hæc dicta. Bün.

y) *quis imponat*] Lipfalter, Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93: 97. Paris. *qui imponat*, vt: qui me vetet, vt repetatur: *quis - tam insolens est, qui - vetet - qui imponat*. Goth. Lipf. tert. Parrhas. Aldus et sequentes: *quis imponat*. Eumenius Panegyry. Constantio Cæs. c. 17. 2: *multis - imposta est necessitas obsequendi*. Bün.

x) *vel colendi, quod nolim - colendi*]

Sequitur Tertull. Apolog. c. 23: *videte, ne et hoc ad irreligiositatis elogium concurrat adimereliberatam religionis, et interdicare optionem diuinitatis, ut non liceat mihi colere, quem velim, sed cogar colere quem nolim*. Conf. Lact. Epit. c. 53. 6 - 11. et c. 54. 1. 2: *nec imponi cuiquam necessitas potest, ut colat, quod non vult*. Bün.

a) *extorquet*] Ald. Crat. Gymn. *extorqueat*; quod Heum. manu. MSS. Goth. Lipf. Reimm. et editi ab 1465 - 1513. deinde Fasit. Gryph. Tornæs. Thomas. et recentiores: *extorquet*. Bün.

b) *Recte igitur Seneca*] in libro de perditio, forsan, vt argumentum probare videtur, in *Fortuitis* quem inscripsit. Tertullianus Apolog. extremo: *Multi apud vos ad tolerantiam doloris et mortis hortantur, ut Cicero in Tusulanis, ut Seneca in Fortuitis, ut Diogenes Cell.*

c) *terram digitis - imaginatam - adorem*]

XIII. Quæ vero^a causa sit, vt eos, qui sapientes sunt, stultos putent^b? Magna ratio^c est, (nec enim frustra falluntur,) quæ nobis diligenter est explicanda, vt errores suos tandem, si fieri possit, agnoscant. Iustitia suapte natura, speciem quamdam stultitiæ^d habet; quod ego et diuinis et humanis testimoniis confirmare possum. Sed nihil fortasse apud istos agemus^e; nisi eos de^f suis doceamus auctoribus; non posse quemquam iustum esse, quod est coniunctum cum vera sapientia, nisi idem stultus esse videatur. Carneades, academicæ sectæ philosophus^g, cuius in disserendo quæ vis fuerit, quæ eloquentia, quod acumen, qui nescit ipsum^{h,i}, ex prædicatione Cice-

rent] Elegantius dixit de fra c. 20. 9-11: adorant opera humanis digitis laborata -- de terra ficta et formata venerantur. Aëtium quidem apud Gellium, sed alio sensu occurrit L. 16. 18: vt SPECVLVM in loco certo positum nihil IMAGINET, aliorum translatum, FACIAT IMAGINES. Hinc Isævs imaginatam insolite inquit pro in imaginem figuratam digitis atque formatam. Exemplis medijs xvi in Du Fresn. Glossar. Med. Latin. addo Gregor. Turon. L. 1. de Glor. Mart. c. 65: imaginatam adhibentes picturam. Bün.

a) Quæ vero] Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Parrh. Quæ nunc. Ven. 1493. Quæ nec. Ven. 1497: Quæ hac. MSS. Lipf. Goth. Reimm. Ald. Crat. Fasit. etc. Quæ vero. Bün.

b) Quæ causa sit putent? Magna ratio est] Posui interrogandi signum post putent. - vt quasi respondeat: Magna ratio est, quæ nobis etc. alias videtur inanis ΤΑΥΤΟΤΗΣ. Etiam Reimm. puncto post putent posito maiori M pergit, Magna. Bün.

c) Magna ratio est] L. 6. 18. 20: magna patientia ratio est. Quintil. L. 4. Inst. c. 1. p. 300: vt ad agendum magna et honesta ratione accessisse videantur. Bün.

d) speciem. stultitiæ] L. 3. 30. 9. L. 4. 2. 3. not. Bün.

e) nihil. agemus] Bon. Tax. Pen. Lipf. 1. et Reimm. nihil. agamus. Bün.

f) de suis doceamus auctoribus] Ponitur de pro ex; quod sæpe notandum fuit. vid. not. 5. 9. 1. et 5. 19. 15. et L. 1. 5. 1. Bün.

g) Carneades - philosophus] hæc quasi destituta connecte paullo post cum is quam - missus esset, disputavit. vbi is abundat, more Veterum Cic. 7. Att. ep. 14. Posthumius autem - succederet, is negat. Plura Linacr. Emend. Struët. L. 6. p. m. 450. sq. Bün.

h) qui nescit ipsum, ex prædicatione] Emman. Goth. Lipf. tres ipsum: Aldus et recentes is, quod cum sequentibus neſtunt: Rom. neutrum habet. Cell.

i) qui nescit ipsum, ex] Rost. Ven. 1493. 97. Paris. qui nescit, ex. Heumanno adprobante. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Thomas. et seqq. qui nescit, is ex. Bon. Tax. Pen. qui nescit, is ipsum ex. At cum Goth. Lipf. Emman. etiam Reimm. Ven. 1471. 72. et vtraque 1478. qui nescit ipsum, ex. Bün.

Ciceronis^k intelligit^l, aut Lucilii, apud quem disserens Neptunus de re difficillima, ostendit non posse id explicari, nec si Carneadem ipsum Orcus remittat. Is, quum legatus ab Atheniensibus Romam^m missus esset, disputauit de iustitia copiose, audiente Galba, et Catone censorio^{n, o}, maximis tunc oratoribus. Sed idem disputationem suam postridie, contraria disputatione subuertit, et iustitiam, quam pridie laudauerat, sustulit^p, non quidem philosophi grauitate, cuius prudentia firma^{q, r}, et stabilis debet esse sententia; sed quasi oratorio exercitii genere in vtramque partem disserendi. quod ille facere solebat^s, vt alios quidlibet^t adserentes^u posset refuta-

k) ex pradicacione Ciceronis] forte Lib. 3. de Repub. vbi de Furio, Carneadis imitatore. Supra cap. 12. sect. 5. Cell.

l) intelligit] Sic libri; Heumannus legit: intelligat. Bün.

m) Is, quum legatus ab Atheniensibus Romam] Tres legati erant, ex tribus sectis, Academicus, Stoicus, Peripateticus. Gell. 7. c. 14. vbi etiam de causa legationis. Adde Marob. Sat. 1. c. 5. Cell.

n) Galba, et Catone censorio] Alter Lipf. sic expressit clare: Angl. autem et Goth. et reliqui Lipf. censoribus. Nec vero Galba collega Catonis in censura fuit, sed Marcellus, Marcelli quinquies consulis filius. Plutarch. p. 379. Cell.

o) Catone censorio] Ita recte Reimm. (male licet puncto inter voces a rubricatore posito,) et ita ediderunt Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et seqq. recte. Rem conficit huc pertinens locus Quintil. L. 12. Instit. c. 1. p. 1053: Neque Carneades ille, qui Roma audiense Censorio Catone non minoribus viribus contra iustitiam dicitur disseruisse, quam pridie pro iustitia dixerat, iniustus ipse vir fuit. Bün.

p) iustitiam. laudauerat, sustulit] Huc spectat Hieronymus in Apolog. ad Domnion. T. 2. Oper. f. 113. ed.

Basil. Carneadeum (male scicli teste Erasino: et ad carnem, et ad deum,) aliquid referens in vtramque partem, hoc est, et pro iustitia et contra iustitiam disputare. Bün.

q) cuius prudentia firma, et stabilis debet esse sententia] MS. Cantabr. et ed. Rom. prudentia; at Emman. Goth. et Lipf. prudentia: quam vocem Aldus cum recentioribus prætermisit. Cell.

r) prudentia firma] Ita quinque MSS. Sparkii, immo et Lipf. alter, cum Cant. siue Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. nomin. casu, prudentia. At Reimm. cum Goth. Lipf. Emman. prudentia, vt construatur -sententia. At Parrh. Ald. Fasit. Gryph. Thomas. et hos secuti plane vocem prudentia omittunt; quod Heumanno placet. Bün.

s) facere solebat] Reimm. facere solet. Ven. 1493. 97. faciebat. Plerique facere solebat. Bün.

t) quidlibet] Sic edo ex Bon. Pen. Cauc. Lipf. tert. Angl. Rost. Ven. 1472. vtraque 78. et Heum. præfert. Bün.

u) adserentes] Bon. Pen. Goth. afferentes. Prius hic rectius, i. e. defendentes, sequitur enim refutare. vid. not. meam ad L. L. i. 20. (h. i.) p. 11. Bün.

x) euer

futare. Eam disputationem, qua iustitia evertitur^z, apud Ciceronem L. Furius recordatur: credo, quoniam de repub. diserebat, ut defensionem laudationemque eius induceret, sine qua putabat regi non posse rempublicam. Carneades autem, ut Aristotelem refelleret ac Platonem, iustitiæ patronos, prima illa disputatione collegit ea omnia, quæ pro iustitia dicebantur, ut posset illa, sicut fecit, euertere. Erat enim facillimum, iustitiam radices non habentem labefactare, quia^y rum nulla in terra fuit, ut, quid esset, aut qualis, a philosophis cerneretur^a. Atque utinam^b tot ac tales^c viri quantum eloquentiæ quantumque animi, tantum etiam scientiæ ad implendam defensionem summæ virtutis habuissent, cuius origo in religione, ratio in æquitate est: sed ii, qui primam illam partem nescierunt, ne secundam quidem tenere potuerunt. Volo autem prius circumscripte ac breuiter, quid sit, ostendere; ut intelligatur, philosophos ignorasse iustitiam; nec id, quod minime nouerant, potuisse defendere. Iustitia quamuis omnes simul virtutes amplectatur; tamen duæ sunt omnium principales^d, quæ ab illa diuelli separa-

z) evertitur] Vltr. Iun. Rost. Ven. 1471. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Gymn. subuertitur, ut n. 4. et c. 16. 12. At Goth. Lips. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. reliqui evertitur, ut hoc ipso numero quinto euertere, et n. 13. Bün.

y) labefactare, quia tum nulla] MSS. quidam post labefactare inferunt, ut diceret anhelantem laborare: Cantabr. ut diceret anhelanter labefactare, quæ verba quid velint, nescimus. Absunt a duobus Lips. quos sequimur. Cell.

z) labefactare, quia] Goth. Eimm. Lips. i. Ven. 1493-97. Paris. labefactare, ut diceret anhelantem laborare, quia. Cantabr. i. e. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78: labefactare, ut diceret anhelanter laborare. Parrhas. Iunt. Ald. Crat. Gymn.

Tornæs. Betul. ut diceret inaniter laborari, quia. Reimm. labefactari, quia, omisissis spuris. At Lips. 2. 3. Fasit. Gryph. Thom. reliqui, ut hic editum. Bün.

a) cerneretur] Tornæs. MS. Rost. Ven. 1471-1510. Paris. diceretur. Goth. Lips. Angl. Reimm. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. seqq. cerneretur. Bün.

b) Atque utinam] 5. 19. 4. Ita iunxit Cic. pro Flacco c. 2. et alibi, et Liuius L. 21. 41. Conf. utinam quidem not. L. 4. 23. 8. Bün.

c) tot ac tales viri] Cum Cicerone pro Ligario c. 12: tot ac talibus viris. Lact. 7. 15. 12. not. per tot ac tales viros. Conf. L. 19. 3: talis et artis. Bün.

d) omnium principales] Heum. legit: omnium principes, elegantius quidem, Ss 2

- rarique non possunt, pietas et æquitas. nam fides, temperantia, probitas, innocencia, integritas, et cetera^e huiusmodi, vel natura, vel institutis parentum, possunt esse in iis hominibus^f, qui iustitiam nesciunt, sicuti semper fuerunt.
- 10 nam Romani veteres, qui iustitia gloriari^s solebant, iis utique virtutibus gloriabantur; quæ (vt dixi) proficisci a iustitia possunt, et ab ipso fonte secerni. Pietas verò et æquitas, quasi venæ sunt eius. his enim duobus fontibus constat tota iustitia: sed caput eius et origo in illo primo est, in secundo vis omnis ac ratio. Pietas autem nihil aliud est, quam Dei notio; sicut Trismegistus verissime definiuit, vt
- 12 alio loco^b diximus. Si ergo pietas est, cognoscere Deum, cuius cognitionis hæc summa estⁱ, vt colas eum; ignorat utique iustitiam, qui religionem Dei non tenet. quomodo enim potest eam ipsam nosse^{k.l}, qui, vnde oriatur, ignorat?
- 13 Plato quidem multa de vno Deo locutus est, a quo ait constitutum esse mundum: sed nihil de religione. somniauerat enim Deum, non cognouerat. quod si iustitiæ defensionem vel ipse, vel quilibet alius implere voluisset; in primis religio-

dem, sed sine libris, nec abhorret Lactantius principales. vid. 1. 20. 26. L. 3. 7. 6. L. 6. 9. 9: quod est omnium principale. Conf. not. 2. 8. 48. Bün.

e) et cetera] Rost. Ven. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Gymn. Iſæus et cetera, sc. virtutes. At MSS. Lipf. Goth. Angl. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. reliqui: et cetera. At sæpe optimi quique, vbi plura substantiua feminina præceserunt, subdunt neutrum, Laët. 4. 3. 4: philosophia et religio disiuncta sunt longæque discreta. Büp.

f) esse in iis hominibus] Sic Pal. Cauc. Goth. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Thomas. et seqq. vbi ab 1465-1524. et Gymn. inesse iisdem hominibus. Proximum fuerunt requirit esse in; attamen pro

fuerunt Lipf. 2. 3. Reimm. et Torn. MSS. nesciunt. non placet. Bün. g) iustitia gloriari] L. 3. 23. 1: contemtu pecunia gloriari. Bün.

h) alio loco] L. 2. 15. 6. Bün.

i) hac summa est] Pronomen hæc abest a Rost. Ven. 1471- ad 1524. et Gymn. Adest in MSS. Fasit. Gryph. Tornæs. Thomasio seqq. Conf. c. 16. 3. et L. 7. 5. 4: quorum omnia summa hac est, vt Deum colat. Sequitur Ciceronem L. 10. ep. 25: cuius hac est summa, vt etc. Bün.

k) eam ipsam nosse] Angl. et duo Lipf. eam ipsam: Lipf. 1. ipsam: vulg. eam. Cell.

l) eam ipsam] Ita quoque Iun. Ultr. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. vbi Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. ipsam. Ald. et seqq. eam. Bün.

m) emer-

giones deorum euertere debuit^m, quia contrariæ sunt pietati. Quod quidem Socrates quia facere tentauit, in carcerem con- 14 iectus est, vt iam tunc adpareret, quid esset futurum iis hominibusⁿ, qui iustitiam veram defendere, Deoque singulari^o seruire^p cœpissent. Altera iustitiæ pars est æquitas. æqui- 15 tatem dico non vtique bene iudicandi, quod et ipsum laudabile est in homine iusto; sed se cum ceteris cœquandi; quam Cicero æquabilitatem^r vocat. Deus enim, qui homines 16 generat^s, et inspirat, omnes æquos, id est pares esse voluit; eandem conditionem viuendi omnibus posuit; omnes ad sapientiam genuit^t; omnibus immortalitatem sponndit. nemo a beneficiis eius cœlestibus segregatur^u. Nam sicut 17 omnibus vnicum suum lumen^x æqualiter diuidit; emittit omni-

m) euertere debuit] Lipf. alter et Reimm. euerteret. Bün.

n) hominibus] Reimm. omnibus. confusio notata in not. 5. 6. 1. Bün.

o) Deo - [singulari] n. 13. vni Deo. not. 1. 4. fin. Bün.

p) seruire] Goth. adherere. glossa; quam ex eo ortam puto, quia in codice, quem librarius describat, verbum seruire desiderabatur, vt in Lipf. altero vidi. Bün.

q) æquabilitatem] Lipf. 1. et 3. sic: at 2. et Angl. aequalitatem. Cell.

r) æquabilitatem] Vltr. Iun. et ab 1465-1524. et Gymn. aequalitatem. Sed Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et seqq. æquabilitatem, quod Betuleius ex Cic. primo de Off. (c. 25.) confirmat. Bün.

s) generat] not. 3. 14. 10. Bün.

t) genus] not. 3. 28. 1. Bün.

u) nemo a beneficiis - segregatur] In Ven. 1497. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Iszo: nemo beneficiis - segregatur, præpositione a male omisâ; quam MSS. et Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. Paris. Fasit. Gryph. et reliqui recte habent. vt

L. 1. 5. 25. L. 4. 23. 2. L. 7. 18. 2. In his et sequentibus mutatis verbis sequitur Cyprianum de Eleemos. ed. Oxon. f. 208: Nec quisquam a beneficiis eius et muneribus arceatur, quo minus omne humanum genus bonitate ac largitate diuina æqualiter profueretur. Sic æqualiter dies luminas, sol radiat, imber rigas, ventus adspirat; et dormientibus somnus vnus est, et stellarum splendor ac luna communis est. Quo aequalitatis (lego ex Bodl. 1. 2. 3. aqutatis) exemplo Dei patris imitator est. Bün.

x) vnicum suum lumen] Quidsi, inquit Heumanus, legas: amicum. Aduersantur omnes scripti editique. Walchius recte quidem seruat vnicum, sed minus recte exemplis ex Fabro repetitis explicat, propter præstantiam et magnitudinem VNICVM hic dici. Hic vnixus valet vnus, singularis, solus. Facile credet, qui leget L. 2. 5. 1: Solem rebus humanis clarissimum ac singulare lumen in argumentum sua vnixæ maiestatis accendit. Conf. L. 2. 9. 12: Sol-quod obscuratis sideribus solus adpareat. Bün.

omnibus fontes; victum subministrat⁷; quietem somni dulcissimam² tribuit: sic omnibus æquitatem virtutemque largitur: nemo apud eum feruus est, nemo dominus. Si enim cunctis idem pater est, æquo iure^a omnes liberi sumus.

18 Nemo Deo pauper est, nisi qui iustitia indiget; nemo diues, nisi qui virtutibus plenus est; nemo denique *Egregius*, nisi qui bonus et innocens fuerit; nemo *Clarissimus*, nisi qui opera misericordiæ largiter fecerit; nemo *Perfectissimus*^b, nisi qui

19 omnes gradus virtutis impleuerit. Quare neque Romani, neque Græci iustitiam tenere potuerunt; quia dispares multis gradibus homines habuerunt, a pauperibus ad diuites, ab humilibus ad potentes, a priuatis denique vsque ad regum^c

20 sublimissimas potestates. Vbi enim non sunt vniuersi pares, æquitas non est, et excludit inæqualitas ipsa iustitiam^{d, e}, cuius vis omnis in eo est, vt pares faciat eos, qui ad huius vitæ conditionem pari sorte venerunt.

XV. Duobus igitur illis iustitiæ fontibus immutatis, omnis virtus et omnis veritas tollitur; et ipsa iustitia remigrat in cælum. Ideo non est illud verum bonum a philosophis

y) *victum subministrat*] Lipf. alter et Reimm. *victum suum ministrat*: quæ variatio inde orta, quia veteres libri *sumministrat* pro *subministrat*, *sum moueo*, *ammoueo*, *summitto* scribunt. Sic L. 1. 4. 6: *cibum subministrare*. L. 5. 18. 15: *alimenta subministrare*. Bün.

z) *quietem - dulcissimam*] Ven. 1471. et Rost. *quietem - difficillimam*. prauè. Bün.

a) *æquo iure*] i. e. pari, æquali. Bün.

b) *Egregius - Clarissimus - Perfectissimus*] Maiusculis primis litteris et diuersis typis ad Du Fresnii in Glosario et Heumannii exemplum edimus. De his titulis dignitatum conf. notas ad Libr. de Mort. Perf. c. 21. 3. Valesium ad Ammian. Marcell. l.

21. c. 16. Cellarium ad Eumen. Pannegy. pro restaur. schol. c. 3. Reines. Inscription. Clasf. VI. n. 28. f. 407. et maxime Pitisci Lexic. Ant. Rom. T. 1. f. 708. et f. 456. Tom. II. f. 408. Bün.

c) *ad regum - potestates*] Proscripta Thomasi et Cellarii praua lectione, *regem*, ex MSS. et edd. reliquis *regum* restituo. Bün.

d) *excludit inæqualitas ipsa iustitiam*] Rom. *ipsa*, quod est concinnius, quam Goth. et Lipf. *ipsam*. Cell.

e) *inæqualitas ipsa iustitiam*] Cum Goth. et Lipf. Reimm. *inæqualitas iustitiam ipsam*. Ven. 1497: *inæqualitas iustitiam*. Longe plurimæ edd. *inæqualitas ipsa iustitiam*. Bün.

a) *alii*

phis repertum, quia ignorabant, vel unde oriretur, vel quid efficeret: quod nullis aliis, præterquam nostro populo reuelatum est. Dicit aliquis: Nonne sunt apud vos alii pauperes, alii diuites, alii serui, alii domini? nonne aliquid inter singulos interest? Nihil. nec alia causa est, cur nobis inuicem fratrum nomen^b impertiamus, nisi quia pares esse nos credimus. nam quum omnia humana non corpore, sed spiritu metiamur, tametsi corporum^r sit diuersa conditio; nobis, tamen serui non sunt, sed eos et habemus, et dicimus spiritu fratres, religione conseruos. Diuitiæ quoque non faciunt insignes, nisi quos^s possunt bonis operibus facere clariores. diuites sunt enim, non quia diuitias habent, sed quia^u vtuntur illis ad opera iustitiæ: et qui pauperes videntur, eo tamen diuites sunt, quia et non egent, et nihil concupiscunt^x. Quum igitur et liberi seruis, et diuites pauperi-

a) alii serui, alii domini? nonne aliquid inter singulos interest? Sic omnes. en vero religiosum Gallici Interpretis additamentum: autres seruiteurs, autres seigneurs, autres prestres et religieux? n'y a il aucune difference. Büñ.

b) fratrum nomen] Huc pertinet liber Gottfr. Arnoldi de Fratrum-Appellatione, et Buddei Disf. de Comparatione Obligationum inter Select. Iur. Nat. et Gent. p. 753. Conf. Lact. 5. 22. 7. c. 6. 12. c. 8. 6. L. 6. 10. 4-8. et Epit. 65. 3. Büñ.

r) corporum] Manifestum, inquit Heumannus, esse puto, rescribi debere seruorum. Omnes vero libri corporum. Noui quidem Græcis et Latinis Ictis illos imitantibus seruos vocari σωματα, corpora, vt docere Casaubonus ad Athenzi L. 5. c. 10. f. m. 226. sq. et Gataker. de N. Instrum. Stylo c. 10. ed. Lond. in 4t. p. 103 - 105. sed seruo vulgarem vim vocis corporum, heriliuum et seruilium - disserja conditio. Büñ.

s) nisi quos possunt] MSS. plures nisi quod; sed Rom. etiam eleganter quos. Cell.

t) nisi quos] Bon. Tax. Pen. Emm. Goth. Lipf. Reimm. et Ifæus nisi quod. Editi reliqui nisi quos. cum Cauciet Iun. MSS. Büñ.

u) non quia - sed quia] Cauc. Iun. et ab 1465 - 1524. Gymn. Tornæs. Betul. non qui - sed qui, et præfert Heumann. MSS. Lipf. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Thomas. reliqui: non quia - sed quia. Büñ.

x) quia et non egent] Sic Lipf. 1. alibi G. quia et egent, expuncto non. Rom. non inſcite, quia et egent et concupiscunt nihil; vt nihil ad vtrumque verbum referatur. Cell.

y) quia et non egent et nihil concupiscunt] Rom. Roff. Ven. 1471. 72. vtraque 78 - 1515. Paris. Crat. Gymn. qui et egent et concupiscunt nihil. vt nihil ad vtrumque referatur. Lipf. 1. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thom. Cell. quia et non egent et nihil concupiscunt. Goth. Lipf. 2. 3. Reimm. quia et egent et nihil concupiscunt.

peribus humilitate animi^a pares simus; apud Deum tamen virtute discernimur, et tanto quisque sublimior est, quanto iustior. Si enim iustitia est, parem se etiam minoribus facere, quamquam hoc ipso præcellat, quod se inferioribus cœquauit; tamen si non tantum quasi parem, sed etiam quasi minorem se geserit, utique multo altiorem dignitatis gradum, Deo iudice, consequetur. Nam profecto^a in hac vita sæculari quoniam^b breuia et caduca sunt omnia; et præferunt se alteris homines, et de dignitate contendunt. quo nihil fœdus, nihil arrogantius, nihil^c a sapientis ratione^d semotius^e. rebus enim cœlestibus contraria sunt ista vniuersa terrena. Sicut enim sapientia hominum, summa stultitia est apud Deum; stultitia, ut docui^{f, g}, summa sapientia est: sic Deo humilis et abiectus est, qui fuerit conspicuus et sublimis in terra. nam ut taceam, quod hæc præsentia terræ bona,

na,

Heumannus sic legendum censet: quia, etsi egeni, concupiscunt nihil. Sensus sane videtur esse: etsi sunt in egestate, tamen nihil concupiscunt paruo et suo contenti. Bün.

x) humilitate animi] Hic virtutem Christianam significat. Conf. Borrich. Cogitat. p. 121. 122. Lips. tert. animi delet. Bün.

a) Nam profecto] Hoc mendosum esse non dubitat Heumannus. Libri ita exhibent. Iterum L. 6. 9. 15: Nam profecto. Bün.

b) quoniam] Heumanno videtur rescribendum quamquam, ego enim cogitavi: in qua tamen. ad rem ipsam confer Lib. 3. 11. 12. L. 5. 21. 7-10. c. 22. 6-9. Bün.

c) nihil a sapientis] Ediderant Ald. Cell. et nihil a sapientia. Ego omisso ab aliis præmisso et restituo elegans afyndeton, Lips. altero, Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrhas. Paris. Iunt. Torn. 1587-1613. Geneu. 1630. Walch. Heumanno præeuntibus. Ita L. 5. 19. 28. Bün.

d) a sapientis ratione] Goth. a sapientibus ratione. Bon. Tax. Emm. a sapientia ratione, quod Heumann. præfert. Lips. Reimm. et omnes editi: a sapientis ratione. Bün.

e) semotius] Cauo. summotius. Bon. Tax. Goth. submotius, quod cum Cauo idem. ut de Ira 5. 7. Deum vocat ab omni terrena labe submosum. Walchio corrigenti remotius Heumannus adsentit; at hoc ab omnibus hic libris remotum; hinc seruo Angl. Lips. et omnium editionum: a sapientis ratione semotius. Ita aliquoties noster L. 7. 14. 2: qua merita quam longe ab immortalitate semota. de Ira 8. 1: Semota a nostris rebus. Bün.

f) stultitia, ut docui] cum Lips. i. et Rom. facio. Cell.

g) stultitia, ut docui] Ald. et seqq. stultitia autem, ut docui. Illud autem non habent Bon. Tax. Pen. Vlter. Goth. Reimm. et ab 1465-1513. editi. Bün.

b) pot-

na, quibus magnus honos tribuitur, virtuti contraria sunt, et vigorem mentis eneruant, quæ tandem potest^b firma esse nobilitas, quæ opes, quæ potentia; quum possit Deus reges quoque ipsos, inferiores etiam infimis facere? Et ideo consulens nobis Deus, inter diuina præcepta illud præcipue posuit: *Qui se extollit, humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur.* Cuius præcepti salubritas docet, quod, qui se¹⁰ apud homines planum feceritⁱ, humilemque præbuerit; hic apud Deum præcellens et insignis habeatur. Neque enim¹¹ falsa est illa sententia, quæ apud Euripidem fertur in hunc modum: *Quæ hic mala putantur, hæc sunt in celo bona.*

XVI. Exposui causam, cur philosophi nec inuenire¹ iustitiam, nec defendere potuerunt^a. Nunc redeo ad id, quod intenderam. Carneades ergo, quoniam erant infirma, quæ a philosophis adseriebantur^{b, c}; summit audaciam refellendi, quia refelli^d posse intellexit. Eius disputationis summa hæc fuit: *Iura sibi homines pro utilitate^e sanxisse, 3 scilicet varia pro moribus; et apud eosdem^f pro temporibus sæpe mutata; ins autem naturale esse nullum: omnes et homines et alias animantes ad utilitates suas, natura ducente, ferri; pro-*

b) potest] In Thomasi vtraque Antuerp. Cant. et Cell. post præue, vitium ortum ex compendiosa MSS. scriptura. Bün.

i) planum fecerit] c. 22. 9. Bün.

a) potuerunt] Sic libri omnes; Heum. potuerint scribit. Bün.

b) quæ a philosophis adseriebantur] Emman. et Lips. l. ita. at Cant. et Rom. disseriebantur. Vulgo asseriebantur. Cell.

c) adseriebantur] Lips. alter præue asseriebantur. Editi ab 1465 - 1513. Itæus, disseriebantur. Goth. Lips. tert. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Gall. Spark. Walch. asseriebantur. At Lips. l. Emman. Ald. Crat. Gymn. adseriebantur (asseriebantur), idque requirunt sequentes voces: *refellendi - refelli*, et antece-

dens n. i. defendi, nam adserere, tueri, defendere, idem sunt, quibus refutare, refellere opponi docui ad L. 1. l. 20. (i) p. 11. et L. 5. 14. 4. adserentes. Recte Gall. qu' asseroyent les Philosophes. Bün.

d) quia refelli] Acute, inquit Heumannus, Walchius rescripsit quæ. In libris omnibus est quia. Conf. Epit. 55. 8. non quia - sed ut. reliqua. Bün.

e) Iura sibi homines pro utilitate] Excerpta Ciceronis Lib. 3. de Repub. ex Carneadis et Furii disputatione. Cell.

f) apud eosdem] Ross. Ven. 1471 - 1510. Paris. apud eos. Lips. Goth. Reimm. Pal. Cauc. Ium. Angl. Ald. et seqq. apud eosdem. Bün.

proinde aut nullam esse iustitiam; aut, si sit aliqua, summam esse stultitiam, quoniam sibi noceret, alienis commodis consulens. Et inferebat hæc argumenta: Omnibus populis, qui flourerent imperio, et Romanis quoque ipsis, qui totius orbis potirentur, si iusti velint esse, hoc est si aliena restituant, ad casas esse redeundum, et in egestate ac miseriis iacendum.

5 Tum omnis communibus ad propria veniebat. Bonus vir, inquit, si habeat seruum fugitiuum, vel domum insalubrem ac pestilentem, quæ vitia salus sciat, et ideo proscribat, ut vendat;

g) orbis potirentur, si] Iun. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 1510: orbis potirentur dominio (aut praeue, ut Ven. 1493. 97. Paris. domino). Vocem dominio MSS. Lipf. Goth. Reimm. et Ald. et reliquæ non habent, quia ea non est necessaria. Bün.

h) ad casas esse redeundum] Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Sparkius: ad causas (aut per notam: ad cās). Walchius ad causas, addita explicatione sua: unde primum bona ista prouenerint. Etiam MS. Taurin 56.3: ad causas et egest. reuertentur. CAUSAS ego sane hic non defenderem; pronum vero corrigere ad causas, unde, ut pastores venerant. Conf. L. 2. 6. 13-16. Sed præstat Bonon. Angl. Goth. Guelph. Lipf. Reimm. et longe plures et ex editis Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Thomas. et reliquos sequi, in quibus ad casas. Valerius Max. L. 4. c. 4. fin. Per Romuli casam perque veteris Capitolii humiliata iuro, nullas diuitias talium virorum paupertati posse præferri. Minuc. Fel. c. 18: ob pastorum et cæsar regnum. Simili modo in MS. Colbert. de M. P. c. 45. casus et causa confusa. Bün.

i) et in egestate ac miseriis] Lipf. 1. et Goth. egestate: alii necessitate. Cell.

k) in egestate] Cauc. Lipf. 2. 3.

Reimm. Rost. Ven. 1471-1515. et reliquæ edd. in necessitate, rectius quidem quam Iun. necessitate, sine præpositione hic necessaria. Tuetur quidem in necessitate Heumannus, nec abhorret Lactantium in aliis locis, ut L. 2. 1. 9-12. L. 6. 11. 13. Sed nostro loco: in egestate, ex Bonon. Goth. Lipf. 1. Isæo et Cell. est rectissimum. Cicero enim, ex quo hic locus petitus, nusquam, quod sciam, dixit necessitatem pro egestate. Idem persuadet MSS. Taur. et reliqui Epit. 56. 3: ad causas et egestatem reuertentur, et Lact. 7. 15. 8: in egestate iacentur. Bün.

l) proscribat, ut vendat] Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. et Paris. proscribat ut vendat. MSS. Lipf. Goth. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Ald. reliqui, proscribat. optime. Nam proscribere Ciceroni aliisque est venale proponere. Exempla dedit Græuius ad Cicer. L. 7. Famil. ep. 29. p. 428. et ad L. 1. in Verr. c. 45. p. 525. Item Manutius ad Cic. L. 4. Att. ep. 2. Tusculanum proscripsi. Eodem sensu inscribere Plautus Trinumm. 1. 2. 131: Aedes venales hasce inscribis litteris. Conf. Terent. Heautont. 1. 1. 92. Prescriptis pro altero proscripsis quoque in Paulini Petrocor. L. 3. Vit. Martini v. 25. confundi ibi Barthius obseruauit. Bün.

m) 270-

dat; *utrumne profitebitur, fugitium seruum, vel pestilentem domum se vendere, an celabit emptorem?* Si profitebitur; 6
bonus quidem, quia non fallet, sed tamen stultus iudicabitur, quia vel paruo vendet, vel omnino non vendet: si celauerit; erit quidem sapiens, quia rei consulet? sed idem malus, 7
quia fallet. Rursum si reperiat aliquem, qui aurichalcum se putet vendere, quum sit illud aurum; aut plumbum, quum sit argentum; tacebitne, ut id paruo emat: an indicabit, ut magno? stultum plane videtur, malle magno. Vnde intelligi volebat, et eum qui sit iustus ac bonus, stultum esse; 8
 et eum qui sapiens, malum. Et tamen sine pernicie fieri potest, ut sint homines paupertate contenti. Transcendebat 9

m) *profitebitur, fugitium seruum, vel pestilentem domum se* Goth. *profitebitur, fugitium se vel pestilentem domum.* Lips. alt. *profitebitur fugitium seruum vel pestilentem domum se vendere.* Optime. Nam disiunxit hæc paullo ante eadem vox VEL. in Reimm. *profitebitur, fugitium esse vel pestilentem domum vendere.* Confirmitur ex c. 17. 32. Bün.

n) *Si profitebitur bonus* Lips. 2. 3. Reimm. Ven. 1472. vtraque 78. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Walch. *Si profitebitur emtori fugitium esse, bonus.* At merito Bonon. Pen. Vltr. Goth. Angl. Sublac. Rost. Ven. 1493. 97. Thomas. Isæus inserta: *emtori fugitium esse* proferunt, debuissent enim alterum quoque membrum: *aut pestilentem domum, addere.* Bün.

o) *non fallit* Bon. Pen. *non fallit.* Bün.

p) *rei consulat* Bon. et Isæus: *sibi consulat.* Plures scripti editique, ut est editum. Lactantius exponit c. 17. 32: *lucro et commodo suo consulens.* Bün.

q) *an indicabit* Lips. tert. *aut indicabit, sed præcesit tacebitne.* vnde

latinitas an requirit. Conf. c. 12. 10. Bün.

r) *malle magno* Parrhas. Paris. Ald. Crat. Gymn. Tornæs. Betul. *emere malle magno.* Ven. 1493. et 97. *emere male magno.* Elegans vitium. Nam latinis *male emere* significat *magno pretio emere*, ut contra *bene emere* est *paruo emere*. Sed uti priores emere sine necessitate addiderunt, ita hæc Venetæ *malle* corruerunt; nam omnes scripti Lips. Goth. Reimm. alii et Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. deinde Fasit. Gryph. Thomas. Isæus et seqq. *malle magno.* Bün.

s) *qui sapiens* Plenius Lips. 2. et Reimm. et vtraque Ven. 1478: *qui sit sapiens, ut ante: qui sit iustus.* Plures MSS. et editi *sit* subaudiunt. Bün.

t) *Et tamen - fieri potest - contenti* Hæc omnia Heumanno dicuntur *merum glossema.* Mihi videntur genuina. Ex Bonon. potest pro aliorum posse restitui; quod si opus esset correctione, legerem: *Sed tamen* (in MSS. antiquis scribitur *set* pro *sed*) aut *Attamen.* Lactantius hic iudicat contra Carneadem, et sine pernicie (i. e. sine damno maximo) iustitiam.

bat* ergo ad maiora, in quibus nemo posset* sine periculo vitæ iustus esse. Dicebat enim: *Nempe iustitia est, hominem non occidere, alienum prorsus non attingere. quid ergo iustus faciet, si forte naufragium fecerit; et aliquis, imbecillior viribus, tabulam ceperit? nonne illum tabula deturbabit, ut ipse conscendat, eaque rixus euadat, maxime quum sit nullus medio mari testis? si sapiens est; faciet. ipse enim pereundum est, nisi fecerit. si autem mori maluerit, quam manus inferre alteri; iam vero iustus ille*, sed stultus est; qui vitæ suæ non parcat, dum parcat alienæ*. Item: si acie suorum fusa, hostes insequi ceperint; et iustus ille nactus fuerit aliquem saucium equo insidentem: eum parcat, ut ipse occidatur; an deiiciet ex equo, ut ipse possit hostem effugere? quod si fecerit, sa-*

quit, fieri potest, ut sint homines paupertate consensu. Hinc in repetitione huius loci in Epit. c. 56. 6: *Sed facile de damno est. Quidsi vitæ eius in periculum veniet etc.* Bün.

u) *Transcendebat*] Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. *Transibit*. Emman. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Isæus: *Transibat*. Satis recte. Goth. Lipf. Reimm. Cauc. Iun. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thom. Gall. et seqq. *Transcendebat*. Bün.

x) *nemo posset*] Iterum Bon. *nemo potest*. Bün.

y) *illum tabula deturbabit*] Lipf. alter, *persurbabit*. male. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 1515. Paris. Crat. Gymn. *illum a tabula deturbabit*. At Goth. Reimm. Angl. Fasit. Gryph. Tornæs. Thomas. seqq. *illum tabula deturbabit*, sine præpositione, ut Epit. 56. 5. Bün.

z) *iam vero iustus ille, sed stultus est*] Bon. Tax. Pen. Goth. Lipf. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Tornæs. 1587. Cell. Heum. *iam non iustus ille, sed stultus est*. Ven. 1493. 97. *iam non iustus est, sed stultus est*. Parrh. Iunt. Ven. Crat. Gymn. *iam*

*vero iustus est: sed stultus: qui. Paris. iam vero iustus est: sed stultus est: qui. Fasit. Gryph. Torn. 1548. Betul. Gall. Spark. Walch. iam iustus ille, sed stultus est. Isæus: iam vero iustus ille, sed stultus est. Prætuli posteriorem lectionem; quia altera: iam non iustus ille repugnat sententia Carneadis, integro Lactantii capiti XVII. maxime n. 10. 20. 27. 29. 31. et verbis Epitomes c. 56. 5: *utrumne tabula equo deturbabit, ut ipse possit euadere? Si volet iustus esse, non faciet; sed idem stultus indicabitur, qui dum alterius vitæ parcat, suam prodit. Si faciet, sapiens quidem sed malus.* Bün.*

a) *dum parcat aliena*] Solus Goth. *dum comparatur aliena*. Sed barbarus credat, Ciceronem, ex quo hæc sunt, ita scripsisse. Receptam firmant c. 17. 22. *stultitia est aliena anima parcere, cum pernicie suæ, et verba paullo ante ex Epit. 56. 5. citata. Alias verbum *comparat* scriptoribus sacris frequens, de quo præter Cell. Antibarb. et Curas conf. Rittershus. ad Ligurin. 4. 222. p. 85. et Muncker. ad Albricum Philof. p. 324. Bün.*

b) *va-*

sapiens, sed idem malus; Si non fecerit, iustus, sed idem stultus fit necesse est. Ita ergo iustitiam quum in duas partes divisisset, alteram civilem esse dicens, alteram naturalem; vtramque subvertit; quod illa civilis sapientia sit quidem, sed iustitia non sit: naturalis autem illa, iustitia sit quidem, sed non sit sapientia. Arguta hæc plane, ac venenata^b sunt, et quæ M. Tullius non potuerit^c refellere. nam quum faciat^d Lælium Furio respondentem, proque iustitia^e dicerem; irrefutata^f hæc, tamquam foueam, prætergressus est: ut videatur idem Lælius non naturalem, quæ in crimen stultitiæ venerat, sed illam civilem defendisse iustitiam, quam Furius sapientiam quidem esse concesserat, sed iniustam.

XVII. Quod ad præsentem disputationem pertinebat, ostendi, quomodo iustitia similitudinem stultitiæ gerat, ut adpareat, non sine causa decipi eos, qui putant, nostræ religionis homines stultos esse: qui talia facere videantur, qualia ille proposuit. Nunc maius a me exigi sentio, ut ostendam, quare iustitiam Deus, stultitiæ specie conuolutam, ex oculis hominum voluerit auferre; si prius Furio respondero, quia parum plene respondit Lælius: qui profecto licet sapiens fuerit, ut vocabatur, patrocinari tamen veræ iustitiæ nullo modo poterat; quia caput^g ipsum fontemque iustitiæ non

b) *venenata*] Heumannus suspicatur, Lactantium scripsisse *pene inuisita*. Nihil contra libros immuto: quia hæc argumenta aculeata, *perniciosa* et *gravia* erant, illa vocat *venenata*. Sic Ciceronis orationes contra Antonium L. 3. 14. 12. vocauit *venenatas*, Libro de Officio 20. 2. (philosophi) *sunt ad perturbandam veritatem perniciosi et graues*. Cyprian. L. 1. ep. 1. ed. Erasim. de Nouatiano: *in perniciem fratrum - facundia venenatae iacula contorquens*. Iterum Lact. 5. 1. 10: *philosophi et oratores - perniciosi sunt - facile irrotire possunt suauitate sermonis*. In Epitome 57. 1. tantum dixit: *Acuta ista iano*. Bün.

c) *non potuerit*] Emman. Tornæs. 1548 - 1613. Betul. *non potuit*, quod Heumanno placet. Bün.

d) *faciat respondentem*] Eleganter ut I. 10. 6: *facit adsidentem*. Cic. 1. N. D. 12: *facit Socratem disputantem*. Conf. 1. N. D. c. 8. Bün.

e) *proque iustitia*] Goth. Reimm. Tornæs. 1587 - 1613: *pro iustitiaque*. Bün.

f) *irrefutata*] Ita, aut quod idem est, *inrefutata*, libri. Vox Lactantii, ex antiquioribus nondum obseruata. Bün.

g) *quia caput*] Edo quia ex Rost. Ven. 1471 - 515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Tornæs. Betul. Ifzo, Sparckio;

- 3 non tenebat. Nobis autem facilius est ista defensio; quibus caelesti beneficio, familiaris est, ac penitus nota iustitia;
- 4 quique^b illam non nomine, sed re, nouimus. Nam Plato et Aristoteles honesta quidem voluntate iustitiam defendere cupierunt, effecissentque aliquid, si conatus eorum bonos, si eloquentiam, si virtutem animi et ingenii^{c. d.}, diuinarum
- 5 quoque rerum doctrina iuuisset. Itaque opus illorum inane, atque inutile iacuit: nec cuiquam hominum persuadere potuerunt, ut eorum praescripto^e viueret; quia fundamentum a caelo disciplina illa non habuit. Nostrum opus
- 6 certius fit necesse est, quos Deus docuit^{f. g.}. Illi enim depingebant verbis et imaginabantur iustitiam, quae in conspectu non erat; nec praesentibus exemplis confirmare poterant,
- 7 quae adferebant^{b.}. Responderi enim posset ab audientibus, non posse ita viui, sicut illi sua disputatione praescriberent; adeo ut nulli adhuc extiterint, qui id genus vitae sequerentur.
- Nos

kio; ubi MSS. et Fasit. Gryph. Thomas. Gall. Cell. *qui caput: ut qui valeat quippe qui, ut L. 4. II. II: qui dominum - non recepitset, pro: quippe qui dominum. Quis et quia contrusa quoque L. 5. 17. 31. homo, qui. Bün.*

b) *quique illam*] Bon. Tax. *qui illam*. Plures scripti et editi omnes *quique*, pro *et qui*. ut saepe *quaque* pro *et que*. L. 3. 15. 14. L. 4. 18. 1. L. 7. c. 1. 22. c. 4. 8. c. 6. 3. Ira 13. 1. Bün.

c) *si virtutem ingenii*] Sic tres Lipf. Goth. et Rom. Alii ita augent, *si virtutem animi et ingenii*. Cell.

d) *virtutem animi et ingenii*] Licet Angl. Lipf. Goth. Cauc. Iun. Reimm. et edd. ab 1465-1566. tum Cell. Walch. Heum. verba *animi et deleant*, recte tamen ex Bononienfi a Thomasio, Isæo, Sparkio recepta. Iterum dixit Libro de Ira 7. 4: *virtutes animi et ingenii*. Bün.

e) *praescripto*] Rost. *proscripto*. Ven.

1478. vtraque Paris. *proscriptio*. Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Crat. Gymn. nondum recte, *praescriptio*. At rectissime MSS. Goth. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. reliqui *praescripto*, pro *ex eorum praescripto*, ad *eorum praescriptum*. vid. n. 7. Bün.

f) *quos Deus docuit*] Idem Lipf. *quos*, quod ad intellectum, ut grammatici loquuntur, referatur: Angl. et Rom. *quod*. Cell.

g) *quos Deus docuit*] Labitur Heumanus ex Rost. 1476. *quos* citans. Nam omnes ante 1530. editi *quod* habent, postea etiam Torn. 1548. Betul. Isæus. At Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. 1587-1613. Thomas. Gall. Spark. *quos*. Bün.

h) *adferebant*] Bon. Lipf. 2. 3. Reimm. *afferebant*. Rost. Ven. vtraque 78. Paris. *disferebant*. At Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. et seqq. *asferebant*; quod praefero, quia n. 4. *defendere* dixit. Bün.

g) ostem-

Nos autem non verbis modo, sed etiam exemplis ex vero petitis, vera esse, quæ a nobis dicuntur, ostendimus⁸. Sensit igitur Carneades, quæ sit natura iustitiæ, nisi quod parum alte perspexit⁹, stultitiam non esse¹: quamquam intelligere mihi videor, qua mente id fecerit. non enim vere existimauit, eum stultum esse, qui iustus est: sed quum sciret non esse, et rationem, cur^m ita videretur, non comprehenderet; voluit ostendere, latere in abdito veritatem, vt decretum disciplinæ^{n.º} suæ tueretur: cuius summa sententia est, NIHIL PERCIPI POSSE. Videamus ergo, vtrumne iustitia fædus alio quod habere cum stultitia possit. Instus, inquit, si aut equum faucio, aut tabulam naufrago non ademerit, vt ipse animam suam liberet, stultus est. Primum omnium nego, villo modo fieri posse, vt homini, qui quidem vere iustus sit, eiusmodi casus eueniat⁹: quia iustus neque cuiquam na-

i) ostendimus] Iun. Rost. Ven. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Gymn. ostendamus. At rectius MSS. Goth. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. et seqq. ostendimus, in præsentia. Bün.

k) parum alte perspexit] Editi plerique prospexit. Tax. Cauci: parum alte perspexerit. Lipf. alter, Reimm. Betul. parum alte perspexit. optime. Sic L. 5. 21. 9: non perspiciunt altius vim rationemque hominis. Plinius L. 5. ep. 15. pro eo: altissime inspice-re. Bün.

l) stultitiam non esse] Heumann. scribendum, inquit, stultitiam eam esse. Renituntur libri et mens Laetantii, quæ est: Non habuit Carneades fati perspectum iustitiam non esse stultitiam, licet ipsi talis videretur. Bün.

m) et rationem, cur non comprehenderet] Habent quidem plurimi, e.g. Angl. Goth. Lipf. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471-1535. Paris. Crat. Gymn. Gryph. Tornæs. Betul. Isæus, Spark. Walch. et rationem tamen, cur non comprehenderet. Sed sequor Bon. Pen. Thomas. Gall. et Cellarium; qui tamen non habent; eam

enim particulam sæpe subintelligit; noto ad L. 3. 11. 8. ad L. 4. 2. 3. L. 5. 9. 4. Bün.

n) vt decretum disciplina sua] disciplina Academicorum, quorum erant ancipites via, rationesque et pro omnibus et contra omnia disputandi, Cic. de Orat. 3. c. 36. Decretum autem, nihil certo sciri, siue, vt insequitur, nihil percipi, vt certum, posse. Cell.

o) decretum disciplina] De talibus decretis multa Seneca in epist. 95. Arnob. L. 2. p. 48: qui (philosophi) dum alter alterius labefactant, destruunt, conuelluntque decreta, cuncta incerta fecerunt. Conf. Laët. L. 3. 15. 3. et c. 16. 7. et Gronou. ad Macrob. 2. Somn. Scip. c. 17. p. 184. Bün.

p) nego, villo modo] Ven. 1471. et Rost. nego, nullo; at MSS. et reliqui: rectius: nego, villo. Bün.

q) casus eueniat] Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Crat. Gymn. veniat. at MSS. et Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Paris. Fasit. Gryph. et seqq. melius eueniat. Conf. not. ad L. 3. 28. 6. et Epit. 56. 5. Bün.

r) ne-

- to^r inimicus est, neque quidquam omnino adpetit alienum.
- 12 Cur enim nauiget, aut quid petat ex aliena terra, cui sufficit sua? cur autem belligeret, ac se alienis furoribus misceat, in
- 13 cuius animo pax cum hominibus^r perpetua verferat^r? scilicet^m peregrinis mercibus, aut humano sanguine delectabitur, qui nec lucrum sciat adpetere, cui sufficit victus, et non modo ipse cædem facere, sed interesse facientibus ac spectare^x, ducat nefas. Sed omitto ista: quoniam fieri potest, vt
- 14 vel inuitus ad hæc subeunda cogatur. Adeone ergo iustitiam, o Furi, vel potius o Carneade^y, cuius est illa omnis oratio, tam inanem, tam superuacuam, tamque contemptam Deo putas, vt nihil possit, nihilque habeat in sese, quod ad
- 15 eustodiam sui valeat? Sed videlicet, qui^z sacramentum hominis^a ignorant, ideoque ad hæc vitam temporalem referunt omnia; quanta sit vis iustitiæ, scire non possunt. Nam et quum de virtute disputant, quamuis intelligant ærumnis, ac miseris esse plenissimam, tamen expectandam esse aiunt sua causa. eius enim præmia, quæ sunt æterna et immortalia, nullo modo vident. sic rebus omnibus ad hanc præsentem vitam relatis, virtutem plane ad stultitiam redigunt, siquidem tantos huius vitæ labores frustra et inaniter suscipit.
- 17 Sed hæc alio loco^b plenius. interim de iustitia, vt
- cæ-

r) *neque cuiquam nato*] Lipf. alter, Rost. Ven. 147L. vtraque 78. Parrh. *neque cuiquam irato*. Ven. 1493. Paris. *neque cuiquam nato*. At Goth. Reimm. Ven. 1497. Ald. et reliqui: *neque cuiquam nato*. rectissime alias plenius L. 3. 19. 7. L. 6. 4. 16: *hominis nato*. Bün.

s) *cum hominibus*] Lipf. 2. 3: *cum omnibus*. Bün.

t) *verferatur*] Heum. legit: *versatur*; quia præcessit *sufficit*. In Reimm. *versatur* correctum in *verferatur*, vt reliqui habent; quia post quoque *sciat - ducat*. Iterum integra phrasid occurrit L. 6. 24. 25. Bün.

u) *scilicet*] Ironia. Bün.

x) *interesse - spectare*] vid. not. ad Epit. 63. 4. Bün.

y) *o Carneade*] Sic MSS. et editi, quod recte tuetur Heumannus, et illustrat ex Vosio L. 2. Anal. c. 3. et c. 10. Defendit quoque Gronouius *o Socrate*, vocandi casu, in fragment. Ciceronis ed. Verburg. p. 3936. Bün.

z) *videlicet, qui*] Bon. Sublac. Rost. Ven. 493. 97. Paris. *videlicet, quis*. Bün.

a) *sacramentum hominis*] Conf. L. 2. 18. 1. L. 7. 5. 2. et not. ad L. 3. 30. 8. Bün.

b) *alio loco*] c. 18. 4. - 10. Bün.

c) *no-*

cœpimus, cuius tanta vis est, vt quum oculos in cœlum sus-
tulerit, a Deo mereatur^c omnia. Recte igitur Flaccus^d 18
tantam esse dixit innocentiae vim, vt ad tutelam sui non egeat
nec armis, nec^e viribus, quacumque^f iter fecerit:

*Integer vitæ, scelerisque purus
Non eget Mauris iaculis, nec arcu,
Nec venenatis grauida sagittis
Fusce, pbaretra.*

*Siue per Syrteis iter æstuosas,
Siue facturus per inospitalem
Caucasum, vel quæ loca fabulosus
Lambit Hydaspes &^h.*

Non potest ergo fieri, quin hominem iustum, inter discri- 19
mina tempestatum atque bellorum, cœlestis tutela custodiat;
ac non, etiam si cum parricidis et nocentibus nauiget, aut
malis quoque parcatur, vt vna iusta et innocens anima libe-
retur; aut certe, pereuntibus ceteris, sola seruetur. Sed 20
concedamus posse fieri, quod proponit philosophus: quid
ergo iustus faciet, si nactus fuerit aut in equo saucium, aut
in tabula naufragum? non inuitus confiteor; morietur potius,
quam occidetⁱ. Nec ideo tamen, iustitia, quod est singula- 21
re hominis bonum; stultitiæ nomen accipiet. quid enim me-
lius, quid carius^k esse homini debet, quam innocentia? quæ
vti-

c) *mereatur*] obtineat. noto ad
c. 23. 5. *Bün.*

d) *Recte igitur Flaccus*] notissimis
versibus ex Lib. 1. od. 22. *Cell.*

e) *non egeat nec-nec*] Sic libri no-
stri et Horatii c. l. et recte et sæpe.
Sic L. 4. 4. 2: *non - nec - nec.* L. 5.
c. 5. 4: *non erant neque - neque - ne-
que.* L. 6. 24. 27: *non neque - neque.*
L. 6. 18. 12: *nemo - nec - nec.* More
Liuii. vide Gronou. ad Liu. 3. c. 26.
Bün.

f) *quacumque*] Liuius 1. 59. fin.
quacumque incedebat. Conf. not.
Lact. 4. 15. 6. *Bün.*

g) *Lambit Hydaspes*] Omnes qui-
dem Lipsienses, et Goth. et Rom.

ambit, sensu non inepto: sed con-
sensus ille non est tanti, vt elegan-
tissimam translationem, quam ve-
tus interpres exponit, Horatio eri-
piat. Quam facile l, simplici ductu
littera potest excidere? *Cell.*

h) *Lambit*] Rost. Ven. 1471-97.
Paris. *Ambit*, cum Goth. Lips. altero
et Reimm. At Parrh. Ald. reliqui
præferunt merito *Lambit*. *Bün.*

i) *occidet*] Heumann. ex Bon. *occi-
dat* præfert. omnes reliqui *occi-
det*, vt *morietur*. *Bün.*

k) *quid carius*] Angl. Rost. Ven.
vtraque 78. 93. 97. Paris. *quid cla-
rius*. Sed Goth. Lips. Reimm. Parrh.
et reliqui *carius*. optime. *Bün.*

T t

l) *quan-*

vtique tanto perfectior fit necesse est, quanto¹ illam perduxeris ad extremum, morique malueris, ne quid de innocentia² ratione minuat. *Stultitia est*, inquit, *aliena anima^m parcere cum perniciose sua.* Num etiam pro amicitia perire, stultum iudicabitur³? Quid ergo illi familiares Pythagorei⁴ laudantur a vobis; quorum alter se tyranno⁵ vadem mortis pro altero dedit: alter ad præstitutum tempus, quum iam sponsor eius duceretur⁶, præsentiam sui fecit⁷, eumque interuentu⁸ suo liberauit? quorum virtus in tanta gloria non haberetur, quod alter pro amico, alter etiam pro fide⁹ mori voluit, si stulti putarentur. Denique ob hanc ipsam virtutem tyrannus his gratiam retulit, vtrumque seruando; et hominis crudelissimi natura mutata est. Quin etiam deprecatus¹⁰ esse dicitur, vt se tertium in amicitiam reciperent¹¹; non vtique tamquam stultos, sed tamquam bonos et sapientes viros. Itaque non video, quare cum pro amicitia, et fide mori, summa¹² gloria computetur¹³; non etiam,

pro

l) quanto] subaudi magis. vid. not. 5. 7. 9. et Muncker. ad Fulgent. Mythol. 2. c. 7. p. 67. Bün.

m) aliena anima] i. e. vitæ, sic c. 17. 10: *vt ipse animam suam liberes.* vbi c. 16. 10: *qui vita sua non parcat, quum parcat aliena.* adde not. ad capit. 18. n. 12. et Epit. 56. 7. Bün.

n) stultum iudicabitur] Sunt qui iudicabis, Goth. et Lips. 1; at reliqui Lips. iudicabitur, quod retinemus. Cell.

o) iudicabitur] Bon. Pal. Cauc. Goth. Lips. 1: iudicabis. Pen. iudicabis. Angl. Lips. 2. 3. Reimm. et editi: iudicabitur. Bün.

p) illi familiares Pythagorei] Illud par amicorum, qui Pythagoræ disciplina imbuti erant, Damon et Pythias. Attingit Cicero de Finib. 2. c. 24; plenius exponit Val. Maximus Lib. 4. c. 7. Cell.

q) quorum alter se tyranno] Dionysio Syracusano. Cell.

r) duceretur] scil. ad supplicium.

Absolute, more veterum. Sicut Seneca de Pisone, qui militem duci iusserat. de Ira L. 1. c. 16. Conf. Bauldr. ad de Mort. Perf. c. 40. 4. c. 51. 2. et interpretes ad Plinii L. 10. ep. 97. n. 3. ita ἀπαρχήν ἀβλύτων absolute ponitur apud Græcos. vid. Iustin. Mart. Apol. secunda. Sect. 4. ed. Oxon. p. 7. et 9. Bün.

s) presentiam sui fecit] i. e. se stitit. inale Reimm. præstantiam sui fecit. Bün.

t) interuentu] Rost. prauè: interemptu. Bün.

u) deprecatus] i. e. precatus. L. 6. 20. 12: *miseri cordiam deprecantes.* Conf. Mort. Perf. 41. 3. c. 46. 6. c. 52. 5. et Valer. Max. L. 4. c. 7. Sæpe hoc sensu veteres. Bün.

x) reciperent] i. e. susciperent. notati ad L. 2. c. 13. 4. L. 4. 28. 14. Bün.

y) gloria computetur] noto ad 1. 18. 17. Bün.

z) igno-

pro innocentia perire, sit homini gloriosum. Ergo stultissimi sunt, qui nobis crimini dant, mori velle pro Deo; quum ipsi eum, qui pro homine mori voluit, in cælum summis laudibus tollant. Denique, vt concludam disputationem, non 15 posse eundem iustum esse ac stultum, eundem sapientem et iniustum, docet ipsa ratio. qui enim stultus est, quid sit iustum ac bonum, nescit; et ideo semper peccat. Ducitur enim quasi captiuus a vitiis, nec resistere vlllo modo potest, quia caret virtute, quam nescit. Iustus autem ab omni 26 peccato se abstinet, quod aliter facere non potest, quam si habeat recti prauique notitiam. Rectum autem discernere a prauo quis potest, nisi sapiens? ita fit, vt numquam possit esse iustus, qui stultus est; neque sapiens, qui fuerit iniustus. Quod si est verissimum; manifestum est eum, qui aut nau- 27 frago tabulam, aut equum saucio non ademerit, stultum non esse; quia hæc facere peccatum est, a quo se sapiens abstinet. Videri tamen et ipse confiteor, per hominum errorem, igno- 28 rantium* cuiusque rei proprietatem. itaque omnis hæc quæstio non tam argumentis, quam definitione dissoluitur^{a. b.} Stultitia igitur est in factis dictisque, per ignorantiam recti ac bo- 29 ni, erratio. Ergo stultus non est, qui ne sibi quidem parcat, dumne noceat alteri^{c. d.} quod est, malum. quod quidem nobis et ratio, et

x) ignorantium] Reimm. et Walch. ignorantiam. prauæ. referendum ad hominum. Bün.

a) dissoluitur] Plures composito verbo: nec vero ineptum simplex soluitur, quod codice Emman. et Lipsf. altero est expressum. Cell.

b) dissoluitur] Sic Goth. Reimm. et omnes editi. Bün.

c) dummodo non noceat alteri] Omnes Lipsf. dummodo; duo cum non, petinde ac Angli; primus cum ne. Et Rom. dummodo alteri non noceat. Vulg. dumne, quod ex compendio scribendi est. Cell.

d) dumne noceat alteri] Angl. Ross. Ven. 1471-1515. Paris. Crat.

Gymn. hoc ordine: dummodo alteri non noceat. Goth. Fasit. Gryph. Tornæ. Betul. Thomas. Isæus, reliqui dumne, idque defendit Walchius exemplis ex Schwartzii Turfellino, propagata falsa citatione. Non enim L. 8. Att. ep. 13. sed epist. vndecima ista dumne sibi occurrunt. Vt Cellarius, ita Tornæ. MS. et Reimm. dummodo non noceat alteri. Quod ex Vlpiano Stewechius de Particulis illustrat; elegantius vero Lipsf. i. dummodo ne, sed prætulit omnium elegantissimum dumne, de quo plurima veterum testimonia idem Stewechius congregavit. Bün.

- 30 et veritas ipsa præscribit^e. In omnibus enim videmus animalibus, quia sapientia carent, conciliatricem sui^f esse naturam. Nocent igitur aliis, vt sibi profint. nesciunt enim,
 31 quia malum est^g, nocere. Homo vero, quiⁱ scientiam boni ac mali habet, abstinere se a nocendo, etiam cum incommodo suo; quod animal irrationale facere non potest: et ideo inter summas hominis virtutes innocentia numeratur. quibus rebus adparet, sapientissimum esse, qui mauult perire, ne noceat; vt id officium, quo a mutis discernitur, seruet.
 32 Nam qui vendentis errorem non redarguit, vt aurum paruo emat;

e) *et ratio et veritas - præscribit*] Cic.6. Fam. 1: *Simus ea mente, quam ratio et veritas præscribit; vbi Grævio ratio et veritas per ἐνδιάδ' δυνῶν, est vera ratio; at hic voculæ et et diuersitatem suadet; vt veritas sit æquitas, iustitia. Si Gebh. et Gruterus Lactantium hic consuluisent, Ciceronis scripturam non mutassent. Bün.*

f) *conciliatricem sui - naturam*] Reimm. *concliatricem sui.* Rost. Ven. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. *conciliatricem esse naturam.* eiecto *sui*, quod MSS. Lipf. Goth. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. reliqui addunt, optime. Cic. 1. N. D. 27: *sed - non vides, quam blanda conciliatrix et quasi tui sit lena natura.* De hac conciliatione sui agit integra Senecæ epistola 121; vbi in fine: *in conciliatione et caritate sui.* Conf. Laët. de Ira 7. 13: *cetera sibi conciliata sunt.* Bün.

g) *nesciunt enim, quia malum est, nocere*] Aperte sic Lipf. alter, et Rom. vt *quia* sit *quatenus*. Cell.

h) *nesciunt enim, quia malum est, nocere*] Quam laborant hic interpretes in explicanda particula *quia*! Cellarius prouocat ad Lipf. alteram et Rom. ed. in quibus sit *quia malum est*, vt *quia* sit *quatenus*; Wal-

chius *nocent*, inquit, *quidem aliis; sed nesciunt instantum nocere, in quantum est malum.* Quia est *quatenus*. Heumannus his audacius scribit: *Quia nesciunt malum esse nocere; at* MSS. Lipf. Goth. Guelf. Angl. Reimm. omnesque sine vlla variatione editi exhibent: *nesciunt enim, quia malum est, nocere.* recte. Lactantius enim aliique scriptores sacri, Tertullianus, Augustinus, maxime Cyprianus vel sexcenties, vt vulgatam versionem omittam, post scio aliaque verba sentiendi, loco accusatiui cum infinitiuo, aut quod cum coniunctiuo, eadem vi *quia* cum indicatiuo ponunt. Lactantius L. 6. 22. 3: *Scit enim, quia mortis est fabricatrix voluptas.* notamus ibidem plura et ad L. 4. 12. 18: *vt scias, quia ego sum dominus.* Cyprianus epist. 16. ed. Oxon. f. 38. scientes quoniam - vtar ea admonitione, pro quod - *vsurus sim.* Longe plura exempla ex solo libro de Exhortat. Martyrum. peti possunt. Bün.

i) *Homo vero qui*] Alii *quia*. Nos cum Cantab. et duob. Lipf. et Rom. Cell.

k) *Homo vero, qui*] Ita Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Gymn. vbi Goth. Reimm. Fasit. Gryph. et seqq. *quia*. Bün.

l) *Calli-*

emat; aut qui non profitetur^l, fugitium seruum; vel pestilentem se domum vendere, lucro et commodo suo consulens; non est ille sapiens, vt Carneades videri volebat, sed callidus et astutus. Calliditas autem^{l. m} et astutia in mutis 3; quoque animalibus sunt; vel quum insidiantur aliis, et dolo capiunt, vt deuorent; vel quum insidias aliorum vario genere deludunt: sapientia vero in hominem solum cadit. Sa- 34
 pientia est enim intelligentia vel ad bonum rectumque faciendum; vel abstinentia dictorum factorumqueⁿ improborum. Lucro autem numquam sapiens studet, quia bona hæc terrena contemnit: nec quemquam falli patitur, quia boni viri officium est, errores hominum corrigere, eosque in viam reducere. siquidem socialis est hominis ac benefica natura, quo solo^{o. p} cognationem cum Deo^q habet.

XVIII. Sed nimirum hæc causa efficit, vt stultus esse videatur, qui egere aut mori malit, quam noceat vel eripiat aliquid alteri; quod hominem morte deleri purant. Ex qua persuasione omnes tum vulgi, tum etiam philosophorum nascuntur errores. Si enim post mortem nihil sumus; profecto stultissimi est hominis, non huic vitæ consulere, vt sit 2
 quam-

l) *Calliditas autem*] Lipf. et Emm. adponunt *ausem*. Cell.

m) *Calliditas autem*] Habent *ausem* Goth. et Reimm. Bün.

n) *abstinentia dictorum factorumque*] Pen. Angl. Goth. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. *abstinentia delictorum*. male. Lipf. Reimm. Ald. Crat. Gymn. Gryph. *dictorum*. recte. vide n. 29. ex opposito: *stultitia est in factis di-ctisque-erratio*. Bün.

o) *qua sola cognationem*] Cantab. et Rom. sic: Emman. *qua sola*: Vulg. *quo solo*. Cell.

p) *quo solo*] Emman. etiam Rost. *qua sola*. Cantab. i. e. Sublac. Ven. 1472. vtraque 78 - 1515. Crat. Paris.

Gymn. Cell. *qua sola*. Malui referre scripturam Goth. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Thomas. Ifæi et recentiorum in neutro: *quo solo*, i. e. qua re sola, scil. sapientia; quæ vox quoniam fuit paullo remotior, vsus est, vt et alibi, neutro, quod ad omnia de sapientia dicta referendum. Bün.

q) *cognationem cum Deo habet*] Rost. Ven. vtraque 78. 93. 97. Parrh. *cognitionem cum Deo habet*. male. Recte MSS. Lipf. Goth. Reimm. Paris. Ald. Crat. Gymn. Tornæs. reliqui: *cognationem cum Deo habet*. Patet ex loco simili de Ira 7. 4: *quibus homini cum Deo manifesta cognatio est*. Bün.

T t 3

a) hanc

- 3 quamdiutina, et commodis omnibus plena. Quod qui faciet, a iustitiæ regula discedat, necesse est. si autem superest homini vita melior et longior; quod et philosophorum magnorum argumentis, et vatum responsis, et prophetarum diuinis vocibus discimus: hanc præsentem^{a, b} cum suis bonis contemnere, sapientis est, cuius omnis iactura immortalitate pensatur. Apud Ciceronem^c idem ille iustitiæ defensor Lælius, *Vult*, inquit, *plane virtus honorem; nec est virtutis vlla alia merces.* Est plane, et quidem virtute dignissima, quam tu, Læli, nunquam^{* d} poteras suspicari. nihil enim diuinarum noueras litterarum. *Quam tamen illa*, inquit, *accipit facile, exigit non acerbe.* Erras vehementer, si putas, ab homine præmium solui posse virtuti; quum ipse alio loco verissime dixeris; *Huic tu viro quas diuitias obiciēs? quæ imperia? quæ regna? qui ista putat humana; sua bona diuina iudicat.* Quis ergo te sapientem, Læli, putet, quum ipse tibi loquere contraria? et paullo post virtuti adimas, quæ dedisti? Sed videlicet ignorantia veri facit incertam labantemque^e sententiam. Deinde quid adiungis^f? *Sed si aut ingrati vniuersi, aut inuidi multi, aut inimici potentes suis virtutem præmiis spoliant.* O quam fragilem, quam inanem virtutem induxisti, si spoliari præmio suo potest. quæ si bona sua diuina iudicat, vt aiebas, qui possunt exsistere tam ingrati, tam inuidi, tam potentes, qui virtutem spoliare valeant

a) hanc præsentem] subaudi vitam, quod Goth. adscriptum habet, opinor, ex glossa receptum. Cell.

b) hanc præsentem] Nulli MSS. editi-que nulli vitam addunt præter Gothanum. Bün.

c) Apud Ciceronem] dicto Lib. 3. de Repub. quo caremus. Vide c. 12. sect. 5. Cell.

*) quam tu, Læli, nunquam] Alii nequaquam: nos cum Emman. et tribus Lips. Cell.

d) nunquam] Etiam Bon. Tax. Goth. Reimm. et Tornæs. MS. ad marg. 1587-1613: nunquam. Bün.

e) incertam labantemque] Ven. 1471. Rost. incertam labantemque. Lips. 2. tert. Ven. vtraque 78-97. Paris. Torn. 1587. Walch. labentemque. Ven. 1493. laboremque. At Goth. Lips. 1. 2. Reimm. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Betul. Thomas. incertam labantemque. Conf. L. 4. 29. 2. et L. 5. 22. 16. Bün.

f) quid adiungis] Reimm. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. quod adiungis. Fortius MSS. Goth. Lips. Fasit. Gryph. et recentiores: quid adiungis? Bün.

leant iis bonis, quæ fuerint in eam collata & diuinitus? *Næ illa se, inquit, multis solatiis oblectat; maximeque suo decore seipsa sustentat.* Quibus solatiis? quo decore? quum in crimen sæpe veniat, et in pœnam decor ille vertatur. Quid enim, si, (vt Furius dicebat^b) *rapiatur, vexetur, exterminetur, egeat, auferantur ei manus, effodiantur oculi, damnetur, vinciat, vratur, miseris etiam modis nesetur;* perdetne suum præmium virtus, an potius peribit ipsa? Minime. sed et mercedem suam Deo iudice accipiet, et viuet, et semper vigebit. Quæ si tollas; nihil potest in vita hominum tam inutile, tam stultum videri esse, quam virtus; cuius naturalis bonitas et honestas docere nos potest, animam non esse mortalem; diuinumque illi a Deo præmium constitutum. Sed iccirco virtutem ipsam Deus sub persona stultitiæ^c voluit esse celatam, vt mysterium veritatis ac religionis suæ esset arcanum; vt has religiones sapientiamque terrenam, extollentem se alius, sibi que multum placentem, vanitatis errorisque damnaret; vt, proposita denique difficultate, angustissimus trames^{k-l} ad immortalitatis præmium sublimè perduceret. Docui, vt opinor, cur populus noster apud stultos stultus habeatur. Nam cruciari, atque interfici malle, quam turā tribus digitis^m com-

pre-

g) collata] Reimm. collecta, male. sic in libris L. 2. 6. 10. electa et elata confusa. Bün.

b) si, vt Furius dicebat] Supra c. 12. huius libri, ex Ciceronis de Republica. Cell.

i) sub persona stultitiæ] i. e. sub velamine, velamento. vid. L. 4. 2. 3. not. Bün.

k) per angustissimos trames:] Sic MSS. Angl. Lips. l. et ed. Rom. Vulg. angustissimus trames. Cell.

l) angustissimus trames - perduceret] Ediderant ab 1465-1524. et Gymn. et nouissime Cell. per angustissimos trames. Heum. per angustissimos nos trames; restituo ex Pal. Cauc.

Goth. duob. Lips. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. et reliquis angustissimus trames. Nam vnam tantum viam, vnum tramentum ad immortalitatem vbique statuit; hinc L. 7. 1. 20: *Angustus admodum trames est, per quem iustitia hominem deducit in calum.* Idem docent L. 6. capp. 3. et 4. integra, maxime L. 6. 7. 1-9. via mendax - MULTOS TRAMITES habet - via veritatis - et SIMPLEX - et ANGVSTA - et ARDVA etc. Bün.

m) turā tribus digitis in focum iactare] Lips. l. et Rom. iactare: reliqui L. L. et Goth. iacere. De ritu supra Lib. 1. c. 20. sect. 26. Cell.

prehensa, in focum iactareⁿ, tam ineptum videtur, quam in periculo vitæ, alterius animam magis curare, quam suam.

13 Nesciunt enim, quantum sit nefas, adorare aliud^o præter quam^p Deum, qui condidit cælum atque terram; qui huma-

14 num genus finxit, inspirauit, luce donauit. Quod si ser- vorum nequissimus habetur, qui dominum suum^r fuga deserit;isque verberibus, et vinculis, et ergastulo, et cruce, et omni^s malo dignissimus iudicatur; et si filius eodem modo perditus atque impius existimatur, qui patrem suum derelin- quit, ne illi obsequatur; ob eamque causam dignus putatur, qui sit exheres, et cuius nomen in perpetuum de familia de- leatur: quanto magis, qui Deum deserit, in quem duo voca-

15 bula, domini et patris, æque veneranda conueniunt? nam ille, qui seruum pretio comparat, quid in eum beneficii con- fert, præter quam^t alimenta, quæ illi vtilitatis suæ gratia sub- ministrat? et qui filium generat, non habet in potestate^u, vt concipiatur, vt nascatur, vt viuat. vnde adparet, non esse

16 illum patrem, sed tantummodo generandi ministrum. Qui- bus ergo suppliciiis dignus est desertor eius, qui et dominus verus, et pater est; nisi quæ Deus ipse constituit^v? qui spi- riti-

n) iactare] Reimm. iacere. Edd. omnes iactare. Bü.

o) adorare aliud] rectius quam Iun. Ven. 1493. 97. Parrh. Crat. Gymn. alium. Bü.

p) præter quam] Lipf. 2. Reimm. hic et n. 15: præter. Bü.

q) qui dominum suum] Sic libri veteres omnes. Vulgo editi sum- mum. male. Cell.

r) dominum suum] Sic Reimm. et omnes ab 1465 - 1566. item Ifæus, Sparkius; recte. summum forte in Thomasio vitiosum a Thyfio et Gallæo et Cant. ed. male propaga- tum. Bü.

s) et omni] Lipf. tert. Reimm. omnique. Bü.

t) præter quam] Goth. Lipf. 2.

Reimm. Ven. 1471. vtraque 78. et Rost. præter. vid. n. 13. Bü.

u) non habet in potestate vt] MSS. Angl. et Lipf. ita. Vulg. non habes potestatem. Cell.

x) non habet in potestate] Sic Goth. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtra- que 78. et Tornæs. in marg. 1587- 1613. ex MS. bene. vid. not. c. 13. 2. Bü.

y) nisi qua Deus ipse constituit] Heumanno hæc omnia glossema sunt, et quibus exponit quantis; habent ea verba omnes libri; et omnia re- cta modo suppleas: nisi iis qua-constituit? quom respicit constitutum n. 10. Sic L. 6. 25. 4: quid Deo di- gnum nisi quod ipse poposcit? Bü.

z) ignem

ritibus iniustis æternum parauit ignem; quod* ipse per vates suos impiis ac rebellibus comminatur.

XVIII. Discant igitur et suarum, et alienarum interfectores animarum^a, quam inexpiabile facinus admittant: primum, quod seipsum iugulant, perditissimis dæmonibus seruiendo, quos Deus in æterna supplicia damnauit^b: deinde, quod nec ab aliis Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera sacra contendunt, nitunturque summa diligentia, ne qua sit anima incolumis in terra, quæ saluo statu suo spectet in cælum. Quid aliud dicam quam miseros, qui prædonum suorum^c instigationibus^d parent, quos deos esse opinantur? quorum neque conditionem, neque originem, neque nomina, neque rationem sciunt; sed, inharente persuasione^{e, f} vulgari, libenter errant, et stultitiæ suæ fauent.

x) ignem, quod ipsa comminatur] Heumannus rescribendum, inquit, videtur, quem et ipsum, subaudi: ignem æternum. Constanter libri quod, idque neutrum pro re, de qua actum, ponitur sæpe; vt dixi ad c. 17. 34. quod sc. se parasitum iniustis æternum ignem, vt hoc capite n. 3: superest-vita-longior, quod-discimus. vide quæ ad Phædr. i. fab. 8. 9. 10. p. 22: Periculosam fecit medicinam lupo, pro quo quem flagitaret premium, et ad Quintil. Instit. Proœm. Celeberr. Burmannus indicauit. Commode ita quod sumi potest in Phædr. i. L. 2. fab. 3. 2. 3: tinctum cruore panem misit malefico, audierat esse QVOD (non quia, sed quem tinctum cruore panem) remedium vulneris. Büñ.

a) interfectores animarum] vid. c. 8. 6. c. 18. 12. c. 20. 1. L. 7. 12. 2. not. et L. 2. 16. 21. Büñ.

b) in æterna supplicia damnauit] 6. 4. 5. Büñ.

c) prædonum suorum] Per prædones, inquit Walchius, intelligit pontifi-

ces, sacerdotes, immo vero intelligit dæmonas, nam mox sequitur: QVOS DEOS esse opinantur, iterum c. 20. 1: Adorant hostes suos, LATRONES et INTERFECTORES SVOS victimis placant etc. Conf. L. 2. 16. 20. 21. L. 5. 21. 3. Büñ.

d) instigationibus] L. 4. 27. 5: instigantibus - dæmonibus. c. 30. 1: instigantibus dæmonum. L. 5. 21. 3: spiritibus - perditis - instigant nescios in furorem. Büñ.

e) sed, inharente persuasione vulgari] Tres ita Lips. et Goth. Alii inherentes persuasioni. Cell.

f) inharente persuasione vulgari] Bonon. inherens. Tax. Pen. Inherentes persuasione. Goth. Lips. Vltr. et Reimm. inharente persuasione vulgari; itaque Cell. solus edidit. Ven. 1493. 97. Paris. sed hic harentes persuasioni vulgari. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Parrh. Iunt. Ald. et reliqui: inherentes persuasioni vulgari, participium exprimit melius voluntatem, dicit enim statim, eos libenter errare; vt L. 1. 1. 23: Multi enim super-

3 vent. A quibus si persuasione eius rationem requiras, nullam possint reddere, sed ad maiorum iudicia confugiant &, quod illi sapientes fuerint, illi probauerint, illi scierint, quid esset optimum: seque ipsos sensibus spoliant, ratione abdicant, dum alienis erroribus credunt. Sic implicati^b rerum omnium ignorantia, nec se, nec deos suos norunt. atque utinamⁱ soli errare, soli desipere vellent! alios etiam in consortium mali sui rapiunt, quasi habituri solatium de perditione multorum. Sed hæc ipsa ignorantia^{k-l} efficit, ut in persequendis sapientibus tam mali sint, fingantque se illis consulere^m, illos ad bonam mentem velle reuocare. Num igitur hoc, sermone aut aliqua ratione reddita, facere nituntur? minime; sed vi atque tormentis. O mira et cæca dementia! in iis putatur mala mens esse, qui fidem seruare conantur; in carnificibus autem bona. In iisne mala mens est, qui contra ius humanitatisⁿ contra fas omne lacerantur, an potius in iis, qui ea faciunt in corporibus^o innocentum, quæ nec

superstitionibus vanis pertinaciter inhaerentes obdurant se contra manifestam veritatem. L. 2. 6. 7: religiones sibi a maioribus suis traditas pertinaciter tuori ac defendere perseuerant; sequentia hic ex eodem loco n. 7-12. c. 7. 1-5. egregie illustrantur. Bün.

g) possint - confugiant] Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. et Paris. possunt - confugiunt. Ven. 1493. 97. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. possint - confugiunt. Goth. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæz. Betul. Thomas. possint - confugiant. Prior lectio Heumanno placet; quia mox in indic. spoliatio - credunt. Bün.

h) implicati] Ven. 1493. 97-515. et ante Cell. reliqui: impliciti. MSS. Goth. Lipf. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. implicati. Bün.

i) atque utinam] c. 14. 7. not. Ouid. 13. Met. 43:

Atque utinam aut verus furor ille, aut creditus esset. Bün.

k) Sed hæc ignorantia] Angl. sic et Rom. ac duo Lipf. nisi quod hi ipsa addunt ad hæc, quod abest ab Angl. et Rom. At 1. Lipf. vt vulgati, Sed hæc ipsa ignoratio. Cell.

l) Sed hæc ipsa ignorantia] Lipf. 1. Goth. Fasit. Gryph. Tornæz. Betul. Thomas. et seqq. Sed hæc ipsa ignoratio. Angl. Rom. Rost. Ven. 1493. 97: Sed hæc ignorantia. Lipf. 2-3. Reimm. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Parrh. Paris. Crat. Gymn. Ifruz: sed hæc ipsa ignorantia, placet quoque Heumanno, et requirit vox præcedens n. 4. ignorantia. Bün.

m) se illis consulere] vid. c. 2. 5-13. c. 20. 6. Bün.

n) contra ius humanitatis] c. 22. 7. Bün.

o) ea faciunt in corporibus] Eleganter. Cic. in Verrem Act. 1. c. 5: Neque hoc solum in statuis ornamentoisque

nec sæuisissimi latrones, nec iratisissimi hostes, nec immanissimi barbari aliquando fecerunt? Adeone etiam sibi mentiuntur, vt vicissim boni ac mali nomina transferant et immutent? Quid ergo non, diem, noctem vocant? solem, tenebras? alioquin eadem impudentia est, bonis malorum nomen imponere; sapientibus, stultorum; iustis, impiorum. quinimmo, si qua illis fiducia est vel in philosophia, vel in eloquentia; arment se ac refellant hæc nostra, si possunt; congregiantur comminus, et singula quæque discutiant. Deceat eos, suscipere defensionem deorum suorum; ne, si nostra inualuerint, (vt quotidie inualefcunt) cum delubris ac ludibriis suis deferantur. Et quoniam vi nihil possunt, (augeatur enim religio Dei, quanto magis premitur) ratione potius

risque fecit. Conf. Cortium ad Sall. Catil. 11. n. 4. p. 77: *sæda crudelisque in ciuibus facinora facere.* et Burmann. ad Quintil. Declam. 15. c. 6. p. 312. ex Senec. Thyest. 309: *In patre facient, quiddid in patrio doces;* et ex cod. Gottorp. et Egmond. in Cæf. 2. Gall. 32. legit: *si id quod in Neruis fecisset, facturum.* Recte igitur vetus interpretes Luc. 23, 31: *ὅτι εἰ ἐν τῷ ὑγρῷ ξύλῳ ταῦτα ποιεῖσιν, ἐν τῷ ξηρῷ τὶ γένηται,* vertit: *Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?* Bün.

p) *impudentia*] Iun. Lips. 2. Rost. *prudencia*, quasi ironice. Lips. 1. tert. Reimm. Ven. 1471. 72. utraque 78-93. 97. Parrh. *imprudencia*. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. seqq. *impudentia*. Sæpe hæc voces in libris confunduntur. Bün.

q) *si possunt*] Lips. 2. et Reimm. *si possint*. Bün.

r) *cum delubris ac ludibriis suis*] Hoc ordine Goth. Lips. Reimm. Fasit. Gryph. Tornax. Betul. Thomas. et seqq. melius quam Rost. Ven. utraque 478-515. Paris. Crat.

Gymn. *cum delubris suis ac (et) ludibriis.* At *delubris suis ac ludis*, vt in variis Itzûs et Gall. nullibiprehendit. Bün.

s) *augeatur - religio Dei - premitur*] vid. not. c. 13. 1. c. 22. 18. sqq. Tertull. Apol. extr. *Nec quidquam tamen proficit exquisitor quæque crudelitas. Ille cobra est magis scita. Plures efficimur, quoties metimur a vobis.* Semen est sanguis Christianorum. Plura Weitzius ad Prudentii Peristeph. 7. 87:

Martyrum semper numerus sub omni grandine creuit.

Plura ex Patribus Cerda ad Tert. Præscript. Hæret. f. 3. sq. et Feuarentius ad Irenæi L. 4. c. 64. ed. Grab. f. 361. Optime Lutherus ad Psalm. 1. *Quid mirabilius, quam quod fideles dum occiduntur, crescunt; dum minuuntur, multiplicantur; dum subiciuntur, superant; dum expelluntur, intrant; vincunt, quum vincuntur. Sic enim mundus victus et princeps eius. - Hilarus dixit, ecclesiæ esse naturam, vt aduersitatibus crescat - prosperitatibus decrescat.* Bün.

t) *ratione potius ac hortamentis*] Lips.

10 potius et hortamentis agant. Procedant in medium pontifices, seu minores, seu maximi*; flamines, augures, item reges sacrificuli* 7, quique sunt sacerdotes, et antistites religionum: conuocent nos ad concionem*, cohortentur nos ad* suscipiendos cultus deorum; persuadeant multos esse, quorum numine ac prouidentia regantur omnia; ostendant, origines et initia sacrorum ac deorum quomodo sint mortalibus tradita; qui fons, quæ ratio sit, explicant; proferrant, quæ merces in cultu, quæ pœna in contemptu^b maneat; qua-

Lipf. 2. 3: *oratione eius et hortamentis. ubi melius Goth. Reimm. oratione potius et hortamentis.* Rost. et Ven. utraque 1478. Parrh. Ald. Crat. Gymn. *ratione magis et hortamentis.* Ven. 1493. 97. Paris. Fasit. Gryph. Tornæ. Thomas. sequentes: *ratione potius et hortamentis. Vi et ratione elegantius opponuntur. exempla dedit Gronouius L. 2. Obseru. c. 10. p. 131. Bün.*

u) *seu minores, seu maximi*] Maximi, id est, maiores, qui etiam veteres dicti, Cic. de Orat. Lib. 3. c. 19. hoc est patricio genere et ex institutione Numæ: quibus post additi minores. Liuius 2. c. 57. et Cic. Arusp. c. 6. Vnus autem vere Maximus, isque Lactantii æuo augustus imperator erat. Cell.

x) *reges sacrificuli*] Vnus quoque rex sacrificulus, qui sæpius rex sacrorum nominatur, cuius erat sacra facere, quæ ipsi quondam reges fecerant. Liuius 2. c. 2. Pluralis ergo vel κατὰ συνειροχήν est, vel regina sacrorum vna significatur, uti in Romana inscriptione est apud Grut. p. 1087. n. 8:

REX SACRORVM AVGV
CVM MANLIA L. F. FA-
DILLA
REGINA SACRORVM.

Coll.

y) *reges sacrificuli*] Reimm. et

Tornæ. MSS. *sacricola.* Ven. 1493. 97. *sacrificoli*, prauè; reliqui *sacrificoli* vel *sacrificuli*. De Rege Sacrificulo et Regina ex instituto Alex. ab Alex. L. 3. c. 27. et ex Ant. van Dale Disertationibus Antiquitatibus-inferuentibus Disf. II. de Pontifice Max. Vicario Pontif. et Rege Sacrorum, et Pitisc. Lex. Ant. Rom. T. 2. f. 626. de Monte. Falcon. Antiq. Expl. T. II. 37. 234. et Supplem. T. II. f. 105. §. IV. Bün.

z) *ad concionem*] Ven. 1471. utraque 78. Paris. *ad contentionem.* At Lipf. Goth. Reimm. Rost. Ven. 1493. 97. Ald. et seqq. melius: *ad concionem.* Bün.

a) *cohortentur nos ad*] Repetunt nos a me additum Angl. Lipf. tert. Reimm. et editi ab anno 1465-1524. Gymn. et Isæus; omittunt Fasit. Gryph. et reliqui, et satis eleganter subauditur. Bün.

b) *qua merces in cultu, qua pœna in contemptu maneat*] Heumannus hic omnibus editoribus insultans tandem scribe, inquit: *qua merces cultum, qua pœna contemptum maneat.* Mihi lectio communis omnium librorum satis elegans videtur, subaudito accusatiuo *mortales*, vel *homines*. Sequerer eius coniecturam, vel vno libro subfultam; nam L. 6. 3. 5. dixit: *quid eas (virtutes) mercedis a Deo maneat.* Alibi fere semper

quare ab hominibus coli se velint; quid illis, si beati sunt, humana pietas conferat. quæ omnia non adseueratione propria, (nec enim valet quidquam mortalis hominis auctoritas) sed diuinis aliquibus testimonis confirmant, sicuti nos facimus. Non est opus vi et iniuria; quia religio cogi non potest. verbis potius, quam verberibus, res agenda est, vt sit voluntas^{c. d.} Destringant aciem^e in-

per subiectum addit, vt Epit. 57. 9: *nesciunt et illos æternam pœnam manere, qui figmenta fuerint venerati, et eos, qui nec tormenta recusauerunt; vitam perpetuam consecuturos.* Bün.

c) *vt sit voluntas: distringant aciem*] Vulgaris lectio, quam Aldus præiuit, et Rom. nisi quod hic asseratur, non afferatur, vt ille. Suspectus locus, et durum, vt sit voluntas, quamuis coactioni opponas. Lipsienses omnes *destringatur*, et duo ex illis sic, non sit, vt hæc lectio exurgat: *verbis potius, quam verberibus, res agenda est, vt sit voluntas destringatur: aciem ingeniorum suorum, si ratio eorum vera est, asserat*, sic duo: sed lege *asserant*, id est vindicent et tueantur: nisi forte *exserant*. Cell.

d) *vt sit voluntas*] Durum hoc Cellario dicitur, quamuis coactioni opponas; sed tamen Liuius L. 39. citante Gronouio ad Liu. 5. 17. dixit: *si voluntate, non vi acque armis coacti cum Aetolis essent.* Heumannus tollas, inquit, hoc glossemã. Non frustra est, quod fere omnes libri; in his Anglic. Goth. Guelf. Witteb. Reimm. omnesque editi habeant: *vt sit voluntas.* Patres enim necessitatem et voluntatem sæpe ita opponunt. Ipse Lactantius c. 13. 14: *perpetitur, non necessitate, quia licet vitare, si vellent; sed voluntate, quia confidunt Deo.* Huius loci Epit. 54. 2. 3: *Religio-res est præter ceteras voluntaria nec imponi cuiquam ne-*

cessitas potest, vt colas, quod non vult - numquam vltro faciunt, quod necessitate fecerunt - agentes, non voluntatis - sed necessitatis - pœnitentiam. Cyprianus L. 3. ep. 23. ed. Er. non voluntate, sed necessitate. L. 4. ep. 2: *quum necessitate, ille voluntate peccauerit.* ante ibidem: *neque aquandi - ille qui ad sacrificium nefandum statim voluntate profluit, et qui luctatus - diu ad hoc funestum opus necessitate peruenit.* de Vnit. Eccles. ed. Gryph. p. 309: *Hic potest necessitas fuisse; illic voluntas tenetur in scelere.* De Lapsis p. 393: *Nec excusat - necessitas criminis: ubi crimen est voluntatis.* Nostro loco proxime Hieronymus ad Rusticum Monachum epist. extr. f. m. 48: *Vtinam, quod renuntiamus sæculo, VOLUNTAS SIT, non necessitas.* ad Gaudentium f. 99: *amet - vt sit - non necessitas, sed voluntas.* Etiam Lipsf. tert. *vt sit.* in duobus *vt sic*, vitiosum; nam sic et sit sæpe in MSS. confunduntur. Bün.

e) *Destringant aciem ingeniorum*] Editum antea ab omnibus, vt quoque habet Gothanus *distringant.* Quod verbum hic minus quadrat, valet enim *stringere* in diuersas partes, nisi intelligas sensu rariori, vbi valet *ligare, constringere.* Vnde Arnobius L. 6. p. 191. *habitationibus* deos habere *DISTRICTOS* dixit, quos antea *septos, coercitos, inclusos* vocarat. Ita auctor apud Cyprianum de Ieiunio et Tentat. Christi ed. Basil. f. 304: *Ieiunium extraordinarios motus in*
cip-

ingeniorum^f suorum; si ratio eorum vera est, adseratur & parati sumus audire, si doceant. tacentibus certe nihil credimus; sicut ne sc̄uentibus quidem cedimus^h. Imitentur nos, vt rationem rei^{i.k} totius exponant. nos enim non illi-

ci-

cippo claudit et arctat, et adpetitus vagos difringit et ligat. Et ita quidam sumunt locum dubium Ciceronis L. 3. Off. 32: *fraus* difringit, non dissoluit periuurium. vbi conf. Grauium; ita quoque Barthius Statii L. 2. Achill. 422: *difringeret aera gyro*. p. 1761. exponit: *coarctaret, cogeret*. et Gronouius Liuii L. 27. 13: *districtis gladiis*, explicat: *religatis ad vaginam, vt stringi non possent*. Hac ratione *difringant aciem ingeniorum* esset verbis Martiani Capellæ L. 2. ed. Grot. p. 45: *totam mentis aciem coarctent*; siue intendant aciem ingeniorum. Cellarius scribit in Lipsiensibus omnibus legi DESTRINGATUR. Certe non in Lips. secundo. Nam Celeberr. SCHULTZIUS, nunc M. D. et Prof. Hal. olim a me consultus ita inuenit in Lips. 2: *destringat*. Nota autem hæc elementum N lineola transverbefata, vt inutilis significetur h.

m. destringat, i. e. destringat vt vitiose MS. Witteb. *difringat*. At distincte et optime hic Reimm. *Destringant aciem*. Nam dixit ante n. 8: *arment se - congregiantur*; atque vt latinis *difringere aciem, gladium est expedire*; sic Lactantius L. 3. 8. 34: *EXPEDIANT ACVMEN suum*. Sc̄pius vero *difringere* pro *destringere* subornari, eaque verba confundi multis exemplis docuerunt Gisb. Cuperus Obseru. L. 4. c. 5. Drakenburg. ad Silium Ital. L. 17. v. 164. Heinsius et Burmann. ad Quid. 2. Fast. 99. p. 82. Dukerus ad Flor. 2. 2. 17. p. 249. Vorst. et Torrenius ad Valer. Max. 2. c. 9. p. 213. Bün.

f) *ingeniorum*] Ven. 1493. 97. et Parrh. *oculorum*. At MSS. omnes et Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. Ald. reliqui: *ingeniorum*. Bün.

g) *ratio - adseratur*] Ald. Crat. Gymn. Thom. et recentiores *adferatur*. At MSS. Bodl. Mert. Emman. Pal. Goth. Reimm. certe etiam (contra quam Cell. vult) duo Lipsienses, Sublac. Rost. Ven. 1471 - 1510. Paris. *adseratur*. optime. i. e. ratio defendatur. Bün.

h) *sicut ne sc̄uentibus quidem cedimus*] Desiderantur hæc in Rost. et Ven. 1493. 97. sola vltima vox abest a Ven. 1471. Contra Lips. 2. 3. Reimm. Tornæs. MS. Ven. vtraque 1478. Paris. *sicut ne (nec) sc̄uentibus quidem credimus*. Parrh. *sicut sc̄uentibus quidem cedimus*. At Ald. Crat. Gymn. Fafit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. reliqui: *sicut ne sc̄uentibus quidem cedimus*. Ita *cedendum et credendum* confusa in MSS. L. 6. 17. 24. et *cedo et credo*, monente Dauisio in Minuc. Fel. c. 40. p. 205. non *cedimus*, i. e. fortiter sustinemus cruciatu nec fidem prodimus. Ven. 1493. 97. hic corrupti. Pro *lectione cedimus* conf. Epit. 54. 6. Bün.

i) *vt rationem rei totius exponant*] vt MSS. Angl. Goth. Lips. 1. et Roun. Vulgo *aut rationem rei totius exponant*. Cell.

k) *vt rationem*] Iun. Reimm. Ald. Crat. Gymn. Fafit. Gryph. et seqq. *aut rationem*. At Pen. Cauc. Sublac. Rost. Ven. 1471 - 1510. et Paris. *vt rationem*. Bün.

d) qui

cimus, vt ipsi obiectant, sed docemus, probamus, ostendimus. Itaque nemo a nobis retinetur inuitus. inutilis est enim Deo, qui deuotione ac fide caret: et tamen nemo discedit, ipsa veritate retinente. Doceant isti hoc modo, si qua illis fiducia veritatis est; loquantur, hiscant, audeant, inquam, disputare nobiscum aliquid eiusmodi: iam profecto ab aniculis, quas contemnunt, et a pueris nostratibus error illorum ac stultitia irridebitur. Quum enim sint peritissimi, deorumque progeniem, et res gestas, et imperia, et interitus, et sepulcra de libris nouerint, ipsosque ritus, quibus sunt initiati, vel ex rebus gestis hominum, vel ex casibus vel etiam ex moribus natos sciant; incredibilis dementia est, deos putare, quos fuisse mortales, negare non audeant: vel si tam impudentes fuerint, vt negent; suæ illos, ac suorum

l) qui deuotione ac fide caret] Euman. qui fide ac ratione careat. Non mouenda prior lectio n. 25: *Dei cultus deuotionem maximam fidemque desiderat.* c. 22. 17: *vt deuotionem ac fidem corroboret.* Opif. 19. 9: *Si quis fidem suam deuotionemque non prodiderit.* de Mort. Perf. 18. 8: *adimere tibi fidem ac deuotionem nulla vis potuit.* Conf. L. 5. 7. 6. Bün.

m) hiscant] Bon. Tax. dicant. Pen. Pal. Vltr. Iun. Goth. Lipf. tres, Reimm. et ab 1465-1524. et Gymn. discant. Primum Fasitellius iudicio forte Pa. Manutii; tum Gryph. Torn. Betul. Thomas. reliqui: hiscant, optime; discant enim hic ineptum, et dicant minus forte. Betul. ad marg. forte disferant. de verbo hiscere conf. Britannic. et Curio ad Iuuenal. 5. 127: *Si quid tentaueris vnaquam hiscere,* et Abram. ad Cic. 2. Phil. 43. extr. ex Plinii Panegy. *Quis loqui? quis hiscere audebat.* Bün.

n) irridebitur] Pål. Vltr. Cauc. Goth. Lipf. tres, Reimm. et ab 1465-1510. et Paris. videbitur. Bün.

o) interitus] i. e. obitus. imitatur Ciceronem L. 1. N. D. 16. deorum commemorans *orsus, interitus.* Bün.

p) de libris] pro: e libris. not. c. 9. 1. c. 14. 2. c. 22. 2. Bün.

q) uel etiam ex moribus natos] Plerique manu scripti, Angl. et duo Lipf. ac ed. Rom. moribus: Lipf. 1. martibus, vt vulgati. At mortes sub casibus iam notatæ fuerunt: nec incertum, ex moribus eorum, qui dii sunt facti, sacrorum quosdam ritus et rationem emanasse. Cell.

r) ex moribus] Goth. Fasit. Gryph. Betul. Thomas. et seqq. ex mortibus, idque Walchius defendit. Cum Angl. et duobus Lipf. etiam Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Tornæs. 1587-1613. ex moribus. Confirmatur hæc lectio ex L. 1. c. 11. 44: *Iouem ex rebus gestis et ex moribus hominem fuisse deprehendimus etc.* conf. de Ira c. 11. 7. 8. Augustin. Ciu. D. L. 7. c. 18: *unicuique deorum. ex eius ingenio, moribus, actibus, casibus, sacra constituta sunt.* Bün.

s) impudentes] Lipf. 2. Rost. Ven.

rum litteræ coarguant, ipsa deniquè illos sacrorum initia con-
 vincant. Sciunt igitur vel ex hoc ipso^t, quantum interfit
 inter verum et falsum, quando ipsi, quum sint eloquentes,
 persuadere non possunt; imperiti ac rudes possunt; quia res
 ipsa et veritas loquitur. Quid ergo sc̄uiunt? vt stultitiam
 suam dum minuere volunt, augeant. longe diuersa sunt car-
 nificina et pietas; nec potest aut veritas cum vi, aut iustitia
 cum crudelitate coniungi. Sed merito non audent de rebus
 quidquam docere diuinis, ne et a nostris derideantur, et a
 suis^{*} deferantur. Nam fere vulgus^{**}, cui simplex in-
 corruptumque iudicium^{*} est, si mysteria^y illa cognoscat, in
 memoriam mortuorum^{*} constituta, damnabit; aliudque

ve-

1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. *imprudentes*, quod hic aperte prauum; Rectius ergo Reimm. Parrh. Ald. reliqui: *impudentes*. Bün.

t) *Sciunt igitur vel ex hoc ipso*] Illud vel Lips. 2. 3. Reimm. et edd. ab 1465-1524. et Gymn. non habent; At Goth. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thom. et seqq. addunt. optime. Bün.

u) *ne et a nostris - et*] Prius. et addidi ex Angl. Lips. 2. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-72. vtraque 78. 93. 97. et Paris. quod a Parrhasio et seqq. neglectum. Bün.

*) *a suis*] Fasit. Gryphius et pauci sine præpositione, quam habent Bon. Tax. Pen. Pal. Cauc. Iun. Lips. Goth. Reimm. Angl. et plerique editi. Bün.

**) *Nam fere vulgus*] Mert. C. C. C. Emman. Cant. Vltr. Cauc. Iun. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Tornæs. Betul. *Nam forte vulgus*. Non male. Lips. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Thom. Ifæus, reliqui: *Nam fere vulgus*. Egregie hæc illustrantur ex L. 5. 13. 11: *Nam quum videat vulgus - existimans id quod res est*. et c. 22. 18-23. Bün.

x) *incorruptum - iudicium*] Walch. *incorruptum* exponit *haud tantis er-*

roribus et ignorantia tanta corruptum. Immo *incorruptum* hic valet, castum, integrum, unparteyisch; vt in Cicerone *testis incorruptus atque integer, testimonium incorruptum*. Pro Marcello c. 9: *Qui iudicabunt - fortasse incorruptius quam nos*. Nam et sine amore et sine cupiditate, et rursus sine odio et sine inuidia iudicabunt. Bün.

y) *mysteria*] Walchius ironice, inquit, *sacra gentilium vocat mysteria*. Non video hic ironiam; sæpe enim occulta eorum sacra ita vocat, vt L. 1. 15. 25. 26. c. 21. 43. Epit. c. 23. et c. 24. et sæpius. Etiam Origenes L. 1. contra Celsium p. 8. πάντα δὲ τὰ πανταχῆ μυσήρια κατὰ τὴν Ἐλλάδα καὶ τὴν βαίβαρον κρύφια ὄντα εἰ διαβέβληται. Conf. Tertull. L. 1. ad Nat. c. 7. Pfanner. Theol. Gentil. p. 19-21. Bün.

2) *in memoriam mortuorum*] Lips. 2. 3. et ab 1465-1524. Gymn. *in memoria*, et ita in Reimm. *in memoria memoria* (bis) rubricator correxit: *in memoriam*, quod reliquū e. g. Goth. Fasit. Gryph. habent recte. M excidit ob M sequens. Bün.

a) *Hinc*

verius, quod colat, quæret. Hinc *fida silentia sacris*^a instituta^b sunt ab hominibus callidis, ut nesciat^c populus, quid colat. Quum autem nos in eorum doctrinis versemur,²⁰ cur nobis aut non credunt, qui vtrumque nouimus? aut inuident, quia falsis vera prætulimus? sed defendenda sunt, inquit, suscepta publice sacra. O quam honesta^d voluntate^d miser errant. sentiunt enim, nihil esse in rebus humanis religione præstantius, eamque summa vi oportere defendi: sed ut in ipsa religione, sic in defensionis genere falluntur. Defendenda enim religio est, non occidendo, sed moriendo^{e, f}; ²²

non

^a) *Hinc fida silentia sacris*] Hemitichium Virgilii Aeneid. 3. v. 112. Ut autem omnibus sacris, ita in primis Cereris initiis silentium seruabant. Cell.

^b) *instituta sunt*] Rost. Ven. 1471-1510. Paris. *constituta*; male, vix enim adfuit. Melius MSS. Ald. Crat. Gymn. et seqq. *instituta*. Bün.

^c) *ut nesciat*] Lipf. tert. et Reimm. *ne sciat populus*. Bün.

^d) *O quam honesta voluntate*] Vltr. Iun. Cauc. Angl. Lipf. alter, Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Tornæs. Betul. *O quam inhonesta voluntate*. At Goth. Lipf. reliqui, Fasit. Gryph. Thomas. et recentiores rectius: *honestam voluntate*. Ita L. 5. 17. 4: *honestam quidem voluntate iustitiam defendere cupierunt*. Bün.

^e) *non occidendo, sed monendo*] Vulgo *sed moriendo*, atque ita etiam Lipf. tres. At vetus Rom. et Ald. *monendo*, quod congruentius. Neque enim de martyribus, sed persecutoribus agitur, qui superstitiones suas ferro et flammis defendebant. Cell.

^f) *non occidendo, sed moriendo*] Rom. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Tornæs. 1587-1613. Cell. et in textu Walch. *non occidendo*,

sed monendo. Cellario posterius *congruentius* visum; ipse enim Lactantius n. 9: *ratione potius et hortamentis agant*. n. 10. *cohortentur*. Et recte Cicero L. 1. Orat. c. 58. putabam virtutem hominibus instituyendo et persuadendo, non minus ac vi ac metu tradi; nihilominus legendum: *non occidendo*, sed MORIENDO, cui lectioni nullus MSS. a Thomasio, Ifæo, Gallæo, Sparkio et Cantabrig. editore opponitur. et habent MORIENDO Guelferb. Goth. Lipf. tres, Witteb. Reimm. Veneta 1472. vtraque 478. Paris. 1513. Fasit. Gryph. Tornæs. 1548. Betul. Thom. Ifæus, Gall. Spark. et in notis Walchio et Heumanno præplacet. Et sane nihil clarius ex ipsa oppositione et num. 23. et 24. vbi eadem membra repetit eodemque ordine. Nam *sanguine*, i. e. ante occidendo, exde; *tormentis*, ante *causam*; *malis*, ante *scelere*. Pro *moriendo* n. 24. ponit *morte*. *Recta igitur ratio est, ut religionem PATIENTIA*, ut antea, vel MORTE defendas, in qua FIDES etc. Neque aliter n. 25. quadraret exemplum a militia terrestri: *si miles pro duce suo mortem occubuerit*. Conf. c. 13. 2: *emori malunt*. n. 5. *quod usque ad mortem defendatur* et c. 22. 20. Apte Augustinus de Ciuit. D.

Vv

L. 2.

non *sæuitia*, sed *patientia*; non *scelere*, sed *fide*. illa enim malorum sunt, hæc bonorum: et necesse est, bonum in religione versari, non malum. Nam si sanguine, si tormentis, si malo religionem defendere velis; iam non defendetur illa, sed polluetur atque violabitur. nihil est enim tam voluntarium, quam religio: in qua si animus sacrificantis auersus est; iam sublata, iam nulla est. Recta igitur ratio est, vt religionem patientia, vel morte defendas. in qua fides conseruata, et ipsi Deo grata est, et religioni addit auctoritatem. Nam si is, qui in hac terrestri militia regi suo fidem seruat in aliquo egregio facinore, si postea vixerit, acceptior fit et carior; si perierit, summam gloriam consequitur, quod pro duce suo mortem occubuerit: quanto

to

L. 2. c. 29. Christianos Rom. scribit: *aduersus potestates inimicissimas conflixisse* easque fortiter MORIENDO VICISSE. In Rittershusii Commentar. ad Plinii epist. 98. ed. Hakian. p. 787. ex Lactantio; sed MOVENDO prae citari nullus dubito. Bün.

g) *sed patientia*] Reimm. et Torn. MSS. *sed sapientia*. hic perperam; repugnat n. 24: *vt religionem patientia defendam*. Bün.

h) *illa*] scilicet, *occidere, sauitia, scelus*. Bün.

i) *hac*] puta: *MORI, patientia, fides*. Bün.

k) *si malo*] Lipf. 2. 3. Reimm. *si male*. Hic aliorum fere omnium malo, rectum. malo, i.e. scelere, quod est malum et malorum. vid. n. 22. c. 20. 11: *bono - adducendi homines ad bonum - non malo*. Bün.

l) *iam sublata, iam nulla est*] Bonon. *iam supplicatio nulla est*. Bün.

m) *fides conseruata*] Iun. MS. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78 - 1515. Paris. Crat. Gymn. *fides consecrata*. male; MSS. Lipf. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæz. Betul. Thomas. re-

liqui: *fides conseruata*, recte, nam sequitur n. 25: *qui fidem seruat - fides seruanda est*. Bün.

n) *acceptior fit*] Lipf. 2. Reimm. *acceptior fit*. Bün.

o) *mortem occubuerit*] Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. *morte occubuerit*, scilicet ablatiuum, quia hæc phrasis notior, subornarunt. MSS. Lipf. Goth. Reimm. Pal. Cauc. Iun. Angl. Ald. Fasit. Gryph. Tornæz. Betul. Thom. reliqui: *mortem occubuerit*. Recte. Non audiendus Rittershusius, quum in Sac. Lect. L. 1. c. 6. p. 33. ita scribit: *quum lego mortem occubuerit, fere illuc inclino, τὸ mortem irrepisse a glossemate, quum a Lactantio scriptum esset simpliciter OCCUBERIT, aut certe legendum morte occubuerit*. Neque enim, vt OPPE-TERE MORTEM, ita et OCCUMBERE MORTEM latine recte dixeris. Immo vero recte ita latine et sæpe dicitur; vide Pitiscum ad Curt. 4. 15. 24: *Ante oculos sui quisque regis mortem occumbere ducebant egregium*. Gebhardum, Gruterum, Davi-

visi-

to magis imperatori omnium, Deo *p*, fides seruanda est, qui non tantum uiuentibus, sed etiam mortuis præmium potest virtutis *r* exsoluere? Igitur Dei cultus, quoniam militia *r* 26 cælestis est, deuotionem maximam, fidemque desiderat. quomodo enim Deus aut amabit colentem, si ipse non ametur ab eo; aut præstabit *r* precanti, quidquid orauerit, quum ad precandum neque ex animo, neque *r* obseruanter *r* accedat? Isti autem *r*, quum ad sacrificandum ve- 27 niunt, nihil intimum, nihil proprium diis suis offerunt; non integritatem mentis, non reuerentiam, non timorem *r*. Peractis itaque sacrificiis inanibus, omnem religionem in templo, et cum templo, sicut inuenerant *r*, relinquunt; nihil

que visum ad Cic. l. Tusc. 42. fin. qui pro patria mortem non dubitaret occumbere. Ita Torrent. Casaubon. Græuius, Burmannus ex plurimis et optimis MSS. vindicarunt Suetonii Augusto c. 15: quum filius quoque voluntariam occubuisset necem. Conf. Sanctium et Perizon. ad Mineruam L. 4. c. 4. p. 608. Bün.

p) imperatori omnium, Deo] Loquitur cum Cicerone, vid. L. 6. 8. 9-12. conf. 7. 27. 15. Bün.

q) præmium-virtutis] Bon. præmium moris exsoluet. At virtutis hic rectius, nam respicit uiuentes et mortuos. Bün.

r) militia cælestis est] Ita malebat Rittershus. c. l. n. 25. et ita habet codex Bonon. nec aliter Gall. et Spark. ediderunt. Heumannus quoque rectum censet. Laëtantius L. 6. 20. 16: iusti militia est ipsa iustitia. Bün.

s) aut præstabit] Thomafius, Isæus et sequentes ediderunt aut quomodo præstabit. Quia vero nullius MSS. faciunt mentionem; omnes vero scripti, in his Goth. Lipf. 2. Reimm. et per duo sæcula ab 1465-1663. editi, etiam Tornæs. 1548-1613. illud quomodo proscribunt, facile ex prioribus subaudiendum, idem eieci. Mox

pro precanti præue Ven. prima 478. precanti. Tornæs. 1548-1613. peccanti. Bün.

t) neque ex animo, neque] Ven. utraque 1478. Parrh. Paris. nemo neque ex animo, neque, vt c. 17. 18. non - nec - nec notauit; at MSS. et Rost. Ven. 1493. 97. Ald. et alii non habent nemo; subauditur enim precans. Bün.

u) obseruanter] Veneta utraque 1478: obsecranter, noue. Reimm. obsequenter. corrigo ex Lipf. 2. 3: obsequenter, Apuleii aduerbio; at Goth. Lipf. 1. Angl. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Parrh. Paris. et seqq. obseruanser, Macrobbii uocula. Bün.

x) Isti autem] Bon. Isti enim. At omnes reliqui autem. Bün.

y) non reuerentiam, non timorem] Sic elegantius omnes, quam Goth. non reuerentiam, in timore. Bün.

z) sicut inuenerant] Duo Lipf. ita: primus autem et Rom. uenerant. Cell.

a) inuenerant] Goth. Reimm. Ven. 1472. utraque 78. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. et seqq. inuenerant. Ven. 1471. Rost. Ven. 493. 97. Parrh. Iunt. uenerant. Bün.

- 28 que secum ex ea neque adferunt, neque referunt. Inde est, quod^b eiusmodi religiones neque bonos facere possunt; neque firmæ atque immutabiles esse^{c. d.} Traducuntur itaque ab his homines facile, quia nihil ibi ad vitam, nihil ad
- 29 sapientiam, nihil ad fidem discitur. Quæ est enim superstitione illorum deorum? quæ vis? quæ disciplina? quæ origo? quæ ratio? quod fundamentum? quæ substantia? quo tendit? aut quid pollicetur, ut ab homine possit fideliter seruari fortiterque defendi? in qua nihil aliud video, quam ritum ad
- 30 solos digitos, pertinentem. Nostra vero religio eo firma^f est, et solida, et immutabilis, quia iustitiam docet, quia nobiscum semper est, quia tota in animo colentis est, quia mentem ipsam pro sacrificio habet; illic nihil exigitur aliud, quam sanguis pecudum, et fumus, et inepra libatio: hic, bona mens, purum pectus, innocens vita; illuc veniunt sine delictu adulteræ impudicæ, lenæ procaces^g, obscenæ meretrices;

b) *Inde est, quod*] Eleganter. vid. L. 2. 16. 11. ita quoque Minuc. c. 28. 8. et alii. Bün.

c) *neque firma atque immutabiles esse*] MSS. Angl. et duo Lips. ac ed. Rom. sic referunt: primus Lips. *neque firmos atque immortales esse*. Sed præstat prior lectio, quia mox sect. 30. opponitur nostra religio tamquam *immutabilis*. Cell.

d) *neque firma atque immutabiles esse*] Praue Goth. *neque firmos atque immutabiles traducuntur. itaque ab alijs homines facile auertentur*. Paullo quam Lips. i. rectius Cauc. Iun. *neque firmos aut immutabiles. Traducuntur*. Fasit. Gryph. Tornæz. Betul. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Walch. *neque firmos atque immutabiles esse*; quæ Walchius defendit; sc. quod falsa religio non facere possit *firmos atque immutabiles*, quod quidem et ipsum verum. Ven. 1493. 97: *neque firma ad immutabiles esse*. Ven. prima 1478: *neque firma atque immutabiles eam*. Bonon. (teste Ilico) Pen. Parth. Iunt. Ald.

Crat. Gymn. Iſcus: *neque firma ac immutabiles esse*. Bonon. (teste Thomasio) Lips. duo, Reimm. Emman. Cant. siue Sublac. Rost. Rom. Ven. 1471. 72. altera 78. Paris. 1513: *neque firma atque immutabiles esse*; *puta religiones*. et hanc lectionem omnino rectiorem esse arbitror ex clara oppositione n. 30: Nostra vero religio eo FIRMA est et solida et IMMUTABILIS. Bün.

e) *quam ritum ad solos digitos pertinentem*] externam religionem, externas cerimonias, quæ non animo, sed digitis peraguntur, sicut magna pars eius in ture *tribus digitis* in focum iaciendo. Supra c. 18. sect. 11. Cell.

f) *eo firma*] Lips. 2. Reimm. *ea firma*. Bün.

g) *lena procaces*] Lenas, quæ n. 31: *multos bonis exuunt, docte vocat procacas*, nam a *procurando* i. e. *poscendo procacitas* nominata est ex Cic. 4. de Republ. teste Nonio: *Festus: Procari poscere est, unde et proci et procaces meretrices ab assidue poscendo*. Bün.

b) nisi

ces; veniunt gladiatores, latrones, fures, venefici, et precantur nihil aliud, quam vt scelera impune committant. Quid enim latro sacrificans, aut gladiator roget, nisi vt occidant ^b? quid venenarius ^{i. k}, nisi vt fallat? quid meretrix, nisi vt plurimum peccet ^l? quid adultera, nisi vt mortem viri optet ^{m. n}, aut vt sua impudicitia celetur? quid le-

na,

h) nisi vt occidant] Rost. Ven. 1472. 93. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Isæus occidat, quod præfert Heumannus, quia præcedit roget. Angl. Cauc. Iun. Goth. Lips. Reimm. vtraque Ven. 1478. Fasit. Gryph. Tornæ. Betul. Thomas. et reliqui: *nisi vt occidant.* Bün.

i) quid venenarius, nisi vt fallat] Sic plures libri, etiam Lipsienses nostri: vt fallat fit, latenter agat, machinationes suas occultet. Angl. autem MSS. et ed. Rom. *fœnerarius*, qua forma et Iul. Firmicus vsus est lib. 3. cap. 8. sect. 12. nisi leuius crimen videtur fœneratio, quam cetera, quæ Lactantius recensere instituerat. Cell.

k) quid venenarius] Emm. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. *quid fœnerarius* (aut fœnerarius) et sic Torn. et Betul. in margine; rectumque hic censet Heumannus, qui in II. Append. ad Symposium p. 249. *vix dubitandum ducebat*, Lactantium scripsisse: NV-MVLARIVS, adeo facile coniecturæ calidam spem destituunt. Rectissima vox omnium est *venenarius*, vt habent cum tribus Lips. etiam Gothan. Reimm. Parrh. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Isæus, Gall. Sparkius; qui nihil ex MSS. obmouent; vt enim reliquos male precantes ex n. 30. in nostro n. 31. repetiit, ita VENENARIUS ponitur pro *venefico* n. 30. et quisnam magis fallit, quam veneficus, venenarius? hinc loco ge-

mino L. 5. 9. 15: *Si palam grasari non licuit, venena clam temperent; qui uxores necent, vt dotes earum lucrentur, aut maritos, vt adulteris nubant. qui calum ipsum veneficii adpetant.* conf. Laët. 6. 2. 10. Petron. Satyr. c. 39. *In Scorpione venenarii et percussores nascuntur.* Doctæ Munker. auctori apud Cyprianum de Aleatoribus, *sciens quoniam foris maleficus et venenarius, pro prauo venenarius restituit, et illustrauit ad Hygin. fab. 75. p. 127. add. Duker. de Latin. Vet. ICT. p. 426.* Bün.

l) meretrix - peccet] scortetur per synecdochen. Iterum L. 6. 23, 30: *Nulla adultera, qua non hanc causam vitiiis suis præcedat, iniuriam se peccando non facere, sed referre,* et n. 27. plura Buchner. de Commut. Rat. dicendi c. 5. p. 84. Bün.

m) nisi vt mortem viri optet] MS. Cantabr. et ed. Betul. ita ferunt, et Lips. i. etiam, *nisi vt mortem viri*, omisso tamen verbo *optet*. Ceteri, *nisi aut mortem viri, aut vt sua impudicitia celetur.* Lactantius autem hac distributione semper post *nisi* vt posuit, quod cum proprio verbo componatur, nec propter casum *celetur* heic commune potest esse. Cell.

n) nisi vt mortem viri optet] Goth. *nisi aut mortem viri, aut sua impudicitia celetur.* Lips. duo, Fasit. Gryph. Thomas. et seqq. *nisi aut mortem viri, aut vt sua impudicitia celetur.* Reimm. *nisi vt mortem viri, aut vt sua impudicitia celetur.* Subl. Rost. Ven.

na o. p., nisi vt multos bonis exuat ? quid fur, nisi vt plura
 32 compilet r. s? Hic t vero etiam leui communique peccato
 locus est nullus, et si quis ad sacrificium non integra consciencia
 venerit, audit, quæ illi Deus comminetur *, ille qui late-
 bras cordis videt, qui peccatis semper infestus est, qui exigit
 iustitiam, qui fidem poscit. quis hic malæ menti, aut malæ pre-
 33 ci locus est? At illi infelices, nec ex sceleribus suis intelli-
 gunt, quam malum sit, quod colunt; quandoquidem flagitiis
 omnibus inquinati * veniunt ad precandum: et se pie sacri-
 ficasse y opinantur, si cutem lauerint *, tamquam libidines
 in-

1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh.
 Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Torn.
 Betul. nisi vt mortem viri optet, aut
 vt sua impudicitia celetur. Heu-
 mannus tentat: nisi vt moriatur
 vir, aut vt sua impudicitia celetur.
 Pronum cum prioribus subintelli-
 gere: Quid adultera ROGET, nisi
 aut mortem viri aut vt - celetur. Alias
 mortem optare probe dicitur. Virg.
 2. Aen. 655. mortemque miserrimus
 opto. Laet. 7. 16. 12. optabitur mors.
 De aliis Cicero r. N. D. 44. quid opta-
 mus a aiis immortalibus. Ad rem
 pertinet L. 5. 9. 15. aut maritos (ne-
 cent), vt adulteris nubant. Büñ.

e) quid lena] Sic plures libri. Lips.
 tamen i. leno virili genere: et Goth.
 leno vellena. Cell.

p) Quid lena] Sic. Reimm. et edi-
 ti recte: respicit enim n. 30. lena
 procaces. Büñ.

q) multos bonis exuat] Reimm.
 multos bonos exuat. praue. Laet. 6.
 12. 32. patrimonio exui. Arnob. 1.
 p. 14. exuitis nos bonis. Sulpic. Seuer.
 1. Hist. 13. 7. Iob per diabolum exutus
 bonis. Etiam Tertull. de Pudicitia
 c. 9. exui bonis. Büñ.

r) nisi vt plura compilet] Emman.
 plura bona, quod glossema videtur.
 Cell.

s) plura compilet] Subl. Rost. Ven.

1471. - 1510. Paris Iunt. pl. rapiat, quod
 probat Heumannus, quia altera phra-
 sis compilare plura, ne satis quidem la-
 tina ei dicitur; mihi vero rapiat, vt
 notius, videtur glossatoris, etli ele-
 gantis, esse. Nam. MSS. Lips. Goth.
 Reimm. Pal. Vltr. Cauç. Iun. et Ald.
 Crat. Gymn. Betul. Thomas. Ifæus et
 seqq. plura compilet. Emm. plura bona
 compilet. Certe Apuleius, quem sæpe
 exprimit, dixit in Apolog. p. 334. com-
 pilare bona. Singulares eodd. Torn.
 1587 - 1613. vt multa compilet. Subau-
 diendum: plura templa, fana, bona
 et similia. Compilare non significat
 stehlen; sed befehlen, Cic. 1. Nat. D.
 31: Tot millia latrocinantur - Alii
 omnia, que possunt, fana compilant.
 Hinc Laet. 2. 4. 27: Omnem Siciliam
 compilauit, sublatis - ornamentis famo-
 rum. Büñ.

t) Hic] sc. apud Christianos. Büñ.

u) comminetur] Lips. 2. 3. Reimm.
 Torn. 1587 - 1613. comminatur. Büñ.

x) flagitiis - inquinati] Emman. vi-
 tiis. At illud rectum. L. 6. 1. 5: omnibus
 flagitiis ac sceleribus inquinati. Büñ.

y) sacrificasse] Vltr. Cauç. Iun.
 Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78-
 1515. Paris. Iunt. Crat. Ald. sacrificare.
 Goth. Lips. Fasit. Gryph. reliqui: sa-
 crificasse. Büñ.

z) si cutem lauerint] quia eos su-
 per-

intra pectus inclusas vlli amnes abluant ^a, aut vlla maria purificent. Quanto fatius est ^b, mentem potius eluere ^c, quæ 34 malis cupiditatibus sordidatur ^d; et vno virtutis ac fidei lauacro vniuersa vitia depellere. Quod qui fecerit, quamlibet ^e inquinatum ac sordidum corpus gerat, satis purus est.

XX. Ipsi autem ^a, quia nesciunt vel quid vel quomodo ^b fit colendum, cæci et imprudentes ^c in contrarium cadunt. Adorant itaque hostes suos, latrones et interfectores suos victimis placant; et animas suas, cum ture ipso cremandas ^d, aris detestabilibus imponunt. Irascuntur etiam miseri, quod non similes aliis pereant ^e, incredibili mentium cæcitate. quid enim videant, qui solem non vident? quasi vero si dii essent, indigerent hominum auxilio, aduersus contemtores suos. quid ergo nobis irascuntur, si illi nihil possunt? nisi, quod ipsi deos suos

perfitio tenuit, quouis crimine admisso, culpam aboleri, si aqua pura abluantur. Plato in Cratylo p. 55. tradit: *λατρεῖα καθαρόν παρέχειν τὸν ἀνθρώπον καὶ κατὰ τὸ σῶμα καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν.* Cell.

a) vlli amnes abluant] vt ex cap. 20. n. 3. patet, etiam hic respexit ad Cic. 2. Leg. 10: *Caste iubet lex adire ad deos, animo videlicet, in quo sunt omnia: nec tollit castimoniam corporis* -- nam illud vel adspersione aqua tollitur: *animi labes nec diurnitate vaneſcere, nec annibus vllis elui potest.* Ex Lactantio patet in Cicerone annibus legendum, non manibus, vt volebat Turnebus ad Cic. locum f. 145. qui ibidem plura de ritu abluendi, et Taubm. ad Virg. 2. Aen. 720. et Seruius ad L. 4. Aen. 635. Bün.

b) Quanto fatius] Emm. Quanto sanctius. Repugnant reliqui omnes. conf. L. 6. 4. 14. et L. 6. 24. 21. Bün.

c) mentem potius eluere] iam præceserat comparatiuus fatius; nihilominus omnes comparatiuum potius hic repetunt. conf. not. L. 3. 28.

15. et Vechner. et Heusing. ad Hellenol. p. 166-168. Bün.

d) sordidatur] Ira 23. 28. Bün.

e) quamlibet] Lipf. 2. quantumlibet. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 1510. quodlibet. Ven. 93. 97. quemlibet, nam Lipf. 1. 3. Goth. Reimm. Ald. et reliqui: quamlibet. recte. vid. not. 1. 3. 14. (2) p. 19. Bün.

a) Ipsi autem] Cauc: Iun. Lipf. 2. Reimm. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. et Torn. 1587. 1613. Ipsi autem. bene. Lipf. duo, Goth. Fasit. Gryph. reliqui: Ipsi autem. Bün.

b) quid vel quomodo] Lipf. 2. Reimm. Torn. margo 1587-1613. vel quid, vbi, quomodo Bün.

c) imprudentes Reimm. improvidentes Bün.

d) animas-cremandas] c. 19. 1. not. Bün.

e) similes aliis pereant] Ita recepi ex Reimm. codice; vbi Goth. media voce omiſſa: *similes pereant.* Reliqui: *similes alii pereant.* Heumannus non dubitat Lactantium scripſiſſe: *simul et alii pereant.* Bün.

suos destruunt; de quorum potestate diffidunt *f. s.*, magis irreligiosi, quam qui omnino non colunt. Cicero in suis legibus *b.*, quum castè ad sacrificia præciperet accedere, *Pietatem*, inquit, *adhibento, opes i amouento. qui secus faxit, Deus ipse vindex erit k.* Recte hoc quidem. neque enim fas est de sperare de Deo, quem ideo colas, quia potentem putes. nam quomodo vindicare iniuriam colentis se potest, si suam non potest? Liber igitur ex iis *l* quærere, cui potissimum præstare se putent *m*? cogendo inuitos ad sacrificium; ipsisne *n.*, quos cogunt *o*? at non est beneficium, quod ingeritur recusanti. sed consulendum est *p* etiam nolentibus; quando quid sit bonum, nesciunt. cur ergo tam crudeliter vexant, cruciant, debilitant, si saluos volunt? aut vnde pietas tam impia, vt eos mi-

f) de quorum potestate] Sic veteres libri, scripti, impressi. Vulgati recentiores, *quorum potestati.* Cell.

g) de quorum potestate] Ita Vltr. Iun. Reimm. et ab 1465-1524. editi, Gymn. Torn. 1587-1613. vbi reliqui Fasit. duce: *quorum potestati diff.* Bün.

h) Cicero in suis legibus] Lib. 2. de Legib. cap. 8. Cell.

i) opes amouento] Edd. vett. ab 1465-1524. Gymn. in singulari: *adhibeto-amouato.* prauè. vbi scripti, Fasit. Gryph. reliqui rectè *adhibento, opes amouento* cum Cicerone. Heumannus insurgit contra omnes Criticos omnesque Ciceronis et Lactantii editores, et operose nititur probare legendum esse: *Opus amouento*, i. e. a labore abstinento; sed nihil agit vir ingeniosus, omnemque hic perdit operam, quod spero ipse facile agnoscet, si vel obiter legat eiusdem Ciceronis L. 2. Leg. c. 10. vbi hæc verba explicantur: *Quod autem pietatem adhiberi, opes amoueri iubet, significat probitatem gratam esse Deo:* NB. Sumtum esse remouendum-cur

paupertatem sumtu ad sacra addito deorum aditu arceamus? Salua ergo lectio: *opes amouento*, lege in gratiam pauperum data. Bün.

k) Deus ipse vindex erit] Goth. *Deus erit. vltr.* glosa; æque ac Lipf. 2.3. *Deus ipse vindicauerit.* Bün.

l) ex iis] Scribo ex MSS. *ex iis.* Bün.

m) prestare se putent] Lipf. 2. *prestare supputent.* Bün.

n) ipsisne.] Sic MSS. Lipf. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. reliqui recentiores, vbi Rost. *isne.* Ven. vtraque 1478-1515. Ald. Paris. Crat. Gymn. *isne.* Bün.

o) quos cogunt etc.] Epit. 53. 6-11. Tertull. ad Scapul. c. 2: *Nec religionis est cogere religionem, que sponta suscipi debeat, non vi; quum et hostia ab animo libenti exposculentur. Ita est nos compuleritis ad sacrificandum, nihil prestabitis diis vestris; ab iniustis enim sacrificia non desiderabunt, nisi contentiosi sunt, contentiosus autem Deus non est.* Bün.

p) Sed consulendum est] Elegans occupatio, vt n. 11. *At enim* Bün.

g) in-

miseris modis aut perdant, aut inutiles faciant 4, quibus velint esse consultum? An vero diis præstant? at non est sacrificium, quod exprimitur inuito. nisi enim sponte atque ex animo fiat, execratio est; quum homines proscrizione, iniuriis, carcere, tormentis adacti faciunt 5. Si dii sunt isti, qui sic coluntur, vel propter hoc solum colendi non sunt, quod sic coluntur; digni scilicet detestatione hominum, quibus cum lacrymis, cum gemitu, cum sanguine de membris omnibus fluente libatur. At nos contra, non expetimus, ut deum nostrum, qui est omnium 6, velint, nolint

9) *inutiles faciant*] *Quid si, inquit Heumannus, mutilos, legamus. Memini etiam in Curtii quodam loco inutiles a Criticis mutatum esse in mutilos; ego in scriptis et editis omnibus hic inueni inutiles; nec inuito; inutilem facere valet, ut paullo ante, debilitare, truncare, mutilare. Glossæ antiquæ: ἀχρηστοποιῶ, debilito, f. 407. Eo adluit Lact. 6. 11. 18. *Largire debilibus, claudis inutiles sunt hominibus, sed utiles Deo.* et n. 28. *egentes atque inutiles alere.* Glossæ Latino Gr. *debilis ἀχρηστος.* Seneca ep. 101: *Tu me debiles licet, dum spiritus in corpore fracto et inutili maneat.* Vnde nec Curtium L. 9. 1. 25. scribentem: *Si quos insignes, aut aliqua membrorum parte inutiles notauerunt, nocari iubent, puto sollicitandum.* Quantum mihi colligere licet ex Nouis Relation. de Reb. Doct. Anni 1722. n. 90. p. 876. P. de Vitry in sua gallica Disf. Critica de voce Lat. *inutilis*, inserta memoriis Triuolt. 1721. Sept. (4) rariorem hunc significatum *inutilis* pro *mutilus* non obseruauit in Interprete Latino Antiquo, obuium tamen 2 Maccab. 7. 5. ubi gr. ἀχρηστον δ' αὐτῶν τοῖς ὀλοῖς γεγόμενον, egregie vertit: *quum iam per omnia inutilis factus esset.* eadem vi Castello:*

ita prorsus mutilatum. Luth. *gerstämpe pest.* Ab effectu, immo defectu dicti sunt inutiles. Scite Plinius L. 7. c. 28. de Sergio: *Secundo stipendio dexteram manum perdidit: stipendius duobus ter et vicies vulneratus est: ob id neutra manu, neutro pede satis utilis - plurimis postea stipendiis debilis miles.* Bün.

7) *tormentis adacti faciunt*] sacrificant. Vetus verbum *facere* hoc sensu. Varro LL. lib. 5. c. 4. *praetor, piaculari hostia facta, piatur.* Et Virgilius eclog. 3. v. 77:

Cum faciam vitula pro frugibus. Cell.

8) *qui est omnium*] Iun. Cantab. i. c. Subl. Rost. Ven. 1471-515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Torn. 1548-1613. If. Gall. Spark. *qui est omnium creator.* Gallæus putat addendum *creator, ut perfecta sit oratio*; possem dicere, Lactantium, ut sæpe alibi, hic exprimere Herm. Trismegisti ad Asclepium Adlocuta apud Apuleium p. 77. *ipse est creator omnium; sed commode potest ex antecedentibus subaudiri: qui est omnium Deus.* Non enim legitur *creator* in Sparkii quinque MSS. Lipf. Goth. Reimm. et Fasit. Gryph. Betul. Thomasio; nec alibi vniquam Lactantius vocabulo CREATOR vsus est. Bün.

lint * , colat aliquis inuitus: nec, si non coluerit, irascimur. confidimus enim maiestati eius, qui tam contemptum sui possit vlcisci, quam etiam * y seruorum suorum labores * et iniurias a . Et ideo quum tam nefanda perpetimur, ne verbo quidem reluctamur b , sed Deo remittimus vltionem c , non, vt ii faciunt, qui defensores se esse deorum suorum videri volunt

t) qui est omnium, velit, nolit] Quidam addunt: qui est omnium creator; quod abest a Lipsiensibus: eorumque primus velit, nolit, singulariter: vulgo velint, nolint. Ad prius, qui est omnium, repete ex superiori Deo, vt Deo noster, etiam omnium esse Deo significetur. Cell.

u) velint, nolint] Pluralem recepi ex Cauc. Lips. 2. 3. Goth. Emm. Reimm. Ven. 1472. vtraque 78. Paris. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et seqq. At in Bonon. Subl. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. velit, nolit. Ad rem Tertull. Apol. 23. bene est, quod omnium Deus est, cuius, velimus, aut nolimus, omnes sumus. Bün.

x) quam etiam seruorum] Ex Lips. etiam insertum. Cell.

y) quam etiam seruorum] Male, inquit Heumannus, Cellarius hoc etiam inseruit, quod monachum magis sapit quam Lactantium. Ego vero in Goth. Reimm. Emman. quam etiam inueniri addo et confirmo tamquam Lactantio stilo conforme, ita, vbi nihil obmouere potest Heumannus, legitur de Ira: 13. 25: omnia propter hominem proposita, tam bona, quam etiam mala. de Mort. Perf. 48. 2: tam ego Constantinus Augustus, quam etiam ego Licinius Augustus. Apuleius L. 8. Metam. p. 209: Cerneres non tam hercules memorandum, quam miserandum etiam spectaculum. Boethius L. 5. Prof. 5: quibus tam rationandi, quam imaginandi etiam ser-

tiendique vis inest. Hæc et similia scriptores de Particulis neglexerunt; eo factum, vt sciti, ad L. 4. 1. 1. et pariter et, sic h. l. illud etiam suspectum V. C. fecerit. Bün.

z) labores, i. e. xrumnas, vexationes, vt L. 6. 4. 11: a Deo pro laboribus, quos in vita propter iustitiam pertulit, immortalitate donabitur. c. 9. 18: virtutes-homini calamitates adferunt et labores-quibus labores et cruciatu et miseria anteponat. conf. 7. 5. 9. et sæpius. Cæsar. L. 3. Ciu. 53. 4. quum laboris sui periculique testimonium adferre vellent. Ouid. 1. Pont. 4. 8: Anxietas animi continuusque labor. Bün.

a) iniurias] sensu passiuo, nostro in hac voce, æque vt aliis, frequenti. L. 1. 10. 5. dolore iniuria. L. 1. 21. 34. iniuriam suam maledictis vltus est. Epit. 23. 9. c. 53. 2. de Mort. Perf. 23. 7. conf. Gell. Noct. Att. 9. c. 12. Bün.

b) ne verbo quidem reluctamur] Epit. 53. 4. Contra calumnias, quæ conspirarent Christiani contra imperatores, hæc faciunt. vid. Kortholt. Pag. Obtrecht. L. 3. c. 6. Bün.

c) sed Deo remittimus] Lips. sed Deo mittimus. Reimm. sed deremittimus. prauè. Remittimus, i. e. reseruamus. L. 6. 8. 11: vltionem suam non sibi adsumat, sed iudicio Dei reseruet. conf. Tertullian. ad Scapul. c. 2. Apolog. c. 1. et L. 1. ad Nation. c. 1. et Cyprian. ad Demetrianum ed. Bas. f. 102. Bün.

d) qui

lunt ^d, et sæuiunt efferate ^e aduersus non colentes. Ex quo intelligi datur ^f, quam non sit bonum, deos colere; quoniam bono potius adducendi homines ad bonum fuerant, non malo ^g: sed quia illud malum est, etiam officium eius bono caret ^h. At enim ⁱ puniendi sunt, qui destruunt religiones. Num peius ^k nos destruimus, quam natio Aegyptiorum, qui turpissimas bestiarum ac pecudum figuras ^l colunt, quædam etiam

^d) qui defensores se esse deorum suorum videri volunt] Bonon. Thomas. Gall. Spark. Cantabr. ed. qui defens. deorum suorum videri volunt. satis bene. Cell. qui def. esse d. suor. vid. vol. Angl. qui se defensores esse deorum suorum videri volunt. Lips. 2. 3. Torn. 1587-1613: qui defensores se deorum suorum esse videri volunt. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. 1548. Betul. Ihsus: qui defensores se esse deorum suorum videri volunt. Vides fere omnes se esse videri volunt legere, et gratus hic nostro archaismus, vt c. 12. 1: iustos se esse, sament ac prudentes videri volunt. Aliquando esse, seruato tamen se, omittitur. conf. L. 2. 14. 8. L. 6. 12. 12. et de Mort. Perf. 14. 3. Bün.

^e) efferate] Sic omnes. De hac vocula nondum ex antiquioribus obseruata, nihil in Lexicis; Krebsii disertatione, Walchii diatribæ. Eandem quoque indicauit Falsteri Suppl. L. L. p. 107. Bün.

^f) intelligi datur] Hæc formula apud scriptores sacros frequentissima, e. g. Cyprian. Expos. Symb. Apost. n. 3. quantum intelligi datur. Augustin. Ciu. D. L. 7. c. 19. Omitto Hieronymum, et ex profanis Ammianum Marcellinum, alios. Bün.

^g) bono potius - non malo.] Ita omnes: non pro - quam, vt L. 1. 11. 17. illa potius ficta - non illa. Augustin.

Ciu. D. L. 1. c. 10: vt Christum potius diligere discerent - non aurum et argentum. Ita Lact. 1. 1. 16. quem potius adpelle - nisi, vbi frustra QVAM pro nisi Heumannus corrigit. Bün.

^h) Sed quia illud malum est, - bono caret.] Glossema, inquit Heumannus, quod dictionis sue diuersitate a Lactantiana velut forex se prodit. Deprehenduntur ista omnia in omnibus scriptis editisque libris. Senius hic mihi videtur: quia illud, sc. deos colere malum est; etiam officium eius cultus, quo aliis volunt consulere. n. 6. bono caret. conf. Epit. 53. 7. 8. de hoc officio L. 5. 2. 5. 6-13. Bün.

ⁱ) At enim - destruunt religiones] Hic numerus 12. debebat in Cell. editione incipere; tanquam obiectio per occupationem, cui has voculas inseruire docent exempla a me indicata ad L. 1. 4. 2. (a) p. 23. De Atheismi crimine inde Christianis obiecto Kortholt. Pag. Obrect. L. 2. c. 10. Bün.

^k) Num peius] Bon. Num potius. male. Anaphora elegans: Num peius repetita ter in sequentibus n. 12-14. Bün.

^l) turpissimas bestiarum ac pecudum figuras] Mneuin, Apin, Anubin, et alia monstra: quippe belluas propter vitiatam consecrauerunt, velut ibes, feles, crocodilos, ichneumonas. Cic. Nat. Deor. Lib. 1. cap.

- eriam pudenda dictu tamquam deos adorant? num peius quam iidem ipsi, qui, quum deos colere se dicant, tamen eos publice turpiterque derident, de quibus etiam mimos ¹³ agi cum risu et voluptate patiuntur. Qualis hæc religio, aut quanta maiestas putanda est, quæ adoratur in templis, illuditur in theatris? et qui hæc fecerint, non pœnas violati numinis pendunt, sed honorati etiam, laudatique discedunt.
- ¹⁴ Num peius nos destruimus, quam quidam philosophi, qui omnino nullos deos esse aiunt, sed omnia sua sponte nata, omnia fortuito fieri, quæ geruntur? num peius quam Epicurei, qui esse quidem deos, sed curare quidquam negant; neque irasci eos, neque gratia commoueri? Quibus

cap. 36. De cane Iuuenalis Satyr. 15. v. 8:

- - - illic, in Aegypto,

Oppida tota canem venerantur.

m) mimos agi] Cant. i. e. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Gymn. Tornæs. per mimos agi. perperam. Emman. Goth. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Betul. Thomas. et seqq. *mimos agi.* rectissime. Mimi hic non sunt ipsi actores, sed fabulæ; et nota phrasis: *mimos agere*, restituta quoque a me in Epit. c. 55. De re ipsa Augustinus de Civit. D. L. 4. c. 26. *In ludis scenicis - numinum crimina frequentantur.* Bün.

n) quanta maiestas putanda] not. I. 20. 5. Bün.

o) quam-philosophi] Tertull. Apol. c. 46: *Deos vestros palam destruunt philosophi.* Bün.

p) qui omnino nullos deos esse aiunt] vt Diagoras Melius, et Theodorus Cyrenaicus. Vide Lib. 1. cap. 2. sect. 2. Cell.

q) sponte nata] Ita MSS. Lipf. Goth. Reimm. Emman. et Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. et seqq. vbi editi ab 1465-1524.

Gymn. vt Heumann. vult: *sponse esse nata.* Bün.

r) omnia fortuito fieri] Sic Lipf. et Rom. et Betul. Cicero Philipp. 10. cap. 2: *verbum excidit fortuito.* Et Offic. 1. c. 29: *ne quid temere ac fortuito agamus.* At MS. Goth. Lactantii fortuito. Cell.

s) fortuito] Goth. quidem et Reimm. cum Thomasio, Thyf. Gall. fortuito; at Anglic. et editi ab 1465. 1566. et porro Tornæs. 1587-1613. If. Spark. fortuito, vbi nostrum amare dixi ad L. 1. 2. 1. (b) p. 13. et L. 7. 9. 6. Ita quoque habent vetustissimæ membranæ meæ in Sulpicii Seu. Vita Martini c. 9: *nam quum fortuito*, vbi editi: *fortuito.* Etiam Plautus Aulul. Act. 2. 1. 41: *fortuito feceris.* Plura Siluius ad Cic. pro Sulla c. 4. Suffr. Petr. et Græuius ad Cic. 1. Off. c. 29. p. 107. Muncker. ad Hygin. Poetic. Astron. XX. p. 393. Bün.

t) neque irasci eos, neque gratia commoueri] sc. aiunt, dicunt, adfirmant. Præcesit enim negans. Ita more veterum hoc verbum est diuidendum; vti quoque ante tria quatuorue verba: *qui esse quidem deos, sc. aiunt.* Bün.

u) no-

bus dictis vtique persuadent, colendos omnino non esse. si-
quidem nec colentes respiciunt*, neque non colentibus ira-
scuntur. Præterea quum contra metus* disserunt, nihil
aliud efficere conantur, quam vt nemo deos timeat. Et hæc
tamen ab hominibus et audiuntur libenter, et disseruntur
impune.

XXI. Non-ergo ideo aduersus nos insanunt, quia dii
non coluntur a nobis; a multis enim non coluntur^{a. b.}: sed,
quia veritas penes nos est, quæ, (vt est verissime dictum)
odium parit. Quid igitur existimabimus, nisi nescire illos,
quid patiantur^{c?} pergitur enim cæco et irrationabili furo-
re^{d. e.}; quem nos videmus, illi nesciunt. Non enim ipsi
ho-

u) *neque respiciunt*] paullo ante
non curant; vt Epit. 55. 3: *deos nihil
curare, nec humana respicere.* Sæpe
respicere valet *fauere*. Hoc sensu
Deus sæpe, maxime apud Poetas,
dicitur *respicere*. vid. Mort. Perf. 52. 2.
conf. Emmenes. ad Virg. 1. Ecl. 30.
Bün.

x) *contra metus*] Nihil plurali fre-
quentius in Cicerone, Seneca, aliis,
ipso Lactantio. L. 6. 17. 9. auferen-
di sunt *metus*, vbi plura. Bün.

y) *ab hominibus*] Reimm. Torn.
1587-1613. Walch. *ab omnibus*. Sa-
tis recte. Nisi forte aliqua acrimo-
nia in longe plurimorum: *ab homi-
nibus* inesse videtur. Bün.

a) *a multis enim non coluntur*]
MSS. Angl. Goth. et Lipf. l. cum ed.
Rom. hæc addunt. Cell.

b) *a multis enim non coluntur*]
Habentur hæc quoque in Reimm. et
omnibus ante Thomafium editis;
nec (quod Heumannus putat,) typo-
graphi culpa in editione Thomafii
omissa; sed expuncta a Thomafio,
quippe, teste Ifæo, aliena a Bononi-
ensi et Taxaquetii MSS. Bün.

c) *nescire illos, quid patiantur*]

paullo post n. 3. ita effert: *nescios insti-
gari in furorom.* Vltr. Iun. *nescire illos,
qui patiuntur*, cum Ven. 1471. vtra-
que 78-1515. Crat. Gymn. Bün.

d) *pergitur enim cæco et irrationa-
bili furore*] Sic tres Lipf. Goth. Em-
man. et ed. Rom. ac Ald. Alii, *per-
citi enim perforantur.* Cell.

e) *Pergitur enim cæco et irrationa-
bili furore*] Ita Vltr. Iun. Reimm.
et Torn. MSS. Ven. 1493. 97. Parrh.
Ald. Crat. Gymn. sed Sublac. Rost.
Ven. 1471. vtraque 78. Paris. *Pergi-
tur ergo cæco.* Ven. 1472. *Perditur.*
Primus Fasitel. *Perciti enim perse-
runtur*, quem Gryph. Torn. Betul.
Thomas. If. Gall. Spark. secuti, ne-
que vllus editorum, qua auctoritate
ita scribatur, commemorat. Forte
legendum cum Heumanno: *Perciti-
feruntur*, aut: *Perciti enim effe-
runtur-furore*, vt L. 1. 21. 17: *effe-
runtur, insanunt.* L. 4. 27. 12: *in-
stinctum demonis percitus dementis*,
effertur, *insanit.* vbi eadem vox cor-
rupta. L. 1. 9. 10: *percitus furore at-
que insanis.* Ita L. 6. 18. 22: *cæco et
irrationabili furore* ducuntur. Bün.

f) ho-

homines^f persequuntur, quia causam, cur irascantur innocentibus, non habent: sed illi spiritus contaminati ac perditii, quibus veritas et nota est et inuisa, insinuant se mentibus^g eorum, et instigant nescios in furorem. Hi enim, quamdiu pax est in populo Dei, fugitant iustos^j et pauent: et quum corpora hominum occupant, animasque diuexant^k; adiurantur ab his, et nomine Dei^l veri fugantur. Quo audito tremunt, exclamant^m, et vri se verberari que testantur, et interrogati, qui sint, quando venerint, quomodo in hominem irreperint, confitentur. sic extorti et excruciatii virtute diuini nominis exfulanturⁿ. Propter hæc verbera et minas, sanctos et iustos viros semper oderunt, et quia per se nocere his nihil possunt^o, publicis eos odiis persequuntur, quos sibi

f) *homines persequuntur*] Edo homines ex Angl. Lipsf. Reimm. et omnibus meis edd. vbi in Cell. omnes persequuntur. Heumann. nos corrigit. Bün.

g) *insinuant se mentibus*] Ex hac verà lectione in Reimm. cod. rubricator fecit: *insinuant se uidentibus*. Ita e punctulo alieno loco posito alius sensus oritur, quod sæpe obseruauit. Conf. L. 2. 14. 14-11. Bün.

h) *pax est*] vid. not. 5. 13. 10. Sæpe ita Sulpicius Seuerus, e. g. Hist. c. 1. 3. L. 2. c. 32. 1. 2. c. 33. 3. Bün.

i) *fugitant iustos*] vis inest frequentatiuo; sic *flichen sehr*. Terrent. Heautont. 3. 1. 25: *patris conspectum fugitat propter peccatum: sum hoc timet*, vbi Calphurnius: *plus est, quam fugit, et fugitat dixit, ut ostenderet. filium vehementer timere*. Bün.

k) *animasque diuexant*] Vltr. Iun. Emman. Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. *animasque diu vexant*. Perperam. MSS. Lipsf. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et sqq. *animasque diuexant*. Amat hanc vocem, vt L. 7. 15. 8: *ut diuexentur ab iniustis*.

Quid? quod dæmones sæpe protinus fugabantur. vid. L. 4. 27. 13. sqq. Bün.

l) *nomine Dei*] 4. 27. 2. Bün.

m) *tremunt, exclamant*] Lipsf. tert. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Paris. *tremunt, et exclamant*; Parrh. Ald. Crat. Gymn. *et tremunt et exclamant et*. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thom. seqq. per asyndeton: *tremunt, exclamant*. Bün.

n) *exfulantur*] Cauc. Goth. Lipsf. 2: *exulantur*. Reinim. *exsolantur*. vocis origini propius. Ven. 1493. 97. *exulant*. MS. Iun. *expellantur*; quæ lectio magis Gallæo placet, sed mera glosa eû; idem germanam Lactantii lectionem esse *exulular* censet, motus L. 2. c. 16: *ululatus editis verberari se etc*. Malui ex indicatis initio MSS. edere *exfulantur*. Ita Hyginus fab. 26. p. 66. *Tunc iterum exfulatur*. vbi Munckerus not. (b) plura. Dicta ita variantur Epit. 51. 7: *spiritus immundi, quando in corpora hominum irreperunt, exiguntur, quum extorti et excruciatii verberanti se Deo cadunt*. Bün.

o) *per se nocere-persequuntur*] His gemina L. 4. 27. 8. Bün.

p) *vio-*

sibi granes sentiunt, exercentque sæuitiam, quam violentissime^p possunt, vt aut eorum fidem minuant per dolorem, aut, si id efficere non quierint, auferant^q omnino de terra, ne sint, qui possint eorum nequitiam coercere. Non me fugit, quid responderi e contrario possit: Cur ergo Deus ille singularis, ille magnus, quem rerum potentem^r, quem dominum omnium confiteris, hæc fieri patitur^s, nec cultores suos aut vindicat, aut tuetur? cur denique, qui eum non colunt, et opulenti, et potentes, et beati sunt, et honoribus, regnoque potiuntur, eosque ipsos ditioni suæ ac potestati subiectos habent? Reddenda et huius rei ratio est, ne quid remaneat erroris. nam in primis hæc causa est, cur existimetur religio Dei vim non habere^t; quod inducuntur^u homines specie terrenorum ac præsentium bonorum, quæ ad curam mentis nullo modo pertinent: quibus quia carere iustos vident, et adfluere iniustos; et Dei cultum inanem arbitrantur, in quo inesse illa non cernunt; et deorum ritus æstimant^x veros, quoniam cultores eorum et diuitiis et honoribus et regnis fruuntur. Verum ii, qui sunt in hac existimatione^y ne,

p) *violentissime*] Reimm. *videntissime*. Rost. *violatissime*. prauè. MSS. Ven. 1471. vtraque 1478. cum reliquis: *violentissime*. rectè. Bün.

q) *auferant omnino de terra*] c. 9. 8: *quis potius auferantur*. Bün.

r) *rerum potentem*] Reimm. *verum potentem*. Heumann. scribere gestit: *rerum potentem*. Reliqui MSS. et editi: *rerum potentem*. Optime. Ita Sallustius 1. Rep. Ordin. c. 1. 5: *rerum potentes*. Liuius L. 23. c. 16: *potentes rerum*. Sulpicius Seuerus Iosephum L. 1. c. 12. vocat *rerum potentem*. Conf. ibid. L. 2. c. 7. Plura dedit meus Index ad Castellion. Verisionem Cod. S. p. 167. Bün.

s) *fieri patitur*] Conf. L. 2. 3. 20. Tertull. Apol. c. 41. Plura Kortholt. Pagan. Obtr. L. 3. c. 14. Bün.

t) *religio Dei vim non habere*]

Rost. Ven. 1471. vtraque 78. *religio Dei viui non habere*. Ven. 1493. 97. Parrh. *religio Dei viui vim non habere*. MSS. Lipf. Goth. Reimm. Paris. Ald. reliqui: *religio Dei vim non habere*. Nam VIVI EX VIM fuit ortum. Bün.

u) *inducuntur*] Lipf. 2. Reimm. *reducuntur*. prauè. Bün.

x) *æstimant veros*] Goth. Reimm. Rost. Ven. 1472. vtraque 78-1515. Crat. Paris. Gymn. Isæus: *existimant*. At Lipf. Palat. Emman. Fasit. Gryph. Tornæx. Betul. Thomas. reliqui *æstimant*. Sensus est idem, hinc n. 9: *qui sunt in hac existimatione*. Variant et alibi Libri Lactantii. Numquam *æstimare* valere *existimare* monui alibi ad Lactantium. Bün.

y) *non*

ne, non perspiciunt alius⁷ vim rationemque hominis; quæ
 10 tota non in corpore^{8, a}, sed in mente est. Nihil enim vi-
 dent amplius, quam videtur corpus scilicet, quod, quia ocu-
 lis manumque tractabile^b est, imbecillum, fragile, mortale
 est; cuius sunt illa omnia bona, quæ cupiditati, ac miraculo
 sunt, opes, honores, imperia; quoniam corpori adferunt
 voluptates, et ideo tam caduca sunt, quam corpus ipsum.
 11 Animus vero, in quo solo est homo^c; quoniam subiectus
 oculis non est; nec bona eius adspici^{d, e} possunt, quæ in so-
 la virtute sunt posita; et ideo tam stabilis et constans et per-
 petuus sit necesse est, sicut ipsa virtus, in qua est animi
 bonum.

XXII. Longum est, vniuersas virtutis^a species pro- me-

9) *non perspiciunt alius*] Rost. *non perspicunt alterius.* Ven. 1471. 93. 97: *non perspicunt alterius.* Vene-
 ta 478. Parrh. Paris. *non perspicunt alterius.* Tandem recte Lips. Goth. Reimm. Ald. Crat. Gymn. et reliqui *non perspicunt alius.* noto ad L. 5. 17. 9. *parum alte perspexis.* Sæpe vero *perspicere* et *perspicere*, *perspectio* et *perfectio* in libris confusa. Conf. not. 2. 8. 68. Bün.

x) *qua tota non in corpore*] Illud *tota* neglectum in vulgatis; existat vero in sex scriptis, quos tractamus, etiam in ed. Rom. Cell.

a) *tota non in corpore*] Vox *tota*, quæ in omnibus scriptis et edd. invenitur, abest a Bonon. vnde Thomas. Thyf. Gall. Cant. ed. omiserunt. Bün.

b) *quia oculis manumque tractabile* eff] Ven. 1472. vtraque 78. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Ifzeus, Walchius: *quia videtur oculis manumque tractabile.* At rectius Bon. Pen. Guelferb. Lips. Goth. Reimm. Angl. Sublac. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Paris. Thomas. Gall.

Spark. spurio *videtur* ciecito: *quia oculis manumque tractabile est.* Pro more Lactantii plura noto ad L. 2. 6. 6: *insatiabili contemplatione contrectent*, et ad de Opif. 1. 15: *oculis contrectari*, conf. meam obseruationem in Miscell. Lips. T. 3. p. 163. sq. Bün.

c) *in quo solo est homo*] Reimm. *in quo solus est homo.* At rectius reliqui scripti editique *solo.* Bün.

d) *nec bona eius adspici*] Cantab. MS. et ed. Rom. *inspici*, scite admodum. Lips. tamen et alii *adspici* vulgatum tuentur. Cell.

e) *adspici*] Cant. i. e. Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. *inspici*; eleganter sane, vt non immerito Cell. et Heumanno placeat; at MSS. Emman. Goth. Lips. Reimm. et Fasit. Gryph. Tornaz. Betul. Thomas. reliqui: *adspici*; sic iterum de Ira c. 10. 43: *animus quæ nec adspici nec comprehendi potest.* Bün.

a) *virtutis*] Vltr. Iun. Subl. Rost. Ven. 1471-515. Paris. Crat. Gymn. *virtutum.* Lips. Goth. Reimm. Emman.

mere, vt de singulis^b doceam, quam necesse sit, sapientem ac iustum virum longe ab illis bonis^{c. d} abhorrere. quibus quia fruuntur iniusti, deorum cultus veri, et efficaces esse creduntur. Quod ad præsentem^e pertinet quæstionem, satis est, si ex vna virtute id probemus, quod intendimus. nempe magna et præcipua virtus est patientia, quam pariter et vulgi voces publicæ, et philosophi, et oratores summis laudibus concelebrant^{f. g.} Quod si negari non potest, quin summa sit virtus; necesse est, iustum et sapientem virum in potestate esse hominis iniusti, vt capiat patientiam. patientia est enim malorum, quæ aut inferuntur, aut accidunt, cum æquanimitate perlatio^b. Ergo iustus ac sapiens, quia virtutem capit, habet in se patientiamⁱ, qua carebit omnino, si nihil patietur aduersi: contra qui in rebus prosperis agit^k, impatientis^l est, et virtute maxima caret: (impatientem dico, quia nihil patitur,) innocentiam quoque seruare non potest, quæ et

man. Fasit. Gryph. Tornæz. Betul. Thomas. et seqq. *virtutis*. recte. Vox *species* excidit in Reimm. MS. Bün.

b) de singulis] de pro ex. n. 2. not. c. 14. 2. et c. 19. 15. Bün.

c) ab illis bonis abhorrere] Vulgo interponunt, illis omnibus bonis. Nos autem, cum Angl. Lipf. et Rom. omnibus deletum voluimus. Cell.

d) ab illis bonis] Dederant Goth. Cauc. Fasit. Gryph. Tornæz. Betul. Thom. Gall. Spark. ab illis omnibus bonis; at vox omnibus aliena a Bon. Tax. Pen. Pal. Vltr. Iun. Angl. Lipf. Reimm. et edd. ab 1465-1524. Gymn. et Isæo. Bün.

e) ad præsentem-quæstionem] propositam. c. 21. n. 7. Bün.

f) summis laudibus concelebrant] MS. Cantabr. et vetus ed. Rom. *concelebrant*, quod aptius numero, cuius obseruantissimus noster est; quam vulgatum *celebrant*. Cell.

g) concelebrant] Pal. Cauc. Iun.

Lipf. Goth. Reimm. Emman. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Betul. Tornæz. Thomas. et seqq. *celebrant*. At Sublac. Rost. Ven. 1471-1510. Paris. Læus, *concelebrant*. Conf. 1. 11. 17. Bün.

h) perlatio] *tolerantia*. Hoc sensu Lactantius, quod sciam, primus dixit. conf. not. ad L. 3. 11. 9. Alio sensu Lexicis ignoto Hyginus in præfat. Libri I. Poet. Astron. *vniscuiusque historias causamque ad sidera perlationis ostendimus*. Bün.

i) habet in se patientiam] Reimm. habet ipse patientiam. Lipf. 2. prima voce neglecta *ipse patientiam*. nihil muto. conf. not. n. 10: *in se virtutem habeat*. Bün.

k) in rebus prosperis agit] noto ad de Opif. 1. 9. Bün.

l) impatientis] Singulari notione pro eo, qui nihil patitur. Aliam in Lexicis neglectam discite ex Senecæ epist. 9. vbi *impatientis est, qui respuit omni mali sensum*. adde reliqua. Bün.

- 6 et ipsa iusto et sapienti viro propria virtus est. Sed et nocet sæpe, et concupiscit aliena, et rapit, quæ cupierit, per iniuriam, quia virtutis expers, vitio peccatoque subiectus est ^m, et fragilitatis oblitus, animo insolenter elato tumet. Inde iniusti ac deum nescientes et diuitiis, et potentia, et honoribus florent. Hæc enim cuncta iniustitiæ præmia sunt, quia et perpetua esse non possunt, et per cupiditatem violentiamque
- 7 queruntur ⁿ. Iustus vero ac sapiens, quia *illa omnia humana* ^{o, p}, (vt est a Lælio dictum ^q,) *sua bona diuina iudicat*; nec alienum quidquam concupiscit, ne quem contra ius humanitatis lædat omnino; nec vllam potentiam honoremue desiderat, ne cui faciat iniuriam. scit enim cunctos ab eodem Deo, et eadem conditione ^r generatos, iure fraternitatis esse coniunctos.
- 8 Sed et suo contentus, et paruo ^s; quia fragilitatis suæ me-

^m) *subiectus est*] Post hæc verba Goth. Fasit. Gryph. Torn. 1548-1553. Betul. addunt, quæ Torn. 1587-1613. cancellis includunt: *subiectus est: Dominari adfectat in liberos, quia temperantiam non habet, frag.* At exterminant illa verba libri Bon. Tax. Pen. Pal. Iun. Angl. Lips. Reimm. et editi ab arino 1465-1524. et Gymn. Thomas. Ifæus, Gall. Spark. reliqui. Bün.

ⁿ) *per cupiditatem - queruntur*] i.e. per auaritiam - *adquiruntur*, comparantur. Bün.

^o) *quia illa omnia humana sunt*] Sic incisum est, adiecto *sunt*, in Lips. et Rom. Cell.

^p) *quia illa omnia humana, (vt est a Lælio dictum,) sua bona diuina iudicat*] Pal. Vltr. Iun. Angl. Goth. Lips. Subl. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Torn. 1587-1613. Geneu. Cell. Walch. *quia illa omnia humana SVNT*. Rectius tamen Fasit. Gryph. Torn. 1548. Betul. Thomas. Ifæus, Gall. Spark. ita vt, omisso: *sunt*, edidi; aperte enim prouocat ad Lælii verba, quæ indicauit

noster cap. 18. n. 4-7: *Huic tu viro (iusto) quas diuitias obicies? - qua regna? qui ista putat humana, sua bona diuina iudicat. et n. 7: quæ virtus, s; bona sua diuina iudicat.* Ergo hic sensus est: *quia* (Heum. qui) *illa omnia humana* (iudicat, putat), *sua vero bona diuina iudicat.* Bün.

^q) *vt est a Lælio dictum*] disputatione contra Furium, apud Ciceronem, vt putatur lib. 3. de Repub. de quo supra cap. 12. seqq. Cell.

^r) *et eadem conditione*] Ven. 1471. vtraque 78. Parrh. et Paris. et ab eodem conditore. Lips. 2. 3. et Reimm. *ab eodem Deo, eadem conditione, omisso: et.* Goth. Angl. Rost. Ven. 1493. 97. Ald. et reliqui: *et eadem conditione.* L. 5. 14. 16: *Deus, qui homines generat - eandem conditionem viuendi omnibus posuit.* Epit. 59. 5: *Si nos idem Deus fecit et vniuersos - pari conditione generauit, fraternæ - necessitudine coheremus.* Bün.

^s) *Sed et suo contentus, et paruo*] Sic libri. Heumannus est addit: *sed et suo contentus est et paruo.* Connecto: *sed et suo contentus et paruo, (quia suæ fra-*

memor, non amplius quærit, quam vnde^e vitam sustentet; et ex eo ipso, quod habuerit, impertit * etiam non habenti, quia pius est. pietas autem * summa virtus est. Accedit eo, quod 7 voluptates caducas vitiosasque contemnit, quarum causa opes adpetuntur, quoniam continens est ac libidinum victor. Idem *, nihil tumoris a. b atque insolentiæ gerens, non extollit se altius c, nec erigit superbum caput; sed placidus, et concors, et communis d, et

fragilitatis memor) non amplius quaerit. conf. c. 8. 7. Bün.

1) unde] eleganter Davon, vt 6. 12. 39. not. Sic. L. 3. 23. 3: unde possent gloriam liberalitatis adquirere Bün.

u) impertit] Rost. expertit. Ven. vtraque 1478-1515. Paris. Crat. Gymn. impartitur (impertitur). Goth. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. et seqq. impertit. Bün.

x) pietas autem] Ita Bon. Tax. Cauc. Iun. Lipf. Goth. Reimm. Angl. Betul. Torn. 1587-1613. Ifæus, Gall. Spark. vbi Rost. Ven. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Gymn. Gryph. Thomas. Pietas etiam male. Bün.

y) Accedit eo, quod] Goth. Cauc. Fal. Gryph. Bet. Torn. 1587-1613. Accedit eo, quod. Lipf. 2. Reimm. Et accedit eo, quod. Rost. Ven. vtraque 78-1515. Crat. Gymn. Ifæus: Et accedit ex eo. Emman. Cant. i. e. Subl. et Paris. Et accedit ex eo. Thomas. Gall. Spark. Accedit, quod. Prætulit priorem lectionem; nam etiam in corruptis eo habetur. Si L. 6. 13. 5. Eo accedit, quod. Bün.

z) Idem] Ita Bon. Cauc. Lipf. vbi Goth. id est. Plures edd. vett. et nihil tumoris. Sed Fasit. Gryph. et seqq. Idem. Bün.

a) nihil tumoris] Lipf. Cantab. et Rom. tumoris, quod et sequens vox insolentia poscit: vulgaris tumoris. Cell.

b) nihil tumoris] Ita quoque Goth. Reimm. Iun. Subl. Rost. Ven. 1472

72. vtraque 78. Parrh. Iunt. Ifæus, et recte. patet ex addita voce insolentia, et non extollit se caput, et n. 6: animo insolenter elaso tumet. c. 6. 4: superba et tumida inaequalitate. L. 6. 24. 24: superbia tumidus inflatur. Cyprianus L. 4. ep. 2. ed. Basil. f. 77. quos arrogantia et superbia tumor inflat. L. 4. ep. 9: quis hic superbia tumor, qua mentis inflatio. Bün.

c) non extollit se altius] c. 18. 11. Bün.

d) et communis, et planus est] Membr. Guelferb. Witteb. et communis et planus est. Reimm. per notam: 915. Rost. et altera Ven. 1478. coss. At distincte Veneta prima 1478. communis. Ven. 1497. et Parrhas. communis. Pro quo plures, et quidem ab anno 1515. omnes notius et comis edidere. Nepos Att. 3. 2. vid. not. h. l. et ad Miltiad. cap. vlt. Hic sic se gerebat, ut communis infamis, per principibus videretur. Hunc imitatus est Ambrosius L. 2. Off. c. 7: ut communem se exhiberet etiam infamis. Vindicarunt eandem vocem pro comis Gebhard. et Græuitus Ciceroni ad Famil. 4. ep. 9. et hic ad or. pro C. Balbo c. 17. ad or. pro Murena c. 31. et ad Libr. de Senect. c. 17. idem Casaubonum Suetonio in Claud. c. 21. et in Vespas. c. 22. adseruise addit. conf. Franc. Balduinum ad Leg. Maiest. p. 9. Bün.

10 et planus ^e est, quia conditionem suam nouit. Quum ergo iniuriam nulli faciat, nec aliena cupiat ^f, nec sua quoque, si vi auferantur, defendat, quum sciat etiam illatam iniuriam moderate ferre, quia virtute præditus est; necesse est iustum hominem subiectum esse iniusto, et contumeliis adfici ab insipiente sapientem; vt et ille peccet, quia iniustus est; et hic in se virtutem habeat ^g; ^b, quia iustus est. Si quis autem volet scire plenius, cur malos et iniustos Deus potentes, beatos, et diu-

tes

e) planus est] c. 15. 10: qui se apud homines planum fecerit humilemque præbuerit etc. Büñ.

f) nec aliena cupiat] Editi ab 1465-1513. Isæus: nec aliena rapiat. Emm. Goth. Lipf. Reimm. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. et seqq. nec aliena cupiat. Heumannus difficile dictu putat, vtra scriptura sit Lactantii; mihi quidem cupiat videtur rectius. Loquitur enim hic de iusto et verè sapiente, sc. Christiano; quid verò magni, si hic nihil rapiat, ne cupit quidem. hinc de eodem dixit n. 7: nec alium quidquam concupiscit. et L. 6. 24. 25: nihil omnino adpetat, nihil concupiscas alienum. Büñ.

g) et hic in seruitutem abeat] Aldus sic edidit, quem plures sequuntur. Membranzæ quidem Angl. et Goth. et ed. Rom. in se virtutem habeat, sed contra mentem Lactantii, qui probare ex contrariis studiis vult, iustum hominem subiectum iniusto esse. Vtrumque abest a Lipsiensibus, sed alterum utrum necessarium esse, copula, vt et, quæ præcessit, satis ostendit. Cell.

b) et hic in se virtutem habeat] Primum Parrhas. tum Iunt. Ald. et his recentiores, excepto Betuleio, omnes: et hic in seruitutem abeat, quod Spark. Cell. Heumann. tuentur; a MSS. Lipf. Witt. et Reimm.

vtraque lectio abest; quum alterutram requirant copulæ vt et, quæ præcesserunt. Edidi ex Bodl. Cott. Ball. Mert. C. C. C. Emman. Goth. Torn. MSS. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. 1513. et Betuleio: et hic in se virtutem habeat. Hæc quidem Cellario contra mentem Lactantii visa; sed altera lectio præfert τὰν ὀδύνην: vix dixit: necesse est iustum hominem subiectum esse iniusto, quorsum denuo: iustum in seruitutem abire, quia iustus est. Contra, si legas: in se virtutem habeat, iusta est oppositio inter peccatum et virtutem: sic enim dixit: vt et ille peccet; alias dicturus: vt et ille in seruitutem ducat, seruitutem imponat. Hinc dixit n. 4: Ergo iustus ac sapiens, quia VIRTUTEM capit, HABET IN SE PATIENTIAM; hanc enim n. 10. per virtutem maxime intelligit. cons. n. 4. 5. maxime n. 3. necesse est iustum ac sapientem in potestate esse hominis iniusti, vt CAPIAT PATIENTIAM. cons. L. 6. 18. 30. et NB. Epitome huius loci c. 34. necesse est iustum malis esse subiectum, vt virtutem, qua est præditus, in vsu habeat. Phrasim occurrit L. 5. 10. 9: quisquam ne putet hunc aliquid in se virtutis habuisse. Büñ.

i) S

res fieri sinat; pios contra humiles, miseros, inopes esse patiat: sumat eum Senecæ librum, cui titulus est: *Quare bonis i viris multa mala accidunt, quum sit providentia*: in quo ille multa, non plane imperitia sæculari, sed sapienter ac pæne diuinitus elocutus est. *Deus, inquit, homines pro liberis habet; 12 sed corruptos et vitiosos luxuriose ac delicate patitur viuere, quia non putat emendatione sua dignos. Bonos autem, quos diligit, castigat sapius, et ad fiduis laboribus ad usum virtutis exercet; nec eos caducis ac mortalibus bonis corrumpi ac deprauari finit.* Vnde nemini mirum debet videri ^k, si pro nostris sæpe delictis ¹³ castigamur a Deo. Immo vero, quum vexamur ac premimur, tum maxime gratias agimus ^l indulgentissimo patri, quod corruptelam nostram non patitur longius procedere, sed plagis ac verberibus emendat. Ex quo intelligimus, esse nos Deo curæ; quoniam quum peccamus ^m, irascitur. Nam quum posset ¹⁴ populo suo et opes et regna largiri, sicut dederat ante Iudæis, quorum nos succesores ac posteri sumus: iccirco eum voluit sub aliena ditione atque imperio ⁿ degere, ne rerum prosperarum felicitate corruptus, in luxuriam ^o laberetur, ac Dei præcepta contemneret; sicut illi maiores nostri, qui sæpe terrenis ac fragilibus his bonis eneruati, aberrarunt a disciplina, et legis vincula ^p ruperunt. Prouidit ergo, quatenus cultori- ¹⁵
bus

i) *Seneca librum, cui titulus est: Quare bonis]* qui etiam simpliciter de *Providentia* præscribitur. Sed verba, quæ inde se promere dicit auctor, in dicto libro non reperiuntur. Cell.

k) *Vnde nemini mirum debet videri]* Sic, aut vt Reimm. *vnde nemini debet mirum videri*, rectius quam Bonon. *vnde nec nemini mirum debet videri*. Bün.

l) *quum vexamur - gratias agimus]* Cyprianus de *Lapsis* in principio: *Quamuis agere gratias nostra vox nec in persecutione cassauerit*. adde notas ad *Lact.* 6. 25. 14. *etiam in malis gratias agas*. Bün.

m) *quoniam quum peccamus]* Cum

Angl. Lipsf. 1 et Rom. *facimus*, Alii, *quibus quoniam pecc.* Cell.

n) *ditione atque imperio]* Recte ita iungit; nusquam noster *ditionem* dicit *regionem*. sic c. 21. 7. *ipso ditioni sua ac potestati subiectos habent*. Vid. Ruddimanni not. ad T. 1. Buchanani p. 42. Bün.

o) *in luxuriam]* Reimm. *in luxuriam*. Bün.

p) *aberrarunt a disciplina, et legis vincula]* Sic Pal. Cauc. Iun. Lipsf. Goth. Reimm. et Fasit. Gryph. et recentiores, vbi Angl. Vltr. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. *a disciplina legis, vinculaque*. Prius præfero. Bün.

bus suis præstaret quietem, si mandata seruassent; et tamen
 16 eos emendaret, si præceptis non obtemperassent. Itaque ne
 tam corrumpere otio, quam patres eorum licentia; premi
 eos voluit ab iis, in quorum manibus eos collocauit, vt et la-
 bantes ^q confirmet, et corruptos ^r ad fortitudinem reparet,
 17 et fidos ^s experiatur ac tentet^t. Quomodo enim potest impe-
 rator militum suorum probare virtutem, nisi habuerit hostem?
 et illi tamen aduersarius exsurgit ^u inuito, quia mortalis est,
 et vinci potest: Deo autem quia repugnari non potest, ipse
 aduersarios nomini suo excitat, non qui contra ipsum Deum pu-
 gnent, sed contra milites eius, vt deuotionem ac fidem suorum vel
 probet, vel corroboret, donec presuræ verberibus ^x y diffluentem

tem

q) vt et labantes confirmet] Lipf. 2. et Reimm. vt eos et labentes. etiam vtraque Ven. 1478. labentes. Crat. Gymn. vt non labantes. Reliqui rectius: vt eos et labantes, vt Lipf. tert. aut, vt plures: vt et labantes confirmet. Exprimat Ciceronem pro Milone c. 25: agram et labantem rempubl. sanare et confirmare. Sæpe labans et labens confundi iam supra monui L. 5. 18. 5. Bün.

r) corruptos] Reimm. correptos. Bün.

s) et fidos] Reimm. et fides. Cant. i. e. Subl. Rost. Ven. 1471. 93. 97. et fictos. prauæ; reliqui et fidos, Bün.

t) tentet] Ita meliores plures, at Ven. 1493. tempet. Ven. 1497. Parrh. temperet. inde prauitas orta, quia veteres, vt in Rost. tempset pro tentet scribebant. notauit ad L. 1. 4. 6. (y) p. 26. Bün.

u) aduersarius exsurgit] Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Paris. aduersarius surgit. At MSS. et Ven. 1493. 97. Parrh. et plures exsurgit. optime. conf. Mort. Perf. c. 1. 2. Ita restituo in Epît. 71. 7. ex Bonon. exsurgit rex impius. Præiuit Cypria-

nus contra Demetrianum ed. Gryph. p. 266. vbi bis: hostem querens exsurgere, et p. 271: in nostrum nomen exsurgitur. Bün.

x) presura verberibus diffluentem] Goth. et duos Lipf. sequor. Alii, presura et verberibus; item defluentem. Cell.

y) presura verberibus] Praue Thomas. et Gallzus: presura et verberibus, vbi rectius Bonon. presura et verberibus. Reliqui scripti et editi: presura verberibus. Valde oleas, inquit Heumannus, glossema monachale. Immo quidquid mihi persuaseris facilius, quam profecta ea esse a Lactantio. Ego non ausim hæc verba adeo fastidire, dixit num. 13: plagis ac verberibus amendas; quidni et presura et verberibus, vt Bonon. aut: presura verberibus corrigas? Presura vero vox nostro et Patribus pro persecutione, calamitate frequens. conf. n. 18. persecutiones. Lact. 4. 26. 19: presurarum nobis ac laborum et miseriarum praebebat exemplum. L. 7. 17. 6: erit presura et contritio. Cypriano nihil frequentius L. 1. ep. 1. fin. ed. Gryph. presuras et angustias mutua caritate releua-

170000.

tem ^a corrigat ^a disciplinam. Est et alia causa, cur aduer-
sum ^b nos persecutiones fieri sinat, vt Dei populus augeatur.
nec est difficile monstrare, cur, aut quomodo id fiat. Pri-
mum, fugantur a deorum cultibus ^c. ^d plurimi odio crudeli-
tatis. qui enim talia sacrificia non horreant ^e? deinde placet
qui-

mus. translatum vocabulum a torculari. Cypr. L. 2. ep. 4: *vos de dominis vinea-maturis fructibus botri pressuræ secularis infestatione calcati.* conf. ep. 3. et L. 3. ep. 7: *in pressura solatium.* epist. vlt. fine: *contra hereticorum iniurias et pressuras gentilium simul stetimus.* L. 4. ep. 1: *pressuras-et persecutiones tolerare nos oportet - si sunt multa pressuræ.* L. 4. ep. 2: *in pressura probati.* conf. ep. 4. pr. et epist. 6. sæpius. Idem in Exhortatione Martyrum *pressuras et persecutiones*, e. g. c. 1. c. 9. c. 10. iunxit. add. Tertull. 2. adu. Marcion. c. 19: *Obiter hic obseruo, alibi esse magis reconditum vsum huius vocis, vbi medicis PRESSURA notat summum grauem, alias OPPRESSIONEM.* vid. Gronou. ad Senec. Hercul. Fur. v. 1051. Bün.

2) *diffluentem*] Rost. Ven. 1471-515. et reliqui ante Cellarium *defluentem*. At Goth. Lips. Reimm. Pen. Cauc. Torn. MSS. *diffluentem*. De hac variatione notavi ad L. 1. 9. 11. (k) p. 57. et ad L. 3. 20. 14. Bün.

a) *corrigat*] Lips. tert. Reimm. *colligat*. Prius rectum. Bün.

b) *aduersum nos*] Rost. et reliquæ edd. vsque ad ann. 1524. excusæ, et Gymn. *aduersus*; sed MSS. in his Reimm. Fasit. Gryph. et seqq. *aduersum*. Variant quoque c. 23. 1. Bün.

c) *fugantur a deorum cultibus plurimi*] Lips. i. ita et Betul. Est et MS. qui *ab eorum refert cultibus*: plures, vt reliqui Lips. Angl. Rom. Ald. *a deorum cultoribus*. Sed ma-

lim *cultibus*, quia et sic Latine fas est. Claudianus, quamuis alia notione, epigram. 23.

Accipe regales cultus:
idque propius rei, quæ scribitur, quam alterum, est exprinendæ. Cell.

d) *a deorum cultibus*] Angl. Goth. Iun. et ab 1465-1524. Gymn. *a deorum cultoribus*. Vltr. *ab eorum cultibus*. Sed rectissime Fasit. *a deorum cultibus*, quem Gryph. Torn. Betul. Thomas. et reliqui merito fecuti. Cellario non occurrerunt exempla huius notionis, alias non adduxisset pluralem alius notionis ex Claudiano; quum pluralis in Laetantio, aliisque sacris scriptoribus sit frequentissimus. vid. n. 1. L. 2. 1. c. 10. 12. c. 13. 13. L. 4. 3. 10. 11. c. 14. 17. c. 27. 17. L. 5. c. 2. 5. 6. c. 3. 6. c. 5. 3. c. 19. 11. L. 7. 6. 7. c. 22. 12. Ira 2. 2. c. 20. 12. Epit. 28. 4. c. 30. 1. c. 41. 1. c. 43. 3. c. 62. 6. Arnobius L. 1. p. 238: *religiones impias atque inauditos cultus*. Prudent. 2. contra Symmach. 818: *qui rite Dei precepta sequuntur, Cultibus a stolidis et eorum erroribus absunt*. Bün.

e) *qui enim - sacrificia - horreant*] Rost. Ven. 1471. et Paris. *Cur etiam*. Ven. vtraque 1478. *cui etiam*. Ven. 1493. 97. *Cur enim*. Goth. Reimm. *cui enim*. At rectissime Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Thomas. reliqui: *Qui enim - sacrificia non horreat*. Legentes cui offendit horrere aliquid, adnot. ad L. 5. 13. 17: *gladios tremunt*. Sic. L. 7.

quibusdam virtus ac fides ipsa: nonnulli suspicantur, deorum cultum non sine causa malum putari a tam multis hominibus, ut emori malint, quam id facere; quod alii faciunt, ut viuant.

10 Aliquis cupit *f. &* scire, quodnam *b* sit illud bonum, quod ad mortem vsque defenditur; quod omnibus, quæ in hac vita iucunda sunt et cara, præfertur, a quo nec bonorum, nec lucis amissio, nec dolor corporis, nec viscerum cruciamenta deter-

11 rent. Valent hæc plurimum; sed illæ maxime causæ nostrorum numerum semper auxerunt: Audit circumstans *i* populus inter ipsa tormenta dicentes, non sacrificare se *k* lapidibus humana manu factis *l*, sed Deo viuo, qui sit in cælo, multi hoc

12 verum esse intelligunt, et in pectus admittunt. Deinde, ut fieri solet in rebus incertis, dum inter se inuicem quærunt, quæ sit huius perseuerantiæ causa, multa, quæ ad religionem pertinent, diuulgata, ac per rumorem vicissim aucupata *m*, discuntur.

27. 7: *no quis-iter virtutis horretes.* L. 1. 20. 26: *qua sensibus intimis horvere debuerant.* add. L. 1. 5. 10. et L. 6. 17. 5. Cic. 7. Fam. ep. 3: *ut ipsam victoriam horrerem.* Lexicis adde adverb. *horribiliter* ex Augustin. L. 1. Ciu. D. c. 8. *Bün.*

f) Aliquis cupit] scire] Lips. et Goth. aliquis cupit. Sed Rom. etiam et Ald. pluraliter. *Cell.*

g) Aliquis cupit] Editi omnes Aliqui cupiunt scire. Scilicet putarunt necessarium, quia præcesit pluralis: nonnulli suspicantur, ut eumdem continuarent. At MSS. Bon. Cauc. Vltr. Iun. Goth. Lips. tres, Reimm. constanter singularem præferunt: Aliquis cupit. Sic Horat. L. 1. Carm. 1. 3: *Sunt quos etc. v. 19. Est qui.* omitto alia. *Bün.*

h) quodnam] Reimm. quod iam. Bon. Vltr. Cauc. quodnam, quos sequor, et adprobauit Heumannus; in editis est quidnam. *Bün.*

i) circumstans populus] Reimm. circumdans populus. At prius rectum. conf. 4. 26. 21. *Bün.*

k) non sacrificare se lapidibus] Parrh. Ald. Crat. Gymn. Iſæus: *nolle sacrificare lapidibus.* Iun. Torn. 1587-1613: *nolle sacrificare se lapidibus.* Pal. Cauc. Goth. Lips. Reimm. Angl. et Rost. Ven. vtraque 78. 93. 97. Paris. Fasit. Gryph. Betul. Thom. Gall. Spark. *non sacrificare se lapidibus.* *Bün.*

l) lapidibus humana manu factis] Rost. Ven. 1471. 93. 97. Paris. lapidibus manu factis, extruso humana. At Goth. Lips. Reimm. Ven. vtraque 1478. Parrh. Ald. et longe plures humana manu. Scilicet, qui extrudere, putarunt esse superfluum et ingratum humana. vindicamus iterum ad de Ira 2. 2. *abiicere cultus humana manu fabricatorum.* Ipse Cicero L. 5. in Verrem cap. ultimo dixit: *effigiem non humana manu factam.* Apuleius L. 5. Metam. p. 159: *adificata non humanis manibus.* *Bün.*

m) aucupata] passiuè. non sine exemplo. vid. Vosf. L. 3. Analog. c. 7.

tur: quæ quia bona sunt, placeant necesse est. Præterea ultio 23
 consecuta ^{m. o.}, sicut semper accidit, ad credendum vehemen-
 ter impellit. Ne hæc quidem ^p leuis causa est, quod immun-
 di dæmonum spiritus, accepta licentia, multorum se corpori-
 bus immergunt ^r; quibus postea eiectis, omnes, qui resanati ^r
 fuerint, adhærent ^{r. t} religioni, cuius potentiam senserunt.
 Hæc tot causæ, in vnum collatæ ^{m.}, magnam Deo multitudinem 24
 mirabiliter adquirunt.

XXIII. Quidquid ergo aduersum nos mali principes moli- 2
 untur, fieri ipse permittit. Et tamen iniustissimi persecuto-
 res, quibus Dei nomen contumeliæ ac ludibrio fuit, non se pu-
 tent ^a impune laturos, quia indignationis aduersus nos eius,
 quasi ministri fuerunt. Punientur enim iudicio Dei, qui ac- 3
 cepta potestate supra humanum modum fuerint abusi, et insul-
 tauerint etiam Deo superbius, eiusque nomen æternum vesti- 3
 giis suis subiecerint, impie nefarieque calcandum. Propterea 3
 vindicaturum se in eos celeriter pollicetur, et exterminaturum be-

p. 36. conf. Heusinger. ad Vechner.
 Hellenol. p. 114. Bün.

n) *ultio consecuta*] quod auctor
 de mortibus persecutorum probat.
 Lips. autem *consecuta*: Angl. *secuta*.
 Cell.

o) *consecuta*] Editi ab 1465 - 1513.
secuta; at cum Lips. etiam Goth.
 Reimm. et Ald. Crat. Gymn. Fasit.
 Gryph. Torn. recte et eleganter
 pro simplici, vt L. 6. 2. 4. Bün.

p) *Ne hæc quidem*] Ita ex Angl.
 Reimm. Ven. vtraque 1478. Parrh.
 Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Isæo
 edidi; vbi prae Ven. 1471. et Rost.
Hæc quidem. Ven. 1493. 97. Paris.
Nec quidem. Tandem Betul. Tho-
 masius et sequentes: *Nec hæc qui-
 dem*. Bün.

q) *immundi - immergunt*] Cy-
 prian. L. 2. ep. 2: *immundos spiritus,
 qui se hominibus immerferunt ad con-*

*fessionem minis increpantibus cogere,
 vt excedant*. Bün.

r) *resanati*] L. 4. 20. 1. Bün.

s) *adhærent religioni*] quasi causa
 reddatur, cur permittat Deus tam
 multos a dæmonibus agitari; nempe
vt resanati adhærent, ac reliqua.
 Goth. et duo Lips. *adhærent*. Cell.

t) *adhærens*] Ita scribo ex duobus
 Lips. Goth. Reimm. et Torn. 1587 -
 1613. et ita censet Heumannus; qui,
 qua fide scribat, etiam in MS. Tho-
 masii *adhærens* esse, nescio; ego cer-
 te nihil tale in Thomae et Isæi edd.
 deprehendo. Bün.

u) *in vnum collata*] simul sumtæ,
 coniunctæ. Bün.

a) *non se putens*] elegans traie-
 ctio, vt L. 1. 1. 6: *non est passus ho-
 minem Deus errare*, vt Cicero cita-
 tus L. 5. 8. 10: *nec se intelligunt esse
 consanguineos*. Bün.

bestias malas de terra ^b. Sed idem, quamuis populi sui vexationes ^c et hic in presenti soleat vindicare; tamen iubet nos expectare patienter illum caelestis iudicii diem, quo ipse pro suis quemque meritis aut honoret, aut puniat. Quapropter non sperent sacrilegæ animæ, contentos et inultos fore, quos sic obterunt ^d. Veniet, veniet ^e f rabiosis et voracibus ^g lupis merces sua, qui iustas, et simplices animas, nullis facinoribus ^h admissis, excruciauerunt. Nos tantummodo laboremus, vt ab hominibus nihil aliud in nobis, nisi sola iustitia puniatur. demus operam totis viribus, vt mereamur ^b a Deo simul et vltionem passionis ⁱ, et præmium.

L. COE-

^b) exterminaturum bestias malas de terra] Non tam locum ab Heumanno ex Leuit. 26, 6. citatum, qui de bestiis proprie talibus agit; quam Ezech. XXXIII, 25-28. respexisse credo, vbi: ἀπολω̃ (ἀφανιῶ) θηρία πονηρὰ ἀπὸ τῆς γῆς. confer Nahum c. II. in fine; vbi Vulg. ἐξολεθρεύσω ἐκ τῆς γῆς vertit: exterminabo de terra. Büñ.

^c) vexationes] eleganter vocat ita persecutiones; nostrum, vt in aliis, sic in hac voce sequitur Salpic. Seuerus L. 1. Hist. c. 1: vexationes populi Christiani. L. 2. 32. 1: Christianorum vexatio. Büñ.

^d) sic obterunt] Bon. hic obterunt, quod Heumanno placet. Reliqui omnes vt est editum. Büñ.

^e) Veniet, veniet rabiosis] Semel Lips. Rom. et Ald. veniet expressum habent: ceteri repetunt. Cell.

^f) Veniet, veniet] Reimm. et ab 1465-1524. et Gymn. veniet rabiosis At Goth. et ex editis primum Fasi-telii, tum Gryph. Torn. Retul. Thomas. Veniet, veniet, in qua repetitione maior vis inest. Sæpe ita Hieronymus ad Heliodorum f. 1. 2: Veniet, veniet postea dies. f. 4: veniet, veniet illa dies. Epist. de Vitando suspecto Contubernio f. 227: Veniet, veniet tempus. Büñ.

^g) rabiosis et voracibus lupis] Goth. voracibus. non placet. conf. L. 5. 5. 10. c. 9. 4. 5. et de Mort. Perf. 52. 2. Büñ.

^h) mereamur] i. e. impetremus. c. 17. 17. L. 7. 5. 18. c. 14. 3. c. 27. 4. Sæpe Tertull. et Cyprianus hoc sensu. Büñ.

ⁱ) passionis] sensu eccl. L. 4. 24. 9-17-19. c. 26. 1. 2. L. 7. 2. 7. Epit. 43. 8. c. 51. 7. Büñ.



L. COELII LACTANTII FIRMIANI
DIVINARVM INSTITVTIONVM

LIBER VI.
DE VERO CVLTV.

I.

Quod erat officium suscepti muneris, diuino spiritu
instruente, ac suffragante ipsa veritate compleuimus.
cuius adferendæ atque illustrandæ causâ^a mihi et
scientiam et fidem ipse dominus^{b.c} noster imposuit^d: sine
quo nec sciri quidquam potest, nec explicari. Venio nunc
ad id, quod est summum operis huius et maximum, vt do-
ceam quo ritu, quoue sacrificio Deum coli oporteat. Id eum
est hominis officium, in eoque solo summa rerum et omnis
beatæ vitæ ratio consistit: quandoquidem propterea ficti^e et
inspirati ab eo sumus, non vt cælum videremus et solem,
quod Anaxagoras putauit, sed vt artificem solis et cæli Deum
pura

a) *cuius adferenda atque illustran-
da causâ*] MS. Iun. Rost. Ven. 1471.
72. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris.
Ald. Crat. Gymn. *causâ*, casu aufe-
rendi; Goth. Lipf. Reimm. Fasit.
Gryph. Tornæs. Betul. Thomas.
causam. vt L. I. I. 10: *causam ve-
ritatis perorare*. Bün.

b) *scientiam et fidem ipse dominus*]
Angl. scripti et Rom. ac Parrh. ed.
sic præ se ferunt, quod aptius ad
rem est, quam vulgata lectio *scien-
tiam et fides et ipse dominus*. Cell.

c) *et scientiam et fidem ipse domi-
nus*] Goth. cum Fasit. Gryph. Betul.
Thom. et seqq. et *scientiam et fides
et ipse dominus*. Bodl. Cott. Lipf. 2. 3.
Reimm. et Tornæs. 1587-1613. et
Walch. *causam mihi et scientia et fi-
des et ipse dominus*. Rost. Ven. 1471. 72.
vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Iunt.
Ald. Crat. Gymn. *causâ mihi et
scientiam et fidem ipse dominus*. vt

sensus sit: *Dominus ipse mihi impo-
suit scientiam et fidem ad (ob) adse-
rendam atque illustrandam verita-
tem*. Ita L. 2. 3. 25: *Quod (vera in-
uenire) vires humana conditionis ex-
cedit, eius officii facultas nobis est
attributa, quibus tradidit Deus sci-
entiam veritatis*. L. 3. 13. 12: *ad quam
(causæ bonitatem) - defendendam
scientia diuinitatis et ipsa veritas
sufficit*. Bün.

d) *imposuit*] dure dictum Heu-
manno videtur. pro *dedit*, addit, eo-
dem fere modo Ciceronem dixisse:
imponere leges, de qua phrasi ad
Lact. 4. 23. 5. Bün.

e) *ficti*] Iun. Sublac. Rost. Ven.
1471-1515. Paris. Crat. Gymn. *facti*.
At Goth. Lipf. Emman. Reimm. Fa-
sit. Gryph. reliqui *ficti*. Frequens
hæc variatio in nostro obseruatur.
Bün.

f) *sim*

- 3 pura et integra mente coleremus. Quamuis autem præcedentibus libris, pro ingenii mediocritate, defenderim veritatem; tamen ex ritu quoque ipso elucere vel maxime potest.
- 4 Nihil enim sancta et singularis^f illa maiestas aliud ab homine desiderat, quam solam innocentiam: quam si quis obrulerit Deo, satis pie, satis religiose litauit. Homines autem neglecta iustitia, quum sint omnibus flagitiis ac sceleribus inquinati, religiosos se putant, si templa ac aras hostiarum sanguine cruentauerint; si focos odorati^{g.b} aut veteris vini
- 6 profusioneⁱ madefecerint. Quin etiam sacras dapes adparant et exquisitas epulas, quasi aliquid inde libaturis^k offerunt.

f] *singularis*] vnica. noto ad L. 1. 4. fin. Büñ.

g] *si focos odorati aut veteris vini profusione*] Plures scripti, Angl. et duo Lipf. et ed. Rom. *si focos adorauerint*: vnde Parrhasius, Aldus, Betuleius *adoleuerint*, quod an in MSS. quoque reperiatur, compertum non habeo. Qui post hos ediderunt, nescio quo duce, omnes, Thom. Thyf. Spark. Gall. Cantabr. *odorati ac veteris*: quod suspectius mihi esset, nisi Lipsiensis primus codex, isque antiquior, scriptum haberet *odorati aut veteris*. Cell.

h] *focos odorati*] Cott. Lipf. 2. 3. Reimm. Sublac. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. Crat. Gymn. *adorauerint*. Perperam, quis enim focos adorauit; nec recte Ven. 1493. 97: *foco adorauerint*. Cauc. Iun. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Betul. *focos adoleuerint*. At Goth, Emman. Fasit. Gryph. Torn. Betul. et reliquæ edd. recentiores: *si focos odorati ac veteris*. Cell. *odorati aut veteris*. Recte. Virgilius 4. Georg. 279. vinum *ἔνοστρον*, siue odoriferum, vocat *odoratum Bacchum*. Büñ.

i] *vini profusione*] Reimm. Rost. Ven. 1471-1510. Paris. Iunt. Crat. Gymn. etiam Aldina (errat Heum.)

profusione. Goth. Lipf. Emman. Vltr. Cauc. Pal. Fasit. Gryph. Tornæx. Betul. Thomas. reliqui *profusione*; vt L. 6. 2. 1: *profundunt vina*. L. 2. 14. 13: *his quotidie profundunt merum*. vbi noto; pro altero facit de Mort. Persl. 37. 2: *perfusum mero*. Büñ.

k] *quasi aliquid inde libaturis offerunt*] Emman. *quasi aliquid inde libaturis*. Offerunt. Cant. i. e. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *quasi aliquid inde libaturis offerunt*. Vnde Heumannus rescribit ita: *quas* (sc. epulas) *aliquid inde libaturis offerunt*. vt *libaturis* ad cultores referatur. Ven. 1493. 97: *quasi inde aliquid habituri*. vitiose; at Goth. Lipf. Reimm. Paris. Fasit. Gryph. Tornæx. Betul. Thomas. reliqui: *quasi aliquid inde libaturis offerunt*. Rectissime *libaturis*, i. e. gustaturis diis. Hinc cap. 2. 1: *maciant hostias Deo quasi esurienti; profundunt vina tamquam sitienti*. Conf. n. 9. vide Cellarium ad de Mort. Persl. 37. 2. *delibatum*: diis libabant de cibo præparato, antequam ederent; hinc Epit. 28. 3: *his quotidie libatur, vt laribus*; quasi id dii essent libaturi aut gustaturi, vt Bel in hist. Danielis. Büñ.

l] *ani-*

runt. quidquid ad spectu rarum, quidquid opere aut odore pretiosum est, id gratum esse diis suis non ex aliqua diuinitatis ratione, quam nesciunt, sed ex suis cupiditatibus iudicant; nec intelligunt, terrenis opibus Deum non indigere. nihil enim sapiunt, nisi terram; bonaque et mala, solius corporis sensu, et voluptate perpendunt. Huius arbitrio, 7 vt religionem ponderant, fictotius vitæ suæ acta disponunt: et quoniam se semel a cæli contemplatione auerterunt, sensumque illum cælestem corpori mancipauerunt; libidinibus frena permittunt, tamquam secum ablaturi voluptatem, quam momentis omnibus capere festinant; quum animus ministerio corporis^l, non corpus ministerio animi vti debeat. Idem maximum bonum iudicant opes, quas si 8 bonis artibus adsequi non possunt, malis adsequuntur, fraudant, rapiunt, spoliant, infidantur, abiurant: nihil denique moderati aut pensum^m habent, dummodo auro coruscant, argento, gemmis, vestibus fulgeant, auidissimo ventri opes ingerantⁿ, stipati familiarum gregibus^o, per dimotum populum^q.

sem-

l) animus ministerio corporis] L. 2. 12. 12. Bün.

m) nihil-moderati aut pensum habent] Lipf. 2. 3. Reimm. nihil moderati ac pensum. Imitatur Sallustii Catil. 12. 2. vbi et ad Catil. 5. 6. consule Cortium, qui priori loco nihil moderati atque pensum habere, exponit non considerare nec temperanser tractare. Bün.

n) opes ingerant] Lipf. 2. 3. Reimm. opes suggerant. Lib. 6. 17. 19: ventri ac gula ingeras. Bün.

o) stipati familiarum gregibus] magno famulitio. Familia, serui, vt familiam libertate donare. Instit. de Lege Fuf. Canin. Sic autem legitur in Goth. et duobus Lipf. ac ed. Rom. Alii familiarium, quod idem est, sed minus forsitan tum temporis vsitatum. Seneca enim in obsoletis ponit epist. 47. Dominum, inquit, patrem familia adpellauerunt: seruos (quod etiam

in mimis adhuc durat) familiares. Cell.

p) familiarum gregibus] Veneta 1472. vtraque 78: Parrh. Ald. Iunt. Crat. Fasit. Gymn. Gryph. Betul. Tomas. et recentiores: familiarium. At Goth. Reimm. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. Torn. 1587. 1613. familiarum. Conf. L. 4. 3. 16. Mort. Perf. 14. 5. c. 21. 2. et Pignor. de Seruis p. 41. sqq. Bün.

q) per dimotum populum] per seruos, aut si magistratus esset, per licetorem turba submota de via: vt Horatius dixit Lib. 2. oda 16. consularis submonet licetor. Legitur autem dimotum in tribus Lipf. et ed. Betuleii: priores Rom. Ald. Parrh. corrupte domitum. Salmastrum in Solin. c. 25. p. 217. si huc respexit, vt plane puto, memoria fecellit. Hinc, inquit, DIMOTO INCEDERE, apud Lactantium, qui verba dimota incedit. Cell.

r) per dimotum populum] Sic etiam

9 semper incedant. Sic addicti et seruientes voluptatibus vim, vigoremque mentis extinguunt, et quum viuere se maxime putant, ad mortem concitatisime^s properant. Nam, sicut in secundo libro^s docuimus, cæli ratio in animo, terræ autem in corpore est. qui bona negligunt animi, et corporis adpetunt; in tenebris ac morte versantur, quæ sunt terræ atque corporis, quia vita et lumen de cælo est; cuius quoniam expertes sunt, corpori seruiendo, 11 longe absunt ab intellectu rerum diuinarum. Eadem miserof^s ubique cæcitas premit^s. sicut enim qui sit^s verus Deus, ira qui sit verus cultus^s, ignorant.

1 II. Mactant igitur opimas ac pingues hostias Deo quasi esurienti^a; profundunt vina tamquam sitienti; accendunt lu-

iam Witt. et Reimm. per dimotum. In editis primum restituit Fasitell. in Manutiana, tum Gryph. Tornæs. 1548-1613. Betul. Thomas. et seqq. ubi prauè ab a. 1465-1524. et Gymn. per domitiam editum fuerat. Illustrauit vberius Gronouius ad Liuii L. 28. 2. 7. frequentius hac in re verbum submouere, hinc L. 3. Liu. c. 48: *lictor. submoue turbam et da viam domino*. Seneca epist. 94: *non est, quod feliciorẽ iudices, cui submouetur, quam quem licitor semita delicit*. Si vis exercere tibi utile, nulli autem graue imperium, vitia submoue. de Prouid. c. 3: *Sulla gladio submouetur*. Propius ad nostrum locum Gellius L. 13. c. 13: *nunc stipati seruis publicis - vltro submouent populum*. *Matrona*, Festo auctore p. m. 231: *magistratibus non submouebantur*. Hieronymus quidem epist. ad Gerontiam de Monogamia f. 89. scribit: *Apud Aquas Sextias sub Mario a licitor matronas submotas, sed hæ fuerunt captiuæ*. Bün.

s) ad mortem concitatisime] L. 5. Bün.

2) Nam sicut in secundo libro] c. 12.

3-10. Reimm. Nam si, ut, tum sequentia aliter distinguenda. De simili variatione dixi ad de Ira 18. 5. Bün.

u) Eadem miserof^s ubique cæcitas premit] Heumannus desidero, inquit, connexionem, lego itaque sic: *diuinarum, et ideo miserof^s*. Conspiciant vero omnes libri in edita lectione; sunt hæc dicta vt L. 3. 24. 2: *Nam semper eodem modo falluntur*. Bün.

x) qui sit - qui sit] Eleganter qui bis posuit pro quis. notamus ad L. 1. 11. 39. Bün.

y) qui sit verus cultus] Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. Parrh. Paris. qui sit verus cultor. male. Ven. 1497. cultori. peius. Rectissime Aldus, Crat. Gymn. Fasit. Gryph. reliquit cultus. Clarum ex Epit. 58. 1: *ostendam - qui sit iustissimus ritus colendi*. Bün.

a) quasi esurienti] Ita Apuleius L. 8. Metam. p. 215: *Aquodam - pinguisimum deposcunt aristem, qui deam Syriam esurientem suo iasiaret sacrificio*. Obserua in Lactantio copiam: *quasi, tamquam, velus*. Bün.

b) pos-

lumina velut in tenebris agenti. Quod si suspicari aut percipere animo possent^b, quæ sint bona illa cælestia, quorum magnitudinem, terreno adhuc corpore obuoluti, sensu capere non possumus: iam se cum his officiis inanibus stultissimos esse cognoscant. Vel si^c cæleste lumen, quod dicimus solem, contemplari velint, iam sentiant^{d,e}, quam non^f indigeat lucernis eorum Deus^g, qui ipse in usum hominis tam claram, tam candidam^b lucem dedit. et tamen quum in tam paruo circuloⁱ, qui propter longinquitatem non amplius, quam humani capitis videtur habere mensuram, tantum sit fulgoris, ut eum mortalium luminum acies^k non queat contueri; et si paullisper intenderis, hebetatos oculos caligo ac tenebræ consequantur; quid tandem luminis, quid cla-

b) *possent*] Sic libri; malletm possint, sequitur enim cognoscant. Bün.

c) *Vel si*] Bon. Quodsi, ut n. 2. sed reliqui MSS. et editi *Vel si*. Bün.

d) *iam sentiant, quam non*] Vulgo, *iam sentiant, quod non*. At Goth. *sentiant*: Angl. *quam*. Cell.

e) *iam sentiant*] Restituo hanc lectionem ex Guelf. Lips. Angl. Reimm. et pluribus editis; quæ et ipsa bona, licet rarior. Sic L. 5. 9. 14: *Si actus suos considerens - iam intelligant, quam*. Cellarins ex solo Goth. ediderat *iam sentiant*, in futuro; uti quod est in Paris. et Torn. 1587-613, quod suffragantibus pluribus libris vberius defendo ad Librum de Ira c. 3. 2. Bün.

f) *quam non*] Omnino *quam* hic elegantius, itaque habent Bon. Tax. Pen. septem Angl. Reimm. etiam Lips. tert. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. et sic locus vix citatus 5. 9. 14. Bün.

g) *non indigeat lucernis - Deus*] Agnouit Seneca ep. 95: *Accendere aliquem lucernam sabbatis prohibeamus, quoniam nec lumine dii egent*. Plenius noster in Epitome 58. 2: non

indiget terrenis luminibus, qui solem cum ceteris astris in usum hominum potuit accendere. Bün.

b) *tam claram, tam candidam lucem*] Simplicius in cit. loco Epitomes SOLEM dixit. Docte vero hic vocat *candidam lucem*, exemplo Ennii, Ciceronis, aliorum, Ennius in Cic. 1. Diuin. 48:

Exin candida se radiis dedit ista foras LVX.

Cic. 2. N. D. 15: *Solis candor illustrior*. Translate Cyprianus ad Demetrianum ed. Gryph. p. 277: *ad vera religionis candidam lucem emergere*. de Vnit. Eccl. p. 311: *pura et candida Domini luce radiati*. Bün.

i) *in tam paruo circulo*] Solis circulo siue corpore rotundo. Cell.

k) *mortalium luminum acies*] Lips. 2. 3. Reimm. *mortalium hominum acies*. Nihil mutandum; iterum L. 7. 9. 3: *non cernuntur acie luminum*. Seneca Hercul. Fur. 652:

- - torpet acies luminum,

Hebetesque visus vix diem insuetum ferunt.

et v. 1042:

- - - errat acies luminum,

Visusque maior hebetat. Bün.

l) *tam*

claritatis apud ipsum Deum, penes quem nulla nox est, esse arbitremur? qui hanc ipsam lucem sic moderatus est, ut neque nimio fulgore, neque calore vehementi noceret animantibus, tantumque istarum rerum^l dedit ei, quantum aut mortalia corpora^{m-n} pati possent^o, aut frugum maturitas postularet. Num igitur mentis suæ compos putandus est, qui auctori et datori luminis candelarum ac cerarum lumen offerit promunere? Aliud vero ille a nobis exigit lumen, et quidem non fumidum^p, sed, ut ait poeta^r, *liquidum^r atque clarum*, mentis scilicet; propter quod a poetis *Φῶς* nuncupatur^s, quod exhibere non potest, nisi qui Deum agnouerit.

Illo-

D) *tantumque istarum rerum*] Heumannus quid, inquit, pro istarum rerum rescribendum sit, alius uiderit. Quantum ego quidem video, nihil hic aliud rescribendum, nec libri aliud præstant; quantum istarum rerum, i. e. quantum fulgoris et caloris. Ita sæpe Lactantius et Cicero; noster L. 1. Instit. 3. 14: *ut tantum in eo (Deo) sit ISTARVM RERVM* (i. e. magnitudinis, potestatis, virtutis, maiestatis), quantum etc. Sic L. 3. 8. 29. et L. 6. 16. 11: *earum rerum*, et L. 3. 23. 9. in neutro: *nihil istarum*. Cicero pro Archia c. 1: *Si quid est in me ingenii - abhorruisse: earum rerum - fructum - reperere - debet*. Conf. L. 2. Diuin. c. 59: *nihil earum rerum*. vide antecedentia. Bün.

m) *quantum aut mortalia corpora*] Lipf. tres aut, et ed. Ald. Betul. Spark. Omiserunt Rom. et Parrh. Perperam Thom. Thyf. ad. Cell.

n) *aut mortalia*] Recte aut exhibent Goth. Reimm. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Isæus, Gall. Spark. quod editi ab 1465-1510. neglexerant; Thomas. et Thyf. in ad vitiantur. Bün.

o) *patri possent*] Restitui possent ex Lipf. 2. 3. et Reimm. sequitur enim

postularet; et recte Tornæs. 1587-1613. Geneu. 1630. et ex hac. Walch. possent; vnde Heumannus non postularet in postulat debuisset mutare, sed possunt in possent. Bün.

p) *exigit - non fumidum*] His conformia illa Senecæ ep. 95: *ne lumine dii egent, et ne homines quidem delectantur fuligine*. Bün.

q) *ut ait poeta, liquidum atque clarum*] Cuius generis est, quod Lucretius Lib. 2. v. 282. dixit:

Largus item liquidi fons luminis, atherius sol. Cell.

r) *liquidum*] Conf. 7. 21. 4. et quæ de hac voce ratione ignis, luminis disputat Macrobius L. 6. Saturn. c. 5. Bün.

s) *Φῶς nuncupatur*] Corrupte Ultr. fortes. Lipf. alter: *fortes nominatur vel nuncupatur*. corruptius Rost. Ven. 1471. utraque 78: *fontes nuncupantur*. Pen. Ven. 1493. 97. Paris. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Phanetes. paullo melius, nam Orpheus Lact. 1. 5. 4. *Deum vocavit Phæneta*. At rectius Fasit. Gryph. Tornæs. Bet. Thom. Φῶς. Lepide Reimm. a poetis Occot (græcum addit rubricator) nuncupatur. Bün.

s) *quid-*

Illorum autem dii, quia terreni sunt, egent luminibus, ne in tenebris sint; quorum cultores, quia caeleste nihil sapiunt, etiam religiones, quibus deseruiunt, ad terram reuocant. In ea enim lumine opus est, quia ratio eius et natura tenebrosa est.

Itaque diis non caelestem sensum, sed humanum potius attribuunt, ideoque illis necessaria et grata credunt esse, quae nobis, quibus aut esurientibus opus est cibo, aut sitientibus potu, aut veste aligentibus; aut, cum sol deceserit, lumine, ut videre possimus. Nullis igitur ex rebus tam probari et intelligi potest, deos istos, quum aliquando vixerint, mortuos esse, quam ex ipso ritu, qui est totus e terra. quid enim caelestis in se boni potest habere pecudum sanguis effusus, quo aras inquinant? nisi forte deos existimant eo vesci, quod homines aspernantur attingere. Et quisquis illis hanc saginam praestiterit, quamuis ille grasfator, adulter, veneficus, parricida sit; beatus ac felix erit. Hunc diligunt, hunc tuentur; huic omnia, quae optauerit, praestant. Merito ergo Persius huiuscemodi superstitiones suo more deridet.

- - *Qua tu, (inquit,) mercede deorum*

Emeris auriculas^z pulmone et lactibus unctis^a?

Sentiebat videlicet, non carne opus esse ad placandam caelestem maiestatem, sed mente sancta, et iusto animo, et pectore, ut ipse ait, quod naturali sit honestate generosum^c.

Hæc

^z) *quid - caelestis - boni*] Sic lego cum MSS. et editis, omnibus pro prauo Cellarii caeleste. Bün.

ⁿ) *existimant*] Rost. *estimant*. Reliqui, ut est editum. Rün.

^x) *eo vesci*] sc. sanguine. Rarius vesci de potionibus. Cic. 2. N. D. 23: *dii nec escis nec potionibus vescuntur*. Bün.

^y) *Merito ergo Persius*] Satyra 2. v. 29. Cell.

^z) *auriculas*] auditionem benignam. Cell.

^a) *lactibus unctis*] pinguibus intestinis. Nonius in LAC: *Lactes*

dicuntur intestina. Forte quod lacti similia per candorem sunt et mollietiem. nam hæc sola ita adpellantur. Cell.

^b) *non carne - ad placandam*] Egrege Cicero pro Cluentio c. 68: *Neque intelligit, pietate et religione et iustis precibus deorum mentes, nec superstitione, neque ad scelus perficiendum casis hostiis posse placari*. Bün.

^c) *pectore, ut ipse ait - naturali - honestate generosum*] Expresfit sensum, non verba, quae legas Lact. L. 2. 4. 11. et Casaubon. ad Persium ed. Paris. in g. p. 225. Bün.

Yy

d) in

13 Hæc est religio cælestis, non quæ constat ex rebus corruptis, sed quæ virtutibus animi, qui oritur e cælo: hic verus est cultus, in quo mens colentis seipsam Deo immaculatam victimam sistit. Id autem ipsum quomodo consequendum, quomodo præstandum sit, docebit huius libri disputatio. nihil enim tam præclarum, hominique conueniens potest esse, quam erudire homines ad iustitiam. Apud Ciceronem Catulus in Hortensio^d philosophiam rebus omnibus præferens, *malle se dicere vel unum paruum de officio libellum, quam longam orationem pro seditioso homine Cornelio*^e. quæ sententia non utique Catuli, qui fortasse illud non dixit, sed Ciceronis est putanda, qui scripsit. Credo ut libros^{f-g}, quos de officiis erat scripturus, commendaret: in quibus ipsis, nihil esse, testatur, in omni philosophia melius, et fructuosius, quam præcepta vitæ dare. Quod si hoc illi faciunt, quibus non est veritas cognita; quanto magis nos facere debemus, qui a Deo eruditi et illuminati possumus vera præcipere? nec tamen sic docebimus, ut quasi prima virtutis elementa tradamus, quod est infinitum^h; sed tamquam docendum suscepimus eum, qui apud illos iam perfectus esse videatur. Mamentibus enim præceptis eorum, quæ solent ad probitatem recte dareⁱ, ignota illis superstruemus, ad perficiendam, consummandamque iustitiam, quam non tenent. Ea vero, quæ possunt cum illis esse communia, prætermittam; ne quid ab iis videar mutuari^k, quorum errores coarguere atque aperire decreuerim.

III. Duæ

^d in Hortensio] Sæpe dictum, præclarum hunc librum interiisse. Cell.

^e pro seditioso homine Cornelio] C. Cornelius, tribunus pl. multis legibus senatui aduersatus fuerat, ideoque reus postea factus maiestatis: quem Cicero oratione gemina defendit. Adi Asconium. Cell.

^f Credo, ut libros] Goth. et Lips. libros, non, ut vulgo, libellos. Cell.

^g ut libros] Sic quoque rectius Reimm. Bün.

^h quod est infinitum] Goth. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Parrh. Paris. Itæus:

quod est infinitum, respectu perfectionis. At Lips. Reimm. Ven. utraque 1478. Ald. et reliqui infinitum, ut L. 7. 25. l. Opif. 4. 23. Plura notauit ad L. 1. 1. 20. (k) p. 11. Bün.

ⁱ recte dare] Damus dare ex Bon. Tax. Vltr. Cauc. Lips. tert. Goth. Emanan. Rost. Ven. 1472. utraque 78. 93. 97. et Paris. pro quo Parrh. Iunt. Ald. et recentiores dari decerant. Bün.

^k ab iis - mutuari] Lips. 2. imitari. Non imitor. Bün.

a) Duæ

III. Duæ sunt viæ^{a. b.}, per quas humanam vitam progredi necesse est, vna, quæ in cælum ferat^{c.}; altera, quæ ad inferos deprimat, quas et poetæ in carminibus^{d.}, et philosophi^{e.} in disputationibus suis induxerunt. Et quidem philosophi alteram virtutum esse voluerunt, alteram vitiorum; eamque, quæ sit assignata virtutibus, primo aditu esse et arduam et confragosam; in qua si quis, difficultate superata, in summum eius euaserit^{f.}, habere eum de cetero planum iter; lucidum amœnumque campum, et omnes laborum suorum capere fructus^{g.} vberes atque iucundos. Quos autem primi aditus difficultas deterruerit; eos in eam vitiorum viam labi atque deflectere, quæ primo ingressu sit quasi amœna, multoque tritior^{h.}: deinde quum in eam paullo vterius processerint^{i.}, amœnitatis eius speciem repente subduci: exori-

ri

a) *Dua sunt viae*] Posteriores edd. addunt: *Constantine Imperator*, vt sæpe fuit libris superioribus: ab hoc autem absunt in plerisque antiquis, manuscriptis Angl. et Lips. ac ed. Rom. Parrh. Ald. Cell.

b) *Dua sunt viae*] addit Goth. *Constantine Imperator*, quæ non agnoscunt Bon. Tax. Pen. Vltr. septem Angl. Pal. Iun. Lips. Reimm. et Tornæs. MSS. nec edd. ab 1465 - 1524. et Gymn. Bün.

c) *ferat*] c. 4. 1. *qua fert*. Conf. Op. 16. 5. Epit. 59. 3. eleganter. Plin. L. 2. ep. 17: *aditur non una via. Nam Laurentina et Hostiensis eodem ferunt*. Vindicauit Liuius Gronouius ad L. 39. c. 27. Bün.

d) *et poeta in carminibus*] vt est illud Hesiodi, τῆς ἀρετῆς ἰδεῶτα etc. ac epigramma Virgilio tributum, cuius initium est *Littera Pythagora*. Cell.

e) *et philosophi*] vt Xenophon de viuio Herculis: Cebes in Tabula: Seneca de Const. Sap. c. 1. Cell.

f) *in summum - euaserit*] more ve-

terum. Liuius L. 2. c. 65: *Fixis in terram pilis, quo leniores in ardua euaderent, cursu subeunt - tum rursus impetu capto, enitentur atque exsuperant iniquitatem loci. Iam prope erat, vt in summum cliui iugum euaderent*. Conf. Liu. 33. c. 8. vt in iugum euasit. L. 33. 9: *vix in iugum euaserat*. Quintil. L. 1. Instit. 2. p. 31: *in cacumina euadunt*. L. 12. Inst. c. 11. fin. *quod facientes - euademus in summum*. Conf. Burmann. ad Quint. L. 8. Inst. c. 3. p. 707. Bün.

g) *omnes laborum suorum capere fructus*] Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78: *omnes labores capere fructus*. Malleum cum Heumanno *omnium laborum suorum*. Bün.

h) *multoque tritior*] Reimm. *multo quam tristior*. Lips. 2. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. et 97. *multoque tristior*. Praue omnes; recte alii MSS. et Parrh. Paris. reliqui *tritior*. Conf. de *via trita* Burmann. ad Ouid. L. 1. Art. 585. p. 584. Bün.

i) *in eam - processerint*] Legendum *in ea*, iudice Heumanno; libri omnes

Y y a

- ri autem viam præcipitem, nunc saxis asperam, nunc obductam
sentibus, nunc gurgitibus intercasam, vel torrentibus rapidam, vt
4 laborare, hæere, labi, cadere sit necesse. Quæ omnia eo profe-
runtur, vt adpareat, in virtutibus capiendis labores esse ma-
ximos, in perceptis autem maximos fructus, et solidas atque
incorruptas voluptates: vitia vero quibusdam deleniuentis
5 naturalibus illicere animos^l hominum, et inanium iucundi-
tatum specie captos, ad acerbis amaritudines, misériasque
perducere. Sapiens prorsus disputatio, si virtutum ipsa-
rum formas atque terminos scirent. non enim didicerant,
vel quæ sint, vel quid eas mercedis a Deo maneat, quod nos
his duobus libris docebimus. Hi vero, quia ignorabant,
aut dubitabant, animas hominum immortales esse; et virtu-
tes et^m vitia terrenis honoribus, aut pœnis æstimauerunt.
6 Omnis ergo hæc de duabus viis disputatio ad frugalitatem, ac
luxuriam spectat. Dicunt enim humanæ vitæ cursum ꝑ
litteræⁿ esse similem, quod vnusquisque hominum, quum
pri-

omnes in eam. Senec. Vita B. c. 1:
Decernatur et quo tendamus et qua:
non sine periso aliquo, cui explorata
sint ea, in qua procedimus. Bün.

h) vitia - deleniuentis] not. L.I.L.7.
(h. i) p. 5. Bün.

l) illicere animos] Cauc. allicere
animas. Iun. allicere animas; sed
sequitur captos. Bün.

m) et virtutes et vitia] Prius et
addidi ex Angl. Lipf. tribus, Iun.
Cauc. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtra-
que 78 - 1515. Paris. Crat. Gymn.
Fasit. Gryph. Tornæs. 1548 - 1613.
Betuleio; sine ratione proscripse-
runt Thomas. et recentiores. Bün.

n) humana vita cursum ꝑ littera]
Aufonius in Monosyllabis:

Pythagora biuium ramis pateo
ambiguus ꝑ.

Quod planius declarat vetus epi-
gramma Virgilio tributum:

Littera Pythagora discrimine secã
bicorni

Humana vita speciem præferre vi-
detur.

Nam via virtutis dextrum petis
ardua collem,

Difficilemque aditam primis spe-
ctantibus offert,

Sed requiem præbet fessis in verti-
ce summo.

Molle ostendit iter via lata, sed
ultima meta

Præcipitat captos, voluitque per
ardua saxa.

Quisquis enim duros casus virtu-
tis amore

Vicerit, ille sibi laudemque de-
cusque parabit.

At qui desidiam luxuriamque seque-
tur inertem,

Dum fugit oppositos incauta mense
labores,

Turpis inopsque simul miserabile
transiget annum. Cell.

o) pri-

primæ^o adolescentiæ limen attigerit, et in eum locum venerit, *partes ubi se via findit in ambas*?; hæreat nutabundus^q, ac nesciat, in quam se partem potius inclinet. Si **7** ducem nactus fuerit, qui dirigat^r ad meliora titubantem, hoc est, si aut philosophiam didicerit, aut eloquentiam, aut aliquid^r honestæ artis, quo euadat ad bonam frugem, quod fieri sine labore maximo non potest; honestam, ac copiosam vitam, disputant, peracturum: si vero doctorem frugalitatis **8** non inuenerit; in sinistram viam^t, quæ melioris speciem^u mentiatur, incidere^x, id est desidiæ, inertiae, luxuriæ se tradere, (quæ suauia quidem videntur ad tempus vera bona ignorantibus;) post autem amissa omni dignitate ac re familiaris, in omnibus miseriis ignominiaque victurum. Ad corpus **9**

v) *prima adolescentia*] Rescripti *prima* ex Bon. Tax. Pen. Pal. Vltr. Emman. Lipf. i. Reimm. pro editorum *primum*. Sueton. Domit. c. 1: PRIMAE ADOLESCENTIAE tempus. Bün.

p) *partes ubi se via findit in ambas*] Ex Virg. 6. Aen. 540. vnde Reimm. *fundit*, vitiosum; nec genuinum *scindit* in Ven. 1493. 97. Parrh. Eadem et Rost. Ven. vtraque Ald. Crat. Gymn. *partes* male omittunt. Bün.

q) *nutabundus*] Lipf. *nutribundus*, praue. Goth. Rost. Ven. vtraque 1478: *nutabundus*. Non muto. Reimm. in textu: *nutribundus*, pessime; at recte in marg. *nutabundus*, vt plures scripti editique; quod idem, quod n. 7. *titubans*. De confusione vocum conf. ad Minucium c. 16. Gronouium p. 140. 141. et Dauius p. 96. Bün.

r) *dirigat*] rectum, non Lipf. secundum, tert. et Reimm. *erigat*. Emman. *ducat* ex glossa. Bün.

s) *aliquid honestæ artis*] Reimm. *aliud honestæ artis*. Bün.

t) *in sinistram viam*] Rost. Ven.

1471-1515. Paris. Crat. Gymn. *ad sinistram viam*. At Goth. Lipf. Reimm. Basit. Gryph. Tornæa. Betul. Thomas. Isæus et seqq. *in sinistram viam*. Bün.

u) *quæ melioris speciem*] Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. *quæ meliorem speciem*. Ald. Crat. Gymn. Torn. 1548. Betul. *quæ virtutis ac melioris speciem*. quæ glossa τῆς melioris. At Lipf. Goth. Reimm. Ven. vtraque 1478. Paris. Fasit. Gryph. Thomas. et meliores edd. Tornæa. 1587-1613. Isæus: *quæ melioris* (sc. *vix*) *speciem*. Bün.

x) *incidere*] Testatur Isæus, *incidere* legi in Bonon. et MSS. melioribus; vnde cum ipso et Heumanno recepi; in Reimm. et editis meis omnibus *incedere*, praue. antea n. 3: *in vitiorum viam labi atque destiteræ*. Bün.

y) (*quæ videntur - ignorantibus*)] Hæc inclusi, vt considerentur tamquam verba Lactantii *iudicantis*; nam si *narrantis* essent; fuisset *videatur*, vt Heum. corrigit, legendum; sed repugnant omnes libri. Bün.

pus ergo, et ad hanc vitam, quam in terra ducimus^a, fines earum viarum retulerunt. Poetae fortasse melius, qui hoc biuium apud inferos esse voluerunt: sed in eo falluntur, quod eas vias mortuis proposuerunt. Vtrique ergo vere; sed tamen vtrique non recte^b; quia oportuit, vias ipsas ad vitam, 10 fines earum ad mortem referri. Nos igitur melius et verius, qui duas istas vias, caeli et inferorum esse dicimus, quia iu- 11 stis immortalitas; iniustis poena aeterna proposita est. Quomodo autem hae viae^b vel in caelum tollant, vel ad inferna praecipitent, explicabo, aperiamque, quae^d sint virtutes, quas philosophi nescierunt: tum earum quae sint praemia; simul etiam quae sint vitia, quaeue eorum supplicia, monstrabo. 12 Nam fortasse aliquis expectet, vt separatim de vitiis ac virtutibus dicam; quum de bono aut malo disserentibus nobis, 13 etiam, quod est contrarium, possit intelligi. Siue enim virtutes inferas^e; vitia, sua sponte decedent: siue etiam vitia^f eximas, virtutes vltro subibunt. sic bonorum ac malorum

RUM

z) *vitam-ducimus*] De hac phrasinotamus ad L. 7. 9. 15. *Bün.*

a) *Vtrique-vere-vtrique-non-recte*] Hac lucem capiunt ex Epit. 59. 1-3. Goth. sed tamen vtrique non recte. *Bün.*

b) *Quomodo autem via ista*] Sic MS. Cant. et ed. Rom. sed Lipf. 1. Emman. et Goth. ea via. et Lipf. reliqui ha via. Cell.

c) *Quomodo-ha via*] Ita edo ex duobus Bonon. Tax. Pen. Vltr. Cauc. Iun. Pal. Lipf. 2. 3. Reimm. Betul. et Isæo; sequitur enim n. 14: *Has igitur vias etc.* Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Paris. Gymn. Tornæ. *Quomodo autem via ista.* At Parrhasio duce Ald. Crat. Fasit. Gryph. *via ista.* Nam de duabus viis hic disputatur. *Bün.*

d) *aperiamque, quae*] Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Ald. Crat. Gymn. Betul. et Isæus: *et aperiam, quae.* At Goth. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph.

Tornæ. Thomas. et seqq. *aperiamque, quae.* Saepe talia in libris corrupta ab iis, qui putarunt male sonare, *que qua.* At ita n. 2: *eamque, quae sit assignata.* L. 6. 18. 16: *patientiaque, quae omnium virtutum maxima.* Cic. L. 1. N. D. 2: *multaque, quae dicentur.* L. 1. N. D. 42: *eaque, quae.* L. 3. N. D. 7: *omniaque, quae.* Vindicauit Sallustio et illustrauit Cortius Catil. 3. 5. p. 25. *Bün.*

e) *virtutes inferas*] Emman. Betul. et Tornæ. 1587-1613. Walch. *inferas.* eleganter. vide mox *inferi.* At Goth. Lipf. Reimm. et edd. reliquæ *inferas* in oppos. *eximas.* *Bün.*

f) *sue etiam vitia*] Vox etiam abest a Lipf. 2. Reimm. et Rost. vtraque Ven. 1478-1515. Paris. Crat. Gymn. Isæo; sed addunt Cauc. Goth. Lipf. 1. 3. Angl. Fasit. Gryph. Tornæ. Thomas. et seqq. Ad rem ipsam pertinet Ambrosius de Cain et Abel L. 2. c. 4: *quum rennatiatur impro-*
bis-

rum constituta natura est, vt se inuicem semper oppugnent^g, semper expellant^h. ita fit, vt neque vitia detrahiⁱ sine virtutibus possint, nec virtutes inferi^k sine detractiōe vitiorum. Has igitur vias longe aliter inducimus, quam a philosophis induci solent: primum, quod vtrique præpositum esse dicimus ducem, vtrumque immortalem: sed alterum honoratum, qui virtutibus ac bonis præsit; alterum damnatum, qui vitiis ac malis. Illi autem in dexteriore tantum via ducem ponunt, neque vnum, neque perpetuum. siquidem quemlibet doctorem bonæ artis inducunt, qui a desidia reuocet homines, et frugi esse doceat. Sed neque ingredi faciunt in eam viam, nisi pueros et adolescentes; videlicet quod artes discantur in his ætatibus^l. Nos autem omnis sexus^m, 16 et generis, et ætatis, in hoc cæleste iter inducimus, quia Deus, qui eius viæ dux est, immortalitatem nulli homini natoⁿ negat. Forma quoque ipsarum viarum non ita est, vt illi putauerunt. Quid enim opus est ¶ littera in rebus contrariis atque diuersis? sed altera illa melior conuersa est ad solis

OR-

h) statim, statim adsciscitur virtus; agressus enim malitia virtutis ingressum operatur eodemque studio, quo crimen excluditur, virtus copulatur. Conf. Laet. 7. 10. 3-6. Bün.

g) vt se inuicem oppugnent] Goth. vt se inuicem contraria semper oppugnent. Conf. Epit. 29. 11. 2-11. Bün.

h) semper expellant] Hæc absunt a Lipf. 2. 3. et Reimm. Bün.

i) vitia detrahi] Iun. Vltr. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. vitia retrahi; at Goth. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæx. Betul. Thom. detrahi. statim: sine detractiōe vitiorum. Conf. notam sequ. Bün.

k) virtutes inferi] Vt hæc superioribus, virtutes inferas, responderent, hic quoque Parrh. Ald. Crat. Gymn. virtutes inferri habent; at Pal. Vltr. Cauc. Goth. Lipf. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Fasit. Gryph. Tornæx. Betul. Thom. et seqq. virtutes inferi. Recte.

Epit. 60. 14: de nostris animis prius vitia detrahenda, et tum demum virtutes inferendæ. c. 61. n. 16: ha vitiorum stirpes eruenda, vt virtutes inferi possint - neque detrahi possunt - natura insiti. n. 17: neque detrahendos - Deus insensit. Bün.

l) in his ætatibus] Cicero 1. Off. 34: officia non eadem disparibus ætatibus, alia iuuenum, alia seniorum. Quintil. 1. Inst. c. 1. p. 23: Memoria alitur exercitatio in iis, de quibus nunc loquimur ætatibus - Non alienum fuerit exigere ab his ætatibus. Bün.

m) Nos autem omnis sexus - ætatis] Ita quidem omnes libri; forte legendum: Nos autem homines omnis sexus etc. videtur enim vix subaudi hic posse remotius homines ex n. 15. Bün.

n) multi homini nato] not. L. 3. 19. 7. Bün.

ortum; altera illa deterior, ad occasum: quoniam qui veritatem ac iustitiam sequitur, is, accepto immortalitatis præmio, perenni luce potietur: qui autem ab illo malo duce illectus prætulit vitia virtutibus, mendacium veritati; necesse est, ad occasum et tenebras deferatur. Describam igitur utramque, et earum proprietates habitusque monstrabo.

III. Vna est itaque virtutis, ac bonorum via, quæ fert non in Elysijs campos, vt poetæ loquuntur; sed ad ipsam mundi arcem.

• At leua, malorum^a

Exercet pœnas, et ad impia Tartara mittit.

• Est enim criminatoris illius, qui prauis religionibus institutis auertit homines ab itinere cælesti, et in viam perditionis inducit. Cuius viæ species, et figura sic est composita in adspectu, vt plana, et patens, et omni genere florum atque fructuum delectabilis esse videatur. in ea enim posuit Deus omnia^{b,c}, quæ pro bonis habentur in terra; opulentiam dico,

^a) *perenni luce potietur*] Vox *perenni* in Ven. 1493. et 97. desideratur, forte ob consimilem vocem *præmio* excidit. Vindicauit ad L. 4. 30. 1: *perenni luce potiatur.* Büin.

^a) *At leua, malorum*] Virgillii verba *Aeneid.* 6. v. 542. Cell.

^b) *in ea enim posita sunt omnia*] Sic nostri Lipsienses, quod etiam in alijs antiquissimis libris obseruauit Mich. Thomasius. Alii, Angl. et Goth. *posuit Deus omnia*; sed quæ sequuntur, non ferunt sanctum nomen. Iccirco recentes, expuncto nomine *Deus*, scripserunt tantum, *posuit omnia.* Cell.

^c) *posuit Deus omnia*] Bon. Tax. et plerique antiqui Thomas. iidemque optimi Iſto dicti codices MSS. item Iunii, duo certe Lips. Witt. Reimm. Bodl. C. C. C. et Torn. margo; Iſæus, Cellar. Walch. *posita sunt*

omnia. Pal. Cauc. Vltr. Lips. r. et Gall. Spark. *posuit omnia*, non addito *Deus.* Goth. Emman. Cantabr. i. e. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Fasit. Gymn. Gryph. Torn. Betul. *posuit Deus omnia.* relictissime. Patet ex num. 7. *in hac posuit.* Ex quibus certo colligitur ante scripsisse: *in ea posuit Deus omnia*; alias *Deus* hic addi debuisset. Occurrat fortasse aliquis, n. 7. agi de virtutis via, in quam actiuum *posuit* quadret. Sed de vtraque via n. 12: *Ha sunt via, quas Deus humana vita* adsignauit, *in quibus singulis et bona ostendit et mala.* Quid multis? docti viri, qui altera passiuæ forma Dei sanctitati consulere vouerunt, non attenderunt, quid *Lactantio* hic significet verbum *PONERE.* Est vero idem *POSVIT*, quod *NUM.*

co, honorem, quietem, voluptatem, illecebras omnes: sed cum his pariter iniustitiam, crudelitatem, superbiam, perfidiam, libidinem, cupiditatem, discordiam, ignorantiam, mendacium, stultitiam, ceteraque vitia. Exitus autem huius viæ talis est. Quum ventum ^d fuerit ad extremum, vade iam regredi non ⁴ licet; cum omni sua pulchritudine tam subito præciditur, vt non ante quis fraudem prospicere possit, quam præcipitatus in altitudinem profundam ^e cadat. Quisquis enim præsentium ⁵ bo-

num. 12. OSTENDIT, MONSTRAVIT, PROPOSVIT. Patet ex n. 14: *Itaque quom simul proposita sunt homini bona et mala, considerare unumquemque secum dece: quanto satius sit.* conf. n. 6. c. 7. n. 3. 4: *Deus posuit in via sua ostendit.* L. 5. 18. 11. His gemina plauē illa in libro de Ira 13. 13: *proposuit ei et bona et mala* (ad eligendum, n. 14.) n. 15: *propositis bonis malisque* - n. 17: *POSITIS* (i. e. propositis) *tantummodo in conspectu bonis* - n. 19: *quæ (mala) nisi fuissent proposita* - n. 25: *omnia propter hominem proposita, tam mala quam etiam bona.* Ira 15. 2: *explanavi, simul Deum proposuisse bonum ac malum.* Ita Hebræorum בִּי virumque ponere et proponere notat. conf. Ierem. 21, 8: *ego vobis via mortisque viam propono.* adde Deut. 30, 15-19. et c. 11, 26. Optimos vero quosque veterum *ponere premium, quæstionem* et similia, loco compositi proponere, posuisse, multis exemplis docuerunt Græuius ad Cic. L. 9. Fam. ep. 26. p. 68. Burmann. ad Phædr. L. 1. 14. 9. p. 37. Curtius ad Sallust. Catil. 20. 14. Re-
 עֵת quoque a me adfertam lectionem actiuam Heumannus tuetur; at quod *exigunt*, (actiuum posuit) inquit, *sequentes accusatiui*: iniustitiam, crudelitatem, et ceteri, qui hic aqve reguntur a POSVIT, vt accusatiui n. 7; in eo ratione acculatiuorum n. 3. ab

eo discedo; possunt enim propius n. 3. regi a dico: *opulentiam dico* sed cum his pariter (dico) *iniustitiam, vitia.* Ita Mabrobius L. 7. Saturni c. 1: *Procul hinc facesant et alumna eius. honestatem DICO et modestiam; nec minus cum sobrietate pigritatem.* Seneca de Tranqu. c. 1: *Non ignoro etiam, qua in speciem laborant, dignitatem dico, et eloquentia famam, et quidquid ad alienum suffragium venit, mora conualescere.* Büh.

d) *Quum ventum fuerit ad extremum*] Seneca Vit. Breu. c. 3: *simul ad temporis iacturam ventum est.* Virg. 6. Aen. 45: *Ventum erat ad limen.* Sil. Ital. L. 15. v. 510: *Ve vero ventum in culmen.* Büh.

e) *in altitudinem profundam cadat*] Vnus Bon. et ex eo Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Cant. ediderunt: *ex altitudine in profunda cadat; quod,* inquit Thomasius, *mibi valde probatur; nam cadere in altitudinem nullo modo dici potest, quom illud sit erigi, non cadere.* Gallæus pari inscientia ALTITVDINEM PROFVNDAM manifestam dicit contradictionem. At MSS. Angl. septem, Lips. tres, Goth. Guelferb. Witt. Reimm. et omnes, excepto vno, Thomasi et Isæi MSS. et edd. ab. 1465-1563. per dno sæcula: *in altitudinem profundam cadat.* rectissime, meritoque defendit Isæus in notis. Lactantius ipse L. 3. 18. 14: *in profundis tenebris*
 Yy 5 variat

bonorum specie captus, et in his consequendis, ac fruendis occupatus, non præuiderit ea, quæ post mortem secutura sunt; seque a Deo auerterit: *is vero* ^f ad inferos deiectus, in æternam damnabitur & pœnam. Via vero illa cælestis, difficilis et cliuosa ^b proposita est, vel spinis horrentibus aspera, vel faxis exstantibus ⁱ impedita, ut cum summo labore ac pedum tritu ^k, cumque magna cadendi sollicitudine sit cuique gradiendum. In hac posuit ^l iustitiam, temperantiam, patientiam, fidem, castitatem, abstinentiam, concordiam, scientiam, veritatem, sapientiam, ceterasque virtutes; sed simul cum his paupertatem, ignominiam, laborem, dolorem, amaritudines omnes. Quisquis enim spem suam porrexerit ^m longius, et meliora maluerit; carebit his terræ bonis; ut expeditus ac leuis difficultatem viæ superet. nec enim potest, qui se adparatu regio circumdederit, aut diuitiis onerauerit, angustias illas vel ingredi ⁿ, vel tenere. Vnde intelligitur, iccirco malis

lis

uariat L. 4. 15. 7: *in altissimis tenebris.* L. 3. 28. 13: *in puteo sic alto, ut fundus sit nullus.* aliis verbis in Epit. 40. 4: *in profundo puteo.* et c. 72. 7: *subsident valles* in altitudinem profundam. Cicero L. 1. diuin. c. 43: *quum ad infinitam altitudinem terræ desedisset.* Seneca ep. 70: *O virum fortem! - quam animose in profundam se altitudinem maris-immisisset.* Arnobius L. 5. p. 173: *profunde altitudinis specum* dixit. Egregie nostrum locum adseruit Wasfe ad Sallust. Fragmenta p. 256: add. Drakenb. ad Sil. Ital. 6. 580. p. 328. Bün.

f) *is vero*] Torn. 1587-1613. *is certo.* Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Iſæus *is ad inferos.* At MSS. et Kofst. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Fasit. Gryph. Bëtul. Thomas. et recentiores elegantius *is vero.* conf. c. 12. 18. et c. 13. 7. et sæpius. Bün.

g) *in æternam damnabitur*] vid. 5. 19. 1. Bün.

h) *cliuosa*] *Est vox poetica* secun-

dum Walchium; sed et aliorum, e. g. Plinii L. 17. c. 22: *cliuosæ altiorem possunt serobes.* L. 18. c. 24: *in confuso aut cliuoso.* Omitto plura. Reimm. et in *cliuosa.* Bün.

i) *faxis exstantibus*] Ven. 1493. 97. Parrh. *astantibus, praue. exstantibus,* i. e. prominentibus. de Opificio c. 5. 2: *ex vasculo corporis quatuor fecit exstantia.* c. 10. 21: *exstantium lacertorum - robur.* c. 13. 5: *seris clementer exstantibus.* Bün.

k) *as pedum tritu*] attritione. Cic. Nat. deor. 2. c. 9: *lapidum tritu elici ignem videmus.* Cell.

l) *posuit*] repete ex n. 3. Deus. Bün. m) *spem porrexerit*] Seneca L. 4. Benef. c. 22: *nihil iam superest, quo spes porrigatur.* L. 2. Benef. c. 27: *ultra se cupiditas porrigit.* Tertull. adu. Iudæos c. 7: *in aduentum Christi spem suam porrigunt.* Bün.

n) *angustias illas ingredi*] Paullinus Nolanus epist. 29. c. 2: *Subfarcinatos arctam non capiunt.* Cell.

o) pro-

lis et iniustis facilius prouenire ^o, quæ cupiant; quia prona et decliuis est eorum via: bonis autem, quæ optent, difficile ^p procedere, quia difficili et arduo itinere gradiuntur. Iustus ¹⁰ ergo, quoniam durum asperumque iter ingressus est, contem-
tui, derisui, odio sit necesse est. Omnes enim, quos cupiditas aut voluptas præcipites trahit, inuident ei, qui virtutem cape-
re potuit; et inique ferunt, id habere aliquem, quod ipsi non habent. Erit itaque pauper, humilis, ignobilis; subiectus in-
iuriæ; et tamen omnia, quæ amara sunt, perferens: et si pa-
tientiam iugem ad summum illum gradum, finemque perdu-
xerit, dabitur ei corona virtutis; et a Deo pro laboribus, quos in vita propter iustitiam pertulit, immortalitate donabitur.
Hæ sunt viæ, quas Deus humanæ vitæ adsignauit; in quibus ¹²
singulis ^q et bona ostendit, et mala, sed ordine præpostero, atque conuerso. In vna enim ^r monstrauit temporalia prius mala cum æternis bonis, qui est ordo melior ^{*}: in altera, temporalia prius bona, cum æternis malis, qui est ordo deter-
rior; vt quicumque præsentia mala cum iustitia delegerit, ma-
iora et certiora consequatur bona, quam fuerunt illa, quæ spre-
uit: quisquis autem præsentia bona præposuerit iustitiæ; in
maiora et longiora incidat mala, quam fuerunt illa, quæ fu-
git.

^o) *prouenire*] *elegantè. idem mox: procedere.* Iustin. L. 7. c. 6: *rebus feliciter proueniensibus.* Cic. 1. Fin. c. 14: *nec quid prouenturum sit, prouidet.* vbi Lambin. et Gruter. malebant *euenturum.* Saepe ita Tacitus, c. g. L. 3. Hist. c. 41. L. 4. c. 69. et L. 4. c. 18: *si destinata prouenissent.* Frequentius Boethius, Lib. 2. Consol. Prof. 6. L. 3. Prof. 6. L. 4. Prof. 6. Ita Arnobius L. 4. p. 128. *ex rerum prouentis, quam vocem Dauisius Cæsari L. 7. Gall. c. 29. vindicauit.* Bün.

^p) *difficile*] *aduerb. Plinius L. 11. c. 18: difficile se - explicantibus. L. 17. c. 23. fin. difficile sanescunt. et alibi idem sapius. Apuleius in Apol. p. 275. non difficile - si respondissem, et*

p. 303: *non difficile corrumpit.* Frequentissimum hocq; Ambrosio L. 1. Off. 38: *qua difficile huius sustinentur.* de Viduis f. 144: *haud difficile ebrios exercitus vnus sobrietas et vincere potuit et eludere.* Vocula hodie fere neglecta, cuius in Fabro duo tantum loca ex Cic. et Velleio producta. Bün.

^q) *in quibus singulis*] Heumannus *singulis casu tertio sumit, ego sexto; hoc sensu: in qualibet harum duarum viarum.* Bün.

^r) *In vna enim*] Quidam legunt *in sua*, at illud malim cum Lips. et Rom. Cell.

^{*}) *qui est ordo melior*] Lips. 2. et Reimm. *qui est melior*, quia mox sequitur. *ordo deterior.* Bün.

^s) *vi.*

13 git. Hæc enim vita temporalis ^s; quia breuis est; iccirco et
 bona eius et mala breuia sint necesse est: illa vero spiritalis,
 quæ huic terrenæ contraria est; quoniam sempiterna est, ic-
 14 circo et bona eius et mala sempiterna sunt. Ita fit, vt et bo-
 nis breuibus mala æterna, et malis breuibus bona æterna suc-
 cedant. Itaque quum simul ^t proposita sint homini bona et
 mala; considerare vnumquemque secum decet, quanto latius
 fit, perpetuis bonis ^{*} mala breuia pensare; quam pro breui-
 15 bus et caducis bonis mala perpetua sustinere. Nam sicut <sup>*
 in hoc sæculo, quum est propositum cum hoste certamen,
 prius laborandum est, vt sis postmodum in otio; esuriendum,
 sitiendum, æstus, frigora perferenda, humi quiescendum, vi-
 gilandum, periclitandum est, vt saluis pignoribus ^y et domo
 et re familiari et omnibus pacis ac victoriæ bonis perfrui pos-
 16 sis: sin autem præsens otium malueris, quam laborem, malum
 tibi maximum facias necesse est; præoccupabit enim aduerfa-
 rius non resistantem, vastabuntur agri, diripietur domus, in
 prædam vxor ac liberi venient, et tu ipse interficere, aut ca-
 piere: quæ omnia ne acidant, præsens commodum differen-
 17 dum ^{*} est, vt maius, longiusque pariatur: Sic in omni hac
 vita, quia nobis aduersarium Deus reseruauit, vt possemus ^a ca-
 pere</sup>

s) *vita temporalis*] Bon. Tax. Pen. Goth. Lips. 2. 3. Reimm. *corporalis*, et ex plurimis suis MSS. defendit Thomasius et Isæus ex op. pos. *vita spiritalis*; at Vltr. Cauc. Iun. et editi ab 465 - 1563. *temporalis*, vt n. 12. *temporalia*; paullo ante n. 3. *terrena*. Bün.

t) *simul*] Bon. et Goth. *semeL*. sed vide n. 7. sæpe hæc voculæ confunduntur. Bün.

u) *perpetuis bonis*] Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78 - 1515. Paris. Crat. Gymn. *pro perpetuis bonis. ne latine quidem*, recte vero MSS. et Fasit. Gryph. reliqui: *perpetuis bonis*. Lact. 6. 9. 22: *virtus acerbitatem maximo bono pensat*. L. 3. 19. 11: *qui pauciora mala non pensant bonis plurimis*.

Epit. 66. 6: *quibus bonis. quanta beatitudine breuia poenarum mala et huius vita damna pensamus*. Dicitur etiam *pensare aliquid cum aliquo*. vid. Vorst. ad Valer. Max. L. I. c. l. Bün.

x) *scut*] Protasis hic incipit; n. 17: *sic in omni* etc. apodosis incipit. Bün.

y) *saluis pignoribus*] i. e. *liberis*. Conf. 6. 12. 23. not. Sæpe Cyprianus, e. g. de Eleemof. ed. Gryph. p. 334: *caris pignoribus providere. Da utilis et salutaria præcepta pignoribus*. Bün.

z) *differendum*] Rost. Ven. 1471. vtraque 78. *deferendum*, nota confusione syll. *de* et *dis*. MSS. et reliqui: *differendum*. Bün.

a) *ut possemus*] Reimm. *ut possemus*. Bün.

pere virtutem, omittenda ^b est præfens voluptas, ne hostis opprimat; vigilandum, stationes agenda, militares expeditiones obeunda ^c; fundendus ad vltimum cruor, omnia denique amara, et grauia ^d patienter ferenda, eo quidem promptius, quod ^e nobis imperator noster Deus præmia pro laboribus æterna constituit. Et quum in hac terrena militia tantum homines ¹⁸ laboris exhauriant ^f, vt ea sibi pariant, quæ possunt eodem modo perire, quo parta ^g sunt: certe nobis nullus labor est recusandus, quibus id acquiritur ^h, quod nullo modo possit amitti. Voluit enim Deus, qui homines ad hanc militiam ¹⁹ genuit, expeditos in acie stare, et, intentis acriter animis, ad vnus hostis ⁱ insidias, vel apertos impetus vigilare; qui nos, sicut periti et exercitati duces solent, variis artibus captat, pro
cu-

simus, recte ratione sequentium; at possemus ratione antecedentium. Bün.

b) *omittenda - voluptas*] vid. not. L. 7. 27. 1. *omittendas - voluptates.* Bün.

c) *expeditiones obeunda*] Seneca ep. 96. fin. *Viuere - militare est - expeditiones periculosissimas obeunt.* Bün.

d) *amara et grauia*] Goth. Fasit. Gryph. Thomas. Thyf. Gall. Spark. *amara et grauiora.* perperam. Nam Bon. Tax. Pen. Pal. Angl. Lipf. Reimm. et Subl. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Torn. Betul. Isæus: *et grauia*; licet non nesciam alibi positiuum et comparatiuum simul iungi. Bün.

e) *eo - promptius, quod*] Multi quidem scripti, in his Witt. Lipf. Reimm. cum editis omnibus: *eo - promptius, quo*; sed edidi ex Guelferb. et Goth. membranis: *eo promptius, quod*; ita noster c. 6. 13.: *faciunt - multa, qua boni faciunt, eo quidem promptius, quod fallendi gratia faciunt.* Bün.

f) *tantum homines laboris exhauriant*] Lipf. tert. *hauriant.* Lipf. alter et Reimm. *tantum homines laboribus hauriant.* Bün.

g) *parta*] Reimm. *parata*: ante omnes *pariant.* Bün.

h) *quibus id acquiritur*] Angl. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. *quo id acquiratur.* Torn. If. *quo pro vt, auf daß* Betul. *quo id acquiritur*, vi pronominis: *quo labore.* Lipf. Goth. Reimm. Pal. Vltr. Fasit. Gryph. Thomasius et seqq. *quibus id acquiritur*; vt, secundum Heumannum, sensum intuitus sit, non verba, quasi scripserit: *nulli labores sunt recusandi, quibus, sc. laboribus.* Ego sumo dandi casu: *quibus, scilicet nobis*; vt antea: *vt ea sibi pariant*; posset quoque poni pro *a quibus.* conf. L. 7. 27: II. 12-16. Bün.

i) *ad vnus hostis*] Lipf. 2. 3. Subl. Rost. Ven. 1471-1497. Paris. Parrh. *ad vnus vel inuisibilis hostis.* Ald. Crat. Gymn. *ad visibilis hostis.* Ac MSS. et Fasit. Gryph. etc. *ad vnus hostis.* Bün.

k) *Aliis*]

20 cuiusque natura et moribus læuiens. Aliis ^k enim cupiditatem infatiabilem immittit, vt opibus suis, tamquam compedibus, illigatos ^l, a via veritatis excutiat: alios inflammat iræ stimulis ^m, vt, ad nocendum potius intentos, a Dei contemplatione detorqueat: alios immoderatis libidinibus immergit; vt, voluptati et corpori seruientes, ad virtutem respicere non possint: aliis vero inspirat inuidiam, vt, suis ipsi tormentis ⁿ occupati, nihil cogitent aliud, nisi eorum, quos oderint, felicitatem. Alios inflat ambitionibus ^o. ^p: Ii sunt, qui ad gerendos magistratus omnem vitæ suæ operam, curamque conuertunt, vt fastos signent, et annis nomen imponant ^q; Quorum

k) Aliis] Tirones hic notent n. 20-23. Aliis - alios - alios - alios - alios - si sunt - quorumdam - quos iis. conf. not. L. 5. 11. 10. et Senec. Brev. Vit. c. 2. Bün.

l) opibus suis, tamquam compedibus, illigatos] Rost. Ven. 1471. 93. 97. Paris. alligatos. At MSS. et Ven. vtraque 78. Parrh. etc. illigatos, duce Minucio, qui c. 17. dicit: diuites facultatibus suis ILLIGATOS. conf. Gronou. h. l. p. 145. et Lact. L. 6. 12. 36. L. 7. 1. 19. Bün.

m) inflammat iræ stimulis] 7. 17. 10. inflammat iræ, vt Cicero L. 1. N. D. 16. Bün.

n) inspirat inuidiam - tormentis] Alexander Magnus apud Curtium L. 8. 12. 18. inuidos homines, inquit, nihil aliud, quam ipsorum esse tormenta. Bün.

o) Alios inflat ambitionibus] Plures quidem inflammat legunt: at etiam non defunt, vt Lips. 1, qui inflat, quod cum turgida ambitione apprime conuenit. In Pison. c. 36: cum tibi spe falsa animos rumor inflasset. Cell.

p) Alios inflat ambitionibus] Vltr. Angl. Lips. duo, Reimm. et edd. ab 1465 - ad 1685: alios inflammat ambitionibus, perperam. illud verbum

de Ira vsus est n. 20. Rectissime vero Bon. Pal. Cauc. Goth. Lips. 1. et Cell. inflat ambitionibus. Ita L. 6. 24. 24: superbia tumidus. inleitur. L. 7. 1. 15: ambitione inflati. conf. not. L. 5. 22. 9. Cyprian. L. 2. ep. 2: inleitur superbia, iracundia inflammet. Pluruli numero ambitiones in Verrinis Cicero dixit. conf. Lact. 4. 16. 12. iniustitias. Bün.

q) vt fastos signent, et annis nomen imponant] Gallæus multa alleuit ex Demistero, quæ parum ad rem pertinent. Walchii singularis hic est interpretatio: His, inquit, Lactantius declarat, quod rebus minimis, qua inanes sunt, et fructu carent, intensi esse soleant; q. d. solent adnotare, qua singulis diebus eueniunt, licet et minime sint digna, qua listeris memoria posteritatis conseruentur; solent obseruare annorum rationes, et ex illis ipsis annis nomen imponant, quod sit annus bonus, sterilis, cetera. At enim agit hic Lactantius de iis, quos inflauit ita ambitio, vt nihil cogitent aliud, quam vt GERANT MAGISTRATVS, tales maxime, quibus Fastorum signandi et annis nomen imponendi ratio adiuncta fuit; i. e. agit de CONSVLIBVS, de quibus Fasti CONSVLA-

RES

fundam cupiditas tendit altius, non vt prouincias temporali gladio regant^r; sed vt infinita et perpetua potestate dominos se dici velint^r vniversi generis humani. Quos autem pios²³ viderit, vanis implicat religionibus^r, vt impios faciat. Iis vero, qui sapientiam quærent, philosophiam in oculos impingit, vti specie lucis excæcet, ne quis comprehendat ac teneat veritatem. Sic hominibus obstruxit aditus omnes, et obsecpsit²⁴ vias, publicis lætus erroribus^r: quos vt discutere possemus, ipsamque auctorem malorum vincere, illuminauit nos Deus, et armavit vera cælestique virtute; de qua nunc mihi disserendum est.

V. Sed prius, quam singulas virtutes exponere incipio, determinanda est ipsa virtus; quam non recte philosophi definerunt, quid esset, aut in quibus rebus; quid operis, quid habeat officii. Nomen itaque solum retinuerunt; vim vero, et
ra-

RES dicti, iidemque consules annis nomen imponebant. Apte Seneca de Ira libro primo exeunte: *Ambitio non est contenta honoribus annuis; si fieri potest, vno nomine occupare fastos vult, per omnem orbem titulos disponere.* Orientius Commemorator. L. 2. ed. Schurzff. p. 77:

Finge, age mansuri signent sua nomina fastos,

Atque tuo felix annus eat titulo.

meo periculo emendauit FASTOS, vbi editum FASTVS. Saluianus L. 6. ed. Brem. p. 106: *quam hac omnia ipsi (consules) agant, qui annis nomina tribuunt, et a quibus anni ipsi exordium sumunt; vbi plura Rittershusius, et recte Pitiscus explicat de Consulibus, quorum nominibus Fasti et anni signabantur, T. 2. Ant. Rom. f. 1047. conf. T. I. f. 552. et Barth. ad Statii Silu. L. 4. L. 2. p. 352-353. Bün.*

r) prouincias temporali gladio regant] tanquam præfides prouincia-

rum. vid. L. 5. 8. 9. et L. 5. 13. 17. Heumanno videtur rescribendum: *temporario*, in libris est *temporali*. Bün.

s) dominos se 'dici velint] more antiquo. not. L. 2. c. 14. 8. Bün.

t) vanis - religionibus] Bon. Iun. Goth. variis. Pen. Subl. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Ifæus: *inanibus*. Cauc. Lips. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Thomas. et seqq. *vanis*. Bün.

u) lætus erroribus] Goth. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. *lætas erroribus*, vt ad vias referatur. 7. 1. 21. At Lips. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. *lætus*, vt L. 2. 14. 11: *Solatiuum perditionis sua perdendis hominibus operantur*. Neglexerunt Lexica constructionem cum ablatiuo, qua etiam vsus Claudianus in Eutrop. 573: *profunda lætas cade*. Sæpe Ouidius, e. g. Heroid. ep. 12. 178: *Rideat, et vitius læsa sit illa meis* L. 4. Pont. 9. 34: *imperii lætas honore sui*. Bün.

a) Quis

2 rationem, et effectum perdiderunt. Quæcumque autem in definitionem virtutis solent dicere, paucis versibus colligit et enarrat Lucilius: quos malo equidem ponere, ne, dum multorum sententias refello, sim longior, quam necesse est:

Virtus, Albine est, pretium persolvere verum;

Quæ in versamur^a, quæ viuius rebus adesse.

Virtus est hominis^b, scire id, quod quæque habeat res.

Virtus; scire homini, rectum, utile, quid sit honestum,

Quæ bona, quæ mala item, quid inutile, turpe, inonestum.

Virtus, quærendæ finem rei scire modumque.

Virtus, diuitiis pretium persolvere posse.

Virtus, id dare, quod re ipsa debetur honori:

Hostem esse, atque inimicum, hominum morumque malorum;

Contra, defensorem hominum morumque bonorum;

Magnificare hos^c, his bene velle, his viuere amicum:

Commoda præterea patriæ sibi prima putare,

Deinde parentum, tertiã iam, postremaque nostra.

4 Ab iis definitionibus, quas poeta breuiter comprehendit, M. Tullius traxit officia viuendi, Panætium Stoicum secutus^d; eaque tribus voluminibus inclusit. Hæc autem quam falsa sint, mox videbimus; vt adpareat, quantum in nos

a) *Quæ in versamur*] i. e. *in quæis* vel quibus *versamur*, per anastrophen. vt L. 5. 9. 8. *quibus* coram; vt non opus sit cum Falstero in Suppl. L. L. p. 191. nouum verbum *inversor* hic fingere. Büñ.

b) *virtus est hominis*] Reimm. Emman. et editi ab 1465-1524. et Gymn. *virtus est homini*. Lipf. Goth. Pal. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas: *est hominis*. Büñ.

c) *Magnificare hos*] Goth. Lipf. Reimm. Vltr. Iun. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Cell. *hos magnificare*, quod repugnat versui, hinc eo ordine, vt edidi, legendum; aut cum Angl. Parrh. Torn. Betul. Tho-

mas. Ifæo et recentioribus: *Hos magnificare*. vide de his verbis Borrichium in Vindiciis p. 131. Duker. de Latinit. Vet. ICt. p. 354. in voce: *magnificabas*, et Riuium ad Terent. Hecyr. 2. sc. 2. 18. Büñ.

d) *Panætium Stoicum secutus*] Cicero Lib. 3. Offic. c. 2: *Panætius sine controuersia de officiis accuratissimo disputauit, quemque nos correctione quadam adhibita, potissimum secuti sumus*. Hunc 4. Acad. Q. c. 33. principem prope Stoicorum dicit, et Scipionis Africani familiarem, Offic. 1. c. 26. puta minoris seu Aemiliani, quod ex Velleii Lib. 1. cap. 13. apertum est. Coll.

e) *in*

nos e dignatio diuina f contulerit, quæ nobis aperuit veritatem. Virtutem esse dixit, scire, quid sit bonum et malum; quid turpe, quid honestum; quid vtile, quid minus breuius facere potuit, si tantum bonum ac malum diceret, quia nihil potest esse vtile, vel honestum, quod non idem bonum sit; nihil inutile ac turpe, quod non idem malum. Quod et philosophis videretur, et idem Cicero in tertio supradicti s operis b libro ostendit. Verum scientia c non potest esse virtus; quia non est intus in nobis, sed ad nos extrinsecus venit. quod autem transire ab altero ad alterum potest, virtus non est, quia virtus sua cuique est. Scientia igitur alieni beneficii est, quia posita est in audiendo: virtus tota nostra est, quia posita est in voluntate faciendi bona k. Sicut ergo in itinere celebrando l nihil prodest, viam nosse; nisi cona-

e) in nos] Rost. Ven. 1471-497. nobis. Lips. Goth. Reimm. Parrh. Ald. Fasit. Gymn. Gryph. Tornzs. Betul. Thomas. in nos. Bün.

f) dignatio diuina] Ex stilo Apuleii, et maxime scriptorum sacrorum. Apul. ad Asclep. p. 80: hominis soti deorum dignatione posfruuuntur. Apul. L. XI. Metam. p. 267: magni numinis dignatione. p. 272: numinum dignatione. Sæpe Cyprianus L. 1. ep. 1. ed. Gryph. p. 38: Es si quis prior diuine dignationis caloritate pracesferit. L. 1. ep. 2. p. 39: plebem diuinâ dignatione nobis commisitam. præparamus. ep. 3. p. 47: quibus honor tantus de Dei dignatione conceditur. Idem ep. 6. ed. Oxon. f. 13: pueros vobis gloria confessione sociatis diuina dignatio. sequuntur Rogationum viam. diuina dignatione facientem. ibid. ep. 10. fin. ep. 11. f. 23. et f. 26. et multo sapius. Ambrosius ad Virg. Exhort. T. 1. f. 110: vs. ad requiem diuina nos dignatio perducas. De dignatione pro gratia. conf. doctos ad Iustin. L. 28. c. 4. 10. et Pitiscum ad Curt. 7. 1. not. 63. Bün.

g) supradicti] Iterum de Ira 2. 6. De huius vocis in Lexicis neglectæ auctoritate Borrich. in Vindicijs p. 343. Muncken ad Laet. Placid. Narrat. L. XI. Fab. 4. p. 265. L. 12. f. 4. p. 273. conf. ibidem p. 197. 201. 208. 209. 213. 249. 263. 276. 279. 282. Bün.

h) in tertio supradicti operis] Lib. 3. cap. 3. Cell.

i) scientia] Lips. 2. Sapientia. male. mox Goth. virtus autem. Bün.

k) faciendi bona] Bon. Canc. Goth. faciendi boni. Torhez MS. faciendi bene. Sublac. Rost. Ven. vtraque bonum. Lips. Reimm. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. et plurimi faciendi bona. Bün.

l) in itinere celebrando] Ediderant Parrh. Ald. et hos secuti: in itinere celebrando, verbo quippe notiori; nos ex Bonon. Tax. Pea. Vltr. Canc. Iur. Reimm. Witteb. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. in itinere celebrando. Nam celebrare nonnunquam est frequens et velox iter ire, vnde Cicero aliquoties celebrare viam dixit. vide Grauzium ad

conatus ac vires suppetant^{m.} ambulandi; ita vero scientia^o nihil prodest; si virtus propria deficiat. Nam fere etiam ii, qui peccant; et si non perfecte, tamen quid sit bonum et malum sentiunt, et quoties aliquid improbe faciunt, peccare se sciunt, et ideo celare nituntur. Sed quum eos boni et mali natura non fallat, cupiditate mala vincuntur, vt peccent; quia deest illis virtus, id est cupiditas recta et honesta faciendi. Ex hoc igitur adparet, aliud esse scientiam boni malique; aliud virtutem; quia potest esse scientia sine virtute; sicut in plurimis philosophorum fuit. In quo, quoniam recte ad culpam pertinet non fecisse, quæ scieris re-

re-

ad Or. pro Lege Manilia c. 21. et Abramum pro M. Cœlio c. 14. extr. conf. Cicer. pro Sextio c. 63. Ciceronem sequitur Hieronymus ep. 14. ad Celantium f. m. 109: Illa (via) celebratur et seruitur a multis, hac vix inuenitur a paucis. vnde Nonius Mart. p. m. 117: Celebre non solum frequens, sed etiam velox. Accius Aegistho: Celebri gradu gressum accelerasse docet. Paulinus de Vita Martini L. 3. 26: Dumque hac nescantur studio celebrare benigno, vbi sine necessitate Barthius celorare. Bün.

m) vires suppetant ambulandi] Quidam ediderunt suppedisent: nos secuti sumus MSS. Emman. Goth. Lipf. Cell.

n) vires suppetant.] Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 93-97. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. suppedisent; quod idem sæpe et eleganter quod suppetant notat, vid. not. ad L. 4. 20. 4. at hic me antiquiores MSS. rectius sequi putavi. Nam Bon. Tax. Pen. Vltr. Emman. Goth. Lipf. et Ven. 1472. secunda 1478. et Paris. suppetant, intendit Ven. prima 1478. in qua suppetant. Sæpe in libris hæc verba permutantur. Bün.

o) ita vera scientia nihil prodest]

Reimm. ita vera scientia. Ven. 1493. 97: ita veri scientiã, quam veram scripturam Heumannus credit. reliqui scripti editique: ita vera scientia; retineo, quia hic in genere de scientia agit. vid. n. 5. 6. Bün.

p) In quo, quoniam ad culpam pertinet] Plurimi librorum, quoniam recte ad culpam, dura traiectione si ad fecisse referas: Vetusius autem, ab Iano Parrhasio castigatus, tollit prius recte, quem sequor, nec dubito, ex proximo recte; quod sequitur, a librario retractum esse. Cell.

q) quoniam recte ad culpam pertinet] Eiecerant Parrh. et Iunta illud recte, adprobantibus Ocellario et Heumanno; Walchius hoc ordine, nescio, qua fide: In quo, quoniam ad culpam pertinet, recte non fecisse, quæ scieris, recte voluntas. Nos sequimur MSS. Angl. Pal. Vltr. Cauc. Goth. Guelf. Lipf. Witt. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vitamque 1478-1515. Paris. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæ. Betul. Thomas. et reliquos: quoniam recte ad culpam pertinet non fecisse, quæ scieris; recte voluntas prava pernitetur. In pronuntiatione accentus utroque loco quasi in voce recte ponendus videtur; recte, inquit, refertur ad

recte; voluntas praua et vitiosus animus, quem excusare ignorantio non potest, punietur. Ergo sicut virtus non est, bonum ac malum scire; ita virtus est, bonum facere, malum non facere. Et tamen scientia sic cum virtute coniuncta est, vt scientia præcedat virtutem, virtus sequatur scientiam, quia nihil prodest cognitio, nisi et actio subsequatur. Horatius igitur paullo melius:

Virtus est, vitium fugere, et sapientia prima.

Sed inepte, quod eam contrario terminauit, vt si diceret: Bonum est, quod malum non est. quum enim quid sit virtus, nescio; ne vitium quidem quid sit, scio. Vtrumque igitur indiget definitione; quia natura rei talis est, vt vtrumque aut intelligi, aut non intelligi sit necesse. Verum nos faciamus, quod ille debuit: Virtus est, iram cohibere; cupiditatem compescere; libidinem refrenare. id est enim, vitium fugere. Nam fere omnia, quæ fiunt iniuste atque improbe, ab his oriuntur adfectibus. Si enim commotionis huius, quæ ira dicitur, impetus retundatur; omnes hominum

ad culpam non fecisse, quod scieris; et recte scientis voluntas praua-punitur. Ita Cicero illud recte eleganter repetiit L. 13. Att. ep. 22: *et ego recte dixi; ubi esset, et tibi ille recte negauit.* Bün.

v) actio subsequatur] Bon. consequatur, eleganter quidem pro sequatur. Sed plurimi hic subsequatur, pro more nostri L. 2. 8. 68: *intelligentia subsequi.* L. 7. 2. 4: *intelligere est quasi e vestigio subsequi.* Goth. *subsequatur scientiam.* Bün.

s) Horatius] Lib. 1. epist. 1. v. 41. Cell.

t) paullo melius] Addunt edd. ab 1465-1524 et Gymn. Betul. et Torn. Ifcus: *paullo melius definiuit* (aut. vett. *disiunxit*); at MSS. Goth. L. 1. 1. Reimm. Fasit. Gryph. Thom. sine illo verbo, vt L. 6. 11. 26: *illi ergo melius.* Qui verbum addide-

runt, respexerunt illa h. c. n. 4. ad *is definitionibus.* Bün.

u) sapientia prima] Heic finiunt libri. Addit Spark. reliqua Horatii, *stultitia caruisse*: quæ potius a Lactantio prætermissa crediderim, vt virtus et sapientia prima coniungantur. Cell.

x) sapientia prima] Fasit. Gryph. Torn. Bet. Ifcus, Gall. Spark. addunt *stultitia caruisse* ex Horatio; quæ ignorant Bonon. Tax. Pen. Lips. Goth. Angl. Reimm. et ab anno 1465-1524. excusi. Heumannus addere, inquit, *debeat* Lactantius, *stultitia caruisse*; sed videtur eum *sefellisse memoria.* Bün.

y) cupiditatem] i. e. auaritiam; vide hæc vberius tractata L. 6. c. 19. 4. 5. sqq. *desiderat, cupiditas oper.* Bün.

num contentiones malæ sopientur; nemo insidiabitur; nemo
 15 profiliet ad nocendum. Item si cupiditas temperetur: ne-
 mo terramarique grasfabitur; nemo exercitum ducet, vt ra-
 16 piat et vastet aliena. Item si ardor² libidinum compri-
 matur: omnis ætas et sexus retinebit suam sanctitatem^a; ne-
 17 mo quidquam pudendum aut patietur, aut faciet. Ergo
 vniuersa scelera, et flagitia, his commotionibus virtute seda-
 tis, ex hominum vita, moribusque tollentur. Quæ sedatio
 commotionum, et adfectuum hanc habet rationem, vt omnia
 18 recta faciamus. Omne^b igitur virtutis officium est, non
 peccare. quo profecto fungi non potest, qui Deum nescit:
 quoniam ignoratio eius; a quo bona oriuntur; impruden-
 19 tem impingat in vitia, necesse est. Itaque vt breuius et
 significantius vtriusque rei summa officia determinemus^c;
 scientia est, Deum nosse; virtus, colere. in illo sapientia,
 in hoc iustitia continetur.

VI. Dixi, quod erat primum, scientiam boni non
 esse virtutem: deinde, quid sit virtus, et in quo sit. Sequitur,
 vt id quoque ipsum, quid sit bonum et malum, nescisse phi-
 2 philosophos, breuiter ostendam; quod pæne declaratum est li-
 3 bro tertio^a, quum de summo bono disputarem. Qui
 autem^b, quid esset summum^{c, d}, nescierunt; et in ceteris
 bo-

2) *ardor libidinum*] In Ven. 1471. Fasit. Gryph. Thomas. Cantabr. edd. *arbor*. prauca. ab omnibus MSS. et reliquis edd. repudiatur merito. Bün.

a) *sanctitatem*] i. e. castitatem. Tacit. L. 14. Annal. 60. 3: *Plures persisterere sanctitatem dominæ* (Octauizæ) *tucri*-castiora etc. Valer. Max. L. 4. c. 5. ext. 1: deformitatemque SANCTITATIS suæ fidem, quam formam irritamentum alienæ libidinis esse voluit. Conf. meam adnotationem ad Lact. 6. 24. 25: *alienam mulierem sancte videas*, et ibidem c. 23. 8: *ad sanctitatem*. Bün.

b) *Omne-virtutis officium*] Sic Bon. Tax. Pen. Vltr. Iun. Cauc. Anglica-

ni septem, Lips. tres, Goth. Reimm. et ab 1465-1524. et Gymn. alterum *omnis* a Fasit. et Gryphio ad recentiores transit. Bün.

c) *determinemus*] Vltr. Lips. 2. Reimm. *determinem*. Bün.

a) *libro tertio*] cap. 7. et seqq. Bün.

b) *Qui autem*] Pen. Lips. 1. tert. Reimm. cum Tornæ. 1587 - 1613. *Quia autem*. Bün.

c) *Qui autem, quid esset summum*] addunt MSS. Angl. edd. Rom. Parrh. Ald. *bonum*, quod elegantius subauditur in tribus Lips. et ed. Spark. Thom. et aliis. Cell.

d) *quid esset summum, nescierunt*] Omit-

bonis, malisue, quæ summa^e non sunt, erauerint necesse est: quæ non potest^f vero iudicio examinare, qui fontem ipsum non tenet, vnde illa descendunt. Fons autem bonorum Deus est; malorum vero ille, scilicet diuini nominis semper inimicus, ~~de~~ quo sæpe diximus. Ab his duobus principiis bona malaque oriuntur. Quæ veniunt a Deo, hanc 4 habent rationem; vt immortalitatem parent, quod est summum bonum ϵ : quæ autem ab illo altero; id habent officium, vt, a cælestibus auocatum^{b.i}, terrenisque demersum, ad pœnam interficiant^{k.l} sempiternam; quod est summum malum: Num^m igitur dubium est, quin illi omnes, quid esset bonum 5 et

Omittunt *bonum* Goth. Reimm. et Fasit. Gryph. Thomas. Gall. Spark. quod reliquæ edd. vet. et recentiores addiderunt sine necessitate. Bün.

e) *qua summa*] vid. not. L. 3. 8. 26. Bün.

f) *qua non potest*] Pen. Iun. Rost. Ven. vtraque 1478 - 1515. Paris. Crat. Gymn. Tornæ. Betul. quod non potest. At MSS. Fasit. Gryph. Thom. et seqq. *qua non potest*. Recte, sequitur enim statim in plurali illa. Bün.

g) *quod est summum bonum*] More vulgari dixisset: *qua*, sc. *immortalitas*, est summum bonum - et mox: *qua*, sc. *sempiterna pœna*, est summum malum; sed sæpe et eleganter pronomen genus consequentis substantiuu, quod hic est, *bonum, malum*, exprimit. Iterum de Ira 13. 23. Bün.

b) *vt a cælestibus auocatum*] Propositionem additam vidi in Lipf. tribus, Goth. et Rom. quam propterea non duxi prætermittendam. Cell.

i) *a cælestibus auocatum*] Ven. 1471. et Rost. *a cælestibus aduocatum*, prauè. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. 1548. Betul. Thomas. Ifæus, Gall. Spark. Cant. *cale-*

stibus auocatum, pessime, sine præpositione hic omnino necessaria. Rectissime igitur (licet Thomasius, Ifæus, Gall. Spark. et Cant. editor hic neglexerint MSS. codices suos consulere, in quo sæpe peccarunt,) Goth. Guelf. Lipf. Reimm. et Veneta vtraque 1478. 93. 97. Paris. Torn. 1587 - 1613. Geneu. 1630. Cell. et recentiores: *a cælestibus auocatum*. Numquam hoc sensu sine præpositione posuit, nec potuit iterum n. 9: *neque fas est, animam - ab immortalibus suis operibus auocari*. L. 1. 22. 4: *animos - ad studia pacis a rebus bellicis auocauit*. conf. quæ notauit ad L. 2. 3. 11. et L. 4. 27. 16: *vt auocent a veri Dei notione*. Bün.

k) *ad pœnam interficiant sempiternam*] Idem codd. et Angli quoque, ac Parrh. et Ald. ad expressum habent, quod perperam recentiores Thom. Thyf. Cantab. posthabuerunt. Vnde quidem *pœna sempiterna* sexto casu, contra libros, scribi voluerunt. Cell.

l) *ad pœnam interficiant sempiternam*] Ita et Goth. Reimm. et omnes ab 1465 - 1563. editi etiam Ifæus, Gall. Spark. hic rectius, quam Bonon. Thom. Thyf. Cant. *pœna - sempiterna*. Bün.

m) *Num igitur*] Angl. et editi ab

- et malum; ignorauerint, qui nec Deum, nec aduersarium Dei
 6 fecerunt? Itaque finem bonorum ad corpus et ad hanc
 breuem vitam retulerunt, quam scilicet solui et occidere ne-
 cesse est: non sunt progressi ulterius. sed omnia eorum præ-
 cepta; et omnia, quæ inducunt bona, terræ inhærent, et humi
 iacent; quoniam simul cum corpore, quod est terra, moriun-
 7 tur. Pertinent enim non ad vitam homini comparandam,
 sed ad quærendas, vel augendas opes, honores, gloriam,
 potentiam; quæ sunt vniuersa mortalia, tam scilicet, quam
 ille, qui, vt ea sibi contingerent, laborauit. Hinc est illud:

Virtus, quærendæ finem rei scire, modumque.

- 8 Præcipiunt enim, quibus modis, et quibus artibus res familiaris
 quæ-

1465-1563. Non igitur, etiam Torn.
 1587. Ifæus; at MSS. Lipf. Goth.
 Pal. Reimm. Thom. Gall. Spark.
 Cell. per interrogationem: Num
 igitur. Bün.

n) nec aduersarium Dei] Duo Lipf.
 Goth. et ed. Betul. Spark. et Gallxi
 ita: at Rom. Parrh. Ald. aduersa-
 rium eius: Thom. Thyf. aduersa-
 rium humani generis. Singularis est
 Lipsiens. 1. amulum Dei scriptum re-
 ferens. Cell.

o) nec aduersarium Dei] Nouem
 Vaticani, duo Lipf. Goth. Vltr.
 Cauc. Reimm. Betul. Tornæs. 1587-
 1613. Gall. Spark. nec aduersarium
 Dei. Vaticani tres alii, Pen. et editi
 ab 1465-1545. etiam Rost. secus ac
 Heum. vult: nec aduersarium eius,
 quod eodem redit. vnde non erat,
 cur Gallæus hic Ifæum nouæ indu-
 ctæ lectionis accusaret. Bon. Thom.
 Cant. ed. et Thyf. aduersarium hu-
 mani generis. Thomafium putantem
 in prioribus lectionibus nimium tri-
 bui diabolo, iam refutauit recte Ifæ-
 us ex L. 2. 9. 13. vbi diabolum voca-
 uit Antisæum; et Heumannus ex
 nostro capite n. 3. vbi dicitur diui-
 ni nominis semper inimicus. L. 2. 16.

9. dæmones dicti pranaricatores Dei.
 Lipf. 1. amulum Dei, vt L. 2. 9. 11.
 Bün.

p) scierunt] In Angl. Lipf. 2. 3.
 Reimm. et omnibus ante Cellarium
 editionibus scierint. Bonon. scie-
 runt. Bün.

q) quam scilicet solui] Rost. Ven.
 1471. 93. 97. Paris. quod scilicet, vt
 pronomen ad corpus referatur; at
 MSS. Lipf. Goth. Reimm. Veneta
 vtraque 78. Parrh. Ald. et seqq. quam
 scilicet (vitam). Bün.

r) progressi ulterius] Ven. 1493.
 97. Parrh. Paris. Crat. Gyuin. pro-
 gressi longius. non male, vt L. 1.
 15. 4. At Pal. Vltr. Cauc. Iun. Angl.
 Lipf. Goth. Reimm. Rost. Ven. 1471.
 vtraque 78. Fasit. Gryph. et seqq.
 progressi ulterius. Bün.

s) ad quærendas] Torn. 1587-1613.
 Geneu. 1630. Walch. ad parandas, ex
 glosa; in plurimis MSS. ceterisque
 edd. omnibus ad quærendas. quæ-
 rere vero significat adquirere, parare,
 comparare, vid. n. 7. 8. 9. Bün.

t) Virtus, quærendæ finem rei] Lu-
 cilius verba ex loco, paullo ante c. 5.
 plenius demonstrato. Cell.

n) quæ-

quærenda fit; quia vident male quæri solere. sed huiusmodi virtus non est proposita sapienti. nec enim virtus est, opes quærere; quarum neque inuentio, neque possessio in nostra potestate est. Itaque et quæstus*, et obtentus* faciliores sunt malis, quam bonis. Non potest ergo virtus esse in iis rebus quærendis, 9 in quarum contemptu, vis ac ratio virtutis adparet, nec ad ea ipsa transfugiet, quæ magno ac excelso animo calcare ac proterere gestit: neque fas est, animam cælestibus intentam bonis, vt hæc fragilia sibi comparet, ab immortalibus suis opibus* auocari. Sed potissimum in iis rebus comparandis virtutis ratio consistit, quas nobis nec homo vllus, nec mors ipsa possit auferre. Quum hæc ita se habeant; illud, quod sequitur, verum est:

Virtus, diuitiis pretium persolvere possit.*

Qui versus idem fere significat, quod primi duo. sed neque ipse, neque quisquam philosophorum scire potuit, pretium ipsum vel quale, vel quod sit. id enim poeta, et illi omnes, quos secutus est, putauerunt, recte opibus vti, hoc est, frugi esse; non instruere conuiuia sumtuose; nec largiri temere: non effundere in res superuacuas, aut turpes rem familiarem. Di- 11 cet aliquis fortasse: Quid tu? negasne hanc esse virtutem? non equidem nego. contraria enim videar probare, si negem. Sed veram nego, quia non illa cælestis, sed tota terrena est*, quandoquidem nihil efficit, nisi quod remaneat in

*) *quæstus*] Ita omnes scripti, editique; mallet *quæstus*, quo præter Plinium L. 51. c. 9. vsus et Boethius. L. 4. Prof. 6. *rem quæstus maximam* dicens. In Lexicis quoque desideratur *inquisitus*. Io. Sarisber. Nug. Cur. L. 8. c. 11. p. 582: *inquisitus et scitu pernecessarium*. Büin.

x) *obtentus*] ab *obtinere*. Büin.

y) *ab immortalibus suis opibus*] Edidi *opibus* ex Cotton. Lips. altero et Reimm. vbi alii et editi omnes: *ab immortalibus suis operibus*. Agitur hic vbiq; de *opibus*, et dicit *animam cælestibus intentam bonis*. Faci-

lis confusio; quum *opibus* et *opibus* differant modo linea per p ducta. Büin.

z) *Virtus, diuitiis pretium persolvere*] Eiusdem Lucii versus, supra c. 5. cum aliorum serie productus. Cell.

a) *quia non illa cælestis, sed tota terrena est*] Ita edo ex Lips. 2. 3. Reimm. et Törnæs. 1587-1613. vbi Rost. Ven. 1471-1515. et plures recentiores: *quia non illa cælestis sit, sed tota terrena*; nonnullæ vett. in fine est addunt. Büin.

in terra. Quid sit autem recte opibus uti, et qui fit^b ex diuitiis fructus petendus, declarabo apertius; quum de pietatis officio loqui cœpero. Iam cetera, quæ sequuntur, nullo modo vera sunt. nam improbis inimicitias indicere, aut bonorum defensionem suscipere, potest cum malis esse communi^c. Quidam enim probitate ficta, viam sibi ad potentiam muniunt^c, faciuntque multa, quæ boni solent, eo quidem promptius, quod fallendi gratia faciunt. vtinamque tam facile esset præstare, quam facile est simulare bonitatem. Sed ii, quum esse cœperint propositi ac voti sui compotes, et summum potentia gradum ceperint; tum vero, simulatione deposita, mores suos detegunt; rapiunt omnia, et violant, et vexant; eosque ipsos bonos, quorum causam susceperant, insequuntur; et gradus, per quos adscenderunt, amputant; ne quis illos contra ipsos possit imitari. Verumtamen putemus, hoc officium non nisi boni esse, vt bonos defendat. at id suscipere, facile est; implere, difficile: quia quum te certamini congressionique commiseris; in arbitrio Dei, non tuo, posita victoria est. Et plerumque improbi et numero et conspiratione sunt potentiores, quam boni; vt ad eos superandos, non tam virtus sit, quam felicitas, necessaria. An aliquis ignorat, quoties^{d.e} melior^f iustiorque pars

b) qui fit] Rost. et editi vsque ad a. 1524. et Gymn. Tornzs. quis sit. At MSS. et Fasit. Gryph. Thomas. qui sit. Cicero et noster sæpe qui pro quis sequente sit ponunt; notauit ad L. I. II. 39. L. 6. I. II. fin. Bün.

c) viam ad potentiam muniunt] L. 5. II. 10: vt viam sibi ad altiora muniant. Sæpe Cicero, vt L. 3. in Verr. c. 68; eandem existimat vias ad omnium familiaritates esse munitas. Or. XVI de Lege Agrar. c. 7: viam sibi ad beneficium munit. Pro Murena c. 10: nullam munitam ad consularum viam. Forte ex nostro loco illa Taciti L. 3, Hist. c. 49: VIAM sibi ad potentiam struere mu-

niuntur, vbi Gronouius pater et in L. I. Obseru. c. 14. VIM defendit. Bün.

d) quoties melior] MSS. Angl. Goth. Lips. I. et Rom. quotiens. Vulgo aliquoties: Parrh. quod aliquoties: Lips. reliqui quod aliqua. I. c. aliquando. Cell.

e) quoties melior] Ita Bon. et Pen. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. Crat. Gymn. Ifæus; at Reimm. quod aliquando. Ven. 1472. vtraque 78. Parrh. Iunt. Gryph. Tornza. Betul. quod aliquoties. Ald. quod quoties. Bün.

f) melior] Ita solent Pompeii causam, de quo statim, vocare. Vellicius Patere. L. 2. c. 49. alterius ducis

pars victa fit? Hinc semper dominationes & acerbæ in ciues exstiterunt. Plena est exemplis omnis historia; sed nos contenti erimus vno. Cn. Pompeius bonorum voluit esse defensor; siquidem pro republica, pro senatû, pro libertate ar-
ma suscepit. Is tamen victus cum ipsa libertate occidit ^b; et a spadonibus ⁱ Aegyptiis detruncatus, insepultus abiectus est. Non est igitur virtus, aut hostem malorum esse, aut defensor-
rem bonorum; quia virtus incertis casibus non potest esse subiecta.

Commoda præterea ^k patria sibi prima putare.

Sublata hominum concordia, virtus nihil est omnino. quæ sunt enim patriæ commoda, nisi alterius ciuitatis, aut gentis incommoda? Id est fines propagare, aliis violenter ereptos ^{l. m}, augere imperium ⁿ, vectigalia facere meliora ^{o. p}. quæ omnia non

cis (Pompeii) melior videbatur, al-
terius (Cæsaris) firmior. conf. Cic. L.
4. Fam. ep. 9. n. 4. epist. 14. n. 4.
Senec. epist. 14. Bün.

g) *dominationes*] Rost. Ven. 1471.
damnationes, Sæpe has voces con-
fundi monui ad L. 2. 4. 36. orta con-
fusio ex compendio; sic e. g. Reimm.
diacoës, Veneta prima 1478.
doasoes, Veneta altera 1478. *dnasoes*.
At plures e. g. Ven. 1493. 97. Paris.
etc. *dominastiones*, distinctius. Bün.

b) *occidit*] Iun. Rost. Ven. 1471-
1515. Crat. Gymn. *occiditur*. Lips. 1. 3.
occisa. Quanto elegantius Goth. Lips.
2. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Bet-
tul. Thomas. et seqq. *occidit*, a *cado*,
media syllaba breui. Bün.

i) *a spadonibus*] Hinc Seneca ep.
4. *de Pompeii capite pupillus et spado*
sulere sententiam. Bün.

k) *Commoda præterea*] Itidem Luci-
lianus versus ex cap. 5. repetitus. Cell.

l) *aliis violenter ereptis*] Vetus-
ti libri, Lips. duo et Goth. et ed. Rom.
Parrh. Ald. *ereptos*, vt ad *fines* refe-
ratur. Sed non cohæret sequenti-

bus: quod videntes alii, scripserunt
eiectis. Malo cum Lipsiensis i. face-
re, cuius est *ereptis*, vt *aliis* sit ter-
tius casus; *ereptis* sextus: hoc est,
finibus, qui aliis erepti sunt, suum
augere imperium. Cell.

m) *aliis violenter ereptos*] Reddo
lectionem Bon. Tax. Pen. Vltr.
Iun. Lips. duorum, Goth. Reimm.
et Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat.
Gymn. quibus proximi Rost. Ven.
1471. 72. vtraque 78. 93. 97. *alios-
ereptos*, corrupta priori voce; Palat.
vt Lips. 1. *aliis violenter ereptis*, id-
que post Cellarium Heumanno
placet; MS. Cauc. Fasit. Gryph.
Torn. Betul. Thomas. Gall. Spark.
Walch. *aliis-eiectis*. Walchio tamen
a me recepta lectio placet. Bün.

n) *augere imperium*] Singularis hic
est Betuleius, edens in plurali: *impe-
ria*. Optime sane, si addicerent libri
alii. vid. L. 3. 22. 10. et Epit. 38. 5. Bün.

o) *vectigalia facere meliora*] Goth.
cod. et ed. Rom. Parrh. Ald. *melio-
ra*: alii *maiora* Cell.

p) *vectigalia facere meliora*] Ita
quo-

20 non vtique virtutes, sed virtutum sunt euerfiones. In primis enim tollitur humanæ societatis coniunctio, tollitur innocentia, tollitur alieni abfinentia, tollitur denique ipfa iuftitia, quæ difcidium ꝑ generis humani ferrè non potest; et vbiqumque
 21 arma fulferint, hinc eam fugari, et exterminari necesse est. Verum est enim Ciceronis illud ^r: *Qui autem ciuium rationem dicunt habendam, externorum negant; dirimunt hi communem generis humani societatem: qua sublata, beneficentia, liberalitas,*
 22 *bonitas, iuftitia funditus tollitur.* Nam quomodo potest iuftus efte, qui nocet, qui odit, qui fpoliat, qui occidit? quæ omnia faciunt, qui patriæ prodeffe nituntur. Id enim ipfum prodeffe, quid fit, ignorant, qui nihil putant vtile, nihil commodum, nifi quod teneri manu potest; quod folum teneri non potest,
 23 quia eripi potest. Hæc itaque, vt ipfi adpellant, bona quisquis patriæ adquiferit, hoc est, qui euerfis ciuitatibus, gentibusque deletis, ærarium pecunia referferit, agros ceperit, ciues fuos locupletiores fecerit; hic laudibus fertur in cælum; in hoc putatur fuma et perfecta efte virtus. qui error non modo populi, et imperitorum, fed etiam philofophorum est, qui præcepta quoque dant ad iniuftitiam ^s; ne ftultitiæ ac malitiæ difci-
 24 plina et auctõritas ^t defit. Itaque quum de officiis ad rem mi-

quoque MS. Iun. et ab anno 1465-1524. et Gymn. At Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Thomas. et fequentes: *veftigalia facere maiora.* Cæfar libro 1. de B. Ciu. 35. 4. dixit *veftigalia augere*, et ex oppofito L. 1. de B. Gall. 36. 4. *veftigalia deteriora facere.* Forte fcripfit nofter: *veftigalia facere maiora atque meliora*, vt Columella L. 12. R. R. in præf. p. 776. ed. Gefn. *ftudens negotia viri cura fua maiora atque meliora reddere.* Bün.

q) *discidium*] Reimm. *discidium.* recte. Bün.

r) *Verum est enim Ciceronis illud*] lib. 3. Offic. cap. 6. Cell.

s) *ad iniuftitiam*] Lipf. 2. Reimm.

Roff. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Betul. Torn. et Walch. *ad iuftitiam* præue; rectius plures fcripti, Parrh. Paris. Ald. Fasit. Gryph. Thomas. et reliqui: *ad iniuftitiam.* vid. n. 22. et n. 24. Bün.

t) *disciplina et auctõritas*] Subl. Roff. Ven. 1471. vtraque 78. Parrh. Ald. Crat. Gymn. *disciplinaque auctõritatis*; Ven. 1493. et 97. peius: *disciplinaque auctõritatis.* Goth. Eiman. et Paris. 1513. *disciplina quoque auctõritas*, melius quidem; at optime Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et feqq. *disciplina et auctõritas*, vt fit ἐν δὲ δὲ οὐδὲν. Epit. c. 39: *ne aut peccatis auctõritas, aut iustis*

militarem pertinentibus disputant; neque ad iustitiam, neque ad veram virtutem accommodatur * illa omnis oratio, sed ad hanc vitam moremque civilem, quem non esse iustitiam, et res indicat, et ipse Cicero testatus est *. *Sed nos, inquit, veri iuris, germanaque iustitiæ solidam et expressam effigiem nullam tenemus: umbra et imaginibus utimur: easque ipsas utinam sequeremur. feruntur enim ab optimis natura, ac veritatis exemplis.* Umbra est igitur et imago iustitiæ, quam illi iustitiam putauerunt. Quid sapientiam? nonne idem confitetur, in philosophis esse nullam? *Aut quum Fabricius y^a, inquit, aut Aristides iustus nominatur, aut ab illis a fortitudinis, aut ab hoc b iustitiæ petitur, tamquam a sapiente, exemplum. nemo enim horum sic sapiens, ut sapientem volumus intelligi. Nec ii, qui sapientes habiti et nominati, M. Cato, et C. Lælius, sapientes fuerunt: ne illi quidem septem; sed ex mediiorum officiorum frequentia similitudinem quamdam gerebant, speciemque sapientum.* Si ergo et philosophis c, d, ipsorum confessione, adempta sapientia est; et iis, qui iusti habiti sunt, adempta iustitia est: omnes igitur illæ virtutis descriptiones falsæ sint necesse est; quia, quæ sit virtus vera, scire non potest, nisi

tiis doctrina (h. l. disciplina) deesse.
Bün.

*) accommodatur] Rost. Ven. 1471. 1515. Paris. Crat. Gymn. commodatus; rectius Goth. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. et recentiores: accommodatur. Bün.

x) et ipse Cicero testatus est] lib. 3. Officior. cap. 17. Cell.

y) Aut cum Fabricius, inquit, fortis] Ex eodem lib. 3. Offic. cap. 4. Cell.

z) Aut quum Fabricius, inquit, aut Aristides iustus nominatur] Ita scribo ex Goth. Ultr. Rost. Veneta vtraque 1478. 1493. 97. Parrh. Paris: vbi alii: *Aut quum Fabricius, inquit, fortis, Nam fortis hic non quadrat, nec est in Cicerone; ex hoc loco quoque clarum in Cicerone: aut Aristides pro Gruteriano: Aristidesue restituentum.* Bün.

a) aut ab illis] Ita Rost. Ven. vtraque 478. 93. 97. Parrh. Paris. puta ab illis Decii et Scipionibus in Cicer. L. 3. Off. 4. memoratis; pro ab illis alii hic ediderant ab illo, male, ad Fabricium, prave hic fortem dictum in multis editis, referentes. Bün.

b) aut ab hoc] scil. Aristide, rectius fuisset scribendum ab his, scil. Fabricio et Aristide. Bün.

c) Si ergo et philosophis] Scripti omnes nostri, et ed. Rom. Parrh. ergo interponunt, quod abest a vulgatis. Cell.

d) Si ergo et philosophis] Sic. Bon. Tax. Pen. Cauc. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Betul. Torn. 1587. - 1613. Ifæus. vbi vitiose Ald. Crat. Gymn. Si ergo ex. Voculam ergo omiscunt

nisi iustus ac sapiens. Iustus autem ac sapiens *c. f.* nemo est, nisi quem Deus præceptis cælestibus eruditur.

- VII.** Nam illi omnes, qui per aliorum confesam stultitiam sapientes existimantur, specie virtutis inducti, ymbras et imagines adprehendunt; nihil verum. Quod ea sit ratione; quoniam via illa mendax, quæ fert ad occasum, multos tramites habet propter studiorum et disciplinarum varietatem; quæ sunt in vita hominis dissimiles atque diuersæ. Nam sicut via illa sapientiæ habet aliquid simile stultitiæ, quod libro præcedente monstrauimus; ita hæc, quum sit tota stultitiæ, habet aliquid simile sapientiæ, quod arripiunt ii ^a, qui stultitiam publicam intelligunt; et vt habet vitia manifesta, sic habet aliquid, quod simile esse videatur virtuti: vt habet apertum scelus, sic imaginem quamdam speciemque iustitiæ. Quomodo enim præcurfor ^{b. c.} eius viæ, cuius vis et potestas omnis in fallendo est, vniuersos in fraudem posset inducere, nisi verisimilia hominibus ostentaret? Deus enim, vt immortale illud arcanum eius in operto ^d esset, posuit in via sua, quæ homines

runt Fasit. Gryph. Thomas. et seqq. Bün.

e) Iustus autem ac sapiens] Veteres scripti libri Angl. Lips. et Goth. et editi Rom. Parrh. Ald. hæc verba ferunt: recentes eorum loco solum quod habent. Cell.

f) Iustus autem ac sapiens nemo est] Ita habent Reimm. et omnes ab 1465-1563. editi; et recte post ea tempora Torn. 1587. Isæus. At Pen. *iustus autem nec sapiens nemo est.* Sparkii MSS. *Iustus autem nemo est, nisi ille, quem.* Thomas. Thyf. Gall. Spark. in textu: *quod nemo est.* Bün.

a) quod arripiunt ii] Ita Lips. alter, Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thom. Isæus. Gall. Spark. forma indicatiui; Cauc. Vlter. et ante Fasit. editi et Cell. *arripiant.* Bün.

b) Quomodo enim præcurfor] Sic

plures veterum Lips. Goth. Emman. Rom. Alii pauciores *percurfor.* Cell.

c) præcurfor] Ita Bon. Pen. Pal. Cauc. Iun. Lips. Goth. Reimm. et editi ab 1465-1524. Gymn. Betul. Torn. 1587-1613. Isæus. Gall. Sparkius; vbi pauca edd. Fasit. Gryph. Torn. 1548. Thomas. *percurfor,* prauae. Bün.

d) arcanum eius in operto esset] Multi libri, in his Angl. Guelf. membr. Lips. Rost. Ven. 1471-1515. Crat. Gymn. Paris. Fas. Gryph. Torn. Thomas. immo, quod miror, etiam Cellar. et Walch. *arcanum eius in aperto esset* exhibent, quod plane hic non quadrat. Optime vero Cauc. Goth. Iunt. Betul. Isæus Gall. Spark. Heumann. *arcanum eius in operto esset.* Ita suadet scopus et series et alia loca. Remittit nos Lactantius n. 2. ad librum præcedentem, i. e. quintum,

nes pro malis, et turpibus aspernarentur, vt, auersi ^e a sapientia, et veritate, quam sine vlllo duce requirebant, in id ipsum incidere, quod vitare, ac fugere cupiebant. Itaque illam perditionis ac mortis viam multiplicem ostendit, vel quod multa sunt genera vitæ, vel quod diu multi, qui coluntur. Huius dux præuaricator ^f ac subdolos; vt videatur esse discrimen aliquod falsi et veri, mali ac boni; alia ducit luxuriosos, alia eos, qui frugi appellantur; alia imperitos, alia doctos; alia inertes ^g, alia strenuos; alia stultos, alia philosophos; et eos quidem non vno tramite. Illos enim, qui aut voluptates aut diuitias non refugiant, ab hac publica et celebri ^b via modice segregat: eos autem, qui aut virtutem sequi volunt, aut contemptum rerum profitentur ⁱ, per confragosa ^k quædam præcipitia trahit. Sed tamen illa omnia itinera, quæ speciem ⁷ bo-

tum, vbi cap. 18. 11: *scircò virtutem ipsam Deus sub persona stulticia voluit esse celatam, vt mysterium veritatis ac religionis suæ esset ARCANVM; quod nostro loco dicitur arcanum eius in opero esse, in libro quinto est: vt mysterium esse arcanum. Idem dicit L. 4. 2. 3 stulticia velamento Deus, ne arcanum sui diuini operis in propatulo esset, thesaurum sapientia ac veritatis abscondit. L. 4. 5. n. 2. multi veritatem sub velamine stulticia latentem aspernantur ac respiciunt. conf. L. 5. 14. 2. c. 17. 2. L. 7. 26. 8. Detererat Rittershusius iam anno 1598. ad Ligurini L. 1. v. 458. p. 32. hanc in Lactantio labem; sed quis eum legit, aut audiuit? Sæpe vero apertus et operus in libris confundi, ostendi iam ad Lact. L. 1. 22. 11. Bün.*

e) *vs auersi]* ex Boetio hæc sumenda. Bün.

f) *præuaricator]* L. 2. 16. 9. Bün.

g) *alia inertes, alia strenuos]* Goth. *alia ineptos, alia strenuos. inepte. Reliqui inertes, recte; repetuntur*

enim n. 8. *fortes ab inertibus. Inertes fortibus ac strenuis opponuntur. conf. not L. 6. 14. 3. quietum ab inertibus. c. 18. 13. habebitur pro segni et inertibus, cui ibidem fortis ac strenuus oppositus. Ita in Valer. Max. L. 8. 8. 1. inertes et strenui sibi aduersantur. Boethius 4. Metr. 7. Itæ nunc fortes - cur inertes terga non datis? Ex melioribus alia plura Broukhuis. ad Propert. 3. 5. 72. p. 286. et Burmann. ad Phædr. 1. fab. 21. fin. p. 51. Bün.*

b) *et celebri via]* Seneca Vit. Beat. c. 1: *tristissima quaque via et celeberrima. Est igitur celebrius a multis frequentata. c. 5. n. 7. not. et Burmann. ad Phædr. 1. 6. 1. p. 18. Bün.*

i) *contemptum rerum profitentur]* Ita MSS. Ald. et. seqq. male Rost. et Verr. 1471-1510. Paris. *confitentur. Epit. 39. 4. Bün.*

k) *confragosa]* Bon. Tax, Rost. Ven. 1471. *fragosa. Plures scripti et Ven. vtrique 1478. 1493. 97. Paris. et seqq. confragosa, vt c. 17. 13. Bün.*

d) de-

bonorum ostentant; non sunt alia: viæ, sed deuerticula ^l et femitæ, quæ videntur quidem ab illa communi dextrouerfum separari; ad eandem tamen, et ad vnum omnes exitum sub ipso fine referuntur. . . Ibi enim dux ille coniungit omnes, vbi opus fuerat, bonos a malis; fortes ab inertibus ^m; sapientes a stultis separari; in deorum scilicet cultu: in quo ille vniuersos, quia sine vlllo discrimine stulti fuerunt, vno mucrone iugulat, et præcipitat in mortem. . . Hæc autem via, quæ est veritatis, et sapientiæ, et virtutis, et iustitiæ; (quorum omnium ⁿ fons vnus est; vna vis, vna sedes;) et ^o p simplex est, quod ^q paribus animis ^r, summaque concordia vnum sequamur et colamus Deum; et angusta ^s, quoniam paucioribus virtus data est; et ardua, quoniam ad bonum, quod summum

at-

l) deuerticula] Sic melius scribitur, quam *diuerticula*. conf. Quintil. L. 10. Instit. c. 1. Bün.

m) fortes ab inertibus] Ven. 1493. 97. Paris. *fortes ab inermibus*. indocte. rectius scripti et Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Parrh. Ald. et seqq. *fortes ab inertibus*; vindicaui n. 5. *inertes*. Bün.

n) quorum omnium] Sic libri omnes, et recte, ne quis corrigat: *quorum*; quia omnia substantiua feminini generis præcesserunt. conf. L. 4. 15. 16: *panes et pisces - adferri ea - vtraque - illa*. Bün.

o) vna sedes et simplex est] Quidam inserunt *suavis* et simplex est, quod deest scriptis Lipsiens. Emman. Goth. ac ed. Rom. Parrh. Ald. et Betul. Cell.

p) vna sedes et simplex est] Bon. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. et Spark. in textu: *vna sedes suavis et simplex est*. Vox *suavis* hic absona, et recte abest a MSS. quinque Sparkii, Lips. Goth. Pal. Cauc. Iun. Emman. Reimii. (qui postremus corrupte: *vna fides et simplex est*) Subl. Rost. Ven. 1471 - 1515, reliquisque

omnibus. Heumannus hic *deletum* vult est; at illud est hic est necessarium; vt ea clariora essent omnia, verba (*quorum vna sedes*) inclusi: describit tres qualitates viæ diuinæ, et *hæc autem via*, inquit, et (1) simplex est, et (2) angusta, et (3) ardua. Heumannus credidit, illa *vna sedes et simplex* valere, *vna et simplex sedes*. sed simplex hic dicitur in oppositione viæ mendacis, quæ n. 1. MULTOS TRAMITES habet, vnde n. 4. vocat *viam multiplicem*. Bün.

q) quod paribus] Facile adparet, inquit Heumannus, QVO rescribi oportere. Immo quod, vt est in omnibus libris hic rectum, indicat enim hic causam; idemque valet, quod QVIA, siue vt est in sequentibus duobus membris bis positum *quoniam*. Bün.

r) paribus animis] L. 3. 22. 4. et L. 5. 13. 5: *vnis ac paribus animis Deo seruire*. conf. L. 6. 23. 32. Bün.

s) et angusta] Sic omnes libri, et recte, ex dictis rationibus, vnde nec hic opus cum Heumanno legere: *et angusta est*, vel *est et angusta*. conf. not. ad L. 4. 30. II. Bün.

a) nec

atque sublime est, nisi cum summa difficultate ac labore non potest perueniri.

VIII. Hæc est via, quam philosophi quærent; sed 1
ideo non inueniunt, quia in terra potius, vbi adparere non
potest, quærunt. Errant ergo velut in mari magno, nec 2
quo ferantur intelligunt, quia nec viam cernunt, nec ducem
sequuntur vllum^{a. b.} Eadem namque ratione hanc vitæ 3
viam quæri oportet, qua in alto iter nauibus quæritur, quæ
nisi aliquod cæli lumen obseruent, incertis cursibus^{c.} vagan-
tur. Quisquis autem rectum iter vitæ tenere nititur, non 4
terram debet adspicere, sed cælum, et, vt apertius loquar,
non hominem sequi debet, sed Deum, non his terrestribus
simulacris, sed Deo seruire cælesti; non ad corpus referre
omnia, sed ad mentem; non huic vitæ dare operam, sed
æternæ. Itaque si oculos in cælum semper intendas, et so- 5
lem, qua oritur^{d.} obserues, cumque habeas vitæ, quasi na-
uigii, ducem; sua sponte in viam pedes dirigentur, et illud
cæleste lumen, quod fanis mentibus multo clarius sole
est^{e.} quam hic; quem carne mortali videmus^{f.}; sic re-
get

a) nec ducem sequuntur vllum] Ultimam vocem *vllum* habent Emman. Goth. tres Lipf. Rom. Parrh. Ald. recentibus editionibus neglectam. Cell.

b) sequuntur vllum] Reimm. sequuntur illum. MSS. quinque Spar-
kii et reliqui scripti, et ab 1465-1563. Torn. 1587-1613. Hæus *vllum*; quam
vocem Thomafius alienam a MS. Bonon. et Thyf. Gall. et Cant. edd.
non admiserunt. Bütt.

c) cursibus] de nauibus, vt de Ira c. 13. 6. Gellius L. 10. c. 26. *Cursus*,
inquit, nauium recte dicit solent. Bütt.

d) solem, qua oritur] vide L. 2. 9. 5. et c. 17. 5. Bütt.

e) multo clarius sole est] Duo Lipf. sic et Rom. ac Parrh. Primus Lipf. et Goth. *multo clarior sol est*. Cell.

f) multo clarius sole est, quam hic, quem in carne mortali] Isæus: Leg. inquit, *multo clarius est, quam hic sol quem in carnem videmus*, vel: *multo clarior sol est, quam hic quem in carne mortali videmus*, vel: *multo clarius sole est, quem hic in carne mortali videmus*. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78 - 1515. Paris. Crat. Gymn. Isæus: *multo clarius sole est, quam hic quem in carne mortali videmus*, cum præpos. *in*, vt de Ira 1. 5: *in carne mortali agentes*. At MSS. Angl. Pal. Cant. Iun. Lipf. Goth. Reimm. Pasit. Gryph. Tornæz. Betul. Thom. Gall. Spark. Cell. Walch. sine præpositione: *multo clarius sole est, quam hic quem carne mortali videmus*. Quæ ratione *caro mortalis* dicerentur *oculi*. Quidsi legamus vna littera eiecta: *multo clarius, sol est quam*

- get & sic gubernabit, vt ad summum^{b. i.} sapientiæ virtutisque portum sine vilo errore perducatur. Suscipienda igitur Dei lex est, quæ nos ad hoc iter dirigat, illa sancta, illa cælestis, quam Marcus Tullius in libro de Republica tertio pæne diuina voce depinxit; cuius ego, ne plura dicerem, verba subieci. *Est quidem vera lex, recta ratio, natura congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna, quæ vocet ad officium, iubendo; vetando a fraude deterreat: quæ tamen neque probos frustra iubet, aut vetat; nec improbos iubendo aut vetando mouet.*
- 8 *Huius legi nec obrogari^{k. l.} fas est; neque derogari ex hac aliquid licet;*

quam hic, quem carne mortali videmus. Præfero tamen cum Walchio et Heumanno primam Isæi emendationem. *Bün.*

g) sic reger] Heumannus sic TERGER scribit; quia vero te in nullo libro habetur: sic reger, sic gubernabit, sc. *vita nauigium*, ex prioribus n. 5. subaudio. *Bün.*

h) ad summum [sapientia virtutisque portum] Veteres libri constanter summum: nescio vnde recentius editi summam. *Cell.*

i) ad summum] Sic lego cum Bon. Tax. Pen. Cauc. Vltr. Iun. Angl. Lips. Goth. Reimm. et edd. ab 1465-1524. Gymn. Tornæs. Betul. Isæo, Cell. Walch. Heumanno; pro quo ad summam Fasit. Gryph. Thom. Thyf. Gall. Spark. sine necessitate dederant. *Bün.*

k) nec obrogari fas est] Sic legendum, quod libri pessime deprauarunt, promulgare, aut propagare, aut abrogare ferentes. Obrogare est legi, quæ fertur, contradicere, aliamque rogari postulare. Cicero Philipp. I. cap. 9: *obrogatur legibus Cæsaris*; vt recte Grut. ex MSS. emendauit. Tria autem verba, quæ noster distinxit, etiam Cicero ita distincta posuit ad Attic. Lib. 3. ep. 23. ex tribunorum rogatione: Si

quid in hac rogatione scriptam sit, quod per leges plebisue scita, hoc est quod per legem Clodiam promulgare, abrogare, derogare, abrogare S. F. sua non liceat, non licuerit; quodue ei, qui promulgauit, abrogauit, derogauit, obrogauit, ob eam rem pœna multatue sit E. H. L. N. R. *Cell.*

l) obrogari] Primus, inquit Heumannus, huic loco sanitatem reddidit Thomafius, antiquissimi sui codicis abrogari mutans in obrogari. Sed debetur primus huius restitutionis honor Betuleio, in cuius textu distincte OBROGARI, ed. Basil. 1563. qua editione Thomafium, sed maligne vsum esse ipse prodit in notis ad Librum 6. not. 157. Ita quoque hunc Ciceronis et Lactantii locum post Sigonium et Patricium in Fragmentis Ciceronis iam ante Thomafium editis restitutum voluit Pet. Pithæus L. 2. Aduers. Subseciu. c. 15. Ita quoque emendandum olim censuit IO. CAUCCI, et habet codex Palat. OBROGARI, vbi propiori aberratione Goth. et Vltr. ABROGAR. In Lips. tert. Reimm. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. propagari. Thomas. et Cant. ed. promulgari. Post Betulecium Isæus, Gall. Spark. *Cell.*

licet; neque tota abrogari potest. Nec vero aut per senatum, aut per populum solui hac lege possumus: neque est querendus explanator, aut interpret eius alius. Nec erit alia lex Romæ, 9 alia Athenis; alia nunc, alia posthac; sed et omnes gentes, et omni tempore, una lex et sempiterna et immutabilis continebit, unusque erit communis quasi magister^m et imperator omnium Deus; ille legis huius inuentor, disceptator, lator; cui qui non parebit, ipse se fugiet, ac naturam hominis aspernatus, hoc ipsoⁿ luet maximas penas, etiam si cetera supplicia, qua putantur, effugerit. Quis sacramentum Dei sciens tam significanter 10 enarrare legem Dei possit, quam illam homo longe a veritatis notitia remotus expressit? ego vero eos, qui vera imprudentes^o loquuntur, sic habendos puto, tamquam diuinent spiritu aliquo instincti^{p. q.} Quod si, vt legis^r sanctæ vim rationemque peruidit; ita illud quoque scisset, aut explicasset, in

Cell. et Walch. in textum receperunt obrogari. recte. conf. de verbo obrogare Manutium de Leg. c. 42. Anton. Augustin. Leg. c. 17. Brisson. de Verbor. Signif. f. 7. 8. Bün.

m) omnes gentes - quasi magister] Absurda Bon. lectio: sed et omni genti, et omni tempore, una lex est sempiterna et immutabilis, quam si continebit, unusquisque erit communis quasi magister, ab omnibus aliis libris repudiatur, et refutatur ex parte in verbis n. 12: ab illo uno magistro et imperatore omnium Deo. Bün.

n) aspernatus, hoc ipso] Edo ex Bon. Emman. Goth. Lipf. tert. Paris. Ifzo, adfentiente Heumanno, aspernatus, a quo Lipf. 2. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. aspernatur legentes, propius abfunt. Bün.

o) imprudentes loquuntur] Scripsi imprudentes ex Vltr. Lipf. 2. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Paullo ante oppos. sciens. Sic L. 3. 12. 11: Seneca impru-

dens incidit. L. 7. 12. 5: imprudentis ratio vera subrepsit. Bün.

p) tamquam diuinent spiritu aliquo instincti] Duo Lipf. hoc modo, et Roin. ed. et Betul. et Sparki. At Lipf. 1: tamquam dementes spiritu aliquo instincti. Et Parrh. ac Ald. tamquam diuino spiritu aliquo instructos. Cell.

q) diuinent spiritu aliquo instincti] Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97: diuino spiritu aliquo instructi. Iun. MS. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. diuino spiritu aliquo instructos. male; at propius vero Paris. 1513: diuinent spiritu aliquo instructi; at relictissime duo Lipf. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. Ifzus et recentiores: diuinent spiritu aliquo instincti. vide L. 5. 9. 6: ut ais poeta, quasi diuino spiritu instinctus, vbi confusionem vocum instinctus et instructus obseruaui. Bün.

r) legis sanctæ vim] Thom. Thyf. Gall. Cant. edd. legi. prauæ. Bün.

in quibus præceptis lex ipsa confisteret: non philosophi fun-
 12 ctus fuisset officio, sed propheta. Quod quia facere ille
 non poterat; nobis faciendum est; quibus ipsa lex tradita est
 ab illo vno magistro et imperatore omnium Deo.

VIII. Huius legis caput primum est, ipsum Deum nos-
 se, soli obtemperare, solum colere. non potest enim ratio-
 nem hominis obtinere, qui parentem animæ suæ Deum nescit;
 quod est summum nefas. quæ ignoratio facit, vt diis alienis
 2 seruiat. quo nihil sceleratius committi potest. Hinc iam
 proclius est ad malitiam gradus per ignorantiam veri ac sin-
 gularis boni; quia Deus, quem nosse refugit, fons est ipse
 bonitatis. vel si iustitiam sequi volet Dei^a; diuini tamen iu-
 3 ris ignarus, gentis suæ leges, tamquam verum ius amplecti-
 tur^b, quas non vtique iustitia, sed vtilitas reperit. Cur enim
 per omnes^c populos diuersa, et varia iura sunt condita; nisi
 quod vnaquæque gens id sibi sanxit, quod putauit rebus suis
 4 vtile? Quantum autem a iustitia recedat vtilitas, popu-
 lus ipse Romanus docet; qui per feciales^d bella indicendo,
 et legitime iniurias faciendo^e, semperque aliena cupien-
 do

s) *functus fuisset officio*] Lipf. et Goth. Alii *eset*. Cell.

t) *functus fuisset*] Ita quoque Reimm. vt Torn. 1587-1613: *fuis- set functus*. Büin.

a) *iustitiam sequi volet Dei*] Vocem *Dei* deletam vult Heumannus; et posset abesse, vt sæpe *iustitiam sequi* ita posuit, etiam quum de diuina agit, vt L. 2. 17. 11. et L. 7. 11. 4. sed habent hic omnes libri. conf. n. 7. Büin.

b) *amplectitur*] Heum. *amplectetur*. Bene; in libris *amplectitur*. Büin.

c) *per omnes*] Tornæz. 1587-1613: *per vniuersos*. Rittershus. in *Sacr. Lect.* L. 2. c. 1: *per diuersos* malebat; sequitur enim *diuersa*. At n. 7: *quod ius* vbique *variatur*. Büin.

d) *qui per feciales bella*] Bon. *qui perfida bella*. Pal. Vltr. Cauc. Lipf. Goth. Angl. et editi: *qui per feciales*. Büin.

e) *legitime iniurias faciendo*] Legitime, hoc est secundum Romanas leges. Sic Valerius Max. Lib. 2. c. 1. repetitas nuptias vocat *legitimam intemperantiam*, vti in MSS. est et auorum memoria excusis. Male enim recentiores quidam *illegitimam* substituerunt; cum auctor dicat, lege concessas esse iteratas nuptias. Scribo autem *faciendo* cum Lipf. Goth. Rom. Alii *inferendo*. Cell.

f) *legitime iniurias faciendo*] Ita Bon. Tax. Pen. Vltr. Iun. Goth. Reimm. Rost. Ven. 1471-1515. Crat. Gynn. Paris. et Isæus; vbi Cauc. Fasit. Gryph. Tornæz. Betul. Thom. legi-

do s, atque rapiendo, possessionem sibi totius orbis comparavit. Verum hi se iustos putant, si contra leges suas nihil faciant; quod etiam timori adscribi potest, si, presentium pœnarum metu, sceleribus abstineant. Sed concedamus sane, ut id natura, vel, ut ait philosophus, sua sponte faciant, quod legibus facere coguntur. num ideo iusti erunt, quia parent institutis hominum; qui et ipsi aut errare, aut iniusti esse potuerunt? sicut illi duodecim tabularum conditores^b, qui certeⁱ publicæ utilitati pro conditione temporum servierunt. Aliud est igitur civile ius; quod pro moribus ubique variatur: aliud est vera iustitia; quam uniformem^k, ac simplicem proposuit omnibus Deus: quem qui ignorat, et ipsam iustitiam ignoret^l necesse est. Sed putemus fieri posse, ut aliquis naturaliⁿ et ingenito bono ver-

ras

legitime iniurias inferendo. Ironice, inquit Iſæus, loquitur contra Romanos, quod refutat merito Steph. Baluzius ad librum de Mort. Perf. c. 13. 3. ubi in nostro loco dicit esse: iniurias hostibus legitime inferre, scilicet postquam, servato belli iure, bellum per legatos denunciatum et indictum est. Curtius ad Sallust. Catil. c. 6. n. 6. p. 45: Lactantius, inquit, dicit L. 6. c. 9: LEGITIME INIURIAS INFERRE, de Romanis, qui secundum leges suas (qua Populi Romani gloriam et imperium quovis modo augere iubebant, Cic. 3. Leg.) facile vicinas gentes adgredi consueverant, eique mox contra leges facere n. 5. opponit. Bün.

g) aliena cupiendo] Lipf. 2. 3. Reimm. Torn. 1587 - 1613. Geneu. 1630: aliena capiend. Præfero prius. L. 5. 22. 6: concupiscit aliena et rapit, qua concupieris, per iniuriam. Conf. not. L. 5. 22. 10. Bün.

h) duodecim tabularum conditores] Decemviri. Liviis 3. c. 33. Cell.

i) qui certe] Vocula certe abest a Lipf. 2. 3. Reimm. Rost. Ven. 1471-

1515. Paris. Crat. Gymn. Torn. et Betuleio; addidit Fasit. et hunc secuti Gryph. Thomas. Iſæus, Gall. et recentiores. Bün.

k) uniformem] Reimm. perperam informem. Vox uniformis occurrit quoque in Tertull. de Carne Chr. c. 13. et L. 1. adu. Marcion. c. 16. Conf. Cell. Cur. p. 233. Bün.

l) et ipsam iustitiam ignoret] Sic MSS. Angl. Lipf. Goth. et ed. Rom. ac Parrh. Quod vero Aldus ipsum Deum ignoret, exscripsit, recentiores multi secuti sunt. Iſæus tamen, Gallæus, et Spark. etiam iustitiam legunt. Cell.

m) quem qui ignorat, et ipsam iustitiam] Ald. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Thyf. et Cant. ed. QVAM iustitiam qui ignorat, et ipsum Deum ignoret. At uterque Bon. Tax. Pen. Iun. Lipf. Goth. Reimm. Angl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. utraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Iſæus, Gall. Spark. Walch. Heum. quem qui ignorat, et ipsam iustitiam. optime. Bün.

n) naturali-bono] Nepos Thraſib.

ras virtutes capiat; qualem fuisse Cimonem^o Athenis accepimus; qui et egentibus stipem dedit, et pauperes inuitauit, et nudos induit: tamen quum illud vnum, quod est maximum, deest, agnitio Dei; iam bona illa omnia superuacua sunt, et inania, vt frustra in his adsequendis laborauerit. Omnis enim iustitia eius, similis erit^p humano corpori caput non habenti: in quo tamen membra omnia et locis suis constent, et figura, et habitudine; tamen quoniam deest id, quod est omnium principale, et vita et omni sensu caret. Itaque membra illa formam tantummodo membrorum habent, vsum non habent; tam scilicet, 'quam caput sine corpore: cui similis est, qui quum Deum non ignoret, viuit iniuste. id enim solum habet, quod est summum, sed frustra; quoniam virtutibus tanquam membris eget. Itaque vt sit viuum ac sensibile^q corpus, et agnitio Dei necessaria est, quasi caput; et omnes virtutes, quasi corpus. ita fiet homo perfectus ac viuus: sed tamen summa omnis in capite est, quod quamuis constare non possit^r sine omnibus, sine quibusdam tamen potest. Et erit quidem animal vitiosum ac debile^t, sed tamen viuet; sicut et is, qui et Deum nouit, et

e. 1: *qua ille vniuersa naturali quodam bono fecit lucri.* Cicero pro Caelio c. 5: tum disciplina domestica, tum etiam naturali quodam bono defenderat. Bün.

o) *Cimonem*] Multi perperam: *Timonem*, e. g. Reimm. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. 1513. aut *Thimonem*, vt Ven. 1471. vtraque 78. vbi Parrh. et alii recte: *Cimonem*, de quo Be-tuleius hic multa. Bün.

p) *similis erit*] Recepti lectionem Bon. Tax. Cauc. Lipf. 2. 3. et Reimm. vt n. 11. *fiet.* In edd. *similis est.* Non res certa, sed fingit modo. vid. n. 8: *putemus fieri posse.* Bün.

q) *sensibile*] actiue, vt saepe, hæc vox et *insensibilis.* L. 2. 2. 17. vtramque illustrat plenius Muncker. ad

Fulgent. Mythol. L. 2. fab. 9. p. 79. Bün.

r) *constare non possit*] MSS. *possit*: vulgati *potest.* Cell.

s) *non possit*] Ita Reimm. et ab anno 1465-1524. et Gymn. et Torn. 1587-1613. Isaacus; pro quo *non potest* Pal. Cauc. Fasit. Gryph. Thomas. Thyf. Gall. Spark. substituerunt. Bün.

t) *debile*] h. l. non est zgrum, sed, vt exponit n. 10, *membris quibusdam egens.* Sic 6. 11. 18: *largire cecis, debilibus, claudis.* L. 7. 3. 10: *debilem se facere.* Opif. 7. 7: *quod membrum si detrahatur, imperfectum sit animal ac debile.* Conf. Mort. Perf. c. 36. 6. 7. et not. ad L. 4. 15. 6. Saep. sic Curtius. L. 4. 15. 17: *amputata viscerum*

et in aliqua re peccat. dat enim veniam peccatis Deus. Ita-
que sine membris aliquibus viui potest, sine capite nullo mo-
do. Hæc res efficit, vt philosophi, etiam si natura sint bo-
ni, tamen nihil sciant, nihil sapiant. Omnis doctrina, et
virtus eorum sine capite est, quia Deum nesciunt, qui est
virtutis ac doctrinæ caput: quem qui non agnoscit, licet vi-
deat, cæcus est; licet audiat, surdus; licet loquatur, elinguis
est.

Quum vero conditorem rerum parentemque cogno-
uerit; tunc et videbit, et audiet, et loquetur. habere enim
caput cœpit, in quo sunt sensus omnes collocati, hoc est ocu-
li, aures, et lingua: nam profecto is videt, qui veritatem, 15
in qua Deus est, vel Deum, in quo veritas est, oculis cordis
adspexerit: is audit, qui diuinas voces, ac præcepta vitalia
pectori suo adfigit: is loquitur, qui cælestia disferens, virtu-
tem ac maiestatem Dei singularis enarrat. Quare non est 16

dubium, quin impius sit, quisquis Deum non agnouerit,
omnesque virtutes eius, quas habere, aut tenere se putat, in
illa mortifera via reperiuntur, quæ est tota tenebrarum. Qua- 17
propter nihil est, quod aliquis sibi gratuletur, si has inanes
virtutes adeptus est: quia non tantum miser, qui bonis præ-
sentibus careat; sed etiam stultus sit, necesse est, qui labores
in vita sua maximos suscipiat incasum.

Nam demta spe 18
immortalitatis, quam Deus pollicetur in sua religione versan-
tibus; cuius adsequendæ gratia virtus adpetenda est, et
quidquid malorum acciderit, perferendum, maxima erit pro-
fecto vanitas, obsequi velle virtutibus, quæ frustra homini
cala-

*membra huius iaciebant - trunci quo-
que ac debiles arma non ornabant.*
Conf. n. 16. L. 5. 5. 14: *senes debiles
maiore membrorum parte mutilati.*
Seneca aliquoties in epist. 85. Scite
igitur antiquis. codex Caroli M.
contra imagines adorandas ed. ra-
risf. 8. nuñ. 1549. p. 178: *debilis amis-
sos artus se recepisse gratulatur.*
Ipse Cicero L. 5. Fin. c. 28: *bona
integritas corporis, misera debilitas.*
Alia dat Græuius ad Cic. de Lege

Agrar. Or. XVI. c. 33. extr. p. 502. et
pro Rabirio c. 7. p. 581. et Harduin.
ad Plin. L. 7. c. 28. p. 49. (10.)
Bün.

u) *præcepta vitalia*] Imitatur Cy-
prianum de Idolor. Vanit. c. 7: *vt
de eo ad præcepta vitalia instrui pos-
sent.* de Habitu Virg. ed. Gryph.
p. 280: *dominica et vitalia præcepta
custodit.* L. 4. ep. 3: *euangelii sancta
præcepta et - mandata vitalia - rene-
antur.* Bün.

19 calamitates adferunt, et labores. Nam si virtus est, egestatem, exsilium, dolorem, mortemque, quæ timentur^x a ceteris, pati fortiter ac subire; quid tandem^y in se boni habet, cur eam propter seipsam philosophi dicant expetendam? nimirum superuacuis^z et inanibus pœnis deleantur, quibus licet agere tranquille. Si enim mortales sunt animæ^a, si virtus dissoluto corpore nihil futura est; quid fugimus attributa nobis bona, quasi aut ingrati, aut indigni, qui diuinis muneribus perfruamur? quæ bona ut habeamus, scelerate impieque viuendum est, quia virtutem, id est iustitiam paupertas sequitur. Sanus igitur non est, qui, nulla spe maiore proposita, iis bonis, quibus ceteri vtuntur in vita, labores et cruciatus et misérias anteponat. si autem virtus, (ut ab his rectissime dicitur,) capessenda est, quia constet^{b, c}, ad eam nasci hominem; subesse debet spes aliqua maior, quæ malorum et laborum, quos perferre virtutis est, magnum adferat præclarumque solatium. nec aliter virtus, quum per se dura sit, haberi pro bono potest, quam si acerbiter^d suam maximo bono penset. Aque non aliter his bonis præsentibus abstinendum est, quam si sint alia maiora^{d, e}, propter quæ tanti^f sit et voluptates omittere, et mala omnia sustinere. ea vero nulla sunt alia, (ut in tertio docui,) nisi perpetuæ vitæ. hanc autem præstare quis potest, nisi Deus, qui virtutem ipsam proposuit? Ergo in Dei agnitione et cultu

re-

x) *mortemque, qua timentur*] Sic plurimi; Reimm. *mortem, que* (i. e. quæ) *timentur*. vindicaui iam *que, qua*, ad cap. 3. 11: *aperiamque, que*. Bün.

y) *quid tandem in se boni*] De vi particulæ *tandem* vid. L. 5. 13. 8. Bün.

z) *superuacuis*] Reimm. *semper vacuis*. nihil muto. Bün.

a) *Si enim mortales sunt anima etc.*] Similis locus L. 3. 17. 36-38. Bün.

b) *quia constet*] Goth. Rom. Parrh. *constet*: ceteri *constat*. Cell.

c) *quia constet*] Ita Rost. Ven.

1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Pro quo Lips. Reimm. Fasit. Gryph. reliqui: *quia constat*. Bün.

d) *alia maiora*] MSS. et Rom. Non aliqua. Cell.

e) *alia maiora*] Ita Bon. Tax. Reimm. Emman. et Tornæs. 1587-1613. Bün.

f) *tanti sit*] *eleganter*. vid. 3. 8. 7. c. 12. 20. et de Opif. 3. 20. Seneca de Prouid. c. 5. extr. *est tanti per istam ire casuro*. De hac elegantia Cicero non frequentissima conf. Grauium ad L. 5. Attic. ep. 20. p. 542. Bün.

g) *pis-*

rerum summa versatur. in hoc est spes omnis ac salus hominis: hic est sapientiae gradus primus, ut sciamus, quis sit nobis verus pater, eumque solum pietate & debita prosequamur; huic pareamus, huic deuotissime seruiamus, in eo promerendo.^b actus omnis et cura et opera collocetur.

X. Dixi, quid debeat Deo: dicam nunc, quid homini tribuendum sit: quamquam id ipsum, quod homini tribueris, Deo tribuitur, quia homo Dei simulacrum est. Sed tamen primum officium iustitiae est, coniungi cum Deo; secundum, cum homine. sed illud primum religio dicitur; hoc secundum, misericordia vel humanitas nominatur, quae virtus propria est iustorum et cultorum Dei; quod ea sola vitae communis (in se) continet rationem^{a, b}. Deus enim, qui

g) pietate] hoc loco adfectu finali. Senec. L. 1. Clement. c. 13: non amicorum fidei credens, non liberorum pietatis. L. 3. de Benef. c. 37: Aeneas tantis illum (patrem) per ignes, et quid non pietas potest? pertulit. Bün.

b) in eo promerendo] Plane vero, inquit Heumannus, huc non quadrat verbum hoc. Lege: demerendo. Sed habent omnes libri, et quidni quadraret toties in nostro aliisque ita obuium; vindicamus ad 6. 13. 13: ut promerere viuentem, et ad Libr. de Ira 5. 7: beneficiis - genus hom. promereri. Arnob. L. 7. p. 270: promereri per hostias deos. Tertull. Apol. c. 21: quibus edocebatur de promerendo Deo. L. 5. adu. Marcion. ed. in 8. p. 524: illum constituens promerendum. Cyprian. L. 3. ep. 10: in omnibus dominum promerentes. L. 3. ep. 18: obsequiis suis - dominum promeretur. ep. 19. pr. ut. vera poenitentia - promereri dominum possint. L. 4. ep. 1: qua fides promereri dominum plenus potuit. L. 4. ep. 2: dominum saepe promeritus. ep. 3: ecce

iterum cum confessione geminatus promerendi Dei titulus. De Vnit. Eccl. f. simplic. Pralat. ed. Gryph. p. 306: iustitia opus est, ut promereri quis possit Deum indicem. p. 308: qui dominum promerentur. De Lapsis p. 404: dominum fidei ac timoris obsequio saepe promeriti - ieiunius promereri Deum nititur - haec innocentes in promerenda Dei maiestate fecerunt. et longe saepius. Omitto exempla plura ex Augustino, Ambrosio; vnum addo ex Nazarii Panegy. ad Constantinum c. 16: quum mens tua - ubique se promerendo Deo praestet. Bün.

a) vita communis in se continet rationem] Voculas in se, vncis includo, quae absunt a Gothi. et Lips. 1. et possunt omnino abesse. Cell.

b) vita communis in se continet rationem] Retinent voculas in se Reimm. et omnes editi; neque tamen errauit Cellarius, censens abesse posse. Pariter enim sine his dixit L. 2. 9. 25: ignis natura vita continet rationem. Bün.

qui ceteris animalibus sapientiam non dedit, naturalibus ea munimentis ab incurfu et periculo tutiora generauit: hominem vero quia nudum fragilemque formauit, vt eum sapientia potius instrueret, dedit ei præter cetera hunc pietatis adfectum, vt homo hominem tueatur, diligat, foueat, contraque omnia pericula et accipiat et præstet auxilium. * Summum igitur inter se hominum vinculum est humanitas: quod qui diruperit ^d, nefarius et parricida existimandus est. nam si ab vno homine, quem Deus finxit, omnes orimur; certe consanguinei sumus, et ideo maximum seelus putandum est ^e odisse hominem vel nocentem ^{e. f.} Propterea Deus præcepit inimicitias per nos nunquam faciendas, semper esse tollendas; scilicet vt eos, qui sint nobis inimici, necessitudinis admonitos mitigemus. Item, si ab vno Deo inspirati omnes et animati sumus, quid aliud quam fratres sumus? Et quidem coniunctiores, quod animis ^g, quam

c) *ab incurfu et periculo*] Goth. *ob incurfus et pericula*. ad rem conf. L. 3. 23. 9. et de Opif. 2. 2-4. Pro recepta de Opif. 3. 16: *a musis-tutus-ab homine tuta*. Büin.

d) *diruperis*] vid. L. 1. 18. 17. not. Büin.

e) *vel nocentem*] Pie, vt æquum est lege Christianorum: quæ quod dura nonnullis visa fuit, scripserunt *vel ei nocere*, vti est in Emm. cod. Ceteri omnes, quos cognoui, *nocentem*. Cell.

f) *vel nocentem*] Non audiendus hic Emman, *vel ei nocere* exhibens, haud raro ille nimium sapit. Omnes hic scripti et editi: *vel nocentem*. Videtur imitatus Augustinus de Ciuit. Dei L. 1. c. 17: *non licet priuata potestate alicui hominem occidere vel nocentem*. *Nocens* hic idem est, quod reus scelerum grauissimorum; hinc de Ira 17. 6. *nocentes adficere poena statim variat scelere committos poena capitis adficere*. Hinc iungit execra-

biles et nocentes, pestiferos et nocentes. vid. Bauldr. ad M. P. c. 1. p. 12. et c. 2. p. 36. Büin.

g) *Et quidem coniunctiores, quod animis*] Ven. 1471. et Rost. *Et quidem coniunctiores quidem animis*. Ven. vtraque 1478: *Et quidem coniunctioresque animis*. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. *Et quidem coniunctiores animis*. Ald. Crat. Gymn. Thom. et hoc recentiores: *Et quidem coniunctiores qui animis*. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. *Et equidem coniunctiores qui animis*; Præfero Bon. Tax. Pen. Reimm. et Isæi: *Et quidem coniunctiores, QVOD animis, quam qui corporibus*. Supplenda hæc ex prioribus: *Et equidem coniunctiores, QVOD animis fratres sumus, quam qui corporibus fratres sunt*. In Reimm. recentior manus quod corruerat in *quidem*, vnde pronum est aliorum librorum correctiones coniiicere. Heumanno illa omnia: *Et quidem-corporibus, additamenta glosato-*

quam qui corporibus. Itaque non errat Lucretius, quum
dicit^b.

Denique caelesti fumus omnes semine oriundi:

Omnibus ille idem pater est.

Ergo pro belluis immanibus sunt habendi, qui hominibus
nocent, qui contra ius humanitatis, et fas omne spoliant,
cruciant, occidunt, exterminant. Ob hanc necessitudinem
germanitatis docet nos Deus, malum numquam facere, sem-
per bonum. Id autem ipsum bene facere, quid sit, idem
ipse præscribit^d: præstare auxilium depressis et laborantibus;
impertiri victum non habentibus. Deus enim, quo-
niam pius est, animal nos voluit esse sociale. Itaque in aliis
hominibus nos ipsos cogitare^e debemus. non meremur in peri-
culo liberari, si non succurrimus: non meremur auxilium, si nega-
mus. Ad hanc partem^f philosophorum nulla præcepta sunt^g;
quip-

satoris videntur. Ceterum illud Fa-
fitei et nonnullorum *et equidem* non
inelegans, et forte auctore Manutio
illi subministratum. Sic Cicero L. 3.
Fin. c. 2: *Sic equidem diligentius lo-
quemur inter nos.* Iustin. L. 38. 5. 3:
*nam bellum equidem iam tum secum
ab illis geri ceptum.* Büñ.

b) *Lucretius, cum dicit*] Lib. 2.
v. 990. Cell.

c) *idem ipse præscribit*] Esa. 1, 17.
cap. 58, 7. et locis aliis. Cell.

d) *in aliis - nos - cogitare*] c. 23.
n. 32: *Nos ipsos in altero cogitemus.*
Büñ.

e) *ad hanc partem*] Walchius ex-
ponit: *quod attinet ad hanc partem.*
Eleganter dicitur: *esse præcepta ad
aliquid, et præcipere ad aliquid.* L. 6.
24. 23: *hac sunt, qua ad continen-
siam præcipiuntur a Deo.* L. 7. 1. 22:
que Deus ad iustitiam præcipit. Imita-
tatur Ciceronem L. 3. Off. c. 7: *ad
quas ipsas consultations - satis multa
præcepta sunt.* adde Gronovium ad
Cic. 1. Inuent. c. 14. fin. vbi illustra-
vit *præcepta dare IN et AD aliquid.*

Ad L. 2. Inuent. c. 3. c. 17. c. 34.
c. 51. et L. 3. Orat. c. 26. Büñ.

m) *nulla præcepta*] Walchius ex-
plicat *nulla per nullius pretii.* La-
ctantius vero vult: *nulla omnino
præcepta esse ad misericordiam data,*
siue philosophos Stoicos nihil plane
de misericordia præcepisse. Expres-
se c. 14. 1: *Adparet philosophos longe
abfuisse ab humano bono, quineque
præceperunt eiusmodi quidquam, ne-
que fecerunt, sed virtutem, qua in
homine propemodum singularis est,
pro vitio semper habuerunt.* Occur-
rit his Walchius in Misc. Lips.
Tom. III. p. 365: *et si docuerunt,
inquit, misericordiam esse proscriben-
dam, procul dubio addiderunt ratio-
nes huius doctrina, et has dicit La-
ctantius præcepta nullius momenti.*
Nescio an hoc sit argutari; si quis
integram seriem attente leget, iam
deprehendet, nostrum non id agere,
vt doceat, rationes Stoicorum CON-
TRA misericordiam esse nullius mo-
menti; sed velle hoc: Philosophos
ad exercendam misericordiam et va-

- quippe qui, *falsæ* virtutis specie capti^o, misericordiam de homine sustulerunt; et dum volunt sanare vitia, auxerunt^{p q}.
- 12 Et quum iidem plerumque fateantur, societatis humanæ communionem esse retinendam; ab ea plane seiplos inhumanæ suæ virtutis rigore disociant. Conuincendus ergo etiam hic error illorum est, qui nihil cuiquam impertiendum putant.
- 13 Urbis condendæ originem atque causam non vnâ intulerunt^r; sed alii eos homines, qui sint ex terra primitus^s nati, quum per siluas et campos erraticam degerent vitam, nec vlllo inter se sermonis aut iuris vinculo cohærent; sed frondes et herbam pro cubilibus, speluncas, et antra pro domibus haberent, bestiis et fortioribus animalibus prædæ fuisse commemorant. Tum eos, qui aut laniati effugerant, aut laniari proximos viderant, admonitos periculi sui, ad alios homines decurrisse^t; præsidium implorasse, et primo nutibus voluntatem suam significasse; deinde sermonis initia tentas-

tas-

ria eius genera ne vllum quidem præceptum dedisse. n. 2. dixerat, misericordiam virtutem PROPRIAM esse iustorum et cultorum Dei; quumque docuisset, quæ n. 5: DEVS PRAECEPERIT - n. 8: DOCVERIT - PRAESCRIPSERIT^u ad exercendam misericordiam, tandem n. 10. pergit: ad hanc partem philosophorum præcepta nulla sunt, i. e. ad hanc misericordiam philosophi Stoici non erudierunt. addit rationem: *quippe qui falsa virtutis specie capti misericordiam de homine sustulerunt, et dum volunt sanare vitia* (siue eorum numerum imminuerent) *auxerunt*, misericordiam inter morbos et vitia ponendo, secundum L. 3. 23. 8-10. Conf. Epit. 38. 6-8. Bün.

n) *falsa virtutis specie*] Heumanus *falsa* scribit, neque hoc male, vt L. 5. 11. 11: *cui clementia species falsa* blanditur. At quia in omnibus libris *falsa*, hic nihil inuito; nam et

sic rectum. L. 3. 28. 3: *specie virtutis falsa* inducitur. Bün.

o) *specie capti*] Sic dixit c. 3. 4: *inanium incunditarum specie captos*. c. 4. 5: *praesentium bonorum specie captus*. Bün.

p) *dum volunt sanare vitia, auxerunt*] Sic duo Lips. et Parrh. ac Ald. At Angl. Lips. l. Goth. et Rom. *dum volunt sanare, vitia auxerunt*. Cell.

q) *vitia, auxerunt*] Ita Reimm. Ven. 1472. vtraque 78. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fafit. Gryph. Tornzæ. Thomas. et seqq. vbi Rost. Ven. 1471. 93. 97. *vitia auxerunt*. vitiose. Bün.

r) *causam intulerunt*] not. 7. 13. 3. Bün.

s) *primitus*] 2. 1. 1. et L. 6. 20. 35. Bün.

t) *decurrisse*] Lips. tert. *decucurrisse*. optime. de phrasi L. 2. 4. 6. not. Bün.

u) *ten-*

tasfe*, ac singulis quibusque rebus nomina imponendo*,
 paullatim loquendi perfecisse rationem. Quum autem nec 15
 multitudinem ipsam** viderent contra bestias esse tutam;
 oppida etiam cœpisse munire, vel vt quietem noctis tutam
 sibi facerent, vel vt incursiones atque imperus bestiarum non
 pugnando, sed obiectis aggeribus arcerent. O ingenia 16
 hominibus indigna, quæ has ineptias^e protulerunt; miseros
 atque miserabiles, qui stultitiam suam litteris, memoriæque
 mandauerunt. Qui quum viderint^b mutis quoque anima- 17
 libus ingenitam esse rationem vel conueniendi, vel inuicem
 adperendi, vel periculi fugiendi, vel mali cauendi, vel cubi-
 lia^{c,d} sibi et latibula parandi; homines autem^e ipsos existi-
 mauerint non nisi exemplis admoneri ac discere potuisse, quid
 metuere sibi^f, quid cauere, quid facere deberent, aut num-
 quam conuenturos inter se fuisse, nec loquendi rationem re-
 perturos, nisi eos bestia comedissent. Hæc aliis delira vi- 18
 sa sunt, (vt fuerunt^f,) dixeruntque, non ferarum laniatus
 causam fuisse coeundi, sed ipsam potius humanitatem: ita-
 que^g inter se congregatos, quod natura hominum, solitudi-
 nis

*) *tentasse*] Ven. 1471. 93. 97. Pa-
 ris. *temperasse*. Bün.

x) *nomina imprimendo*] Septem
 Anglicani, Lipf. alter, Reimm. Rost.
 Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Paris.
nomina imprimendo. AtGoth. Lipf. 3.
 Parrh. et seqq. *imponendo*. Bün.

y) *Quum autem nec multitudinem
 ipsam*] Angl. Goth. Rom. Parrh.
 Ald. *nec* interponunt, quod abest a
 Lipf. *Cell*.

z) *nec multitudinem*] Omittunt
nec. Reimm. Fasit. Gryph. Thom.
 Gall. Spark. sed recte exhibent edd.
 ab 1465-1524. Gymn. Tornæs. Bet.
 et Isæus. Bün.

a) *has ineptias*] Meretur legi Ori-
 genes contra Celsum L. 4. p. 14-16.
 iqq. Bün.

b) *viderint*] Reimm. *viderint*. non
 male, quia sequitur *existimauerint*;
 nihilominus recentior in Reimm.

vt est in plerisque correxit: *vido-
 rent*. Goth. *viderunt*. Bün.

c) *cubilia*] Tres Lipf. et Emman.
cubilia: alii *cubicula*. Bün.

d) *cubilia*] Heumannus ita ex
 1476. citat, sed hæc Rost. 1476.
 æque ac reliquæ edd. ante Cella-
 rium *cubicula*. At Tornæs. MS. in
 margine 1587-1613. MSS. Quinque
 Sparkii, Goth. Reimm. *cubilia*, vt n. 13:
pro cubilibus. Bün.

e) *homines autem*] Heum. *autem*
 expungit, quod omnes seruant. Bün.

*) *metuere sibi*] Abest *sibi* a Goth.
 Lipf. 2. Reimm. Emman. Bün.

f) *vt fuerunt*] Lipf. 2. *vt ferunt*.
 male. Illa: *vt fuerunt*, eleganter
 rei veritatem confirmant. vide notas
 ad L. 1. ☉, 4. (p. 9) p. 51. 52. Bün.

g) *itaque*] Heum. *ideoque* rescri-
 bit. Libri *itaque*. Bün.

nis fugiens, et communionis, ac societatis adpetens esset. Non magna inter eos disceptatio est, siquidem causæ dispares sunt, 19 res eadem est. Potuit igitur vtrumque^b, quia non repugnat; sed tamen vtrumque nullo modo verum est; quia non per omnem terram nati sunt homines e terra, tamquam ex draconis alicuius dentibus profeminati^{i, k}, (vt poetæ ferunt^l) sed vnus homo a Deo fictus^{m, n} est; ab eoque vno omnis terra humano genere completa est, eadem scilicet ratione, qua 20 rursus post diluuium. quod certe negare non possunt. Nulla igitur in principio facta est eiusmodi congregatio, nec vquam fuisse homines in terra, qui præter infantiam^{o, p} non 21 loquerentur, intelliget, cui ratio non deest. Fingamus tamen illa vera esse, quæ otiosi et inepti senes^q fabulantur, vt eos suis potissimum sensibus^r, et suis rationibus refellamus.

b) Potuit igitur vtrumque] Sic libri omnes, per ellipsin, subaudito fieri, vt Cicero L. 2. diuin. c. 51. At id quoque potest, sc. fieri. vide, quæ noto ad Lact. 6. II. 13: quantum potest. Bün.

i) ex draconis dentibus profeminati] Goth. Emman. Lipsf. 1. et ed. Spark. profeminati. quod ideo notandum puto, quia reliqui Lipsf. cum vulgatis profeminati, Parrh. seminati. Cell.

k) profeminati] Cauc. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. profeminati, Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Thomas. et recentiores profeminati, itaque legit Falsterus Suppl. L. L. p. 277. ex Ammiano Marc. L. 30. illustrans. Iun. Ven. 1493. 97. Paris. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. seminati. At Betuleius et Spark. profeminati. Conf. ad rem L. 3. 4. 9. Verbum profeminare post Ciceronem Manilius 1. v. 90. vsurpauit. Bün.

l) vt poeta feruus] Ouid. Met. 3. v. 105. et alii. Cell.

m) a Deo fictus est] secundum MSS. et Rom. Ceteri factus. Cell.

n) a Deo fictus] In Reimm. factus

correxit recentior factus, vt Ven. 1493. 97. Parrh. et plures recentiores; at factus plures MSS. et Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. factus, vt n. 4: hominem Deus finxit. Conf. Epit. 65. 3. vide ad L. 1. 5. 9. (x. y) sæpe hæ voces confunduntur. Bün.

o) præter infantiam] excepta infantili ætate. Scriptis, Goth. et Lipsiensibus, præter est: vulgo perperam propter. Cell.

p) præter infantiam] Ita et Reimm. ex editionibus vero solæ ex Torænsiana 1587. profectæ. Heumannus hic agnoscit glossema. Mihi hic incidit Augustin. Ciu. D. L. 16. c. 43. fin. A pueritia homo incipit loqui post infantiam, qua hinc adpellata est, quia dari non potest. Bün.

q) inepti senes] Ita MSS. et Aldus eumque secuti; vbi Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. et Paris. inepti homines senes. Pythagoram L. 3. 18. 15. ineptum senem vocat. Bün.

r) suis potissimum sensibus] Pronomen suis ignorant Vltr. Cauc. Goth. Lipsf. 2. Reimm. et edd. ab 1465. 1563. at addunt Bon. Tax. Pen. Thomas. Isæus et seqq. Bün.

mus. Si hac de causa sunt homines congregati, vt mutuis²³ auxiliis imbecillitatem suam tuerentur: succurrendum est igitur homini, qui egeat auxilio. Quum enim praesidii causa²³ homines societatem cum hominibus inierint, et sanxerint foedus²⁴; illud inter homines a principio ortus sui initium²⁵, aut violare, aut non conseruare, summum nefas putandum est. Nam qui se a praestando auxilio remouet, etiam²⁴ ab accipiendo se remoueat, necesse est; quia nullius opera²⁶ se indigere putat, qui alteri suam denegat. Huic vero²⁵, qui se ipse disociat ac secernit a corpore²⁷, non riru hominis, sed ferarum more viuendum est. quod fieri si non potest; retinendum est igitur omni modo vinculum societatis humanae; quia homo sine homine nullo modo potest viuere. Retentio²⁸ autem societatis est communitas, id est auxilium
prae-

3) et sanxerint foedus] MSS. sic incipium habent. Vulgati, inierint et sanxerint: foedus illud. Cell.

1) sanxerint foedus] Etiam Reimm. sanxerint foedus iungit, et distinctionem post foedus ponit. et quisnam latinorum societatem inire et sancire superflue dixit? praeterea sancire foedus aptius et vsitatius iungimus. Heumanno visa rectior incipio post sanxerint; ob ipsum stili fluxum. Bün.

u) initium] Fasit. Gryph. Betul. Thomas. initium, praue. Goth. et Reimm. iutum, hinc Emman. statuum Plures recte: initium. Bün.

x) opera se indigere] Etheicum MSS. facimus. Vulgati enim, se ope indigere. Cell.

7) nullius opera] Bon. Tax. Pen. Vltr. Emman. Goth. Lips. Reimm. Torn. 1587-1613. nullius opera. editi plures ope. Bün.

2) a corpore] i. e. societate. de Mort. Perf. 48. 8. 9: qua - corpori Christianorum - tradi oportebit. Euseb. 10. Hist. c. 5: τῷ σωματικῷ μοχ: ad

ius corporis eorum, i. e. ecclesiarum, non hominum singulorum pertinetur. Seneca 1. Clem. 12: ciues et ex eodem corpore. Plin. L. 10. ep. 118: quasi per corpora non viritum. Iustin. 14. 2. 11: unum ex corpore suo esse velint. Iustin. 18. 3. 9: regem ex suo corpore creare. Alia Heumannus obseruauit. Bün.

a) Retentio] Retentio, inquit Krebsius de Stilo Laet. p. 26. pro eo quod retinetur, antiquus non est vsitatus, vnde quoque Wachii Diatribe p. 62. notauit. At hodie Fabri Thesaurus, suppresso licet Andr. Borrichii nomine, ex eius defectu Lexicorum in Vindiciis p. 204. hic magis locupletatus, hunc scrupulum exemit. At, qui Cicerois locum L. 13. Att. ep. 21. legit, facile cognoscat, retentionem auriga alia notione, quam hic, sumi pro προχῆ et inhibitione; in Lactancio vero retentio idem est quod conseruatio, vt ex n. 23. conseruare patet. Rarior quoque vocis huius vsus est in Cic. L. 13. Att. ep. 13: ista retentione omnes vti, quae Gro-

26 præstare, vt possumus accipere. Sin vero (vt illi alii disputant) humanitatis ipsius causa, facta est hominum congregatio,
 27 homo certe hominem debet agnoscere. Quod si fecerunt illi rudes, et adhuc feri homines, et fecerunt nondum constituta loquendi ratione: quid putemus hominibus expolitis ^b, et sermonis ^{c. d} rerumque omnium commercio inter se copulatis esse faciendum; qui adfueti hominibus, solitudinem ferre non possunt?

1 XI. Conseruanda est igitur humanitas, si homines recte dici velimus. Id autem ipsum conseruare humanitatem, quid aliud est, quam diligere hominem, quia homo sit, et idem
 2 quod nos sumus? Discordia igitur, atque dissenso non est secundum hominis rationem, verumque est illud Ciceronis ^a, quod ait ^b, *hominem natura obedientem homini nocere non posse*. ergo si nocere homini contra naturam est; prodesse
 3 igitur homini secundum naturam sit, necesse est. Quod qui non facit, hominis se adpellatione despoliat ^c; quia humanita-

tis

Gronouius dæcte explicat ibidem. Propius nostro sunt loca ab aliis, quod sciam, non obseruata Tertuliani L. 4. adu. Marcion. c. 28: *remissio et retentio delicti*. L. 5. adu. Marc. c. 3: *peruertentes euangelium retentione veteris disciplina*. In meis Lexicis nondum habetur *absentio*, quod habet Vet. Glosf. Lat. Græc. *absentio ἀνοχή/ἀπόχεσις*. Bün.

b) *expolitis*] Scite: expoliti et rudes hic opponuntur, vt L. 1. 21. 5. Bün.

c) *et sermonis*] Emman. et Goth. ita referunt: Lipf. 1. et Rom. ac Parrh. *et sermonibus*: Vulg. *sermone*, demta copula. Cell.

d) *et sermonis*] Reimm. Roff. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Ald. et plures ante Cellarium: *expolitis sermone*;

vbi Lipf. 2. Betul. Torn. 1587-1613: *expolitis, et sermone*, sane melius. Ven. 1493. 97. Paris. *et sermonibus*. Bonon. Pal. Lipf. 1. *sermonis*. Goth. Emm. Pen. Cauc. *et sermonis*, rectissime. Adparet Cicero ex L. 5. in Verrem c. 65: *qui et sermonis et multarum rerum societate iuncti sunt*. Bün.

a) *illud Ciceronis*] Offic. lib. 3. cap. 5. Cell.

b) *quod ait*] Non est cur hæc duo verba, quæ omnes libri habent, cum Heumanno eiiciamus. vindicata iam ad L. 3. 19. 17. Bün.

c) *despoliat*] Ita rectius scribunt Reimm. et Roff. Ven. 1471. 72. vtraque 78. et Heumann. Sæpe monui, syllabas *de* et *di* in verbis compositis confundi, idque in hac ipsa phrasi sit c. 18. 21. Bün.

d) *quod*

tis officium est, necessitati hominis ac periculo subuenire. Quæro igitur ab iis, qui flecti ac misereri ^d non putant esse 4
sapiens; si homo, ab aliqua bestia comprehensus, auxilium
sibi armati hominis impleret, vtrumne succurrendum putent,
an minime? non ^e sunt tam impudentes ^f & , vt negent fieri
oportere, quod flagitat; quod exposcit humanitas. Item 5
si aliquis circumueniatur igni, ruina opprimatur, mergatur mari,
flumine rapiatur; num putent hominis esse, non auxiliari?
non sunt ^b ipsi homines, si putent. nemo enim potest eius-
modi periculis non esse subiectus. immo vero et hominis,
et fortis viri esse dicent, seruare perituum. Si ergo in 6
eiusmodi casibus, qui periculum vitæ homini adferunt, suc-
currere, humanitatis esse concedunt: quid causæ est, cur,
si homo esuriat, sitiatur, algeat, succurrendum esse non pu-
tent? Quæ quum sint paria natura cum illis casibus fortuitis,
et vnâ, eandemque humanitatem desiderent; tamen illa dis-
cernunt, quia non re ipsa vera ⁱ, sed vtilitate præsentis
omnia metiuntur. Illos enim, quos periculo surri- 7
piunt, sperant sibi gratiam relatueros: egentes autem,
quia non sperant ^k; perire arbitrantur, quidquid eius-
mo-

d) qui flecti ac misereri] Stoicos notat. conf. L. 3. c. 23. 8. 9. not. Bün.

e) non sunt tam] Walchius, pro NON, inquit, legere malim num, addita interrogationis forma; quod patet ex iis, que paullo post sequuntur. Repugnant omnes libri, et sequentia sunt potius pro recepta, et sibi apte respondent; nam vt hic: vtrumne putent? Resp. Non sunt tam impudentes. sic n. 5. Num putent? Resp. Non sunt ipsi homines. Nec aliter de Opif. 3. 12: Quæro - ab iis - vtrum - an - sed non sunt tam pecudes. Bün.

f) non sunt tam impudentes] Plures scripti quidem et vét. editi impudentes: at magis conuenit huic argumento impudentes; quod existat

in Lips. 1. et Betul. vt de recentiorum consensu taceam. Cell.

g) impudentes] Reimm. et ab 1465 - 1524. Gymn. imprudentes. At Lips. 1. et Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et seqq. impudentes. recte. Sæpe in libris imprudens et impudens confunduntur. Bün.

h) non sunt ipsi] Reimm. non sine ipsi. Bün.

i) non re ipsa vera] Rost. Ven. 1493. 97: non re illa ipsa vera. At Goth. Lips. Reimm. Ven. vtraque 78. Parrh. Paris. et his recentiores: non re ipsa vera. Bün.

k) egentes autem, quia non sperant] supple, gratiam relatueros esse, ex antecedente. Cell.

l) illa

8 modi hominibus impertiant. Hinc est illa Plauti ^{l.} ^o detestanda sententia:

Male meretur, qui mendico dat, quod edat.

Nam et illud, quod dat, perit: et illi producit vitam ad miseriam.

9 At enim poeta fortasse pro persona locutus est. Quid Marcus Tullius in suis officialibus ^{n.} ^o libris, nonne hoc idem suadet; non esse omnino largiendum? Sic enim dixit: *Largitio, quae fit ex re familiari, fontem ipsum benignitatis exhaurit. ita benignitate benignitas tollitur: qua quo in plures usus fit, eo minus in multos uti possis.* Et idem paullo post 9:

10 *Quid autem est stultius, quam, quod libenter facias, curare, ut id diutius facere non possis?* Videlicet professor sapientiae refrenat homines ab humanitate: monetque, ut rem familiarum diligenter custodiant; malintque arcam, quam iustitiam, ¹¹ conseruare. Quod quum intelligeret inhumanum esse ac nefarium; ex alio capite ^{r.} ^e, quasi actus poenitentiae, sic ait:

Non-

l) illa Plauti detestanda sententia] in Trinummio act. 2. sc. 2. v. 58. seq. quod fugit Betuleium, Thygium, Gallzum, qui deperditis adscribunt. Sic autem in Plauto hodie legitur:

De mendico male meretur, qui ei dat quod edat, aut quod bibat.

Nam et illud quod dat, perdit, et illi producit vitam ad miseriam. Cell.

m) illa Plauti] Locum Plautinum prius occasione Lactantii indicauit Rittershus. in Sacr. Lect. L. 3. c. 20. ed. Nurinb. 1643. 8. p. 211. et mox Isæus in margine, ex quo Gallzus, quem falso accusat Cellarius, produxit. Bün.

n) Marcus Tullius in suis officialibus] lib. 2. cap. 15. Cell.

o) officialibus] ut iterum vocat c. 18. 15. Bün.

p) benignitate benignitas tollitur] Iun. bonitas benignitate. Reimm. Fast. Gryph. Torn. Thom. bonitate

benignitas. At rectius Bon. Cauc. Vltr. Goth. Lips. et editi veteres cum Cicerone ut est editum. Ad hunc locum, quod ad rem non verba pertinet, respexit Hieronymus, Ciceronem, ut monet Erasmus, quasi explicans, ep. 13. ad Paullin. f. 104: *Considera, ne Christi substantiam imprudenter effundas, id est, ne immoderato iudicio rem pauperum tribuas non pauperibus, et secundum dictum prudentissimi viri liberalitate liberalitas pereat.* Bün.

q) Et idem paullo post] eodem cap. 15. Cell.

r) ex alio capite, quasi actus poenitentiae, fit aut] ibidem, loco inter duo priora medio. Vulgo, mox ex alio capite: sed illud mox MSS. Angl. et Goth. et ed. Rom. non agnoscunt. Lipsienses habent mox, sed omitunt ex, ut alterum ex altero natum esse adpareat. Cell.

s) ex alio capite] Ven. 1493. 97.

ex

Nonnumquam tamen est largiendum, nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum; et saepe idoneis hominibus egentibus de re familiari impertiendum. Quid est idoneis? nempe iis ², qui restituere ac referre gratiam possint. Si nunc Cicero viveret, exclamarem profecto: Hic, hic, * M. Tulli, aberrasti a vera iustitia, eamque vno verbo fustulisti, quum pietatis et humanitatis officia utilitate metitus es ³. Non enim idoneis ¹ hominibus largiendum est, sed, quantum potest ², non idoneis. Id enim iuste, id pie, id humane fit, quod sine spe recipiendi feceris. Hæc est vera illa, et germana iustitia, cu-

ex aliquo capite. Parrh. mox ex alieno capite. Aldus, Crat. Gymn. Fal. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et cum socii: mox ex alio capite. Reimm. Ven. 1472. utraque 78. Paris. mox alio capite. At Rost. ex alio capite. Heumannus credit, hæc verba: alia capite, fuisse margini inscripta eo auro, quo iam in capita divisus erat Cicero de Officiis, quod factum saeculo XV. a Ioanne de Lapide; at habent ea verba omnes libri, qui plerique ante natum hunc Ioannem, (qui exeunte saeculo XV. adhuc vixit,) fuerunt scripti. Vnde verba: ex alio capite, interpretet cum Cellario in indice: ex alia ratione. Bün.

1) idoneis? nempe iis.] Ambiguitate vocis idoneus inductus iniuria imadit in hæc (Ciceronis) verba. Lactantii auro, sicut et apud Kios idonei homines haud alii ferè quam boni et locupletes dicebantur, idea tamquam astutum et ἐπιχρηστικόν hoc præceptum reprehendit, quasi illis solis esset impertiendum, qui restituere possent, (L. 6. c. 11.) et persuasit, quod mirum, Turnebo L. 3. aduersar. c. 16. sed idoneos indigentes omnino dicit Cicero probos homines paupertate oppressos etc. Hæc Gronovius L. 4. Obseru. c. 9. Bün.

2) Hic, hic] Vide quæ noto ad L. 9. 30. 4. Hic, hic. Bün.

3) officia utilitate metitus es] Sic libri veteres, noui. Archaismus est, quem reduxerunt posteriores Latini. Apuleius de philosoph. natur. haud longe a fine: oculis metitus est salum. Vlpianus de legat. et fid. com. III. L. 52. §. 1. quæ quis ingenio suo metitus est. Quidam etiam Ciceroni dimotus tribuerunt de Nat. deor. lib. 2. c. 62. sed. MSS. dimotus. Vide Gruter. Cell.

4) officia utilitate metitus es] Hunc archaismum etiam Reimm. et omnes editiones exhibent, illustratum a Vossio de Vit. Serm. Lat. 1. c. 24. et L. 3. de Analog. c. 33. Verbum motivi pro astimare sæpè in Lactantio obuium, hoc capite n. 6. c. 12. n. 25. c. 17. n. 15. c. 20. n. 2. L. 7. 2. 4. c. 5. 5. Opif. 19. 9. et L. 1. 9. 6. omitto infinita exempla in Cicero, Lilio, Quintiliano et aliis obuia, Fortum vero Romanum et Fabrum exscribere otiosi est et vani. Bün.

5) quantum potest] sc. fieri. notati ad c. 10. n. 19. et L. 1. 1. 6. (r) p. 3. add. Schwartz. ed. 2. ad Turnellin. p. 797. sq. Minuc. Fel. 14. 8: diligenter quantum, potest, singula

Bbb

pon

cuius *solidam et expressam effigiem nullam tenere vos*, dicis ^{a. b.}
 14 Ipse pluribus locis clamas, mercenariam non esse ^c virtutem;
 faterisque in libris ^d legum tuarum liberalitatem gratuitam
 esse, his verbis: *Nec est dubium, quin is, qui liberalis beni-*
 15 *gnusque dicitur, officium, non fructum sequatur.* Cur ergo
 idoneis potius largiris, nisi vt postea mercedem recipias? Te
 igitur auctore ac præceptore iustitiæ, quisquis idoneus non
 erit, nuditate, siti, fame conficietur; nec homines copiosi ^e
 et vsque ad delicias abundantes subuenient vltimæ necessitati ^f:
 16 Si virtus mercedem non exigit ^{g. h.}, si propter se (vt dicitis)
 expetenda est; ergo iustitiam matrem ⁱ principemque virtu-
 tum

ponderemus. Iam antè c. 3. *testam-*
quantum potest, super vndas innotate. Bün.

a) *cuius effigiem nullam tenere nos*
dicis] Lib. 3. Offic. cap. 17. Ceterum
 scribo, *nos dicis*, vti est in MSS.
 Angl. Goth. et duobus Lips. ac ed.
 Rom. Alii *vos dicitis*. Cell.

b) *solidam tenere vos, dicis]* Rost.
 Ven. 1493. 97. *nos dicis*. In Reimm.
 ductus dubii *nos* (an: *vos*) *dicitis*.
 Veneta vtraque 1478. Parrh. Paris.
 Junt. Ald. Fas. Gryph. Thomas. et
 seqq. *vos dicitis*. Torn. 1548-1613.
 Betul. *nos dicitis*. apertum est res-
 pici ad verba ex Cicerone citata
 c. 6. 25: *nos nullam tenemus*. Heu-
 mannus legendum censet *vos* (eth-
 nicos puta) *dicis*. Probo, nam Chri-
 stiani eam tenebant; vide n. 18:
ipsam vgram et expressam tene, et
 NB. c. 12. 14. testificatus est (Cicero),
non ad veram iustitiam, quam non
 teneat; *precepta se dare*. Bün.

c) *pluribus locis clamas, mercen-*
ariam non esse] Ex iis locus est, ad
 quem mox prouocat, lib. 1. de Le-
 gib. c. 18. *Liberalitas*, inquit, *gra-*
uitate est an mercenaria? si sine
premio benigna est, gratuita: si cum
mercede, conducta. Cell.

d) *faterisque in libris legum]* di-
 cto lib. 1. cap. 18. vbi verba: *Nec*
est dubium, et reliqua, proxime iam
 prolata excipiunt. Cell.

e) *copiosi]* Sequentia explicant L.
 7. 27. 11: *ille ad Deum copiosus, ille*
opulens adueniet. L. 6. 3. 7: *copio-*
sam vitam petagere. conf. not. ad
 L. 1. 3. 5. *copia*, et Barth. Aduers.
 L. 41. c. 10. pr. Bün.

f) *vltima necessitati]* i. e. extre-
 mæ egestati. Epit. 34. 3. *vltima fa-*
mes. Alibi, nempe L. 7. 27. 8: *vt-*
tima necessitas significat mortem.
 Bün.

g) *Si virtus mercedem non exigit]*
 Ex MSS. et vetustis editis restituo
mercedem, vbi recentés supposue-
 rant *iustitiam*. Cell.

h) *mercedem non exigit]* Tho-
 mas. Thyf. Gall. *iustitiam non ex-*
igit. Contra MSS. et edd. 1465-1563.
 Torn. Ifæus, Spark. *mercedem non*
exigit. vid. n. 14. Bün.

i) *iustitiam matrem]* In Fas.
 Gryph. Thomas. Thyf. Gall. Cell.
iustitia matrem principemque. Parrh.
 Ald. Crat. *iustitia principem matrem-*
que. Rost. Ven. 1471. vtraque 78-
 93. 97. Paris. Gymn. *iustitiam prin-*
cipemque matremque, rectius sane
 MSS.

tum suo pretio, non tuo commodo aestima; eique poris tantum tribue, a quo nihil speres. Quid personas eligis? quid membra inspicias? pro homine tibi habendus est quisquis ideo precatur, quia te hominem putet. Abiice umbras illas imaginesque iustitiae, atque ipsam veram et expressam tene largire caecis, debilibus, claudis, destitutis; quibus, nisi largi-
 giare, moriendum est; inutiles sunt hominibus, sed utiles Deo; qui eos retinet in vita; qui spiritu donat, qui luce dignatur. Fove quantum in te est, et animas hominum, ne extinguantur, humanitate sustenta. Qui succurrere perituro potest, si non succurrerit, occidit. Verum isti, quia neque naturam retinent, neque premium in eo quod sit, sciunt dum perdere timent, perdunt, et in id, quod maxime cauent, incidunt, ut quidquid largiuntur, aut pereat omnino, aut ad tempus brevisimum proficit. Nam qui exiguam stipem miseris negant, qui conseruare humanitatem sine damno suo volunt; patrimonia sua effundunt, ut aut peritura et fragilia sibi comparent, aut certe maximis suis damnis nihil consequantur. Quid enim dicendum est de iis, qui populari leuitate ducti, vel magnis vrbibus suffecturas opes exhibendis muneribus impendunt? nisi eos dementes ac

MSS. Goth. Lips. Reimm. Torn. Betul. Itæus, Spark. *iustitiam matrem principemque*. Alterutram ex postremis res posticit et genuinus locus L. 3. 22. 5. *iustitia virtutum omnium mater est*. Bün.

k) *abiice umbras - expressam tene*] vid. c. 6. n. 25. Bün.

l) *destitutis*] vid. c. 12. 21. Bün.

m) *qui eos retinet in vita*] Sic fidem scripti nostri omnes, et olim editi: non, ut postea, præcis vocibus *retinet in*. Cell.

n) *qui eos retinet in vita*] Sic omnes libri, præter Bonon. codicem, ex quo Thomasius: *qui eis vitam, qui spiritum donat* mauult, et quia *retinere in vita* latine non dici putat, temere Thysius et Gallæus: *qui eos vita, qui spiritu donat*, edi-

derunt. Scilicet sunt illi latiniore Cicerone Pro Sulla c. 31: *quid est reliqui huic, quod eum in vita hinc teneat?* et c. 32: *in qua* (luce, vita) *cum maximo cruciatu atque dolore retinetur*. Bün.

o) *animas hominum*] i. e. vitam hominum, homines. vid. c. 20. 11: *quum animas hominum interficiant*, et not. L. 7. 11. 2. Alio et consueto sensu dixit L. 3. 19. 3 *non extinguat animas*. Bün.

p) *naturam*] sc. hominis, n. 2. i. e. ex n. 21: *neque humanitatem conseruant*. Bün.

q) *exhibendis muneribus*] ludis gladiatorii et aliis edendis. *Munera, spectacula*. Cell.

r) *magnis vrbibus suffecturas opes muneribus*] Hæc illustrat Lipsius de

furiosos; qui praestent id populo, quod et ipsi perdant; et
 23 nemo eorum, quibus praestatur, accipiat. Itaque ut est
 omnis voluptas caduca et brevis, oculorum maxime et au-
 rium; aut oblitiscuntur homines et alterius damna pro in-
 gratis habent; aut etiam offenduntur, si non est libidini vulgi
 satisfactum: ut etiam homines stultissimi malum sibi malo
 comparauerint; aut, si adeo placuerint **, nihil amplius
 quam inanem fauorem paucorumque dierum fabulas adse-
 24 res superuacuas prodiguntur *. Num ergo illi sapientius,
 qui utiliora et diuturniora ciuibus suis exhibent munera? ii
 scilicet, qui, publicis operibus exstructis, memoriam nomini
 suo quaerunt? ne isti quidem recte: bona b sua in terra sepe-
 li-

Magnit. Rom. L. 2. c. 11. add. Cy-
 prianum de Opere et Eleemosyna
 ed. Oxon. f. 206: munera - quam
 grandia, quam pretiosa, quam nimio
 et longo labore quasita sumtuosissimis
 adparatibus comparant, rebus suis vel
 obligatis in muneris comparatione,
 vel venditis etc. Büin.

s) nisi eos dementes ac furiosos]
 Ita libri; Heumannus legit: demen-
 tes esse ac furiosos. Certe subaudiend-
 um est esse. Büin.

r) quod et ipsi perdant et nemo-
 accipiat] Imitatur Cyprianum ad
 Donatum ed. Oxon. f. 8: quibus
 (damnis) redemptus fauor vulgi et
 popularis aura quasita est. Sculta
 prorsus et vana iactura, frustrantis
 spectaculi voluptate id parare vo-
 luisse, quod nec populus acciperet, et
 perderet magistratus. Büin.

u) aut, si adeo placuerint] AVT
 manuscriptorum est: vulgo ut,
 Lips. tertius etiam placauerint. Cell.

x) aut, si adeo placuerint] Reimm.
 ut si adeo placauerint. Fasit. Gryph.
 Torn. Thomas. Thyf. Gall. Spark.
 ut si adeo placuerint. Betul. aut si
 adeo placuerunt. At Subl. Rost. Ven.

1471. 72: vtraque 78. 93. 97. Pier.
 Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn.
 aut si adeo placuerint. Büin.

y) fabulas] Plin. L. 8. ep. 18: ha-
 bes omnes fabulas urbis, vbi recte
 Catineus: sermunculos Büin.

z) adsequantur] Sic rectius MSS.
 et Torn. 1587 - 1613. Reliqui editi
 fere omnes: assequuntur. Büin.

a) patrimonia-prodiguntur] Ven.
 1493. 97. patrocina, prae. vide n. 21.
 de forma pasl. vide Vosf. L. 7. Vit.
 Serm. falso suspectis ed. nouiss. f.
 377. Krebsius de stilo Lact. p. 26.
 de antiquorum auctoritate dubita-
 uit. mihi occurrit in Tertull. de
 Pudic. c. 8: producta substantia
 Dei. c. 9: omni substantia prod-
 acta. Hieron. ep. ad Sabinian. f.
 228: producta patris substantia. Büin.

b) ne isti quidem recte: bona] Hic
 locus adhuc male distinctus fuit, le-
 gerunt enim omnes vna serie: Ne
 isti quidem recte bona sua in terra se-
 peliunt. Quid vero est bona sua re-
 cte in terra sepelire? Vnde ita di-
 stinguo: Ne isti quidem recte: (sci-
 licet faciunt.) Praecessit enim n. 24:
 Num ergo illi sapientius (sc. faciunt)
 qui

liunt ^{c. d.}, quia nec memoria quidquam mortuis ^e confert; nec opera eorum sempiterna ^{f.} sunt: siquidem aut vnò tremore terræ dissi-pantur et corruunt, aut fortuito consumuntur incendio, aut hostili aliquo impetu diruuntur, aut certe vetustate ipsa dissoluta labuntur. *Nihil est enim* (vt ait orator ^{g.}) *opere et manu factum, quod non conficiat et consumat vetustas.* *At hac iustitia et lenitas florescit quotidie magis* ^{b.} Illi ergo melius, qui tribulibus ^{h.} suis aut clientibus largiuntur ^{k.} aliquid enim præstant hominibus, et profunt: sed non est illa vera et iusta largitio. Beneficentia enim nulla est, vbi-cumque necessitas non est. Perit ergo quidquid gratiæ causa tribuitur non indigentibus; aut cum facnore redit, et

qui-querunt? Resp. *Ne isti quidem recte.* Hinc sequitur n. 26: *illi ergo melius sc. faciunt.* c. 15: 2. *Peripatetici ergo rectius.* Olim ita tentabam: *Ne* (profecto) *isti quidem recte bona sua in terra sepeliunt.* Bün.

c) *in terra sepeliunt*] Lipf. Goth. Emm. *terra*, non, vt vulgo, *terram*. Cell.

d) *in terra sepeliunt*] Editi fere omnes *in terram*: at rectius Reimm. et Torn. 1587-1613. *in terra*. L. 2. l. 5: *in terra sepultos.* Bün.

e) *nec memoria quidquam mortuis*] L. 3. 27. 6. conf. Cic. L. 2. off. c. 16. princ. Bün.

f) *nec opera sempiterna*] Seneca Vit. Brev. c. 15: *Honores monumenta, quidquid aut decretis ambitio- nis est, aut operibus extruxit, cito subruuntur: nihil non longa demolitur vetustas et monet ocios, quod consecrauit.* conf. ad hæc et sequentia Lact. L. 7. 11. 5. 6. Bün.

g) *vt ait orator*] Cicero pro Marcello cap. 4. Cell.

h) *At hac magis*] Ex MSS. Lipf. Goth. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. et Paris. restitui: *æt pro*

reliquorum *ad.* Heumannus, qui illa omnia: *At hac magis*, glossema dicit, non attendit esse ipsa verba Ciceronis ex Or. pro Marcello c. 4. addita sine necessitate, ideo ea iisdem typis, quibus antecedentia, imprimenda curauit. Bün.

i) *tribulibus*] Bon. *qui indigentibus suis amicis*, hæc hic non quadrant. Vlt. *conoribus*, qua voce Sidonius et sepe vetus interpres Latinus S. cod. vsus est, sed ea abstinent, quibus castitas latina curæ est. vid. Grauium ad Lucian. Solercist. p. 738. et ad Cicer. L. 4. in Verr. c. 50. haud melioris fortis est *commiles*, quod ex Tacito L. 1. Annal. c. 43. et Plin. L. 37. H. N. c. 2. merito eiecit Gronouius. Plura huius generis collegit Munckerus ad Hygin. f. 187. p. 262. et longe plura ipse ex glosis antiquis omnia in Lexicis neglecta adferre possem. Rectius igitur plures Lactantii scripti, in his Goth. Lipf. Reimm. et editi omnes: *tribulibus*. Bün.

k) *largiuntur*] Appono, inquit Heumannus, *signum interrogationis et paulo post sic rescribo; Sed nec est illa.* Non absurdum puto a

et beneficentia non erit ^l. quod etsi gratum est iis, quibus datur; iustum tamen non est; quia, si non fiat, nihil mali sequitur. Vnum igitur certum et verum liberalitatis officium est, egentes atque inutiles alere.

XII. Hæc est illa perfecta iustitia, quæ custodit humanam, de qua philosophi loquuntur, societatem. hic diuitiarum maximus; ac verissimus fructus est, non uti opibus ad propriam vnus voluptatem, sed ad multorum salutem; non ad præsentem suum fructum, sed ad iustitiam ^a, quæ sola non interit. Tenendum est ^b igitur omni modo ^c ^d, ut ab officio misericordiæ spes recipiendi absit omnino. huius enim operis, et officii merces a Deo est expetenda solo. nam si ab homine expectes ^e, iam non humanitas erit illa, sed beneficij fœneratio ^f ^g, nec potest videri bene meruisse ^h, qui quod facit ⁱ, non alteri, sed sibi præstat; et tamen res eo redit ^k, vt,

consensu librorum; sunt enim omnia salua; verba: *illi ergo melius* (sc. faciunt, vid. n. 24. notas ad: *nè isti quidem recte*) vsque ad verba: *et profunt*, sumo pro obiectiōe, cui hæc respondent: *Sed non est* etc. Bün.

^l) *et beneficentia non erit*] Deleo, inquit Heumannus, manifestum hoc glossema. Seruo, quippe ab omnibus libris seruatum. Bün.

^a) *ad iustitiam*] Ven. 1493. 97. ad *industriam*. prauca. Bün.

^b) *Tenendum est*] i. e. sciendum et pro certo habendum. Non, ut Bon. *Tenenda est*. Bün.

^c) *omni modo*] Duo Lipf. *omni modo*. Betul. *diuise omni modo*. Plures alii *omnino* æque ut in clausula huius periodi. Cell.

^d) *omni modo*] MSS. etiam Goth. Reimm. et Fas. Gryph. *omnimodo*, vna voce; at diuise Torn. 1548-1613. et Betul. *omni modo*; vbi editi ab anno 1465-1524. et Gymn.

omnino, ut in fine periodi, posterius omnino Heumannus plane vult deletam. Bün.

^e) *expectes*] Lipf. 2. Rost. Ven. 1471-1515. Crat. Gymn. *expetes*, quia ante *expetenda*; at Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. etc. *expectes*. Bün.

^f) *beneficij fœneratio*] Lipf. omnes ita et Parrh. At Goth. et Rom. *remuneratio*. Cell.

^g) *fœneratio*] Rost. Ven. 1471. 93. 97. *remuneratio*. At Reimm. Veneta 1472. vtraque 78. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et reliqui *fœneratio*. optime. Bün.

^h) *bene meruisse*] Bon. *bene meritus*. Bün.

ⁱ) *qui quod facit*] Ita Bon. Tax. Pen. Emman. Lipf. 2. 3. Reimm. Tornæs. 1587-1613. et Ifæus; vbi alii: *qui quod fecit*. Bün.

^k) *res eo redit*] Bon. et Ifæus: *res eodem redit*; vbi Ultr. Iun. Cauc. Reimm

vt, quod alteri quisque præstiterit, nihil ab eo commodi sperans^l, vere sibi præstet; quia mercedem capiet a Deo. Item^m Deus præcepit, vt si quando cœnam parauerimus, eos in conuictum adhibeamusⁿ, qui reuocare^o non possint, et vicem reddere; vt omnis actus vitæ nostræ non careat misericordiæ munere. Nec tamen quisquam interdictum sibi putet aut communionem^p cum amicis, aut caritatem cum

Reimm. Rost. Ven. 1471-1515. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Betul. Torn. 1548-1613: et tamen eo redit; additur res in Lipf. Goth. Thomasio et seqq. Bün.

l) sperans] Reimm. Lipf. tert. Veneta vtraque 1478. Parrh. Tornæs. 1587-1613. et Walch. spectans. Goth. Lipf. 1. 2. Sublac. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Paris. Ald. et reliqui sperans. vid. n. 9. vtraque vox apta, etsi sæpe hæc voces confundantur. Bün.

m) Item Deus] Edo item ex Vltr. Iun. Rost. Ven. 1493-97. Parrh. Paris. vbi in plerisque aliis Idem. Bün.

n) in conuictum - adhibeamus] Lipf. 2. in conuictum - exhibeamus. Reimm. prae: in conuictum exhibeamus; vbi margo melius: in conuictum. Conf. L. 2. 2. 15: in conuictum admittere. Quintil. L. XI. Inst. c. 2. p. 985: adhibitus ei cœna Simonides. Bün.

o) reuocare] Eleganter reuocare, i. e. vicissim vocare ad prandium, cœnam. Restituerunt Ciceroni hoc sensu: reuocatus, pro Rosc. Amer. c. 18. Gulielm. Gruter. et Græuius, qui ex Phædr. 1. fab. 26. et Martiali L. 3. 27. illustrat. Immo Ian. Gulielm. in Plaut. Amphitr. quæst. c. 8: qui, inquit, Lactantium ad hunc Ciceronis locum respexisse non videt, Lactantium ignorat. In Cypriano ex antiqua versione Testim. L. 3. ad Quirin. n. 1. pro elegantiori reuocare est reinuicare. Ne forte et illi reinuicent se. Idem verbum quoque in Vulga-

ta versione Lexicis ignotum occurrit. Bün.

p) interdictam sibi putet aut communionem] Lipf. et Rom. ac Parrh. interdictam communionem, caritatem: vulgares, interdictum communionem, caritate. Cell.

q) interdictum - communionem - caritatem] Restituo antiquam lectionem ex membranis Guelferb. Goth. Lipf. 2. 3. (forte et primo) Witteb. Reimm. Pal. Vltr. et Fasit. Gryph. edd. interdictum - communionem - caritatem. Vnde Iun. Cauc. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Cell. interdictam - communionem - caritatem. Bon. Tax. si modo accurati hic Thomas. et Isæus cum sequentibus: interdictum - communionem - caritate. Qui primam lectionem non intellexerunt, aut interdictum in interdictam, aut communionem - caritatem in ablatiuos mutarunt. Vt vero antiqui futura in RVM fuisse sæpe immobilia, e. g. Cic. L. 5. in Verrem c. 65: hanc sibi rem praesidio FVTVRVM; ita idem præteritis passiuus interdum accidit. Vnde Ianus Gulielmi Quæst. Plaut. c. 1. et Taubmannus, item notæ ad Gell. Noct. Att. L. 1. c. 7. ed. Gronou. p. 54. et Vosf. de Anal. L. 3. c. 16. p. 79. defendunt MSS. et vet. edd. Plaut. Prolog. in Amphitr. v. 33: Iustam rem et facilem esse oratum a vobis volo, vbi glossæ Palatini tertii: ORATVM VOLO ANTIQVVS
Bbb 4 ET

cum proximis: sed notum nobis Deus fecit, quod sit verum et iustum ^r opus; (ita nos oportet ^r cum proximis ^r viuere, dummodo sciamus, illud ad hominem, hoc ad Deum pertinere.) Præcipua igitur virtus est hospitalitas, quod philosophi quoque aiunt; sed eam detorquent a vera iustitia ⁿ, et ad commodum rapiunt. Recte, inquit Cicero, a Theophrasto ^x est laudata hospitalitas. Est enim, (ut mihi quidem videtur,) valde decorum, patere domos hominum illustrium hospitibus illustribus. Eodem modo rursus errauit, quod tum, quum idoneis esse diceret largiendum. non enim iusti et sapientis viri domus illustribus debet patere, sed humilibus et abiectis. nam illustres illi ac potentes nulla re possunt indigere, quos opulentia sua et munit et honorat. Nihil autem a viro iusto faciendum est, nisi quod sit beneficium ^y. Beneficium autem, si refertur, interit atque finitur. nec enim possumus id habere integrum, cuius pretium nobis persolutum est. In his itaque beneficiis iustitiæ ratio versatur, quæ salua et incorrupta permanerint. permanent autem non aliter, quam si præstentur hominibus iis, qui prodesse nullo modo

ET LATINVS sermo, quo nunc quoque uti possumus. Pompeius ad Domitium in Cic. L. 8. ad Att. post epist. 12: cohortes ad me MISSVM facias, tuctor Græuius. Quomodo hæc Perizonius explicet, vide ad Sanctii Mineruam L. 1. c. 15. Bün.

r) verum et iustum] Heumannus scribit vere iustum. At pro recepta sunt omnes libri et c. 11. 26: sed non est illa vera et iusta largitio. n. 28: unum-certum et verum liberalitatis officium. Conf. n. 11. c. 13. 13: quanto iustius est et verius. Bün.

s) ita nos oportet] Goth. oporteret. Angl. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Betul. oportet. Lipf. Parrh. Ald. et seqq. oportere. Heumanno verba: ita nos oportet - pertinere, sunt glossema. Ego ita intelligo: Benefacere amicis et pro-

ximis, i. e. cognatis, pertinet ad hominem, i. e. est mere humanum opus; at benefacere iis, qui non possunt vicem reddere, est diuinum opus, eiusque beneficentiæ merces a Deo expectanda. vid. n. 2. et c. 10. L. 2. Bün.

t) cum proximis] i. e. propinquis, cognatis, hinc n. 17: PROXIMO opponit ALIENVM et ignotum. conf. c. 15. 12. Bün.

u) detorquent a vera iustitia] quæ non spectat commodum c. 11. 12. Bün.

x) Recte, inquit Cicero, a Theophrasto] Lib. 2. Offic. cap. 18. Cell.

y) beneficium] Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Gymn. Betul. beneficium. Goth. Lipf. Fasit. Gryph. Törnæs. Thomas. et reliqui beneficium. Bün.

z) qui

modo posunt. At ille in recipiendis illustribus nihil spe-
 ctavit aliud, nisi vilitatem; nec dissimulavit homo ingenio-
 sus, quid ex eo commodi speraret. Ait enim, qui id faciat^a,
 potentem apud exteros futurum per gratiam principum, quos
 sibi hospitii, et amicitiae iure constrinxerit^a. O quam mul-
 tis argumentis Ciceronis inconstantia, si id agerem, coar-
 gui^{b. c} posset; nec tam nostris, quam suis verbis^d refellere-
 tur. Idem quippe ait, ut quisque maxime ad suum com-
 modum referat, quaecunque agit, ita minime^e esse virum
 bonum. Idem etiam negat simplicis et aperti^f hominis
 esse, ambire, simulare aliquid, et praetendere, aliud agere
 videri, quum aliud agat; praestare se alteri fingere, quod si-
 bi praestet: sed malitiosi potius, et astuti, et fallacis, et sub-
 doli. Quomodo ergo defenderet, quo minus ambitiosa
 illa

z) qui id faciat] Plurimi libri scri-
 pti, editique: quid faciat. Iun. qui
 faciat, molius; optime vero Io. Cauci
 et Paris. 1513: qui id faciat. Idem
 Gall. et Heumanno placet, et ed.
 Cantabrig. nescio ex quo codice, in
 margine posuit, Thomasia enim,
 quem exprimit, hic nihil notavit.
 Sic n. 16: si qui haec faciant. Expri-
 mit hic vero mentem potius, quam
 verba Ciceronis, quae sunt L. 3.
 Off. c. 18: Est - vehementer utile iis,
 qui honeste posse multum volunt,
 per hospites apud externos populos va-
 lere opibus et gratia. Bün.

a) constrinxerit] Rost. constrinxe-
 rint, male, peius Ven. 1471. 93. 97.
 construxerit. in MSS. et reliquis:
 constrinxerit, recte. L. 1. 22. 22: reges
 principesque - hospitio sibi et amicitia
 copulabat. L. 3. 21. 7: mutui amoris
 constructa vinculis. vide quae notavi
 ad L. 4. 28. 12: pietate constrinxerit.
 et L. 4. 24. 18. Bün.

b) redargui posset] Rost. et Parrh.
 redargui: Lipf. et Goth. coargui.
 Mox quod sequitur, minime esse vi-
 rum bonum, confirmat Lipf. 1. et

Parrh. Ceteri neminem esse virum
 bonum. Cell.

c) coargui] Editores omnes repu-
 diarunt coargui, quod habent Bon.
 Tax. Pen. Goth. Lipf. et Reimm.
 et subornarunt redargui, quod ipsis
 visum rectius obsequens: refellere-
 tur. At ipse Cicero pro Ligario c. 5:
 refellere et coarguere mendacium di-
 xit. Bün.

d) suis verbis refelleretur] Conf.
 L. 2. 8. 13. In libris omnibus refelle-
 retur. Heum. refelletur scribit, et
 subaudit: a me hoc loco; sed ista
 sequentia, tamquam parva specimi-
 na, modo strictim videtur attingisse;
 nec pro refutatione ipsa habuisse.
 Bün.

e) minime] Goth. Lipf. 2. Reimm.
 Rost. Ven. 1471. 93. 97. Paris. nemi-
 nem. At optime alii MSS. et Ven.
 1472. vtraque 478. Parrh. Iunt. Ald.
 Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs.
 Thomas. et seqq. minime. Bün.

f) Idem etiam negat simplicis et
 aperti] In hunc fere modum diserit
 de simplice et aperto homine Lib. 1.
 Offic. cap. 30. Cell.

illa hospitalitas, malitia esset? Tu mihi s per omnes portas circumcurfes^b, vt aduenientes populorum atque urbium principes domum tuam inuites: vt per eos apud ciues eorum potentiam consequare, velisque te iustum, et humanum, et
 13 hospitalem videri, quum studeas vtilitati tuæⁱ. Verum hoc ille non potius incaute^k. Quid enim minus in Cicero- nem conuenit? sed ignorantia veri iuris prudens ac sciens^l in hos

g) mihi] Abundat eleganter mihi pari modo vt tibi. L. 3. 14. 21: cur non tibi verum consiteare. Quintil. L. 12. Instit. c. 2. fin. hinc mihi ille iustitia hauustus bibat. Apuleius L. 9. Metam. p. 219: Siccine vacuus et otiosus insinuatis manibus ambulabis mihi. alia ex eodem Elm. index dedit. Iac. Gronouius ad Minuc. Fel. c. 4. p. 36. commode excitat Cic. 7. Fam. ep. 1: TV MIHI istam imbecillitatem valetudinis tuasustenta. et Liuii L. 24. c. 38: Tum mihi-turbam inuadite. add. Gronou. ad Gell. L. 17. c. 1. p. 747. Broukhuf. ad Tibull. 1. 4. 47. p. 89. Burmann. ad Phædr. 1. 22. 3. p. 51. Heusingeri ed. Vechner. Hellenol. p. 174. et El. Maior. liber vtilis, sed hodie neglectus, de Varianda Oratione pag. 294. sq. Bün.

h) per omnes portas circumcurfes] Ven. 1493. 97. omisso per habent: tu mihi omnes portas circumcurfes. Ita Plautus Rudent. sc. 4. 4: omnia iam circumcurfauit atque omnibus in latebris perreptauit. At scripti et reliqui editi: per omnes portas circumcurfes. defectui Lexicorum succurrit Falsteri Supplementum L. L. p. 53. quorsum quoque pertinet Cyprian. L. 1. ep. 3. f. 10: oportet eos non circumcurfsare. Bün.

i) Tu mihi-vtilitati tuæ] Heumannus in sua editione sex versus

typis diuersis imprimendos curauit, et sunt, inquit, hac verba Ciceronis, vel potius ei assida a Lactantio. Immo vero Lactantius his verbis Ciceroni ironice quasi insultat. Conf. n. 9. vnde nulla hic typorum diuersitas esse debet. Bün.

k) non potius incaute-sed] Notetur vsus particularum: non potius-sed. Iterum c. 14. 5: dicunt-nec male potius eligere-sed incidere. c. 16. 7: nec potissimum-sed, et not. L. 1. 11. 58: neque id potissimum dicunt-sed. Est vero formula elliptica: non potius incaute sc. ait, dixit, aut simile verbum subaudiendum. idem video in margine h. l. adnotasse editorem Paris. 1513: incaute; subaudi, inquit, dixit. Sic L. 6. 3. 9. 10: Poeta fortasse melius. Vtrique ergo vere sed non recte - Nos igitur melius et verius. L. 3. 28. 13: Nimirum stulte, vt cetera. Heumannus igitur h. l. ita scribentis emendatio: verum hoc ille posuit incaute. potius, quam constans librorum scriptura, videtur aliena. Bün.

l) prudens ac sciens] Etiam in his adparet Cicero pro Marcello c. 5: vt-prudens et sciens tamquam ad interitum ruerem voluntarium. L. 6. ad Famil. 6: sic ego prudens et sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus. Bün.

hos se laqueos induit ^m. Quod ut ei possit ignosci, te-
 stificatus est^o, non ad veram iustitiam, quam non teneat,
 praecepta se dare; sed ad umbram imaginemque iustitiae.
 Ignoscendum est igitur umbratico^p et imaginario praeceptori;
 nec ab eo veritas exigenda est, qui se nescire fateatur. Ca-
 ptiuorum redemptio magnum, atque praeciarum iustitiae mu-
 nus est. quod idem ipse Tullius adprobauit^q. *Atque hac be-
 nignitas, inquit, etiam reipublica est utilis, redimi e serui-
 tute captos^r, locupletari tenuiores. Hanc ego consuetudinem
 benignitatis; largitioni munerum longe antepono. hac est gra-
 uisum hominum atque magnorum.* Proprium igitur iusto-
 rum

m) in hos se laqueos induit] Vulgo
 editum induxit. Male. MSS. enim
 Angl. et Lips. 1. et ed. Rom. vetus
 induit. Et quis dubitet, quum Cicero,
 cuius perpetuus imitator Lactantius
 est, in Verrem IV, siue de Siciliensi
 iurisdictione, c. 42. dixerit: *Hic vi-
 dete, in quot se laqueos indueris, quo-
 rum ex nullo unquam se expediet.*
 Cell.

n) in hos se laqueos induit] Guel-
 ferb. alter, Lips. 2. 3. Witteb.
 Reimm. Ven. 1471. 72. vtraque 78.
 Parrh. Paris. Iunt. Ald. et plures hos
 secuti induxit, quomodo haec lectio
 defendi possit, oliu' dixi in Misc.
 Lips. T. 3. p. 157. at praefero elegan-
 tiorum INDVIT, quam tuentur
 hic multo antiquiores codices Bon.
 Pen. Pal. Cauc. Vltr. Goth. Guel-
 ferb. membranz et Lips. primus;
 Emman. Cantabr. sine Sublac. Rom.
 1474. Rost. Ven. 1493. 97. Ifsus, et
 defendunt Thom. Gall. Cell. Walch.
 Heumann. conf. not. ad L. 3. 1. 8. et
 ad L. 6. 24. 6. Ita quoque hic legen-
 dum censuit Dauisius ad Cicer. 2.
 Diuin. c. 17. qui induere iam pluri-
 bus vindicauerat Cæsari ad L. 7.
 B. Gall. c. 73. p. 277. Idem confir-
 mat Gronouius ad Senec. Hercul.
 Fur. Act. 5. v. 1312. Omnium accu-

ratisime Celeberr. Burmannus ad
 Quintil. L. 5. Instit. 7. p. 380: *indu-
 untur in laqueum. Inducuntur, in-
 quit, in laqueos fallacis et blandisiss,
 sed induuntur incauti.* Lactantii lo-
 co proximus locus Ciceronis in
 Verrem Lib. 2. c. 42. pr. *Hic vide-
 te, in quot se laqueos indueris, quo-
 rum ex nullo se unquam expediet,*
 vbi Hotomannus plura. Büñ.

o) testificatus est] vide ipsa Cice-
 ron's verba Lact. L. 6. 6. 25. et
 c. 11. 14. Büñ.

p) umbratico - praeceptori] per
 lusum eum vocat umbraticum,
 dixerat enim ad umbram ima-
 ginemque iustitiae - praecepta se dare.
 Pari modo a vera significatione de-
 torsit vocem lunaticus. L. 3. 23. 13.
 Aliud vero umbraticus doctor Pe-
 tronio c. 2. designat, vide Wower.
 et Erhard. ed. Burm. p. 9. Büñ.

q) ipse Tullius approbauit] Offic.
 Lib. 2. cap. 18. Cell.

r) redimi e seruitute captos] Lips.
 2. 3. Reimm. redimi e seruitute capti-
 uos, ut initio n. 15. et n. 16. Rost.
 Ven. vtraque 1478 - 1515. Crat. Gymn.
 Ifsus: a seruitute captos. At Goth.
 Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thom.
 cum Cicerone redimi e seruitute captos.
 Büñ.

s) ma

rum opus est, alere pauperes, ac redimere captiuos: quum apud iniustos, si qui hæc faciant, graues et magni adpellentur. Lis enim maxime laudis est: bene facere, quos nemo sperauit esse facturos¹⁷. Nam qui bonum facit vel consanguineo, vel proximo, vel amico; aut nullam, aut certe non magnam laudem meretur, quia facere debet, sitque impius ac detestabilis, nisi fecerit id, quod ab eo et natura ipsa et necessitudo exigit; et si facit, non tam gloriæ adsequendæ, quam reprehensionis vitandæ gratia facit. Qui autem facit alieno et ignoto; is vero dignus¹⁸ est laude, quoniam, ut faceret, sola ductus est humanitate. Ibi ergo iustitia est, ubi ad benefaciendum¹⁹ necessitatis vinculum nullum est. Hoc igitur officium benignitatis ne antepone²⁰re quidem largitioni munerum debuit; quod est comparantis, et e duobus bonis id, quod sit melius, eligentis. Illa enim largitio hominum, patrimonia sua in mare²¹ abiicientium

s) maxime laudis est.] Ita quidem libri plurimi; at Betul. maxime laudis est. Conr. Rittershus. ad Guntheri Ligurin. L. 1. 603. p. 38. censet legendum: *is enim maxima laudi est, dandi casu; contra Dauisus ad Epit. c. 65: maxima laudis est, gignendi casu. Ita sane Laet. in nostro capite n. 24: summa humanitatis est. Ammian. L. 3. c. 8: nec enim aliena non rapere laudis est. Bün.*

t) quos nemo sperauit esse facturos.] Heumannus inserit vocem, quam putat a librariis omisam: quos nemo sperauit paria esse facturos. Dauisus ad c. l. tentat: QVEIS nemo sperauit esse facturos. Non displicet; sed sine libris non recipimus. Bün.

u) is vero dignus.] Rost. Ven. 1493. 97: *is non dignus est, perperam. Ven. 1471. vtraque 78. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Torn. 1548-1613. Betul. is vere dignus. At rectissime MSS. et Fasit. Gryph. Thomas. et seqq. is vero. vindicaui ad L. 4-29. 15. et L. 6. 4. 5. conf. L. 7. 8. 6. Bün.*

x) ad benefaciendum.] Sola Ven. 1497: *ad benefaciendum. Pandectas Florent. beneficere et maleficere habere, Taubmannus ad Plauti Menæchm. I. 2. i. p. 694. prodidit. conf. magnificere ad Laet. 6. 5. 3. sed vide Dukerum de Latin. Ict. Vet. p. 354. Tutius reliquorum omnium: ad benefaciendum. Conf. n. 16. Bün.*

y) ne antepone^{re} quidem.] Ita recte MSS. et Fasit. Gryph. et seqq. ubi male Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. cum Iun. MS. non antepone^{re} quidem. vid. not. 3. 9. 5. Bün.

z) largitio - patrimonia - in mare abiicientium.] Non hic agitur de vano philosopho, de quo L. 3. 23. 5: *qui patrimonium effudit in mare; immo verba, in omnibus scriptis et editis in mare, vix hoc loco, ubi de largitione munerum agitur, quadrat, nisi sumas de ludicra pugna nauali, Naumachia, de qua Suetonius in Claudio c. 21. Malle, si vel vnus bonus codex faueret, legere:*

tium^a, inanis, et leuis, et ab omni iustitia remotissima est. Itaque ne dici quidem munera oportet, in quibus nemo accipit, nisi qui accipere non meretur. Non minus magnum^a iustitiæ opus est, pupillos et viduas destitutos^b et auxilio indigentes tueri atque defendere, quod adeo vniuersis diuina lex illa præscribit. quandoquidem boni quique^c iudices ad officium suum iudicant pertinere, vt iis naturali humanitate faueant^{d. e}, ac iisdem prodesse nitantur. Veram hæc²² opera proprie nostra sunt^{f. g}, qui legem, qui verba ipsius

Dei

in munera abiicientium, nam n. 19: *Largitio munerum.* n. 20: *munera.* Conf. n. 40. c. 11. 21. 22: *opes exhibendis muneribus impendunt.* Bün.

a) *abiicientium*] Copiæ causa hic dixit: *abiicere.* c. 11. 21: *parrimonia sua effundere.* n. 23: *in res superuacuas prodigere.* n. 24: *in terra sepelire.* c. 12. 39: *in superuacua impendere.* Voce cognata Cic. L. 2. Off. c. 17: *Periclem vituperat - qui tantam pecuniam in - propylæa coniecerit.* Bün.

b) *pupillos et viduas destitutos*] Ita plures libri scripti, in his Goth. Reimm. Angl. et Sublac. Ven. 1471. 93. 97. Parrh. Ald. et reliqui recentiores, vt *destitutos* ad pupillos et viduas adiciatur; Lipsf. alter, Ven. 1472. vtraque 78. [et Paris. *pupillos et viduas et destitutos.* Conf. 11. 18. Bün.

c) *boni quique iudices*] Temerarius editor facile hic scriberet: *boni aequique iudices;* nam ipse iunxit *Lactantius* L. 5. 8. 3: *aqui ac boni.* Seneca L. 2. Clem. c. 1: *ad aquum bonumque.* L. 2. Clem. c. 7: *ex aquo et bono iudicare.* et Laët. de Mort. Perf. 40. 3: *iudex aquus;* sed licet Valla aliique nolint *quisque* cum posituius iungi; non tamen a consensu hic librorum abeo. Ita noster L. 1. 22. 12: *errorem prudentes quique perspiciunt.* Ira 21. 10: *non-noxium quemque punit.* Defendit similia

Vossius de Construct. p. 379. huc refero Plinii L. 1. ep. 20: *bonus liber quisque melior est, quo maior.* vbi Catanzus male *quisque cum melior iunctum* putat. Bün.

d) *eos naturali humanitate foueant*] Plures sic libri, ac bene. Goth. tamen et Lipsf. 1: *iis - faueant.* Cellf.

e) *iis naturali humanitate faueant*] Non dubitauit: *iis - faueant.* recipere ex Bon. Tax. Cauc. Pal. Vltr. Emman. Goth. Lipsf. 1. et Betuleio, quippe quorum maior est et antiquior auctoritas, quam Lipsf. 2. 3. Reimm. et editorum, in quibus: *eos naturali humanitate foueant;* nec hoc male, vt c. 11. 19: *Foue - et - humanitate sustenta;* at *faueant,* Heumanno quoque iudice, magis quadrat ad verba: *iudices - iudicant.* Bün.

f) *proprie nostra sunt*] Goth. et Rom. *propria.* Sed etiam recepta lectio bona et laudanda. Cicero Lib. 9. epist. 15. ad Pætum: *Quod tu ipse tam amandus es, tamque dulcis, tamque in omni genere incundus, id est proprie tuum.* Cellf.

g) *proprie nostra sunt*] Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. *opera quippe nostra.* Ven. 1493. 97. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Iseus: *propria nostra sunt,* et probat Heumannus ex n. 16. Angl. Lipsf. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæ. Betul. Thomas. Gall.

Dei præcipientis accepimus. Nam illi sentiunt quidem natura esse iustum, tueri eos, qui tutela carent; sed, cur ita fit, non perspiciunt. Deus enim, cuius perpetua clementia est, iccirco viduas pupillosque defendi ac foueri ^{b. i} iubet, ne quis respectu ac miseratione pignorum ^k suorum retardetur, quo minus mortem pro iustitia fideque suscipiat; sed incun-
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100
 101
 102
 103
 104
 105
 106
 107
 108
 109
 110
 111
 112
 113
 114
 115
 116
 117
 118
 119
 120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200
 201
 202
 203
 204
 205
 206
 207
 208
 209
 210
 211
 212
 213
 214
 215
 216
 217
 218
 219
 220
 221
 222
 223
 224
 225
 226
 227
 228
 229
 230
 231
 232
 233
 234
 235
 236
 237
 238
 239
 240
 241
 242
 243
 244
 245
 246
 247
 248
 249
 250
 251
 252
 253
 254
 255
 256
 257
 258
 259
 260
 261
 262
 263
 264
 265
 266
 267
 268
 269
 270
 271
 272
 273
 274
 275
 276
 277
 278
 279
 280
 281
 282
 283
 284
 285
 286
 287
 288
 289
 290
 291
 292
 293
 294
 295
 296
 297
 298
 299
 300
 301
 302
 303
 304
 305
 306
 307
 308
 309
 310
 311
 312
 313
 314
 315
 316
 317
 318
 319
 320
 321
 322
 323
 324
 325
 326
 327
 328
 329
 330
 331
 332
 333
 334
 335
 336
 337
 338
 339
 340
 341
 342
 343
 344
 345
 346
 347
 348
 349
 350
 351
 352
 353
 354
 355
 356
 357
 358
 359
 360
 361
 362
 363
 364
 365
 366
 367
 368
 369
 370
 371
 372
 373
 374
 375
 376
 377
 378
 379
 380
 381
 382
 383
 384
 385
 386
 387
 388
 389
 390
 391
 392
 393
 394
 395
 396
 397
 398
 399
 400
 401
 402
 403
 404
 405
 406
 407
 408
 409
 410
 411
 412
 413
 414
 415
 416
 417
 418
 419
 420
 421
 422
 423
 424
 425
 426
 427
 428
 429
 430
 431
 432
 433
 434
 435
 436
 437
 438
 439
 440
 441
 442
 443
 444
 445
 446
 447
 448
 449
 450
 451
 452
 453
 454
 455
 456
 457
 458
 459
 460
 461
 462
 463
 464
 465
 466
 467
 468
 469
 470
 471
 472
 473
 474
 475
 476
 477
 478
 479
 480
 481
 482
 483
 484
 485
 486
 487
 488
 489
 490
 491
 492
 493
 494
 495
 496
 497
 498
 499
 500
 501
 502
 503
 504
 505
 506
 507
 508
 509
 510
 511
 512
 513
 514
 515
 516
 517
 518
 519
 520
 521
 522
 523
 524
 525
 526
 527
 528
 529
 530
 531
 532
 533
 534
 535
 536
 537
 538
 539
 540
 541
 542
 543
 544
 545
 546
 547
 548
 549
 550
 551
 552
 553
 554
 555
 556
 557
 558
 559
 560
 561
 562
 563
 564
 565
 566
 567
 568
 569
 570
 571
 572
 573
 574
 575
 576
 577
 578
 579
 580
 581
 582
 583
 584
 585
 586
 587
 588
 589
 590
 591
 592
 593
 594
 595
 596
 597
 598
 599
 600
 601
 602
 603
 604
 605
 606
 607
 608
 609
 610
 611
 612
 613
 614
 615
 616
 617
 618
 619
 620
 621
 622
 623
 624
 625
 626
 627
 628
 629
 630
 631
 632
 633
 634
 635
 636
 637
 638
 639
 640
 641
 642
 643
 644
 645
 646
 647
 648
 649
 650
 651
 652
 653
 654
 655
 656
 657
 658
 659
 660
 661
 662
 663
 664
 665
 666
 667
 668
 669
 670
 671
 672
 673
 674
 675
 676
 677
 678
 679
 680
 681
 682
 683
 684
 685
 686
 687
 688
 689
 690
 691
 692
 693
 694
 695
 696
 697
 698
 699
 700
 701
 702
 703
 704
 705
 706
 707
 708
 709
 710
 711
 712
 713
 714
 715
 716
 717
 718
 719
 720
 721
 722
 723
 724
 725
 726
 727
 728
 729
 730
 731
 732
 733
 734
 735
 736
 737
 738
 739
 740
 741
 742
 743
 744
 745
 746
 747
 748
 749
 750
 751
 752
 753
 754
 755
 756
 757
 758
 759
 760
 761
 762
 763
 764
 765
 766
 767
 768
 769
 770
 771
 772
 773
 774
 775
 776
 777
 778
 779
 780
 781
 782
 783
 784
 785
 786
 787
 788
 789
 790
 791
 792
 793
 794
 795
 796
 797
 798
 799
 800
 801
 802
 803
 804
 805
 806
 807
 808
 809
 810
 811
 812
 813
 814
 815
 816
 817
 818
 819
 820
 821
 822
 823
 824
 825
 826
 827
 828
 829
 830
 831
 832
 833
 834
 835
 836
 837
 838
 839
 840
 841
 842
 843
 844
 845
 846
 847
 848
 849
 850
 851
 852
 853
 854
 855
 856
 857
 858
 859
 860
 861
 862
 863
 864
 865
 866
 867
 868
 869
 870
 871
 872
 873
 874
 875
 876
 877
 878
 879
 880
 881
 882
 883
 884
 885
 886
 887
 888
 889
 890
 891
 892
 893
 894
 895
 896
 897
 898
 899
 900
 901
 902
 903
 904
 905
 906
 907
 908
 909
 910
 911
 912
 913
 914
 915
 916
 917
 918
 919
 920
 921
 922
 923
 924
 925
 926
 927
 928
 929
 930
 931
 932
 933
 934
 935
 936
 937
 938
 939
 940
 941
 942
 943
 944
 945
 946
 947
 948
 949
 950
 951
 952
 953
 954
 955
 956
 957
 958
 959
 960
 961
 962
 963
 964
 965
 966
 967
 968
 969
 970
 971
 972
 973
 974
 975
 976
 977
 978
 979
 980
 981
 982
 983
 984
 985
 986
 987
 988
 989
 990
 991
 992
 993
 994
 995
 996
 997
 998
 999
 1000

Gall. Spark. *proprie nostra sunt*. L. 2. r. 17: *nobis proprie datum est*. vide doctos ad Cic. 2. Philipp. c. 8: *quod proprie meum est*. Quintil. L. 2. Institut. 20. *pleniore ac proprie nostra probatione - perspicuum*. Bün.

b) *defendi ac tueri*] MSS. Angl. Goth. et ed. Rom. *tueri*. Alii *foueri*. Cell.

i) *defendi ac foueri*] Edo ex Lips. Reimm. et Fasit Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isæo et seqq. *foueri*. Nusquam enim Lactantius *tueri* passiuè posuit; in allem nisi libri reuenerent: *defendere ac tueri*, vt n. 21: *pupillos et viduas - tueri atque defendere*, et n. 22. Bün.

k) *pignorum suorum*] vid. not. L. 6. 4. 15. et Pitiscum ad Curt. 4. 14. not. 38. Schulting. ad Quintil. Declam. 1. c. 2. p. 7. Aliquoties Cyprianus de opere et elemos. ed. Oxon. f. 205: *multorum pignorum pater - alendis sustinendisque pignori- bus - quo amplior - pignorum copia - pignorum numerus*. Bün.

l) *caros suos*] i. e. liberos suos, vt Gallæus explicat, duce Turnebo L. 18. Aduers. c. 14. extr. Patet tamen *latius* vox *carorum*. vide not. ad Lact. L. 3. 28. 8: *ob interitum amissionemque carorum*. Cyprianus de Mortalitate sect. 18. ed. Pamel. f.

347: *ut velociter caros liceret amplecti*. Magnus nos illic *carorum numerus expectat*, parentum, fratrum filiorum, *frequens nos et copiosa turba desiderat*. conf. ibidem sect. 11. *peruenstibus caris*, et sect. 17: *ut neque carorum luceamus extesum*. Ammiano Marcellino, docente Salmasio ad Attid. Casl. c. 7: *caritates pro liberis ponuntur, qui Auidio Casio c. 7. et 8. sunt adfectus*. Bün.

m) *defuerit, qui adfistat*] Rost. Ven. 1472. vtraque 78 - 1515. Paris. Crat. Gynn. *defuerint, qui adfistant*, quod probat Heumannus; at MSS. Goth. Lips. Reimm. Angl. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. etc. in singulari. Bün.

n) *magna operationis est*] *Eget hic locus interprete*, inquit Heumannus, et ablegat ad Parei Lexicon Criticum, vnde vis *vocabuli sacri operari cognoscatur*. Ipse quidem Lactantius L. 1. 20, 35. in sensu sacro: *celebrandis Fornacalibus operari*; at in nostro loco longe alia significatio. Tornæsius in edd. 1587 - 1613. legit: *magna miserationis est*; quod contra omnes meos scriptos et editos glossam sapit. *Operatio est misericordia, misratio, elemosyna, quo sensu sæpe scriptores sacri hoc substantiuo et verbo operari vtuntur*. sic not
 1000

est. quod qui fecerit, hic viam hostiam Deo acquireret; et quod alteri dederit ad tempus, ipse a Deo accipiet in æternum. Vltimum illud et maximum pietatis officium est peregrinorum et pauperum sepultura: quod illi virtutis, iustitiæque doctores prorsus non attigerunt. nec enim poterant id videre, qui utilitate omnia officia (sua) per metuebantur. In ceteris enim, quæ supra dicta sunt, quamvis verum limitem non tenuerint, tamen quoniam commodi aliquid in his deprehenderunt, quasi odore quodam veritatis retenti, propius aberrauerunt: hoc autem, quia nihil vide-

ster n. 38: *operare iustitiam*, i. e. exerce opera misericordiæ. conf. c. 13. 4. inde c. 18. 2: *operator iustitiæ*. Scipissime Cyprianus in libro de opere et eleemosynis, ex quo noto ad n. 32. Idem de Vnit. Eccl. in fine: *Largitas operationis infracta est*. De Lapsis c. 13. (n. 28.) *incunctanter et largiter fiat operatio, census omnis in medelam vulneris erogetur*. Epist. 5. ed. Oxon. *ut haberent, unde ad necessitates et prosuras singulorum operari possent*. epist. 7. f. 14: *ut largius et promatius fiat operatio*. His plura Rosweyda ad Paulini Nolani Epist. 23. ad verba: *fidelium operatio*, not. 91. p. 51. Pari modo a Prudentio in Psychomach. v. 575. *auaritia opponitur OPERATIO*, vbi ab Aldo, Ant. Nebrisenſi et Ge. Fabricio simili glosa *miseratio* contra fidem MSS. teste Rosweydo et N. Heinſio fuerat subornata. Egregie Prudentius c. l.

- - *Subito in medium-operationis campum*
Profilis auxilio sociis etc.
Libera nunc miserando inopum, quos larga benigna
Fouerat, effundens patrium bene prodiga censum,
Iam loculos ditata fidem spectabat inanes

Æternam numerans redituro favore summam. Bün.

o) *prorsus non attigerunt*] Defendit Lactantium hæc tradentem Hieron. Magius L. 2. Miscell. c. 19, integro. Bün.

p) *omnia officia sua*] Pronomen addunt Angl. Goth. Rom. Demunt Lips. Cell.

q) *omnia officia sua*] Abest pronomen sua etiam ab Reimm. et Torn. 1587-1613. Geneu. et Walch. et proſcribit Heumannus, collato cap. 17. 15. Bün.

r) *odore*] vid. c. 22. 1. L. 7. 1. II. et Barth. ad Paullin. Petrocor. L. 1. Vit. Martini v. 139. p. 27. Bün.

s) *propius aberrauerunt*] aberrauerunt quidem ab recta via, minus autem longe. Lips. 1. plene aberrauerunt: alter cum Cantabr. et Rom. aberrarunt: quod verbum propius ad rem accedit, quam aliorum obserauerunt. Cell.

t) *propius aberrauerunt*] Rectius quoque Pal. Iun. Rost. Ven. 1471. (hic licet vitiose *propius*) vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Betul. *propius aberrarunt* vel aberrauerunt; vbi Reimm. Faſit. Gryph. Torn. Thomas. etc. *oberrauerunt*. Notum est Ciceronis: *propius abesse* L. 1. Att. ep. 1. et Senec.

- 27 dere in eo commodi poterant, reliquerunt. Quin etiam non defuerunt, qui superuacaneam facerent sepulturam *; nihilquē esse dicerent mali, iacere inhumatum atque abiectum *. quorum impiam sapientiam quum omne humanum genus respuit, tum diuinæ voces, quæ id fieri iubent.
- 28 Verum illi non audent dicere, id non esse faciendum; sed, si forte non fiat, nihil esse incommodi. Itaque in ea re non tam præcipientium, quam consolantium funguntur officio, ut si forte id sapienti euenerit, ne se ob hoc miserum putet.
- 29 Nos autem non quid sapienti ferendum sit, dicimus; sed quid facere ipse debeat. Itaque non quærimus nunc, utrumne tota sepeliendi ratio sit utilis, nec ne: sed hæc, etiam si sit inanis (ut illi existimant), tamen facienda est, vel ob hoc solum, quod apud homines bene, et humane fieri videtur.
- 30 Animus enim quæritur, et propositum * ponderatur. Non ergo patiemur, figuram et figmentum Dei feris ac volucribus in prædam iacere, sed reddemus ^b id terræ, unde ortum est, et, quamuis in homine ignoto, necessariorum munus implebimus ^{c, d}, in

necesse de Vit. Beat. c. 1. Vim verbi *oberrare* indicaui ad Lact. 2. 2. 6. Confudit quoque Reimm. L. 6. c. 17. 13. Bün.

u) *superuacaneam facerent sepulturam*] vid. Minuc. Fel. c. 34. Augustin. Ciu. Dei L. 1. c. 12. et 13. Origenes contra Celsum L. 8. p. 397. et Dauis. ad Cic. L. Tusc. c. 43. Bün.

x) *iacere inhumatum - abiectum*] Pluribus in hac re verba *abiicere* et *proiicere* illustrauit Bentleius ad Horat. Epod. 10. 22. Bün.

y) *sed hæc etiam si*] Ita rectius MSS. Lipf. Goth. Reimm. Angl. Fasit. Gryph. Torn. Thomas. et reliqui, quam Rost. Ven. vtraque 1478-1515. Paris. Crat. Gymn. licet hæc etiam si. Pleonasmus licet etiam si, ut alias: *etsi quamuis, quamquam etsi, licet quamuis* a Vechnero et Heusingero ad Hellenolex. obseruatus

p. 158. sq. mihi hic non placet. Bün.

z) *propositum*] Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. *oppositum*. prauè. Bün.

a) *Non ergo*] Ita edo ex Bon. Tax. Goth. Lipf. 2. 3. Reimm. et Torn. 1587-1613. Pro plurimorum editorum: *Non enim*. Bün.

b) *reddemus*] Ita Pen. Angl. Subl. Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Torn. Betul. et Iſæus rectius quam aliorum *reddamus*; nam præcesit *patiemur*, et sequitur *implebimus*. Bün.

c) *necessariorum sepulturam, nulli negandum munus*] MSS. Angl. Lipf. et ed. Rom. Parrh. Ald. tres voces post *necessariorum*, insertas habent. *sepulturam nulli negandam*, neglectas in vulgatis. Solus Aldus rectè *negandum* scripsit, ut ad *munus* referatur. Cæll.

d) *necessariorum munus implebimus*] Hanc lectionem antiquissimorum

rum

in quorum locum, quia defunt, succedat e humanitas, et vbi-
cumque homo desiderabitur, ibi exigi officium nostrum puta-
bimus. In quo autem magis iustitiæ ratio consistit, quam 3
in eo, vt quod præstamus nostris per adfectum f, præstemus
alienis per humanitatem; quæ est multo certior, iustiorque,
quum iam non s. b' homini præstatur, qui nihil sentit; sed
Deo soli, cui carissimum sacrificium est, opus iustum. Dicit 3 2
aliquis fortasse: Si hæc omnia fecero, nihil habebō i. quid
enim

rum codicum Bonon. Tax. Cauci, probatam Thomasio, Gallæo, Heu-
manno præfero; vbi recentiores
Goth. Lips. Reimm. Emman. Pen.
Iun. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72.
vtraque 78. 93. Parrh. Paris. Iunt.
necessariorum sepulturam nulli ne-
gandam munus implebimus. Sparkii
MSS. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph.
Torn. Ifæus: necessariorum sepul-
turam nulli NEGANDVM manus imple-
bimus. Plane singularis est Betuleius:
necessariorum sepulturam nulli ne-
gandam impendimus. et ita, Gallæo
teste, in variis Io. Cauci legendum pu-
tabat. Ipsa variatio docet, verba: sepul-
turam nulli negatam vel negatum ex
margine in textum irrepisse, et pro
implebimus tandem impendimus sub-
ditum. Sensus est: in sepeliendo ho-
mine ignoto præstabimus officium
necessariorum siue familiaritate et
necessitudine aliqua coniunctorum
absentium. Patet ex sequentibus:
eleganter vero dixit munus, vt de Io-
sepho iusta Christo facturo Iuuen-
cus L. 4. Hist. Euang. 719. 720:
et procerum solus tuum iustior audet
Corpus ad extremum munus deponere
Christi
vbi Omeisius plura. Ad rem Epit.
65. 7. Inopes, aut aduena sobierint,
non patiamur insepultos iacere. Hæc
sunt opera, hæc officia misericordia etc.
Bün.

e) in quorum locum - succedat]

Lips. 2. 3. Reimm. in quorum loco
recepta recta. vid. not. 4. 20. II.
Bün.

f) per adfectum] i. e. per pieta-
tem, caritatem. Bün.

g) cum iam non homini præstatur]
Scribo cum Lips. Goth. et ed. Rom.
Parrh. omisis, quæ ceteri adiuunt,
legentes, quæ cum sit, iam non, et
reliqua. Cell.

h) iustiorque, quum iam] Bon.
iustiorque; quæ quum sit, iam, vn-
de Thom. Thyf. Gall. Spark. habent,
ignorant reliqui MSS. et editi.
Bün.

i) Si hæc omnia fecero, nihil habebō]
Ad hæc grauisime respondet
Cyprianus de Opere et Eleemosyna
ed. Oxon. f. 201: Sed vereris et me-
tuis, ne si operari plurimum cæperis,
patrimonio tuo larga operatione fini-
to ad penuriam forte redigaris: esto
in hac parte intrepidus, esto securus:
finiri non potest, unde in usus Christi
impenditur, unde opus caeleste celebra-
tur - dum gratiarum actio ad Deum
pro eleemosynis atque operationibus
nostris pauperum oratione dirigitur,
census operantis Dei retributione cu-
mulatur - metuis, ne patri-
monium tuum forte deficiat, si ope-
rari ex eo largiter cæperis, et ne quis
miser, quia tum times, ne res fami-
liaris deficiat, vita ipsa et salus defi-
cit, et dum, ne quid de rebus tuis
minuatur, attendis, non respicis, quod
ipse

Ccc

enim si magnus hominum numerus egebit, algebit, capietur, morietur; vt hæc facientem vel vno die patrimonio exui & fit necesse: perdamne rem familiarem, meo aut maiorum labore quæsitam^m; vt iam ipsi mihi aliena misericordia viuendum sit? Quid, tu tam pusillo animo paupertatem times, quam etiam vestri philosophiⁿ laudant? nihilque hac rutilius^o, nihilque^p tranquillius esse testantur. Hoc, quod times, sollicitudinum portus est. An ignoras, quot periculis, quot casibus cum his malis opibus subiaceas? Quæ tecum bene agent^q, si sine tuo cruore^r transierint^s. Tu vero præda onustus incedis, et spolia geris, quæ irritent animos etiam tuorum. Quid ergo dubitas bene collocare id, quod tibi forsitan eripiet aut vnum latrocinium, aut existens repente proscripcio, aut hostilis aliqua direpcio? quid verere, fluxum

et

ipse minuaris, amator magis mammona, quam anima tua: vt dum times, ne pro te patrimonio tuum perdas, ipse pro patrimonio tuo percas. - Metuis, ne patrimonium tuum forte deficiat, si operari ex eo largiter cœperis? quando enim factum est, vt iusto possent deesse subsidia vita? -- Tu Christiano, tu Dei seruo, tu operibus bonis dedito, tu domino suo caro aliquid existimas defuturum? Nisi si putas, quia (i. e. quod) qui Christum pascit, a Christo ipso non pascitur; (pascatur;) aut eis terrena deerunt, (defutura sint,) quibus cœlestia et diuina tribuuntur. nostis reliqua. Bün.

k) patrimonio exui] eleganter dixi ad L. 5. 19. 31. Bün.

l) meo aut maiorum] Subl. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. et Isaëus: meo aut meorum. Goth. Lipf. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Gall. et recentiores: meo aut maiorum. Reimm. meo (quod rubricator corrupit: in eo) aut maiorum meorum. Bün.

m) quæsitam] valet adquisitam, vt sæpe nostro. Bün.

n) quam etiam vestri philosophi laudant] Vide Senecæ epist. 17. 20. et alibi. Cell.

o) nihilque hac rutilius] Addo que ex Lipf. 2. Reimm. Rost. Ven. 1472. vtraque 78. Paris. et Torn. 1587-1613. Bün.

p) nihilque tranquillius] hic plures addunt que, vbi facilius abesse poterat Bün.

q) tecum bene agent] noto ad de Opif. 3. 10. Bün.

r) sine-cruore] Minuc. Fel. c. 18: Quando vniquam regni societas sine cruore discessit. Bün.

s) transierint] te reliquerint. Praue Ven. 1497. Pier. Parrh. transierit. Statius 5. Theb. 25. Transseat fortuna licet, vbi recte Lutatius: quamuis fortuna a te emigrarit. conf. Barthium T. 3. p. 21. Petronius c. 61: omne me lucrum transeat. Verbis Senecæ de Vita Beata c. 22: si illa diuitia a te recesserint. conf. Laët. L. 7. 27. 10: Migrans quotidie aliis sorte relinquenda sunt. Bün.

s) sbo-

et fragile bonum facere sempiternum, aut thesauros tuos custodi Deo credere ^t, vbi non furem prædonemque timeas, non rubiginem, non tyrannum? Qui apud Deum diues est, pauper esse numquam potest. Si iustitiam tanti putas, sequere ³⁶ re, abiectis oneribus, * quæ te premunt. libera te ipsum * compedibus ⁷ et catenis, vt expeditus ad Deum curras. Magni, et excelsi animus est, despiciere et calcare mortalia. Sed si ³⁷ hanc virtutem non capis, vt diuitias tuas in arcam ^a Dei conferas, vt fragilibus tibi compares firmiora ^a, liberabo te metu ^b. Omnia ista præcepta non tibi soli dantur, sed omni populo, qui mente coniunctus est, et cohæret, sicut homo vnus. Si solus magnis operibus non sufficis, pro virili parte ^c opera ³⁸ re iustitiam, sic tamen, vt quantum diuitiis inter ceteros, tantum

1) *thesauros - custodi Deo credere*] Ven. 1493. 97. tradere. Nihil mutuo. Imitatur Cyprianum de Opere et Eleemos. ed. Oxon. f. 205: *Patrimonium Deo creditum nec resp. eripit, nec fscus inuadit, nec calumnia aliqua forensis euertit. In tuo hereditas ponitur, que Deo custode seruatur.* conf. Lact. Epit. c. 65. fin. Bün.

u) *sequere, abiectis oneribus, quæ te premunt*] Minucius Felix p. 342: *Magno viatico breuis vita iter non instruitur, sed oneratur.* Cell.

x) *libera te ipsum*] Goth. te ipse. L. 3. 18. 5. not. conf. L. 3. 15. 9. c. 17. 7. c. 28. 5. L. 4. 22. 3. L. 7. 7. 6. Cic. 2. in Verr. c. 18: *ipse te impedit.* Reliqui h. l. te ipsum. Bün.

y) *compedibus*] conf. c. 4. 20: *opibus suis, tamquam compedibus illigatos et L. 7. 1. 19.* Bün.

z) *in arcam Dei conferas*] Lego, inquit Thomafius: *in aram Dei conferas ex plerisque antiquis codicibus. in aram vero confert diuitias, qui illas, dando pauperibus, Deo donat et offert. in arcana vero legi non potest, quia non accipit Deus, ut re-*

condat. Etiam Taxaq. Ven. 1472. vtraque 78. in aram Dei. At Goth, Lipf, Reimm. Angl. Subl. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Parrh. Paris. et seqq. IN ARCAM, et recte. Contra Thomafium est c. 17. 19: pecuniam - in thesauro iustitia reponas, adde not. ad n. 35. Alia plane est ratio, quum dicit in Epit. 67. 14. mentis pignora in aram Dei conferre. Bün.

a) *firmiora*] Ven. 1471. et Rost. meliora. At MSS. et Ven. vtraque 1478. et seqq. *firmiora*, rectius, præcessit: *fragilibus.* Bün.

b) *liberabo te metu*] Pier. Parrh. Ald. Crat. Gymn. *liberabo te a metu*, MSS. Rost. Ven. 1471 - 97. et Fasit. Gryph. et sqq. sine præpositione, et libentius ita noster L. 5. 17. 30: *nos metum liberat mortis.* c. 28. 3: *animos omnium metu liberare, vt ipse Cicero Or. 2. Phil. c. 14. et L. 11. Fam. ep. 21: omni te metu libero.* conf. not. ad Lact. 6. 17. 21. Bün.

c) *pro virili parte*] Rost. *pro virili parte.* prauè. conf. L. 2. 7. 2: *pro virili portione*, qua formula etiam Quintilianus ylius Declam. 3. c. 12. Bün.

Ccc a

d) ope.

39 tum opere ^d præcellas. Neque nunc suaderi tibi putes, vt rem familiarem tuam minuas, vel exhaurias; sed quæ in superuacua fueras impensurus ^e, ad meliora conuertas. Vnde bestias emis, hinc ^f captos redime; vnde feras pascis, hinc pauperes ale; vnde homines ad gladium comparas ^g, ^b, hinc
 40 innocentes mortuos sepeli. Quid prodest, perditæ nequitiaæ bestiarios ⁱ facere locupletes, et instruere ad flagitia? transfer ad magnum sacrificium male peritura; vt pro his veris mu-
 41 neribus, habeas a Deo munus æternum. Magna est misericordiæ merces, cui Deus pollicetur, peccata se omnia remisurum. Si audieris, inquit, ^k preces supplicis tui, et ego audiam tuas: si misertus laborantium ^l fueris, et ego in tuò labore miserebor. Si autem non respexeris, nec adiuueris; et ego animum tuum contra te geram ^m, ⁿ, tuisque te legibus iudicabo.

XIII.

^d) opere] i. e. miseratione, misericordia. vid. not. ad n. 24. operatio- nis. Büñ.

^e) qua in superuacua - impensurus] Plin. L. 5. ep. 16: Quod in vestes gemmas fuerat erogaturus, hoc in tura et unguenta et odores impendere- tur. Büñ.

^f) Vnde - hinc] Eleganter ter ita posuit. conf. L. 3. 23. 3. L. 5. 22. 8. Terentius Adelph. 1. 2. 26. et 40: Tum fecisti inopia - nam si eses, vnde id fieret faceremus. v. 40: Est (Dis gratia) vnde hac fiant. Quintil. Declam. 14. c. 1: habui, vnde ad vita necessitates concessa gaudia parca mediocritate sufficerent. Büñ.

^g) homines ad gladium comparas] gladiatores emis ab lanista, vt voluptati populi committas. Cell.

^b) homines ad gladium comparas] illustrauit Barthius in Aduers. L. 41. c. 10. f. 1839. Büñ.

ⁱ) bestiarios] qui cum bestiis pugnant, de quibus plura auctores a Walchio ex Fabro et Pitisco ci-

tati; alios addidit Weitzius ad Prudent. p. 666. Büñ.

^k) inquit] Heumann. ubinam? Ego quidem nescio. Recte Ixus Non sunt, inquit, hac verba desumpta ex vello S. Scr. loco; sed iis Lactantius - domini - sententiam expressit Luca 6: Estote misericordes - remetietur vobis. conf. Ies. 58. 9. 10. conf. Epitomen h. l. c. 65. 8. Ad do solere nostrum, voce inquit et alibi modo mentem non verba indicare. vid. L. 6. 23. n. 38: Si quis hoc, inquit, facere poterit. etc. Büñ.

^l) laborantium] Ira 16. 1: Nec tam immitis - vt auxilium laborantibus deneges. L. 6. 10. 9: prestare auxilium depressis et laborantibus. Büñ.

^m) animum tuum contra te geram] aduersus te inimicus ero, sicut tu erga alios fuisti. Goth. et Ald. tuum omittunt, quod tamen in tribus Lips. et ed. Rom. ac Parrh. legitur: et necessarium est vtique. Cell.

ⁿ) animum tuum - geram] Tuum ad-

XIII. Quoties igitur rogaris; tentari te a Deo crede, an sis dignus audiri *a. b.* Circumspice conscientiam tuam, et quantum potes, medere vulneribus; nec tamen quia peccata largitione tolluntur, dari tibi licentiam peccandi putes. abolerentur enim, si Deo largiari, quia peccaueris *c.* nam si fiducia largiendi pecces, non abolerentur. Deus enim purgari homines a peccatis maxime cupit, ideoque agi pœnitentiam iubet. Agere autem pœnitentiam, nihil aliud est, quam profiteri et adfirmare, se ulterius non peccaturum. Ignoscitur itaque iis, qui ad peccatum imprudenter incautequē labuntur *d.* veniam non habet, qui sciens peccat. nec tamen si aliquis fuerit purificatus ab omni labe peccati, temperandum sibi ab opere largitionis existimet; quia non habeat peccata-

addunt Bonon. vterque, Tax. Cauc. Angl. Lips. Reimm. Ross. Ven. 1471-1510. Paris. Thomas. Torn. 1587-1613. Iszus et seqq. intermedii sunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Betul. tuum expulerunt. Ipsa phrasis elegans est Ciceronis Parad. 5. 2: *gere animum laude dignum*, et Senecæ ad Polyb. c. 24: *quem nemo aduersus te animum gerit.* Bün.

a) dignus audiri] Goth. et duo Lips. *audiri*, quod elegantius quam *exaudiri* aliorum. Syntaxin; quæ Græca videtur aut poetica, tueatur Plinius, qui Paneg. cap. 7: *dignus alter eligi, alter eligere, dixit.* Cell.

b) dignus audiri] Editi ante Cellarium *exaudiri*, idque Heumannus præfert. Mihi ex Goth. duobus Lips. Guelf. et Reimm. præplacet simplex *audiri*, memori, Laëtantio, ut aliis elegantioribus, *exaudire esse hōren*, ut 2. 2. 18: *unde omnes exaudire possint*; contra simplex *audire*, more suo et patrum *erhōren*, ut c. 12. fin. de Mort. Pers. 1. 1. et c. 52. 5: *qui a Deo mereris audiri*, ut sæpe Cyprianus de Orat. Dominica ed.

Gryph. p. 427: *Cornelius centurio quum oraret, meruit audiri, eo p. 428: ipsi quoque a Deo merentur audiri. Dignus vero cum infinitius passiuo haud raro ponitur. vide loca apud Vechnerum et Heusingerum ad Hellenolex. p. 310. 311. Bün.*

c) quia peccaueris] Ita cum Bon. Tax. Lips. tert. Reimm. Tornæs. 1587-1613. Walch. Heumann. seribo, pro aliorum *peccaueras.* Bün.

d) ad peccatum labuntur] Eleganter. L. 1. 21. 5: *imperiti ad mala facinora bonorum ignoratione labuntur*, ubi Heum. *delabuntur* suspicabatur. L. 4. 1. 3: *ad hos corruptos et fragiles deos lapsi.* L. 6. 24. 1: *ad iniustitia viam lapsus est.* Cicero pro Sextio c. 55: *ad insolitum genus dicendi labi.* Legunt vero: *ad peccatum imprudenter incauseque labuntur* Bon. Tax. Pen. Pal. Iun. Angl. Goth. Lips. Reimm. Thomas. et editi post eum, ubi ab 1465-1563. editi: *qui ad peccatum ignoranter, imprudenter incautequē labuntur.* quæ vox glossa est sequentis. Bün.

- 4 cata; quæ delet: Immo vero tum magis iustitiam debet operari, quum factus est iustus; vt, quod ante in medelam vulnerum^e fecerat, postmodum faciat in laudem gloriamque virtutis. Eo accedit, quod nemo esse sine delicto potest^f, quamdiu indumento carnis oneratus est. cuius infirmitas triplici modo subiacer dominio peccati, factis, dictis, cogitationibus. Per hos gradus ad summum culmen^g iustitia procedit. Primus est virtutis gradus, malis operibus abstinere; secundus, etiam malis verbis; tertius, etiam cogitatione rerum malarum. Qui primum gradum adscendit, satis iustus est^h; qui secundum; iam perfectæ virtutis; siquidem neque factis, neque sermone delinquat: qui tertium, is veroⁱ similitudinem Dei adsecutus videtur. Est enim
- pæne

e) in medelam vulnerum] i. e. peccatorum. Cyprianus de Lapsis c. 13: *cenus omnis in medelam vulneris erogetur.* Eidem in fine de Opere et Eleem. ed. Ox. f. 209: OPERATIO (i. e. eleemosyna) ipsi dicitur MEDELA peccati. Walch. nostro loco *vulneris*, vnde, nescio. Nam omnes libri *vulnerum*. Bün.

f) nemo esse sine delicto potest] L. 6. 24. 9. Bün.

g) summum culmen] not. Opif. 7. 9. Bün.

h) satis iustus est] Sic omnes libri. Non ille, inquit Iſæus, *satis iustus est, si ab operibus malis abstinens male tamen aut loquatur, aut cogitet, id quod vel ipse Lactantius confiteatur et docet c. 23. et L. 7. c. 27. ait: Deum iudicaturum esse etiam prauas cogitationes.* Satius fuisset tacere, quam elegantem sensum peruertere. SATIS valet mediocriter, quodam modo, quem voculæ significatum frustra in Lexicis quæras, sæpe tamen in Cicerone obuium L. 3. de Orat. c. 22: *quare si iam me vultis oratorem, si etiam sat bonum, si bonum denique non repugnabo.* L. 2.

Att. ep. 19: *videor mihi nostram-exercitium bonorum-omnium, etiam SATIS bonorum habere firmissimum.* L. 14. Att. ep. 10: *letantibus omnibus bonis, etiam sat bonis, fractis lacrimibus.* Pro Roscio Amerino: *Te, Eruci, pugna Camnenſis accusatorem sat bonum fecit, i. e. reliquis accusatoribus in pugna delectis, quodammodo bonus videri potes.* L. 2. Off. c. 25: *A Catone quum quaeretur, quid maxime in re familiari expedit? respondit: bene pascere. Quid secundum? satis bene pascere. Quid tertium? male pascere.* vbi plura Græuius ex Gronouio p. 278. et hic ad Plauti Pœn. l. 2. 75. Recte igitur Rittershusius ad Saluan. ep. 1. adducto nostro etiam loco. *Satis iustus*, inquit, *accipi debet is, qui mediocritatem quamdam iustitia iam est adsecutus, nondum tamen perfectionem.* Conf. eundem ad Salu. L. 2. not. ed. Brem. p. 142. et Sacr. Lect. L. 3. c. 17. extr. p. 202. Rün.

i) is vero] Rittershusius c. l. et Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Gymn. Tornæs. 1587 - 1613. Walch. is vere. At MSS. Lipf. Goth. Reimm. Fasit.

pæne supra humanum modum, ne in cogitatione^{k. l} quidem
admittere, quod sit vel factu malum, vel improbum dictu.
Itaque etiam iusti homines, qui frenare se possunt ab omni
opere iniusto, nonnumquam tamen ipsa fragilitate vincun-
tur, vt vel in ira malum dicant; vel, in adspectu rerum de-
lectabilium, cogitatione tacita concupiscant. Quod si mor-
talis conditio non patitur, esse hominem ab omni macula
purum; debent ergo largitione perpetua peccata carnis abo-
leri. Vnum est enim^m sapientis, et iusti, et vitalis^{n. o} vi-
ri opus, diuitias suas in sola iustitia collocare. qua profecto
qui eget; licet ille Cræsum aut Crasum diuitiis superet; hic
pauper, hic nudus, hic mendicus purandus est. Danda¹²
igi-

Fasit. Gryph. Betul. Thom. et seqq.
is vero; quod defendo L. 5. 9. 12.
L. 6. 12. 18. et alibi. Bün.

k) ne in cogitatione quidem] Goth.
Lipf. 1. Rom. Parrh. cogitatione,
sexto casu. Bene. Est enim, cogi-
tando, inter cogitandum. Vulgo,
in cogitationem. Mox Lipf. 2. falso
malum vel improbum dicto: tertius
facto quidem, sed dictu. Cell.

l) ne in cogitatione quidem] Ita
quoque Rost. Ven. 1471. 72. vtraque
78. 93. 97. Paris. vbi Picr. Parrh. Iunt.
Ald. Crat. Gymn. nec cogitatione
quidem, vt n. 9: cogitatione tacita
concupiscere. Reimm. Fasit. Gryph.
Tornæs. Betul. Thomas. If. Gall.
Spark. Walch. Heumann. præferunt:
ne in cogitationem quidem admittere.
Conf. L. 2. 2. 14: ne in conuictum
quidem admittere. Bün.

m) Vnum est enim] Lipf. 2. 3. et
Reimm. Vnum est igitur. Ceteri
enim; Heumannus unum delet.
c. 11. 28: Vnum igitur - officium est.
6. 22. 3. cuius opus unum est. Si quem
moueat, reiectum enim in tertium
locum, sciat ita positum 6. 23. 29:
iniquum est enim. L. 6. 17. 6: spacia
sunt enim. Bün.

n) vitalis viri] Sic libri veteres,

noti. id est frugalis. Horatius Lib.
2. Satyr. 7. ineunte:

----- amicum
Mancipium domino, et frugi quod
sit satis: hoc est

Vt vitale putes.

Turneb. Adv. 18. c. 27. Cell.

o) vitalis] Ita omnes scripti editi-
que sine vlla variatione. Thomasi-
us forte spiritualis. Heumannus sic
emendat: vero diuitis. Cellarius vi-
talis explicat frugalis; at Lactantius
frugalitatem et parsimoniam reii-
cit L. 6. 17. 15-21. forte rectius vitalis
est hic consueta vi: diu victuri, vt
Horatius 2. Serm. 1. 61: O puer, vt
sis vitalis, metuo. Seneca L. 1. Con-
trou. 1: Tam immature magnum in-
genium non esse vitale. Hic vero
intelligitur vita cælestis, hinc eas-
dem, quas hic fere voces iunxit L.
2. 18. 6: quod qui fecerit, hic plane
SAPIENS, hic IVSTVS - hic
CAELO DIGNVS. Mox in textu
sequitur: VIVENTIA Dei simula-
ra - VIVENTEM. Olim tenta-
bam liberalis; quod in MSS. scribi-
tur lib'alis per notam; aut: hospita-
lis, vt c. 12. 5: præcipua virtus est
hospitalitas. Bün.

igitur opera, vt indumento iustitiæ pietatisque velemur; quo nos exuat nemo; quod nobis sempiternum præbet^p ornatum. Nam si deorum cultores simulacra insensibilia excolunt^q, et quidquid pretiosi habent, in ea conferunt; quibus nec vti possunt, nec gratias agere, quod acceperint^r: quanto iustius est et verius^t, viuentia Dei simulacra excolere, vt promereare viuentem^{*. x?} Quæ sicut vsui habent quidquid acceperint, et gratias agunt; ita Deus, in cuius conspectu bonum feceris, et probabit et^y mercedem pietatis exsoluet.

XIII. Si ergo in homine præclarum et excellens est bonum misericordia; idque diuinis testimoniis, et bonorum ma-

p) *præbet*] Sic libri. Heumann. *præbeat*, propter *exuat*. Bün.

q) *excolunt*] i. e. exornant; plura ad L. 2. 4. 8. Sueton. August. c. 28. vrbem excoluit. c. 29: *exculis - adornarent*. Bün.

r) *nec gratias agere, quod acceperint*] MSS. et Rom. *quod acceperint*: vulgati *qui*. Cell.

s) *quod acceperint*] Ita quoque Reimm. Rost. Ven. 1471-1510. Paris. Rectius; quam Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. etc. *qui*. Spark. *quomodo* corrigebat. Bün.

t) *iustius - et verius*] Prius explicat posterius. *verus* nostro sæpe valet *aquus*, e. g. c. 18. 19. Liuius L. 2. c. 48: *verum esse*, habere eos, quorum sanguine ac sudore *partus sit*. Apuleius Apol. p. 322. *ironice*: homo iustus et verus *dedit operam, quod male partum erat vt male periret*. p. 327: *hoccine verum fuit - piium - humanum*. Bün.

u) *vt promereare viuentem*] Sic Lipf. i. Reliqui Lipf. *promereare videre viuentem*. Goth. Rom. Ald. *invenire viuentem*. Cell.

x) *vt promereare viuentem*] Lipf. 2. 3. Reimm. et Tornæz. MS. *vt promereare videre viuentem*. Goth. Vltr.

Angl. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæz. Betul. Walch. *vt promereare inuenire viuentem*. Propius vero Cauc. *vt promerear: viuentem*. Ifæus, nescio ex quibus libris, in variis: *vt promereri inueniare viuentem*. Rectissime vero Bonon. Iun. et Lipf. i. Thom. Ifæus, Gall. Spark. Cell. *vt promereare viuentem*. Heumannus quidem hæc verba plane vt glossema eiicit; sed non est mirum, quum verbum *promereri* ipsi sit sæpius suspectum in Lactantio, vindicatum a me ad L. 6. 9. 24. et ad librum de Ira 5. 7. Eodem pertinent Cypriani de Opere et Eleemos. ed. Oxon. f. 203: *vt intelligamus hæc opera Deo dari*, et eum quisquis hæc faciat, *Domini promereri*. ibidem f. 209: *promeretur Christum iudicem*. Vt vero hic *promereri viuentem* sc. Deum, sic L. 2. 2. 24: *VIUVM colite, vt viuatis*. L. 2. 17. 7: *inexpiabile facinus - deserere viuentem, vt defunctorum monumentis seruias*. Bün.

y) *et probabit, et*] Prius et addidi ex Angl. Lipf. 2. 3. Reimm. et habent omnes fere editi; Thomæus vero Thyf. Gall. Cellarius soli neglexerunt. Bün.

a) *opti-*

malorumque consensu optimum^a iudicatur; adparet, philosophos longe abfuisse ab humano bono^b, qui neque præceperunt^c eiusmodi quidquam, neque fecerunt; sed virtutem^d, quæ in homine propemodum singularis est, pro vitio semper habuerunt. Libet hic interponere vnum de^f philosophia locum, vt illorum plenius coarguamus errores, qui misericordiam, cupiditatem, metum, morbos animi appellant. Conantur illi quidem virtutes a vitiis distinguere^g, quod est sane facillimum. quis enim non possit liberalem a prodigo separare, vt illi faciunt, aut parcum^b a sordido, aut quietumⁱ ab inerti, aut cautum a timido? quod hæc,

a) optimum] Hæc vox Heumanno videtur insititia; nec est necessaria, at in omnibus scriptis editisque legitur. Bün.

b) ab humano bono] Heumannus referibit: ab hoc magno bono. Nihil inuitis libris mutandum: ab humano bono est, a bono hominibus proprio, ab humanitate, a misericordia. vid. c. 10. 2-4. maxime c. 11. 1-3-6-10: Conseruanda est igitur humanitas, si homines recte dici velimus. Quod qui non facit, HOMINIS se adpellatione despolia: adde sequentia. Bün.

c) neque præceperunt] Ven. 1471. et Rost. neque perceperunt, praue. vide not. ad c. 10. n. 11: ad hanc partem philosophorum nulla præcepta sunt. Bün.

d) sed virtutem] Vulgo hanc virtutem. Pronomen Goth. Lipf. Rom. respuunt. Cell.

e) sed virtutem] Sic quoque Reimm. et Tornæs. MSS. et Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Iunt. Primus in meis Aldus sed hanc virtutem, quem reliqui ante Cellarium secuti. Sæpe hic, is, ille, ante qui in Lactantio, vt in aliis, subaudiuntur. Bün.

f) vnum de philosophia] de pro ex; notante Heumanno. Sollemne vero

est antiquis post vnus de ponere pro ex, vt multis docuit Burnannus ad Petron. c. 44. p. 208. Recte igitur Castellio vertit Gen. 3, 22: vnus de nobis. Bün.

g) distinguere] Iun. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Parrh. Ald. Crat. Gymn. disiungere. At Goth. Lipf. Reimm. Ven. vtraque 478. Paris. Fasit. Gryph. et reliqui distinguere. Bün.

b) aut parcum a sordido] MS. Cant. i. e. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. aut purum a sordido. Scilicet isti putarunt, sordidum hic esse impurum, immundum, hinc PARCV M, quod in MSS. recte est, mutarunt PVRVM. At sordidus est auarus ein larger Fiß, a quo PARCV M distinguit, vt liberalem a prodigo confuderunt iterum veteres edd. n. 6. Bün.

i) aut quietum ab inerti] Betuleius videtur, inquit, pro mansuato quietum dixisse, pro solido inertem. Fallitur vir optimus. Quietus hic est neutrius partis studiosus, nonnumquam eodem sensu otiosus veteribus: iners vero est timidus, imbellis, segnus, ignauus, forti oppositus. Nepos Pelop. c. 4: Epaminondas, quoad cum cinibus dimicatum est, aomi quietus

hæc, quæ sunt bona, fines suos habeant; quos si excesserint, in vitia labuntur; ita vt constantia^k, nisi pro veritate suscepta sit, sit^{l. m} impudentiaⁿ. Item fortitudo, si nulla necessitate cogente, aut non pro causa honesta certum periculum subierit, in temeritatem conuertitur. Libertas^o quoque, si alios infectetur potius, quam infectantibus resistat, contumacia^p est. Seueritas etiam, nisi se intra congruentes nocen-

cen-

fuit. In Attico c. 7: Attici QUIES-Cæsari fuit grata, vbi plura Gebhard. De inertibus, vt fortibus opponuntur, dixi ad Lact. L. 6. 7. 5: *alia inertes - alia strenuos*. Apud Cæsarem de B. Alex. c. 10. fin. *quod nulla satis idonea esset hortatio, qua neque virtutem posset notare, neque incertiam*. Bün.

k) *constantia*] Heumanno *constantia* hic est *constantia in dicendo* *καρτερία*, sed hæc potius dicitur n. 4. *libertas*, vnde hic *constantia* est perseuerantia in proposito, qua aliquis veritatem aut libertatem constanti mente defendit. lege omnino L. 5. 13. 15-17. Bün.

l) *nisi pro veritate suscepta, sit impudentia*] Lipl. i. ita refert. Mirum, plures *fit* interponere, sic incidentes, *suscepta sit, sit impudentia*, quasi *fit* ab *vt*, quod præcesit, regi posuit. Parrh. bis vnum verbum posuit, *pro veritate sit suscepta, sit impudentia*. Cell.

m) *ita vt constantia, nisi pro veritate suscepta sit, sit*] Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. *ita vt constantia, nisi pro veritate sit suscepta, sit*. Goth. Lipl. 2. 3. Reimm. Fasit. Gryph. Betul. Thomasius, Ixeus, Gall. Spark. *ita vt constantia, nisi pro veritate suscepta sit, sit impudentia*. Cellario videbatur, FIT ab *vt* regi non posse, vnde edidit, nihil obuiouente Heumanno: *ita vt constantia - suscepta, sit impudentia*.

Sed non attendit Cellarius, ITA VT hic valere hoc modo, quo, ita, sicut; illustrat enim, QVOMODO ex bonis vitia fiant. Certe illud *fit* modo indicandi æque hic necessarium, vt in reliquis exemplis: *conuertitur, est, fit*, atque tota oratio melius ita cohæret. Crat. Gymn. Tornæs. 1587-1613. et Walch. *ita et constantia - suscepta sit, sit impudentia*. Bün.

n) *impudentia*] Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. *imprudencia*. At MSS. et Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. et seqq. *impudentia*. recte. Bün.

o) *Libertas*] Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. *liberalitas*. prauæ; vbi recte MSS. et Parrh. Paris. et seqq. *libertas*. Intelligitur *libertas loquendi*. Huc pertinet egregius locus Valerii Maximi L. 6. c. 2: *Quæ (libertas) inter virtutem vitiumque posita, si salubri modo se temperauerit, laudem: si, quo non debuit, profuderit, reprehensionem meretur*. Totum caput agit de hac libertate. Ex Valerio et Macrobio L. 2. Saturn. c. 5. et 6. sua hausit Sarisben. in Nug. Cur. L. 7. c. 25. Bün.

p) *contumacia*] Opponitur *libertati*. Hæc illustrat locus Macrobi. 2. Saturn. c. 5: (Augustus) *etiam militis non libertatem tantum, sed et temeritatem - quæ non miratus est, non offensa Cæsare abesse militem contumacem*. Suetonius in Aug.

centium pœnas coerceat, sit læua crudelitas¹. Itaque dicunt eos, qui mali videantur, non sua sponte peccare, nec mala potius eligere; sed² bonorum specie lapsos, incidere in mala, dum bonorum ac malorum discrimen ignorant³. Hæc quidem falsa non sunt; sed ad corpus cuncta referuntur. nam parcum⁴ esse, aut constantem, aut cautum, aut quietum, aut fortem, aut seuerum, virtutes sunt quidem, sed huius temporariæ vitæ. Nos autem, qui hanc vitam contempnimus, alias nobis virtutes propositas habemus, de quibus philosophi ne suspicari quidem vlla ratione potuerunt. Itaque et virtutes quasdam pro vitiis, et vitia quasdam pro virtutibus habuerunt. Nam Stoici adfectus omnes, quorum impulsu animus commouetur, ex homine tollunt, cupiditatem, lætitiã, metum, mœstitiam, quorum duo priora⁵ ex bonis sunt aut futuris, aut præsentibus; posteriora ex malis. Eodem modo hæc quatuor, morbos (vt dixi) vocant, non tam natura insitos, quam praua opinione susceptos; et iccirco eos censent extirpari posse radicitus, si bonorum, malorumque opinio falsa tollatur. Si enim nihil censeat sapiens bonum, nihil malum; nec cupiditate ardescet, nec lætitiã gestiet, nec metu terrebitur, nec ægritudine contrahetur. Mox videbimus, an efficiant⁶, quod velint, aut quid efficiant; interim, propositum arrogans⁷ ac pœne furiosum; qui

Aug. c. 52: *Nec ideo libertas aut contumacia fraudi cuiquam fuit. vbi Græuio contumacia est contradicendi studium et libido in censendo.* Bün.

q) *Seueritas - sis - crudelitas*] Senec. L. 2. Clem. 4: *ne per speciem seueritatis in crudelitatem - incidamus.* Bün.

r) *nec potius - sed*] vid. not. c. 12. 13: *non potius - sed.* Bün.

s) *ignorant*] Heumann. *ignorens.* Bün.

t) *parcum esse*] Cant. i. e. Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. et Pier. *parcum alias parum esse.* Verba, *alias parum*, olim ex margine lectionem

aliorum indicatura irrepperunt. vindicauit n. 3. *parcum.* Bün.

u) *quorum duo priora ex bonis*] Sunt hæc omnia petita ex Ciceronis L. 3. Disp. Tuscul. c. 11. et L. 4. c. 6. et 7. Bün.

x) *Mox videbimus, an efficiant*] c. 15. 10-17. Bün.

y) *arrogans*] Heumannus: *vel aduico*, inquit, *vel subaudi*: EST. Nihil frequentius Lactantio est, quam subaudire verbum substantiuum. Ita e. g. bis subauditur c. 15. n. 3: *Non insipiens disputatio - Stoici furiosi.* Conf. L. 2. 25. 17. Bün.

a) *qua*

qui se putent mederi, et eniti posse contra vim rationemque naturæ.

1 XV. Hæc enim naturalia esse, non voluntaria, omni-
 2 um viuentium ratio demonstrat; quæ iisdem omnibus quatiur^a
 3 adfectibus. Peripatetici^b ergo rectius, qui hæc omnia de-
 trahi negant posse, quia nobiscum simul nata sint; et conan-
 tur ostendere, quam prouidenter, et quam necessario^c Deus,
 siue natura, (sic enim dicunt,) his nos armarit adfectibus;
 quos tamen, quia vitiosi plerumque fiunt^{d.e}, si nimii sint,
 posse ab homine adhibito modo salubriter temperari, vt tan-
 4 tum homini, quantum naturæ satis est, relinquatur. Non
 insipiens disputatio, si, vt dixi, non ad hanc vitam omnia
 referrentur. Stoici ergo furiosi, qui ea non temperant, sed
 abscindunt^f; rebusque natura infortis^{g.b} castrare hominem
 quodammodo volunt. quod tale est, quale si velint aut me-
 tum detrahere ceruis, aut venenum anguibus, aut iram feris,
 aut placiditatemⁱ pecudibus. nam quæ singula mutis ani-
 malibus data sunt, ea vero vniuersa homini simul. Quod
 si,

a) *qua - quatiur*] Quis non, inquit, Heumannus, si animum aduertat, videat rescribi oportere quatiuntur? scilicet omnia viuentia. At constanter libri quatiur, nempe omnium viuentium ratio. phrasi, quati adfectibus, vsus quoque Augustinus L. 14. Ciu. D. c. 9. exeunte; vterque duce Cicerone L. 3. Tusc. 6: *agritudine, quasi tempestate quati.* Bün.

b) *Peripatetici*] Cic. 4. Tusc. c. 19. et 20. Bün.

c) *necessario*] Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. vocali secunda *necessarie*. At MSS. Ald. et seqq. rectius *necessario*. Bün.

d) *quia vitiosi plerumque fiunt*] MSS. *fiunt*; etiam Rom. et Parrh. At editi vulgares *sunt*. Cell.

e) *fiunt*] Bon. Pen. Tax. Cauc. Iun. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Tornæs. 1587-

1613. Ifæus *fiunt*. Optime. Primum Fasit. tum Gryph. Tornæs. 1548. Betul. Thom. Thyf. Gall. Spark. *sunt*. Walchius putat, has lectiones sententia non differre. At prior lectio confirmatur ex c. 16. 2: *vitia fieri, si male utamur adfectibus.* et Epit. c. 61. 3: *male utendo fiunt mala.* Bün.

f) *abscindunt*] Goth. Reimm. Ven. 1471. Rost. *abscidunt*. notauit ad L. 1. 12. 8-10. Bün.

g) *rebusque natura infortis*] sine præpositione Goth. et Lipf. 1. Scite. Ceteri a natura. Cell.

h) *natura infortis*] Reimm. cum editis: a natura infortis. At solet sine præpositione ponere, vt n. 10: *natura infortis*. c. 14. 8: *morbos vocant non tam natura infortis*. Epit. 61. 16: *si quidem natura infortis*. Cicero pro Sulla c. 30: *hoc natura est instrumentum*. Bün.

i) *placiditatem pecudibus*] PLACIDI-

fi, vt medici adfirmant^{k. l.}, lætitiæ adfectus in splene est, iræ in felle, libidinis in iecore, timoris in corde; facilius est interficere animal ipsum, quam ex corpore aliquid euellere: quod est animantis naturam velle mutare. Sed homines prudentes^m non intelligunt, quum vitia ex homine tollunt, etiam se virtutem tollere; cui soli locum faciunt. nam si virtus est, in medio; iræ impetu seipsum cohibere ac reprimere, quod negare non possunt; caret ergo virtute, quisquis ira caret. Si virtus est, libidinem corporis continere; virtute careat, necesse est, qui libidinem, quam temperet, non habet: si virtus est, cupiditatem ab alieni adpetitione frenare; nullam certe virtutem potest habere, qui caret eo, ad quod cohibendum, virtutis vsus adhibetur. Vbi ergo vitia non sunt; ne virtuti quidem locus est; sicut neⁿ victoriæ quidem, vbi aduersarius nullus est. Ita fit, vt bonum sine malo esse in hac vita non possit. Adfectus igitur, quasi vbertas est naturalis animorum: nam sicut in sentes ager, qui est natura fecundus, exuberat; sic animus incultus, vitiiis sua sponte inualescentibus, velut spinis, obducitur^o. Sed quum verus cultor accesserit, statim cedentibus^p

VI-

CIDITAS, *pro lenitas*, inquit, Krefius de Stilo Lactantii p. 26. et quidem pecudibus tribusum, dubitamus, quin aurea vel argentea latinis scriptores habeant, notat quoque Walchii Diatribe p. 61. At non erat, cur dubitaretur. Dixit L. 3. c. 26. 4: *da mihi virum, qui sit iracundus - tam placidum quam ouem reddam*, vbi notauit Terentium exprimi. Item de Opif. c. 14. 6: PLACIDIORA *quaque animalia*. Seneca L. 2. Ira c. 8: *ferarum iste conuentus est, nisi quod ille inter se placidæ sunt*. Immo ipsa vox PLACIDITAS est aureæ ætatis, ea enim vsus Varro de ouibus L. 2. R. R. c. L. n. 4: *putant oues adsumas et propter utilitatem et propter placiditatem*. *Maxime enim - QUIETAE* etc. Bün.

k) *vt medici adfirmans*] Lipf. sic: alii dicunt. Cell.

l) *adfirmans*] Sic Reimm. et Tornæs. MSS. at editi omnes dicunt. Bün.

m) *prudentes*] Ironice, vt sæpe noster. Bün.

n) *ne virtuti quidem - ne victoria quidem*] Bis *ne - quidem* ex Ven. 1493. 97. pro aliorum *nec - quidem* edo. vid. not. L. 2. 5. 57. Sæpe hæc in libris corrupta, vti quoque Gronoulus, Dauifius ad alios adnotarunt. Bün.

o) *spinis, obducitur*] c. 3. 3. *viam obductam sentibus* dixit. Bün.

p) *cedentibus vitiiis*] Sublac. Roff. Ven. 1471. 93. 97: *cadentibus*. At MSS. Ven. vtraque 1478. Parrh. Paris. Ald. et seqq. *cedentibus*. recte. c. 4. 13: *vitia sua sponte decedent*. Bün.

q) *terra*

- 9) vitii, fruges virtutis oriuntur. Deus itaque, quum hominem primum fingeret, mirabili prouidentia ingenerauit ei prius istas animi commotiones, vt posset capere virtutem, sicut terra culturam; posuitque materiam vitiorum in affectibus; virtutis, in vitiiis. quæ profecto aut nulla erit, aut in vsu esse non poterit, si desint ea, per quæ vis eius aut
- 10) adparet, aut constat. Videamus nunc, iidem illi; qui vitia penitus excidunt, quid effecerint. Quatuor illos affectus, quos ex opinione bonorum malorumque nasci putant, quibus euulsis, sanandum esse animum sapientis existimant, quoniam intelligunt et natura insitos esse, et sine his nihil moueri, nihil agi posse; alia quædam in eorum locum vicemque supponunt, pro cupiditate substituunt voluntatem: quasi vero non multo sit præstabilius, bonum cupere, quam
- 11) velle: item pro lætitia gaudium; pro metu cautionem. At

in

9) terra culturam] Cicero 2. Tusc. 5: ager quamuis fertilis sine cultura fructuosus esse non potest. Bün.

r) posuit materiam vitiorum in vitiiis] Hæc incommodius dicta emolliri quidem possunt ex Epit. c. 61. n. 3. vbi de affectibus agit: Non enim per se mala sunt, qua Deus homini rationabiliter insensit male utendo sunt mala; at non videtur noster vndequaue sanus fuisse in doctrina de origine mali, vt ad Epit. cap. 29. n. 11. notabitur. Bün.

s) in vsu esse] Goth. et Reimm. vtraque Ven. 1478: in vsus esse. vid. not. L. 1. 18. 18: fuisse in vsum hominum. Bün.

t) adparet, aut constat] Rost. Ven. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. adpareat aut constet. At MSS. et Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et seqq. adparet aut constat. Bün.

u) excidunt] Adnotat Heumannus, suas sex veteres editiones ita legere: immo omnes scripti editique ita habent. Ita vero variat noster c. 14. n. 7: ex homine tollere. n. 8: exstir-

pate radicibus. c. 15. 3. abscindere (abscidere). n. 4. et 10. euellere. Epit. c. 61. 2. amputare. Ita quoque nonnulli libri L. 5. 3. 22: penitus excidendo legunt, vbi plura. Bün.

x) præstabilius] L. 1. 10. not. (r) p. 6. Bün.

y) bonum cupere, quam velle] Plerique scripti editique: bonum cupere, quam malum velle. Solus Betuleius, adprobantibus Sparkio et Heumanno, male insertum MALVM eiecit recte. Maior vero vis inest in verbo cupere, et cupiditas; quam in velle et voluntas. Patet ex L. 6. 17. 11: Dicit Stoicus, voluntate opus esse ad hac consequenda, non cupiditate. Immo vero PARVM EST VELLE. Multi enim volunt; sed quum dolor visceribus accesserit, voluntas cedit, cupiditas perseverat. Conf. Perizonium ad Valer. Max. L. 5. 1. ext. 1. ed. Torren. p. 425. Non vero semper hanc differentiam obseruari constat ex Augustin. Ciu. D. L. 14. c. 4. 10. Plura Auf. Popma de Diff. Verb. p. 74. Bün.

z) in

in illo quarto ^a immutandi nominis eos ratio ^a defecit ^b. Itaque ægritudinem penitus, id est, mœstitiam, doloremque animi sustulerunt, quod fieri nequaquam potest. Quis enim possit ¹² non dolere, si patriam aut pestilentia exhausserit, aut hostis euerterit, aut tyrannus oppresserit? potest ^c aliquis non dolere, si sublatam viderit libertatem; si proximos, si amicos, si bonos viros aut exterminatos, aut crudelissime trucidatos. nisi cuius mens ita obstupuerit, vt sit ei sensus omnis ereptus? Quare aut omnia tollere debuerunt, aut implenda fuerat cura ¹³ hæc et debilis ^d disputatio, id est, etiam pro ægritudine aliquid reponendum, quoniam superioribus ita ordinatis hoc consequens erat. Vt enim præsentibus lætamur bonis, sic malis angimur ac dolemus. Si ^e ergo lætitiæ, quoniam ¹⁴ vitiosam putabant, nomen aliud indiderunt; sic ægritudini, quoniam et ipsam vitiosam] putabant, aliud vocabulum tribui congruebat. vnde adparet, non illis rem defuisse, sed verbum; cuius indigentia eum totum adfectum, qui est vel maximus, contra quam ^f natura pateretur, auferre voluerunt. Nam illas nominum commutationes poteram coarguere plu- ¹⁵ ri-

2) in illo quarto] mœstitia c. 14. 7. aut ægritudine, vt mox sequitur. Bün.

a) eos ratio] Iun. Reimm. editi ab 1465. ad 1553. porro Thomas. Tornæ. Thyf. Gall. Spark. Cant. Walch. eius ratio. At Boni Tax. Pen. Cauc. Berul. Ifæus, Cell. Heumann. eos ratio. optime. Bün.

b) eos ratio defecit] Edo in præterito defecit ex Bonon. Tax. Pen. Cauc. Ven. 1493. 97. Paris. et Ifæo; quia sequitur *sustulerunt*. Integra phrasis occurrit iterum L. 7. 3. 15: eos in consequentibus ratio defecit. Bün.

c) potest] pro potestne, num potest, noto ad L. 3. 10. 4. Bün.

d) debilis] i. e. manca, mutila. L. 1. 1. 23. et not. ad L. 6. 9. 12. et L. 4. 15. 6. Ita Cicero pro Milone c. 9. dixit: *maneam ac debilem præsuram*. Bün.

e) Si ergo - sic ægritudinis] Heumanus scribit: *Sicut ergo - sic*. sane ita solet. vide n. 8. et not. 3. 8. 18. At libri scripti editique omnes: *Si ergo - sic*. rarior hæc particularum consequentia. Bün.

f) contra quam] Pier. et Parrh. contra quem. perperam. Eleganter contra quam, valet contra ac. Plura ex nostro dedi ad Laët. 3. 28. 13: *qui contraria faciat, quam Deus*, quod cum multo rarius sit; hic exemplo, quod mihi tum excidit, confirmo illustri ex Claudiani L. 2. in Eutrop. 267-269:

- - Marfya velox
Dum suus est flexuque carens, iam
flumine mistus
Mollitur, Maandre tuo, contra-
ria passus,

QVAM Rhodano stimulus Arat.
Bün.

2) aut

ribus, et ostendere, aut sermonis ornandi augendæque, copiae gratia, multa nomina iisdem rebus imposita, aut nihil, aut certe non multum & inter se illa distare. nam et cupiditas a voluntate incipit, et cautio a metu oritur, et lætitia nihil aliud est, quam profusum ^{h. i.} gaudium. Sed putemus, ut ipsi volunt, esse diuersa. nempe igitur cupiditatem esse, dicent, perseverantem ac perpetuam voluntatem; lætitiã vero, insolenter se efferens ^k gaudium; metum autem, nimiam et excedentem modum cautionem: ita fit, ut ea, quæ tollenda esse censent, non tollant, sed temperent, siquidem nomina tantummodo immutant, res ipsæ manent. Eo igitur imprudentes reuoluuntur, quo peripatetici ratione perueniunt; vt

g) aut nihil, aut certe non multum] Bon. Lipf. Reimm. Rost. Ven. 1493. 97. Thomas. Isæus, Gall. Spark. Cell. aut nihil delent. Pier. Parrh. Iunt. aut nihil, certe non multum, et Heumannus facile, inquit, intelligo, sic scripsisse Lactantium. MSS. Cauc. Iun. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Walch. aut nihil aut certe non multum. Præfero, quia Lactantii stilum agnosco. L. 5. 1. 18: sunt et ipsi aut omnino rudes, aut certe parum docti. L. 6. 11. 21: ut aut peritura - comparent, aut certe - nihil consequantur. n. 24: aut - aut - aut - aut certe - labuntur. L. 6. 12. 17: AVT NULLAM AVT CERTE NON MAGNAM laudem meretur. L. 6. 17. 13: aut - aut - aut certe. Epit. c. 33. 11: aut rerum malarum, aut certe inutilium scientia, et de Ira 22. 4. Quintilianus L. 12. Instit. in fine: aut eadem in summum, aut certe multos infra nos videbimus. Cic. 9. Famil. ep. 9: ut te aut cum Casare coniungeres, aut certe in otium referres. Præterea cum Cicerone L. 5. Fin. 21: nihil aut non multum dixit. Bün.

h) profusum gaudium] Lipf. tres et Goth. profusum, id est apertum et externis signis demonstratum. Cell.

i) profusum gaudium] Subl. Rost. Ven. 1471. 72. Parrh. Iunt. Ald. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. et seqq. profusum gaudium. Sane non male. Cicero L. 4. Tusc. c. 7: lætitia efficit PROFVSAM hilaritatem, et ibidem c. 6: quum effuse animus exsultat. Isæus prauè: profusum gaudium. Ven. 1493. et 97. peius: profugum gaudium. Goth. Lipf. Reimm. vtraque Veneta 1478. Paris. 1513. Cell. Heuin. profusum, i. e. apertum, manifestum. de voce profusus, plura ad Libr. 4. 22. 3. hic addo Cic. L. 3. in Verrem c. 56: quam manifestam, quam PROFVSAM rem ex codice Francii restituisse Græuium. Conf. Vosf. L. 4. Analog. c. 11. Bün.

k) insolenter se efferens] Reimm. vtraque Ven. 1478. et Paris. insolenter se offerens. prauè. Cicero 4. Tusc. 6: Lætitia - efferatur et gestias. c. 7: lætitia, opinio - boni - in quo efferri relictum esse videatur. c. 9: iactatio est voluptas gestiens et se efferens insolentius. Bün.

l) me

vt vitia, quoniam tolli non possunt, medie^{l. m} temperanda sint. Ergo errant, quia non efficiunt, quod voluntⁿ; et longo asperoque circuitu in eandem viam redeunt.

XVI. At ego ne peripateticos quidem accessisse ad veritatem puto, qui vitia esse concedunt, sed ea mediocriter^a temperant. carendum est enim vitiis etiam mediocribus. Quin potius efficiendum fuit, primum, ne vitia essent^b.² nec enim quidquam vitiosum nasci potest^c, sed vitia fieri^{d. e},
fi

d) *medio temperanda sint*] MSS Emman. et Lips. 1. ac edd. Parrh. et Ald. *medio temperanda*: nec adspemandum *medie*, adverb. quod in reliquis Lips. Cantabr. et Rom. est. Apuleius de Doctr. Plat. Lib. 2. p. 22. *medie morati*. Eutropius Lib. 7. cap. 8. in Claudio, *medie imperavit*. Cell.

m) *medie temperanda*] Pro his vna voce Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. *moderanda*. neque addunt qua auctoritate. Bon. Tax. Isæo teste, Ven. utraque 1478. 93. 97. Parrh. Ald. Crat. Gynn. Cell. *medio* (vocali quarta) *temperanda*. Bodl. Merton. Goth. Lips. 2. 3. Reimm. Cant. et Tornæs. MSS. et Sublac. Rom. Rost. *medie* (vocali secunda) *temperanda*. Intendit Paris. 1513. in qua *media* per 2. Gallæus in variis lectionibus et notis sibi est contrarius; Heumannus voculam *medio* (*medie*) plane proscribit. ego seruo *medie*, cum Salmasio et Vosio, quorum ille ad Spartiani Severum c. 1. p. 588, hic in Lib. 4. de Vit. Serm. c. 34. defendunt. Vt hic *media temperare*, sic sequenti capite 16. 1. *mediocriter temperare*. Bün.

n) *non efficiunt, quod volunt*] conf. c. 14. 10. Subest elegantia antiqua. Cic. de Leg. 2. c. 13: *Ex quibus id, quod volumus, efficitur, cogi-*

turque. Ita etiam Quintilianus, ex quo Iob. Sarisber. Nug. Cur. L. 8. c. 13. p. 601. repetit: *quod voluit, efficit*. Bün.

a) *mediocriter temperans*] Heum. scribit *mediocritate*. addo, dicere Lactantium n. 4: *quid tandem nobis ista mediocritas proderit?* At libri omnes *mediocriter*. conf. c. 15. 17. *medie temperare*. Bün.

b) *ne vitia essent*] sc. adfectus. Bün.

c) *nec quidquam vitiosum nasci potest*] Ita libri: Heumannus pro *potest* legit *docent*, sc. *Peripatetici*. Id vult Lactantius, adfectus vitiosos nasci non posse, qua sunt animi commotiones, quas homini mirabili providentia ipse Deus ingeneravit. c. 15. 9: *non ergo per se mala sunt, qua Deus homini rationabiliter insensit, sed vrique natura* (quatenus a Deo) *bona*. Epit. 61. 17. 18. Bün.

d) *sed vitia fieri*] Non habet infinitus modus, quocum cohæreat, nisi forsitan *possunt ἀπὸ κοινῆς* repetas. Constante tamen *fieri* legitur. Cell.

e) *sed vitia fieri*] Ita omnes libri. subaudi cum Cellario *possunt*. conf. n. 7: *ne vitia sint*. c. 15. 2: *vitiosè plerumque sunt*. adde Epit. 63. 17. 18. Saepe vero in Lactantio aliquid *ἀπὸ κοινῆς* repetendum, vt L. 3. 6.

- 3 si male vtamur adfectibus; si bene, virtutes^f. Deinde monstrandum est, non ipsos adfectus, sed eorum causas esse moderandas. Non est, inquiunt, lætitia nimia gestiendum, sed modice ac temperatè. Hoc vero tale est, quale, si dicerent, non esse currendum concitate, sed gradiendum quiete s. b. At potest et qui graditur, errare; et qui currit, rectam
- 4 viam tenere. Quid si ostendo^{i. k}, esse aliquid, vbi non tantum modicum, sed vel punctum^l gaudere vitiosum sit; et aliud contra, in quo vel exultare lætitia, minime criminofum; quid
- 5 tandem nobis ista mediocritas proderit? Quæro, vtrumne sapienti lætandum putent, si quid inimico suo mali videat accidere; aut vtrumne lætitiã frenare^m debeat, si victis hostibus, aut oppresso tyranno, libertas et salus ciuibus parta sit?
- 6 Nemo dubitat, quin et in illo exiguum lætariⁿ; et in hoc, pa-

20. neque omnia sciri possunt, neque nihil sc. sciri potest. L. 7. 9. 14: *ut lux esse sine igne non potest, sic vita sine luce (esse non potest)*. Cicero pro Cæcina c. 25: *fictus testis subornari solet, et imponi falsa tabula sc. solent*. Bün.

f) *si bene, virtutes*] Lipf. 2. 3. Reimm. et editi ab 1465. ad 1524. Gymn. Tornæs. 1587-1613. Isæus, Walchius: *virtutes, si bene*. Bün.

g) *sed gradiendum quiete*] Lipsiensis quiete: Angl. Rom. et Parrh. moderate: Goth. vtrumque coniungit quiete moderate. Cell.

h) *gradiendum quiete*] Angl. Vltr. Sublac. Rom. Rost. Ven. 1471-1515. Iunt. Paris. Crat. Gymn. gradiendum moderate. Goth. quiete, moderate. hinc patet posterius per glossam additum. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Thom. et seqq. gradiendum quiete. rectissime. Simili ratione L. 6. 17. 13. opponuntur: *conccitate ire et placide ac leniter ire. conf. 5. 19. concitatisime*. Hæc nostri loca illustrant Phædrum, qui Bentleio et Burmanno, qui iure defendit, ne-

gotium exhibuit Libro II. fab. 7. v. 6: *comes quieto sequitur et placido gradu*. Scite quoque Minucius Felix c. 3: *sensum itaque tranquilleque progressi*. Bün.

i) *Quid si ostendo*] Goth. et Lipsiensis ac Rom. præsentis tempore: ceteri ostendero. Cell.

k) *Quid si ostendo*] Bonon Tax. Pen. Cauc. Goth. Lipf. Reimm. Rost. Ven. 1472. vtraque 78. ostendo. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. et reliqui: *quid si ostendero*, quod et ipsum elegans et nostrum vitatum de Opif. 4. 2. Bün.

l) *punctum*] alias L. 3. 17. 38: *temporis punctum*. Notum illud Senecæ: *punctum est, quod visumis, et puncto minus*. Bün.

m) *frenare*] Emman. Goth. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *refrenare*. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Thom. *frenare*. Bün.

n) *quin et in illo exiguum lætari*] Loquitur, inquit Isæus, iuxta opinionem gentiliũ philosophorum, contra quos eras disputatio, non am-

parum lætari; fit maximum crimen. Eadem de ceteris adfectibus dicere licet. Sed, vt dixi, non in his moderandis sapientiæ ratio versatur, sed in causis eorum; quoniam extrinsecus commouentur; nec ipsis potissimum frenos imponi oportuit, quoniam et exigui possunt in ^o maximo crimine, et maximi possunt esse sine crimine: sed assignandi fuerunt certis temporibus, et rebus, et locis; ne vitia sint, quibus vti recte licet. Sicut enim recte ambulare bonum est, errare autem malum; sic moueri adfectibus in rectum, bonum est; in prauum, malum. Nam si libido extra legitimum torum non euagetur ^p, licet sit vehemens, tamen culpa caret ^q. Sin vero adpetit aliena ^r, licet sit mediocris, vitium tamen maximum

sem iuxta dogmata Christiana sapientia, qua docemur vel ipsis hostibus bona omnia cupienda. Miror Isæum, immo, quod noui, et alios hic posse ita offendere, quum Laetantius optime cum Christi præceptis conueniat. Hæc est mens Laetantii: *Nemo dubitat quin et in illo, si inimico quid mali accidat, exiguum i. e. vel tantillum lætari sit grauisimum peccatum, quia inimico suo vere sapiens bene vult, nec est ευχαριστικός; contra vero in hoc, si libertas et salus ciuibus parta sit, PARVM, i. e. non satis, frigide lætari æque magnum crimen sit; talis enim proderet, se malle seruitium iniquum et interitum ciuitatis. Sole clarius est ex n. 4: Quid si ostendo, ubi non tantum modicum, sed vel punctum gaudere vitiosum sit, etc. conf. n. 7. Bün.*

o) exigui possunt in] Ante Fasitellium editi: exigui possunt esse in, sed esse elegantius abest a Goth. Lips. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Thomas. et seqq. Bün.

p) libido extra legitimum torum non euagetur] Hæc imitatus est Saluianus L. 7. Gubern. Dei p. 158:

qui euagari obscenas libidines extra legitimum torum non sinunt. Bün.

q) licet sit vehemens, tamen culpa caret] Similia c. 23. 5-13. et Epit. c. 61. in fine. Aliter Augustinus de Bono Coniug. c. 6: conjugalis concubitus generandi gratia non habet culpam. concupiscentia vero satianda, sed tamen cum coniuge propter fidem tori venialem habet culpam. Augustinum et cum eo consentientes vindicat Norisius in Vindiciis Augustini. Historiæ Pelagianæ adfixis f. 60-62. §. 8. Rittershusius ad Saluianum Lib. 7. de Gubern. Dei p. 256. refert ex Hieronymo Sextum Pythagoricum scripsisse: adulterum esse etiam, quæ uxoris suæ amator sit ardentior. Sextæ verba a Rufino versa in Opusc. Mytholog. a Galeo editis Amstel. 1680. p. 65t. hæc sunt: Adulter est in suam uxorem omnis impudicæ amator ardentior. Bün.

r) adpetit aliena] Edo aliena ex Lips. primo, tert. Reimm. Torn. 1587-1613. Gençu. 1630. et Walch. motus loco gemino. L. 6. c. 23. 5: vt aliena contaminent, quibus habere propria sine delicto licet. Nec male, immo eodem sensu Cauci MS.

10 mum est. Non est itaque morbus irasci, nec cupere, nec libidine commoueri; sed iracundum esse, morbus est, cupidum, libidinosum * 2. Qui enim iracundus est, etiam cui non debet, aut quum non oportet * *, irascitur: qui cupidus, etiam quod 7 non opus est, concupiscit: qui libidinosus, etiam quod 11 legibus vetatur, adfectat. Omnis igitur ratio in eo versari debuit, vt quoniam earum rerum * impetus inhiberi non potest, nec debet, quia necessario est insitus ad tuenda officia vitæ; dirigeretur potius in viam rectam *, vbi etiam cursus offensione ac periculo careat.

1 XVII. Sed euectus sum coarguendi studio longius; quum sit mihi propositum, ea, quæ vitia philosophi putauerunt, ostendere, non tantum vitia non esse, verum etiam magnas esse vir-

veteres editiones Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Betul. *alienum*; vt L. 6. 23. 7: *ne quis eset, qui penarum metu abstineret alieno, lupanaria constituit*. Pari modo vindico Epit. 66: *ne femina aliud concupiscat*, vbi Dauisius et Heumanus ALIAM corrigebant. *Alienum* vero in neutro sumas in nostro loco, non enim debet ad torum referri; quia omnem libidinem legibus vitatam, non tantum adulterium proscribit. Fasit. et Gryphium Thomafius, Isæus et reliqui secuti *adpetit alienam* ediderant. Bün.

s) *cupidum, libidinosum esse*] Supremum esse Lipf. I. ex prioribus repetiit non inscite. Cell.

2) *libidinosum. qui*] Cellarius fide vnus Lipf. I. ediderat *libidinosum esse*. Quia vero illud *esse* abest ab omnibus reliquis MSS. et editionibus, illudque solet Lactantius omittere; *esse* deleui. hoc ipso numero: *qui cupidus, qui libidinosus*, sine repetito *est*. conf. c. 15. 4. L. 7. c. 9. 14: *sic vita sine luce sc. esse non potest*.

de Mort. Perl. 16. 9: *Hoc est esse discipulum Dei, hoc est militem Christi*, vbi *esse* non addendum sed subaudiendum moneo. Bün.

u) *aut quum non oportet*] MSS. Angl. Goth. Lipf. I. *quum*: alii *cui*. Cell.

x) *quum non oportet*] Mirandum est illud latinitati repugnans *cui non oportet* tot MSS. in his Reimm. et plerasque editiones occupasse, recte vero Subl. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. Betuleius: *cum non oportet*, vt c. 17. n. 18. et *quum oportet*. Bün.

y) *quod non opus est*] Recte sic omnes. vide quæ notauit ad L. 345. 4: *quantum opus est. quod non opus est*: pro: *quo non opus est*, passim veteres dixisse, notum recte dixit Burmannus ad Ouid. I. Trist. I. 21. p. 445. ablegans ad Vorstium in Iustin. XI. c. 7. n. 10. Bün.

z) *earum rerum*] sc. Iræ, cupiditatis, libidinis. vid. not. L. 6. 2. 4. Bün.

*) *dirigeretur in rectam viam*] Epit. 61. fin. *isti adfectus in viam rectam dirigendi*. Bün.

a) Cre-

virtutes. Ex aliis docendi gratia sumam, quæ pertinere ad rem maxime puto. Metum, seu timorem, in maximo vitio ponunt, summamque imbecillitatem esse animi putant; cui fit contraria fortitudo, quæ si fit in homine, locum timori esse nullum. Creditne ergo a aliquis, fieri posse, vt idem metus summa sit fortitudo? Minime. neque enim videtur capere natura, vt aliquid in contrarium recidat. Atqui ego b non arguta aliqua conclusione, vt apud Platonem Socrates facit, qui eos, quos contra c disputat, cogit ea, quæ negauerant, confiteri; sed simpliciter ostendam, summum metum d summam esse virtutem. Nemo dubitat, quin timidi et imbecilli fit animi aut dolorem metuere, aut egestatem, aut exilium, aut carcerem, aut mortem, quæ omnia quisquis non exhorruerit e, fortissimus iudicatur. qui autem Deum metuit, illa vniuersa non metuit. Ad quod probandum argumentis opus non est; spectatæ sunt enim, spectanturque f adhuc per orbem pœnæ cultorum Dei, in quibus excruciantis noua, et inusitata tormenta excogitata sunt. Nam de mortis generibus horret animus recordari g; quum

a) *Creditne ergo*] Sic melius Bon. Tax. Pal. Cauc. Angl. Lipf. Goth. Reimm. Thomafius et seqq. etiam Torn. 1587 - 1613. Walch. *creditne aliquis*; quam Rost. vtraque Veneta 1478 - 1515. Paris. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Isæus: *credit ergone*. Bün.

b) *Atqui ego*] Goth. Lipf. 2. Reimm. Ven. 1493. *quin ego*. Rost. Veneta vtraque 1478. Pier. *quia ego*. Ven. 1497. Paris. *qui ego*. At Lipf. tert. Parrh. Ald. Crat. Gymn. et reliqui *Atqui ego*. recte. Bün.

c) *quos contra*] *anastrophe*, vt L. 5. 9. 8. *quibus coram*. Bün.

d) *summum metum*] summum non in se: est enim cum amore et lætitia coniunctus: sed respectu eius, qui metuitur, qui vtique summus est. Timorem enim Dei intelligit,

quem verius *reuerentiam* dicas. Cell.

e) *qua omnia exhorrueris*] Exempla constructionis cum accusatiuo in hoc composito non obseruata in Lexicis. *horrere aliquid* nostro frequentius, vt indicauit ad L. 5. c. 22. 19. Bün.

f) *spectata sunt enim, spectanturque*] Bon. Tax. Isæus: *Spectata sunt enim* semperque *spectantur*. Goth. Lipf. 2. Reimm. Emman. Cant. i. c. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Gymn. *Spectata sunt enim* semper *spectanturque*. Fasit. Gryph. Torn. Thomas. et reliqui *semper* proscripserunt. Bün.

g) *horret animus recordari*] Antiqua elegantia, optimis quibusque sollempni. Liuius 2. 37. *horret animus, ne quid inconsulte ac temere fiat*. Pli-

quum immanium bestiarum ^{b. i.}, vltra ipsam mortem ^{k.}, carnificina sæuierit. Has tamen execrabiles corporum lacerationes felix atque inuicta patientia ^l sine vilo gemitu pertulit.

8 Hæc virtus omnibus populis atque prouinciis et ipsis tortoribus miraculum maximum præbuit; quum patientia crudelitas

9 vinceretur. Atqui hanc virtutem nihil aliud, quam metus Dei ^m fecit. Itaque (vt dicebam) non euellendus, vt Stoici; neque temperandus timor, vt Peripatetici volunt; sed in veram viam dirigendus est; auferendique sunt metus ⁿ, sed ita, vt is solus relinquatur. qui quoniam legitimus, ac verus est,

10 solus efficit, vt possint cetera omnia non timeri. Cupiditas quoque inter vitia numeratur. sed si hæc, quæ terrena sunt, concupiscat, vitium est; virtus autem, si cælestia. Qui enim iustitiam, qui Deum, qui vitam perpetuam, qui ^o lucem sempiternam, eaque omnia, quæ Deus homini pollicetur, conse-

Plinius L. 7. ep. 20: *animus meminisse horret*, imitatus hic aperte Virgilium L. 2. Aen. 12:

Quamquam animus meminisse horret luctuque refugit.

vbi plura diligentissimus Cerda; vnde ex Quintiliani Declam. 270. excitata disco, Lactantium expressisse ipsa verba Fabii. conf. Laët. 7. 15. xi: *horret animus dicere.* Büin.

h) immanium bestiarum] crudelissimorum hominum, tyrannorum, et quorum ipsi ministerio in Christianis vexandis vtuntur. *Cell.*

i) immanium bestiarum] i. e. tyrannorum sæuisimorum. vid. L. 5. c. 9. 4. c. 11. n. 1. c. 23. n. 3. de Mort. Perf. c. 16. 1. Longe plura Bauldr. ad de Mort. Perf. c. 2. p. 43. sq. item Baluz. p. 22. Cuperus p. 127. Büin.

k) vltra ipsam mortem] conf. L. 5. 9. 10. et quæ notati ad L. 5. 11. 6: *in cineres fuit*; præter Sagittarium et Kortholtum ibi a me citatos huc pertinet docta disertatio M. Io.

Chr. Ortlob. Lips. 1699. *Martyres furori gentium vltra mortem expofitos sistens.* Büin.

l) inuicta patientia] L. 6. 18. 23. Büin.

m) metus Dei] non qualis seruorum est, sed timor amore et veneratione temperatus, quem modo reuerentiam diximus. *Cell.*

n) auferendi sunt metus] Pluralis nostro frequens. L. 5. 20. 15. L. 7. 16. 12. Seneca Tranq. Anim. c. 8: Si omnia alia, quibus angimur, compares, mortes, agritudines, metus, desideria etc. epist. 13: *Nulli tam perniciosi, tam irremediabiles, quam lymphatici metus sunt.* ep. 24: *vanes esse inferorum metus.* Senec. in Herc. Fur. Act. 2. 160: *Spes in magnis verbis errant, trepidique metus.* Plin. L. XI. Hist. c. 37. *soli pericula ac metus narrant.* conf. Vosf. L. 1. Anal. c. 39. p. m. 577. Büin.

o) qui-qui-quis] vt Cicero num. 27. Büin.

sequi cupit; opes istas, et honores, et potentatus *p. 3*, et regna ipsa contemnet. Dicit fortasse Stoicus: Voluntate opus esse ad hæc consequenda, non cupiditate. immo vero parum est velle *r*. multi enim volunt; sed quum dolor visceribus accesserit, voluntas cedit, cupiditas perseverat, quæ si efficit, vt contemptui sint omnia, quæ a ceteris adpetuntur *s*, summa virtus est; siquidem continentia mater est. Ideoque illud *r 2* potius efficere debemus, vt adfectus, quibus prave vti, vitium est, dirigamus in rectum. Nam istæ concitationes animo- *r 3* rum iuncto *t* currui similes sunt, in quo recte moderando *** summum rectoris *** officium est, vt viam nouerit: quam si te-

p) et potentatus] Rarius verbum: nec tamen ideo minus Latinum. Cæsar B. Gall. 1. cap. 31: *Hi cum san- tope de potentatu inter se multos annos contenderent.* Et Liuius lib. 26. cap. 38. *annulo potentatus inimicus.* Cell.

q) potentatus] Lips. 2. et Reimm. *potestates.* Ven. 1471. 72. vtraque 78. *potentias*, vt Cic. 3. Off. 8. Sed reliqui scripti, editique *potentatus*, qua voce Cæsar, Liuius, Arnobius, aliquoties Cypriantis, aliique vti sunt, locis a Meursio in L. 1. Crit. Arnob. c. 16. p. 33. et Dauisio in Addendis ad I. Cæsar. excitatis addo duo loca alia Cypriani: primus nostro obuersatus videtur, vbi de Exhort. Mart. c. XI. etiam in plurali numero: *Quum sex panis- superosset- vnus- cui rex diuitias et potentatus et multa pollicebatur.* et L. 2. ep. 2. ad Donatum: *Quantus hic animi potentatus est, quanta vis est.* Descendit hoc substantiuum a verbo Lexicis ignoto, et si minus eleganti *potentari*, aliquoties obiuo in versione antiquissima Irenæi L. 4. c. 44: *super quem potentatus sum - neque potentatus es.* vbi Feuardentius citat Luciferum Calaritanum L. 2. ad Constantium: *non potentabitis san-*

guinem innocentis. Heumannus de vocabuli huius bonitate ablegat ad Bergerum de Naturali stili pulchritudine p. 458. sqq. Bün.

r) parum est velle] Eleganter exprimit illa Ouidii L. 3. de Ponto I. 35:

Velle parum est, cupias vt *ro*
potiaris, oportet.

adde not. ad Lact. 6. 15. 10. *præstabilis bonum cupere, quam velle.* Bün.

s) qua a ceteris adpetuntur] Reimm. et Ven. 1497. *qua ceteris adpetuntur.* reliqui scripti editique, etiam Ven 1493, quam illa 1497. alias sequitur, habent *a ceteris*, alias dandi casum non reiiicerem. vide L. 7. 9. 4: *nobis comprehendendus pro a nobis.* Bün.

t) iuncto currui] Lips. 2. *vincto currui*, perperam; omnes *iuncto.* Bün.

u) recte moderando] Cæsar. 4. B. Gall. c. 33: *incitatos equo sustinere et breui moderari ac flectere.* Bün.

x) rectoris] i. e. aurigæ. *rektor*, vt recte Burmannus ad Ouid. L. 1. Trist. 4. 13. obseruat, dicitur, qui equos, aut currus, aut nauem regit. Bün.

tenebit, quamlibet ^y concitate. ^zierit, non offendet: si autem aberrauerit ^a, licet placide ^b ac leniter ^c eat; aut per confragosa vexabitur ^d, aut per præcipitia labetur, aut certe, quo non est opus, deferetur. Sic currus ille vitæ ^e, qui adfectibus,

ve-

y) *quamlibet concitate*] Bon. Tax. Pen. Cauc. Goth. Lips. Reimm. Angl. Rost. Ven. 1493. 97. Benil. Thomas. Isæus et seqq. *quamlibet concitate*. Ven. 1471 vtraque 78. Pier. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. *licet quam concitate*. Paris. *licet perquam concitate*. Particula *quamlibet* nostro grata. vid. L. 1. 3. 14. (2) p. 19. et L. 1. 2. 6. L. 5. 19. 34. de Ira 8. 10. Alterum *quam concitate* etiam ipsum elegans, vt Græuius ad L. 7. Att. ep. 15. p. 719. et ad L. 14. ep. 16. p. 569. docuit. Bün.

z) *concitate*] vid. c. 16. n. 3. *concitate currere*. Bün.

a) *aberraueris*] Reimm. *oberraueris* solita confusione. vide L. 6. 12. 26. Rost. Ven. vtraque 1478. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *erraueris*. Ven. 1493. 97. male: *non erraueris*. Goth. Lips. Fas. Gryph. Torn. Thom. reliqui: *aberraueris*. Bün.

b) *placide*] Scite, vt Plautus Mil. 2. 2. 65: *prope hoc non placide decet*. Columella L. 7. 6. fin. *na procurrat*, sed placide ac lente *pabuletur*. Sic Curtius L. 4. c. 15: *placide volantem aquilam dixit*. conf. not. ad Lact. 6. 16. 3: *gradiendum quiete*. Ita elegantius Castellio Gen. 33. 14. ad Esauum: *placide incodam*, quam Vulg. *paullatim*. Vatabl. *sensum*. Bün.

c) *leniter eat*] Veneta vtraque 1478. *leniter*. hic non placet. Ouid. 1. Amor. el. 6. 7. *per excubias custodum leniter ire*. Hirt. B. Afric. c. 6: *iter leniter cum reliquis facere*. c. 12: *iubet ordinatim signa se leniter confequi*. c. 41: *propius munitiones leni-*

ter accessit. et proxime nostro loco c. 70. *placide leniterque procedens*. vide quæ de vsu vero et diuerso vocum *leniter* et *leniter* monuit Burmann. ad Quintil. Declam. 1. c. 3. p. 9. et ad Phædr. 1. f. 25. v. 7. p. 56. vbi cc. II. de B. Alex. corr. Afric. Bün.

d) *vexabitur*] Heumannus *non dubito*, inquit, *rescribere: vectabitur*. Non erat lectio huius loci ab omnibus libris confirmata vexanda. Nam *vexare* idem quod *vectare*, vt Salmastius de Modo Vsurar. c. 16. p. 788. docuit. Non recordatus est V. C. Gellii L. 2. Noct. Att. c. 6. dicentis: *Vexasse graue verbum est, factumque ab eo videtur, quod est vehere: in quo inest iam vis quadam alieni arbitrii. Non enim iui potens est, qui vehitur. Vexare autem, quod ex eo inclinatum est, vi atque motu procul dubio vastior est. Nam qui fertur et raptatur atque huc atque illuc distrahitur, is vexari proprie dicitur*. Eadem verba Seruius ex Gellio ad Eclog. 6. 76. et ex Seruio Macrobius L. 6. Saturn. c. 7. repetierunt. Barthius ad Statii L. 1. Silu. 2. 57. p. 57. *vexare* exponit *sursum et deorsum exagitare*. Quia incommodum iter per *confragosa*, hinc *vexabitur*. Columella L. 1. R. R. c. 3. 3: *Multum*, inquit, *conferre agris iter commodum, quia dominus libentius commeaturus sit, si vexationem via non reformidet*. Restituit quoque ex MSS. Schultingius Senecæ L. 3. Contr. 16. not. p. 215. *vexarat pro vexerat*. Bün.

e) *Sic currus ille vitæ*] Sequor Lips. alterum et Betuleium, in qui-

velut equis pernicious ducitur; si viam rectam teneat, fungetur officio. Metus igitur et cupiditas, si proiciantur in terram *f*, vitia fiunt; virtutes autem, si ad diuina referantur. Parsimoniam contra virtutis loco habent, quæ si studium est *15* habendi, non potest esse virtus; quia in augendis vel tuendis terrestribus bonis tota versatur. Nos autem summum bonum non referimus ad corpus, sed omne officium solius animæ conseruatione *8* metimur. Quod si, ut supra do- *16* cui *h*, patrimonio minime parcendum est, ut humanitatem iustitiamque teneamus; non est virtus, frugi esse. quod nomen virtutis specie fallit ac decipit. Est enim frugalitas *17* abstinentia quidem voluptatum; sed eo *i* vitium, quia ex habendi amore *k* descendit, quum sit et voluptatibus abstinentum, et pecuniæ minime temperandum. nam parce *l*, id est, mediocriter uti pecunia, quasi quædam pusillitas animi *m* est aut præmentis *n*, ne sibi desit; aut desperantis, posse se

bus *curvus*, ut n. 13. iuncto *currui*. Nam *curvus* equis ducitur non *curvus*, quæ vox plerosque libros occupat. Bün.

f) proiciantur in terram] Ven. 1493. 97. Parrh. proiciantur in terra. male. At MSS. et Rost. Ven. utraque 1478. Paris. Ald. reliqui in terram, recte. L. 7. 5. 25: qui cupiditates suas in terram deiecerit. vid. not. L. 4. c. 17. 19. Bün.

g) conseruatione] Ven. 1493. 97. Parrh. conseruatione. praeue. Bün.

h) ut supra docui] c. 12. n. 32. sqq. Bün.

i) sed eo vitium] Bon. sed ideo. Reliqui MSS. et omnes editi eo, quod valet ideo. L. 3. 4. 9: quod eo fit, quia. Conf. 1. 11. 31. et not. ad L. 1. 15. 17. Quintil. L. 12. Instit. c. 3: ne quis eo credat reprehendenda, quod multos nouimus. Bün.

k) ex habendi amore] Imitatur Virgilium. Conf. Laet. 5. 5. 12. adoptauit ex eodem Boethius L. 2. Consol. Metr. 5. v. 25. 26:

- sed sanior ignibus Aetna
Fervens amor ardet habendi. Bün.

l) parce] Bon. parcere. idem Goth. superscriptum. Bün.

m) pusillitas animi] Goth. solus pusillanimitas animi, ut idem cum nonnullis de Ira c. 5. 2: animi pusillanimitatem. Sed et pusillitas in eodem L. de Opif. 1. c. 11. Vfus est hac voce aliquoties Tertullianus, Glosar. Cyrilli f. 541. f. 610. μικρότης, paruitas, pusillitas. μικροψυχία, pusillanimitas, pusillitas. f. 553. ὀλιγοψυχία, pusillanimitas. f. 554. ὀλιγοψυχία, pusillanimitas. Bün.

n) aut præmentis] Lips. Goth. Rom. præmentis. Plautinum verbum ex Amphitruonis prologo. Ceteri pertimentis. Cell.

o) præmentis] Ven. 1471. 72. vtr. 78. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornzs. Thom. pertimentis, idque Heumannus præfert. MSS.

Ddd 5

se illam reparare, aut contemptum terrestrium non capientis.
 18 Sed illi rursus eum, qui rei familiari suæ non parcat, prodigum vocant. Nam ita liberalem distinguunt a prodigo, quod is liberalis fit, qui et bene meritis, et quum oportet, et quantum satis est, largiatur: prodigus vero, qui et non meritis, et quum opus non est, et sine respectu rei familiaris
 19 effundat. Quid ergo? prodigumne dicemus eum, qui misericordiæ causâ tribuat egentibus victum? Atqui multum refert, vtrumne scortis propter libidinem largiatur, an miseris propter humanitatem: vtrum pecuniam tuam perductores, aleatores, lenonesque diripiant; an illam pietati ac Deo

MSS. Goth. Lips. Reimm. Rom. Rost. Ven. 1493. et 97. *prastimentis*. Quia Plauti locus a Cellario citatus est dubius, in nonnullis enim *prastiment* habetur, dabo certiora ex Senecæ ep. 98: *nihil est miserius nec stultius, quam prastimere*. Tertulliani de Resurr. c. 35. *prastimendus*. Inuitus vero careo Heumannii adnotationibus ad Cic. orationes; quibus docuit Ciceronis esse *perstimere*, quod mihi nondum in Cicerone obseruatum. Bün.

p) *qui et bene meritis*] Ven. vtraque 1478. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. *qui cibum et bene meritis*. et ita Gallæus in variis ex Bon. Tax. Pen. (contra ac Isæus,) Cauc. Iun. Lips. 1. et Pal. citat. At vocem CIBVM Goth. Lips. Reimm. Angl. Sublac. Rost. Ven. 1493. 97. Thomas. Betul. Isæus, Spark. ignorant, immo et Tornæs. 1587-1613. Bün.

q) *perductores, aleatores, lenonesque*] Cicero 3. in Verr. de præt. urb. cap. 12: *Sileatur de nocturnis eius bacchationibus ac vigiliis: lenonum, aleatorum, perductorum nulla mepro fiat*. Vbi Asconius Pedianus: *Lenones sunt scortorum: perductores etiam amicorum personarum, et in quibus*

supra exercita legibus vindicantur. Cell.

r) *perductores*] Betul. Torn. 1587-1613. Gall. Sparkius *productores*. At MSS. Goth. Lips. Reimm. Angl. Sublac. Rom. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Ald. et reliqui *perductores*. Hottom. et Græuius in Ciceronis Verrina defendunt *perductorem*, licet in MS. Asconii *productorem* legatur, ex Tertull. Apol. c. 43: *Primi erunt lenones, perductores, aquarioli*. add. Græuium ad Cic. 15. in Verr. c. 13. et ad Sueton. Cæsar. c. 49. p. 783. et ad Tiberium c. 45. p. 800. Quæ Walchius ex Suet. Caligula c. 25. producit, habent honestiorem sensum et huc non pertinent, vt ex Casauboni et Scaligeri notis patebit, nimis hic credidit Fabri Lexico, ex quo etiam falsam citationem ex Suet. Tib. c. 41. retinuit. Nihil quoque huc facit Terentii Heaut. 1. 1. qui rectius in Fabri est expositus. Woweno *perductores* an *productores* dicas, vtrumque rectum est, Falsterus in Suppl. L. L. p. 284. maualt. Fesfelius, ab Heumanno quoque laudatus voces, producere, *productores*, in Aduers. Sacris p. 139. sq. vberius illustrat. Bün.

Deo præstes: vtrumne illam ventri ac gulæ ingeras; an in thesauro iustitiæ reponas. Vt ergo vitium est, ef-²⁰ fundere in malam partem; sic in bonam, virtus. Si virtus est, non parcere opibus, quæ possunt reparari; vt hominis vitam sustententes, quæ reparari non potest: vitium igitur parsimonia est. Quare nihil aliud dixerim, quam infanos, qui hominem mite ac sociale animal orbant suo nomine; qui, euulsis adfectibus, quibus omnis constat humanitas, ad immobilem stuporem mentis perducere volunt, dum student animum perturbationibus liberare, et vt ipsi dicunt, quietum tranquillumque reddere. Quod fieri non tantum²² non potest, quia vis et ratio eius in motu est; sed ne oportet quidem. quia sicut aqua semper iacens et quieta, insalubris et magis turbida est; sic animus immotus ac torpens, inutilis est etiam sibi, nec vitam ipsam tueri poterit, quia nec faciet quidquam, nec cogitabit, quum cogitatio ipsa nihil aliud sit, quam mentis agitatio. Denique qui hanc immobi-²³ li-

s) *possunt reparari*] Reimm. *possunt reperiri*, at recepta aptior. statim: *qua reparari non potest*, et n. 17. *reparare*. Bün.

t) *hominis vitam*] Ven. vtraque 1478. *hominibus vitam*. Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. *bonis vitam*. At Goth. Lipf. Reimm. Aldus et seqq. *hominis vitam*. Bün.

u) *qua reparari*] Ven. 1493. 97. *qua semperari*. praue. MSS. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. et reliqui: *qua reparari*. recte. Bün.

x) *vitium igitur*] Bon. *vitium utique*, quod Heumannus probat. Goth. Lipf. Reimm. et omnes editi *igitur*. Bün.

y) *qui euulsis*] Sic libri. Heumannus legit: *qui cum euulsis*. ex prioribus subaudio *qui hominem euulsis*. Bün.

z) *ad immobilem stuporem*] Ven. 1471 et Rost. *ad mobilem stuporem*, *perperam*. vid. n. 22. 23: *stupor im-*

mobilis est idem, qui de Ira 17. 8: *stupor insensibilis*, vbi paullo ante dixit: *Deum faciunt immobilem*, i. e. insensibilem. Bün.

a) *animum perturbationibus liberare*] Omnes ante Cellarium editi, et post eum Valchius: *animum a perturbationibus liberare*, cum præpositione. At Bon. Tax. Pen. Pal. Goth. Lipf. Reimm. Cell. sine præpositione legunt, more Ciceronis et nostri. notavi ad L. 6. 12. 37. Bün.

b) *quia vis et ratio*] Ven. 1493. 97: *quia et ratio eius non motu est*. corrupte. Rost. *quia et ratio eius*. Pier. *quia ius et ratio*. ita quoque *ius et vis* confusa in de Ira c. 7. 15. vbi *vis* restituitur. MSS. Goth. Lipf. Reimm. Paris. Ald. et seqq. *vis et ratio*. recte. Bün.

c) *turbida*] Rost. Ven. 1471. 93. 97. *turbata*. At Goth. Lipf. Reimm. Ven. vtraque 1478. et reliqui *turbida*. Bün.

d) im-

liratem animi^d adserunt, priuare animum ita volunt; quia
 24 vita actiuosa est, mors quieta. Quædam etiam recte pro vir-
 tutibus habent; sed earum modum non tenent. Virtus est
 constantia; non, vt inferentibus iniuriam resistamus; his
 enim cedendum^e est; quod cur fieri debeat, mox docebo;
 sed vt iubentibus facere nos contra Dei legem, contraque ius-
 titiam, nullis^f minis aut suppliciis terreamur, quo minus
 25 Dei iussonem hominis iussoni^g præferamus. Item vir-
 tus est, mortem contemnere; non vt adpetamus, eamque
 vltro nobis inferamus; sicut philosophorum plurimi^h, et
 maximi sæpe fecerunt; quod est sceleratum ac nefarium; sed
 vt coacti Deum relinquere, ac fidem prodereⁱ, mortem sus-
 cipere malimus, libertatemque defendamus aduersus impo-
 tentium stultam^k; vecordemque violentiam, et omnes sæculi
 mi-

d) *immobilitatem animi*] Cant. i. e. Sublac. Roff. Ven. 1471. 93. 97. Pier. Parrh. Ald. Crat. Gymn. *immutabilitatem*. At rectius Goth. Lipf. Reimm. Veneta vtraque 1478. Paris. Fasit. Gryph. et reliqui *immobilitatem*. vid. not. n. 21. Bün.

e) *cedendum*] Roff. Ven. 1471. vtraque 78. Pier. *credendum*. male. de confusione vocum harum notauit ad L. 5. 19. 12. Goth. Lipf. Reimm. Ven. 1493. 97. Paris. Ald. reliqui *cedendum*. Bün.

f) *iustitiam, nullis*] Heumannus post *iustitiam* subaudit ex prioribus *resistamus*, vt *iubentibus* sit datiuus, et ita rescribit: *iustitiam* et *nullis*. non male. Quia vero in nullo libro et inuenitur, *iubentibus* summo absolute positum pro *iubentibus* iis, *quum iubent*. Sic Tertull. 2. Marc. 6. fin. *dispecto*, non addito pronomine. Conf. Cell. Discusf. append. Danicæ p. 77. Bün.

g) *Dei iussonem hominis. iussoni præferamus*] Goth. Lipf. 2. 3. Reimm. *Dei iussonem hominis præferamus*. vt subaudiatur datiuus *iussoni*. Bün.

h) *philosophorum plurimi*] vide L. 3. 18. 5. 12. Bün.

i) *fidem prodere*] Roff. Ven. 1471. 93. 97. Paris. *fidem perdere*. MSS. Goth. Lipf. Reimm. Angl. Ven. vtraque 1478. Parrh. Ald. reliqui *prodere*. Optime L. 5. 13. 15: *tanti esse cruciari et emori, ne fidem prodas*. L. 7. 5. 27: *fide prodita*. Opif. 19. 9: *nec fidem deuotionemque prodiderit*. not. Epit. 56: *vitam suam prodes*. Bün.

k) *aduersus impotentium stultam-violentiam*] Edo ex Angl. Lipf. tert. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæz. Betul. Thomasio, Isæo, Gall. Sparckio, Walchio: *aduersus impotentium stultam, vecordemque violentiam*. Iun. Roff. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Ald. Crat. Gymn. *aduersus impotentiam stultam vecordemque violentiam*. Paris. *aduersus impotentiam stultam vecundamque violentiam*. prauè Goth. *aduersus impotentem, stultam vecordemque violentiam*. Cell. et Heumann. *aduersus vim potentium stultam, vecordemque violentiam, qua auctoritate, nescio, debuisset sane* in-

minas atque terrores fortitudine animi prouocemus. Sic 26
 ea, quæ alii timent; excelsa et insuperabili^l mente, dolorem
 mortemque^m calcabimusⁿ. Hæc est virtus, hæc vera con-
 stantia^o, in hoc tuenda et conseruanda solo, vt nullus nos
 terror^p, nulla vis a Deo possit auertere. Vera igitur Ci- 27
 ceronis illa sententia^q est: *Nemo, inquit, iustus potest esse,
 qui mortem, qui dolorem, qui exsilium, qui egestatem timet.*
 Item Senecæ in libris moralis philosophiæ dicentis: *Hic est 28
 ille homo honestus, non apice^r purpurae, non lictorum infi-
 gnis ministerio, sed nulla re minor, qui quum mortem in vi-
 cinia videt, non sic perturbatur, tamquam rem nouam viderit;
 qui, siue toto corpore tormenta patienda sunt, siue flamma ore
 rapienda^s est, siue extendenda per patibulum manus, non qua-
 rit, quid patiatur, sed quam bene. Qui autem Deum 29
 colit, hæc patitur^t, nec timet; ergo iustus est^{u,x}. His re-
 bus*

indicare Cellarius. *Impotentes* elegan-
 ter dicuntur adfectuum non poten-
 tes, potentia abutentes; vt alibi ad
 Lactantium monuimus. Bün.

l) *insuperabili mente*] Sic omnes
 scripti editique, præter Ven. 1493,
 97. in quibus *inseperabili*, vitiose. vt
 haud accurate Cellarius, Walchius,
 Heumannus in indice: *inexsuperabi-
 lis mente* referant. Bün.

m) *dolorem mortemque*] Heuman-
 nus delet hæc verba tamquam glos-
 sema ad verbum *ea* adscriptum in
 margine ex n. 5. Poterant sane ab-
 esse; at libri omnes exhibent.
 Bün.

n) *calcabimus*] Edo in futuro ex
 Bonon. Palat. et Lipf. 1. Heumanno
 probante, vbi in editis *calcamus*.
 Bün.

o) *hac vera constantia*] Reimm.
*hac est vera constantia. Iun. hac ve-
 ra est constantia.* Non opus est, vt
est repetatur. vid. c. 16. 10. not. Vn-
 de Bon. Tax. Goth. Lipf. et edd.
 rectius omittunt. Bün.

p) *nullus nos terror*] de Mort. Perf.
 16. 7. 8. Bün.

q) *Ciceronis illa sententia*] Lib. 2.
 Offic. cap. 11. Cell.

r) *apice*] De apice erudite Rube-
 nius L. 2. Electorum c. 25. Braunius
 de Vestitu Hebr. L. 2. c. 4. sect.
 402. Pitisc. Lex Ant. Rom. T. 1.
 f. 120. sq. Bün.

s) *flamma ore rapienda*] Ven. 1493.
 97. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn.
 Fasit. Gryph. Tornæz. Thomas. If.
 Thyf. Gall. Spark. Walch. *flamma
 ore recipienda.* At fortius Goth.
 Lipf. Reimm. Angl. Sublac. Rost.
 Ven. 1471. vtraque 1478: *flamma ore
 rapienda.* Bün.

t) *hac patitur*] Pier. Parrh. Ald.
 Crat. Gymn. *nec patitur*, perperam.
 Rectius MSS. et Rost. Ven. 1471-
 97. Paris. Fasit. Gryph. reliqui: *hac
 patitur.* Reimm. *hoc patitur.* Bün.

u) *ergo iustus est*] Enman. Goth.
 Lipf. 1. adposite illud *est* adiciunt,
 quod necessarium etiam videtur. Cell.

x) *ergo iustus est*] Illud *est* addide-
 runt Ven. 1493. et 97. Vett. edd.
 Rost. Ven. 1471-1497. Paris. male
 connectunt: *ergo iustus his rebus ef-
 ficitur.* Bün.

y) a

bus efficitur, vt neque virtutes, neque virtutum exactissimos limites nosse aut tenere possit omnino, quisquis est a religione Dei singularis ⁊ alienus.

- 1 XVIII. Sed omittamus philosophos, qui aut omnino nihil sciunt, idque ipsum pro summa scientia ^a præferunt ^{b, c}, aut qui non perspicium ^d etiam quæ sciunt; aut qui, quoniam se putant scire, quæ nesciunt, inepte, arroganterque desipiunt.
- 2 Nos ergo, vt ad propositum reuertamur, quibus solis a Deo veritas reuelata, et cælitus misa sapientia est; faciamus, quæ

y) a religione Dei singularis alienus.] Ven. 1493. et 97. male præpositionem a hic necessariam, et Gryph. vocem Dei omiserunt. Conf. 4. 30. 11. Bün.

a) pro summa scientia.] Ven. 1471. et Rost. pro sua scientia. vitiose. At Angl. Goth. Lipf. Reimm. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Parrh. Paris. Ald. et reliqui: pro summa scientia. Heumannus hæc tria verba delet, nimium ipsi glossema olentia; mihi vero redolent hæc stilum Lactantii, ita enim de Ira c. 1. 7: vt id ipsum pro summa doctrina profiteretur quod nihil scire didicisset. Pro summa scientia idem est ac: tamquam summam scientiam, quod nostro sollempne, e. g. L. 3. 3. 16: sapientiam pro summa stultitia computat. Bün.

b) pro summa scientia præferunt.] Lipsienses ex Goth. sic: alii præ se ferunt. Sed idem valet, neque inusæta notio. Plinius Lib. 1. epist. 22. sect. 6: qui sapientia studium habitu corporis præferunt. Cell.

c) præferunt.] Ven. 1471. Rost. præferunt, vocali quarta. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Bet. Thom. et reliqui: præ se ferunt, vnde Heum. idque ipsum præ se ferunt, h. e. non

disimulant, sed profitentur; interpretatio rectissima. At Bonon. Tax. Pal. Cauc. Lipf. Reimm et Tornæs. MSS. præferunt. Præfero, quia sæpius præferre, pro notiori præ se ferre vsurpauit noster. vide L. 6. 20. 30. de Opif. c. 7. n. 3. c. 8. n. 6. et n. 9. c. 13. n. 7. et c. 10. n. 26. not. Ita Cicero pro Rosc. Amer. c. 31: Tenuitas hominis eiusmodi est, vt dissimulari non queat, atque eo magis eluceat, quo magis occultatur. Avaritiam præfers, vbi frustra Vrsinus præ se ferre mauiult. L. 2. de Finibus c. 24: opinioniones - in omni cætu - præferendæ. Curtius hoc modo sæpius, cuius loca Pitiscus collegit ad L. 4. 16. 26. ad verba: vultus tuus, nescio quod, ingens malum præfert. Velleius L. 2. c. 27: victoris magis quam morientis vultum præferens. Valer. Max. 2. 6. n. 14: latum præferens vultum. Cyprianus de Bono Patientiæ n. 2: Philosophi non verbis sed factis sumus, nec vestitu sapientiam sed veritate præferimus. Bün.

d) non perspiciunt.] Bon. Tax. Iun. Ven. 1478. vtraque Pier. Parrh. Ald. Crat. Gymn. non percipiunt. At Goth. Lipf. Reimm. Angl. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. Fasit. Gryph. etc. non perspiciunt. Bün.

quæ iubet illuminator noster Deus; sustineamus inuicem, et labores huius vitæ mutuis adiumentis perferamus: nec tamen, si quid boni operis fecerimus, gloriam captemus ex eo. monet enim Deus, operatorem iustitiæ non oportere esse iactantem, ne non tam mandatis cælestibus obsequendi, quam studio placendi, humanitatis officio functus esse videatur; habeatque iam pretium gloriæ, quod captauit; nec præmium cælestis illius ac diuinæ mercedis accipiat. Cetera, quæ obseruare cultor Dei debet, facilia sunt, illis virtutibus comprehensis; vt: Non mentiatur vmquam, decipiendi aut nocendi causa; Est enim nefas, eum, qui veritati studeat, in aliqua re esse fallacem; atque ab ipsa, quam sequitur, veritate discedere. In hac iustitiæ virtutumque omnium via nullus mendacio locus est. Itaque viator ille verus ac iustus non dicet illud Lucilianum:

Homini amico ac familiari non est mentiri meumⁱ.

sed etiam inimico atque ignoto existimabit non esse mentiri suum: nec aliquando committet, vt lingua interpretis animi, a sensu et cogitatione discordet. Pecuniam si quam crediderit

non

e) si quid boni operis fecerimus] Ven. 1471. Rost. Ven. 1493. 97: si quid boni fecerimus, omisso operis. Non opus onittere. vide n. 9: inter bona opera. Epit. 73. 5. Bün.

f) obsequendi, quam studia placendi] Heumanno scribendum videtur: obsequendi, quam placendi studio. Forte ita posuit, ne sonus idem placendi studio, humanitatis OFFICIO aures læderet. Bün.

g) habeatque iam pretium gloriæ] Lips. 2. Reimm. habeatque iam gloria, quasi respicerent sequens præmium. Bün.

h) comprehensis; vt: Non mentiatur] Ita distinx. vt enim. h. l. idem est quod exempli gratia, si genuinum est. Offenditur vt in Fasit. Gryph. Betul. Thomas. Ixco et seqq. at abest vt a Lips. altero,

qui ita: comprehensis. Non mentiamur. At rectius Goth. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. et Tornæa. 1587-1613: comprehensis: Non mentiamur, sc. cultor Dei. Bün.

i) non est mentiri meum] Similia Westerhou. ad Terentii Heaut. 3. 2. 38. Sic Ouidius L. 13. Metam. 270:

- neque enim benefacta maligne Detrectare meum. Bün.

k) Pecuniam si qui crediderit] MSS. pecuniam: et vna Lips. si qui, hoc est si quis, vt sæpe in Ciceronis manu exaratis libris est, et in epistolis quoque ab accuratissimis viris editum. Vide indicem nostrum. Cell.

l) Pecuniam si quam crediderit] Bonon. Tax. Pen. Pal. Iun. Goth. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtr. 78. 93. Parrh.

non accipiat^m vsuram, vt et beneficium sit incolu-
 me, quod^s succurrat^o necessitati, et absterneat se prorsus alie-
 8 no; In hoc enim genere officii debet suo esse contentus,
 quem oporteat alias ne proprio quidem parcere, vt bonum
 faciat; plus autem accipere, quam dederit, iniustum est.
 9 quod qui facit, insidiatur quodammodo, vt ex alterius neces-
 sitate prædetur; at iustus numquam prætermittet, quo mi-
 nus aliquid misericorditer^p faciat; nec inquinabit se huius-
 modi quæstu, sed efficiet, vt sine vlllo suo damno, id ipsum,
 10 quod commodat, inter bona opera numeretur. Munus
 non accipiat^q a paupere, vt si quid ipse præstiterit, eo bo-
 num fir^r, quo fuerit gratuitum. Male dicenti bene dicto
 respondeat, numquam ipse male dicat; ne verbum malum
 pro-

pro-

Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Ifæus: *Pecuniam si quam crediderit.* Ven. 1497. *si qua.* vitiose. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. Gall. Spark. *Pecunia, si quam crediderit.* non male quidem, sed nulla MSS. mentio. Cellarius ex Lipsien- sibus: *pecuniam si qui crediderit. qui pro quis*, vt L. 1. 11. 39. notauit. Heumanno p. vt iam ante Dauisio ad Epit. c. 64. p. 198. legendum videtur: *pecuniam si cui crediderit.* Tandem vero Dauisius: *vel pecuniam si quam*, vt edidi. Bün.

m) accipiat] Legendum, inquit Heumannus, *accipiat*, quia præces- sit: *dicet, existimabit, committet.* At nihil mutandum; ea, quæ cultori Dei dicit obseruanda, effert in præsentem coniunctiuum; quæ quum illustrat, variat in temporibus; Præcepta talia sunt: (1) *Non mentiat*, n. 4. (2) *Non accipiat vsuram*, n. 7. (3) *Munus non accipiat a paupere*, n. 10. (4) *Male dicenti benedictio respondeat*, n. 10. (5) *Cameat ne inimicum faciat*, n. 11. (6) *Innocentiam custodiat etc.* Bün.

n) quod] Heumannus quo scribit.

At libri quod, sc. beneficium. vt L. 3. 23. 6: *potest hoc succurrere.* Bün. o) succurrat] Sic Lipsf. 2. 3. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Thomas. If. reliqui. At Cauc. Iun. Lipsf. Rost. Ven. 1471-1515. Gynn. Paris. Crat. succurrat. Bün.

p) misericorditer] Vocem eccles. vocat Walch. in not. p. 724. Sane sæpe obuia in Augustini Confessionibus et Ciu. D. 3. c. 31. L. 5. c. 23. sed, teste Falstero in Suppl. L. L. p. 220. nititur antiquissima auctoritate Quadrigarii ex L. 21. *Annal. crudeliter ille, nos misericorditer.* Bün.

q) non accipiat] Ven. vtraque 1478-1515. Paris. Crat. Gymn. Tornæs. non accipiat. At Goth Lipsf. Reimm. Rost. Fasit. Gryph. Thomas. reliqui: *non accipiat.* recte. vid. not. n. 7. accipiat. Bün.

r) eo bonum sit, quo] Libri plures quo. Sic Terentius Heaut. 3. 2. 43: *Neque eo nunc dico, quo quidquam illum senserim etc.* Nec male Heumannus eo - quod legit. ita Rost. Tornæs. 1587-1613. et Walch. Sic L. 1. 11. 31: *eo quod videtur.* Conf. not. 6. 4. 17. Bün.

s) qui

procedat ex ore hominis, qui colit verbum bonum¹. Quin¹¹ etiam caueat diligenter, ne quando inimicum sua culpa faciat; et si quis exstiterit tam proteruus, qui bono, et iusto faciat iniuriam; clementer, ac moderate ferat, et vltionem suam² non sibi adsumat, sed iudicio Dei referuet³. Inno-¹² centiam semper et vbique custodiat. quod præceptum non ad hoc tantum valet, vt ipse iniuriam non inferat; sed vt illatam sibi non vindicer. Sedet enim⁴ maximus et æquis-
simus iudex, speculator ac testis⁵ omnium. hunc homini præferat; hunc malit de causa sua pronuntiare⁶, cuius sen-
ten-

s) qui colit verbum bonum] i. e. Christum. Ita enim Patres Christum vocant, et eo adplicant verba Psalms: *Eructauit cor meum verbum bonum.* vide, quæ adnoto ad Lact. 4. 8. 14. Bün.

t) vltionem suam] Pronomen ex MSS. est, qui etiam mox *rejeruet*, vbi vulgati *seruet*. Cell.

u) vltionem suam] Pronomen suam addunt Cauc. Iun. Angl. Goth. Lipf. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. Betuleius. Omittit vero Bonon. et cum hoc Thomas. Isæus, Spark. Bün.

x) referuet] Bon. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. *seruet*. At Cauc. Pal. Iun. Goth. Lipf. Reimm. Angl. et ab 1465-1563. et Tornæs. 1587-1613. *rejeruet*. L. 5. 20. 10: Deo remittimus vltionem. Bün.

y) Sedet enim] Rost. Ven. 1471. vtraque 1478: *sed ei qui maximus-testis est omnium.* Vt repetatur ex prioribus: *sed ei referuet, qui est.* Paris. 1513: *sed enim-testis omnium.* At rectissime Angl. Goth. Lipf. Reimm. Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. reliqui: **SEDET - IVDIX.** More Veterum Quintil. 6. Inst. 2. *iudex sedens.* Propertius L. 4. Eleg. vltima:

*Aut si quis posita iudex sedet
Aeacus urna.*

Phædr. L. 1. fab. 10: *Tum iudex inter illos sedit.* Ipse Lactantius L. 5. 9. 17: *si iudices sedent.* Conf. de Mort. Perf. 14. 4: *Sedebat ipse.* Conf. Drakenb. ad Sil. Ital. 7. 437. p. 372. Hoc ipso anno 1738. prodiit Lipsiæ I. F. Iugleri Commentatio breuis ad Magnif. Kappium h. t. *Iudex sedens ex antiquitate derivatus.* Bün.

z) speculator ac testis omnium] Prudentius Cathemer. hymno 2. sub finem:

*Speculator adstas desuper,
Qui nos diebus omnibus
Actusque nostros prospicit,
A luce prima ad vesperum.
Hic testis, hic est arbiter, etc.*

Cell.

a) speculator ac testis omnium] Sequitur Minucium c. 32. 9: *Quanto magis Deus auctor omnium ac speculator omnium, a quo nullum potest esse secretum etc.* Plura talia Lact. 2. 16. 8. L. 6. 24. 11-20: *Scit ille omnia - putemus - desuper spectari ab eo, qui et iudex et testis ipse futurus est etc.* de Ira 8. 8. Bün.

b) pronuntiare] Proprium de iudice verbum. vide not. L. 3. 1. 11. Bün.

E e e

c) pro

tentiam nemo effugere potest nec defensione cuiusquam, nec
 13 gratia. Ita fit, vt homo iustus contemptui sit omnibus: et,
 quia putabitur, semetipsum defendere non posse; habebitur
 pro segni et inerti^c. qui autem fuerit vltus inimicum; hic
 fortis, hic strenuus iudicatur; hunc colunt, hunc omnes ve-
 14 rentur. Bonus vero ille tametsi prodesse pluribus^{d. e} pos-
 sit; illum tamen suspiciunt, qui nocere, quam^f qui prodesse
 possit. sed iustum prauitas hominum deprauare non poterit,
 quo minus Deo studeat obtemperare, malitque contemni,
 dummodo semper boni fungatur officio, mali numquam.
 15 Cicero in iisdem illis officialibus libris^{g. h}: *At vero si quis volue-
 rit, inquit, animi sui complicatam notionem euoluere, iam se
 ipse doceat, eum virum bonum esse, qui prodest, quibus possit;
 16 noceat nemini, nisi lacesfitus iniuria.* O quam simplicem,
 veramque sententiam duorum verborum adiectione corrumpit.
 Quid enim opus fuerat, adiungere, *nisi lacesfitus iniuria*? vt
 vitium bono viro quasi caudam^k turpissimam adponeret; pa-
 tientiaeque, qua^l omnium virtutum maxima est, faceret ex-
 per-

c) *pro segni et inerti*] Conf. n. 30.
 et qua adnotauit ad L. 6. 7. 5. et c.
 14. 3. de inerti. Bün.

d) *prodesse pluribus possit*] Sequor
 Lipsienses et Goth. scriptos: alii in-
 serunt *omnibus vel pluribus*. Cell.

e) *prodesse pluribus possit*] Ita
 Reimm. et ante Cellarium ita edi-
 derat Tornæs. 1587-1613. Bün.

f) *suspiciunt - quam*] Reimm. Lipf.
 2. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97.
suspiciunt, solita confusione. rectius
 Goth. Lipf. 1. tert. Parrh. Paris.
 Ald. et reliqui: *suspiciunt - quam*,
 pro *suspiciunt potius*, vel *magis*.
 quam ellipsin notauit ad L. 1. 3. 7.
 (m) p. 17. et 18. Bün.

g) *Cicero in iisdem officialibus li-
 bris*] Lib. 3. cap. 19. Cell.

h) *officialibus libris*] Vocem *libris*
 omittunt Goth. Lipf. 2. Reimm. Rost.
 Ven. vtraque 478. 93. 97. Pier. Parrh.
 Paris. addunt alii MSS. et Ald. Fasit.

Gryph. et seqq. et ipse Lactantius
 L. 6. 11. 9. Bün.

i) *nisi lacesfitus iniuria*] Idem re-
 futat Ambrosius L. 1. Off. c. 28: *quod*,
 inquit, *euangelii auctoritate euacua-
 tur*. Bün.

k) *caudam turpissimam*] Rost. Ven.
 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh.
 Paris. Ald. Crat. Gymn. *causam tur-
 pissimam*. Lipf. 2. Reimm. *quoddam
 turpissimum*. Lipf. tert. *quiddam tur-
 pissimum*. Forte nonnulli prae casti-
 tate noluerunt *caudam* nominare,
 vt Lact. 1. 17. 13. et Epit. c. 9. 2. *se-
 men* in MSS. omiserunt. Reliqui et
 Fasit. Gryph. legunt recte *caudam*.
 Bün.

l) *patientiaeque, qua*] Rost. Ven.
 1493. 97. Pier. Parrh. prius *quæ* omit-
 tunt. male, quod MSS. et Ven. vtra-
 que 1478. Paris. Aldus, alii recte
 addunt. vide not. L. 6. 3. 11. Bün.

m) *Lam*

peritem? Nociturum esse dixit bonum virum, si fuerit la-¹⁷
 cessicus; iam ex hoc ipso^m boni viri nomen amittat necesse
 est, si nocebit. non minus enim mali est, referre iniuriam,
 quam inferre. Nam vnde certamina inter homines, vnde ¹⁸
 pugnae, contentionesque nascuntur; nisi quod improbitati
 opposita^m impatientia, magnas saepe concitat tempestates?
 Quod si patientiam, qua virtute nihil verius, nihil homine ¹⁹
 dignius inueniri potest, improbitati opposueris; exstingue-
 tur protinus; tamquam igni aquam superfuderis^{o-p}: sin au-
 tem prouocatrix^q illa improbitas impatientiam sibi compa-
 rem^r nata est, tamquam^p perfusa oleo, tantum excitabit in-
 cendium, vt id non flumen aliquod; sed effusio cruoris ex-
 stinguat. Magna itaque patientiae ratio est; quam sapiens ²⁰
 homo ademit bono viro. Vt enim nihil malorum fiat, haec
 sola efficit, quae si detur omnibus, nullum scelus, nulla fraus
 in rebus humanis erit. Quid ergo bono viro potest esse ²¹
 tam calamitosum, tamque contrarium, quam irae frena per-
 mittere, quae illum non modo boni, sed etiam hominis ad-
 pellatione despoliat^r? siquidem nocere alteri^t, vt ipse veris-
 sime ait^z, non est secundum hominis naturam. Nam et ²²

pecu-

m) iam ex hoc ipso] Heumann.
 scribit: imo ex hoc ipso. Libri omnes
 iam. Vt hic iam - si; ita saepius
 alias si - iam. Büñ.

n) improbitati opposita] Reimm.
 Roff. Ven. 1471. vtraque 78 - 1515.
 Paris. Crat. Gymn. improbitati appo-
 sita. At Goth. Lipf. Falit. Gryph.
 et reliquorum opposita confirmatur
 n. 19: si patientiam - improbitati op-
 posueris. Büñ.

o) tamquam igni aquam superfu-
 deris] Lipf. Goth. Rom. simpliciter
 tamquam: alii tamquam si. Cell.

p) tamquam igni] Iunt. Ald. Crat.
 Gymn. Falit. Gryph. Tornas. Betul.
 Thomas. et seqq. tamquam si, vt L. 4.
 18. 9: tamquam si mutus eset. At
 cum Goth. et Lipf. Reimm. Roff.
 Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier.

Parrh. Paris. tamquam igni. Cicero
 quoque improbitatem cum incendio
 comparat L. 1. in Verrem c. 58: com-
 muni praesidio talis improbitas tam-
 quam aliquod incendium restinguen-
 da est. Büñ.

q) prouocatrix] Vox Lactantiana.
 Büñ.

r) comparem] Improbitas et im-
 patientia hic vt PAR gladiatorum
 componuntur. vid. L. 6. 20. 13. et de
 Opif. 19. 8. in notis: nisi fueris con-
 par aliquis. Büñ.

s) hominis adpellatione despoliat]
 vt c. 11. 3. Büñ.

t) nocere alteri, vt ipse verissime
 ait] Conf. Lact. 6. 11. 2. Büñ.

u) vt ipse verissime ait] Lib. 3.
 Offic. cap. 5. Cell.

Ecc 2

x) im-

pecudes, si lacesas, aut calce, aut cornu repugnant: et serpentes ac feræ, nisi persequaris, vt occidas; negotium non exhibent; et (vt ad hominum exempla redeamus) imperiti quoque*, et insipientes, si quando accipiunt iniuriam, cæco et irrationabili furore y ducuntur, et iis, qui sibi nocent, vicem retribuere conantur. In quo igitur sapiens ac bonus
 23 vir a malis, et insipientibus differt; nisi quod habet inuictam patientiam, qua stulti carent; nisi quod regere se, ac mitigare iram suam nouit, quam illi, quia virtute indigent, re-
 24 frenare non possunt? Sed videlicet hæc illum res fefellit, quia, quum* de virtute loqueretur a. b, in quacumque contentione c vincere d, putauit esse virtutis e: nec videre vilo modo potuit, hominem dolori et iræ succumbentem, et iis adfectibus indulgentem, quibus debet potius reluctari, et ruentem quacumque improbitas f. g prouocarit, virtutis officium non tenere. Qui enim referre iniuriam nititur; eum
 25 ipsum,

x) imperiti quoque] Rost. imperiti quique. Vindicaui quidem quisque cum positiuo ad L. 6. 12. 21: boni quique; at hic omnes scripti et reliqui editi: imperiti quoque. Bün.

y) cæco et irrationabili furore] L. 5. 21. 3. Bün.

z) quia, quum] Bonon. quod, quum. Bün.

a) de virtute quereretur] Goth. et Rom. queritur: Lipsf. 1. loqueretur. Cell.

b) loqueretur] Edo sic ex Bonon. Pal. Lipsf. 1. et Tornæs. 1587-1613. pro aliorum quereretur, aut quaritur. Bün.

c) in quacumque contentione] Lipsf. 2. Reimm. in quacumque intentione. Rost. Ven. 1471-1510: in quacumque conditione. At recte Goth. Lipsf. 1. 3. Paris. Ald. Fasit. Gryph. Torn. et reliqui contentione. Bün.

d) vincere] Goth. Veneta vtraque 1478. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. vincere in infinitiuo, quod

præ tuli, vbi reliqui vinceret. Heumann. vinceretur tentat. Bün.

e) esse virtutis] Lipsf. 2. 3. Reimm. et Tornæs. 1587-1613: esse virtutem. Bün.

f) ruentem quacumque improbitas prouocarit] Goth. et Emman. quacumque: vulgo quamcumque: subaudi vero parte, quod ex glosâ forsan Cantab. MS. et ed. Rom. receperunt, quacumque in parte; referentes. Cell.

g) quacumque improbitas] Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtr. 78. 93. 97. Paris. Iunt. quacumque in parte. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Isæus: quamcumque in partem. Thomas. quamcumque improbitas, vitiose. At Bon. Tax. Pen. Palat. Cauc. Iun. Goth. Emman. Reimm. Tornæs. MSS. et Gall. Spark. Cell. Heumann. quacumque improbitas, optime. Cic. 2. N. D. 33: quacumque imus, quacumque mouemur. Bün.

b) vir-

ipsum, a quo læsus est, gestit imitari. Ita, qui malum imitatur, bonus esse nullo pacto potest. Duobus igitur²⁶ verbis duas virtutes maximas^b bono et sapienti viro, innocentiam patientiamque, detraxit. Sed quia ipse caninam illam facundiamⁱ, (sicut Sallustius ab Appio dictum^k refert,) exercuit; voluit quoque hominem canino modo viuere, vt remordeat lacesitus. Quæ retributio contumeliæ quam pernicio-²⁷sa sit, et quas edere soleat strages; vnde^l opportunius peteretur exemplum, quam ex ipsius præceptoris^{m. n} tristissimo casu? qui dum his philosophorum præceptis obtemperare gestit, ipse se perdidit. Quod si^o lacesitus iniuria patientiam²⁸ renuisset, si dissimulare, si ferre contumeliam boni viri esse didicisset, nec illas nobiles orationes alieno titulo^p inscriptas, impatientia et leuitas et insan-²⁹tia pro-

b) virtutes maximas] Iterum ita vocat Epit. 62. t. Bün.

i) caninam-facundiam] Plures ad hoc Appii dictum prouocant, de quo vberius Wasse ad Sallust. Fragm. L. 6. c. XI. p. 88. Cortius ad Sall. p. 1004. Turnebus ad Quintil. L. 12. Inst. c. 9. p. 1082. Schœttgen. et Gesner. ad Colum. L. 1. præf. n. 9. p. 387. Sauaro maxime ad Sidon. Apoll. L. 4. ep. 3. p. 233. Cuiacius L. 4. Obseru. c. extremo. Omnes prætermiserunt locum Hieronymi Lactantiano proximum in Epist. ad Rusticum Mon. f. 47: *Procedunt in publicum, vt caninam exercent facundiam.* conf. Hieron. T. 2. aduers. Luciferianos ineunte dialogo f. 135. Optime Isidorus L. 3. de Summo Bono c. 60: *Antiqui forenses eloquentiam caninam facundiam nuncupabant, eo quod causidici in certaminibus causarum omisissis qua agunt, veluti canes alterutrum se latrant, iurgiaque causarum ad iniurias suas commutant.* Bün.

k) Sallustius ab Appio dictum re-

fert] E perditis Sallustianis etiam hic locus depromptus est, ex incerto hitoriarum libro. Cell.

l) vnde] Lips. tert. Reimm. aliunde. hic inepte. Alii rectius: *vnde*. Bün.

m) quam ex ipsius præceptoris casu] Ciceronis ipsius morte. MSS. *præceptoris*: vulgati *doctoris*. Cell.

n) præceptoris] Sic Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. vbi reliqui *doctoris*. Bün.

o) Quod si] Rost. *Quid si*, praue. Iun. Veneta vtraque 1478 - 1515. Paris. Crat. Gymn. *Qui si* melius. At MSS. Goth. Lips. Reimm. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. et reliqui: *Quod si*. Bün.

p) nec illas nobiles orationes alieno titulo] Orationes Philippicas, in M. Antonium inuectiuas. Cell.

q) impatientia et leuitate et insan-
tia] Num tantopere Philippicis suis peccarit Tullius, et suam tantum, non publicam iniuriam vltum ierit, iudicent qui temporum illorum historiam et causam Antonia-

profudisset: numquam capite suo rostra, in quibus ante flo-
ruerat, cruentasset, nec rempublicam funditus proscriptio illa
29 delesset. Sapientis ergo ac boni viri non est, velle certa-
re, ac se periculo committere, quoniam et vincere non est in
nostra potestate, et est anceps omne certamen: sed est sapien-
tis atque optimi viri, non aduersarium velle tollere, quod fieri
fine scelere ac periculo non potest; sed certamen ipsum;
30 quod fieri et vtiliter et iuste potest. Summa igitur virtus
habenda patientia est, quam vt caperet * * homo iustus, vo-
luit illum Deus, vt supra * dictum est, pro inerte contemni,
nisi enim contumeliis fuerit adfectus; quantum habeat forti-
31 tudinis in seipso cohibendo, ignorabitur. Si autem, laces-
situs iniuria, lædentem persequi cœperit; victus * est. si ve-
ro y motum illum ratione compreserit; hic plane imperat
sibi

nam probe cognitam perspectam-
que habent. Ceterum MSS. Lipf.
et Goth. cum ed. Rom. nominandi
casu, *impatiensia et leuitas* exhibent: Parrh. et Ald. *leuitate*, quod præstat, et cum pronomine *capite* svo, quod sequitur, simplicius cohereret. Cell.

r) *impatiensia et leuitas et insaniam*] Præfero quidem hanc lectionem ex Bon. Pal. Angl. Lipf. Goth. Guelf. Reimm. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Paris, 1513. Heumanno adprobante. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et seqq. *impatiensia et leuitate*. Quam scripturam a Cellario defensam non ausim cum Heumanno *ne satis quidem latinam* dicere, memor, præpositionem *ex* a Lactantio et ipso Cicerone haud raro omitti. Sic Lact. 4. 27. 7: *aiunt hoc deos non metu, verum odio facere*. Cicerō pro Marcello c. 1: *silentio vsus non timore sed dolore - veracundia*. Plura de omisâ præpositione Burmann. ad

Phædr. 1. 8. 11. p. 22. sq. Apulei. Apol. p. 324: *vel amore vel odio scripseris*. Bün.

s) *quam vt caperet homo iustus*] MSS. Angl. Goth. Lipf. 1. et edd. vet. ita legi iubent: alii, *qua vt non careret*. Cell.

t) *quam vt caperet*] Elegantius ita Bon. Ven. Pal. Iun. Angl. Goth. Lipf. 1. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. et Iszus. Frequens nostro *capere virtutem*, c. 15. 9. c. 20. 27. et 39. Facesat igitur Lipf. 2. 3. Reimm. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thyf. et recentiorum: *qua vt non careret*. Bün.

u) *vt supra*] n. 13.

x) *cœperit, victus est*] Bon. *cœperit virtus nulla est*. Iun. *cœperit virtus non est*. Bün.

y) *Si vero - hic*] Heumannus legit *Qui vero* propter sequens *hic*. Bene, vt n. 13. *Qui autem - hic - hic*. conf. L. 2. 18. 6. L. 5. 15. 10. L. 6. 12. 24. et L. 6. 19. 11. At quia omnes scripti editique *Si vero* habent,

sibi ^a, hic ^a ^b regere se ^c potest. Quæ sustentatio sui [†], ³² recte patientia nominatur, quæ vna virtus omnibus est opposita vitiis, et adfectibus. hæc perturbatum ac fluctuantem animum ad tranquillitatem ^d suam reuocat; hæc mitigat; hæc hominem sibi reddit. Ergo quoniam naturæ ³³ repugnare impossibile est et inutile, vt non commoueamur omnino; prius tamen quam commotio illa profiliat ^e ad nocendum, quod fieri potest ^f, maturius sopiatur. Præcepit Deus non occidere solem super iram nostram, ne furoris nostri testis abscedat. Denique M. Tullius contra suum ³⁴ præceptum, de quo paullo ante dixi, obliuionem iniuriarum ^g in magnis laudibus ^b posuit. Spero, inquit, *Caesar, qui obliuisci [†] nihil soles, nisi iniurias.* Quod si hoc ille faciebat, ho- ³⁵mo non a cælesti tantum, sed a publica quoque, ciuilique iustitia

bent, malle[m] corrigere: Si vero quis - hic. Opif. 19. 9: a quo si quis non defecerit - - hic - hic. Bün.

z) imperat sibi] c. 23. 19: vt imperare sibi possint. Cic. 12. Phil. 8: vincam animam mihiq[ue] imperabo. Bün.

a) hic plane imperat sibi, hic regere se potest] MSS. sine copula: vulgares et hic regere. Cell.

b) hic regere] Melius MSS. Emm. Goth. Lipf. Reimm. et Torn. 1587-1613. per asyndeton et anaphoram, quam reliqui editi: et hic regere. vide n. 32. hac - hac - hac. L. 2. 18. 6. L. 5. 15. 10. L. 6. 12. 24. c. 19. 11. Opif. 19. 6. Bün.

c) regere se] Nonnullis hæc phras[is] regere se suspecta est. at sine causa ita n. 23: regere se ac mitigare iram suam nouit. Cic. L. 4. Fam. ep. 14. agiturque praclare, si nosmet ipsos regere possumus. Bün.

*) sustentatio sui] Pari sensu de Ira c. 18. 12. hac sui cohibitio. Vtrumque nomen hoc sensu in Lexicis neglectum. Bün.

d) fluctuantem - ad tranquillita-

tem] Elegans allegoria, fluctus enim tranquillitati aduersi. Bün.

e) profiliat ad nocendum] c. 5. 14. Bün.

f) quod fieri potest] Omnes editi: quoad fieri potest. At Goth. Lipf. Reimm. et Cell. quod fieri potest, in oppositione verborum n. 33. impossibile est. Bün.

g) Tullius - obliuionem iniuriarum] De eodem Ciceronis dicto Augustinus ep. 5. ad Marcellin. Quomodo Caesari utique administratori reipublica, mores eius extollens Cicero dicebat, quod nihil obliuisci soleret nisi iniurias? Dicebat enim hoc tam magnus laudator, aut tam magnus adulator: tamen Caesarem nouerat: si autem adulator: talem esse debere ostendebat principem ciuitatis, qualem illum fallaciter predicabat. Bün.

h) in magnis laudibus] pro inter magnas laudes, vt L. 1. 16. 14-17. in diis. Cic. 2. Leg. c. 11. sapientissimus in septem filis. Bün.

i) Spero, inquit, Caesar, qui obliuisci] pro Ligario cap. 12. Cell.

stitia remotissimus; quanto magis id nos facere debemus, qui immortalitatis velut candidati * sumus?

XVIII. Stoicis^a, quum adfectus ex homine, tamquam morbos conantur euellere, Peripaterici se opponunt, eosque non modo retinent, sed etiam defendunt; nihilque in homine esse dicunt, quod non magna ratione ac prouidentia sit innatum.

k) *immortalitatis velut candidati*] MSS. Iun. Cant. i. e. Subl. Rom. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Thom. Thyf. Gall. Cellar. qui *immortalitatis velamine candidati sumus*. de qua lectione Sparkius dicit: *Gallæus in editione sua rescripsit immortalitatis velamine, nulla fretus, quod sciam, aut impresorum aut MSS. auctoritate.* En negligentiam Sparkii, quum Gallæus in variis Iunianum MS. citarit, et triginta fere editiones ita vt Gallæus legant. Gallæo *immortalitatis velamine candidati* dicuntur per similitudinem desumptam a consuetudine primorum Christianorum, qui baptizatos alba induebant veste, vnde Venantius Fortun. in carm. de Resurr. *Candidus egreditur nitidis exercitus vndis.* addo Augustinum ep. 186. dixisse: (baptizatus) *albis vestibus CANDIDATVR*, et Ambrosium de iis, qui mysteriis initiantur c. 7. princ. *Acceptisti post hac vestimenta candida, vt eses indicium, quod exueris inuolucrum peccatorum, indueris innocentia casta velamina.* conf. doctam obseruationem Franc. Iuræti ad Paulini Vitam Martini L. I. v. 122. p. 201-203. Suiceri Thef. Eccles. T. 1. f. 1112. 1215. et T. 2. f. 213. Hildebrand. Rituale Bapt. Vct. p. 88-93. Gottfr. Wagner de Alba Veste Baptizatorum, et Io. Ge. Iochii de Stola Alba Neophytorum

aliosque. Potuit sane Lactantius ad istum ritum respexisse. Quum in nonnullis MSS. et Ven. 1493. et Paris. per notam *immortalitatis velamine*, in Rost. vero distincte: *immortalitatis velamine candidati*, inueniam, forte legendum putauit: *qui immortalitatis in mortalitatis velamine velut candidati sumus.* Nihil frequentius quam voces repetitas aut confimiles in MSS. negligi. Singularis et Lips. alter: *qui immortalitatis dono velut candidati sumus*, fere vt de refusciratis Epitome c. 72. 8: *immortalitatis veste donati.* Pal. Bodl. Cotton Lips. primus, tert. Witteb. Reimm. et Torn. MSS. *qui immortalitate velut candidati.* Tandem Bonon. Tax. Cauc. Emman. Goth. et alii codices antiqui scripti Thomaf. et Isæi: *qui immortalitatis velut candidati.* Primus sine dubio ex MS. suo, quod omnes ingrati reticuerunt, ita editit Betuleius a. 1563. tum aliquot annis post ita ex antiquis codd. legendum censuit Thomafius, et in textum Isæus, Sparkius Walchius receperunt, Heumannus vero comprobauit. Bün.

a) *Stoicis*] Ita Angl. Lipsienses, Reimm. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomaf. et seqq. recte, construe cum *se opponunt.* Goth. Rost. Ven. 1471-1510. Paris. *Stoici*, vt construat: *Stoici conantur.* Bün.

b) *iram*

tum. Recte id quidem, si singularum rerum veros terminos scirent. Itaque hanc ipsam iram cotem ^{b. c.} dicunt esse virtutis, tamquam ^{d.} nemo possit aduersus hostes fortiter dimicare, nisi fuerit ira concitatus. Quo plane ostendunt, nec, quid sit virtus, scire se, nec cur homini tribuerit iram Deus. quæ si nobis ideo data est, vt ea vtamur ad occidendos homines; quid inmanius homine, quid similius feris belluis existimandum est, quam id animal, quod ad communionem et innocentiam Deus fecit? Tres sunt igitur adfectus ^{e.}, qui homines in omnia facinora precipites agunt, ira, cupiditas, libido. Propterea poetæ ^{f.} tres furias esse dixerunt, quæ mentes hominum exagitant ^{g.}, ira vltionem desiderat, cupiditas opes, libido voluptates. Sed his omnibus Deus certos limites statuit, quos si transscenderint, maioresque esse cæperint; necesse est naturam suam depræuent, et in morbos ac vitia vertantur. Qui autem sint isti limites, non est magni laboris ostendere Cupiditas ad ea comparanda nobis

b) *iram cotem dicunt esse virtutis*] Goth. Emman. et duo Lips. *cotem*. Haud dubie enim illud Ciceronis expressit Acad. Quæst. lib. 4. cap. 44. *iracundiam fortitudinis cotem esse dicebant*, puta veteris Academiz sectatores. Vulgo legunt *comitem*: longius abeunt Parrh. et Ald. *fomitem* preferentes. Cell.

c) *iram cotem dicunt esse virtutis*] Goth. Lips. duo, Emman. Vltr. Iun. *cotem*, etiam Reimm. *cotem*, in quo recentior male correxerat *comitem*. Primus *cotem* hic acute reddidit Ian. Gulielm. in Quæstion. ad Plaut. Menæchm. c. 4. idem Ciceronis ab Gall. et Cell. locum addidit. Propius huc pertinet alius Ciceronis locus iam ante viginti annos a me adnotatus e Cic. L. 4. Tusc. c. 19. *Primum* (Peripatetici) *multis verbis iracundiam laudant, cotem fortitudinis dicunt*. Gulielmio duce Isæus, Gall. Spark. Cell. Walch.

Heum. *cotem*. At Sùbl. Rost. Ven. 471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Fas. Gryph. Thomas: *comitem*, corrupte; corruptius Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Torn. Betul. *fomitem*. Bün.

d) *tamquam*] idem quod *quasi* vero. conf. L. 1. 7. 4. L. 6. 2. 1. Bün.

e) *Tres - adfectus*] c. 5. 13 - 17. Epit. 61. princ. Bün.

f) *poeta*] Orpheus in hymn. Eumenid. et Virg. L. 12. Aen. citante Isæo in margine. Bün.

g) *exagitant*] Scribo ex Subl. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Gymn. Torn. Betul. Isæo, adprobante Heumanno: *exagitant*. Lips. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Thomaf. Gall. Spark. Cell. *exagitant*. Conf. Cic. I. Leg. 14: *vt eos agitant inscitanturque furia*. conf. Cic. pro Rosc. Amerino c. 24. propria fere de Furiis verba: *agitare, exagitare*. Bün.

bis data est, quæ sunt ad vitam necessaria; libido ad sobolem propagandam ^b; iræ adfectus ad coercenda peccata eorum, qui sunt in nostra potestate, id est, vt arctiore disciplina minor ætas ⁱ ad probitatem iustitiamque formeretur, quæ nisi metu cohibeatur ⁱ licentia pariet audaciam; quæ ad omne flagitium et facinus euadet. ^k Itaque vt ira vti aduersum minores, et iustum est et necessarium; sic aduersum pares, et perniciosum est et impium. Impium, quod violatur humanitas; perniciosum, quod illis repugnantibus aut perdere necesse est, aut perire. Hanc autem, quam dixi, esse rationem, cur homini sit iræ adfectus datus; ex ipsius Dei præceptis intelligi potest, qui iubet, vt maledicis ^{l. m} et lædentibus non irascamur, manus autem nostras supra minores semper habeamus, hoc est, vt peccantes eos adfiduis verberibus corrigamus, ne amore inutili et indulgentia nimia educentur ⁿ ad malum, et ad vitia nutriantur. Sed rerum imperiti, et rationis ignari, eos adfectus, qui sunt homini ad vsus bonos dati, exterminauerunt ^o; et latius, quam ratio postulat, euagantur. Inde in-

b) libido ad sobolem propagandam] Ira 18. 10: *Libidinem producenda sobolis gratia dedit.* Epit. 61. 6: *Libidinis adfectus ad procreandos liberos infusus et imatus est;* inde, cognoscat copiam. Ifæus legit: *libido ad sobolem procreandam.* Non male quidem, nam ita dixit L. 7. 5. *procreare sobolem;* at libri omnes: *ad sobolem propagandam;* vt noster dixit. L. 1. 8. 5. Bün.

i) minor ætas] Imitatur Ambrosius L. 1. Offic. c. 17: *qua ornamento sunt minori ætati.* Bün.

k) ad - flagitium et facinus euadet] Ira: 18. 12. *euadent ad maius malum per impulsitatem.* Bün.

l) maledicis et lædentibus] MSS. *maledicis:* prae in editos irrepsit *maledictis.* Cell.

m) maledicis et lædentibus] Bonon. antiquissimus: *inimicis et lædentibus.* Iun. Subl. Rost. Ven. 1471-1515.

Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Thomas. Thyf. Gall. *maledictis et lædentibus.* Bonon. alter. Pen. Tax. Cauc. Goth. Lipsf. Reimm. Emman. et Betul. Ifæus, Spark. Cell. Walch. Heum. *maledicis et lædentibus.* conf. L. 6. 18. 10. Sæpe hæ voces confunduntur, sic in Reimm. L. 3. 26. 4. *maledictum* pro *maledicum.* Bün.

n) educantur] Ven. 1493-97. Pier. Parrh. *educantur.* Noui bonis auctoribus educere sæpe pro educare poni; sed Libri scripti Goth. Lipsf. Reimm. Angl. Subl. Rost. Ven. 1471. 72-utraque 78. Paris. Ald. et seqq. *educantur.* ita solet noster. vid. c. 20. 24. 25. et L. 2. c. 11. 9. Bün.

o) exterminauerunt] Sic libri omnes. Exterminare hic non valet tollere, delere, vt L. 5. 1. 6. c. 23. 3. L. 6. 10. 8. et alibi; sed *latius et extra terminos extendere, non intra termini-*

iniuste atque impie viuatur. Utuntur ira contra pares: hinc disfidia, hinc expulsionones, hinc bella contra iustitiam, nata sunt. Utuntur cupiditate ad congerendas opes *: hinc fraudes, hinc latrocinia, hinc omnia scelerum genera exorta sunt p. 2. Utuntur libidine ad capiendas tantum r voluptates: hinc supra, hinc adulteria, hinc corruptelæ s omnes exstiterunt. Qui I I cumque igitur illos adfectus intra fines suos redegerit, quod ignorantibus Deum facere non possunt; hic patiens, hic fortis, hic iustus est.

XX. Restat, vt contra quinque sensuum voluptates a dicam breuiter. nam et ipsius libri mensura iam modum flagi-

nos coercere. conf. n. 1. 5. 11. Epit. c. 61. Rectissime Betuleius: *exterminauerunt*, h. e. *ultra τῆς μέτρος αὐτοῦ* terminos euagari sinerunt. Idem sentit Heumannus, huc referens Nonii: *Exterminatus*, i. e. *extra terminos missus*. Est Tertulliano alicubi: *exterminare* idem quod *extra terminos eicere*. Hinc glosf. Lat. Gr. apud H. Steph. f. 91. *Exterminare* Ἐξορίσασθαι. Est vero Ἐξορία exsilium, Ἐξορισμὸς deportatio, Ἐξέριςος extorris, exul secundum Lex. Gr. Lat. Vet. ibid. f. 461. Vetus Interpres Irenzi L. 1. f. 58. Ἐξηπάλησε *exterminauit*, i. e. *extra terminos abduxit*, vbi Grabijs monet Tertulliani de Spectac. 17. *Sexum pudoris exterminans* a Rigaltio explicari: *sexum a pudore abduens, statuens extra terminos pudoris*. conf. Grabijs ad Iren. f. 101. §. 9. Bün.

*) *ad congerendas opes*] Ven. 1493. et 97. *ad cogendas opes*. Parth. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Betul. Thomaf. Ifzus, Thyf. Gall. Spark. Cell. *ad congerendas opes*.

Ven. 1471. et Rost. *ad gerendas opes*. Tandem Goth. Reimm. Veneta vtraque 1478. Pier. Paris. Torn. 1587 - 1613. Geneu. 1630. Walch. Heum. *ad congerendas opes*. ita quoque legit, qui simul h. l. illustrat, Cortius ad Sallust. Catil. 10. n. 4. p. 69. confirmat ex huius loci Epit. c. 61: *insatiabiliter opes congerere nituntur*. conf. not. ad Lact. 1. l. l. (e) p. 2. Bün.

p) *omnia scelerum genera exorta sunt*] Excidit vulgatis compositionis particula *ex*, quod in MSS. est. Editum enim a plerisque *orta sunt*. Cell.

q) *exorta sunt*] Ita Torn. 1587 - 1613. Reliqui editi fere omnes *orta sunt*. in Reimm. verba: *latrocinia, hinc omnia scelerum genera exorta sunt* non leguntur. Bün.

r) *ad capiendas tantum*] Delent tantum Lipsf. 2. 3. Reimm. Bün.

s) *corruptelæ*] Ira 18. 11: *libidine utuntur ad corruptelas et ad voluptates*. Epit. c. 61. fin. *Inde illiciti amores, inde adulteria et supra, inde omnes corruptelæ oriuntur*. Bün.

a) *contra quinque sensuum voluptates*] Ita decem Vaticani et omnes

gitat. quæ omnes, quoniam vitiosæ ac mortiferæ sunt; virtute superari atque opprimi debent; vel (quod paullo antè dicebam de adfectibus) ad rationem suam reuocari. Ceteræ animantes præter vnâ voluptatem, quæ ad generandum pertinet, nullam sentiunt. vtuntur ergo sensibus ad naturæ suæ necessitatem. vident, vt adpetant ^b ea, quibus opus est ad vitam tuendam ^c. audiunt, inuicem, seque dignoscunt ^d, vt possint congregari. quæ vtilia sunt ad victum, aut ex dolore inueniunt, aut ex sapore percipiunt; inutilia respuunt, ac recusant ^e. edendi ac bibendi officium ventris plenitudine metiuntur. Homini vero sollertissimi artificis prouidentia dedit voluptatem infinitam, et in vitium cadentem; quia proposuit ei virtutem, quæ cum voluptate semper, tamquam cum domestico hoste pugnaret. Cicero in Catonem maiore ^f: *Stupra vero, inquit, et adulteria, et omne flagitium nullis excitari aliis illecebris, nisi voluptatis. Quumque homini siue natura, siue quis Deus nihil mente præstabilius dedisset, huic diuino muneri, ac dono nihil tam inimicum, quam voluptatem. Nec enim, libidine dominante, temperantie locum esse; neque in voluptatis regno virtutem posse consistere* ^g, sed e contrario Deus iccirco virtutem dedit, vt expugnaret ac vinceret voluptatem, eamque egredientem fines sibi datos, intra præscriptum ^{*. b} coerceret;

ne

omnes MSS. et impressi Itæi; duo tamen alii Vaticani: *contra quinque sensuum corporis voluptates*. Bonon. *contra iniquos sensus voluptatis*. Priorem lectionem confirmant Angl. Pal. Cauc. Vltr. Goth. Lipf. Reimm. et omnes editi. Bün.

b) *vident, vt adpetant*] vident, eum in finem, vt adpetant. Bün.

c) *ad vitam tuendam*] L. 3. 8. 18. not. Bün.

d) *se dignoscunt*] L. 3. 10. 2. Bün.

e) *recusant. edendi*] Has inter voces lepide et barbare interferunt Lipf. 2. et Reimm. *recusant*. Et multos homines, quos ipse noui, *edendi ac bibendi officium ventris plenitudine metiuntur*. Bün.

f) *Cicero in Catone maiore*] c. 12. Cell. g) *Cicero - consistere*] Ita omnes libri. Heumannus putat, hæc omnia olim fuisse margini inscripta, nec Lactantii esse, orationem iis omnibus melius cohærere, relictis iis impeditiorem esse; nec putat Lactantium ita fuisse scripturum: Cicero: *Stupra, inquit, excitari*. sed ita: Cicero, *Stupra, inquit, excitantur*. Immo non Ciceroni tributurum fuisse hæc verba, sed cuius sunt, Archytæ Tarantino. Bün.

*) *intra præscriptum coerceret*] Vetus error, etiam in Rom. et Ald. *infra*: at Goth. et Lipf. *intra*. nam *præscriptum* limites ac circulus sunt. Cell.

b) *intra præscriptum coerceret*] Ven.

ne hominem, suauitatibus delentum atque captum, ditioni suæ
 subiiceret ⁱ, ac sempiterna morte multaret. Voluptas ocu- 6
 lorum varia et multiplex est ^k, quæ capitur ex adspectu rerum,
 quæ sunt in vsu hominum ^l vel natura, vel opere delectabiles.
 Hanc philosophi rectissime sustulerunt. Aiunt enim multo 7
 esse præclarius et homine dignius, cælum potius, quam cæla-
 ta ^m, intueri, et hoc pulcherrimum opus intermicantibus ⁿ
 astrorum luminibus, tamquam floribus ^o, adornatum ^p, quam
 picta et ficta et gemmis distincta ^q mirari. Sed quum di- 8
 fer-

Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt.
 Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn.
 1548: Betul. Thomas. *infra præscri-
 ptum coerceset*, male. At Goth.
 Lipsf. Reimm. Enuman. Cant.
 i. e. Subl. Ross. Ven. 1471. 72. vtra-
 que 78. Torn. 1587 - 1613. Ifæus,
 Gall. Spark. Cell. Walch. Heum. *in-
 tra præscriptum coerceset*. Rectissime,
 verba enim *arcere, coercere, coarctare,
 cohibere, continere, concludere, include-
 re, redigere, terminare*, quum de fini-
 bus, aut terminis agitur, semper præ-
 positione INTRA vtuntur. c. 19. extr.
intra fines suos redigere. c. 23. 13: *cohi-
 beat eos intra præscriptum legitimi-
 tori*. ibidem n. 23: *castitatem intra
 priuatas parietes - prælectuli terminat*.
 L. 6. 14. 4: *Seueritas - se intra con-
 gruentes nocentium pœnas coercesat*.
 L. 1. 3. 6: *quum intra præscriptam
 portionem se quisque conineat*. De
 Opif. 16. 10: *vis mentis intra mor-
 tale corpus inclusa*. Tacit. 1. Annal.
 c. 11: *addiderat consilium coercendi
 intra terminos imperii*. Ita corrigo
 Macrob. 1. Somn. Scip. c. 14. *intra
 quam* (non *inter*, vt est in multis
 editis) *coercesur*. Bün.

i) ditioni sua subiiceret] voluptas,
 non Deus. Illi enim, qui subiecti
 sunt ditioni voluptatis, eique vnice
 seruiunt, sempiterna morte damnan-
 tur. Cell.

k) varia et multiplex est] Reimm.

varia est et multiplex. conf. ad rem
 Epit. c. 62. fin. *Voluptas, qua spectat
 ad visum multiformis est* etc. Bün.

l) in vsu hominum] Hæc Heuman-
 nus habet pro glossemate. Libri habent
 num forte: *in visu hominum*,
 aut potius: *visui hominum?* Bün.
 m) calum - quam calata] Imitatur
 Ciceronem L. 2. in Verr. c. 52. de
 Verre: *Nouus Astrologus, qui non
 tam cæli rationem, quam cælati ar-
 genti duceret*. Bün.

n) intermicantibus] Sollemne
 verbum de astris micare. L. 2. 9. 3 -
 14. Bün.

o) astrorum luminibus, tamquam
 floribus] Ne audacior esset metapho-
 ra in prosa oratione in imaginem
 conuertit Lactantius addita particula
 tamquam, iudice Buchnero in vtili
 scripto de Commutata Ratione Di-
 cendi c. 2. p. 53. sq. Ita floridissimus
 scriptor, Tertullianus adu.
 Marcion. L. 4. ed. Wechel. Paris. in
 8. p. 470. non procul a fine libri:
*aduersario leso calum luminibus flo-
 ruisset, magis Sol radiis in iustas jet*.
 Plura adnoto ad Carm. de Pasch. v.
 13. *stellantia lumina florum*. Bün.

p) adornatum] L. 2. 9. 3: *astrorum
 micantium splendentibus signis ad-
 nauit*. Bün.

q) gemmis distincta] not. ad 2. 6.
 6. (g) p. 204. Bün.

r) ad

ferte ad contemptum terrestrium nos exhortari ⁊ sunt, et ad cæli spectaculum excitauerunt; tamen spectacula hæc publica non contemnunt. Itaque his et delectantur, et libenter interfunt. quæ, quoniam maxima sunt irritamenta vitiorum, et ad corrumpendos ⁊ animos potentissime ⁊ valent, tollenda sunt nobis, quia non modo ad beatam vitam nihil ⁊ conferunt, sed etiam nocent plurimum. Nam qui hominem, quamuis ob merita damnatum, in conspectu suo iugulari pro voluptate computat ⁊, conscientiam suam polluit, tam scilicet, quam si homicidii, quod fit occulte, spectator et particeps fiat. Hos tamen ludos vocant, in quibus humanus sanguis effunditur. adeo longe ab hominibus recessit ⁊ humanitas, vt quum animas hominum interficiant ⁊, ludere se opi-

⁊) *ad contemptum-exhortati sunt*] Ven. 1493. 97. sine præpositione: *contemptum - exhortati sunt.* vide Græuium ad Cic. L. 1. in Verr. c. 41. et ad Cic. L. 7. Att. ep. 14. extr. ex MSS. *pacem quidem hortari* non desino, et Malaspin. ad L. 8. Att. ep. 9. Gronouium patrem ad Senecæ ep. 121. *virtutes exhortabor*, et ad Tacit. L. XI. Ann. c. 3. et filium Gronouium ad Gell. L. 13. N. Att. c. 23. n. 7. Non tamen ausus sum sequi istas duas Venetas sæpe vitiosas, quia scripti omnes et reliqui editi præferunt: *ad contemptum.* Bün.

s) *ad corrumpendos animos*] Goth. *ad corrumpendum animos.* Eo modo, quo Sanctius et Perizon. ad Mineru. L. 3. c. 8. ex Cic. 5. Fam. ep. 17. extr. *ad leuandum fortunam tuam*; (vbi tamen primus Græuii et alii libri *ad leuandam.*) Pro Rabinio Post. c. 16: *ad labefactandum illius dignitatem.* conf. Vosf. de Constr. c. 53. p. 523. At plures scripti, in his Lipsf. Reimm. et editi omnes *ad corrumpendos animos*, quos præfero, quia etiam Epit. c. 63. pr. *que* (spectacula) *potentia sunt ad cor-*

rumpendos animos. ad rem conf. Saluian. de Gubern. D. L. 6. p. 107. 108. Bün.

t) *potentissime*] Rost. Ven. 147L vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Isæus: *potissime.* At. Goth. Lipsf. Reimm. Angl. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et recentiores: *potentissime*, vt Epit. c. 1. *potentia.* Quintil. 4. Instit. c. 1: *qua tria sunt ad alienandos iudicum animos potentissima - erunt ad conciliandum nobis iudicem potentissima.* Bün.

u) *non modo - nihil - sed etiam*] not. L. 5. 1. 11. Cicero pro Milone c. 13: *Non modo nihil prodest, sed obest etiam.* Bün.

x) *pro voluptate computat*] not. L. 1. 18. 17. (p) p. 116. Bün.

y) *adeo longe ab hominibus recessit*] Scribo *recessit* ex Lipsf. 2. 3. Reimm. Torn. 1587-1613. Gen. 1630. et Walchio, vbi plures editi *secessit.* Bün.

z) *animas - interficiant*] noto ad L. 6. 11. n. 19. et L. 7. 11. 2. adde Barth. ad Statii Theb. 1. 602. p. 198. et v. 660. p. 216. 217. Bün.

a) *san-*

opinentur, nocentiores iis omnibus, quorum sanguinem voluptati habent ^a. Quæro nunc ^b, an possint pii et iusti homines esse, qui constitutos sub ictu mortis ^c, ac misericordiam deprecantes ^d, non tantum patiuntur occidi, sed et flagitant ^e, feruntque ad mortem crudelia et inhumana suffragia, nec vulneribus satiati, nec cruore contenti. quin etiam percussos iacentesque repeti ^f iubent, et cadauera ictibus dissipari, ne quis illos simulata morte deludat. Irascuntur etiam pugnantibus, nisi celeriter e duobus alter occisus est; et tamquam humanum sanguinem sitiant, oderunt moras. alios illis compares ^h dari poscunt recentiores ⁱ, ut quamprimum occu-

^a) *sanguinem voluptati habent*] Cypr. L. 2. ep. 2: *Paratur gladiatorius ludus, ut libidinem crudelium luminum sanguis oblectet - homo occiditur in hominis voluptatem. Prudentius Hamartig. 370. sqq.*

- - mortisque inter discrimina ludunt.

Sanguinis humani spectacula publicus edit

Consensus, legesque iubent venale parari

Supplicium, quo membra hominum discorpta cruentis

Morsibus oblectent hilarem de funere plebem

conf. notas ad Athenag. Legat. pro Christianis ed. Oxon. p. 134. Tertull. de Spectac. c. 19. sqq. Arnob. L. 2. p. 72. et Laët. Epit. c. 63. pr. Bün.

^b) *Quæro nunc*] Ita editi, at non frustra legitur in Bon. Tax. Cauc. Reimm. *Quære nunc*, modo imperandi, videtur aliquid ironiz subesse, ut in notiori: *i nunc*, de qua formula ad L. 5. 13. 13. Bün.

^c) *constitutos sub ictu mortis*] Goth. *constitutos sub actu mortis*. Nihil muto. Cyprian. L. 1. ep. 2. ad Cornelium. in princ. *pacem sub ictu mortis acciperent*. Ita Sene-

ca Vit. Beat. c. 12: *sub ictu penitentia positi*. Bün.

^d) *misericordiam deprecantes*] h. L. valet, ut *scpe*, *precantes*. adnot. L. 5. 17. 23. Bün.

^e) *sed et flagitans*] Sic bene MSS. quod etiam non tantum postulat. Vulgo, *sed efflagitans*. Cell.

^f) *sed et flagitans*] Editi omnes *sed efflagitans*. Quod profert Heumannus; nam ET, ETIAM *scpe* post non tantum, non modo, subaudiuntur, vt notavi ad Epit. c. 23. et alibi: vt ea de causa non debeat damnari: sed MSS. Emm. Goth. Lipf. et Reimm. *sed et flagitans*, quum editorum *efflagitans* nullius MS. certa fide nitatur. *Flagitare* indicat importunas preces et violentiam, vt ad L. 4. 18. 5. *violentis vocibus flagitare* adnotaui. Bün.

^g) *repeti iubent*] Petere verbum gladiatorium, vnde *repetere* iterum et *scpius* percutere. vid. Gebhard. ad Nepot. Themist. c. 2. Lipf. L. 2. Saturn. c. 20. et c. 22. Bün.

^h) *compares dari*] Conf. c. 18. 19. Lipsium L. 2. Saturn. c. 19. et Wower. ad Petron. c. 19. p. 66. *paria componere*. Bün.

ⁱ) *recentiores*] i. e. nondum fatigati, integri. Bün.

^k) *ne-*

14 oculos suos satient. Hac consuetudine imbuti, humani-
tatem perdidierunt. itaque non parcunt etiam innocentibus,
sed exercent in omnes, quod in malorum trucidatione didi-
15 cerunt. Huius igitur publici homicidii socios, et participes
esse non conuenit eos, qui iustitiæ viam tenere nituntur. non
enim, quum occidere Deus vetat, latrocinari nos tantum
prohibet; quod ne per leges quidem publicas licet; sed, ea
16 bentur. Ita neque militare iusto licebit^k, cuius militia est
ipsa iustitia; neque vero accusare quemquam crimine capitali,
quia nihil distat, vtrumne verbo an ferro^l potius occidas, quo-
17 niam occisio ipsa prohibetur. Itaque in hoc Dei p. æcepto
nullam prorsus exceptionem fieri oportet, quin occidere ho-
minem sit semper nefas, quem Deus sanctum^m animal esse
18 voluit, Ergo ne illud quidem concedi aliquis existimet,
vt recens natos^{n. o} liceat oblidere^p, quæ vel maxima est im-
pie-

k) neque militare iusto licebit] Conf. L. 5. 10. 10. Ita multi veterum Christianorum. vid. Tertull. Idolol. c. 19. de Corona c. 11. Plura Hugo Grotius de Iure B. et P. L. 1. c. 2. §. 9. 10. ex professo Arnold. Abbildung

erster Christen. L. 5. c. 5. Bün.

l) verbo an ferro] Epit. 64. Bün.

m) sanctum] non violandum. Bün.

n) vt recens natos liceat oblidere]

Tres Lipsf. et Rom. *oblidere*: priuus Lipsf. etiam cum Cantab. Goth. Rom. *recens*. Emman. *recenter*, et *elidere*. Vulgo *recentes*. Sed *recens* sæpe in-
star aduerbii immobile. Cell.

o) recens natos] Bon. Tax. Goth. Lipsf. 1. Sublac. Ven. 1471. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. Betul. *recens natos*, rectissime. Reimm. Iun. cum plurimis editis: *recentes natos*. Lipsf. tert. *retentos natos*, prauè. Cauc. et Emman. *recenter*. notauit ad L. 2. 11. 8. et ad L. 4. 5. 9. Bün.

p) oblidere] Bon. *allidere*. Merton. C. C. C. et Emman. *elidere*. elegan-

ter sanc. Ouidius L. 14. *Metam.* 738:

elisa fauce pependit.

Minuc. Felix. c. 30: *vos video filios nunc exponere, nunc adstrangulatos misero mortis genere elidere*. Prudentius *περι σεφ.* 10. 1108:

*Elidit illic fure collum martyris
Lictor nefandus.*

Ipse Lactantius de Mort. Perf. c. 30. 6. *eliso et fracto gusture*. Ita quoque Græuius restituit in Cicer. de Harusp. Respons. c. 25. extr. *serpens - compressa et elisa morietur*. Conf. Vorstium ad Valer. Max. L. 2. 2. 4. not. 28. ed. Torren. p. 135. Plura Heinius ad Ouid. 4. Trist. 371. ed. Burm. p. 261. et Bentleius ad Horat. 3. Carm. 27. 60. p. 235. Nihilo minus præfero eodem sensu, sed *raris* obuium, *oblidere*, quod habent Goth. Lipsf. Reimm. Sublac. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515. Paris. et omnes reliqui libri. Ita dixit Tacitus: *oblisis faucibus*. Arnobius L. 7:

pietas. ad vitam enim Deus inspirat animas, non ad mortem. Verum homines, ne quod sit facinus, quo manus 19 suas non polluant, rudibus? adhuc et simplicibus animis? abnegant lucem non a se datam. Expectet vero aliquis, vt 20 alieno sanguini parcant, qui non parcant suo. sed hi sine vlla controuersia scelerati et iniusti. Quid illi, quos falsa 21 pietas? cogit exponere? Non possunt? innocentes existimari, qui viscera sua? in prædam? canibus obiciunt, et quantum in ipsis est, crudelius necant, quam si strangulassent. Quis 22 dubitet, quin impius sit, qui alienæ misericordiæ? locum tribuit

L. 7: OBLIDI. Prudentius Psychomach. v. 536. de Iuda: OBLISO collo. Est igitur recens natos elidere, quod elegantius, aut oblidere, idem quod Laet. in nostro capite n. 21. et L. 5. 9. 15. strangulare. Bün.

q) rudibus - animis] Hanc formulam illustrant Almélouen et Burmann. ad Quintil. l. Instit. l. p. 13. Bün.

r) animis] Goth. animabus, est glossa; quia n. 18. animas dixerat, putauit scriba dandi casu animabus dicendum. At noster iterum L. 7. 2. 1: piorum animis ad beatam vitam reuocatis. Nemo nescit Ciceronis L. 14. Fam. 14: duabus animis suis. Arnobio hac forma nihil est frequentius. Bün.

s) falsa pietas] Heumannus ita explicat: Putant, se prioribus suis liberis pietatem et beneficium prestare, si, ne illorum minuat hereditas, postea natos abiciant, motus n. 24. Sed nisi me fallunt omnia, falsa pietas hæc erat, quod putarent esse magis piæ et innocentius exponere, quam strangulare. Patet ex L. 5. 9. 15: Qui natos ex se pueros aut strangulent, aut, SI NIMIVM PII fuerint, exponant. Quid? quod non tantum pauperes aut obnumerolam sobolem exponerent,

vid. Lipsii Cent. ad Belg. epist. 85. Bün.

1) Non possunt] Lips. 2. et Reimm. Num possunt? per interrogationem, sensu eodem. Bün.

u) viscera sua] h. l. infantes, liberos tantum. Alibi enim etiam parentes et amici ita dicti, nobis caræ pro visceribus, vti ostendit Pütsch ad Curt. L. 4. c. 14. Similia ex græcis Suicerus in Thef. Eccl. T. 2. f. 998. viscera pro liberis illustrant Barthius ad Stat. Theb. 7. 522. p. 730. et ad L. 3. Silu. 5. 30. p. 339. ad L. 5. Silu. 5. 9. p. 501. Burmannus ad Quintil. L. 6. Instit. proem. p. 492. vberime Pricæus diligentissimus ad Pauli ep. ad Philemon. v. 12. σπλάγχνα. Bün.

x) in prædam canibus obiciunt] Verba in prædam non habentur in Rost. Ven. 1471. 93. 97. Paris. vt sine iis Minuc. Felix c. 30: Vos video procreatos filios nunc feris et ausibus exponere, et Heumannus putat eicienda. At habent Goth. Lips. Reimm. Ven. vtraque 1478. Parrh. Ald. et seqq. Rectum puto, quia et in aliis hæc formula nostro grata. L. 2. 4. 5: in prædam furibus cedere. Opif. 2. 5: in prædam maioribus (animantibus) cedere. Bün.

y) aliena misericordia] Rost. alieni Fff misse.

- buit²? qui, etiam si contingat ei, quod voluit, vt alatur; addixit certe sanguinem suum vel ad seruitutem, vel ad lupanar.
- 23 Quæ autem possint vel soleant accidere in vtroque sexu vel per errorem, quis non intelligit? quis ignorat? quod vel vnus Oedipodis declarat exemplum^b, duplici scelere confusum. Tam
- 24 igitur nefarium est, exponere, quam necare. At enim parricidæ facultatum angustias conqueruntur^c, nec se pluribus liberis educandis sufficere posse prætendunt. quasi vero aut facultates in potestate sint possidentium, aut non quotidie Deus ex diuitibus pauperes, et ex pauperibus diuites faciat^d.
- 25 Quare si quis liberos ob pauperiem^e non poterit educare, satius est, vt se ab vxoris congressione contineat, quam sceleratis manibus Dei opera corrumpat. Ergo si homicidium facere nullo modo licet; nec interesse omnino conceditur, ne con-

misericiordiæ. At illa sollempnia in hac re verba. Tertull. L. 1. Nation. 16: *qui infantes aliena misericordia exponitis.* Minuc. Fel. c. 30: *dominos frequenter alienæ misericordiæ exponitis.* Büñ.

2) *qui aliena misericordia locum tribuit*] Sic Goth. et Lips. 1. Alii perperam dum non addunt, *locum non tribuunt* legentes; sententiam auctoris peruertunt. Sequitur enim, *si contingat ei quod voluit, vt alatur.* Hæc vero aliena est misericordia. Cell.

a) *locum tribuit*] Lips. 2. 3. Reimm. et omnes ante Cellarium editiones perperam: *locum non tribuit.* Scilicet iis, qui legunt: *non tribuit,* alienæ misericordiæ locum tribuere vel maxime pium videbatur; contra id demum impium putabant non tribuere alienæ misericordiæ locum. At exponere erat certo respectu alienæ misericordiæ locum tribuere, vnde Paulus L. 4. D. de agnosc. et alendis lib. scite dicit: *Necare videtur non tantum is, qui partum præfocat (Lact. elidit, oblidit), sed*

et is, qui publicis locis, misericordiæ causâ, exponit, quam ipse non habet. Item Tertullianus Apol. c. 9: *filios exponitis, suscipiendos ab aliqua prætereunte matre extranea.* Vni igitur Cellario ex Goth. et Lips. 1. debetur honor emendati huius loci. Büñ.

b) *Oedipodis exemplum*] qui Laium patrem, a quo expositus fuerat, cum adoleuisset, imprudens occidit, et matrem Iocastam vxorem duxit. Sophocles et Seneca in tragedia huius nominis consulantur. Cell.

c) *angustias conqueruntur*] vid. not. 4. 18. 10. L. 5. 8. 1. Opif. 6. 4. Apuleius L. 4. Met. p. 154: *formosa raptum uxoris conquerens.* Büñ.

d) *ex diuitibus pauperes - facias*] Capitolin. Maximin. c. 13: *quum ex ditissimis hominibus pauperrimos faceret.* Sallust. Catil. c. 5. fin. *ex pulcherrima pessima facta.* vbi plura Curtius p. 38. Büñ.

e) *pauperiem*] Rost. Ven. 1471 - 1515. Iunt. Paris. Crat. Gymn. Iszus *paupertatem.* At MSS. Goth. Lips. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et seqq. *pauperiem.* Büñ.

f) *per-*

conscientiam perfundat vllus cruor^f, siquidem populo sanguis & ille præstatur. In scenis quoque nescio an sit^b corruptela, vitiosior. nam et comicæ fabulæ de stupris virginum loquuntur, aut amoribus meretricumⁱ, et quo magis sunt eloquentes, qui flagitia illa finxerunt, eo magis sententiarum elegantia persuadent, et facilius inhærent audientium memoriæ versus numerosi et ornati. Item tragicæ historiæ subiiciunt oculis parricidia, et incesta regum malorum, et cothurnata scelera demonstrant. Histriorum quoque impudicissimi motus, quid aliud nisi libidines docent et instigant^k? quorum eneruata corpora, et in muliebrem incestum habitumque mollita, impudicas feminas inhonestis gestibus mentiuntur^l.

Quid

f) *perfundat - cruor*] noto L. 7. l. 25. Bün.

g) *sanguis - præstatur*] i. e. eadē sit populo ad eum oblectandum. Lact. L. 5. c. 5. fin. *gloriam ex sanguine comparare*. Sic Liuius: *sanguinem facere*, i. e. eadē. vide Græuium ad Cic. Rosc. Amer. c. 5. p. 122: *quotidiano sanguine*, et Gronou. in Script Ecclēf. cap. vlt. Bün.

h) *nescio an sit*] Exponit Heumanus: *fortasse est*; pari modo Tursellinus ed. 2. Schwartz. p. 312. in: *haud scio, an*, et n. 4. Admonitio: *nonnumquam idem est, quod dubito, non liquet, an*. Dukerus ad Flor. 3. 12. 6. p. 603: *nescio an*, inquit, *haud scio an, dubito, an* speciem dubitationis, sed plerumque significationem adfirmandi habent. - Interdum tamen simpliciter *significatione dubitandi dicuntur*. Prius hic obtinere credo. hinc Epit. 63: *Quid scena? Num sanctior?* Exempla multa huius formulæ indicarunt, momente Dukero, Manotius ad Cic. IX. Ep. Fam. 9. 14. 15. Schulting. ad Sen. L. 1. Contr. 2. p. 86. maxime Vorst. Lat. Mer. susp. c. 28. Quibus addo ex Ciceronis L. 2. N. D. c. 4: *vir sapientissimus, atque haud scio, an*

omnium præstantissimus, peccatum suum, quod celari posset, confiteri maluit etc. L. 13. Fam. ep. 1: *quum illi ceterisque quos illa delectant non valde inimici sumus, nescio an ignoscendum sit huic, si tantopere laborat*. Conf. Or. 4. Catilin. c. 5: *NE SCIO, AN amplius mihi negotium contrahatur*. Liuius sæpe ita. e. g. L. 21. c. 43: *Ac nescio an maiora vincula captiuus vestris necessitates vobis quam captiuus vestris fortuna circumdeærit*. Sæpe quoque Valer. Max. e. g. L. 2. 9. 2: *hoc crimen nescio an superiore maius*. L. 4. 6. 5: *Sed nescio an hoc fortius*. Plura Vorst. ad L. 1. 1. 14. not. 88. ed. Torren. p. 24. et Burmannus ad Quint. L. 12. Inst. c. 11. p. 1108. Bün.

i) *aut amoribus meretricum*] Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. *aut moribus*. At scripti Rosc. Ven. 1471. vtraque 78. Paris. Ald. et seqq. *amoribus*. Conf. Epit. 63. 5. *amoribus*. Bün.

k) *docent et instigant*] Emman. et Reimm. *et docent et instigant*. Bün.

l) *feminas - gestibus mentiuntur*] Colum. præf. L. 1: *attoniti miramur gestus effeminatorum, quod a natura sexum viris denegatum muliebri motu mentiantur decipiuntque oculos*

- 30 Quid de mimis loquar corruptelarum præferentibus^m disciplinam? qui docent adulteria, dum fingunt^{n. o}; et simulatis erudiunt ad vera? quid iuuenes aut virgines faciant, quum hæc et fieri sine pudore, et spectari libenter ab omnibus cer-
- 31 nunt? Admonentur vtique, quid facere possint, et inflammantur libidine, quæ ad spectu maxime concitatur; ac se quisque pro sexu in illis imaginibus præfiguratur, probantque illa, dum rident; et, adhærentibus vitiis, corruptiores ad cubicula reuertuntur: nec pueri modo, quos præmaturis vitiis imbui non oportet; sed etiam senes, quos peccare iam⁹ non
- 32 decet^r. Circensium quoque ludorum ratio quid aliud habet^s, nisi leuitatem, vanitatem^t, insaniam? Tanto namque

spectantium. Apul. XI. Metam. p. 260: *incesu persuo feminam mentiebatur.* Bün.

m) *præferentibus disciplinam*] Reimm. *proferentibus.* Prius illustraui ad c. 18. n. 1. Bün.

n) *docent adulteria, dum fingunt*] Cyprianus de Gratia ad Donatum p. 6: *Adulterium discitur, dum videtur: et lenocinante ad vitia publica auctoritatis malo, quæ pudica fortasse ad spectaculum matrona processerat, de spectaculo reuertitur impudica.* Et Minucius Felix pag. 345: *Histrion amorem dum fingit, infligit.* Cell.

o) *qui (mimi) docent adulteria etc.*] Egregie Val. Max. L. 2. c. 6. n. 7. ext. *Masilia seueritatis custos acerrima est, nullum aditum in scenas mimis dando, quorum argumenta maiore ex parte stuprorum continent actus, ne talia spectandi consuetudo etiam imitandi licentiam sumat.* Conf. Tertull. de Spectac. c. 17. et Saluian. L. 6. Gubern. D. p. 108. Bün.

p) *præfiguratur*] Conf. Epit. 12. pr. Lexica in auctoritate Lactantii subsistunt. Ante eum vsi hoc verbo Tertull. Præscr. Hæc. c. 26. *præfigu-*

rauerat. Cyprianus L. 2. ep. 3: *sacramentum præfiguratum - veritas præfiguratae imaginis.* Bün.

q) *peccare iam*] i. e. amplius. vid. Paseratium ad Cic. pro Quint. c. 1: *nihil est iam sanctum atque sincerum in ciuitate.* Conf. Vorst. Lat. - Neglecta p. 230. Lactantius sæpe, e. g. L. 3. 17. 31: *Est tempus quo et nos iam non sumus.* L. 5. 13. 8: *ut videatur is iam Christianus non esse.* L. 7. 12. 28. 29. et per pleonasmum L. 7. 26. 4: *iam amplius.* Bün.

r) *non decet*] Post has voces MSS. Tornæs. Iun. Cant. i. e. Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. *in talem vitiorum semitam delabuntur (vel dilabuntur).* Quam glosam proscribunt Bonon. Tax. Pen. Pal. Einman. Cauc. Vltr. Goth. Lipf. Reimm. Thomasius et sequentes. Recte. Bün.

s) *quid aliud habet*] Sic omnes scripti editique mei, et recte, vbi Barthius suum: *quid aliud DEBET,* quod corrigebat: *quid aliud exhibet* inuenerit, nesciam. vid. ad Statii Theb. L. 6. v. 449. Bün.

t) *Circensium - leuitatem, vanitatem*] Plinium lege Lib. 9. epist. 6. nostro plane consentientem. Cell.

u) *of-*

que impetu concitantur animi in furorem, quanto illic impetu curritur: vt iam plus spectaculi exhibeant, qui spectandi gratia veniunt, quum exclamare, et efferri^a, et exsilire cœperint. Vitanda ergo spectacula omnia; non solum ne³³ quid vitiorum^a pectoribus infideat^y, quæ sedata et pacifica esse debent; sed ne cuius nos voluptatis consuetudo deleniat: et a Deo atque a bonis operibus auertat. Nam ludorum celebrations, deorum festa sunt: siquidem obnatales eorum, vel templorum nouorum dedicationes sunt constituti. Et³⁵ primitus quidem venationes^a, quæ vocantur munera, Saturno attributæ sunt; ludi autem scenici Libero; circenses vero^a Neptuno^b. paullatim tamen^c et ceteris diis idem honos tribui cœpit, singulique ludi nominibus^d eorum consecrati sunt, sicut Sisinnius Capito^e in libris spectaculorum docet.

^a) efferri] Rost. Ven. 1471. At MSS. et Veneta vtraque 1478. et plurimæ efferri. recte. vid. not. ad L. 1. 21. 17: *currunt, efferuntur.* Bün.

^x) ne quid vitiorum] Lips. tert. Reimm. ne quid vitiosum. Bün.

^y) infideat] Reimm. Lips. 2. 3. Fasit. Gryph. Thomas. et Cell. infidat. Pal. Lips. 1. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Torn. Bet. Isæus, Gall. Spark. Walch. Heum. infideat. Præ tuli, quia plures. c. 21. 5: *animo - infideat.* Cicero 2. Tusc. 4: *in animo - infedit oratio.* Plin. L. 2. ep. 11: *infidet animo tuo maiestatis publicæ cura.* Bün.

^z) venationes.] Ven. 1493. 97: *venationes.* prauæ. De Venationibus Cic. 2. Off. 16: *gladiatorum muneribus, ludorum venationumque adaptati.* Conf. Pitisc. L. A. R. T. 2. f. 1046. sq. Bün.

^a) circenses vero Neptuno] Sic Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. Reliqui et Heum. vero delent. Bün.

^b) Saturno, Libero, Neptuno] Ve-

nationes Saturno sacras, Lactantio credamus: scenicos Libero vnde sacrari cœperint, Donatus ostendit Prolegom. Terent. de Tragœdia et Comœdia: Neptuno Equestri Romanos ludos dicatos fuisse Lilius auctor est Lib. 1. cap. 9. Ceterum particulas vero et tamen post Neptuno adponimus atque ita ordinamus cum Emman. et Lips. tribus. Vulgo: *circenses; Neptuno. paullatim vero.* Cell.

^c) Paullatim tamen] Ita et Reimm. vbi plurimi: *Paullatim vero.* Bün.

^d) nominibus eorum] Sic rectius Go'h. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. quam Aldus et recentiores *numinibus.* Bün.

^e) Sisinnius Capito] Lipsius de Amphitheatro c. 4. ext. vocat *Sinnium*; vt in quibusdam Gellii libris Gronouius inuenit, at in MS. Regio: *Sisinnius.* In Reimm. *Sisinnus*, correctum *Sisinnius*, et iterum corruptum *Sinnius.* Heumannus, cui scribendum videtur *Asinius Capito*, ex Gell. 5. c. 20. 21. et Festo ed. Da-

36 cet. Si quis igitur spectaculis interest, ad quæ religionis gratia conuenitur *f*; discescit a Dei cultu, et ad deos se contulit *g*, quorum natales et festa celebrauit.

1 XXI. Aurium voluptas ex vocum et cantuum suauitate percipitur, quæ scilicet tam vitiosa est, quam oblectatio
2 illa, de qua diximus, oculorum. Quis enim non luxuriosum ac nequam putet eum, qui scenicas artes domi habeat? atqui nihil refert, vtrumne luxuriam solus domi, an cum
3 populo exerceas in theatro. Sed iam de spectaculis dictum est. restat vnum, quod est nobis expugnandum, ne capiamur iis, quæ ad sensum intimum^e penetrant. Nam illa omnia, quæ verbis carent, id est aeris et neruorum suaues soni, possunt facile contemni, quia non adhærent, nec scribi
4 possunt. Carmen autem compositum et oratio cum suauitate decipiens^b, capit mentes, et, quo voluerit, impellit. Inde homines literati quum ad Dei religionem accesserint^c, si non

cer, p. 224. indicat simul, *Sisinnium Capitonem* vocari ab Hieronymo Quæst. in Genes. c. X. 4. Bün.

f) conuenitur] Bonon. conuenit. Sed vid. Iensii Collect. Latinit. ed. Kappii p. 8. Bün.

g) discescit a Dei cultu - contulit] Ita exprimit Epit. c. 63. pr. relicto Dei cultu ad profanos ritus transisse videtur. Bün.

a) sensum intimum] Goth. Ven. 1471. Rost. sensum integrum. Prius aptius, cuius elegantiam et vim ex Cicerone Gronouius ad Minucii Fel. c. 1. p. 4. intimis sensibus illustrat. Sic Lact. 1. 20. 26: qua sensibus intimis horrere debuerans. Bün.

b) cum suauitate decipiens] An ita, inquit Heumannus, scripserit Lactantius non satis scio. Licet Lactantius haud raro præpos. cum per pleonasmum addat, vt L. 1. 20. 10: cum omni lascinia - cum pudendis motibus detinentur. L. 5. 20. 8: quibus cum lacrimis,

cum gemitu, cum sanguine libatur. plura Vechner. Hellenol. ed. Heusinger. p. 182. tamen mihi non placet decipiens capit. Suspicor] legendum: cum suauitate decurrens, capit. L. 4. 18. 12: qua oratio tantæ adfluentiæ ubertate decurrens. L. 5. 1. 10: Oratores et Poeta - incautos animos facile irretire possunt suauitate sermonis et carminum dulci modulatione currentium. Bün.

c) quum ad Dei religionem accesserint] Hæc Heumannus interpretatur: quum Christianam religionem contemplandam suscipiunt, sacrosque nostros libros inspiciunt. Idem in proxima adnotatione dicit: male capere eos horum verborum sensum, qui accedere ad religionem Dei, putent hic esse idem, quod fieri Christianum. Ego vero, forte et plures, ita capio; Sane ex antecedentis capituli XX. fine: ad Dei religionem accedere idem est, quod discedere a deorum cultu

si non fuerint ab aliquo perito doctore fundati^{d. e.}, minus credant. Adsueta enim dulcibus et politis siue orationibus, siue carminibus, diuinarum litterarum simplicem communemque sermonem pro sordido asperrantur. Id enim quaerunt, quod sensum demulceat. persuadet autem quidquid suaue est, et animo penitus, dum delectat, infidet^{f.} Num igitur Deus et mentis, et vocis, et linguae artifex diserte loqui non potest? Immo vero summa prouidentia carere fuc-

VO-

cultu et ad Deum (Dei religionem) se conferre, aut inuersis verbis in Epit. 63. pr. relictis profanis ritibus ad Dei cultum transire. Aut Ex L. 7. 22. 14: deos relinquere et ad unius se Dei cultum religionemque conuertere. Aut denique idem, quod L. 7. II. 4: castam religionem Dei, (iustitiam) sequi. Bün.

d) accesserint, ab aliquo imperito Vulgares libri interponunt, si non fuerint ab aliquo imperito d. f. Nos scribimus ut legitur in Emman. Goth. tribusLipf. Rom. Parrh. qui id additamentum respuunt. Duo etiam Lipf. perito, id est profane docto. Reliquorum imperito est eius viz, qua ducendi eruditi ad fidem sunt: imperito rei Christianae. Cell.

e) si non fuerint ab aliquo perito doctore fundati] Omisissis tribus vocibus: si non fuerint legunt Pal. Vltr. Cauc. Iun. Emman. Goth. Lipf. 1. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. Fasit. Ald. Crat. Gryph. Gymn. Betul. Itzrus, Gall. Sparckius, Cell. Walch. ab aliquo imperito doctore fundati, i. e. interprete Cellario imperito rei Christianae. Lipf. 2. 3. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. iisdem tribus neglectis: ab aliquo perito doctore fundati. Omnium optime Bononiensis antiquissimus: si non fuerint ab aliquo perito doctore fundati. Hoc prae-

fert quoque Dauisus ad Laet. Epit. c. 62. p. 189. sed fallitur in Cantabr. codice citando, in quo tria priora verba: si non fuerint, non inueniuntur. Thomasius etiam lectionem Bonon. tuetur, interpretans perisum doctorem qui praeter ipsam religionem sit quoque peritus et litteris imbuitus, siue - qui tam sacrarum, quam profanarum litterarum sit probe gnarus. Heumanno, quacumque ratione legas, ista verba omnia sunt suspecta, vnde delet tamquam glossema, quod, inquit, vocabulum fundati ceu serex aliquis prodisit. Possem corrigere: FORMATI, nisi scirem Laetantio hinc inde aliquid locutionum ex Tertulliano, Cypriano et antiquo versione codicis sacri adhaesisse. Sic Vulg. Col. 1. 23: Si permanetis in fide fundati; pari modo Cellarius Laet. 4. 30. 4. ex Goth. et Lipf. 1. receperat: minus stabiliti fide. De his, qui minus solida fundamenta posuerunt, dixit elegantius L. 5. 1. 9. 10. Quorum non est stabilis ac solidis radicibus fundata et fixa sententia. Nusant enim plurimi, ac maximo qui litterarum aliquid attigerunt. Bün.

f) infidet] Reimm. Rost. et Ven. 1471. 93. 97. Parrh. infidis. At Goth. Lipf. Ven. vtraque 1478. Paris. Ald. et hoc recentiores infidet. noto ad c. 20. 33. Bün.

Fff 4

8) se

7
8
voluit ea, quæ diuina sunt; vt omnes intelligerent, quæ ipse omnibus loquebatur. Ergo qui veritati studet, qui non vult se ipse decipere, abiiciat inimicas ac noxias voluptates, quæ animam sibi subiiciunt ^{b. i.}, vt corpus cibi dulces; præferantur vera falsis, æterna breuibus, vtilia iucundis. Nihil adspectu gratum sit, nisi quod pie, quod iuste fieri videas, nihil auditu suaue, nisi quod alit animam, melioremque te reddit. maximeque hic sensus non est ad vitium detorquendus ^{k.}, qui nobis ideo datus est, vt doctrinam Dei percipere pos-

g) *se ipse*] Lipf. tert. Reimm. *se ipsum*. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *ipse se*; bene, at solent libentius *se ipse* efferre, vt Goth. Lipf. 1. 3. Fa. fit. Gryph. Betul. Torn. Thom. reliqui. Bün.

h) *animam sibi vinciant*] Lipf. 1. *subiiciunt*. Cell.

i) *animam sibi subiiciunt, vt corpus cibi dulces*] Bonon. antiquisf. et Lipf. 1. optimus: *animam sibi subiiciunt, vt corpus cibi dulces*. Omnes reliqui scripti, editique mei: *animam sibi vinciant*. Heumannus contextus, inquit, docet, *Lactantium scripsisse*: suffocant. Diuersa mihi hic in mentem venerunt ad sanandum locum. Primum tentabam: ILLICIVNT, quod ductibus paulo propius, agit enim de eo, quod n. 5. *sensum demulcet*, n. 4. *suauitate capit mentes*. Tum quia in omnibus, exceptis duobus: *vinciant* (nam *vinciunt* in folis Torn. 1587-1613); notumque est in MSS. et antiquis edd. scribi hoc sæpe: VICIANT, *vinciant* linea productiori; quod linea breuiori apicem s. punctum litteræ I significat, conieci legendum: VICIANT, i. e. *vitiant*; (nam Rost. fere semper e. g. L. 2. 2. 14. *vinciant* pro *vitiant*, scribit) huc igitur pertinerent n. 1.

voluptas - vitiosa. n. 8: *hic sensus non ad vitium detorquendus*, et oppos. n. 8: MELIOREM reddere. Verbum VITIANT itaque textui integro aptum, quia et de animo et corpore dicitur: adposite Horatius L. 2. Sat. 2. 75. seqq. *dulcia se in bilem vertent* --- quin corpus omni summo æsternis vitiis animum quoque prae grauat vna. Seneca ep. 2: *varia et diuersa coinquinant non alunt*. De animo Ouidius 4. Pont. 2. 19: *Pectora sic mea sunt limo vitata malorum*. Et si Propertius L. 3. 3. 43. --- *mentem vincire Lyao dixerit, tamen cibos dulces vincire corpus num dicatur*, nescio. Ratione animi egregius est locus Ambrosii L. 2. Off. c. 12: *cuius animum voluptates occupent, libido deuinciat, auaritia subiugent*. Tandem cogitavi num legendum: *qua animum sibi* (recte Walch. *in perniciem sui* exponit) *subiiciunt, vitiant vt corpus cibi dulces*. Ita Lact. 6. 20. 5: *ne voluptas hominem suauitatibus delenitum atque captum ditioni sua subiiceret*. et L. 4. 52. 9: *carnis cupiditates premunt animam, nec dominium retinere patiuntur* (i. e. *subiiciunt*), *sed eam voluptatibus et illecebris suauibus mancipatam morte adficiunt sempiterna*. Bün.

k) *ad vitium detorquendus*] Iterum de Ira c. 15. 1: *quæ prauitas di-*
nisi

possemus. Itaque si voluptas est audire cantus et carmina; 9
 Dei laudes canere et audire iucundum sit. Hæc est volu- 10
 ptas vera, quæ comes et socia^l virtutis est: hæc est non^m
 caduca et brevis, vt illæ, quas adpetunt, qui corpori, vt pe-
 cudes, seruiunt; sed perpetua et sine vlla intermissione dele-
 ctans. cuius terminos si quis excesserit, nihilque aliud ex 11
 voluptate petierit, nisi ipsam voluptatem; hic mortem me-
 ditatur, quia sicut vita perpetua in virtute estⁿ, ita mors in vo-
 luptate. Qui enim temporalia maluerit^o, carebit æternis; 12
 qui terrena prætulert, cælestia non habebit.

XXII. Ad voluptates^a autem saporis, et odoris, qui 1
 duo sensus ad solum corpus pertinent, nihil est quod a nobis
 disputetur, nisi forte quis exigit, vt dicamus, turpe esse sapi-
 enti ac bono, si ventri, et gulæ seruiat; si vnguentis oblitus, ac^b
 flo-

*nini insituti regulam ad peiora de-
 torserit, adparet antiqua elegantia.
 Cic. 5. Tusc. 32: Nisi quos a recta
 ratione natura vitiosa detorsisset.
 Horat. 2. Serin. 2. 55. sqq.*

-- Frustra vitium vitaueris illud.

Si te alio prauus detorseris.

Seneca. L. 1. Qu. Nat. c. 17: in vi-
 tium beneficium detorquebat. Tacit-
 us L. 13. Ann. c. 3: Vinidum ani-
 mum maximis virtutibus cadacem in
 vitia detorserat. Bün.

l) comes et socia virtutis est]
 Reimm. Roff. Ven. vtraque 1478:
comes est et socia virtutis. a Cicero-
 ne sæpe comes et socius, comes et so-
 cia simul ponuntur. Bün.

m) hæc est non] Lips. tert. Reimm.
hæc non est. Bün.

n) in virtute est] Non habet est
 Lips. 2. et Reimm. Bün.

o) maluerit] absolute non se-
 quente quam. vindicaui ad L. 4.
 26. 1. Bün.

a) Ad voluptates] Hæc, inquit
 Walchius, isa suppleas: Ad disputa-

*tiones (leg. voluptates) autem saporis
 et odoris quod attinet, qui duo sensus
 ad solum corpus pertinent. Sic prepo-
 sitio Ad pro: QVOD attinet vsurpatur.
 Nihil hic supplendum eleganter ve-
 teres, etsi rarius, disputare ad aliquid,
 disserere ad aliquid. Constructio est
 Nihil est, quod disputetur a nobis
 ad voluptates saporis et odoris. Ite-
 rum Lactantius ex Gellio in Epit. c.
 29: Ad ea Chrysippus quum disserere-
 ret. Cicero L. 3. Tusc. c. 9. Itaque
 non inscite Heracleotes Dionysius ad
 ea disputat, quæ apud Homerum Achil-
 les queritur. Etiam Lib. 1. Tusc. c.
 4. ad idem disputabam ex Pal. 2. de-
 fendit Gebhardus in Crepund. L. 1.
 c. 13. vbi Dauisio: id disputare, a no-
 bis hinc inde in Lactantio illustrat-
 tum, præplacet. Lactantii locum L.
 6. 15. 11: ad hanc partem, ad quem
 Walchius prouocat, ibi vindicaui.
 Bün.*

b) ac - coronatus] Lips. tert.
 Reimm. aut coronatus. Bün.

Fff 5

c) qua

floribus coronatus incedat; quæ ^{c. d} qui facit, utique insipiens, ineptus^e, et nihili^f est, et quem ne odor quidem virtutis attigerit. Fortasse quispiam dixerit: Cur ergo illa facta sunt, nisi ut iis fruamur? At enim iam sæpe dictum est, virtutem nullam fuisse futuram, nisi haberet, quæ opprimeret. itaque fecit omnia Deus ad instruendum certamen rerum duarum. Ergo illecebræ istæ voluptatum arma sunt illius, cuius opus vnum est, expugnare virtutem, iustitiamque ab hominibus^g excludere. His blandimentis, et suauitatibus titillat animas. scit enim, quia^{h. i} mortis est fabricatrix

c) *qua qui facit*] Secundum Lipf. et Goth. *qua*: aliorum est quod. Cell.

d) *qua qui facit*] Omnes editi, etiam Walchius: *quod qui facit*, idque Heumannus probat. At Bon. Tax. Vltr. Emm. Goth. Lipf. Reimm. et Cell. *qua qui facit*, rectissime, præcesserunt enim duo membra: *si ventri et gula seruias, si unguentis oblitus ac floribus coronatus incedat*. Bün.

e) *ineptus*] Rost. Ven. 1472. utraque 78. Paris. et *ineptus*. [quod Heumanno, quia ita vehementius suat oratio, placet. Reimm. Goth. Lipf. et Ven. 1493. 97. et reliqui sine et. Bün

f) *et nihili*] Reimm. Rost. Ven. utraque 1478. 93. 97. Paris. et *nihil*. At Goth. Lipf. Parrh. Ald. et reliqui rectius *et nihili*. conf. L. 1. 11. 16. et ad L. 2. 1. 2. not. Bün.

g) *ab hominibus*] Sic Bon. Emman. Goth. Lipf. Reimm. Cell. Walch. Heum. rectius quam *asit*. et Gryph. *ex omnibus*, Betul. *ab aliis*, aut *Subl.* Rost. (nam Heumannus hic falsus est) Ven. 1471. 72 - 1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Thom. Torn. Iffus reliqui: *ab omnibus*. Bün.

h) *scit enim, quia mortis est fa-*

bricatrix] Libri, quos vidimus, omnes *quia*, id est, quod sit fabricatrix. Cell.

i) *Scit enim, quia mortis est fabricatrix*] Iure, inquit Heumannus, *dubitaui de sanitate huius loci Cellarius. Mihi delendum videtur scit enim*. Nihil hic delendum, consonant in recepta lectione omnes libri et recte, ut demonstraui ad L. 4. 12. 18. maxime ad L. 5. 17. 30. vbi pari modo: *nesciunt quia malum est nocere* sollicitarunt recentiores interpretes. Hic addo ex innumeris exemplis. Cyprianus L. 1. ep. 3. ad Cornelium ed. Gryph. p. 60. *Si comminantur, sciant, quia a sacerdotibus Dei non timentur*. De opere et Eleemos. f. 201. ed. Oxon. cum interpr. veteri: *Scit pater vester, quia omnium horum indigetis*. Exhort. Martyr ed. Gryph. p. 461: *INTELLIGAS, QVIA ex nihilo illa FECIT Deus* - p. 462: *tu SCIS QVIA TOLERO*. Alia talia suppeditant Munchkerus ad Fulgent. Virgil. Continent. p. 152. et Vorstius ad Sulpicium Seuerum diuersis locis. De hoc vsu particularum *quia, quoniam*, adeo tamen frequenti per græcisimum, ut græci $\delta\gamma\iota$ ponunt, nihil in libris de Particulis, nihil in Lexicis obseruatum est. Bün.

h) *fa-*

trix^k voluptas. Nam sicut Deus hominem ad vitam non nisi per virtutem, ac laborem vocat; ita ille ad mortem per delicias, ac voluptates. et sicut ad verum bonum per fallacia mala, sic ad verum malum per fallacia bona peruenitur. Cauenda sunt igitur oblectamenta ista, tamquam laquei, et plagæ^l; ne suauitudinum mollicie cappi, sub ditionem^m mortis cum ipso corpore redigamur, cui nos mancipauimus.

XXIII. Venio nunc ad eam, quæ percipitur ex tactu, voluptatem, qui sensus est quidem totius corporis. Sed ego non de ornamentis, aut vestibus, sed de sola libidine dicendum mihi puto, quæ maxime coercenda est, quia maxime nocet. Quum excogitasset Deus duorum sexuum rationem, attribuit iis, vt se inuicem adpeterent, et coniunctione gauderent. Itaque ardentissimam cupiditatemⁿ cunctorum animantium corporibus admiscuit, vt in hos adfectus audidissime ruerent; eaque ratione propagari et multiplicari genera possent. Quæ cupiditas et adpetentia in homine vehementior^o et acrior inuenitur; vel quia hominum multitudinem voluit esse maiorem, vel quoniam virtutem soli homini dedit; vt esset laus et gloria in coercendis voluptatibus et abstinentiæ sui. Scit ergo aduersarius ille noster^b, quanta sit vis huius cupiditatis, quam quidam necessitatem^c dicere maluerunt; eamque a re-

k) fabricatrix] L. 7. 12. 15: virtus immortalitatis est fabricatrix, et voluptas mortis. Epit. c. 68. 26: fabricatrix - rerum providentia. Antiquior, quam Lactantii auctoritas ex solo nostro loco nondum in Lexicis obseruata, nec mihi nota. Bün.

l) plagæ] vid. not. L. 3. 1. 8. Bün.

m) sub ditionem] Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier, Paris. sub ditione. male. Bün.

n) ardentissimam cupiditatem] Conf. Cortium ad Sall. Catil. 5. 4. p. 32: ardens in cupiditatibus. Bün.

b) aduersarius ille noster] vt de

Opif. 1. 7: ille colluctator et aduersarius noster. Bün.

c) quam quidam necessitatem] Paris. quam necessitatem. Reimm. Rost. Ven. 1471 - 1510. quam quidem necessitatem! Reliqui quidam. Quinam sint illi, inquit Heumannus, ego quidem ignoro. Mihi videtur Hermetem Trismegistum et Apuleium, quem legerat, intellexisse. In Hermetis Trismeg. de N. D. ad Asclep. Adlocut. interpr. Apuleio p. 88: Hoc ergo - mente percepto, quod ex Deo hoc fit in aeternum cunctis predicandi inuentum tributumque mi-

recto et bono ad malum et prauum transfert. Illicita enim desideria immittit, vt aliena ^d contaminent, quibus habere propria sine delicto licet. obiicit quippe ^e ^f oculis irritabiles ^g formas, suggeritque fomenta, et vitiis pabulum subministrat, tum in intimis ^b visceribus stimulos omnes conturbat et commouet, et naturalem ⁱ illum incitat atque inflammat ardorem; donec irretitum hominem, implicatumque decipiat. Ac ne quis esset, qui pœnarum metu abstineret alieno, lupanaria quoque constituit, et pudorem infelicitium mulierum publicauit, vt ludibrio haberet tam eos, qui faciunt, quam quas pati necesse est. His obscenitatibus animas, ad sanctitatem ^l genitas, velut in cœni gurgite demersit ^m, pudorem exstinxit, pudicitiam ⁿ fla-

fla-

nisterium - Et dicendum foret, quanta sit eius mysterii vis atque necessitas, nisi ex sui contemplatione unicuique ex intimo, sensu nota esse potuisset. Effectus huius tam blandi necessarii-que mysterii in oculo perpetratur. Apul. in Apolog. p. 327: Nubendi seu rationem seu necessitatem fato adscribit. conf. Lact. 6. 23. 38. Bün.

d) aliena] c. 16. 9. appetit aliena. Bün.

e) obiicit quippe] MSS. Angl. Lips. 1. ed. Rom. Parrh. quippe: Goth. itaque: vulgo obiicitque. Cell.

f) obiicit quippe] Vltr. Iun. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471-15 et ante Thomafium reliqui: post eum Iſæus, Sparkius obiicit quippe. Bonon. obiicitque præ oculis, hinc Thomas. Thyf. Gall. Cantabr. ed. obiicitque oculis. Lips. alter obiicit enim. Bün.

g) irritabiles] Pen. irresistibiles. num irretibiles ab irretiendo? Reimm. et reliqui: irritabiles. actiue, inquit Walchius, quod non sæpe fit. Ego haud noui vllum, qui præter nostrum actiue vsurparit. Cyprianus

illices. adnoto ad Lact. 7. 27. 1. illicibiles voluptates. Bün.

h) tum in intimis visceribus] Præpositionem, quam in plurimis libris absorbit syllaba sequens addidi ex Reimm. Torn. 1587-1613. Bün.

i) naturalem] Lips. 2. et Reimm. natura. Reliqui melius naturalem. Bün.

k) Ac ne] Reimm. At ne. Bün.

l) ad sanctitatem] i. e. castitatem. not. c. 24. 25. et iam ad c. 5. n. 16. Bün.

m) in cœni gurgite demersit] Reimm. et Torn. 1587-1613. in cœni gurgitem. De simili variatione dixi ad L. 3. 28. 14. Sic L. 7. 3. 10: se in ima demersit. sine præpositione L. 7. 6. 2: animas -- suauitatibus tamquam luto cœnoque demerserunt. Bün.

n) pudicitiam] Hic perpende illa L. 1. 20. 25: nulla pudicitia, libidinibus effrenatis omnem sexum et omnes corporis partes contaminantibus. Lege omnino Dukerum de vero vsu vocis ad Flori L. 4. II. 9. p. 853. Bün.

o) pu-

flagitavit ^o p. Idem etiam mares maribus admiscuit ^q, et nefandos coitus contra naturam, contraque institutum ^r s Dei machinatus est. sic imbuunt homines, et armaunt ad nefas omne.

o) *puđicitiam profligauit*] Plures libri *flagitavit*, ob stuprum scilicet, vt lege 2. Dig. de priu. delict. §. 5. *ancillam alienam flagitare*. At quia grauiora *demersit, exstinxit*, praesecerunt; vtique supremum debet significantius esse. Rom.; *fugauit*: Buchnero placet *lapidauit*. Nos cum Lipf. 1. et Betul. *profligauit* scribimus. Cell.

p) *puđicitiam flagitavit*] Mire libri in verbo variant: Rom. 1470. 1474. Ven. 1490. 93. 97. Paris 1513. *fugauit*. Vltr. Iun. Lipf. vnus, Gymn. Torn. 1548-1613. Geneu. 1630. Betul. Antu. 1570. Cell. Walch. Heumann. *profligauit*, idque praefert Columbus ad L. de Mort. Perf. c. 1. Lipf. tert. *flagiciat*. Sex Vaticanani, vnus Lipf. Witteb. et Reimm. *flagitiauit* (aut: *flagiciauit*), et ita Fasitelius, immo ipse Pa. Manutius in emendatione errorum suae editionis 1535. ad libri calcem: *flagitiauit*. Itæus quoque ego, inquit, *mallem*, flagitauit, vt hic idem esset: quod flagitio pudicitiam affectis ac polluit, nisi verbum valde insolens formidarem. Gallæus contra non esse putat, quod aliquem inusitatum hoc deterreat. Forte vt a vitium vitare, sic a flagitium flagitiare posset fingi; sed obstat, quod nullus neque veterum, neque recentiorum, quod sciam, *flagitiare* dixerit. Tandem antiquiss. Bonon. sex alii Vaticanani, omnes Anglicani, Cauc. Guelpherb. duo; Goth. et Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Pier. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Fasit. (in textu) Gryph. Thomas Itæus, Thyf. Gall. *flagitauit*. Græuius ad Fabri

Thesaurum obseruauit *infamandi* vim latere in verbo *flagitare*. Festo ed. Amst. 699. p. 192. *flagitati-mares* dicti sunt antiquitus *stuprum passi*. Guil. Fornarius, inquit Itæus, *Libro II. select. c. 2. ait*, *flagitare idem proprie esse, quod stuprare, auctoritates adfert, quas alii viderint*. Certe Elmenhorst. Ind. Apul. verba ex Metam. 8. p. 215. *inuenum execrandis vredinibus* flagitabant exponit *constuprare*. Vix dubito, Lactantium verbis: *puđicitiam flagitauit*, respicere ad grande flagitium, de quo in proximis verbis. Lactantius de Hercule L. 1. 9. 1: *et mares, et feminas-infamia, dedecore, flagitio adfecit*, in nostro loco: *flagitauit*. Probabilius pro verbo minus hoc sensu noto, notius in recentioribus libris fuisse subornatum. conf. Lindenbr. ad Terent. Heautont. 5. 1. p. 612. 613. et maxime Westerhus. ad Terent. Eunuch. 2. 3. 90. p. 307. Bün.

q) *admiscuit*] Bon. *applicuit*. Petron. c. 25. *Quartilla cum paribus inquinata-maioribus me pueris applicui*. Reliqui *admiscuit*. de Ira. 15. 9: *cuius permissione soboles effici posset*. Bün.

r) *contraque institutum*] Sic omnes Lipf. et Goth. ac ed. Rom. Parrh. Vulgo *iustitiam*. Cell.

s) *contraque institutum*] Ita Bon. Tax. Pen. Cauc. Iun. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Torn. Betul. Itæus, Cell. Heumann. Facesat igitur recentiorum Fasit. Gryph. Thomassii, Thyf. Gall. Spark. Walchii: *iustitiam*. Bün.

- 9 omne. Quid enim potest esse sanctum iis, qui ætatem imbecillam et præsidio indigentem libidini suæ depopulandam
 10 sædandamque substrauerint? Non potest hæc res pro magnitudine sceleris enarrari. nihil amplius * istos adpellare possum, quam impios, et parricidas; quibus non sufficit sexus * a Deo datus, nisi etiam * suum sexum y * profane ac petulanter illudant. Hæc tamen apud illos leuia a et quasi
 11 honesta sunt. Quid dicam b de iis, qui abominandam non libidinem, sed insaniam potius exercent c? piget dicere. sed quid his fore credamus, quos non piget facere? et tamen dicendum est, quia fit. De istis loquor, quorum teterrima d libido
 12 et execrabilis furor ne capiti quidem e parcat. Quibus

s) nihil amplius] Heumannus solus scribit: nihil aliud. At hic verba nihil amplius, vt omnes recte habent, indicant, sibi deesse grauiora vocabula ad teterrimum flagitium adpellandum, alias non modo IMPIOS ET PARRICIDAS, sed his amplioribus siue peioribus nominibus se istos adpellaturum. Hoc produnt præcedentia: non potest hac res pro magnitudine sceleris enarrari. Est elegans hic particularum vsus. Cicero pro Marcello c. 6: Alterius partis nihil amplius dicam, quam id, quod omnes verebamur, nimis iracundam futuram fuisse victoriam. Per interrogationem Lact. 4. 19. 1: Quid amplius iam de facinoræ Dadaorum dici potest, quam excacatos eum fuisse etc. Adposite Quintilianus L. 8. Inst. c. 4. p. 712: Tertius est modus incrementi, ad quem non per gradus iur, vt quod non est plus quam maximum, sed quo nihil maius est. Matrem tuam occidisti. Quid dicam amplius? Matrem tuam occidisti. Nam et hoc augendi genus est TANTVM aliquid efficere, vt NON POSSIT AVGERE. Bün.

m) non sufficit sexus] scilicet muliebris, vt recte Heumannus subaudit. Goth. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parth. Paris. Ald. Crat. Gynn. quibus non sufficias. At Lips. Reimm. Fas. Gryph. Torn. Thomas. etc. sufficit. Bün.

x) nisi etiam] ita Bön. Tax. Pen. Reimm. et Ixus: nisi etiam. Cauc. Iun. et plurimæ edd. nisi et. Bün.

y) nisi etiam suum sexum] Reperunt sexum MSS. Angl. Lips. Goth. atque etiam apponunt. Vulgatiores, nisi et suum profane etc. Cell.

z) suum sexum] Reimm. sexum addit, quod editi ante Cellarium non habent, et potest abesse. Bün.

a) leuia] L. 5. 9. 16. Bün.

b) Quid dicam - piget dicere etc.] Adparet sub aliis etiam verbis Cicero ad Brut. ep. 16: Quid scribam? pudet conditionis, sed tamen scribendum est. Bün.

c) exercent] L. 1. 16. 8. Epit. 10. pr. Bün.

d) teterrima libido] Exempla huius adiectiui libidini iuncti Bentley ad Horat. 1. Serm. 2. 33. dedit. Bün.

e) ne capiti quidem] De libidine hac

bus hoc verbis, aut qua indignatione tantum nefas prosequar? vincit officium linguæ sceleris magnitudo *f*. Quum igitur libido hæc edat opera, et hæc facinora designet; armandi aduersus eam virtute maxima sumus. Quisquis adfectus illos frenare non potest, cohibeat eos intra præscriptum legitimi tori, vt et illud, quod auide expetit, consequatur *z. b*; et tamen in peccatum non incidat. Nam quid sibi homines perditioni volunt? nempe honesta opera voluptas sequitur. si ipsam per se adpetunt, iusta et legitima frui licet. Quod si aliqua necessitas prohibet *i. k*, tum vero maxima adhibenda virtus erit, vt cupiditati continentia reluctetur. nec tantum alienis toris, quæ *l* attingere non licet, verum etiam publicis vulgatisque corporibus abstinendum, Deus præcepit; docetque nos, quum duo inter se corpora fuerint copulata, vnum corpus efficere. Ita qui se cæno immerferit, cæno fit oblitus necesse est; et corpus quidem cito ablui potest, mens autem contagione impudici corporis inquinata non potest nisi et longo tempore et multis bonis operibus ab ea, quæ inhæserit, colluione purgari. Oportet ergo sibi quemque proponere

hac teterrima L. 5. 9. 17: *qui sanctissimam quoque corporis sui partem (caput) - polluant atque profanent. de abominando hoc scelere Beroald. ad Suet. Tiber. c. 45. Brodzus Misc. L. 2. c. 21. Magius Misc. L. 2. c. 20. Elmenh. ad Arnob. p. 73. Spencer. ad Origen. contra Celsum p. 196. p. 206. Bün.*

f) vincit officium linguæ sceleris magnitudo] Eadem verba in libro de Mort. Perf. c. 48. 1. Bün.

g) consequatur] cum Lipf. Emman. Goth. Alii *adsequatur*. Cell.

b) consequatur] Ita Bon. Tax. Reimm. et Torn. 1587-1613. Geneu. 1630. Walch. vbi in reliquis *adsequatur*. Bün.

i) necessitas prohibet] Goth. Lipf. L. Rom. sic, non *prohibebis*. Cell.

k) prohibet] Reimm. Ven. 1472,

vtraque 78. Fasit. Gryph. Torn. Beul. Thomaf. Spark. Walch. *prohibebit*. MS. Iun. Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *prohibet*. Bün.

l) alienis toris, quæ] Constanter ita libri; vt dicatur vtroque genere, torus, *torum*, tori, *toræ*, vt forus, forum, lectus, lectum. Lapis antiq. in tumulo Iuliz Firmæ:

*Qua commune torum serua-
uit casta meriti.*

Vossius adducto hoc lapide exemplum huius formæ apud priores haberi negat L. 1. Analog. c. 36. p. 564. Varro tamen de Vita-Rom. L. 1. apud Nonium Marcell. ed. Plantin. p. 41: *Quod fronte in lectica seruebant, ex ea herba sorta torum appellatum; hoc quod iniicitur etiamnum toral dicitur*. Bün.

m) pro-

nerē.^m, duorum sexuum coniunctionem generandi ⁿ causa
 datam esse viuentibus, eamque legem his adfectibus positam,
 18 vt successione[m] parent. - Sicut autem dedit nobis oculos
 Deus, non vt spectemus ^o, voluptatemque capiamus; sed vt
 videamus, propter eos actus, qui pertinent ad vitæ neces-
 sitatem: ita genitalem corporis partem, quod nomen ^p ipsum do-
 cet, nulla alia causa, nisi efficiendæ ^q sobolis, accepimus.
 19 Huic diuinæ legi summa deuotione parendum est. sint
 omnes, qui se discipulos Dei profitebuntur, ita morati et in-
 20 stituti, vt imperare sibi possint. Nam qui voluptatibus in-
 dulgent, qui libidini obsequuntur, ii animam suam corpori
 mancipant, ad mortemque ^r ^s condemnant; quia se corpori ad-
 di-

m) proponere] Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gynn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thom. Is. Thyf. Gall. Spark. Walch. proponere. At rectius Bon. Tax. Cauc. Iun. Angl. Goth. Lips. Reimm. Subl. Ven. 1472. vtraque 78. Cell. Heum. proponere. Büin.

n) generandi causa] Lips. 2. 3. Reimm. gignendi causa. hoc quippe notius sapit glossam. Vtrumque verbum vtrique sexui tribuitur apud veteres. Büin.

o) non vt spectemus - videamus] Refert spectare ad voluptatem, quasi proprium verbum pertinens ad spectacula, ludos et similia vana. vid. c. 20. 7-8. Maius vero est spectare, quam videre, adspicere. Hinc Seneca de Otio Sap. c. 32: Curiosum nobis natura ingenium dedit, et artis sibi ac pulchritudinis sua conscia, spectatores nos tantis rerum spectaculis genuit. - vt scias illam spectari voluisse non tantum adspici, vide, quem nobis locum dederit. notis reliqua. Büin.

p) nomen ipsum] inguen quasi ingenimen a gignere. Büin.

q) efficienda sobolis] Lips. 2. et Reimm. effigiende, voce nihili, hinc Eman. et Gosh. et Betul. effiganda sobolis, Solinus c. 11: effigiant modum capitis. Tertull. Anima. c. 9: animam effigians. Plura de hoc verbo Sauaro ad Sidon. Apollin. L. 6. ep. 12. p. 384. et ad L. 8. ep. 2. p. 461. Iurretus ad Paullini Petricor. L. 3. de Vit. Martini v. 212. p. 238. et Dauius ad eundem p. 333. et Elmenh. ad Minuc. Fel. c. 3. At alii MSS. editi vero, excepto Betuleio, omnes: efficienda sobolis, quod præfero, vt Lact. de Ira. 159: cuius permissione soboles effici posset. Büin.

r) ad mortemque condemnant] MSS. Angl. Goth. Lips. 1. et ed. Rom. ad mortemque: ceteri morteque. Cell.

s) ad mortem - condemnant] Merito Cellarius damnauit, Thomasi, Thyf. Gallæi: morteque condemnant, vbi plures scripti et Sublac. Rom. Post. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Isæus, Spark. ad mortemque condemnant. L. 7. 5. 26: damnare - ad pœnam. aut, vt L. 6. 4. 5: damnare in pœnam. L. 5. 19. 1. in supplicia. In Lips. 2. et Reimm. verba: corpori

dixerunt, in quo habet mors potestatem. Vnusquisque igitur, quantum potest, formet se ad verecundiam, pudoremque² colat, castitatem conscientia et mente tueatur: nec tantum legibus publicis pareat, sed sit supra omnes leges, qui legem Dei sequitur. Quibus bonis si adsueuerit, ²² iam² pudebit eum ad deteriora descendere³: modo placeant recta, et honesta; quæ melioribus iucundiora sunt, quam praua, et inhonesta peioribus. Nondum omnia castitatis ²³ officia exsecutus sum; quam² non modo Deus intra priuatos parietes, sed etiam præscripto⁴ lectuli terminat; vt, quum quis habeat vxorem, neque seruam^b, neque liberam habere insuper velit, sed matrimonio fidem seruet. Non enim, ²⁴ sicut iuris publici ratio est, sola mulier^c adultera est^d, quæ habet alium; maritus autem, etiam si plures habeat, a crimine adulterii solutus est: Sed diuina lex ita duos in matri- ²⁵ monium, quod est^e, in corpus vnum, pari iure coniungit,

vt

mancipant, ad mortemque condemnant; quia se desiderantur, qui defectus ex repetita voce corpori ortus. Büñ.

t) *pudoremque colat*] Additum que in Goth. Lipf. duobus et Rom. ac Ald. Cell.

u) *pudoremque colat*] Sic Reimm. Roff. Ven. 1471-1515. et his plures. Omisit Thomafius et seqq. Si ab Bon. MS. abest, laudo, alias et castitatem scribendum. Büñ.

x) *si- iam*] L. 1. 9. 6. L. 5. 9. 14. L. 6. 2. 2. 3. Büñ.

y) *ad deteriora descendere*] Editi ante nos: *in deteriora descendere.* Non male, vt Quintil. L. 10. Instit. 1: *in lusus et amores descendit.* Bonon. Pal. *ad deteriora desciscere.* Lipf. 2. 3. Reimm. *ad deteriora descendere.* Ita solet Cicero: *ad inimicitias, ad accusationem, ad accusandum descendere.* Büñ.

z) *quam*] *rectius, quam Bon. qua.* Büñ.

a) *præscripto-terminat*] Ven. vtraque 78. vitiose *episcrispto.* Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *præscriptio.* At MSS. et Roff. Paris. Fasit. Gryph. Tornæz. Betul. Thomas. seqq. *præscripto*, i. e. intra præscriptum, vt n. 13: *intra præscriptum legisimi tori cohibere.* vid. not. ad L. 6. 20. 5. Pro *terminat* Bonon. *terminauit.* Büñ.

b) *neque seruam*] Bonon. *ne quam seruam.* Bun.

c) *mulier*] i. e. vxor. Conf. 1. 17. 8. et c. 20. 30. Büñ.

d) *non-sola mulier adultera*] Ambros. 1. Abrah. c. 4: *Nemo sibi blanditur de Legibus hominum. Omne stuprum adulterium. Nec viro licet, quod mulieri non licet. Eadem a viro, qua ab vxore debetur castimonia.* Conf. Rittershus. Sacr. Lect. L. 8. c. 1. Büñ.

e) *quod est, in corpus vnum*] Conf. n. 15. Heumannus scribit: *quasi in vnum corpus vnum.* Nihil hic est

Ggg

cor-

vt adulter habeatur, quisquis compagem corporis^f in diuer-
 26sa distraxerit. Nec ob aliam causam Deus, quum ceteras
 animantes suscepto fetu^g, maribus repugnare voluisset; so-
 lam omnium^h mulierem patientem viri fecit, scilicet ne,
 feminis repugnantibus, libido cogeret viros aliud adpetere^k,
 27eoque facto, castitatis gloriam non tenerent. Sed neque
 mulier virtutem pudicitiae caperet, si peccare^l non posset.
 Nam quis mutum animal pudicum esse dixerit, quod susce-
 28pto fetu mari repugnat? quod ideo facit, quia necesse est,
 in dolorem atque in periculum veniat, si admiserit^m. Nulla
 igitur laus est, non facere, quod facere non possis. ideo
 autem pudicitia in homine laudatur, quia non naturalis est,
 29sed voluntaria. Seruanda igitur fides ab utroque alteri est,
 immo exemplo continentiae, docenda vxor, vt se caste gerat.
 iniquum est enim, vt id exigasⁿ, quod praestare ipse non
 possis. quae iniquitas effecit profecto, vt essent adulteria, fe-
 minis aegre ferentibus, praestare se fidem non exhibentibus
 30mutuam caritatem. Denique nulla est tam perditum pudoris
 adultera, quae non hanc causam vitiiis suis praetendat^o; iniu-
 riam

corrigendum. quod est hic idem, quod
 notius id est. Plura ad L. 2. 9. 3: *te-
 nebras*, quod est, *his contrarium*,
constituit in terra. Bün.

f) *compagem corporis*] Bon. *par-
 tem corporis.* Prius firmo ex Epit. 66:
*Deus virum et uxorem vnius cor-
 poris compage solidauit.* Bün.

g) *suscepto fetu*] n. 27. et Opif.
 12. 17. i. e. conceptione facta. Bün.

h) *solum omnium mulierem*] pau-
 cis animalibus exceptis, quae super-
 fetant. Plin. 7. c. 11. Cell.

i) *solum omnium*] Accuratius Phy-
 fici, qui plura animalia excipiunt.
 Conf. Sinibaldi Geneanthrop. L. 7. tr.
 1. c. 4. Vosf. Idololatr. L. 3. c. 61.
 Bochart. Hieroz. part. 1. L. 2. c. 30.
 Bün.

k) *aliud adpetere*] de neutro hoc

ad Epit. c. 66: *ne aliud concupiscas*,
 et ad L. 6. 16. 9. *aliena.* Bün.

l) *peccare*] Apte de fornicatione.
 vid. num. 30. et L. 5. 19. 31. not.
 Bün.

m) *admiserit*] Proprium verbum
 de concubitu, coitu, notauit meus
 index Latinus. Selectae ad Castellion.
 Version. Cod. S. p. 6. Bün.

n) *iniquum - vt id exigas*] Seneca
 ep. 94: *Scis, improbum esse, qui ab
 uxore pudicitiam exigid, ipse alie-
 narum corruptor uxorum. Scis, vt
 illi nihil cum adultero, sic tibi nihil
 esse debere cum pellice, et non facis.*
 add. Rittersh. ad Saluian. L. 7. ad
 p. 218. et Sacr. Lect. c. 1. Bün.

o) *causam praetendat*] i. e. excu-
 sationem. vid. nota. ad L. 4. 24. 10:
delictis excusationem carnis obtendes.
 et ibid. ad n. 17. Bün.

p) *per-*

riam se peccando ^p non facere, sed referre. Quod optime Quintilianus ^q expresfit: *Homo, inquit, neque alieni matrimonii abstinens, neque sui custos, qua inter se natura connexa^r sunt.* Nam neque maritus, circa corrumpendas aliorum coniuges occupatus^s, potest vacare domesticae sanctitati^t; et vxor, quum in tale incidit matrimonium, exemplo ipso concitata^u, aut imitari se putat, aut vindicare. Cauendum igitur, ne occasionem vitii nostra intemperantia demus; sed aduascant inuicem mores duorum; et iugum paribus animis ferant. Nos ipsos in altero cogitemus^v. nam fere in hoc iustitiae summa consistit, vt non facias alteri, quidquid ipse ab altero pati nolis. Hæc sunt, quæ ad continentiam præcipiuntur a Deo. sed tamen ne quis diuina præcepta circumscribere^w se putet posse, adduntur illa^b, vt omnis calumnia et occasio fraudis remoueat; adulterum

^p) peccando] scortando. num. 27. Bün.

^q) Quod optime Quintilianus] Non occurrit locus. Forte in Declamationibus, quarum multæ interciderunt. Cell.

^r) natura connexa] Ira 5. II. Bün.

^s) circa corrumpendas - coniuges occupatus] Seneca Brev. Vit. c. 12: occupati inter pestinem speculumque. ep. 15: inter oleum et vinum occupatis. Nostro propius ep. 95: CIRCA instrumenta visa occupatus. Bün.

^t) domestica sanctitati] Castitati. adnoto ad L. 6. 24. 25. add. Burmann. ad Phædr. 3. 10. 30. p. 139: sanctam uxorem. Bün.

^u) concitata] MSS. Angl. Goth. et duo Lipf. ac Rom. Alii incitata. Cell.

^v) exemplo - concitata] Pier. citata, prae. Recentiores Parrh. Iunt. Ald. et seqq. exemplo - incitata, quod Heumanno præplacet. At Goth. duo Lipf. Angl. Reimm. Sublac. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. concitata. Quidni sequer? quum non tantum Cicero L. 2. Fin. 19: animi ardore - concitati, et

Lactantius 1. 10. 5: concitatus dolore iniuria, sed plane, vt hic in L. de Mort. Perfec. 9. 5: CONGITATVS domesticis EXEMPLIS dixerit. Bün.

^y) Nos - in altero cogitemus] c. 10. 10: in aliis hominibus nos ipsos cogitemus. Hieronymus ad Ocean. in Epitaph. Fabiolæ f. m. 199: omnis animi in alterum duritia clementi in nosmet ipsos cogitatione frangetur. Bün.

^z) ne quis - putes] Ven. vtraque 1478: si quis putat. Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. si quis - putes. At MSS. Reimm. Ald. Crat. Gymn. Fasit. etc. ne quis putes. Bün.

^a) circumscribere] Lipf. 2. conscribere, prae. Prius h. l. valet fallere; sequitur: occasio fraudis. Plura ad L. 4. 15. 19. (y. z.) Bün.

^b) adduntur illa] Parrh. adducuntur, prae. Ven. 1472. vtraque 78. Pier. adducuntur. Cauc. Iunt. Rost. Ald. Crat. Gymn. et plures ex recentioribus addantur. Optime vero Bonon. Tax. Lipf. 2. Reimm. et Iszus adduntur illa, sc. in sanctis litteris.

terum esse, qui^c a marito dimissam^d duxerit, et eum, qui præter crimen adulterii vxorem dimiserit, vt alteram ducat. 34 dislocari enim corpus, et distrahi Deus noluit. Præterea non tantum adulterium esse vitandum, sed etiam cogitationem; ne quis adspiciat alienam, et animo concupiscat: adulteram^e enim fieri mentem, si vel imaginem voluptatis sibi 35 ipsa depinxerit^f. Mens est enim profecto, quæ peccat, quæ immoderatæ libidinis fructum cogitatione complectitur. 36 in hac crimen est, in hac omne delictum. Nam etsi corpus nulla sit labe maculatum; non constat tamen pudicitia ratio, si animus incestus est; nec illibata castitas videri potest, 37 vbi conscientiam cupiditas inquinavit. Nec vero aliquis existimet, difficile esse, frenos imponere voluptati, eamque vagam et errantem castitatis pudicitiaque limitibus includere; quum propositum sit hominibus^g, eam vincere, ac plurimi beatam atque incorruptam corporis integritatem retinuerint, multique sint, qui hoc cælesti genere vitæ felicissime per- 38 fruantur. Quod quidem Deus non ita fieri præcepit, tamquam

teris. ita quoque Heumannus, idem Dauisius ad Lact. Epit. c. 66. p. 211. censet. Bün.

c) *adulterum esse, quæ*] Heumannus credit, adparere ita scripsisse Lactantium: *adulterum et eum esse.* Libri, vt edimus, omnes. Bün.

d) *dimissam*] Bonon. *eiectam.* Vera forte scriptura, vti Heumanno quoque visum, notiori *dimissam*, pro minus nota voce *eiectam* subdita. Certe iterum Lact. de Mort. Perf. 39. 3: *eiecturus vxorem.* In reliquis MSS. et omnibus editis *dimissam* seruaui. Bün.

e) *adulteram-mentem*] Exprimit Ouidius L. 3. Amor. 4. 5:

Vt iam seruaris bene corpus, adultera mens est.

quod recte primum obseruauit Grotius ad Matth. 5, 28. hic omnino consulendus. Bün.

f) *imaginem voluptatis-depinxerit*] Inest in his aliquid Ciceronis L. 1. Nat. D. c. 15. *quum MENS nostra, quiduis videatur cogitatione posse depingere.* L. 4. Academ. c. 16: *quum sibi fingit aliquid et. cogitatione depingit.* Scite Io. Sarisber. Nug. Cur. L. 8. c. 6. p. 548: *quum recordatio tactus depingat sibi etiam præteritas voluptates.* Bün.

g) *hominibus, eam vincere*] Reimm. Lipf. 2. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. *hominibus omnibus etiam vincere.* Fasit. Gryph. Tornæs. Bet. *omnibus hominibus eam vincere.* At abest omnibus a Bonon. Pen. Iun. Pal. Lipf. 1. 3. Goth. Thom. et seqq. Non vero male plures libri, in his Bon. Pen. legunt: *ETIAM vincere*, vt sit: *noch dazu, so gar.* Bün.

b) ne-

quam adstringat, quia generari homines oportet; sed tamquam finat. Scit enim, quantam his adfectibus imposuerit necessitatem^b. Si quis hoc, inquitⁱ, facere poterit, habebit eximiam incomparabilemque mercedem. Quod continentiae genus quasi fastigium est, omniumque consummatio virtutum. ad quam si quis eniti atque eluctari potuerit, hunc seruum dominus, hunc discipulum magister agnoscet, hic terram triumphabit^{k-l}, hic erit consimilis Deo, qui virtutem Dei cepit^m. Hæc quidem difficilia videntur; sed de eo loquimur, cui calcatis omnibus terrenis, iter in cælum paratur. nam quiaⁿ virtus in Dei agnitione consistit, omnia graua sunt, dum ignores; vbi cognoueris, facilia; per ipsas difficultates nobis exeundum est, qui ad summum bonum tendimus.

XXIII. Nec tamen deficiat aliquis, aut de se ipse desperet, si aut cupiditate victus, aut libidine impulsus, aut errore deceptus, aut vi coactus, ad iniustitiae viam^b lapsus est. potest enim reduci ac liberari, si cum pœniteat actorum, et, ad meliora conuersus, satisfaciatur^c Deo. Quod fieri posse Cicero non putauit, cuius hæc in Academico tertio^d verba sunt: *Quod si liceret, ut iis, qui in itinere decerrauissent, sic*

^b) necessitatem] vid. c. 23. n. 4. Bün.

ⁱ) Si quis hoc, inquit] Indicat mentem, non verba. vid. not. ad L. 6. 12. 41. inquit. Bün.

^k) hic terram triumphabit] propter terrena denieta triumphabit. Goth. et Rom. triumphauit. Cell.

^l) terram triumphabit] Sic Reimm. Ven. 1493. 97. et plurimi seqq. At Rost. Ven. vtraque 1478. triumphauit. Conf. not. 4. 26. 28: mortem-triumparet. Bün.

^m) cepit] Rost. Ven. 1472. vtraque 1478 - 1515. Paris. Crat. Gymn. ceperit. At MSS. Goth. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæz. etc. cepit. Bün.

ⁿ) nam quia] Bonon. Tax. Pen. Lipf. 2. Namque. Bün.

^a) de se ipse] Abest ipse in edd. ab 1465 - 1524. At habent Goth. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. reliqui. Bün.

^b) ad iniustitia viam] Emman. a iustitia via. Scilicet suspectum fuit glosfatori labi ad. vindicatum a me ad Lib. I. c. 21. 5. (s) pag. 136. Bün.

^c) satisfaciatur Deo] i. e. pœnitentiam agat. vid. L. 4. 17. 17. not. Bün.

^d) in Academico tertio] Perit hic liber, paucis a Nonio et nostro seruat fragmentis. Cell.

^e) in itinere decerrauissent] Hic locus Ggg 3

3 sic vitam deuiam^f secutis & corrigere errorem pœnitendo; fa-
 cilior^h eset emendatioⁱ temeritatis. Licet plane. nam si
 liberos nostros, quum delictorum suorum cernimus pœnite-
 re, correctos^k esse arbitramur, et abdicatos abiectosque rur-
 4 sus tamen suscipimus^l, fouemus, amplectimur: cur despe-
 remus, clementiam Dei patris pœnitendo posse placari? Er-
 go, idem dominus ac parens indulgentissimus remisurum se
 pœnitentibus peccata promittit, et oblitteraturum^{m. n} omnes
 ini-

eus confirmat illum Quintiliani L.
 10. Inst. 3. p. 937: *itinerare deerramus*.
 De elegancia verbi *deerrare* Geb-
 hard. in Crepund. L. 3. c. 18. Bün.

f) sic vitam deuiam] Goth. Rost.
 Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn.
 Tornæs. sic viam deuiam. via hic
 non habet locum, hinc melius Lipf.
 Reimm. Fasit. Gryph. Betul. Tho-
 mas. reliqui: *vitam deuiam*. *Vita*
deuia est vita a vera via virtutis
auersa, auctore Græuio ad Cic.
 Amicit. c. 25. plura ad Lact. L. 3. 11.4.
 Bün.

g) secutis] Scripti editique omnes
 pertinacissime *secutos*. Solus Iſæus
secutis, duce Patricio ad Cic. Fra-
 gmenta ed. Verburg. Vol. X. p. 4012.
 Hos et Heum. secutus sum, quia
 præcesit iis. Bün.

h) facilior] Edo ex Goth. Lipf.
 Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque
 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt.
 Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Iſæo,
 Heumanno *facilior*; vbi Tornæs.
 1548-1613. Betul. Thomas. Thyf.
 Gall. Spark. Cell. Walch. *felicior*.
 Lactantius hoc capite n. 10: FACI-
 LIVS *recta sequerentur*. Minuc. Fel.
 c. 26: EO FACILIVS *et nauiga-*
uit et vicis. Solent tamen hæc in
 libris confundi, vt ad Senecam do-
 cti monuerunt. Bün.

i) corrigere - emendatio] Ita Plinius
 L. 6. ep. 2: *Nam tu quoque amore*
communium soles emendare cupere,

quæ iam CORRIGERE *difficile est,*
 vbi Catan. *Plus est corrigere quam*
emendare. *Nam qui corrigit, in re-*
ctum reducit; qui emendat, viti-
um operit, et menda superinducero
conatur velamen aliquod. Bün.

k) correctos] Iun. Rost. Ven. vtra-
 que 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris.
 Ald. Crat. Gymn. *correctos*. At Goth.
 Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Torn.
 Betul. Thomas. reliqui *correctos*.
 rectius. Sæpe hæc voces confundun-
 tur, vt n. 5. *correcto*, alii *correcto*.
 Bün.

l) rursus tamen suscipimus] Ita
 Bon. Pen. Cauc. Iun. Goth. Emman.
 Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78.
 et longe plures: vbi Bodl. Cott.
 Lipf. 2. 3. Reimm. et Betuleius vno
 verbo amplius: *rursus tamen sus-*
tentamus, suscipimus. Bün.

m) et oblitteraturum omnes iniquitates
 eius] Lipf. 1. et ed. Rom. ac Parrh.
 sic. Alii *oblitteraturum*. Prius sim-
 plicius est et magis sacro stilo vſita-
 tum. Cell.

n) oblitteraturum - iniquitates] Lipf.
 1. Rom. Rost. Ven. 1471-97. Pier.
 Parrh. Paris. Iſæus, Cell. Heumann.
oblitteraturum, quod duo pos-
 teriores, vt simplicius et sacro stilo
 magis vſitatum præferunt. Anglic.
 Vltr. Cauc. Goth. Lipf. duo; plenis lit-
 teris in textu Reimm. Ald. Crat. Gymn.
 Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thom. Gall.
 Spark. Walch. *oblitteraturum*. Præ-
 tuli,

iniquitates eius, qui iustitiam denuo cœperit operari. Sic-
 ut enim nihil prodest male viuenti ante actæ vitæ probitas,
 quia superueniens nequitia iustitiæ opera deleuit: ita nihil
 efficiunt peccata vetera^o correcto^p, quia superueniens iusti-
 tia labem vitæ prioris aboleuit. Quem enim facti^q sui
 pœnitet, errorem suum pristinum intelligit. ideoque Græci
 melius et significantius μετάνοιαν dicunt; quam nos latine
 possumus^r resipiscenciam^s dicere. resipiscit enim, ac men-
 tem suam quasi ab insania recipit, quem errati piget castigat-
 que seipsum dementiæ, et confirmat animum suum ad re-
 ctius viuendum; tum illud ipsum maxime cauet, ne rursus in
 eosdem laqueos inducatur^t. Denique muta quoque ani-
 malia, quum fraude capiuntur, si aliquo se modo in fugam
 ex-

tuli, credens hoc verbum esse ele-
 gantius et supra captum glosfatoris;
 sequuntur enim *deleuit - aboleuit*.
 Et potuit respexisse illa Sirac. 46, 23.
 ἐξολέησεν ἀνομίαν, vt Hebr.
 τὸνο transferunt LXX. Nehem. 4, 5.
 Psalm. 109, 14. vbi doctè Castellio:
*non multis crimem obliteretur (Vulg.
 deleatur. Vatabl. aboleatur) Ies. 43,
 25. et Ierem. 18, 23: neque eorum pec-
 cata obliterato (Vulg. deleatur).*
 Liuius L. 3. c. 59: *neque vetera pec-
 cata (vt mox Laet. n. 5.) repeti iam
 obliterata placet, quum noua expia-
 ta sint decemvirosum suppliciis.* Se-
 neca ep. 105. extr. *Non satis illi sce-
 lus suum obliteratum videtur, non
 satis tacitum.* Gothan. per notam:
*oblitteratum, hinc forte notius: obli-
 tatum est fictum.* Bün.

o) *peccata vetera*] Lipf. 2. *vetera-
 ta male.* vide locum Liuii iam ci-
 tatum. Bün.

p) *correcto*] Sic omnes, vbi MS.
 Torn. 1587-1613. in marg. *correcto*.
 vid. n. 3. not. Bün.

q) *Quem enim facti*] Exhibeo le-
 ctionem antiquissimam Bon. Pen.
 Pal. Lipf. 1. Roit. Ven. 1471. vtriusque

78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt.
 Ald. Crat. Gymn. Isæi: *Quem enim
 facti.* Pro qua recentiores Cauc. Iun.
 Reimm. Fasit. Gryph. Tornæz. Bet.
 Thomas. Thyë et seqq. substitue-
 runt: *Is enim quem facti,* rati pro-
 nomen, quod sæpe subauditur, es-
 se necessarium. Bün.

r) *quam nos latine*] Aduerbiū
 additum ex Angl. Goth. Lipf. Rom.
 Attamen *Latini* Lipf. 1. Cell.

s) *latine*] Abest a Bon. Thom. et
 seqq. At habent Cauc. Pal. Vltr.
 Lipf. 2. 3. Angl. Goth. Reimm. et
 editi ante Thomasiū. Bün.

t) *possumus*] Indicandi modo ex
 Bon. Pal. Vltr. Cauc. Lipf. Reimm.
 etiam Roit. (licet aliter Heum. tra-
 dat), Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93.
 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald.
 Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæz.
 Betul. Is. Heumann. rectius quam
 Thomas. et pauci recentiores *possi-
 mus.* Bün.

u) *resipiscenciam*] Vox a nostro
 elegantior cursa. Bün.

x) *inducatur*] Seruio, quia in nul-
 lo MSS. editoque aliter deprehendi,
 præfero *inducatur*, vt adnotauī ad
 L. 3. 1. 8. et L. 6. 12. 13. Bün.

G G G 4

y) *post-*

extricauerint, fiunt postmodum^y cautiora, vitantque semper
 3 ea omnia, in quibus dolos insidiasque senserunt. Sic ho-
 minem pœnitentia cautum ac diligentem facit ad euitanda pec-
 9 cata, in quæ semel fraude deciderit. nemo enim potest esse
 tam prudens, tam circumspēctus, vt non aliquando labatur.
 Et iccirco Deus, imbecillitatem nostram sciens, pro sua pie-
 tate^z aperuit homini portum^a salutis; vt huic necessitati,
 cui fragilitas nostra subiecta est, medicina pœnitentiæ subue-
 niret. Ergo quicumque aberrauerit, referat pedem^b, se-
 que quamprimum recipiat, ac reformet.

10 *Sed reuocare gradum^c superasque euadere ad auras,
 Hoc opus, hic^d labor est.*

Degustatis enim male iucundis voluptatibus, vix diuelli ab his
 possunt. facilius recta sequerentur, si earum suauitates non
 attigissent. Sed si eripiant se male seruituti, condonabitur
 his omnis error, si errorem suum vita meliore correxerint.
 11 Nec lucrari se quisquam putet, si delicti conscium non ha-
 bebbit. scit enim ille omnia, in cuius conspectu viuimus^e.
 nec

y) *postmodum*] Obseruat Heu-
 mannus Liumum et Terentium hac
 particula vsos. Hodie fere negligi-
 tur, pluribus veterum grata, e. g.
 Columellæ L. 1. 5. 9. c. 8. 14. Lib. 3.
 5. 2. Cypriano, in libro de Idol.
 Vanitate; Lactantio vero gratis-
 sima, e. g. L. 2. 2. 1. L. 6. 4. 15. c. 13. 4.
 Epit. c. 23. c. 24. c. 43. Bün.

z) *pro sua pietate*] paterno adfectu.
 conf. not. ad L. 4. 17. 17. et ad de
 Mort. Pers. 52. 2. Bün.

a) *portum*] Reimm. *portam*. Ven.
 1497: *aperitum*. prae. Nam Epit.
 67. pr. æque ac h. l. *portum salutis*
 dixit. Cic. 12. Phil. 2: *Optimus est*
portus pœnitenti, mutatio consilii.
 Bün.

b) *referat pedem*] Seneca ep. 95.
 timidum dicit, pederi modo referre,
 modo producere. Bün.

c) *Sed reuocare gradum*] Virgilia-

nis versibus ex Aeneid. 6. sine aucto-
 ris nomine, tanquam suis verbis
 aut suam mentem exprimentibus vti-
 tur. Cell.

d) *hic labor est*] Ven. 1497. *hinc*
 prae. Pronomen *hic* ad sequens
 subst. *labor* refertur, pro *hoc*, qualia
 multa collegit Cortius ad Sall. Catil.
 7. 6. p. 53. Locus noster ex Virg. 6.
 Aen. 129. sqq. Bün.

e) *in cuius conspectu viuimus*] *in*
 Conf. c. 18. 12. Licet egregia sint,
 quæ huc facientia collegerint ex pro-
 fanis scriptoribus Rittershus. ad Op-
 pian. Haliout. 2. 8. p. 222. et in Sacr.
 Lect. 1. c. 11. maxime Gataker. ad
 Antonini L. 1. §. 3. p. 2. et Pfannerus
 in Theolog. Gentil. L. 2. §. 29. p.
 107-112. non tamen mihi tempero,
 quo mihi addam eximium locum
 Plutarchi de Superstitione f. 166.

ὁ δε τῆν τῶν Θεῶν ἀρχὴν ὡς
 τυραν

nec si vniuersos homines celare possumus, Deum possumus, cui nihil absconditum, nihil potest esse secretum. Seneca Exhortationes suas ^g mirabili sententia terminauit. *Magnum, inquit, nescio quid, maiusque, quam cogitari potest, numen est, cui uiuendo operam damus. Huic nos adprobemus. Nam nihil prodest inclusam esse conscientiam^{i-k}, patemur Deo^l.* Quid verius ¹³ dici potest ab eo, qui Deum nosset, quam dictum est ab homi-

mi-

τυραννίδα φοβόμενος σκυθρω-
πὴν, καὶ ἀπαραιτήτων, πᾶ
μετασῆ, πᾶ φυγῆ, ποίαν γῆν
ἄθεον εὐρη, ποίαν θάλασσαν,
εἰς τι καταδύς τῆ κόσμος μέ-
ρος, καὶ ἀποκρύψας σεαυτὸν,
ὡ ταλαίπωρε πιεύσεις, ὅτι
τὸν Θεὸν ἀποφεύγας. Non-
ne hæc Psalmo CXXXVIII. plane
conformia? Bün.

f) possumus] repete celare. Bün.

g) Seneca Exhortationes suas] MSS. ita referunt: vulgati, quod exhortationibus suis Seneca. Exhortationum libros perijisse sæpè dictum fuit. Cell.

h) Seneca exhortationes suas mirabili sententia terminauit] Hoc ordine Angl. Goth. edd. vet. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Eodem sensu Lips. tert. Reimm. Tornæs. MSS. Exhortationes suas Seneca mirabili sententia terminauit, et ita edidit solus Betuleius. Etiam Cauc. et Vltr. exhortationes suas. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. etc. quod in exhortationibus suis Seneca mirabili sententia terminauit. Bonon. Tax. Pen. QVA exhortationes suas Seneca mirabili sententia terminauit. Hanc lectionem Thomafius et Heumanus genuinam esse censent, vnde verba præcedentia: NĒC LVCRARI-

-ESSE SECRETVM, Senecæ non Lact. esse credunt. Non puto, ferre indolem linguæ Latinæ verba: qua mirabili sententia, ita: qua Seneca Exhortationes suas mirabili sententia disiungere; deinde particulam eius, (vt aiunt Thomafius et Heumanus,) sententiæ ex Seneca præmittere, tun demum commemorare Senecam ea mirabili sententia terminare suas exhortationes: et nihilominus pluribus verbis eandem sententiam continuare; vnde ego credo, priora verba: *Nec lucrari esse secretum*, esse Lactantii non Senecæ; eo magis, quod Lactantius in postrema demum (non priora) verba, quibus Seneca exhortationes suas finiuit aut terminauit, in sequentibus quasi commentatur. Bün.

i) inclusam esse conscientiam] secundum MSS. nam in vulgatis est, *inclusa conscientia*. Cell.

k) inclusam esse conscientiam] Bonon. Thomas. Thyf. Gall. Cant. ed. *inclusa conscientia*. At rectius Goth. Lips. Reimm. et omnes ante Thomafium editiones, et postea Isæus, Spark. Cell. Walch. Heum. *inclusam esse conscientiam*. vid. not. n. 15. Bün.

l) patemur Deo] Idem Seneca ep. 83. pr. *Quid enim prodest, ab homine aliquid esse secretum, nihil Deo clusum est. Interest animis nostris, et cogitationibus mediis internentis*. Bün.

mine veræ religionis ignaro? nam et maiestatem Dei expressit, maiorem esse dicendo, quam ut eam cogitatio mentis humanæ capere posset, et ipsum veritatis attigit fontem, sentiendo, vitam hominum superuacua non esse, ut Epicurei volunt, sed Deo ab his operam viuendo dari; siquidem iuste ac
 14 pie vixerint. Potuit esse verus Dei cultor, si quis illi monstrasset. ac contempsisset profecto Zenonem, et magistrum,
 15 suum Sotionem^m, si veræ sapientiæ ducem nactus esset. *Huic nos, inquit, adprobemus.* Cælestis prorsus oratio, nisi antecederet ignorantiaæ confessioⁿ: *nihil prodest inclusam esse conscientiam^o; patemur Deo.* nullus ergo mendacio, nullus dissimulationi locus est. quia parietibus oculi hominum submouentur: Dei autem diuinitas nec visceribus submoueri potest,
 16 quo minus totum hominem perspiciat, et norit. Idem in eiusdem operis primo^p: *Quid agis, inquit? quid machinaris? quid abscondis? custos te tuus sequitur. alium tibi peregrinatio subduxit, alium mors, alium valetudo. hæret*
 17 *hic, quo carere numquam potes. Quid locum abditum legis, et arbitros? remoues? puta^r, tibi contigisse, ut oculos omni-*

omni-

m) et magistrum suum Sotionem] Hieronymus chronico Eusebiano, extremo Augusti imperio: *Sotio philosophus Alexandrinus, præceptor Seneca, clarus habetur.* Et ipse Seneca epist. 49: *modo apud Sotionem philosophum puer sedi, modo causas agere cepi.* Idem epistola 108: *non pudebit fateri, quem mihi amorem Pythagora iniecerit Sotio.* Cell.

n) nisi antecederet ignorantia confessio] Hæc respiciunt verba Senecæ n. 12. *nescio quid.* Büin.

o) inclusam esse conscientiam] Sic restituo ex Bon. Tax. Iun. Goth. Lips. 2. 3. Reimm. et Tornæs. MSS. ad marg. 1587-1613. et Isæo; itaque requirit n. 12. ubi eadem verba. In editis fere omnibus: **INCLUSAM HABERE conscientiam.** Büin.

p) in eiusdem operis primo] libro primo Exhortationum. Cell.

q) arbitros] Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. *arbitrium.* Isæus *arbitrum.* MSS. Ald. et reliqui *arbitros.* Büin.

r) *puta, tibi contigisse, ut oculos omnium hominum effugias, demens]* Recentiores Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs, Betul. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. Heum. *putas - demens?* per interrogationem, *Putas pro putasne.* Ego edidi ex Lips. 2. 3. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. *puta, tibi - demens!* addidi signum exclamandi. Ita vero solet Seneca *hoc imperatiuo puta* uti. Seneca L. 1. Clem. c. 26: *Sed putas tantam esse crudelitatem.* L. 3. Benef. c. 30: *PVTA me vitam pro vita reddidisse.* ep. 64: *PVTA, relicta nobis medicamenta.* epist. 90: *PVTA, velocissimum esse sapientem.* Eiusdem

vir-

omnium effugias, demens! Quid tibi prodest, non habere conscientium, habentem conscientiam? Non minus mirabiliter de 18 conscientia et Deo Tullius. Meminerit, inquit, Deum se habere testem*, id est, (ut ego arbitror) mentem suam; quæ nihil homini dedit Deus ipse diuinius. Item quum de bo- 19 no et iusto viro loqueretur. Itaque talis vir, inquit, non modo* facere, sed ne cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat predicare. Purgemus igitur conscien- 20 tiam, quæ oculis Dei peruia est; et, ut ait idem*, semper ita viuamus, ut rationem reddendam nobis arbitremur, pute- musque, nos momentis omnibus non in aliquo (ut ille dixit*) orbis terra theatro ab hominibus, sed desuper spectari ab eo, qui et iudex et testis ipse^b futurus est, cui, rationem vitæ reposcenti, actus suos inficiari non licebit. Ergo fatius 21 est aut effugere conscientiam; aut nos ipsos vltro aperire animum, et perniciem rescisis vulneribus^d effundere; qui- bus

virtutis sunt in Lactantio sequentia. L. 3. 9. 5. L. 6. 6. 15. c. 9. n. 8. c. 15. 16. Ira 10. 23. Op. 4. 9: sed putemus, vel putemus; pari sensu L. 6. 10. 21. L. 5. 9. 2. de Ira 17. 16. fingamus. Item L. 3. 21. 3. L. 5. 17. 20. L. 6. 9. 6. de Ira 10. 12. concedamus; L. 5. 3. 24. esto. Omitto notiora: pone, ponamus. addo rarius Ciceronis L. 1. Fin. 12. stasue. Quæ omnia pro minus accurately, posito ponuntur. Bün.

s) Non minus mirabiliter] Ita ponit respectu n. 12: Seneca-mirabili sententia etc. Bün.

r) de conscientia et Deo Tullius] Lib. 3. Off. cap. 10. Cell.

u) Deum se habere testem] Ita Lactantii libri; vbi Grut. et Græu. in Cicerone: Deum adhibere testem. Bün.

x) non modo] pro non modo non, vt sæpe. vid. ad Epit. c. 32. 3. Bün.

y) Purgemus-peruia est] Epit. 66. 9. Purganda est conscientia, . . . quam

Deus peruidet, qui falli non potest. Bün.

z) ut ait idem, semper ita viuamus] Cicero Verrina 4. de iurisd. Sicil. cap. 11. Cell.

a) ut ille dixit, orbis terra teatro] Idem Verrina vltima cap. 14: Sic obrinui questuram in prouincia Sicilia, ut omnium oculos in me vnum coniectos arbitrarer: ut me questuramque meam, quasi in aliquo orbis terra teatro versari existimarem. Cell.

b) desuper spectari ab eo, qui et iudex et testis ipse] Respice huius libri cap. 18. sect. 12. Pronomen ipse e MSS. est: vulgo idem. Cell.

c) effugere conscientiam] Rost. Ven. 1471. 93. 97: fugere conscientiam. margo ed. Paris. 1513: effugere conscientiam exponit vitare conscientiaemorsum. Bene. Bün.

d) rescisis vulneribus] renouatis. conf. de Mort. Perf. c. 33. 2. et Græuium ad Cic. L. 3. Att. ep. 15. p. 313. Bün.

e) de-

bus nemo alius mederi potest, nisi solus ille, qui gressum claudis, visum cæcis reddidit; maculata membra purgavit; ²² mortuos excitauit. Ille ardorem cupiditatis exstinguet, extirpabit libidines, inuidiam detrahet^e, iram mitigabit; ille ²³ reddet veram et perpetuam sanitatem. Adpetenda est hæc omnibus medicina; quoniam maiori periculo vexatur anima, quam corpus, et quamprimum latentibus morbis adhibenda ²⁴ curatio *f* est. Neque enim si vtatur aliquis oculorum acie clara, membris omnibus integris, firmissima^g totius corporis valetudine; tamen ^h i. eum dixerim sanum, si efferatur ira, superbia tumidus^k infletur, libidini seruiat, cupiditati- ²⁵ bus inardescat^l: sed eum potius, qui ad alienam felicitatem non attollat oculos, opes non admiretur, alienam mulierem sancte videat^m, nihil omnino adpetat, nihil concupiscat alienum;

e) *detrahet*] Plerique, etiam Cauc. et Reimm. MSS. et edd. *præue distrabet*. iam ad L. 3. 4. 12. (k) p. 296. indicauit emendandum hunc locum. Habent vero Bon. et Iun. et Isæus *detrahet*. Vicia enim non debent *distrabi*, sed *detrabi*, et tolli. L. 6. c. 4: *ita fit, vt neque vicia detrahi sine virtutibus possint, nec virtutes inferi sine detractioe vitiorum*. Büñ.

f) *latentibus morbis adhibenda curatio*] J'en. 1493. 97: *latentibus moribus*. vitiose. Seneca ep. 50: *Ideo difficulter ad sanitatem peruenimus, quia nos agrotare nescimus, si curari cœperimus, quando tot morbos tantasque agritudines discutiemus? Nunc vero ne quarimus quidem medicum: qui minus negotii haberet, si adhiberetur ad recens vitium*. Büñ.

g) *firmissima totius corporis valetudine*] Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *corporis totius fortissima valetudine*. At MSS. Goth. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Bet. Thomas. reliqui: *firmissima totius corporis valetudine*. Büñ.

h) *tamen eum dixerim*] Goth. *tum eum*. Cell.

i) *tamen eum dixerim sanum*] Heumanno Goth. *tum eum rectum*; ego seruaui *tamen* ex omnibus aliis MSS. et editis, ita resoluens: *Neque enim si - tamen eum*, i. e. Et si enim *vtatur aliquis - valetudine*, non tamen *eum dixerim sanum*, si. Notum *si - tamen* interdum valere *etsi - tamen*, eo magis, quod et in neque contineatur. Ita sumit Hotmannus in Ciceronis pro Murena c. 29: *si - si - si* pro *etsi*, et Turfellin. ed. 2. Schwartz. p. 938. n. 16. Reimm. Ald. Crat. Gymn. Betul. *tamen eum non dixerim sanum*. Male hic. *non additum*, quod ab aliis abest. Büñ.

k) *superbia tumidus infletur*] adnotauit ad L. 6. 4. 20: *inflatur ambitionibus*. Phædr. L. 1. f. 3. 4: *TV-MIDVS inani graculus superbia*. Bonon. *superbia tumore infletur*. Büñ.

l) *cupiditatibus inardescat*] Cortius ad Sall. Cat. 5. 4. p. 32: *ardens in cupiditatibus*. Büñ.

m) *sancte videat*] i. e. caste. vid. not. ad L. 6. 5. 16. et ad L. 6. 23. 8. et n. 31.

num; non inuideat vlli; non fastidiat quemquam; fit humilis, misericors, beneficus, mitis, humanus; pax in animo eius perpetua versetur. ille homo sanus, ille iustus, ille perfectus est. Quisquis igitur his omnibus præceptis cælestibus obtemperauerit; hic cultor est veri Dei, cuius sacrificia sunt, mansuetudo animi, et vita innocens, et actus boni. Quæ omnia qui exhibet, toties sacrificat, quoties bonum aliquid, ac pium fecerit. Deus enim non desiderat victimam neque muti animalis, neque mortis ac sanguinis, sed hominis et vitæ. Ad quod sacrificium neque verberis opus est, neque fibris, neque cespitibus, quæ sunt utique vanissima, sed iis, quæ de intimo pectore proferuntur. Itaque in aram Dei, quæ vere ma-

xi-

n. 31. Curtius L. 3. 12. 21. de Alexandro: *virgines excellentis forma tam SANCTE habuit, quam si eodem, quo ipse parente, genita forent.* L. 4. 10. 33: *caste sancteque habitam virginam.* Valer. Max. L. 2. 1. 5: *Pariter et videre sancte et adspici mutuo pudore custodiebantur.* Plura Gronou. ad Phædr. 3. fab. 10. 30. et Drakenburg. ad Siliu L. 15. 282:

tibi barbara soli

SANCTIVS Iliaca seruata est Phœbade-virgo. Bün.

n) *fit humilis-pax in animo eius perpetua*] Hic repetendum longius ex n. 24: *si. si fit humilis - si pax in animo eius.* ad rem conf. L. 5. 17. 12. Bün.

o) *qui exhibet*] Reimm. *qui adhibet.* At prius in reliquis rectius; vt c. 25. 9: *id - Deo exhibere atque offerre debemus.* c. 2. 6: *quod exhibere non potest.* Epit. c. 67: *Hac - debet cultor Dei exhibere.* Bün.

p) *non - neque - neque*] L. 5. 5. 4. Bün.

q) *hominis et vitæ*] Parrh. Ald. Crat. Gymn. *hominis vitam.* At MSS. et vet. edd. *hominis et vitæ.* Bün.

r) *verbenis - fibris - cespitibus*] Vide Turneb. Aduers. L. 21. c. 21. Pitisc. ad Curt. L. 4. 13. 15. et doctos ad Virg. Ecl. 8. 65. et ad. 1. Georg. 120. Mihi in nostro *fibra* non epatis et pulmonum extremitates prominentiores videntur, sed, vt habet Nath. Chytræus ad Buchanani Psalmum IIII: *tenuia et minusa filamenta in radicibus,* posuit enim Lactantius inter *verbenas et cespites.* Isæus *fibras* ait pro *intestinis.* Bün.

s) *de intimo pectore*] Sic MSS. Editi corde. Cell.

t) *de intimo pectore*] Sic Bon. Tax. Pen. Pal. Emm. Goth. Lipf. Reimm. et Tornæ. MSS. Bün.

u) *in aram Dei - inquinari non potest*] Walch. *constructio,* inquit, *coinquinari non potest in aram;* non adeo mihi placet; quare parum abest, quin credam scribendum esse: *ara Dei coinquinari non potest;* aut ita intercede: *Itaque in aram Dei coinquinari non potest sanguine iustitia; imponitur patientia etc.* Sic in aram Dei est contra aram Dei, eiusque sanctitatem et auctoritatem.

Non

xima * est, et quæ in corde hominis collocata, inquinari non potest sanguine, iustitia imponitur, patientia, fides, innocentia, castitas, abstinentia. Hic est verissimus ritus, hæc illa lex Dei (vt a Cicerone * dictum est) præclara et diuina, semper quæ recta et honesta iubet; vetat praua et turpia. cui parentem sanctissimæ ac certissimæ legi, iuste ac legitime necesse est viuere. Cuius legis pauca equidem capita posui; quod sum pollicitus, ea me tantummodo esse dicturum, quæ summum fastigium virtuti et iustitiæ imponerent. Si quis volet cetera omnia comprehendere; ex fonte ipso petat, vnde ad nos riuus iste manauit.

XXV. Nunc de sacrificio ipso pauca dicemus. *Ebur*, inquit Plato ^{a. b.}, *non castum donum Deo*. Quid ergo? picta scilicet et texta pretiosa? immo vero non castum donum Deo, quidquid surripi, quidquid corrumpi potest. Sed sicut hoc vidit, non oportere viuenti offerri ^c aliquid, quod sit ex mortuo

Non habuit Walchius, vbi pedem figeret. Omnia plana erunt, si recte construas: *Itaque iustitia, patientia, fides, innocentia, castitas, abstinentia imponitur in aram Dei, qua (ara) vere maxima est, et que (ara) in corde hominis collocata, non potest inquinari sanguine*. Inde ipse Walchius in Misc. Lips. T. 3. Obs. 72. p. 366. suæ meam explicationem præferre non dubitauit. Conf. Epit. c. 67: *homo mentis suæ pignora in aram Dei confert*. Bün.

x) *que vere maxima*] Recte mouit Heumannus, nostrum respexisse ad *aram maximam*, de qua Lilius L. 1. c. 7. et Virg. 8. Aen. 270. Conf. de eadem Macrobius L. 3. Saturn. c. 12. Romanæ aræ maximæ hanc *vere maximam* quasi opponit. Bün.

y) *inquinari - sanguine*] L. 6. 2. 9: *Quid boni potest habere pecudum sanguis effusus, quo aras inquinant?* Lips. 2. 3. *inquinari*, antiquius et melius certe verbum, quam plurimorum *coinquinari*; hinc recepi. Bün.

z) *vt a Cicerone*] Sunt his similia in L. 1. Leg. c. 6. et Lib. 2. Leg. c. 4. Bün.

a) *Ebur, inquit Plato*] Plato medio libro 12. de Legibus p. 629. Gr. ἐλέφας ἀπολελοιπότος ψυχῆν σώματος ἐκ εὐχερῆς αἰνείθημα, *ebur, quia ex mortuo corpore est, non idoneum Deo donum est*. Multus olim in templis vsus eboris. Plinius de elephantis Lib. 8. cap. 10: *Densibus ingens pretium, et deorum simulacris lauitissima ex iis materia*. Cell.

b) *Ebur, inquit Plato*] Noster respexit simul ad Cic. L. 2. Leg. c. 18: *Ebur ex inani corpore extractum, haud satis castum donum Deo*. ibidem de textis et pictis. Bün.

c) *non oportere - offerri*] Passiue offerri ex Gothano restituo pro editorum offerre, statim sequitur: *non debere - offerri*, et n. 5: *offerri debeant*. Bün.

d) *Quæ*

tuo corpore; cur illud non vidit, non debere incorporali corpore munus offerri? Quanto melius Seneca^d, et verius? **3**
Vultisne vos, inquit, Deum cogitare magnum, et placidum, et maiestate leni verendum^e, amicum, et semper in proximo^f? non immolationibus et sanguine & multo colendum, (qua enim ex trucidatione immerentium, voluptas est?) sed mente pura^h, bono, honestoque proposito: non templa illi congestis in altitudinem saxi extruenda sunt: in suo cuique consecrandus est petlore. Vestes igitur, gemmas, et cetera, quæ habentur in pretio; si quis putet Deo cara; is plane, quid sit Deusⁱ, nescit; cui putat voluptati esse eas res; quas etiam homo si contemserit^k, iure laudabitur^l. Quid ergo castum, quid **5**
 Deo dignum, nisi quod ipse in illa diuina lege sua poposcit? duo sunt, quæ offerri debeant^m, donum et sacrificium; donum in perpetuum, sacrificium ad tempus. Verum apud **6**
 istos, qui nullo modo rationem diuinitatis intelligunt, donum est, quidquid auro argentoque fabricatur; item quidquid purpura et serico textitur: sacrificium est victimaⁿ, et quæcumque in ara cremantur. Sed utroque non vitur Deus, quia et **7**
 ipse incorruptus est, et illud totum corruptibile. itaque Deo utrumque incorporale offerendum est, quo vitur. Donum est integritas animi; sacrificium, laus et hymnus. si enim
 Deus

d) Quanto melius Seneca] in libro quodam deperdito. In reliquis non superest. *Cell.*

e) verendum] Lipf. 2. 3. Reimm. *reuerendum.* Bün.

f) in proximo] i. e. proximum. Cyprian. L. 3. Test. ad Quir. 23: *iam tempus in proximo est.* aut vt Elmenhorft. in indice ad Apuleium *in proximo, in vicinia.* Bün.

g) et sanguine] Lipf. 2. Reimm. *nec sanguine.* Bün.

h) mente pura] Cic. 2. N. D. *Cultus deorum est optimus idemque castissimus, atque sanctissimus, plenissimusque pietatis, ut eos semper pura, integra,*

incorrupta mente et voce veneremur. Bün.

i) quid sit Deus] Bon. Tax. *quis sit Deus.* Bün.

k) homo si contemserit] Ita Angl. Goth. Lipf. 2. 3. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1493. 97. et Paris. vbi Ven. vtraque 1478. Parrh. Ald. et seqq. *homo si quis.* Bün.

l) iure laudabitur] vt Cicero L. 3. Nat. D. c. 36: *iure laudamus.* Bün.

m) debeant] Sic libri; at Heum. *debeant.* Bün.

n) sacrificium est victima, et quæcumque] Rost. Ven. 1471. vtraque 1478. et Paris. *sacrificium est et victima, et.* Bün.

o) sum

Deus non videtur, ergo his rebus coli debet, quæ non videntur. Nulla igitur alia religio est vera, nisi quæ virtute ac iustitia constat. Quomodo autem Deus iustitia hominis utatur, intellectu facile est. Si enim iustus fuerit homo, accepta immortalitate, in æternum Deo seruiet. Homines autem, non nisi ad iustitiam nasci, cum philosophi veteres, tum etiam Cicero suspicatur. discerens enim de legibus: *Sed omnium, inquit, quæ in hominum doctorum disputatione versantur, nihil est profecto præstabilius, quam plane intelligi, nos ad iustitiam esse natos.* Id ergo solum Deo exhibere atque offerre debemus; ad quod capiendum nos ipse generauit. Hoc autem duplex sacrificii genus, quam sit verissimum, Trismegistus Hermes idoneus testis est. qui nobiscum, id est cum prophetis, quos sequimur, tam verbis quam re congruit; sicque de iustitia locutus est: *Hoc verbum, o fili, adora et cole.* Cultus autem Dei vnus est, malum non esse. Item in illo sermone perfectio, quum

ex-

o) tum etiam Cicero suspicatur. *discerens enim*] Cicero Lib. i. de Legib. cap. 10. Cell.

p) *quam sit verissimum*] Ita libri omnes. Hic et alter locus de Opif. D. c. i. n. i: *quam minime sim quietus.* L. Vallæ non probantur in Elegantiis L. L. putat, Ciceronem *quam sit verum,* et *quam parum potius fuisse dicturum.* In quo ita adsentimus Vallæ, ut alteram loquendi rationem a nostro, Boethio, Prisciano, aliis vsitatam non plane damnemus. Bün.

q) *prophetis*] Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. *philosophis.* At MSS. et recentiores *prophetis.* Bün.

r) *Item in illo sermone perfectio, quum exaudisces*] Liber est quem Sermonis Perfecti, *λόγος τελειῆς* insignit nomine. Apuleiana versione sub finem de hoc argumento ita disseritur:

De adyto egressi, quum Deum orare cœpissent, - - - Asclepius ait submissa voce: o Tati, suggeram patri, iusseris, ut tunc addito, et pigmentis precem dicamus Deo. Quem Trismegistus audiens, atque commotus ait: Melius ominare, o Asclepi. Hoc enim sacrilegiis simile est, quum Deum roges, tus ceteraque incendere. Nihil enim deest ei, qui ipse est omnia, aut in eo sunt omnia. Sed nos agentes gratias adoremus. Ha enim sunt summa incensiones Dei, gratia quum aguntur a mortalibus. Cell.

s) *in illo sermone perfectio*] Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. *in alio sermone perfectio.* prauè alio, ut male Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. *sermone perfectio.* ut ex verbis iisdem L. 2. 15. 7. patet. Reimm. *in nullo.* pessime. Bün.

s) ex-

exaudisfet* Aſclepium quærentem a filio ſuo, vtrum place-
ret patri eius, proferri^u tus et alios odores ad ſacrificium
Dei; exclamauit: *Bene; bene ominare**, *Aſclepi. Eſt enim
maxima impietas, tale quid de vno illo ac ſingulari bono in
animum inducere. Hac et his ſimilia huic non conueniunt.
Omnium enim quacumque ſunt, plenius eſt, et omnium minime
indigens. Nos vero gratias agentes, adoremus. Huius enim
ſacrificium ſola benediſtio. Et recte^y. Verbo enim^z ſacri-*

*) *exaudisfet*] pro ſimpl. *audisfet*.
Hinc Apul. Adloc. ad Aſcl. p. 101:
Quem Trismegibus audiens. Bün.

u) *proferri tus*] Scripſi ex Lipſ.
2. 3. Reimm. *proferri*, vbi edd. *offer-
ri*, ſcilicet *proferri tus* ad ſacrifici-
um Dei, ſiue ad offerendum. Conf.
Epit. c. 58: *hoc eſt ſacrificium verum-
quod proferretur. Bün.*

x) *Bene, bene ominare*] Rectius
omnino ita legunt Bonon. Pal. Lipſ.
1. comprobantibus in notis Thom.
Iſæo, Gall. Spark. Walchio. Heum.
Ita Adloc. ad Aſclep. apud Apule-
ium p. 101: *MELIUS OMINARE, O
Aſclepi. In editis ante Thomafium
et in Cell. Bene, bene, o mi nate,
Aſclepi. Sed contextus melius priori
lectioni reſpondet. Bün.*

y) *benediſtio. Et recte*] Rectiſſime
Eruman. Goth. Reimm. Subl. Roſt.
Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97.
Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn.
Faſit. Gryph. Tornæs. Betulcius,
Iſæus, Walch. Heumannus: *benedi-
ſtio: Et recte. In MSS. quinque
Sparkii: benediſtio: Et recte eſt.
Bon. benediſtio. RECTE FST;
quæ aliquanto rectior lectio tan-
dem in peiorem: benediſtio recte eſt,*

coaluit. Voculæ: ET RECTE,
ſunt Lactantii adprobantibus priora;
ita ſolet Lactantius more Ciceronis
aliorumque. Lact. 2. 12. 12. poſt ver-
ba Salluſtii: *corp. ſeruitio magis uti-
mur. recte, ſi ita vixiſſet etc. L. 5.
20. 4. poſt verba Ciceronis: Deus-
erit. recte hoc quidem. Epitom.
c. 68: Stoici aiunt, hominum cauſam
factum eſſe. ET RECTE. Ipſe
Cicero in Bruto c. 51: *Plato (in-
quit. Antimachus) mihi vnus inſtar
eſt omnium millium. ET RECTE.
L. 1. Tuſc. 8: Scis enim - in Græco la-
tine A. ET RECTE quidem. Ra-
rius pro RECTE ponitur: MERI-
TO, vt Lact. 7. 3. 14. Bün.**

z) *Verbo enim*] Scribo enim ex
ſeptem Angl. Goth. Lipſ. Reimm.
Sublac. Roſt. Ven. 1471-1515. Iunt.
Paris. Crat. Gymn. Faſit. Gryph.
Tornæs. Betul. Iſæo, Walch. Heu-
mann. vbi ex Bonon. Thom. Thyſ.
Gall. Spark. Cell. *Verbo ergo. Bün.*

a) *et humilitate*] Copula et a mo
præfixa ex Bon. Cauc. Iun. Reimm.
et omnibus ab 1465 - 1563. editis,
quam Thomas. et recentiores ne-
glexerunt. Bün.

gerens ^b, tumoris et arrogantiae crimen incurrat ^c, eoque facto,
 13 gratiam virtutis amittat. sed vt fit Deo carus, omnique macula
 careat, misericordiam Dei semper imploret, nihilque aliud pre-
 14 cetur, nisi peccatis suis veniam, licet nulla sint ^d. Si quid aliud
 desiderauerit; non est opus dicto ^e, scienti, quid velimus: si quid
 ei boni euenerit, gratias agat; si quid mali, satisfaciat, et illud ^f
 sibi ob peccata sua euenisse ^{g·b} fateatur: et nihilo minus etiam in
 malis gratias agat ⁱ, et in bonis satisfaciat ^k: vt idem fit semper et
 stabilis ^l, et immutabilis, et inconcusus ^m. nec tantum hoc in
 templo putet sibi esse faciendum, sed et domi, et in ipso etiam
 15 cubili suo. Secum denique habeat Deum semper in corde suo
 16 consecratum; quoniam ipse est Dei templum. Quod si Deo pa-
 tri ac domino hac adfinitate, hoc obsequio, hac deuotione fer-
 uierit; consummata et perfecta iustitia est, quam qui tenuerit,
 hic, vt ante testati sumus, Deo paruit, hic religioni, atque suo
 officio satisfecit.

L. COE-

b) integritatis - fiduciam - gerens] Ira 19. 8: *tamquam* fiducia integri-
 tatis - *rebellanti*. Mamertin. Ge-
 nethl. Maximinian. Hercul. c. 1:
Vnde - tantam fiduciam mei gere-
 rem. Bün.

c) crimen incurrat] Sic omnes, non
 praemisa praepositione. adnotaui ad
 L. 2. 7. 23. (m) p. 214: *aut crimen lo-*
quacitatis incurram. Bün.

d) licet nulla sint] Epit. 67: *etiam-*
si nullum sit peccatum, confiteri tamen
debemus Deo. Bün.

e) opus dicto] Rost. Ven. 1471. vtr.
 78: *opus Deo scienti*, praue. *dicto*, i. e.
 verbis, vt Ouid. L. 13. Metam. 120:

Denique quid verbis opus est,
spectemur agendo. Bün.

f) et illud] *puta malum*. Retulit il-
 lud ad posterius, siue ad propius. Mul-
 ta talia congesit Cort. ad Cic. L. VII.
 ep. 11. n. 5. et ad Sallust. Cat. 52. n. 2. In
 Bon. et Tax. et id sibi. Bün.

g) ob peccata sua euenisse] Sic MSS.
 Vulgo *uenisse*. Cell.

h) euenisse] Ita quoque Angl.
 Reimyn. et omnes ab 1465 - 1563 editi,
 tum 1820, Cell. Walch. Heum. vbi non

indicata auctoritate Thom. Thyf.
 Gall. Spark. *uenisse*. paullo ante *eue-*
nerit. Aliis *venire* pro *euenire* poni,
 dixi ad L. 4. 16. 9. (p) et ad L. 5. 12. 7. Bün.

i) etiam in malis gratias agat] Bon.
etiam in malis suis gratias. Ven. 1471.
in aliis, praue. *in malis*. i. e. in aduer-
 sis, in calamitatibus. L. 2. L. 11: *Num-*
quam Dei meminerunt, nisi dum in
malis sunt, vbi plura adnotaui not. (n)
 p. 163. Huc pertinet Epit. c. 67: *gratias*
agere etiam in malis. Cypr. de Lapsis
 in princ. *Quamuis agere gratias nostra*
vox nec in persecutione cesauerit. conf.
 Laet. 5. 22. 13. Bün.

k) satisfaciat] Saep̄ hac voce in sen-
 su eccl. vititur L. 4. 17. 17. L. 5. 13. 6. L. 6.
 24. 1. Epit. c. 54. 3. explicat Rechenb.
 Hierolex. p. 1484. sq. et auctores ibi
 citati. Bün.

l) idem sit semper et stabilis] Plane vt
 Apul. Adloc. ad Asclep. p. 95: *Deus-*
-stabilis fuit semperque est. Restituo
 hanc vocem libro de Ira D. c. 17. 14:
quia ille (Deus) stabilis est. Bün.

m) stabilis - et inconcusus] Sic iunxit
 de Ira 2. 3: *inconcusus stabilis at e*. Bün.

a) Bene

L. COELII LACTANTII FIRMIANI
DIVINARVM INSTITVTIONVM

LIBER VII.
DE VITA BEATA.

I.

Bene habet: iacta sunt fundamenta^a, vt ait eximius orator^b. Verum nos non fundamenta solum iecimus, quæ firma et idonea essent operi perferendo^c; sed magnis robustisque molibus ædificium totum pæne vsque ad summa^d perduximus. Restat id quod est multo facilius, vel tegere, vel ornare; sine quo tamen priora opera et inutilia sunt, et ingrata. Nam quid prodest, aut falsis religionibus liberari, aut intelligere veram? quid aut vanitatem falsæ sapientiæ peruidere, aut, quæ sit vera, cognoscere? quid, inquam, prodest cælestem illam iustitiam defendere? quid cum magnis difficultatibus cultum Dei tenere, quæ est sum-

a) Bene habet: iacta sunt fundamenta] Lipsf. 2. 3. Reimm. Bene hætenus. Ven. 1493. 97. Bene habeas. Camerarius ad Ciceronem h. l. subaudit: Bene habet se res. Recte quidem; sic enim Saluianus L. 3. Gub. D. ineunte: Bene se res habet: iacta sunt fundamenta operis pia motione cæpti, et diuini officii amore suscepti. At Cicero et alii veteres voces: se res, non addunt. Seneca Herc. Fur. III. 1035: BENE HABET: pudendi regis excisa est domus. Oedip. V. 998: BENE HABET: peractum est. Conf. Barth. ad Statii T. 3. p. 1479. et 1480. Idem vindicat et illustrat Torrenjens ad Valer. Max. L. 5. c. 10. n. 2. p. 517. Augustinus T. 1. Lib. 3. contra Academ. c. 5. n. 12: Bene habet, inquam. Lactantium aperte imitatus est Cæl. Sec. Curio Scholæ s. de Perf. Grammat. Libro Tertio ineunte p. 169: Bene

habet - iacta sunt fundamenta. Verum nos non tantum fundamenta iecimus, qua firma et idonea essent operi perferendo: sed ad tertiam vsque contignationem egregia ac robusta materia opus eueximus. RESTAT, - culmen - imponere, sine quibus priora inutilia et ingrata essent. Bün.

b) vt ait eximius orator] Cicero pro Murena cap. 6. extr. Cell.

c) perferendo] Emman. Sublac. Ven. 1471. et Rost. perficiendo. Prius, quod habent MSS. Ven. vtraque 1478. et plurimæ edd. aptius. Bün.

d) ad summa] Lipsf. tert. Rost. Ven. 1471 - 1515. Crat. Gymn. ad summam. Goth. Lipsf. 2. Reimm. Fasit. Gryph. et seqq. editi melius: ad summa. Ita Columella L. 4. 4. 2: in summum perducere; vt Paris. ad summum perducere. Rost. ad summam produximus. Bün.

e) qua est summa virtus] Pronomen Hhh 2

summa virtus; nisi eam *f* diuinum præmium beatitudinis
 4 perpetuæ subsequatur? de qua *g* nobis est in hoc libro disse-
 rendum, ne priora omnia irrita et infructuosa videantur; si
 hoc, cuius causa illa suscepta sunt, incertum *b* relinquamus:
 ne quis forte arbitretur tantos labores incasum suscipi, dum
 eorum cælesti mercede diffidit *i*, quam Deus statuit ei, qui
 hæc sua terra bona præ *k* sola nudaque *m* virtute con-
 5 temserit. Satis et huic parti faciamus tum testimoniis diui-
 narum litterarum, tum etiam probabilibus argumentis, ut æque
 cla-

men qua retulit ad virtus, ubi alias
 dixisset quod, sc. cultum Dei tenere.
 Similia obseruauit ad L. 2. 13. 1. L. 4.
 c. 16. 11. Bün.

f) nisi eam] Ita edo ex Bon. Tax.
 Lips. 2. 3. Reimm. eam, sc. virtutem.
 L. 6. 3. 5. Rost. Ven. 1471. vtraque
 78. nisi cum. Paris. nisi tum. Ven.
 1493. 97. et recentiores: nisi eum,
 sc. culturam. Obserues Lactantium mi-
 ro artificio sectione hac tertia in-
 scriptiones septem librorum diuin.
 Instit. completi. Bün.

g) de qua] Goth. Emman. de quo
 sc. præmio. Bün.

b) incertum relinquamus] Bon.
 Tax. Lips. 1. 3. Reimm. Torn. 1587-
 1613. Walch. sine præpositione: incertum
 relinquamus, quod placet Krebsio
 de Stilo Lact. p. 27. et Heumanno,
 et est Ciceroni propius. Plurima-
 rum editionum: in incertum relin-
 quamus, videbatur defendi posse ex
 multis edd. Sallust. Catil. c. 41. pr.
 diu in incertum habuere; at Cortius p.
 252. in incerto restituit. Nihilominus
 Tacitus German. extr. quod ego ut
 incombustum in medium relinquam,
 quod Gellius ex Q. Claudii Annali-
 bus in Noct. Att. L. 17. c. 2. defendit:
 Nos, inquit, in medium relin-
 quemus vulgus in medio dicit; ubi
 conf. Gronouium p. 751. (18) iterum-
 que Cortium ad Sall. Catil. c. 19. fin.
 p. 126. Bün.

i) mercede diffidit] Heumannus
 mercedi. At libri omnes mercede.
 vide not. ad Libr. de Mort. Persec.
 c. 45. 5. paucitate diffisi. Bün.

k) præ sola nudaque virtute] Lips.
 1. præ: alii pro sola. Cell.

l) præ virtute contemserit] Editi
 ante Cellarium cum Goth. Lips. 2.
 3. pro. At Bon. Tax. Lips. 1. et
 Reimm. præ. recte. In comparandæ
 sensu, qui hic obtinet, Ciceronis, Te-
 rentii, et optimorum quorumque
 est: contemnere præ aliquo. Ouid. XI.
 Metam. 155: Ausus Apollineos præ
 se contemnere cantus. Augustino
 vero sollempne est contemnere pro. de
 Ciui. D. L. 5. c. 18: pro - cælesti - pa-
 tria - sæculi - blandimenta contemnere -
 pro immortalis patria legibus - bona
 terrena contemnunt - cruciatus non
 sunt pro fide - contemnendi. Epist. 5.
 ad Marcellinum: ne contemnas æter-
 na pro temporalibus, quum potius
 temporalia pro æternis contemnen-
 da sint. In Lact. Opif. c. 1. 9: res-
 prosperas pro tua virtute contemnas,
 significat secundum tuam virtutem.
 Bün.

m) sola nudaque] hanc vocum
 coniunctionem illustraui ad L. 1. L.
 4. (1) p. 3. Nudus sæpe pro solus ponit-
 tur. vid. Heinf. et Drakenb. ad Sil.
 Ital. 1. 219. p. 21. Bün.

n) vs

clarum sit ^{n. o} et futura presentibus, et diuina terrenis, et perpetua breuibus esse anteponenda, quoniam temporalia sunt premia vitiorum, sempiterna virtutum. Exponam igitur rationem mundi, vt facile possit intelligi, et quando ^{p. q} et quare sit effectus a Deo, quod Plato, qui de mundi fabricatione disseruit, nec scire poterat ^r, nec explicare; quippe qui caeleste mysterium, quod non nisi prophetis ac Deo docente discitur, ignorabat, ideoque in perpetuum dixit esse fabricatum. quod longe secus est, quoniam quidquid est solido ac graui corpore, vt initium cepit aliquando, ita finem capiat ^s necesse est. Nam Aristoteles quum non videret, quemadmodum posset ^t tanta rerum magnitudo interire, et hanc praescriptionem ^t vellet effugere ^u, semper ait ^v fuisse mundum, ac semper futurum.

n) vt aequae clarum sit] Goth. Angl. MSS. et ed. Rom. Parrh. Ald. vt: Lipf. et: vulgati neutrum habent. Cell.

o) vt aequae clarum sit] Bonon. tum etiam probabimus argumentis vatum cum clarum sit. Quae placent Thomasio, sed pro probabimus retinet] probabilibus, vt est in impressis et aliis MSS. codd. et vates intelligit Sibyllas et Poetas, ex quibus multa citat in hoc libro. Heumanus diu multumque considerato hoc loco pro: vt aequae clarum sit, referribendum ducit: declaraturi. Iunij MS. pro clarum sit legit: clare patebit. Angl. Goth. Reimm. Subl. Rost. Rom. Ven. 1471 - 1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. reliqui: vt aequae clarum sit. Quae formula nostro sollemnus. L. 1. 17. 5: clarum est igitur. L. 4. 10. 4: quid obstabit, quo minus clarum sit. Ira 13. 8: vt clarum sit. Ego legerem: tum etiam probabilibus argumentis vatum, vt aequae (tam ex diuinis litteris, quam vaticibus) clarum sit. Solet enim noster prophetae vates gentilium opponere.

e. g. hoc Libro c. 18. 1: Hec - quum prophetae omnes ex Dei spiritu, tum etiam vates ex instinctu demonum cecinerunt. L. 5. 18. 3: Si superest homini vita melior et longior, quod et philosophorum - argumentis, et vatum responsis, et prophetarum diuinis vaticibus discimus. Bün.

p) et quando] MSS. Lipf. Goth. et praepositum ferunt. Cell.

q) et quando et] Ita etiam Reimm. editi vero ante Cellarium et illud prius non habent. Bün.

r) nec scire poterat] Ita pro editorum potuit edo ex Bon. Pen. Goth. Lipf. 2. et Reimm. Bün.

s) initium cepit - finem capiat] Emm. initium habuit - finem habeat. Puto haec glosam sapere. Bün.

t) praescriptionem] Id est, auctore Heumanno, praesuppositum, quod mundus originem habeat, et aliquando non fuerit. Bün.

u) praescriptionem vellet effugere] vt Cic. 1. N. D. c. 25: quum effugere reprehensionem velitis - inuenit, quomodo necessitatem effugeret. Bün.

x) semper ait] sic Reimm. et reliqui

- 8 rum. Prorsus nihil vidit, quia quidquid est ¹, necesse est aliquando habuerit principium; nec omnino quidquam potest esse, nisi cœperit. nam quum terram, et aquam, et ignem disperire, consumi, extinguique videamus, quæ sunt utique mundi partes, intelligitur, id totum esse mortale, cuius mem-
 9 bra sunt mortalia. Ita fit, ut natum sit, quidquid potest interire. Sed et omne, quod sub visum oculorum venit ², et corporale, ut ait Plato, et solubile ^a sit necesse est.
 10 Vnus ^b igitur Epicurus, auctore Democrito, veridicus in hac re fuit, qui ait, et ortum aliquando fuisse, et aliquando ^c ^d esse periturum. nec tamen rationem vllam reddere potuit; scilicet aut quibus de causis tantum hoc opus, aut quo tempore
 11 soluatur ^e ^f. Quod quoniam nobis Deus reuelauit, nec coniecturis id adsequimur, sed traditione cœlesti; docebimus sedulo; ut tandem studiosis veritatis ^g adpareat, non vidisse, neque comprehendisse philosophos veritatem; sed ita leuiter odoratos, ut tamen, vnde eos odor ille sapientiæ tam suavis, tam

liqui; Heum. *semper rarus* mutat. Bün.

y) *quia quidquid est etc.*] L. i. 7. 13. not. Bün.

z) *quod sub visum oculorum venit*] Lipf. 2. *quod visu oculorum venier.* Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Paris. *quod sub visu oculorum venit.* At Goth. Reimm. Parrh. Ald. reliqui *sub visum*, rectius. vid. L. 7. 12. 3. not. Bün.

a) *solubile*] conf. not. L. 4. 8. 10. Arnob. i. p. 16. *dei labiles solubilesque natura.* Bün.

b) *Vnus*] i. c. solus. Bün.

c) *et ortum aliquando fuisse, et aliquando*] Refero ex cod. Lipf. i. Reliqui et Goth. etiam *aliquando* repetunt, substantiuum autem verbum semel habent. Cell.

d) *et ortum aliquando fuisse, et aliquando*] Reimm. et *ortum aliquando*

esse periturum. Editi ab 1465-1563. Ifæus: *et ortum aliquando et aliquando esse periturum.* Thomaf. et seqq. *et ortum et aliquando esse periturum.* Bün.

e) *soluatur*] ex eodem i Lipf. *Ceteri resoluatur.* sed *re* ex tempore videtur repetitum. Cell.

f) *tempore soluatur*] Ita quoque Bon. Pal. vbi Pen. *resoluetur.* Goth. Reimm. et editi omnes, etiam Rost. (secus ac Heum. vult) *resoluatur.* quod compositum Heumannus defendit ex c. 3. 22-23. seruauit simplex, ne syllaba *re* bis immediate sequeretur. Bün.

g) *studiosis veritatis*] Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Ald. Crat. Gymn. Torn. Ifæus, Walch. *studiosis veritas.* At rectius Goth. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Thomas. Cell. Gall. Spark. *studiosis veritatis.* Bün.

b) ad.

tam iucundus adflarit ^b, nullo modo senserint. Interim ¹² necessarium puto, admonere lecturos ^h, quod hæc nostra, quæ tradimus, prauæ vitiosæque mentes aut omnino non intelligent, (hebetatur enim acies eorum ^l terrenis cupiditatibus ^m; quæ sensus omnes grauant, imbecillosque ⁿ reddunt,) aut etiam si intelligent; dissimulabunt tamen, et hæc vera esse nolent, quia trahuntur, a vitiis, et scientes malis suis fauent, quorum suauitate capiuntur, et virtutis viam deserunt, cuius acerbitate offenduntur. Nam qui auaritia et opum inex- ¹³ plebili quadam siti ^o flagrant; quia non possunt venditis, aut dilargitis ^p, quæ amant, tenui cultu vitam degere; sine dubio mahunt id esse fictum, quo desideriiis suis renuntiare coguntur. Item qui libidinum stimulis incitati (vt ait poëta ^q) ¹⁴ in

b) adflarit] Cauc. Rost. Ven. 1471-1510. Paris. Cell. *adflaret*. Lipsf. 2. Reimm. *afflauerit*. Ald. Crat. Gymn. Fasf. Gryph. Betul. Torn. Thomas. et seqq. *adflarit*, grata antiquis et nostro contractione, quam recepi. Bün.

i) admonere lecturos] Sic MSS. Angl. Goth. Lipsf. 1. ed. Rom. Vulgo *lectores*. Cell.

k) lecturos] Sic Bon. Tax. Pen. Pal. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471-72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. et Ald. vbi Iun. Reimm. Fasit. Gryph. et recentiores: *lectores*. Bün.

l) acies eorum] Goth. *eorum* sc. *mentium*. At *eorum* in Lipsf. Reimm. Angl. et editis omnibus, quæ est constructio ad sensum: *eorum*, *quibus prauæ sunt mentes*. Bün.

m) terrenis cupiditatibus] Lipsf. tert. *a terrenis cupiditatibus*. Non solent veteres præpositionem addere. Seneca Thyest. 920. *Pectora longis hebetata malis* Valer. Max. L. 3. 8. ext. 6: *torpore hebetatis artibus*. Bün.

n) imbecillos] Sic MSS. et Rost. vbi Ven. vtraque 1478-1515. et plu-

res alix notius *imbecilles* habent. Bün.

o) inexplibili quadam siti flagrant] Bon. *inexplibili quadam cupiditate flagrant*. Iun. *inexplibili cupiditate flagrant*. Recepta, quæ est plurimorum MSS. et editorum omnium elegantior. Bün.

p) dilargitis] Pal. Lipsf. 1. *largitis*. Iun. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *elargitis*. Goth. Lipsf. 2. 3. Reimm. Fasf. Gryph. Torn. Betul. Thomas. sqq. *dilargitis*. Recte. Ita Sall. Hist. fragm. L. 1. ed. Cort. p. 935: *venditis proscriptorum bonis* aut *dilargitis*, quem expressit, conf. Gell. Noët. Att. L. 15. c. 13. p. 683. Vosf. Analog. L. 3. c. 6. El. Maior. de Varianda oratione p. 459. Brouckhus. ad Tibull. p. 369. Falster. Suppl. L. L. p. 97. In Fabri Thesauro ed. 1710. et nonnullis aliis, vt passuum, citatur ex Plinii L. 17. c. 11: *si conditio largita non sit*. Perperam: significat *largita non sit*, non concesserit, hinc Harduinus plenius: *si id conditio largita non sit*. Bün.

q) vt ait poëta] sc. Virg. L. 3. Georg. 244. Bün.

Hhh 4

r) di-

in furias, ignemque ruunt; vtrique incredibilia nos adferre dicunt ^r; quia vulnerant aures ^s eorum præcepta continentia; quæ illos voluptatibus suis prohibent ^t; quibus animam suam cum corpore adiudicauerunt. Qui vero ambitione inflati, aut amore potentia inflammati, omne studium suum ad honores adquirendos contulerunt; ne ^u si solem quidem ipsum gestemus in manibus, fidem commodabunt ei doctrinae, quæ illos iuber, omni potentia et honore contempto, humiles viuere, atque ita humiles, vt et accipere iniuriam possint et referre nolint, si acceperint. ^v Si sunt homines, qui contra veritatem clausis oculis ^x quoquo modo latrant ^y. Qui autem sani erunt ^z, id est, non ita vitiiis immerfi, vt insanabiles sint ^a; et credent his; et libenter acc-

v) dicunt] Heum. dicent, et antea n. 13. malens legit, quia præcesit *inzeligens, nolens*, et sequitur *commodabunt*. At libri constanter: *malens, dicunt*, neque scriptores adeo semper religiosi sunt in ponendis iis temporibus. Bün.

s) vulnerant aures] Virg. 8. Aen. 583: *gravior ne nuntius aures vulneret*. Cicero de Harusp. Responsis c. 1: *Haud potest grauioribus a me verbis vulnerari*. Arnob. 1. p. 20: *vulneratis accipiunt auribus*. Ita Seneca L. 3. Ira c. 24: *aures ledunt*. Bün.

t) illos voluptatibus - prohibent] Sine præpositione a Bonon. Pen. Vltr. Goth. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Isæus, Heum. quos sequor. Iterum sine præpositione c. 9. 16. *prohibet iis bonis hominem*; Cauc. Pal. Iun. Lips. Reimm. Veneta vtraque 1478. Fasit. Gryph. et recentiores *illos a voluptatibus*: quod et ipsum rectum. Mort. Perf. 11. 3. Præterea Pen. Cauc. Vltr. Goth. *prohibet* in singulari: scil. *continentia*. Bün.

u) ne si solem quidem] Pro aliorum nec recepi ne ex, Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Isæo. Sæpè *nec quidem pro ne quidem* subornatur. conf. not. 2. 5. 27. Bün.

x) clausis oculis] L. 5. L. 4: *oculos opprimunt*. Tertull. Apol. c. 3. pr. *Quid? quod ita plerique clausis oculis in odium eius (Christiani nominis) impingunt etc.* Bün.

y) quoquo modo latrant] Lego, inquit Thomas. *canino modo* ex antiquis codicibus, quod multo aptius est. At Isæus memorat solum Bononiensem. Lact. 6. 18. 26: *quia caninam facundiam - exercuit, voluit quoque hominem canino modo viuere, vt remordeat lacesfitus*. Reliqui libri omnes *quoquo modo*. Bün.

z) sani erunt] Pal. Lips. 1. Iun. Subl. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Crat. *sani sunt*. vel *erunt*. Cauc. et Torn. 1587-1613. *sanati erunt*. Bün.

a) vt insanabiles sint] Pen. Cauc. Iun.

cedent; et quæcumque dicimus, aperta, plana et simplicia ^b, et quod maxime opus est, vera, et inexpugnabilia illis videbuntur. Nemo virtuti fauet, nisi qui sequi potest; sequi autem, non facile est omnibus. ⁱⁱ possunt ^c, quos paupertas, et rerum indigentia exercuit, et capaces virtutis effecit. Nam si virtus est tolerantia malorum; non capiunt ergo ¹⁸ virtutem, qui semper in bonis fuerunt ^d, quia mala neque experti sunt, neque ferre possunt, aduetudine ac desiderio bonorum, quæ sola nouerunt. Eo fit, vt pauperes, et humiles ^e Deo credant facilius, qui sunt expediti; quam diuites, qui sunt impedimentis pluribus ^{f. & implicati} ^b, immo vero ⁱ

ca-

Iun. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Crat. Gymn. Tornæs. Ifæus: *vt sanabiles non sint.* Vltr. *vt sanabiles sint.* Goth. Ald. Fasit. Gryph. Betul. *vt insanabiles non sint.* Bonon. Tax. Lipf. Reimm. Thomas. Gall. Spark. Cell. *vt insanabiles sint.* Bün.

^b) *aperta, et plana et simplicia*] Bonon. Lipf. 1. Thomas. Thyf. Gall. Sparck. *aperta, plana, simplicia, sine copulis;* Lipf. 2. 3. Reimm. *aperta et simplicia;* omisiss *et plana.* Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Aid. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Ifæus, Walch. Heum. *aperta et plana et simplicia.* Bün.

^c) *ii possunt*] Bon. plene: *Sequi autem possunt, quos.* Bün.

^d) *in bonis fuerunt*] Cic. L. 1. Inuent. c. 55: *quibus in bonis fuerint, et nunc quibus in malis sint.* Bün.

^e) *pauperes, et humiles*] L. 6. 4. II. *pauper, humilis, ignobilis.* Bün.

^f) *impedimentis pluribus implicati*] Emman. Goth. Lipf. *pluribus:* Cant. et Rom. *impedimentis suis: vulgati plurimis.* Mox Goth. *immo vere catenati:* Lipf. *autem vero.* Rom. et Parrh. *simpliciter immo catenati.* Cell.

^g) *impedimentis pluribus*] Subl. Rom. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. *impedimentis suis.* Ven. 1472. vtraque 78. Parrh. Iunt. Ald. Fas. Gryph. Betul. Torn. Thomas. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. Heum. *impedimentis plurimis.* Cum Emman. Goth. Lipf. *etiam Reimm. Crat. Gymn. pluribus.* Bün.

^h) *implicati*] Sic L. 6. 4. 20. *dixit opibus suis tamquam compedibus illigatos.* conf. L. 6. 12. 36. Cyprianus epist: *ad Donatum: nec intelligit, auro se alligatum teneri, et possideri magis, quam possidere diuitias.* Minuc. Fel. c. 17. *diuites facultatibus suis illigatos, magis aurum suspicere consuesse, quam calum.* verba *implicare, illigare, moneite Gronouio ad Minuc. p. 145. multis exemplis illustrauit Pricæus ad 2 Tim. II. 4. ἐμπλέκεσθαι.* Ita epist. 1. ad Marcellam in Paulini Nolani Append. p. 7: *dum Christum conaris imitari, et vestigio eius adfigeris, depositis oneribus, et impedimentis atque compedibus, quibus saculi huius diuites continentur - tu - expedita comitetur dominum.* Bün.

ⁱ) *immo vero*] Ita Bon. Tax. Goth. Lipf. Reimm. Thomas. Ifæus. Cell. Hhh 5 Ilud

catenati et compediti seruiunt ad nutum dominæ cupiditatis ^k, quæ illos inextricabilibus vinculis irretiuit; nec possunt in cælum adspicere, quoniam mens eorum in terram prona, ²⁰ humique defixa est. Virtutis autem via non capit magna onera gestantes ^{l. m.} angustus admodum trames ⁿ est, per quem iustitia hominem deducit in cælum. hunc tenere non ²¹ potest, nisi qui fuerit expeditus, et nudus ^o. Nam isti locupletes, multis et ingentibus sarcinis onerati, per viam mortis incedunt, quæ latissima est; quoniam late perditio do- ²² minatur. His acerba sunt, his venena ^p, quæ Deus ad iustitiam præcipit ^q; quæque nos Dei magisterio de virtute ac veritate disserimus. quibus si repugnare audebunt, hostes se ²³ necesse est virtutis iustitiæque, fateantur ^r. Adgrediar nunc, quod superest, vt finis operi possit imponi. Id autem superest, vt de iudicio Dei disseramus; quod tum constituetur, quum dominus noster redierit in terram, vt vniciuique pro ²⁴ merito aut præmium persoluat, aut pœnam. Itaque vt in quarto libro de primo aduentu eius diximus; sic in hoc se-
cun-

Illud vero Cauc. Iun. Rost. Ven. 1471-1515. et reliquæ edd. non habent. Torn. MS. *uno voto catenasi*. Bün.

k) *domina cupiditatis*] Gignendi casu Pal. Cauc. Iun. Lips. Goth. Reimm. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Betul. Thomas. et seqq. At dandi casu *cupiditati* Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Torn. 1587-1613. res eodem redit. Ita Ciceroni L. 2. Off. c. 10. dicuntur *voluptates blandissima domina*. De adiectiuo *dominus a, um*, vide Heinsum ad Ouid. 3. Heroid. 100. Bün.

l) *onera gestantes*] Tres Lips. et Goth. *gestantes*: alii *portantes*. Cell.

m) *onera gestantes*] Ita Bon. Tax. Pen. Reimm. vbi editi ante Cellarium *portantes*. Bün.

n) *angustus - trames*] not. L. 5. 18. 11. Bün.

o) *expeditus et nudus*] L. 1. 1. 4. Bün.
p) *his venena*] Bon. *venenata*, adiect. vt *acerba* conf. 5. 16. 13. L. 3. 14. 12. Ira. 13. 18. Reliqui scripti, editi *venena*. ad rem L. 1. 4. 7. Bün.

q) *ad iustitiam præcipit*] Editi ante Cellarium *præcepit*. At Bon. Goth. Lips. Reimm. Emman. *præcipit. præcipere ad aliquid illustrati* ad L. 6. 10. 10. Bün.

r) *hostes se necesse est virtutis iustitiæque, fateantur*] Ordinem hunc elegantiore adoptaui ex Goth. Reimm. Rost. Ven. vtraque 1478. Torn. 1587-1613. quibus proxime Lips. 2: *hostes necesse est virtutis iustitiæque, fateantur. excidit se*. Editi plurimi: *necesse est hostes se esse virtutis, fateantur*. Ven. 1493. 97. Paris. Walch. *hostes se esse necesse est virtutis*. Bün.

s) re-

cundum referemus ^s aduentum, quem Iudæi quoque et confitentur et sperant, sed frustra; quoniam necesse est, ad eos consolandos reuertatur, ad quos conuocandos prius venerat. nam qui violauerunt impie humilem, sentient in potestate ²⁵ victorem; eaque omnia, quæ legunt, et non intelligunt, Deo repensante ² ^{*}, patientur, quippe qui peccatis omnibus inquinati, et insuper sancto cruore ^{*} perfusi, ab illo ipso, cui nefandas manus intulerunt, sint ad æterna supplicia destinati. Sed erit nobis contra Iudæos ⁷ separata materia, in qua illos ²⁶ erroris et sceleris reuincemus ² ^{*}.

II. Nunc ignaros veritatis instruamus. Dispositione ¹ summi Dei sic ordinatum, vt iniustum hoc sæculum, decurso temporum spatio, terminum sumat, extinctaque protinus omni malitia, et piorum animis ^a ad beatam vitam reuocatis, qui-

^s) *referemus*] Plurimi *referamus*: Solæ Tornæsiæ 1587 - 1613. Gen. 1630. Walch. *referimus*. Scribo in futuro ex Lipf. *z*. et Reimm. *referemus*. Büñ.

¹) *Deo repensante*] Sic. Lipf. At MS. Cant. et ed. Rom. ac Parrh. *compensante*. Cell.

^u) *repensante*] Pen. Cauc. Subl. Rost. Ven. 1471 - 1510. Paris. Iunt. Torn. Walch. *compensante*. Bon. *repensante*. conf. not. Op. 3. 5. Vltr. Iun. Emman. Goth. Lipf. Reimm. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Betul. Thomas. etc. *repensante*. Verbo hoc, cuius adhuc in Lexicis vix duo aut tria exempla, vsus quoque Minuc. Felix cap. vlt. *Nec tamen possum meritum eius verborum laudibus repensare*, et Apuleius in Apol. p. 316: *nisi ipsa mulier tot incommoda virtutibus suis repensaret*. Hieron. ep. ad Paulam: *iniquum patris delicta in innocentem infantiam repensare*. Büñ.

^x) *sancto cruore*] *Christi sanguine*.

ita Cyprianus de Eleemos, ed. Gryph. p. 326: *vitam æternam Christi cruore pretiosam, expiandum - sacro cruore Christi*. Idem contra Demetrianum in fine: *ipsius cruore reparati*. Phrasis occurrit L. 6. 20. 26: *ne conscientiam perfundat ullus cruor*. et Epit. c. 63. Minuc. Felix c. 21. *Latiaris cruore perfunditur*. Silius L. 1. 517: *perfunditur arma cruore*. Büñ.

^y) *contra Iudæos*] Hoc opus intercidit. Büñ.

^z) *reuincemus*] Et hoc cum Lipf. MSS. tuemur: alii *conuincemus*. Cell.

^{*}) *reuincemus*] Ante Cellarium omnes, et post eum Walchius: *conuincemus*. At Bon. Pal. Emm. Goth. Lipf. Reimm. Cell. et Heum. *reuincemus*, verbo Ciceronis singulari, at nostro frequenti. vid. L. 1. 6. 17. L. 4. 15. 26. L. 5. 1. 3. Epit. c. 66. Büñ.

^a) *piorum animis ad beatam vitam reuocatis*] i. e. piis ad beatam vitam reuocatis, vt obseruo ad L. 7. 22. 8. ani-

quietum, tranquillum, pacificum, aureum denique (vt poëtae
 2 vocant) sæculum, Deo ipso regnante, florescat. In primis,
 causa errorum omnium philosophis hæc fuit, quod rationem
 mundi, quæ totam sapientiam continet, non comprehenderunt.
 3 Ea vero sensu proprio et interna ^b intelligentia non potest
 comprehendi. quod illi sine doctore per seipsos facere vo-
 luerunt, itaque in varias, sibi que sæpe contrarias sententias in-
 ciderunt, ex quibus exitum non haberent; et in eodem luto,
 (sicut comicus ait ^c) hæsitauerunt; scilicet adsumtionibus ^d
 eorum non respondente ratione, quum adsumsissent quidem
 vera, sed quæ adfirmari, probarique non possent sine scientia
 veritatis, rerumque cælestium; quæ, vt sæpe iam dixi, non pot-
 4 est esse in homine, nisi, Deo docente, percepta. Nam si
 potest homo intelligere diuina, poterit et facere ^e. nam in-
 telligere, est quasi e vestigio subsequi ^f. Non potest autem
 facere, quæ Deus, quia mortali corpore indutus est: ergo ne
 in-

animis pro animabus. not. ad L. 6.
 20. 19: simplicibus animis. Arnobio
 hæc forma frequentissima, e.g. L. 2.
 p. 87: nisi - datum fuerit animis -
 quid sis cum eis animis actum. p. 89:
 dare - animis salutem. Bün.

b) interna intelligentia] interna
 dicitur, quam homo in se et a se ha-
 beat, sine doctore. L. 3. 3. 1: in se ipso
 habere propriam scientiam non homi-
 nis, sed Dei est. Mortalis natura
 non capit scientiam, nisi que veniat
 extrinsecus. L. 4. 24. 3: In homine
 interna et propria doctrina esse nullo
 pacto potest. Bün.

c) sicut comicus ait] vid. not. ad
 L. 2. 8. 24. Bün.

d) adsumtionibus] Heumannus in-
 terpretatur præsuppositionibus. Cice-
 roni et Quintiliano adsumtionem
 esse, quæ græcis λήμματα, scholasti-
 cis minor est, dixi ad Lact. 2. 5. 31.
 (2) p. 200. Legendus omnino Quin-

til. L. 5. Instit. c. 14. et ibidem Tur-
 nebus ed. Burm. p. 479. Bün.

e) poterit et facere] Editi: potest
 et facere. Scripti poterit et facere ex
 Bon. Tax. Pal. Lips. 1. 2. Reimm.
 et Torn. 1587 - 613. et Walchio.
 Bün.

f) nam intelligere, est quasi e ve-
 stigio [subsequi] Puro, inquit Heu-
 mannus, hoc esse glossemia. Habent
 hæc libri omnes, et videntur glosa-
 toris captum excedere. Ita noster
 L. 6. 5. 11: nihil prodest cognitio, nisi
 et actio subsequatur, et L. 2. 8. 68:
 intelligentia subsequi. Quintil. L. 12.
 Inst. 1: virtutes alicuius non amula-
 tione - sed intellectu sequi. Græcis
 παρακολουθεῖν est intelligentia ad-
 sequi, consequi, de quo plura Budæus
 in Comment. Ling. Gr. f. m.
 930. hinc sæpe Latini adsequi pro
 intelligere ponunt. Plinii L. 6. ep. 4.
 dixit profectam e vestigio subsequi.
 Bün.

g) ne

intelligere quidem & potest, quæ fecit Deus. quod an fieri possit ^{b. i.}, ex immensitate rerum atque operum diuinorum facile est vniciuque metiri. Nam si mundum cum omnibus, quæ sunt in eo, contemplari velis; intelliges ^k profecto, quantum Dei opus humanis operibus antister ^{l.} Ita quantum inter opera diuina et humana interest; tantum distare inter Dei, hominisque sapientiam necesse est. Nam quia Deus incorruptus, atque immortalis est, et ideo perfectus, quia sempiternus est; sapientia quoque eius perinde, vt ipse ^{m.}, perfecta est. nec ob stare illi quidquam potest; quia nulli rei Deus ipse subiectus est. Homo autem quia subiectus est passioni; subiecta est et sapientia eius errori. et sicut hominis vitam multæ res impediunt, quo minus possit esse perpetua; ita sapientiam quoque eius multis rebus impediri necesse est, quo minus, in perspicienda penitus veritate, perfecta sit. Ergo nulla est humana sapientia, si per se ad notionem veri, scientiamque nitatur; quoniam mens hominis cum fragili corpore illigata ^{n.}, et in tenebroso domicilio inclusa, neque liberius

eua-

g) *ne intelligere quidem*] Editi nec. scribo *ne - quidem* ex Reimm. Bün.

h) *quod an fieri [possit]*] Sic Emman. et Lipf. 1. Etiam Goth. *an*, sed non interferit ita: *quod an fieri non possit*; quod male cum sequentibus hæret. Vulgati *quod autem fieri*. Cell.

i) *Quod an fieri possit - metiri*] Sic Bon. Tax. Goth. Lipf. 1. Emman. et sic in Reimm. correctum, ita quoque Torn. 1587 - 1613. Walch. vbi eodem sensu editi ab 1465 - 1563: *Quod autem fieri non possit*. Lipf. 2. *quod an fieri potest*, corruptus Pen. Cauc. *Quod an fieri non possit*. Heumannus totum hunc locum: *Quod an fieri possit - metiri* eicit, et inter glossemata refert. Bün.

k) *intelliges*] Lipf. 2. Reimm. *intelligas*. vtrumque rectum, vt adnotauit ad L. 6. 2. 3. Bün.

l) *antister*] Licet Reimm, et omnes editi ante Cell. *anse stes*, secunda vocali; tertia tamen præferenda, vt ad L. 7. 15. 13. dicitur. Bün.

m) *perinde, vt ipse*] sc. Deus. in Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Ald. Crat. Gymn. *ipsa*, præue. Bün.

n) *cum fragili corpore illigata*] Sic omnes scripti editique, vt *cum* sit præpositio; Walchius: *quum fragili corpore illigata*, (DA) subintell. est. Talis est constructio in Augustino de Opere Monach. T. 6. Oper. ed. Ven. 1731. f. 489. c. 16. n. 19: *amore priuata rei non ILLIGATI*. immo in æquali Lactantio Iul. Capitolin. Clod. Albino. c. 5: *purpurea matris illigatus est fascia*, Mallet, quod etiam Heumannus visum video: *mens hominis fragili corpori illigata*. quia dixit c. 5. 9: *animas fragilibus et imbecillis corporibus illigatas*, et Opif.

euagari, neque clarius perspicere veritatem potest, cuius notio ° diuinæ conditionis est. Deo enim soli opera sua nota sunt.

Homo autem non cogitando, aut disputando adsequi eam potest; sed discendo, et audiendo ab eo, qui scire solus potest et docere.

Ideo M. Tullius, sententiam Socratis de Platone transferens dicentis, venisse tempus, ut ipse migraret e vita; illos autem, apud quos causam suam perorabat, agere vitam: *Vtrum melius sit, inquit, dii immortales sciunt: hominem arbitror scire neminem.*

Quare necesse est, omnes philosophiæ sectas alienas esse a veritate, quia homines erant, qui eas constituerunt, nec vllum fundamentum, aut firmitatem possunt habere, quæ nullis diuinarum vocum fulciuntur oraculis.

III. Et quoniam de philosophorum erroribus loquimur; Stoici naturam in duas partes diuidunt, vnam, quæ efficiat; alteram, quæ se ad faciendum tractabilem præbeat. in illa prima esse vim sentiendi; in hac materiam; nec alterum sine altero posse.

Quomodo potest idem esse, quod tractat, et

Opif. 16. 10. CVI (corpori) *illigata est mens.* Nam casus est dubius in L. 7. 5. 9. Bün.

o) *cuius notio*] Bon. Tax. Iun. Cott. Bodl. *cuius notitia.* Plures scripti, editique *notio.* Male index in Cell. Watch. Heum. edd. ex h. l. fecit phrasin: *notio diuina conditionis,* quum construendum hic sit: *notio veritatis est diuina conditionis.* Bün

p) *M. Tullius, sententiam Socratis*] Lib. I. Tuscul. Quæst. cap. 41. Cell.

q) *venisse tempus, ut ipse migraret e vita*] Ciceronis verba sunt ex Socratis persona: *Sed tempus est, iam hinc abire me, ut moriar; vos, ut vitam agatis.* Cell.

r) *hominem arbitror*] Ita Bon. Tax. Pen. Emin. Goth. Lipf. Reimm. Thomasius et seqq. vbi priores Subl.

Rost- vsque ad 1563. editi: *hominem autem arbitror.* Bün.

s) *quia homines erant, qui*] MSS. Angl. Goth. et ed. Rom. Parrh. Ald. *erant:* vulgati *errant,* cum quibus tres Lipsienses consentiunt. Cell.

t) *homines erant*] Ita recte in Reimm. (vbi fuerat *errant*) *correctum.* Etiam Subl. Rost. Ven. 1471. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Gymn. Torn. Isæus: *erant.* At Pal. Fas. Gryph. Betul. Thom. Thyf. Gall. Spark. *errant.* prauè. Bün.

a) *nec alterum sine altero posse*] Ita scribo ex Bonon. Tax. Pen. Angl. Cauc. Subl. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Paris. subaudi: *aliquid;* sequitur enim n. 3: *dicuntque alterum sine altero nihil posse.* Reimm. codex hic valde confusus a vocibus: *alterum sine altero,* vsque

et quod tractatur? si quis dicat idem esse figulum, quod lutum; aut lutum idem esse, quod figulum; nonne aperte insanire videatur? at isti vno naturæ nomine duas res diuersissimas comprehendunt, Deum et mundum, artificem et opus; dicuntque, alterum sine altero nihil posse; tamquam natura sit Deus mundo permixtus ^b. nam interdum sic confundunt; vt sit Deus ipse mens mundi, et mundus sit corpus Dei ^c. Quasi vero simul esse cœperint mundus et Deus; ac non ipse mundum fecerit. Quod et ipsi fatentur alias, quum hominum causa prædicant esse fabricatum, et sine mundo esse, si velit, possit. siquidem Deus est diuina et æterna mens, a corpore soluta ^{d. e} et libera, cuius vim maiestatemque quoniam intelligere non poterant, miscuerunt eum mundo, id est, operi suo. Vnde est illud Virgilianum ^f:

--- totamque infusa per artus

Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.

Vbi est ergo illud, quod iidem ipsi aiunt; et factum esse diuina prouidentia, et regi? si enim fecit mundum; fuit ergo sine mundo. si regit; non vtique sicut mens corpus regit; sed tam-

vsque ad num. 16. vbi demum pleaque, sed turbate sequuntur, sub ruderibus veri: vnde se alterum sine altero posse. Parrh. Aldus et sequentes omnes ediderunt: nec alterum sine altero esse posse. Büñ.

b) *Deus mundo permixtus*] Bon. Pen. Angl. Iun. Cauc. Goth. Rost. Ven. 1471-1497. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Iñeus: *Deus mundo terminatus*. At. Palat. Lips. Reimm. (licet non suo loco) Ald. Fas. Gryph. Torn. et reliqui: *Deus mundo permixtus* (permixtus). recte vt n. 4. 5. 6. 10. Büñ.

c) *mundus sit corpus Dei*] Contra hæc quoque disputat Augustinus C. D. L. 4. c. 12. et 13. Büñ.

d) *Deus est diuina et æterna mens, a corpore*] Sic MSS. Angl. Lips. et Goth. ac ed. Rom. quo vulgato præ-

ferendum: *Deus diuina et æterna mens dicatur, corpore soluta et libera*. Cell.

e) *mens, a corpore soluta*] Bon. Thomas. Thyf. Gall. Spark. *mens dicatur corpore soluta*. Veneta vtraque 1478. *mens et æterna et corpore soluta*. Fas. Gryph. Torn. Betul. et *æterna mens, corpore soluta*. Rost. Ven. 1471. 1472. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *mens et æterna, a corpore soluta*. Reimm. licet iniquo loco: et *æterna mens, a corpore soluta*. respiciunt hæc verba Ciceronis citata in Laët. 1. 5. 25: *Deus mens soluta quadam et libera* etc. Büñ.

f) *illud Virgilianum*] Aencid. 6. v. 726. Cell.

g) *Nec*

tamquam dominus domum, nauim gubernator, auriga currum.
 7 nec tamen misti sunt iis rebus, quas regunt &. Nam si
 hæc omnia, quæ videmus, Dei membra sunt; iam insensibilis
 ab his constituitur Deus; quoniam membra sensu carent; et
 8 mortalis ^b, quoniam videmus membra esse mortalia. Pos-
 sum^t enumerare, quoties repentinis quasatæ motibus vel
 hauerint terræ, vel defederint ^k in abruptum; quoties demersæ
 fluctibus et vrbes et insulæ abierint in profundum; frugiferos
 campos paludes inundauerint; flumina et stagna siccauerint^m;
 mon-

g) *nec tamen regunt*] Hæc verba
 Heumaruntus glossema dicit. Libri ea
 habent onnia. Bün.

b) *et mortalis*] Reimm. Lipf. 2.
 Cauc. Iun. Rost. Ven. 1471-1515. et
 omnes ante Thomafium *mortalis est*,
 nec aliter Torn. 1587-1613. At sine
 est Bonon. Pen. Goth. Lipf. 1. Tho-
 mas. Isæus et reliqui: *et mortalis*,
 repete, *constituitur Dens*. Bün.

i) *Possum enumerare*] Solent hoc
 in præfenti ita efferre. L. 1. 18. 18:
 POSSVM diuinis docere litteris.
 Virg. 1. Georg. 176. POSSVM mul-
 ta tibi veterum præcepta referre. Cic.
 2. Nat. Deor. 52: *multaque alia-*
-proferre possum. 2. N. D. c. 47:
Enumerare possum. Bün.

k) *vel defederint in abruptum*] Goth.
 et duo Lipf. et ed. Rom. *de-*
federint. Quam elegantius, ac vul-
 gatum *descenderint*? Sic Quintilia-
 nus Lib. 5. cap. 8. principio per tra-
 lationem: *argumenta velut horrida*
et confragosa vitantes, amœnioribus
locis desident. Aut a *Desido*, formæ
 tertiæ, deducas. Boethius Lib. 5.
 Metr. 4:

Nunc summis caput inserit,
Nunc desidit in infima. Cell.

l) *defederint in abruptum*] Ven.
 1471. 72. vtraque 78. Parrh. Paris.
 Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph.
 Betul. Tornæs. Thomas. et recen-
 tiores: *descenderint*. Bon. et Iun. et

Reimm. margo: *deciderint*. Reimm.
 textus ipse: *desiderint*. Tandem Pal.
 Cauc. Goth. duo Lipf. Rom. Rost.
 Ven. 1493. 97. *defederint*. rectissime
 et elegantissime. Laët. L. 7. 26. 2: SVB-
 SIDENT colles in abruptum, et Epit.
 c. 72: SVBSIDENT colles (sic legen-
 dum) in altitudinem profundam. Li-
 uiius L. 32: *Terra trium iugerum*
spatio cauerna ingenti defederat. Ita
 aliquoties Seneca in Quæstionibus
 Natur. Hic ipsum Ciceronem ex-
 pressit L. 1. Diuin. c. 35. fin. *santos*
terra motus factos, ut terra defede-
rint, et c. 43: quum ad infinitam al-
 titudinem terra defedisset, *Apulia-*
que maximis terra motibus conuas-
sata esset. vindicauit hoc verbum
 Ciceroni Græuius ad L. 2. Att. ep.
 12. p. 235. Bün.

m) *siccauerint*] Ita constanter
 omnes MSS. in his Guelferb. Witt.
 Reimm. omnesque editi. Sparkius
sacertibus, inquit, *MSS. mea vsar*
coniectura, donec melior se obtulerit,
et rescribo: sicca aruerint. *Neutra*
enim significatione accipi id est inau-
ditum. Repetiit Walchius Sparkii
 notam, et nihil contra eam obser-
 uauit. Sed cui ignotum est, actiua
 verba passiuè sæpe vsurpati? vide
 Vechneri Hellenol. L. 1. c. 6. Vosf.
 L. 3. Analog. c. 3. atque ita sapius in
 hoc ipso verbo Apicius de Arte
 Coquin. L. 3. c. 18: *fundis. cuminum*
 et

montes etiam vel deciderintⁿ abrupti, vel planis fuerint adæquati; plurimas regiones et multorum fundamenta montium latens et internus ignis absumsit^o. Et hoc parum est, 9 si membris suis non parcit Deus, nisi etiam homini liceat aliquid in Dei corpus^p. maria extruuntur, montes exciduntur, et ad eruendas opes, interiora terræ viscera effodiuntur. quid? quod ne arari quidem sine laceratione diuini corporis potest? ut iam scelerati et impij finimus, qui Dei membra violemus. Patiturne ergo vexari 10 corpus suum Deus, et debilem se vel ipse facere^r, vel ab homine fieri finit? nisi forte diuinus ille sensus, qui mundo et omnibus mundi partibus permixtus est, primam terræ faciem^s reliquit, ac se in ima demersit^t, ne quid doloris de assidua laceratione sentiret. Quod si hoc vanum et absur- 11 dum est; tam igitur ipsi egerunt; quam hæc indigent sensu, qui non perspexerunt, diuinum quidem spiritum esse vbique diffu-

et postea infundis in aceto: quum siccauerit, postea melle omnia comprehendis. L. 4. c. 2. - quum siccauerint, superadsperses piper tritum. L. 9. c. 1: in craticula asfantur locusta, quum siccauerint, adicias iis in craticula, quoties siccauerint. Haecenus repetii ea, quæ iam anno CIOIOCCXVI. Tomo III. Miscell. Lips. p. 159. sq. inserueram; addito ex Apic. L. 5. 1: quum spissauerit, vnde amicissimus mihi Heusingerus ad Vechneri Hellenol. p. 77. transtulisse videtur; qui pro sua industria nisi Apicium quippe rariorem tum forte desiderasset, pluribus sine dubio ex eo Vechnerum locupletasset. Nunc addo maioris auctoritatis exemplum ex Catone de R. R. c. 112: ubi pluerit et siccauerit, deligito. Bün.

n) deciderint] c. 16. 11. Bün.

o) ignis absumsit] Tornæs. 1587. adsumsit. prauæ. plures scripti, in his Goth. Reimm. editique omnes absumsit. Præplacet Bon. et Tax. ab-

sumsit. idem Heum. probat. Absumere, verbum de igni sollempne. L. 1. 12. 5: quia ignis omnia, quæ arripuerit absumat. L. 7. 21. 5: ignis absumet. Arnobius L. 6: quum Capitolium edax ignis absumeret. Bün. p) aliquid in Dei corpus] In Rost. Ven. 1471. vtraque 78. et Pier. aliquid videri corpus. prauæ. Bün.

q) et debilem se vel ipse facere] Goth. Lips. et Rom. infinite facere: vulgo faceret. Cell.

r) vel ipse facere] Vulgo, inquit Cellarius, faceret, quod est Thyf. et Gallæi et Cantabr. ed. Nam reliqui ab 1465 - 1650. editi, etiam Spark. facere. Singularis est Lips. tert. vel ipse reddere. Mallem cum Heumann facit. Bün.

s) primam terra faciem] Sic fere omnes, ut Reimm. Lips. 2. et Torn. 1587 - 1613: primam terra superficiem, glosam sapiat, sicut Walchii terra aciem, stuporem typorum. Bün.

t) in ima demersit] adnotat. L. 6. 23. 8. Bün.

diffusum *, eoque omnia contineri; non tamen ita, vt^x Deus ipse, qui est incorruptus, grauibus et corruptibili-
 12 bus elementis misceatur. Illud ergo rectius, quod a Platonem sumserunt, a Deo factum esse mundum, et eiusdem prouidentia gubernari. Oportebat igitur et Platonem, et eos, qui idem senserunt, docere atque explicare, quæ causa, quæ ratio fuerit tanti operis fabricandi; quare hoc, aut
 13 cuius gratia fecerit. At iidem Stoici, hominum, in-
 quiunt, causa mundus effectus est. Audio y. sed Epicurus ignorat, ipsos homines quare, aut quis effecerit. nam Lucretius^z, quum diceret, mundum non esse a diis constitutum^a, sic ait:

*Dicere porro hominum causa voluisse parare
 Præclaram mundi naturam.*

Deinde infulit^b:

*Desipere^c est. quid enim immortalibus atque beatis
 Gratia nostra queat largiri emolumentis,
 Vt nostra quidquam causa gerere adgrediantur^d?*

14 Merito^e. Illi enim nullam rationem adferbant, cur huma-
 num

u) ubique diffusum] L. 1. 5. 17. L. 2. 2. 8. Orig. L. 6. contra Celsium p. 324. sq. Bün.

x) non tamen ita, vt] Bon. et Goth. ita non addunt. Bün.

y) Audio] Antiqua elegantia. Cic. L. 5. in Verr. Orat. 10. c. 27: *Amandat hominem, quo? Lilybaum fortasse. video - Panormum igitur? Audio.* Iuuenal. Sat. 6. 346:

Audio, quid veteres olim moneatis amici.

Obseruauit ad Castell. Dialog. Sacr. L. 2. Dial. 25. (a) p. 149. ex Westerhouio ad Terent. Phorm. 1. 3. 8. ita solere audio ponere, qui adensum non præbent, neque tamen contradicere volunt. Bün.

z) nam Lucretius] Lib. 5. v. 157. Cæll.

a) a diis constitutum] Ven. 1471. et Rost. aliis constitutum, non male,

ratione consequentium versuum. At MSS. Goth. Lips. Reimm. Ven. utraque 1478. et longe plurimi: a *Diis constitutum.* et sic Cicero loco ad n. 14. citato. Bün.

b) Deinde infulit] Idem Lucretius d. l. v. 166. Cell.

c) Desipere] Rost. Ven. 1471. decipere. præue. Bün.

d) gerere adgrediantur] Reimm. Lips. 2. et Rost. Ven. 1471-1510: *agere adgrediantur*, contra versus rationem et libros Lucretii. Bün.

e) Merito] Particula adprobandi; vt recte; et recte. adnotauit ad L. 6. 25. 11. Non male Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Thom. Isæus etc. *Est merito.* Ita Arnob. 1. p. 32: *unde - qui fuerit, potuerunt - suspicari.* E^m MERITO. Editiones vett. *Merito enim illi*, præue. Lips. Reimm. *Merito. Illi enim.* Bün.

f) vel

num genus vel creatum, vel^f constitutum^s esset a Deo. Nostrum hoc officium est, sacramentum mundi^b et hominis exponere, cuius illi expertes, sacrarium veritatis nec attingere, nec videre potuerunt. Ergo, (vt paullo ante dicebam,) quum adsumsissent id, quod erat verum, id est, mundum a Deo hominum causa esse factumⁱ; tamen, quoniam eos in consequentibus ratio defecit, non potuerunt defendere id, quod adsumserant. Denique Plato, ne Dei opus imbecillum et ruinosum faceret; in æternum dixit esse mansurum. Si hominum causa factus est, et ita factus est, vt esset æternus; cur ergo ipsi, quorum causa factus est, non sunt sempiterni? si mortales, propter quos factus est; ergo et ipse mortalis^k atque solubilis. neque enim pluris est ipse, quam ii, quorum gratia factus est. Quodsi ei ratio quadraret^l,¹⁷
in-

f) *vel creatum, vel*] Ita omnes libri, forte hic minus attendit Heumannus alias hæc vt glossema proscripturus, negat enim ad Librum de Officio c. i. pr. p. 765. in vniuersis suis operibus vsquam dixisse hoc sensu *creare*. Büin.

g) *constitutum esset*] Rost. Ven. 1471. 1515. Paris. Crat. Gymn. *institutum esset*. Probat Heumannus ex c. 4. 19. c. 23. 5. addo Lact. 2. 8. n. 17. et n. 62. L. 4. 4. 9. Epit. 42. pr. et sæpius. At hic in MSS. Goth. Lips. Reßm. Fasit. Gryph. Tornæs. Thomas. et reliquis: *constitutum esset*, respectu n. 13: *esse-constitutum*. L. 1. 3. 13: *ab uno constitutum*, et L. 7. 6. 7: *mundus constitutus est*, et NB. L. 5. 14. 13. Hinc aliquoties Deus L. 3. 9. 10. L. 4. 1. 2. c. 6. 1: *constitutor rerum dicitur*. Cicero L. 1. N. D. c. 9: *An hæc-hominum causa a Deo constituta sunt?* Ibidem c. 1: *An ab his (diis)-omnia facta et constituta sint*. Büin.

h) *sacramentum mundi*] i. e. rationem mundi arcanam. c. 2. 2. siue vt c. 6. 2: *mysterium mundi*. Büin.

i) *mundum a Deo hominum causa esse factum*] Goth. 'Angl. Sublac. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Parrh. Paris. Fasit. Gryph. Tornæs. 1587. 1613. Isæus: *mundum a Deo factum et hominum causa esse factum*. Ald. Crat. Gymn. *mundum a Deo et hominum causa esse factum*. At Bon. Lips. Thom. et reliqui, vt editum. Büin.

k) *ipse mortalis*] Ita Cicero 1. Nat. D. c. 8. fin. *cur mortalem feceris mundum, non quemadmodum Platonius Deus, sempiternum*. Minuc. Fel. c. 34: (Plato) *quum ipsum mundum perpetuum et insolubilem diceret esse fabricatum, addit tamen, ipsi artificii Deo soli et solubilem et esse mortalem*. Büin.

l) *Quodsi ei ratio quadraret*] Lips. 2. ei male omisit. Nescio, quid Heumanno venerit in mentem, quum verba huius loci ad L. 5. c. 5. 2: *ratio mundo non quadrat*, exponat: *mundus non est capax rationis*, quum sensus sit: *quodsi EI*, sc. PLATONI, *ratio quadraret*, i. e. exacte et ex omni parte constaret. Arguit et alios

intelligeret, periturum esse^m, quia factus est; nec posse in
 18 æternum manere, nisi quod tangi non potestⁿ. Qui autem
 negat hominum causa factum, hic nullam rationem tenet.
 si enim dicit, ipsum fabricatorem, sua causa^o, tanta hæc
 opera^p esse molitum; cur ergo nos nati sumus? cur mun-
 do ipso fruimur? quid sibi vult humani generis, ceterorum-
 que animantium^r fictio? cur aliena commoda intercipimus?
 19 cur denique augemur, minuimur, interimus? Quid ha-
 bet rationis ipsa generatio? quid perpetua successio? nimi-
 rum videre nos Deus voluit^s, et suis variis imaginibus tamquam
 figil-

alios n. 14: eos nullam rationem ad-
 ferre. n. 18: nullam rationem tenere.
 n. 23: non reddere rationem. Repete
 de Platone c. 1. 6. c. 3. 12. Bün.

m) periturum esse] Scribendum,
 inquit Heumannus, periturum se esse,
 scilicet et hæc perperam ita sumit:
 intelligeret mundus se periturum esse;
 quum verba hoc velint: intelligeret
 Plato, mundum periturum esse.
 Bün.

n) nisi quod tangi non potest]
 Ἀπορροδιόνυσσα sunt hæc verba,
 pergit Heumannus, a quouis potius
 quam a Lactantio profecta. Sic error
 errorem gignit. Quid sæpius incul-
 cavit Lactantius quam hoc: mortale
 esse, quod tangi potest, immortale
 esse et æternum, quod tangi non
 potest, quod non venit sub tactum,
 sub visum oculorum. Conf. c. 1. 6-9.
 c. 11. 9. 10. c. 12. 3. Bün.

o) sua causa] Lips. 2. sui causa,
 at reliqui libri omnes sua causa,
 et recte, ne quis putet sui causa es-
 se corrigendum. vid. L. 3. 17. 4:
 omnia sua causa facere sapientem.
 L. 5. 17. 16: virtutem - expetendam
 esse, aiunt, sua causa. plura ad L. 7.
 5. 6. et de Ira 13. 1. Bün.

p) tanta hac opera] Goth. Angl.
 Lips. tanta, vbi ceteri tantum.
 Cell.

q) tanta hac opera] Elegantem
 hanc lectionem confirmant Bonon.
 Tax. Pen. Reimm. et Tornæs. MSS.
 Sublæ. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque
 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt.
 Itæus, et ipse Lactantius L. 2. 8. 60:
 qua molitione hoc tantum opus fece-
 rit. Epit. 68. princ. qua ratio - huius
 tanti tamque immensi operis fabri-
 candi. Cic. Harusp. Resp. c. 9: hoc tan-
 tum imperium. Pro Milone c. 37:
 hac tanta virtus. Pro Quintio c. 14:
 hoc tantum negotium. Bün.

r) ceterorumque animantium] Mu-
 tare, inquit Heumannus, in cete-
 rarum, nisi supra quoque L. 2. 11. 2.
 noster dixisset: ANIMANTES NV-
 TRITOS. Ad c. 4. n. 1. denuo hic re-
 scribendum putat ceterarum. At
 quid impedit, quo minus sumamus
 in neutro? Ita Cicero L. 2. N. D.
 c. 53: Quorum igitur causa quis di-
 xerit effectum esse mundum? EO-
 RVM scilicet animantium, quæ ra-
 tione vtuntur. hi sunt dii et homi-
 nes. Arnob. L. 2. p. 55. Quid? ani-
 mantia cetera huius rei providentiam
 non habent. Bün.

s) videre nos Deus voluit] Edo,
 vt est in antiquissimo Bon. Thom.
 Itæo, Gall. Sparkio, qui nos ad-
 dunt, sine quo Goth. Lips. 1. 3.
 Reimm. Cauc. Iun. Iunt. Ald. Crat.

Gymn.

figilla confingere^t, quibus se oblectaret; et nihilominus* tamen, si ita esset, curæ haberet animantes, præcipueque hominem, cuius imperio cuncta subiecit. Qui autem dicunt semper fuisse mundum; omitto illud, quod esse ipsum sine aliquo principio non potest^x, vnde se extricare nequeunt: sed hoc dico: si mundus semper fuit, nullam potest habere rationem^y. Quid enim^z potuit in eo ratio mo-
liri,

Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Cell. Walch. *videre Deus voluit*. Lipf. 2. et veteres editiones Rost. Ven. 1471-1510. Paris. *videri Deus voluit*; quod Heumanno placet. Bün.

r) *et suis variis imaginibus tamquam figilla confingere*] Heumannus sic emendat: *et sui - figilla. Sigilla sui*, i. e. *parua signa, paruas imagines sui*. In omnibus libris legitur: *et suis variis imaginibus tamquam figilla confingere*. Simulacra deorum tenebant parua quædam figilla. vide Laët. 2. 4. 19. hinc ironice dicit, voluisse Deum AD SVAS varias imagines, i. e. rerum creaturarum simulacra varia, homines, quasi figilla, parvas imagines fingendo addere. Arnobius L. 6. p. 197: *abstinetis a risu, quum pro diis immortalibus sigillis hominum et formis supplicatis humanis? Quinimmo deos esse figillaria ipsa censetis?* Bün.

u) *et nihilominus*] Sic libri. Heumann. *ut nihilominus*. Bün.

x) *quod esse ipsum sine aliquo principio non potest*] Ald. Crat. Gymn. *quod esse ipse sine aliquo principio non potest*. Hoc placet Heumanno. At Goth. Lipf. Reimm. Witteb. Angl. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Fasit. Gryph. Tornæ. Betul. Thomas. et reliqui: *Quod esse ipsum sine aliquo principio non potest*. Subest his antiqua elegantiâ, quam edito-

res quoque corruerunt in Epitome c. 67. vbi recte Pfaffius ex MS. Taurin. *Semper fuisse non potest, quod et est et visui subiacet*; ipsum enim esse sine aliquo initio non potest. Planius dixit Laët. 1. 7. 13: *feri non potest, quia id quod sit, aliquando esse cæperit*. L. 2. 10. 22: *ESSE enim nulla res sine exordio POTEST*. Conf. n. 41-43. L. 7. 1. 8: *QVID QVID est, necesse est, aliquando habuerit principium*. Vt vero hic IPSVM ESSE, sic L. 3. 17. 31. dixit: *IPSVM mori*. Opif. 6. 3: *ID IPSVM NASCI*. Hieronym. ep. 14. ad Celancian, aut alius auctor in Nolani App. epist. 11. p. 9: *Quid tam ingratum, quam aduersus eius viuere voluntatem, a quo ipsum viuere acceperis*. Huiusmodi sunt: *ipsum timere, ipsum timuisse, ipsum vinci, viuere ipsum*, ex Senecis et Cicerone a Gronouio ad Senecæ ep. 24. p. 92. obseruata. Ita Prudentius in Hamart. 173. *NASCIQUE suum sine principe cæptum*. Bün.

y) *nullam potest habere rationem*] i. e. vt recte Sparkius ex n. 25. nulla in eo dispositio prouidentissimæ rationis eluceret. Bün.

z) *Quid enim potuit in eo*] MSS. *Quid*; vulgati, *qui*. Cell.

a) *Quid enim*] Cauc. Fasit. Gryph. Betul. Tornæ. 1587-1613. Thomas. Thyf. Gall. Spark. *Qui enim*. Iunt. Ven. 1472. Pier. Parrh. Iunt. Ald. *Quomodo enim*. illud glosfam: τὸ

liri, quod nunquam fumsit exordium? nam prius, quam fiat aliquid, aut struatur; opus est consilio, vt disponi possit, quemadmodum fiat, nec incipi quidquam potest sine pro-
 22 visione rationis. Itaque omne opus ratio præcedit. Non
 habet ergo rationem, quod factum non est. atqui, mundus
 rationem habet, qua et constat, et regitur: ergo et factus
 23 est. si factus est^b, et resoluetur. Reddant ergo isti ra-
 tionem, si possunt; cur aut factus in principio sit, aut po-
 stea resoluetur. quod quia docere^c non poterat Epicurus,
 siue Democritus, sua sponte natum esse dixit, seminibus in-
 ter se passim coeuntibus; quibus iterum resolutis, discidi-
 24 vm^d, atque interitum secuturum. Corruptit ergo, quod
 recte viderat, et totam rationem penitus ignorantia rationis
 euertit, redegitque mundum, et omnia, quæ in eo gerun-
 tur, ad similitudinem cuiusdam vanissimi somnii^e; si quidem
 25 rebus humanis ratio nulla subsistat^f. Quum vero mun-
 dum omnesque partes eius, vt videmus, mirabilis ra-
 tio

Qui sapit. Veneta vtraque 1478. im-
 mo et Rost. (quam prauè Heum.
 citat) *Quod enim.* Bonon. Tax.
 Pen. quinque MSS. Sparkii, Emm.
 Goth. Lipf. Reimm. Sublac Ven.
 1493. 97. Paris. Ifæus, Cell. Walch.
 Heumann. *Quid enim.* Optime.
 Bün.

b) *si factus est*] Hæc absunt a
 Lipf. 2. 3. Reimm. Quæ plures habent,
 in his præmissa copula et
 Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Paris.
 et *si factus est, et resoluetur.* Parrh.
 Ald. Crat. Gymn. et *si factus est,*
resoluetur. Tornæs. 1587-1613. et *si*
factus est, ergo et resoluetur. Fasit.
 Gryph. Betul. Thomas. et reliqui:
si factus est, et resoluetur. Ifæus: *si*
factus est, et soluetur. Pro composito
 sunt omnes priores et numerus
 sequens 23. Bün.

c) *docere*] Lipf. 2. 3. *dicere,* mox
 enim *dixit.* At plures *docere,* quia
 præcessit: *reddant rationem.* Bün.

d) *discidium*] *Eieci discidium,* quod
 plurimos libros adhuc occupauerat,
 et restituit ex Lipf. tert. Reimm.
 Ven. 1471. vtraque 478. *discidium.*
 Reddidi quoque nostro L. 4. 30. 4.
 vbi plura, et ad L. 7. 6. post n. 27. in
 nota (i) *corporis animaque disci-*
dium. Bün.

e) *somni*] In Ven. vtraque 1478.
 93. 97. Pier. Parrh. Ald. Paris. Crat.
 Gymn. *somni* prauè legitur. Bün.

f) *rebus humanis ratio nulla subsistat*] Ita plurimi dandi casu. Lipf. 2.
 Reimm. Ven. 1493. 97. *rebus huma-*
nis ratio nulla subsistit. Cant. MS.
rebus humanis ratio nulla subsistat.
 Tornæs. 1587 - 1613. Geneu. 1630.
 Walch. præmissa præpositione: *IN*
rebus humanis ratio nulla subsistat.
 Ita sane L. 7. 6. 3: *an in cultu deo-*
rum ratio vlla subsistat. Epit. c. 69. 2:
videamus, utrummo illis ratio subsistat. Bün.

tio *g^b* gubernet; quum cæli temperatioⁱ, et æqualis in ipsa varietate eursus astrorum, luminumque cælestium, temporum constans ac mira descriptio, terrarum varia fecunditas, plana camporum^k, munimenta et aggeres montium, viriditas,

g) partes eius, ut videmus, mirabilis ratio] Deprauata scriptura ab editoribus, onisso *ut*, et adfuto *quemadmodum*, post *videmus*. Revertuta nostra ex MSS. est, mire in hoc consentientibus. Cell.

h) Quum vero partes eius, ut videmus, mirabilis ratio] Bon. Quum vero partes eius videamus, quemadmodum mirabilis ratio gubernet. Et ita Thomas. Thyf. Gall. Spark. mutato *videamus* in *videmus* ediderunt, quod Cell. et Heumann. damnant. Videntur hæc ratione sensus conuenire satis bene cum reliquis, si ita construamus: Quum vero videamus, quemadmodum (quomodo) mundum omnesque partes eius mirabilis ratio gubernet. Præfero tamen receptam a Cellario, quam Reimm. Angl. Sublac. Rost. Ven. 1471 - 1515. et reliquæ edd. ante Thomafium, et post eum Tornæs. 1587 - 1613. Ifæus exhibent. Similes fere traiectio in Opif. 12. 4: *Hoc humana mens, quomodo fiat, non potest comprehendere.* Büin.

i) cali temperatio] Rost. Ven. vtraque 1478 - 1515. Paris. Crat. Gymn. cali temperantia, vbi recûssime Goth. Lipf. Reimm. Angl. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thom. etc. cali temperatio. vide L. 1. 2. 5. temperatione. Expresfit Ciceronem L. 2. N. D. c. 5: *cali temperatione, fecunditate terrarum*, de qua statim in Lactantio sequitur. Büin.

k) plana camporum, munimenta et aggeres] Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 1478: *plana camparum munimenta*. Ven. 1493. 97: *plana cam-*

porum munimenta. cum MSS. Reimm. et recentiores omnes *munimenta*. Plurimi, siue *monimenta*, siue *munimenta* legant, maxime recentiores Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. Heumann. *plana camporum munimenta* iungunt; sed quænam sunt ista *plana munimenta camporum*? num campos frugiferos n. 8. *campoa quasi frugibus munitos* ita vocat? ut Cicero L. 2. N. D. c. 64: *spatia frugifera et immensa camporum.* Distinxi cum Parrh. Ald. Crat. Gymn. Ifæo: *plana camporum, munimenta et aggeres montium.* ita *aggeres et munimentum* de Opif. c. 10. 4. iuncta. pari modo duo substantiua protinus iungit: *viriditas ubertasque siluarum*, et L. 7. 27. 5: *terram vallauit montibus*, i. e. montibus, ut vallo; muniuit. Eleganter vero more Græcorum dixit: *plana camporum.* L. 7. 26. 3. *concaua terra.* ita Minuc. Fel. c. 17: *quid loquar apte disposita recta montium, collivum flexa, porrecta camporum.* Agulcius L. 1. Metam. princ. *ardua montium, et lubrica vallium, et roscida cespitum, et glebosa camporum emenssi.* Plura Vechner. Hellenol. et Heusinger. p. 205 - 209. Sic Lactantius *plana absolute L. 7. 3. 8: vel planis fuerint adequati.* Etiam Plinius L. 17. H. N. c. 2: *præfert - montuosa planis.* De illis Lactantii de Ira 13. 2. *vititur planis ad segetem* suo locq. Lucretius L. 3. 1015: *aquora plani campi*, immo Cicero L. 1. Diuin. c. 93: *camporum patensium aquora.* Büin.

ditas, vbertasque filuarum, fontium saluberrima eruptio, fluminum opportuna inundatio^l, maris epulenta et copiosa interfusio^m, ventorum diuersa et utilis adspiratio, ceteraque omnia ratione summa constant; quis tam cæcus est, vt existimet sine causa esse facta, in quibus mira dispositio prouidentissimæ rationis eluceat? Si ergo sine causa nec est, nec fit omnino quidquam, si et^{n.º} prouidentia summi Dei, ex dispositione rerum, et virtus, ex magnitudine, et potestas, ex gubernatione manifesta est: hebetes ergo et insani, qui prouidentiam non esse dixerunt. non improbarem, si deos iccirco non esse dicerent, vt vnum dicerent: quum autem ideo, vt nullum; qui eos delirassee non putat, ipse delirat.

III. Sed de prouidentia satis in primo libro diximus. quæ si est, vt adparet, ex mirabilitate operum suorum; necesse est, etiam hominem ceterasque animantes eadem prouidentia creauerit. Videamus ergo, quæ ratio fuerit fingendi generis humani; quoniam constat, id quod Stoici aiunt,

l) *opportuna inundatio*] Adiectivum cinollit vim alias plerumque damnosam substantiui, notantis eine *Überschwemmung*, vt n. 8: *frugiferos campos paludes inundauerint*. Sic Aur. Vict. Epit. c. 16. 3: *terra motus non sine interitu ciuitatum, inundationes fluminum*. Sic Capitolin. *Tiberis inundatio*. Ipse Lact. Epit. 71. 4: *modo aquarum inundatione*, i. e. ex L. 7. 16. 5: *eluuie aquarum*. Bin.

m) *interfusio*] Desideratur hæc vox adhuc in meis Fabri editionibus, qua et vsus recentior Gennadius in Catal. illustr. Viror. f. 319: *Oceani interfusione*. Addi quoque potest *superrefunderere* ex Irenæi vetustiss. Interpr. L. 1. f. 58: *ut et superrefunderet. ὡς τε καὶ ὑπερεκχειρίδαυ*. Græcum hoc decompositum in Ste-

phano, Scapula aliisque Gr. Lexicis non habetur. Bin.

n) *si et prouidentia*] Ex MSS. *si* repetitum, quod sensum illustriorem facit. Cell.

o) *si et prouidentia*] Particulam *si* a Thomasio, Thys. Gall. Sparkio neglectam habent omnes fere scripti editique priores et posteriores. Gothanus vero: *SÉD et prouidentia*. Bonon. Ven. 1472. vtraque 78: *si prouidentia*, copula omisa, quod Heunannus præfert. Lips. tert. *si ex prouidentia*, vitiose. Reimm. Emm. Sublac. Rost. Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæz. Betul. Isæus: *si et prouidentia - et - et*. Quod retineo, quia ita solet, vt adnotauit ad L. 3. 11. 13: *si et proprium - et tale*. c. 17. 37. Bin.

a) *Quam-*

aiunt, hominum causa mundum esse fabricatum. quamquam in hoc ipso non mediocriter peccent^a, quod non hominis causa dicunt, sed hominum. Vnius enim singularis appellatio totum comprehendit humanum genus. Sed hoc 3
ideo, quia ignorant vnum hominem a Deo esse formatum, putantque, homines in omnibus terris, et agris, tamquam fungos^b esse generatos. At Hermes non ignorauit hominem et a Deo, et ad Dei similitudinem fictum^c. sed redeo ad propositum. Nihil est, ut opinor, quod sit propter 4
seipsum factum: sed quidquid omnino fit, ad usum aliquem fieri necesse est. quis est enim vel tam ineptus, vel tam otiosus, ut adgrediatur aliquid facere frustra, ex quo nullam utilitatem, nullum commodum speret? Qui domum^d 5
aëdificat, non iccirco aëdificat, ut tantummodo domus sit, sed ut in ea possit habitari. qui nauem fabricat, non ideo infumit operam^e, ut tantum nauis adpareat, sed ut in ea nauigetur. Item qui vas aliquod instituit^f, ac format, non propterea id facit, ut tantum fecisse videatur, sed ut vas illud effectum capiat aliquid necessarium. Similiter cetera, quaecumque fiunt, non utique in superuacuum, sed ad usum aliquos

a) *quamquam - peccent*] Sic libri omnes. Heumannus credit peccant scripserit Lactantium Ciceronis imitatore, quasi Cicero non etiam cum coniunctiuo posuerit *quamquam*. Exempla in Schoro, Nizolio, Schotto obuia. Büñ.

b) *tamquam fungos esse generatos*] Reimm. *tamquam ex peperling fungos esse generatos*. Agnosces, puto, librarium germanum. Büñ.

c) *fictum*] Goth. Lipf. 2. Reimm. Tornæz. MSS. Sublac. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Gymn. *factum*. Emman. Lipf. L. 3. Fasit. Gryph. Betul. Thomas. reliqui *fictum*, ut n. 2: *singendi generis humani*. Büñ.

d) *Qui domum*] Goth. *Si qui domum*. Epit. c. 68. 25. Büñ.

e) *infumit operam*]• Iun. Ven.

1471. vtraque 78. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *assumit*. Doctius MSS. Goth. Lipf. Reimm. Rost. Ven. 1493. 97. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. reliqui *infumit*. Cicero in Verrinis: *nulla infumta opera*. Tacitus L. 3. Annal. 44: *quod libellis accusatoris infumeret operam*. Büñ.

f) *vas instituit*] Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *vas - instruit*. Sed elegantius Goth. Lipf. Reimm. Angl. Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Fasit. Gryph. et reliqui: *vas - instituit*. Horatius de Arte P. 21. 22:

*amphora cœpit
Institui, currenterosa cur urceus
exit?* Büñ.

7 quos viles & laborantur. Mundus igitur a Deo factus est,
 non utique propter ipsum mundum; neque enim aut calore
 solis, aut luminæ^b, aut adspiratione ventorum, aut humore
 imbrium, aut alimoniaⁱ frugum, quam sensu careat, indi-
 8 get. Sed ne illud quidem dici potest, quod Deus propter
 se ipsum fecerit mundum, quoniam potest esse sine mundo,
 sicut fuit antea; et iis omnibus, quæ in eo sunt, quæque
 9 generantur, Deus ipse non vitur. Adparet ergo, ani-
 mantium causa mundum esse constructum, quoniam rebus
 iis, quibus constat, animantes fruuntur, quæ ut viuere, ut
 constare possent, omnia his necessaria temporibus certis sub-
 10 ministrantur. Rursum ceteras animantes hominis causa
 esse fictas, ex eo clarum est, quod homini seruiunt, et tu-
 telæ^k eius, atque vñibus datæ^l sunt, quoniam siue terre-
 næ

g) *ad usus-vtiles*] Abest *utiles* ab Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Ald. Crat. Gymn. expungit quoque Anonymus in Obs. Misc. Crit. Vol. III. p. 426. Heumanno in addendis post p. 1046. iudice, re-ete. Sed addunt Goth. Lipf. Reimm. Angl. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. et reliqui. vñus vñiles opponuntur *in*gnibus. vid. Ira 10. 6. Bün.

h) *aut calore solis, aut lumine*] Præstat omnino hæc lectio ex Bonon. Tax. Pen. Goth. Reimm. Lipf. 2. 3. Angl. et Torn. MSS. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Ald. Crat. Gymn. Altera vero acrius Bonon. Vltr. Lipf. 1. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. *aut calore solis, aut luna*, repugnat veritati physicæ. Heumann. legit: *aut calore solis, aut lumine luna*, ut Fasit. Gryph. Bet. Tornæs. 1548: *aut calore solis, aut luna lumine*. Vox *luna* orta ex compendio: *lune*, i. e. *lumine*. Bün.

i) *alimonia*] c. 5. 12. Opif. 12. 17. Walchius dicit, hanc vocem in feminino *pàs*im occurrere; Heumann.

vocat *rarius verbum*. ego hoc vocabulum *nonies* legi in Macrobbi L. 7. Saturn. c. 4. et c. 5. vtuntur quoque Prudent. Psychomach. 612: *simplex alimonia*. Vopiscus in Probo c. 15: *ad nostram alimonia*. Immo Suetonius in Calig. c. 42: *in alimonia* atque *dotem*. Pluralem obferuo ex Arnob. L. 7. p. 223: *esse alimonia- rum in parte*. Idem dixit L. 2. p. 57: *alimoniis, conuenientibus educari*. Bün.

k) *tutela*] victui. Apuleius 4. Metam. p. 148: *TVTELA sumtuosa sollicitate nutrebat*. Plura dedi ad L. 1. c. 4. 6. (s. t) p. 26. Bün.

l) *vñibus data*] Licet fere omnes scripti, in his Angl. Goth. Lipf. Witt. Reimm. et plures Guelferbytani, porro editi ab a. 1465-1630. deinde Thyf. Gall. etc. exhibeant: *DATA sunt*, in neutro plurali; malui tamen ex membranis Guelferbytanis melioribus et Isæo solo edere: *DATAE sunt*; præcesit enim femin. *animantes fictas*, et sequitur: *siue terrena sunt siue aquatiles*. Heumannus ex ingenio: *dica-*

næ sunt, frue aquatiles, non sentiunt mundi rationem sicut homo. Respondendum est hoc locophilosophis, maxime-¹¹ que Ciceroni, qui ait^m: *Cur Deus, omnia nostri causa^m quum faceret, tantam vim natricum viperarumque fecerit? cur tam multa pestifera^o terræ marique disperferit?* In-¹² gens ad disputandum locus, sed vt in transcurso breuiter stringendus^p est. Quoniam homo ex rebus diuersis ac repugnantibus configuratus^q est, animo et corpore^r, id est cælo atque terra, tenui et comprehensibili, æterno ac temporali, sensibili atque bruto, luce prædito atque tenebroso; ipsa ratio ac necessitas exigebat, et bona homini proponi et mala; bona, quibus vtatur; mala, quæ vitet et caueat. Iccirco¹³ enim data est illi sapientia, vt cognita bonorum malorumque natura, et in adpetendis bonis, et malis declinandis vim suæ rationis exerceat. nam ceteris animalibus quia sapientia non data est; et munita indumentis naturalibus et armata^s sunt: ho-

ta sunt. ad rem conf. Epit. c. 69. l. 2. et de Ira 13. 7. sqq. Si quis pertinax DATA SVNT seruire cupiat, is conferat, quæ de similibus monuere Vosius de Construct. c. 5. Rubenius Elect. L. 2. c. 16. Gell. L. 4. N. A. c. 18. Gronou. in Obseruat. L. 3. c. 2. et filius Iacobus Gronouius ad Lucian. T. 2. p. 163. not. et p. 908. et Petr. Victor. Schoettgen. et Gesner. ad Varron. R. R. L. 1. c. 12. l. flumen-eum. p. 163. Bün.
 m) maximeque Ciceroni, qui ait] Lib. 4. Acad. Quæst. cap. 38. Cell.
 n) nostri causa] Lipf. 2. nostra causa. variant etiam Ciceronis libri. Ita sane Lucretius in nostro L. 7. 3. 13:

*Vt nostra quidquam causa gere-
re adgrediantur.*

Plura ad Libr. de Ira 13. 1. Bün.

o) pestifera] In Cic. 4. Acad. 38. mortifera. Ex Lactantio certe discimus vocem perniciofa, vt Pet. Faber recte coniecerat, in Ciceronis edi-

tionibus additam esse glosfema τῆς pestifera, aut mortifera. Denuo hoc argumentum tangit Lactantius L. de Ira c. 13. 9: *cur-etiam multa contraria et inimica et pestifera nobis reperiantur etc.* Bün.

p) breuiter stringendus] Cicero de Amic. c. 13: *quem locum breuiter perstrinxi.* Noster in de Opif. 1. 13: *summatim stringere.* Bün.

q) configuratus] Emman. figuratus. Prius et alibi habet. L. 1. 17. 5. L. 2. 12. 1. Bün.

r) animo et corpore] Lipf. 2. Reimm. Rosk. Ven. vtraque 1478. anima. Nihil muto. sæpe posuit animus pro anima. Prius Goth. Lipf. 1. 3. Ven. 1493. 97. et plures habent. Bün.

s) et munita indumentis-et armata] Prius et Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. omitunt, et Heumannus manifestissimum, inquit, est, et expungi oportere.

homini autem pro his omnibus, quod erat præcipuum, ratio-
nem solam dedit^{t. *}. Itaque nudum formauit, et inermem,
vt eum sapientia et muniret et tegeret. Munimenta et or-
natum^{*} eius non foris, sed intus; non in corpore, sed in
corde constituit. Nisi ergo essent mala, quæ caueret, quæ
a bonis vtilibusque distingueret; non esset ei sapientia ne-
cessaria. Sciat ergo M. Tullius, aut ideo datam homini
esse rationem; vt et pisces caperet vltus sui gratia, et natrices,
viperasque vitaret salutis suæ causa; aut iccirco ei bona, ma-
laque proposita, quia sapientiam acceperat; cuius vis omnis
in

tere. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78.
SED *munita - et*. At Guelf. Goth.
Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Torn.
Betul. Thomas. Isæus, reliqui: *et
munita indumentis - et armata*. Heu-
mannus considerauit quasi vnum:
*indumentis naturalibus munita et ar-
mata*; quæ Lactantius distinxit, vt
diuersa: *munita indumentis natura-
libus* i. e. circumdata, contacta, ar-
mata, i. e. cornuta, unguolata etc. *mu-
nitis indumentis naturalibus*. n. 14.
nudus, et *armatis* inermis opponi-
tur. *indumenta* ibidem ornatum et
arma munimenta vocat; mox loco
τ̄ munire indumentis ponit tegere,
loco τ̄ armare ponit munire.
Commentarii loco hic esse potest ex
libro de Opificio caput secundum.
Omnes (animantes), inquit, *ex suis
pellibus textit, quo - possent - frigora
sustinere*. Singulis autem ad propul-
sandos impetus externos sua propria
munimenta constituit, vt *naturali-
bus telis repugnent fortioribus - Alia -
suffulta unguulis vel instructa corni-
bus; quibusdam in ore arma sunt
dentes, aut in pedibus adunci ungues*.
Ibidem n. 6: *statuit nudum et iner-
mem, quia et ingenio poterat armari
et ratione vestiri*. add. n. 8. et nu-
merum nonum, et, distincta vtra-

que, cognosces. Iterum c. 3. 1: *animalia
naturalibus munita indumentis* dicun-
tur. Plinius L. 7. c. 1: *naturalia ista
indumenta vocat tegumenta*, et ex-
ponit: *testas, cortices, coria, spinas,
villos, seras, pilos, plumam, pennas,
squamas, vellera*. Bün.

t) *rationem solam dedit*. Itaque
nudum] Goth. aliter distinguit: *ra-
tionem dedit*. *Solum itaque nudum*.
Nec tamen vnius cod. fide mutare
quidquam sustineo. Cell.

u) *rationem solam dedit*] Ita Lipf.
Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Bet.
Thomas. et reliqui. Vbi Rost. Ven.
1471. 72. vtraque 78. Parrh. Paris.
Crat. Gymn. *rationem dedit solam*.
Ven. 1493. 97. Paris. *rationem dedit
suam*. Bün.

x) *Munimenta et ornatum*] Rost.
Ven. 1471. vtraque 78: *Munimenta
et ornamentum*. Ven. 1493. 97. Pier.
Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *Mu-
nimenta et ornamenta*; quod non
damno ob sonum, nam etiam Ci-
cero pro Fonteio c. 17: *ornamento
et aduimento* iunxit; sed quia *orna-
tum* pro indumento ponunt vete-
res, præferenda hæc scriptura ex
Angl. Goth. Lipf. Reimm. Fasit.
Gryph. Torn. Bet. Thom. et reliquis.
Bün.

in discernendis bonis malisque versatur. Magna igitur et 16
 recta et admirabilis est vis et ratio et potestas hominis, pro-
 pter quem, mundum ipsum, et vniuersa, quæcumque sunt,
 Deus fecit, tantumque illi honoris habuit, vt eum præfice-
 ret vniuersis; quoniam solus poterat Dei opera mirari. Opti- 17
 me^z igitur Asclepiades^a noster^b, de prouidentia summi Dei
 disserens, in eo libro, quem scripsit ad me. *Atque ideo,*
inquit, merito quis arbitretur, proximum sibi locum^c diuinam
prouidentiam dedisse ei, qui potuerit^d intelligere ordinationem
suam. Nam sol iste est; quis eum videt ita, vt intelligat, 18
quia sol est, et quantum gratiæ adferat ceteris institutis^e? hoc
calum est; quis id suspicit^f? terra hæc; quis eam colit? hoc
pelagus; quis in eo nauigat^g? hic ignis est; quis eo vititur?

In-

y) *tantum - illi honoris habuit*] Bonon. *tantum - illi honoris tribuit.* vt de Ira 14. 13: *illi tantum honoris attribuit.* Epit. c. 69. 4. in nonnullis: *tantum illi honoris tribuerit.* Taurin. *dederit.* At reliqui scripti editique h.l. *habuit.* conf. not. L. 7. 5. 7. Bün.

z) *Optime*] Reimm. *Oportune.* Bün.

a) *Asclepiades*] Ad hunc Lactantius scripsit duos epistolarum libros, nunc deperditos. vid. Hieronymum de Viris illustribus. Bün.

b) *Asclepiades noster scripsit ad me*] Christianus auctor Asclepiades Lactantius librum suum de prouidentia dedicauit. Nihil huius nominis superest, nec quis ille Asclepiades fuerit, aliunde satis notum. Betuleius Antiochenum episcopum in hæc tempora refert, ab Eusebio martyrii causa laudatum. Sed antiquior ille Asclepiades fuit, nonus episcopus sub Caracalla constitutus. Euseb. H. E. 6. c. 11. et Chron. in Caracall. Cell.

c) *proximum sibi locum*] i. e. auctore Heumanno, *proximum a se locum.* Bün.

d) *qui potuerit*] Lips. 2. 3. Reimm. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Gymn. *qui potuit.* At Goth. Fasit. Gryph. Tornæs. Thomas. reliqui *potuerit.* Bün.

e) *instituitis*] rebus creatis. Bün.

f) *quis id suspicit*] Rost. Ven. utraque 1478. 93. 97. Walch. *quis id suscipit,* sollempni confusione vocum. Rectius Goth. Lips. Reimm. Parrh. Paris. Ald. et reliqui *suspicit.* Huius loci Epit. c. 69. 3: *Quis calum suspicit nisi homo?* Lucretius L. 2. 1038: SVSPICERE IN CAELI dignatur lucida TEMPLA. Bün.

g) *Quis in eo nauigat*] Lips. 2. 3. Reimm. Fasit. Gryph. Betul. Thomas. Thyf. Gall. Spark. *quis nauigat,* subaud. *hoc pelagus.* Tornæs. 1587 - 1613. Geneu. 1630. et Walch. *quis eum nauigat:* est enim masc. et neutrius generis; quasi ante scripsisset: *hic pelagus.* de quo generis permutatione laudati auctores ad num. 10. *data.* Vtrumque vero latine dicitur, *nauigare pelagus et in pelago, mare et in mari.* Priori modo iterum in h. l. Epit. c. 69. 3: *Quis nauigat mare.* Virg. 1. Aen. 67:

Gens

19 Instituit ergo summus Deus non propter se, quia nihilo eget^b, sed propter hominem, qui his congruenter vteretur.

x V. Reddamus nunc rationem, quare hominem ipsum fecerit. quod si philosophi sciscent^a, aut defendissent illa, quæ vera inuenerant, aut in maximos errores non incidissent. Hæc enim summa, hic cardo rerum est, quem qui non tenuerit, veritas illi omnis elabatur: hoc^b est denique, quod efficiat, illis non quadrare rationem^c, quæ si illis adfulsisset^d, si sacramentum hominis omne cognouissent; numquam

*Gens inimica mihi Tyrrenum
nauigat equor*

Vbi Seruius: *Figura Græca est: Nos enim dicimus: per equor nauigat.* Ipse Cicero L. 2. Fin. *Quum Xerxes maria ambulauisset, terram nauigas-* Goth. Lips. 1. Angl. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *quis in eo nauigat?* Sic Seneca de Otio Sap. c. 32: *negat nauigandum in eo mari.* Bün.

b) *nihilo eget*] Lips. tert. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. *nihilo indiget.* Goth. Reimm. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thom. reliqui: *egret.* Bün.

a) *sciscent*] Lips. 2. Reimm. Iun. Angl. Subl. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Torn. 1587-1613. Walch. *feciscent.* Perperam. Philosophi non poterant facere, vt cap. 1-4. docuit sæpius. Recte ergo Goth. Lips. 1. 3. Fas. Gryph. Betul. Thomas. reliqui: *sciscent.* vid. c. 2. n. 1. *non comprehenderunt.* adde sequentia. Bün.

b) *Hæc-hic-hoc*] sollempnis nostro anaphora. conf. L. 2. 18. 6. Bün.

c) *hoc est denique, quod efficiat, illis non quadrare rationem*] Heumannus hæc verba omnia pro glos-

femate habet, et perincongruenter locum c. 3. 17. ibi a me vindicatum exponit. Quadrant hic omnia et verba sunt genuina et necessaria. Quia philosophi non poterant rationem reddere, quare hominem Deus fecerit n. 1. nec hæc ratio eis adfulgebat n. 2, hunc dicit effici et cogi, illis philosophis rationem non quadrare siue certo constare. Hæc lucem capiunt ex c. 2. n. 2. 3. c. 3. 14-16. et n. 23. 24. Vim phraeos cognoscas ex L. 3. 28. 19: *quoniam ratio illis non quadrabat, per ignorantiam rerum tam varii, tam incerti fuerunt, sibi que sæpe contraria disserentes, vt quid sentirent, quid vel- lent, satis statuere ac diiudicare non possis.* L. 7. 7. 14: *defendere id, quod inuenerant, nequiuertunt, quia singulis ratio non quadravit etc.* Imitatus est Sulpicius Seuerus L. 2. Hist. c. 5: *siquidem et Chronicis consentirent, et ita illius nobis ratio quadraret etc.* Lact. Opif. 4. 12. *Quadrata,* inquit Burmannus ab Petron. c. 43. p. 201. *sunt omnia, ubi ratio est subdacta et expensa acceptis respondent.* conf. Sanct. Mineru. ed. Periz. L. 3. c. 3. p. 374. sq. Bün.

d) *Quæ si-adfulsisset*] Quæ sc. ratio: quia priora Heumanno suspe-

ta,

quam disputationes eorum et omnem philosophiam de transverso Academia iugulasset ^e. Sicut ergo mundum non propter se Deus fecit, quia commodis eius non indiget, sed propter hominem, qui eo vitur: ita ipsum hominem propter se. *Quæ utilitas Deo in homine*, inquit Epicurus, *ut eum propter se faceret?* Scilicet ut esset, qui opera eius intelligeret, qui providentiam disponendi, rationem faciendi, virtutem consummandi et sensu admirari et voce proloqui posset. quorum omnium summa hæc est, ut Deum colat ^f. Is enim colit, qui hæc intelligit: is artificem omnium rerum, is verum patrem suum ^g obita veneratione prosequitur, qui virtutem maiestatis eius de suorum operum inuentione, inceptione, perfectione metitur. Quod planius argumentum proferri potest, et mundum hominis, et hominem sua causa ^h Deum fecisse, quam quod ex omnibus animantibus solus ita formatus est, ut oculi eius ad cælum directi ⁱ; facies ad Deum spectans, vultus cum suo parente communis sit, ut videatur ^k ho-

eta, hinc cogebatur subaudire: *Quæ sc. veritas.* Bün.

e) *de transverso Academia iugulasset*] Academici omnem philosophiam dubitationibus suis euertissent. Cell.

f) *summa-colat*] L. 5. 14. 12. Bün.

g) *hominem sui causa*] MS. Cantab. et ed. Rom. *sui*: ceteri *sua*. Cell.

h) *sua causa*] Cant. i. e. Subl. Rom. Roff. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. *Isæus sui causa*, idque Cell. et Heum. adprobant, sed vix dubito *sui*, quippe notius, pro altero, non ita frequenti et tamen eleganti, subornatum. Habent vero Goth. Lipf. Reimm. Emman. Cauc. Iun. Fasit. (i. e. Manutiana editio) Gryph. Torn. Betul. Thomaf. Gall. Spark. Walch. *sua causa*. L. 3. 17. 4. omnia sua causa

facere sapientem L. 5. 17. 16: *virtutem-expetendam-sua causa*. conf. not. L. 7. 4. 11. et ad L. de Ira c. 13. 1. Bün.

i) *ad calum directi*] Vltr. Emm. Ven. vtraque 1478. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *ad calum erecti*. Goth. Lipf. Reimm. Subl. Roff. Ven. 1471. 93. 97. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. reliqui *directi*. Loca pro vtraque lectione vide in citatis a me ad L. 2. 1. 11. 13. (x) p. 164. Bün.

k) *ut videatur*] Ediderant Fas. Gryph. Betul. Thomas. Thyf. Gall. Cell. *ut videaturque*. Eieci illud que alienum ab Pen. Iun. Cauc. Angl. Goth. Lipf. Reimm. Subl. Roff. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Torn. Isæo, Spark. Walch. Heuman. Bün.

l) ex.

- hominem Deus, quasi porrecta manu adleuatum ex humo, ad
 7 contemplationem sui excitasse ¹: *Quid ergo, inquit, Deo
 cultus hominis confert, beato, et nulla re indigenti? vel si tantum
 honoris homini habuit m. n, ut ipsius causa mundum fabrica-
 ret, ut instrueret eum sapientia, ut dominum viuentium faceret,
 eumque diligeret tamquam filium; cur mortalem fragilemque
 constituit? cur omnibus malis, quem diligebat, obiecit? quum
 oporteret et beatum esse hominem, tamquam coniunctum et pro-
 ximum Deo; et perpetuum, sicut est ipse; ad quem colendum et
 8 contemplandum figuratus est. Quamquam hæc fere in priori-
 bus libris sparsim docuimus ^o: tamen, quoniam proprie id
 materia nunc exigit, quia de vita beata disserere propositum
 est, explicanda sunt ista diligentius et plenius; ut dispositio
 9 Dei, et opus voluntasque noscatur. Quum posset semper ^p
 spiritibus suis ^q immortalibus innumerabiles animas ^r pro-
 crea-*

d) excitasse] Iticus et Gall. in variis dicunt, alios habere, exciuisse. Cur non nominarunt? mei scripti et editi omnes excitasse, et recte. n. 22. et sæpe L. 2. 2. 18. c. 17. 9. Plura dant loca ad L. 2. 1. 13. (x) p. 164. citata et L. 7. 9. 11. Bün.

m) si tanti honoris hominem habuit] Emman. cod. lectio elegans et digna Lactantio. Vulgo, tantum honoris homini. Cell.

n) si tantum honoris homini habuit] Emman. si tanti honoris hominem habuit. Hæc lectio Cellario et Walchio elegans, illatina Heumanno, a me eiecta; quum prior, quæ in omnibus MSS. et editis habetur, referat genuinum Lactantii stilum. c. 4. n. 16: tantumque illi honoris habuit. L. 3. 1. 13: non est, quod Philosophis tantum honoris habeamus Bün.

o) docuimus] Heumanno rescribendum videtur discussimus. At libri docuimus, pro more c. 14. 2. Bün.

p) semper] Heum. legit *semel auf einmahl*; libri *semper*. Nam Lactantius credidit, Deum SEMEL quidem et vno tempore innumerabiles animas procreasse; sed SEMPER potuisse. vide L. 2. c. 10. 2. de Opif. 19. 1-4. Bün.

q) spiritibus suis] i. e. spirationibus. vide L. 4. c. 8. 9-10: Spiritus suos in angelos figurauit etc. Epit. 42. 3: angelos - de suis spiritibus figurauit. conf. L. 7. 6. 4: ventorum spiritus. Bün.

r) spiritibus suis immortalibus innumerabiles animas] Videtur Lactantius in ea fuisse sententia, quæ animas habet quasi tot particulas de Deo decerptas. Scilicet plures, e philosophis Christiani facti, Platoniorum dogmata Christianis sacris admiscuere. qualia erant animarum præexistentia, et a diuina essentia delibatio quædam, quas tamen non de Deo, sed a Deo esse saniores omnes consentiunt. Spark.

s) im-

creare, sicut angelos genuit, quibus immortalitas sine vlllo malorum periculo ac metu constat: excogitauit tamen inenarrabile opus, quemadmodum infinitam multitudinem crearet animarum, quas primo fragilibus et imbecillis * corporibus illigatas, constitueret inter bonum malumque medias; vt constantibus ex vtrisque naturis † virtutem proponeret, ne immortalitatem delicate adsequerentur ac molliter; sed ad illud æternæ vitæ ineloquibile * * * præmium summa cum difficultate ac magnis laboribus peruenirent. Ergo vt eas grauibus et 10 vexabilibus † * membris indueret, quoniam consistere in medio inani non poterant, ponderibus et grauitate corporis deorsum premente, sedem illis ac domicilium primo condendum † esse decreuit. Itaque ineffabili virtute, ac potentia 11 præclara mundi opera molitus est, suspensis in altitudinem leuibus elementis, et grauibus in ima depressis, et cælestia firmavit, et terrena constituit. Non est necesse nunc exse- 12 qui singula, quoniam in secundo libro vniuersa exsecuti sumus. Lūmina igitur posuit in cælo, quorum moderatio, et cla-

s) *imbecillis*] Reimm. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Gymn. *imbecillibus*. h. l. ingrate, terminatione eadem ter posita; melius Goth. Lipf. Fasit. Gryph. etc. *imbecillis*. Bün.

†) *ex vtrisque naturis*] Goth. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. *ex vtrisque natura*. Lipf. Ald. Fasit. Gryph. etc. *naturis*. Bün.

*) *ineloquibile*] Sic tres Lipf. Rom. et alii. Vfus noster etiam est post paullo cap. 11. sect. 2. Cell.

x) *ineloquibile*] Ita omnes scripti et editi, et iterum c. 11. 2. Irenæi versio antiquisf. L. 1. c. 10. f. 66. *inenarrabiles et ineloquibiles ἀῤῥήτως καὶ ἀνεκλαλήτως*. In Bon. *ineloquibile* desideratur. Eius fortis in Glosfis antiquis Lat. Græc.

f. 119. *improloquibilis ἀλάλητος*. Bün.

y) *vexabilibus membris*] Omnes Lipsiensis, Goth. Emman. et ed. Rom. *vexabilibus*; vulgati *nexibilibus*. Cell.

z) *vexabilibus*] Ald. Betul. Thomas. Torn. Thyf. Gall. Spark. Walch. *nexibilibus*. Crat. Gymn. *inexibilibus*. Rost. *vexabilibus*. Bon. Tax. Pen. Vltr. Pal. Cauc. Iun. Goth. Lipf. Reimm. Emman. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Isæus, Cell. Heum. *vexabilibus*, quæ vexari possent. vocabulum novum alibi non obseruatum. Aldi *nexibilibus* videtur respexisse præcedens: *illigatas*. Bün.

a) *domicilium-condendum*] Lipf. 2. *condendum*. Reliquorum *condendum*, rectum. Bün.

Kkk

b) mo-

claritas, et motus aptissime ad vtilitates viuientium temperatus est; ^{b. c.} terræ autem, quam sedem voluit esse, fecunditatem varia gignendi ^d ac proferendi dedit, vt vbertate frugum, et herbarum virentium ^{e. f} pro natura et vsu cuiusque generis ^g alimoniam ministraret ^h. Tum perfectis omnibus, quæ ad conditionem mundi pertinebant, hominem finxit ex ipsa terrâ, quam illi a principio in habitaculum præparauit, id est ⁱ spiritum suum ^k terreno corpore induit ^l et in-

b) moderatio, et claritas, et motus --- temperatus est] Ex MSS. Angl. Lips. et Goth. ac ed. Rom. hæc lectio. Vulgo. *moderationes et claritates --- temperauit.* Cell.

c) moderatio, et claritas, et motus --- temperatus est] Goth. (Cellarius in cit. Goth. falsus est) Fasit. Gryph. Betul. Thom. Thyf. Gall. Spark. Walch. *moderationes et claritates et motus --- temperauit.* Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *quorum moderatione et claritas et motus --- temperatus est.* Torn. 1587. quorum moderationes et CLARITATIS (genitiuus) et motus. (genit) --- temperauit. At Bon. Tax. Pen. Angl. Lips. Reimm. Subl. Rost. Rom. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Ifæus, Cell. *quorum moderatio et claritas et motus --- temperatus est.* Heumannus vocem moderatio (moderatione, moderationes) eiicit, quasi aliquis interpretationis causa ad verbum temperatus in margine adscripserit moderatus, vnde alterum natum putat. Bün.

d) fecunditatem varia gignendi] Lips. 1. 3. Reimm. Iun. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Gymn. *fecunditatem variam gignendi.* Goth. Fasit. Gryph. Torn. etc. *fecunditatem varia gignendi.* Bün.

e) herbarum virentium] Goth. Lips. sic; et mox cuiusque. vulgo *viuentium et cuique.* Cell.

f) et herbarum virentium] Fasit. Gryph. Betul. Torn. Thomas. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. et *herbarum virentium.* Scilicet iungunt: *viuentium pro natura.* Reimm. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Gymn. et *herbarum et virentium.* Bün.

g) cuiusque generis] Ita Bon. Tax. Pen. Pal. Vlter. Iun. Reimm. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Gymn. Torn. 1587 - 1613. Ifæus; vbi Fasit. Gryph. Bet. Thom. et seqq. *cuique generi.* Bün.

h) alimoniam ministraret] Fasit. Gryph. Betul. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Cell. *ministraret.* In Lips. 2. 3. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Torn. 1587 - 1613. Ifæo: *alimoniam ministraret,* verbo simplici. conf. not. 5. 14. 17. c. 18. 15. solet vti aut compos. *subministrare,* aut secundum varias lectiones simplici. de; Opif. 3. 6: *vt - alimentum lactis fetibus ministraretur.* Epit. 72. 5: *Deus - victum ministrabit. ministrare* noster hoc sensu non posuit. alibi Lucret. 2. 1149: *Quod satis est - natura ministrat.* Tacitus L. 4. Annal. c. 28: *Cornutum - ministrans se pecuniam.* Bün

i) id est] Goth. idem. Bün.

k) spiritum suum] recte Heum. *animam a se spiratam.* Hinc L. 2. 12. 11: *spiritus celestis anima.* Bün.

l) spiritum suum terreno corpore

inuoluit ^m, vt compactus ⁿ ex rebus diuersis ac repugnanti-
 bus, bonum ac malum caperet: et sicut terra ipsa fecunda est ¹⁴
 ad fruges pariendas; ita corpus hominis, quod adsumtum est
 e terra ^o, generandi copiam facultatemque procreandæ sobolis
 accepit, vt, quoniam fragili materia ^p formatus in æternum
 manere non poterat, peractō temporalis vitæ spatio cederet; et
 illud, quod fragile atque imbecillum gerebat, perpetua succes-
 sione renouaret. Cur igitur eum mortalem ^r finxit et fra- ¹⁵
 gilem, quum illius causa mundum ædificasset? primum, vt in-
 finita vis animarum ^r gigneretur, omnemque terram multi-
 tudine oppleret: deinde, vt proponeret homini virtutem, id est,
 tolerantiam malorum ac laborum ^t, per quam posset præmium
 immortalitatis adipisci. Nam quia homo ex duabus rebus constat, ¹⁶
 corpore atque anima, quorum alterum terrenum est, alterum
 cæleste; duæ vitæ ^u homini attributæ sunt, vna temporalis,
 quæ

induit] Videtur ex illo errore esse, quem paullo ante sect. 9. cum Spar-
 kio notabamus. *Cell.*

m) inuoluit] Seneca ad Marciam c. 24: *osca - quibus inuoluti sumus.* Arnobius L. 2. p. 62: *anima - tenebris - corporibus inuoluta*, et p. 69: *anima tenebrosus corporibus inuoluta.* Bün.

n) vt compactus] Fasit. Gryph. Betul. Thom. Thyf. Gall. Spark. *Cell. vt et compactus.* Copulam et, quam Lips. tert. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Torn. 1587-1613. Walch. ignorant, et Heumannus improbat, eieci. Bün.

o) e terra] Goth. *de terra.* Bün.

p) fragili materia] Heum. *e fragili materia* legit, vt 2. 12. 3. Libri sine præpositione. Bün.

q) Cur - mortalem finxit] Gallæus et Sparkius adfingunt Lactantio gra-
 uissimum errorem, quia dixerat non in æternum manere, et mortalem

fictum (vid n. 7-22. et de Ira 15. 9); sed explicari debet ex L. 2. 12. 15. seqq. IMMORTALIS MANERET, et de Opif. 4. 2. vbi fatetur, animal, quod Deus fecerat, sua sponte ad mortem transisse, et Epit. c. 27. 2-3. sqq. Bün.

r) vt infinita vis animarum gigneretur] Vnde manauerit error, eadem sect. 9. indicatum est. *Cell.*

s) infinita vis animarum] i. e. vt n. 9. innumerabiles anima. Sic L. 7. 4. 11. *tantum vim matricum dixit* ex Ciceroſe. Bün.

t) maiorum ac laborum] Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *ma-
 lorum ac bonorum*, perperam. Goth. Lips. Reimm. Fasit. Gryph. reliqui: *malorum ac laborum*: quod requirit vox: *tolerantiam*. conf. n. 9. fin. Bün.

u) dua vite] In Ald. Crat. Gymn. *dua via*, vitioſe. L. 7. 10. 11: *dua vite propoſitæ sunt homini, quarum altera est anima, altera corporis.* Bün.

Kkk 2.

x) ter-

quæ corpori adsignatur; altera sempiterna, quæ animæ subia-
 17 cer. Illam nascendo accepimus; hanc adsequimur laboran-
 do, ne immortalitas homini, vt ante diximus, sine vlla difficul-
 tate constaret. Illa terrena est, sicut corpus; et ideo finitur:
 hæc vero cælestis, sicut anima; et ideo terminum ^x non ha-
 bet. Illam primam nescientes accepimus, hanc secundam sci-
 18 entes. virtuti enim, non naturæ datur, quia voluit nos Deus
 vitam nobis in vita comparare ^y. Iccirco hanc præsentem
 dedit, vt illam veram et perpetuam aut vitiis amittamus, aut
 virtute mereamur ^z. ^a in hac corporali non est summum bo-
 num: quoniam sicut necessitate diuina ^b nobis data est; ita rur-
 sum diuina necessitate soluetur ^c. Ita quod finem habet, sum-
 mum

mum

^x) terminum non habet] i. e. non finitur. mox n. 18. finem habet. conf. c. 10. 11. Hæc Lactantii confirmant illa, quæ ad defensionem verborum habere terminum Burmannus ad Phædri L. 5. 1. 1. p. 230. doctissime obseruauit. Ita etiam Cyprianus de Zelo et Liuore ed. Gryph. p. 345: Mala cetera habent terminum, et quodcumque delinquitur, delicti consummatione finitur -- zelus terminum non habet, permanens - sine fine peccatum est. Seneca epist. 84: relinque ambitum - nullum habet terminum. Büñ.

^y) vitam nobis in vita comparare] Lipf. 1. in hac vita, interpretandi causa. Cell.

^z) virtute mereamur] Dure ac improprie dictum. Si vero sensit quod littera refert, a sanis formulis aberrat. Cell.

^a) mereamur] vox opposita amittere prodit, mereri hic esse consequi. hinc n. 19. acquirere, n. 15. adipisci, n. 16. adsequi, n. 17. comparare, eodem sensu dixit. vid. L. 5. 23. 5. not. Büñ.

^b) diuina necessitate] Duriuscule,

inquit Sparkius, hæc efferuntur, nisi temperamento aliquo emolliantur, et diuina necessitate non aliud innuat, quam nobis nihil conferentibus. Deo alioquin nulla imponitur nos fingendi necessitas. Ego interpretor: diuina necessitate, i. e. diuina lege. Pari modo L. 2. c. 1. quod functi - diuinæ necessitati morte concesserint. de Ira c. 15. 7: consideremus diuinam necessitatem, nolo enim naturam dicere. Chrysippus Deum nuncupauit diuinam necessitatem. conf. L. 1. 5. 20. not. et L. 4. 9. 2. λόγος, necessitatem verum. Maxime huc pertinet de Opif. 17. 7: quum fetum in vtero necessitas diuina formauit. Non vero Deus ob hanc ipsi tributam, immo a se sibi datam necessitatem minus liber aut potens est; ipse enim est SVA NECESSITAS, vt Seneca L. 1. Qu. Nat. Plura Lipsius L. 1. Physiol. Stoicæ disp. 12. Büñ.

^c) soluetur] In futuro scripti ex Bon. Tax. Pen. Lipsf. 2. 3. Reimm. Angl. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Gymn. Ifæo. vbi Fas. Gryph. Torn. Thomaf. et seqq. soluitur. Büñ.

^d) spi-

num bonum non habet. In illa vero spiritali ^d, quam per 19 nos ipsi adquirimus, summum bonum continetur: quia nec malum potest habere, nec finem. cui rei argumentum ^e ^f natura et ratio corporis præbet. Cetera namque animalia 20 in humum vergunt ^g, quia terrena sunt; nec capiunt immortalitatem, quæ de cælo est: homo autem rectus in cælum spectat, quia proposita illi est immortalitas; nec tamen venit, nisi tribuatur homini a Deo ^h. nam nihil intereset inter ⁱ iustum et iniustum, si quidem omnis homo natus ^k, immortalis fieret. ergo immortalitas non sequela naturæ ^l, sed merces præmi-vmque virtutis est. Denique homo non statim, quam natus ^m 21 est,

d) *spiritali*] Goth. *speciali*. Confusionem harum vocum et alibi obseruauimus. Bün.

e) *cui rei argumentum natura et ratio præbet corporis*] Gothanum expressimus, inducto superflue repetito verbo *natura*. Lips. etiam et Emman. *Cui rei, non cuius*. Cell.

f) *Cui rei argumentum natura et ratio corporis præbet*] Cauci Vltr. Iun. Pal. et Lips. 1. ex fide Gallæi: cuius rei argumentum præbet natura et ratio corporis. dubito de hoc ordine a Gallæo dato e MSS. At meæ edd. Subl. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Bet. Torn. Thomas. If. Thyf. Gall. Spark. hoc ordine: *cuius rei argumentum natura et ratio corporis præbet*, et ita Heum. legit. Bonon. CVI REI arg. naturæ ratio et natura corporis præbet. quæ quidem, sed incongruenter, Thomasius explicat. seruo ex antiquissimo Bonon. dandi casum: *cui rei*, et porro lego ex Tax. Lips. Emman. Reimm. *cui rei argumentum natura et ratio corporis præbet*. Est vero vtrumque rectum, *cuius rei* et *cui rei* arg. præbet. Lampriidius in Alexandro Seucro c. 5: *cui rei argumentum est*. Bün.

g) *in humum vergunt*] L. 2. 2. 20. Bün.

h) *nec tamen - a Deo*] Hæc, quæ Heumanno sunt glossema, libri habent omnes. Bün.

i) *nihil intereset inter*] Goth. *nihil intereset inter*. Bün.

k) *si quidem omnis homo natus*] vid. L. 3. 19. 7: *tamquam necesse sit, omnem hominem natum immortalitate donari* etc. Bün.

l) *immortalitas non sequela naturæ*] Intellige: *immortalitas beata non sequela natura*. plura ad n. 22. et adn. ad L. 2. 12. 7. Vox *sequela* iterum occurrit de Opif. 4. 3. *mors sequela morborum est*. Tertull. de Carne Christi c. 20: *Sequela unitatis abstracta*. Bün.

m) *non statim, quam natus*] Pal. et Lips. 1. *non statim, quo natus est*. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Gymn. *non statim, quando natus est*. Heum. legit *non statim, cum (quum) non est*. At Angl. Goth. Lips. 2. 3. Witteb. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Ifæus, reliqui: *non statim, quam natus est*. Posset dicere *quam* pro *postquam* poni, quod *post*, quum de tempore agitur, interdum omittitur, vti Schot-

est, *rectus* ⁿ ingreditur, sed quadrupes primo, quia ratio corporis et huius præsentis vitæ communis est nobis cum mutis animalibus: post deinde confirmatis viribus erigitur, et lingua eius in eloquium soluitur ^o, et mutum animal esse desinit.

22 Quæ ratio docet, mortalem nasci hominem; postea ^p vero immortalem fieri, quum cæperit ex Deo viuere, id est iustitiam sequi, quæ continetur in ^q Dei cultu; quum excitauerit hominem Deus ad adspæctum cæli, ac sui. quod tum fit, quum homo cælesti lauacro purificatus, exponit ^r infantiam cum omni labe vitæ prioris, et incremento diuini vigoris ac-

23 cepto, fit homo perfectus ac plenus. Ergo quia virtutem proposuit homini Deus, licet anima et corpus consociata sint;

tus ad Nepot. Aristid. c. 1: *Sexto fere anno, quam erat expulsus, mouit. In Ciceronis L. 6. Att. ep. 1: Meo decreto soluta res Scaptio statim, quam decretum sit, tu iudicabis. Boetius Popma et Stewechius statim, quam exponunt statim, ac; statim, ut; at rectius Græuius quam, i. e. quam iusto. Dixerunt vero cadente latinitate statim quam, vnde citante Stewechio de Partic. L. L. ex Vlpiano: Prior statim committitur, quam aliter fuerit usus. Marcian. Omnes Proconsules statim quam urbem egressi fuerint, habent iurisdictionem. Iterum multi vetusti libri Lact. Opif. 3. 1: animalia statim idonea esse, quam in lucem-processerint. Bün.*

n) *rectus*] sæpe ponit cum aliis pro *erectus*. vide meam adnot. ad L. 2. 1. 14. (a) p. 165. Bün.

o) *in eloquium soluitur*] vt L. 4. 15. 8. Bün.

p) *mortalem nasci hominem; postea*] Ex hoc alisque Lactantii locis Dodwellus insolitam opinionem de anima naturaliter mortali, sed immortaliter reddenda voluit confirmare, cui se opposuit Sam. Clarke at-

que Patres vindicauit. vid. Act. Erud. Lips. 1707. p. 207 - 215. conf. Lact. L. 3. 12. 27. c. 13. 1. c. 19. 7. ex cuius c. 19. n. 3. 4. et 10. L. 7. 12. n. 15. n. 16. n. 19. n. 24. Epit. c. 68. noster debet explicari. add. not. ad L. 2. 12. 7. (g) p. 253. Bün.

q) *continetur in Dei cultu*] Heum. in delet, quod omnes libri habent hic et alibi, e. g. L. 3. 7. 1. L. 4. 16. 1. Bün.

r) *exponit infantiam*] Heumanus, *Equis*, inquit, *dubitet rescribere: deponit?* Non abeundum a libris constanter *exponit* et recte exhibentibus, vindicauit abunde ad L. 3. 26. 13. *exposito vetere*. hic addo ex Cypriano de Zelo et Liuore: *ab inuidis nunquam liuor exponitur*. Ita quoque sumendus Arnobius L. 2. p. 72. *vigorem virilitatis exponere*, quod Stewechius in Electis ad h. l. infelicitè in *seponere* tentauit mutare. Elmenhorstius vero et Heraldus plane non attigerunt. Retinere a correctione Stewechium potuisset Arnobii L. 2. p. 88: *exponite has curas et incognitas vobis relinquire quæstiones*, i. e. deponite. Bün.

s) *im-*

sunt; tamen contraria sunt, et impugnant inuicem^s. Animi bona, mala sunt corporis; id est opum fuga, voluptatum interdiction, doloris mortisque contemptus. Item corporis bona, mala sunt animi, hoc est cupiditas et libido, quibus et opes adperuntur, et suauitates^t variarum voluptatum, quibus eneruatus animus extinguitur. Ideo necesse est, iu-²⁴stum et sapientem in omnibus malis esse, quoniam malorum victrix est fortitudo: iniustos autem in diuitiis, in honore, in potestate. hæc enim bona corporalia, et terrena sunt: illi autem terrenam vitam agunt, nec adsequi immortalitatem queunt, quia se voluptatibus dederunt, quæ sunt virtutis inimicæ. Itaque vita hæc temporalis illi æternæ debet esse subiecta, sicut corpus animæ. Quisquis ergo animæ²⁵ vitam maluerit; vitam corporis contemnat, necesse est; nec aliter eniti^u ad summum poterit^{x y}, nisi, quæ sunt ima, despexerit. qui autem corporis vitam fuerit amplexus, et cupiditates suas in terram deiecerit^x, illam superiore vitam consequi non potest. Sed qui mauult bene²⁶ viuere in æternum, male viuet ad tempus^{x x}, et adficietur omnibus molestiis et laboribus, quamdiu fuerit in terra, vt habeat diuinum et cæleste solatium: et qui maluerit bene vi-
ve-

s) *impugnant inuicem*] Libri non addunt pronomen *se*, vt nonnulli iterum de Ira c. 19. 1. Multa talia absolute posita congescit Vechner. Hellenol. ed. Heusing. pag. 60. sqq. Bün.

t) *suauitates - voluptatum*] Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Crat. Gymn. *suauitas - voluptatum*. At MSS. Angl. Cauc. Iun. Pal. Lipf. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et reliqui *suauitates*. Ita c. 6. 2: *suauitatibus mortiferis*. L. 6. 22. 3: *his blandimentis et suauitatibus titillat animas*. n. 5: *suauitudoines*. eadem vi. Bün.

u) *eniti*] Lipf. 2. nisi, at reliqui fere omnes *eniti*. fortius. Bün.

x) *nec aliter eniti ad summum*

poterit] Vulgo addunt, ad summum bonum; quod abest ab Angl. Lipf. tribus, et Rom. Cell.

y) *ad summum poterit*] Goth. Fasit. Gryph. Betul. Thom. Isæus, Thyf. Gall. Spark. *ad summum bonum*. Rectius vero Angl. Lipf. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. *ad summum poterit*, eie-cta voce *bonum*, quam Tornæus. 1587. etiam cancellis vt alienam a suo MS. inclusit: *summum* et mox *ima* opponit. Bün.

*) *in terram deiecerit*] vt L. 6. 17. 14: *proicere in terram*. Bün.

***) *male viuet ad tempus*] i. e. vt explicat: *afficietur omnibus molestiis et laboribus*, et n. 24: *in omnibus malis erit*. Bün.

vere ad tempus^a, male viuet in æternum. damnabitur enim sententia Dei ad æternam pœnam, quia cœlestibus bonis terrena præposuit. Propterea igitur coli se Deus expetit, et honorari ab homine tamquam pater, vt virtutem ac sapientiam teneat, quæ sola immortalitatem parit. Nam quia nullus alius præter ipsum donare eam potest, quia solus possidet; pietatem hominis, qua Deum honorauerit, hoc adficit præmio^{a. b}, vt sit in æternum beatus, sitque apud Deum et cum Deo semper^{c. d}.

VI. Nunc

2) maluerit bene viuere ad tempus] i. e. ex n. 24: qui maluerit esse in diuitiis, in honore, potestate, voluptatibus se dedere. Conf. L. 7. II. 3. 4. Bün.

a) qua Deum honorauerit, hoc adficit] Goth. qua, vt ad pietatem referatur: adficit est Emman. et duorum Lipf. Alii qui, et afficietur. Cell.

b) possidet; pietatem hominis, qua Deum honorauerit, hoc adficit premio] Cau. Iun. Vlter. Sublac. Rom. Rost. Ven. 1471-1515. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thyf. Gall. Spark. possidet pietatem hominis; qui Deum honorauerit, hoc afficietur premio. Sola Paris. 1513. AFFICITVR. Rectius, (exceptis distinctionibus) Emman. Lipf. 2. 3. Reimm. quia solus possidet pietatem hominis. qui Deum honorauerit. Hoc afficit premio, debuissent incidere: quia solus possidet, pietatem hominis, qui Deum honorauerit, hoc afficit premio. Rectissime Bonon. antiq. (quem male Heumannus hic accusat) testibus Thomasio in margine et notis; Ifæo in variis et ipso textu: possidet, pietatem hominis, qua Deum honorauerit, hoc afficit premio. Bün.

c) et cum Deo semper] Additur Gothano codice bene longus sermo, qui vero abest ab aliis, quibus vtimur, manu scriptis et antiquis editionibus: et, si quis alius adfutus Lactantio, hic certe Manichæismum olet. Integrum, ne quid desit, hic danus. Neque nunc aliquis eo confugiat (1), vt dicat ad ipsius culpam pertinere, qui et bonum instituit (2), et malum. Cur enim malum voluit esse, si id odio habet? Cur non bonum tantum fecit, vt nemo peccaret, nemo faceret malum? Quamquam hoc in omnibus fere prioribus libris docuerim, et id iam superius, quamuis leuiter, attigerim: tamen subinde admonendum est, quia omnis ratio in ea posita est. Nulla enim virtus esse poterat, nisi diuersa fecisset: nec, omnino adparere vis boni potest, nisi ex mali comparatione. Adeo malum nihil aliud est, quam boni interpretatio. Sublato igitur malo, etiam bonum tolli necesse est. Si leuam manum aus pedem amputaueris, nec corpus erit integrum, nec vita ipsa constabit. Adeo ad compagem corporis temperandam aptissime cum dextris sinistra iunguntur. Item si pares calculos feceris, nemo ludet: si vnum colorem circo dederis, nemo spectan-

(1) eo confugiat, vt dicat] Sic L. 4. 15. 26: solent eo confugere, vt aiunt. Bün.

(2) insinuit] fecit, creauit. vide loca in not. ad L. 7. 3. 14. Bün.

(3) omni

VI. Nunc totam rationem breui circumscriptione
signe-

spectandum putabit, sublata omni (3) Circensium voluptate. Quos profecto, qui prius instituit, amator unius coloris fuit, sed alterum ei quasi ambulans posuit, ut posset esse (4) certamen, et aliqua in spectaculo gratia. Sic Deus, quum bonum constitueret, quum virtutem daret, statuit etiam diuersa, cum quibus illa conflingerent, si desit hostis et pugna, nulla victoria est. Tolle certamen, ne virtus quidem quidquam est. Quam multa sunt hominum inter se, et quam variis artibus constituta certamina? nemo tamen fortior, velocior, praestantior haberetur, si aduersarium, cum quo consideres, non haberet. Vnde autem abest victoria, abesse hinc et gloriam simul et primum necesse est. Ut igitur virtutem ipsam exercitatione assidua roboraret, eamque faceret de malorum conflictatione perfectam, utrumque simul dedit, quia utrumque sine altero retinere vim suam non potest. Ergo diuersitas est, cui omnis ratio veritatis in-

nititur. Non me prateris (5), quid hoc loco a peritioribus possit opponi. si bonum sine malo esse non potest, quomodo primum hominem dicis ante offensum Deum in solo bono fuisse, aut postea in solo bono futurum? Discutienda hac questio est, quod in prioribus libris pratermisi, ut hic impletem. Diximus superius ex elementis repugnantibus hominis constare naturam. Corpus enim, quae terra (6) est, comprehensibile, temporale (7), brutum (8) atque tenebrosum est. Anima vero, quia de calo est, tenuis, aeterna, sensibilis, illustris est. Quae quia inter se contraria sunt, necesse est, hominem bono et malo esse subiectum. Anima adscribitur bonum, quia indissolubilis est: corpori malum, quia fragile est. Quoniam ergo sociata et coniuncta sunt corpus et anima, aequae bonum et malum coherere necesse est: nec separari alterutro possunt, nisi quum illa separata sunt. Denique boni malique notitia simul homini primo data est, qua per-

(3) omni Circensium voluptate] Cell. et Heumann. omnium. Restitui omni ex Goth. Fasit. Gryph. Tornæ. Betul. Ifæo, Gall. Sparki. De diuersis istis coloribus consule Gatakerum ad Antonin. L. 1. §. 5. p. 3. 4. Bün.

(4) ut posset esse] Cell. et Heumann. possit. Edo ex Goth. Fasit. Gryph. et reliquis posset. Bün.

(5) prateris] Cell. Heumann. prateris. Scribo ex Goth. Fasit. Gryph. et reliquis praterit. Bün.

(6) Corpus enim, quae terra est] Ifæus, Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. Heum. corpus enim, QVIA, sine fide MSS. Goth. corpus enim, quod terra est. Fasit. Gryph. Tornæ. 1548 - 1613. Betul. corpus enim, quae terra est. Hanc constructionem quoniam minus intellexerunt, ex quate-

cerunt quia, quod. Sed frequens Laetantio pronomen, quod debebat in genere ad praecedentem vocem referre, aptare sequenti, more Ciceronis et aliorum. Exempla dedimus ad L. 2. 13. 1: delegit vnum, quod - singulare iustitia supererat exemplum, et ad L. 4. 16. 11: nec in cor suum, quae pars est et ipsa damnationis, admittunt. Bün.

(7) comprehensibile, temporale, brutum atque tenebrosum est] Editi: comprehensibile est, temporale. deleui illud prius est ab Goth. alienum, sufficit est in fine; neque solet Laetantius ita repetere. Bün.

(8) brutum] Opponitur statim sensibilibus. brutum ergo insensibile, sensu carens. Plura dedi ad L. 2. §. 40. (x) brute-scans. p. 202. Bün.

signemus. Iccirco mundus factus est, vt nascamur: ideo nasci-

percepta, statim de loco sancto pulsus est, in quo malum non est. Vbi quum esset in bono tantum, id ipsum bonum esse ignorabat. Postquam vero accepit boni malique intelligentiam, iam (9) nefas erat eum in beatitudinis loco morari: relegatusque est in hunc communem orbem; vs ea utraque simul experiretur, quorum naturam pariter agnouerat. Adparet ergo iccirco datam esse homini sapientiam, vt bonum discernat a malo: vt ab incommodis comoda, ab inutilibus utilia distinguat: vt habeat iudicium, et consideransiam, quid cauere, quid adpetere, quid fugere, quid sequi debeat. Sapientia ergo constare sine malo non potest, vixitque ille (10) princeps generis humani, quamdiu in solo bono fuit, velut infans, boni ac mali nescius. At enim postea hominem necesse est et sapientem esse et sine vlllo malo beatum. Sed id fieri non potest, quamdiu anima domicilio corporis induta est. Quum vero factum fuerit corporis animaque discidium (11), tunc malum a bono separabitur. Et sicut corpus interit, anima manet, ita malum interibit, et bonum permanebit. Tunc homo, accepto immortalitatis indumento,

erit sapiens, expertus mali, sicut Deus. Si quis (12) ergo vult nos in bono esse tantum, id potissimum desiderat, vt sine corpore viuamus, in quo est malum. Quod si tollatur, aut sapientia homini, vt dixi, aut corpus admetur: sapientia, vt ignoret malum: corpus, vt non sentiat. Nunc autem quum homo et sapientia sit instructus, vt sciat, et corpore vt sentiat, vtrumque pariter in hac vita Deus esse voluit, vt ratio virtutis sapientiaque constaret. Posuit itaque hominem inter vtrumque medium, vt haberet licentiam vel mali vel boni sequendi. Sed malo admiscuit adparentia quadam bona, id est, varias et delectabiles suauitates, vt earum illecebris induceret hominem, ad latens malum. Bono autem admiscuit adparentia quadam mala, id est, arumnas et miserias et labores, quorum asperitate ac molestia offensus animus refugeret a bono latensi. Hic ergo sapientia officium desideratur, vt plus mente videamus quam corpore: quod pauci admodum facere possunt: quia et virtus difficilis ac rara est, et voluptas communis ac publica. Ita necesse est sapientem pro stulto haberi, qui dum adpetit bona, qua

(9) iam nefas] Goth. ita nefas. At recte editi iam, i.e. amplius, vt saepe Lactantius, e.g. L. 7. 12. 28. Bñ.

(10) vixitque ille] Addo que ex Goth. Falst. Gryph. Tornæus. Betul. Isæo, Gall. Sparkio; excidit in Cell. et Heumann. libris. Bñ.

(11) discidium] a discindo. Omnes prave discidium, quod de corpore, vt h. L. dici nequit. Lactantius ipse L. 2. 12. 9: mors est corporis animæque SEDUCTIO. L. 7. 20. 11: anima, quum diuortium fecit a corpore. Restitui quoque L. 4. 30. 4. L. 7. 3. 23. Lucret. 3. 343: non - animai disci-

diuū possunt artus perferre relictū. et v. 850. sq. quum corporis atque animai discidium fuerit. Reddiderunt Ciceroni Lambinus pro Domo c. 36. Græuius Orationi XVI. Agrar. c. 6. Or. 2. Philipp. c. 19. Gronouius Liuii L. 25. 18. Tacito L. 2. Annal. c. 87. L. 3. c. 35. L. 11. c. 30. L. 12. c. 2. Rittershulius Guntheri Ligu-rino L. 5. 252. p. 104. Bñ.

(12) expertus mali, sicut Deus. Si quis] Goth. sicut Deus, vt Cell. omittit. Editi: expertus mali, sicut Deus. Quis ergo Bñ.

nascimur^a, ut agnoscamus factorem mundi ac nostri Deum: ideo agnoscimus, ut colamus: ideo colimus, ut immortalitatem pro laborum mercede^{b. c} capiamus, quoniam maximis laboribus cultus Dei constat: ideo præmio immortalitatis adficimur, ut similes angelis effecti, summo patri ac domino in perpetuum seruiamus, et simus æternum Deo regnum. Hæc summa rerum est, hoc arcanum Dei, hoc mysterium mundi, a quo sunt alieni, qui, sequentes præsentem voluptatem, terrestribus et fragilibus se bonis addixerunt, et animas, ad caelestia genitas, suauitatibus mortiferis, tamquam luto cœ-

no-

qua non cernuntur, dimittit e manibus, qua videntur: et dum vitat mala, qua non adspiciuntur, incurrit in mala, qua ante oculos sunt. Quod accidit nobis, quum neque cruciatum neque mortem pro fide recusamus: quando ad summum nefas compellimur, ut prodita fide atque abnegato Deo vero, diis mortuis mortiferisque libemur. Hac ratio est, cur hominem Deus et mortalem fecerit, et malis subiecerit: licet ipsius causa mundum adificasset, scilicet ut virtutem caperet, et ei virtus sua immortalitatem daret. Virtus autem, sicut ostendimus, veri Dei cultus est. Cell.

d) et cum Deo semper] Sermo iste, in notis a Cellario ex Gothano additus, abest etiam a duobus Bononiensibus, Vaticanis duodecim, Tax. Pen. Vltr. Pal. Cauc. Iun. Emman. quinque MSS. Sparkii, Reimm. et Edd. Sublac. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Primus cum impresum dedit Fasitellus, et porro Gryphius, Tornæs. ab 1548-1614. Betul. Antu. 1570. et in notis Isæus, Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. Heumannus, qui credo, inquit, *Lactantium eius esse auctorem, nec assensior Thomasio, qui*

profectum putat a Manichæo quodam. Nam primo nihil in hoc additamento docetur, quod non idem in superioribus docuerit Lactantius. Deinde sibi Lactantium prodit clarissime, nec potuit non fateri Thomasio, ipsam orationis elegantiam ita accedere ad Lactantium, ut ex stilo vix cognosci possit, non esse hoc Lactantii scriptum. Adparet hinc castrationem, quam vocant, scriptorum ecclesiasticorum non esse rem nouam, sed iam olim fuisse, qui deteriora tenebrisque digna ipsis videbantur, inde rescinderent. Hæc Heumannus plane ad mentem meam. Quæ in hoc sermone Manichæismo sunt propiora, doctè refutauit Pfaffius in disertatione Præliminari ad Epitomen §. 22. et 23. ego ex denuo a Cl. Heusingero meo nomine consultis membranæ Gothanis subieci varias quasdam lectiones cum notulis, quas, ut a notis certi textus discerni possent, numeris distinxî. Bün.

a) nascimur, ut agnoscamus] Epit. 69. 1. Bün.

b) pro laborum mercede] Respice sect. 18. superioris cap. adnotata. Cell.

c) mercede] c. 5. fin. premium dixit, et statim h. l. præmio immortalitatis. Bün.

d) qui

3 noue demerferunt. Quæramus nunc vicissim, an in cultu deorum ratio vlla subsistat. qui si multi nati sunt ^{d. e.}, si ideo tantum ab hominibus coluntur, vt præstent illis opes, victorias, honores, quæque alia ^{f.} non nisi ad præsens valent; si sine causa gignimur ^{g.}, si in hominibus procreandis prouidentia nulla versatur, si casu nobismetipsis ^{h.} ac voluptatis nostræ gratia nascimur, si nihil post mortem sumus, quid potest esse tam superuacuum, tam inane, tam vanum, quam humana res, et quam mundus ipse ^{i.}? qui, quum sit incredibili magnitudine, tum mirabili ratione ^{k. l.} constructus

d) qui si multi nati sunt] Additum nati in Emm. Goth. Lipsiensibus, in quibus etiam mox quæque alia. Cell.

e) qui si multi nati sunt] Emman. Goth. Lipf. 2. (contra quam Cell. hos citauit) Reimm. Ven. 1493. 97. Paris. et Iunt. qui simulati sunt. Pier. et Parrh. qui simul nati sunt. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. si multi sunt. Heumannus iis deletis tentat: qui si ideo tantum. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78: qui si multi nati sunt. quæ mihi genuina videntur. In cultu deorum nullam rationem subsistere inde probat, quod multi nati sint, ideo iterum n. 8. ipsi illi (sc. dii), ex quo fonte oriuntur, quomodo aut quare aut vnde multi sunt. et L. 1. 16. 7: quid deorum (i. e. quam multos deos) esse tandem putemus, qui tot sæculis nati sunt etc. Integer hic numerus tertius in oppos. numeri primi, de DEO singulari et eius CVLTV agentis, intelligendus est. Bü. n.

f) quæque alia non nisi] Goth. et quæcunque alia, quæ non nisi. Emm. Cant. i. e. Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Pier. Paris. quæque alia, quæ non nisi. Ald. Crat. Gymn. et quæque alia, quæ non nisi. Fasit. Gryph. Betul. Thomas. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. et quæ alia non nisi. Lipf.

2. Reimm. Ven. 1493. 97. Parrh. Tornæs. 1587 - 1613. Geneu. 1630. Cell. Walch. quæque alia non nisi. quæque valet et quæ. Quod quum non attenderunt librarii, sæpe in nostro corruperunt. Conf. L. 4. 18. 1. Ira 13. 1. Cic. 2. N. D. c. 53. et c. 62: quæque in eo sunt omnia. Bü. n.

g) gignimur] Goth. gignimus, prave. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. fingimur. At MSS. Ven. 1493. 97. et reliqui: gignimur, rectius, respicit n. 1. nascimur. Bü. n.

h) si casu nobismetipsis] Lipf. 2. Reimm. Tornæs. 1587 - 1613: si casu, si nobismetipsis. Bü. n.

i) quam humana res, et quam mundus ipse] Primum Fasitel. porro Gryph. Torn. Betul. Thom. Spark. quam humana res, est, quarum mundus, deinde Cellarius et Heumann. quam humana res est et quam. Bene quidem, sed non indicatis libris. Emm. Cant. i. e. Sublac. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Gymn. quam humana res et quam mundus ISTE? Antiquisf. Bonón. Lipf. tert. Reimm. quam humana res, et quam mundus ipse. Sæpissime in nostro est subauditur, maxime quum esse præcesit. Bü. n.

k) et admirabili] Goth. ita: vulgo tam mirabili. Cell.

l) tum mirabili ratione] Cellarius ex solo Goth. et admirabili ratione. Lipf.

ctus^m, tamen rebus ineptis vacetⁿ. Cur enim^o ventorum spiritus^p citent nubes^r? cur emicent fulgura? tonitrua mugiant^r? imbres cadant? vt fruges terra producat? vt varios fetus alat^r? cur denique omnis natura rerum laboret, ne quid desit earum rerum, quibus vita hominis sustinetur, si est inanis, si ad nihilum interimus, si nihil est in nobis maioris emolumenti Deo? Quod si est dictu nefas, nec putandum est fieri posse, vt non ob aliquam maximam rationem fuerit constitutum, quod videas^t maxima ratione constare; quæ potest esse ratio in his erroribus prauarum religio-

Lipf. tert. magnit. *mirabili ratione*. Lipf. 2. Reimm. Angl. et omnes ab a. 1465 - 1685. editi: *tam mirabili ratione*. Bonon. et Lipf. 1: *tum mirabili ratione*. Bün.

m) *constructus*] Ven. 1497. Pier. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Isæus *constitutus*. vt n. 5 - 7. conf. not. 3. 14. Pal. Cauc. Goth. Lipf. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Paris. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. Heumann. *constructus*, vt de Ira 13.1. In Ven. 1493. *constitutus* vitiose, nescio an inde sequens 1497. etc. *constitutus* non in scite coniecerit, an auctoritate MSS. nitatur. Bün.

n) *rebus ineptis vacet*] margo Paris. 1513. i. e. *operam det, siue incumbas*. Bün.

o) *Cur enim*] Goth. Reimm. *Cur etenim*. Bün.

p) *ventorum spiritus*] i. e. flatus, venti flantes. vid. adnot. c. 5. 9. Ira 13. 7: *ventorum spiritu astrahuntur nubes*. Arnob. 2. p. 69: *ventorum flamma consiccescent*. et L. 1. p. 2: *Num quid suas animas expirauerunt venti, mortuisque flaminibus neque celum coactatur in nubila. etc. etc.* Bün.

q) *citent nubes*] Goth. *ciunt*. At

prius rectum; sequitur: *emicent; mugiant* in coniunctiuo. *citent*, i. e. cogant. Arnob. 2. p. 69: *nec ex coactis et pendentibus nubilibus ad terram decident imbres*. Bün.

r) *emicent - tonitrua mugiant*] Potuerunt nostro obuerrari illa Terulliani Apolog. c. 11. *Vani erunt homines, nisi certi sint a primordio et pluuia de calo ruisse, et sidera radiasse, et lumina floruisse, et tonitrua mugisse, et Minucii c. 5: quibus densatis coactisque nubes alius surgere, pluuia fluere, flare ventos, grandines increpare, vel nimbis collidentibus tonitrua mugire, rutilare fulgura, fulmina præmicare*. Bün.

s) *vt fruges terra producat? vt varios fetus alat?*] Goth. *vt posterius delet, Heumannus prius, et ex posteriori et facit, legens: fruges terra producat, et varios fetus alat?* Mei reliqui: *vt - vt. hoc, vt puto, sensu: num in eum tantum finem, vt etc. sicut n. 6: cur - exhibeant? an vt - demus?* Bün.

t) *quod videas*] Reimm. *quod videmus*. Emman. Sublac. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Cynn. *quod videamus*. Goth. Lipf. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. etc. *quod videas*. Bün.

u) *Quid*

gionum, et in hac persuasione philosophorum, qua putant
 6 animas interire? profecto nulla. Quid enim habent dicere*,
 cur dii hominibus tam diligenter suis quæque temporibus ex-
 hibent? an vt illis far et merum demus, et odorem turis,
 et sanguinem pecudum? quæ neque immortalibus grata esse
 possunt, quia sunt fragilia; neque vsui esse expertibus* cor-
 porum, quia hæc ad vsum corporalium data sunt: et tamen si
 7 ea desiderarent, sibi ipsi possent exhibere, quum vellent. Siue
 igitur intereunt animæ, siue in æternum manent: quam ra-
 tionem continet cultus deorum? aut a quo mundus constitu-
 tus est? cur, aut quando, aut quousque, quatenus* homines, aut
 quamobrem procreati? cur nascuntur, intereunt, succedunt,
 renouantur? quid dii ex cultibus eorum adsequuntur, qui
 post mortem^{a. b} nihil futuri sunt? quid præstant? quid pol-
 licentur? quid minantur^c aut hominibus, aut diis dignum?
 Vel

^a) *Quid habent dicere*] Conf. not.
 L. 4. c. 30. 2. Plura Vechner. Helle-
 nol. L. 2. c. 2. maxime Heusinger-
 rum ad p. 410. Bün.

^x) *expertibus*] Goth. *inexpertibus*.
 prauæ. c. 9. 9: *expertes corporum*.
 Bün.

^y) *constitutus est*] Angl. Sublac.
 Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat.
 Gymn. *factus est*. vt n. 1. Goth. Lipf.
 Reimm. Fasit. Gryph. reliqui: *con-*
stitutus est. vid. not. c. 3. 13. et n. 14.
 Bün.

^z) *quatenus*] Heum. delet *quate-*
nus, quasi *eset marginalis interpretatio*
 τ̄̄ QVOVSQVE. Seruo cum omni-
 bus libris; non enim est interpretatio
 τ̄̄ quousque, sed significat *quo-*
modo, quo sensu nihil in nostro fre-
 quentius. vid. L. 1. 21. 19. L. 4. 27. 1.
 c. 30. 4. L. 5. 22. 14. L. 7. 14. 1. Mort.
 Perf. 1. 7. c. 26. 6. Bün.

^a) *qui post obitum*] Angl. et Lipf.
 MSS. et ed. Rom. *obitum*: alii *mor-*
tem. Cell.

^b) *qui post mortem nihil*] Restituo:
post mortem nihil. Cellarius et Heu-
 mannus hic varias lectiones con-
 fuderunt; ille vult Angl. Lipf. Rom.
obitum, et hic ed. 1472. et 1478: *obi-*
tum; at ed. 1497. 1513. 1515. *post mor-*
tem legere. At Angl. Lipf. Goth.
 Reimm. Rom. Rost. Ven. 1471. 72.
 vtraque 78. 93. 97. 1513. 1515. immo
 omnes libri sine vlla variatione le-
 gunt: *post mortem nihil*. Sed deinum^a
 num. 8. variant, de quo ibi. Bün.

^c) *quid pollicentur? quid minan-*
tur.] prius verbum explicat poste-
 rius. Horatius L. 2. Sermon. 3. 6-9:

Dic aliquid dignum promissis.
incipi. nil est.

Culpantur frustra calami imme-
ritusque laborat

Iratis natus paries dis atque
Poetis.

Atqui voltus erat multa et præ-
clara minantis.

Phædr. L. 4. fab. 22. fin. *Qui magna*
quum minaris, extricas nihil, ubi
plura

Vel si manent animæ post obitum ^d, quid de his faciunt, facturæ sunt? quid illis opus est thesauro animarum? ipsi illi ex quo fonte oriuntur? quomodo, aut quare, aut vnde multi sunt? Ita fit, vt si ab illa rerum summa, quam ⁹ superius comprehendimus, aberraueris; omnis ratio intreat, et ad nihilum omnia reuoluantur ^{e f}.

VII. Quam summam quia philosophi non comprehenderunt; nec veritatem comprehendere potuerunt, quamvis ea fere, quibus summa ipsa constat, et viderint et explicauerint. sed diuersi, ac diuersæ illa omnia protulerunt, non adnectentes ^{a b} nec causas rerum, nec consequentias ^c, nec rationes; vt summam illam, quæ continet vniuersa, et compingerent ^d et implerent ^e. Facile est autem docere, pæne ² vniuersam veritatem per philosophos et sectas ^{f g} esse diuisam.

plura Gronouius et Burmannus, quorum hic *minuari et parturire* docte componit. Bün.

^d) *anima post obitum*] Hic Fasit. Gryph. Betul. Tornæs. Thomas. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. *anima post mortem*, vbi MSS. Angl. Pal. Lipf. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gynn. *anima post obitum*. Forte copix causa hic variauit. Bün.

^e) *ad nihilum omnia reuoluantur*] Constantè libri excusi, Rom. Parrh. cum recentibus *reuoluantur*, etiam MSS. Lipf. At Goth. *resoluantur*. Nec vero aliquid mutandum est. Cell.

^f) *ad nihilum omnia reuoluantur*] Ita omnes reliqui scripti, in his Reimm. omnesque editi, vt merito Cellarius Gothani *resoluantur* repudiarit. Nam *resolui in nihilum* c. 20. 8. plane aliud significat. Bün.

^a) *non adnectentes*] Plures ita Goth. autem *aduertentes*. Cell.

^b) *non adnectentes*] Ita Bonon. et reliqui scripti editique omnes reëtius, quam Goth. et Reimm. *non aduertentes*. Conf. Epit. 69. princ. Bün.

^c) *consequentias*] Bonon. et Goth. *consequentia*. At Goth. Lipf. Reimm. omnesque editi *consequentias*; ita Reimm. L. 2. 5. 33. *consequentiam*, vbi alii *consequentia*. Bün.

^d) *compingerent*] i. e. n. 4. *colligens in unum et redigerent in corpus*. Vid. n. 14. not. Bün.

^e) *implerent*] Emman. Lipf. 2. Reimm. *complerent*. Reliqui et editi *implerent*. vt c. 8. 2. et sæpe. Bün.

^f) *per philosophos et sectas*] Omnes Lipf. et Emman. cum ed. Rom. et Parrh. ita diuidunt, quæ alii coniuncta, *philosophorum sectas*, legunt. Cell.

^g) *per philosophos et sectas*] Goth. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. et seqq. *per philosophorum sectas*. At Lipf. Reimm. Pal. Iun. Emman. Sublac. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtra-

fam. non enim sic philosophiam nos euertimus, vt Acade-
 mici solent^b, quibus ad omnia respondere propositum est,
 quod est potius calumniari et illudereⁱ: sed docemus, nul-
 lam sectam fuisse tam deuiam, nec philosophorum quem-
 3 quam tam inanem, qui non viderit aliquid ex vero. Sed
 dum contradicendi studio insaniunt, dum sua etiam falsa de-
 fendunt; aliorum etiam vera subuertunt: non tantum elapsa
 illis veritas est, quam se quærere simulabant; sed ipsi eam
 4 potissimum suo vitio perdiderunt. Quod si extitisset ali-
 quis, qui veritatem sparsam per singulos, per sectasque dif-
 fusam colligeret in vnum, ac redigeret in corpus; is profecto
 non dissentiret a nobis. sed hoc nemo facere, nisi veri perit-
 5 tus ac sciens; potest. Verum autem non nisi eius scire est,
 qui fit doctus a Deo. Neque enim^k potest aliter repudiare,
 quæ falsa sunt; eligere ac probare, quæ vera, sed si vel casu
 id efficeret, certissime philosopharetur. et, quamuis non
 6 posset diuinis testimoniis illa defendere; tamen se ipsam ve-
 ritas illustraret^l suo lumine. Quare incredibilis est error
 illorum, qui quum aliquam sectam probauerint, eique se ad-
 dixerint; ceteras damnant tamquam falsas et inanes, arman-
 que se ad præliandum^m, nec, quid defendere debeant, sci-
 entes,

vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Iunt.
 Paris. Ald. Crat. Gymn. *per philoso-
 phos et sectas. rectissime, statim: nul-
 lam sectam nec philosophorum quem-
 quam. n. 4: per singulos (philoso-
 phos) per sectasque.* Bün.

b) vs Academici solent] qui c. 5.
 sect. 2: *ingulasse philosophiam dice-
 bantur.* Cell.

i) illudere] Emman. et Tornæs.
 MSS. Sublac. Rost. Ven. 1471. vtra-
 que 78. 93. 97. Parrh. Paris. *inuidere.*
 Pal. Lipf. 1. *inuideri.* at Goth. Lipf. 2. 3.
 Reimm. Ald. Crat. Gymn. Fasit.
 Reimm. et seqq. *illudere.* Bün.

k) Neque enim] Emman. Sublac.
 Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Ald.
 Crat. Isæus, Spark. *Nemo enim.*

Goth. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph.
 Tornæs. Betul. Thomas. etc. *Neque
 enim.* Bün.

l) se ipsam veritas illustraret]
 Goth. Fasit. Gryph. Tornæs. 1548.
 Betul. Thomas. Thyf. Gall. *se ipsa
 veritas illustraret.* Conf. L. 6. 12. 36.
 not. Bonon. Lipf. Reimm. Emman.
 Sublac. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris.
 Iunt. Crat. Gymn. Isæus, Spark.
se ipsam veritas illustraret. Hic præ-
 fero, vt L. 3. 1. 5: *vt se ipsam (veri-
 tas) sua claritate defendat. rem il-
 lustrat* Conr. Rittershus, Sacr. Lect.
 L. 1. c. 2. Veneta prima 1478. *elustra-
 ret, vitiose.* Bün.

m) ad præliandum] Lipf. tert.
 Reimm. *ad probandum.* Bün.

n) pas-

entes, nec, quid refutare; incurfantque pasim sine delectuⁿ omnia, quæ adferunt quicumque dissentiant. Ob has eorum pertinacissimas contentiones nulla existit philosophia, quæ ad verum propius accederet. nam particulatim veritas ab his^o tota comprehensa est. Factum esse mundum a Deo, dixit Plato^p: idem prophetæ^r loquuntur, idemque ex Sibyllæ carminibus adparet. Errant igitur qui vel omnia sua sponte nata esse dixerunt, vel minutis seminibus conglobatis^r: quoniam tanta res, tam ornata, tam magna neque fieri, neque disponi, et ordinari^r, sine aliquo prudentissimo auctore

n) pasim sine delectu] pasim per sine delectu illustratur, vt Apuleius L. 8. Metam. p. 209: pasim - sine ullo delectu. vindicavi ad L. 3. 9. 5. add. de Mort. Perf. 37. 5. Ita Prudentii Hamart. 99: pasim nullo discrimine. Bün.

o) ab iis] Reimm. ab hijs, quod valet his et iis, posterius h. l. rectius, præcessit eorum. Idem Heumannus vidit. Bün.

p) Factum esse mundum a Deo, dixit Plato] in Timæo. Vide Lib. 1. cap. 8. ineunte quæ diximus. Adde Lib. 4. c. 4. sect. 6. Vnde est, quod apud Suidam Eumenius, Apamenus Syrus, Pythagoreus philosophus, dixit: τί γὰρ ἐστὶ Πλάτων, ἢ Μωσῆς αἰτῆσιζων. Cell.

q) idem propheta] Intellexit Walchius, vt patet ex Festi cit. loco: (Prophetas dicebant veteres antistites sanorum oraculorumque interpretes) profanos, seculares prophetas ex iisdem, credo; rationibus, quibus cum Betuleio ad L. 2. 8. 48. statuerat, sed, vt ibi ostendi, tam ille, quam hic noster locus de veris prophetis est sumendus. Docet hie harmoniam inter veritatem a philosophis particulatim, et S. litteras, sub-

iectis aliorum philosophorum erroribus. Hinc

- 1) Factum esse mundum a Deo dixit Plato. Idem prophetæ loquuntur. Errant igitur etc.
- 2) Hominum causa - Stoici loquuntur. Idem nos diu. litteræ - Errant etc.
- 3) Ad virtutem - Ariston discernit. Idem nos - discimus a prophetis. Falsus etc.
- 4) Immortales - animas Pherocydes. Hæc propria in nostra relig. doctrina. Ergo Dicaarchus - errauit.
- 5) Esse inferos Zeno - docuit. Idem nobis prophetæ p. f. E. Epicurus errauit. Bün.

r) minutis seminibus conglobatis] atomis. Lib. 3. cap. 17. sect. 21. Cell.

s) neque fieri, neque disponi et ordinari] Goth. et Falit. Gryph. Bet. Thomas. Thyf. Gall. Spark. turbato ordine: neque disponi, neque fieri, neque ordinari. Lips. t. c. neque disponi, neque fieri, et ordinari. Cellarius (forte ex Lips. 1. 2.) et Heumannus fieri, neque disponi, neque ordinari. Angl. Reimm. Sublac. Kost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Gymn. Crat. Tornæ. 1587 - 1613. Iteus, Spark. Walch. neque fieri, neque disponi, et

Etore potuit; et ea ipsa ratio, qua constare, ac regi omnia
 9 -sentiantur, sollertissimæ mentis artificem confitetur^t. Ho-
 minum causa mundum, et omnia, quæ in eo sunt, esse fa-
 cta, Stoici loquuntur: idem nos diuinæ litteræ docent. Er-
 ruit ergo Democritus, qui vermiculorum modo putauit (*ho-*
mines^{n. x}) effusos esse de terra, nullo auctore, nullaque ra-
 10 -tione. Cur enim formatus sit homo, diuini sacramenti
 est, quod quia ille scire non poterat, humanam vitam dedu-
 11 -xit ad nihilum. Ad virtutem capesendam nasci homines,
 Ariston^{y. z} disseruit: idem nos monemur ac discimus a pro-
 phetis. Falsus igitur Aristippus^a, qui hominem voluptati,
 12 hoc est malo, tamquam pecudem subiugauit. Immortales
 esse animas Phercydes^{b. c} et Plato disputauerunt: hæc vero

pro-

ordinari; nam dispositio et ordo vi-
 dentur melius copulari. alio ordine
 dixit L. 1. 5. 9: *Sicut ab aliquo arti-*
fice disposita, ordinata, effecta sunt
omnia. Büin.

r) et ea ipsa ratio, confitetur] Sub-
 lac. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat.
 Gymn. et ea ipsa ratione - confitentur.
 Reimm. ut (i. e. sicut) ea ipsa ratio -
 confitentur. Emman. Goth. Lips. Fasit.
 Gryph. Tornæs. Betul. Thomas.
 etc. et ea ipsa ratio - confitentur. Büin.

u) homines effusos esse de terra]
 Einman. cod. addit homines, vel
 interpretationis gratia, vel quod
 necessarium et genuinum fuit.
 Cell.

x) homines] Nulli scripti nullique
 editi hanc vocem addunt, vnde est
 ab eleganti glosatore cod. Emman.
 in quo deletur esse: putauit homi-
 nes effusos de terra. Facile subaudiri
 potest ex præcedenti hominum.
 Büin.

y) Ariston disseruit] Sic MSS. et
 vet. editi, non Aristoteles, ut vul-
 gatis est. Ariston Chius fuit, phi-
 losophus Stoicus, qui, reiectis aliis
 philosophiæ partibus, quod natu-
 ralis esset supra nos, rationalis ni-

hil ad nos; *μόνον τὸν ἠθικὸν*
 (*τόπον*) *ἔργον πρὸς ἡμᾶς,*
solam, qua mores instituat, ad nos
pertinere dixit. Laert. in Zenone
sub fin. Cell.

z) Ariston] Goth. Aristoteles, voca-
 li tertia; vt saepe membranz Fasit.
 Gryph. Thomas. Tornæs. Ifæus,
 Thyl. Gall. Spark. Defendit Ifæus,
 sed inbecillum præsidium ex Cic.
 L. 2. Fin. c. 13: *hominem ad duas*
res, ut ait Aristoteles, intelligen-
dum et agendum esse natum. Pro-
 prius forte illa ex Laet. 3. 8. 8: huc
 pertinet: *in virtute S. B. colloca-*
vit. Reimm. Aristen. Lips. Cauci,
 Iun. Vltr. Emman. Sublac. Rost.
 Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn.
 Betul. Ariston. Büin.

a) Aristippus] Lib. 3. c. 7. sect. 7. Cell.

b) Phercydes et Plato] Citero
 Lib. 1. Tusc. Quæst. cap. 16: *Phe-*
rcydes Syrus primum dixit, animos
hominum esse sempiternos: antiquus
sane. fuit enim meo regnante genti-
li. Gentili, hoc est Seruio Tullio,
nominis communione gentili Cice-
ronis. Cell.

c) Phercydes] Goth. Ferendes.
 Reimm.

propria est in nostra religione doctrina. Ergo Dicaearchus ^d cum Democrito errauit, qui perire cum corpore, ac dissolui argumentatus est. Esse inferos Zeno Stoicus docuit ^e, et sedes piorum ab impiis esse discretas ^{f. g.}, et illos quidem quietas ac delectabiles incolere regiones; hos vero luere pœnas in tenebrosis locis, atque in cœni voraginibus horrendis: idem nobis prophetæ palam faciunt. Ergo Epicurus errauit, qui poetarum id esse figmentum putauit; et illas inferorum pœnas, quæ ferantur ^b, in hac esse vita interpretatus est. Totam igitur veritatem, et omne diuinæ religionis arcanum ⁱ philosophi attingerunt: sed, aliis refellentibus, defendere id, quod inuenerant, nequiuērunt, quia singulis ratio non quadravit ⁱ; nec ea, quæ vera senserant, in summam redigere ^k potuerunt, sicut superius nos fecimus.

VIII. Vnum est igitur summum bonum immortalitas, ad quam capiendam et formati a principio, et nati sumus.

Reimm. *Phorides*, corrupte. Plures rectius *Phercydes*. vid. c. 8. n. 7. Plura Hartung. Decur. 3. Loc. Memor. c. 2. 6. Vosf. Hist. Gr. L. 4. c. 4. Bochart. L. 4. Phaleg. c. 1. Menagius ad Laert. L. 1. sect. 119. Fabricius Bibl. Gr. L. 2. c. 23. n. 26. p. 821. et Dauisius ad Minuc. Fel. c. 33. Bün.

d) Ergo Dicaearchus cum Democrito] De utroque post paullo cap. 8. sect. 8. de Democrito etiam, Lib. 3. c. 18. sect. 6. Coll.

e) Esse inferos Zeno Stoicus docuit] Seneca epist. 117: *consensum hominum aut timentium inferos, aut colentium, vocat publicam persuasionem*: quamuis idem ad Marciam cap. 19. priuatim illa, *quæ nobis inferos faciunt terribiles, fabulam esse dicat*. Coll.

f) et sedes piorum ab impiis esse discretas] Tertullianus de Anima c. 54:

Stoici sapientum animas in supernis mansionibus collocant; et paucis interiectis: Apud Platonem in aethera sublimantur anima sapientes: apud Arium in aera: apud Stoicos sub lunam. Cell.

g) sedes-discretas] L. 3. 19. 3-5. L. 7. 20. 8. Bün.

h) quæ ferantur] Goth. *inferuntur*. Lips. 2. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. *quæ feruntur*. Lips. 1. 3. Emman. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. etc. *quæ ferantur*. Bün.

i) ratio non quadravit] Goth. *ratio inquadravit*, quod nec fert lingua latina, nec nostri stilus. vid. L. 3. 28. 19. et not. L. 7. 3. 17. et ad c. 5. 2. Bün.

k) in summam redigere] Idem est, quod n. 1. *compingere, nos colligere in unum ac redigere in corpus*. Epit. c. 69. pr. *collatis in unum causis atque rationibus connectere*. Bün.

LII 2

a) et

- mus. Ad hanc tendimus^{a, b}, hanc spectat humana natura; ad hanc nos prouehit virtus. quod bonum quia deprehendimus; superest, vt etiam^c de ipsa immortalitate dicamus.
- 2 Platonis argumenta^{d, e}, quamuis ad rem multum conferant, tamen parum habent firmitatis ad probandam et implendam veritatem; quoniam nec rationem totius mysterii magni consummauerat, in vnumque collegerat, nec summum bonum comprehenderat. nam licet verum de animæ immortalitate sentiret; tamen non ita de illa tamquam de summo bono diserebat.
- 3 Nos igitur certioribus signis eligere possumus veritatem^f, qui eam non ancipiti suspicione collegimus, sed diuina traditione cognouimus.
- 4 Plato autem sic argumentatus est: immortale esse, quidquid per seipsum et sentit^g et semper mouetur. quod enim principium motus non habet, nec finem habiturum, quia deserere a semetipso non potest^h. quod argu-

a) et ad hanc] Coniunctionem e Goth. et Lipf. addidimus. Cell.³

b) Ad hanc tendimus] Cellarius ex Lipf. Goth. Et ad hanc tendimus, nec aliter Reimm. At Angl. et omnes ab 1465-1685. editi omisso et: Ad hanc tendimus, quod cum Heum. præfero. Afyndeton hic elegantius. Bün.

c) superest, vt etiam] Sic ex Goth. Reimm. et Tornæs. 1587-1613. edo; quia excusorum: superest etiam, vt, posset intelligi, quasi etiam alia superesent. Bün.

d) Platonis argumenta] Angl. et Lipf. MSS. et ed. Rom. argumenta: vulgo documenta. Cell.

e) argumenta] Goth. Fasit. Gryph. Thomas. Thyf. Gall. Spark. documenta. At Bonon. Tax. Pen. Cauc. Iun. Lipf. Reimm. Emman. quinque Sparkii et Tornæs MSS. item Subl. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Betul. Ifæus, Cell. Walch. Heumann. argumenta. recte.

confirmo ex n. 4. c. 9. n. 1. n. 10. c. 12. n. 1. et L. 3. 13. 2. 3. Bün.

f) eligere - veritatem] Bonon. elicere - veritatem. Sunt Lactantii L. 4. 27. 18. et Epit. præf. protrahere veritatem in lucem. de Ira II. 10: eruere veritatem. At libri reliqui: eligere - veritatem. vt c. 7. 5: verum non nisi eius scire est, qui sit doctus a Deo. Neque enim potest aliter repudiare, qua falsa sunt, eligere ac probare, qua vera. Bün.

g) et sentit] Betuleio monente verbum sentiendi in Platone et Cicerone; non habetur, nescit vnde apud nostrum irreperit. Libri certe habent omnes et forte de suo Lactantius addidit. Bün.

h) deserere a semetipso non potest] Bonon. desiderari, quod Thomas. nititur defendere. At reliqui deserere, recte. Expressit Ciceronem L. 1. Tusc. c. 23: quod se ipsum mouet, quia nunquam deseritur a se, nunquam moueri quidem desinit -- Sentis animus se moueri - se vi sua non aliena moue-

argumentum etiam mutis animalibus aeternitatem daret, nisi adiectione sapientiae discreuisset. Addidit igitur, ut effugeret hanc communitatemⁱ, fieri non posse, quin sit immortalis animus humanus, cuius miranda sollertia inueniendi, et celeritas cogitandi, et facilitas percipiendi^k atque discendi^l, et memoria praeteritorum, et prouidentia futurorum, et artium rerumque^m innumerabilium scientia, qua ceterae careant animantes, diuina et caelestis adpareat; quia et origo animi, qui tanta capiat, tanta contineat, nulla reperiatur in terra, siquidem ex concretionemⁿ terrena nihil habeat admistum: sed

moueri, nec accidere posse, ut ipse umquam a se deferatur. Etiam in Platonis Phaedro γκ ἀπολεῖπὸν ἐαυτοῦ. conf. Henr. Stephani ad Ciceronianum Lexicon Gr. Lat. Loc. Plat. p. 5. et Dauis. ad Cic. Tusc. ed. 2. p. 45. idem iam olim Betuleius vidit. Bün.

i) ut effugeret hanc communitatem] Witt. Reimm. Ven. 1493. Parrh. per notas: *coisatem*, hinc Ven. 1497. Pier. *comisatem*. At Rost. Ven. vtraque 1478. Paris. Ald. etc. *communitatem*. *communis* quidem pro *comis* dicitur, vide adnot. 5. 22. 9. sed *comis*, *comitas*, *comiser* pro *communis*, *communitas*, *communister*, non dicuntur. Vnde Cicero pro Balbo c. 17. accusatoris interpretationem iudicat indignam responsione, qui ita dicebat *comiser* esse *communister* etc. vbi Græuius refutat Abramum. Bün.

k) *facilitas percipiendi*] Cant. *facilitas*, non male, at reliquorum *facilitas* hic rectum. conf. c. 22. 19: *Plato ait - animos - immortales - quod ingenia - ad percipiendum facilia*: Epit. c. 70. pr. *Plato - quia animus - ad percipiendum facilis*. Hinc simul patet in Ven. 1493. 97. Pier. Paris. *facilitas percipiendi* prae legi. Bün.

l) *discendi*] Ven. vtraque 1478. Paris et MS. Torn. in marg. 1587-1613. *discornendi*. prae. Prior lectio confirmatur ex Epit. 70. *ad discendum capax*. Bün.

m) *artium rerumque innumerabilium*] In plurimis MSS. et omnibus prioribus editionibus ineptissime legebatur: *artium plerumque innumerabilium*; restitui iam anno 1716. in Miscell. Lipsf. T. 3. p. 160. veram lectionem ex membr. Gothanis: *Artium rerumque innumerabilium scientia*. Quam confirmat huius loci Epitome c. 70. quia (animus) *futura prospiciat multarumque rerum et artium scientiam complectatur*. Ita L. 1. 6. 3. *multarum rerum et artium scientia*. conf. Epit. Pfaff. c. 4. 4. Cic. L. 1. Orat. 6: *nisi eris omnium rerum magnarum atque artium scientiam consecutus*. Idem dixit L. 2. N. D. c. 53. *artes innumerabiles*, et 1. Tusc. 24. *habet animus memoriam infinitam rerum innumerabilium*. Mez emendationi annis duobus post accessit Dauisius ad Epit. c. 1. et nunc Heumannus accedit. Bün.

n) *ex concretionem*] Ven. 1493. 97. Pier. Paris. *ex concreatione*, vitiose. Epit. 70: *siquidem (animus) nihil habeat in se terreni ponderis labe concretum*. L. 7. 12. 2-4: *anima in se nihil concreti, nihil terreni ponderis habet*.

necesse esse ° in terram resolui, quod est in homine ponderosum et dissolubile: quod autem tenue atque subtile; id vero p esse indiuiduum, ac domicilio corporis, velut carcere, liberatum, ad cælum et ad naturam suam peruolare 7. Hæc fere Platonis collecta breuiter, quæ apud ipsum late copioseque explicantur. In eadem sententia fuit etiam Pythagoras antea, eiusque præceptor Pherecydes 7; quem Cicero tradidit primum de æternitate animarum disputauisse 7. Qui omnes licet eloquentia excellere; tamen in hac dumtaxat 2 contentione non minus auctoritatis habuerunt, qui contra hanc sententiam diserebant; Dicæarchus * primo, deinde Democritus, postremo Epicurus; adeo ut res ipsa, de qua inter se pugnant, in dubium vocaretur. Denique et Tullius, expositis horum omnium de immortalitate ac morte sententiis, nescire se, quid sit verum, pronuntiauit. Harum, inquit, sententiarum quæ vera sit x, deus aliquis viderit 7. Et rursus alibi z:

Quo-

bet. n. 4. de terrena conuersione. Ita Lact. 1. 5. 25: mens-segregata a conuersione mortali. corruptum in Ven. 1497. concertatione erat. Bün.

o) *necesse esse*] Bon. Pen. Cauc. Reimm. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. *necesse est*. At Goth. Lipf. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. etc. *necesse esse*, quod requirit proximum: *esse indiuiduum*. Bün.

p) *id vero*] vid. not. 6. 12. 18. Bün.

q) *ad naturam suam peruolare*] verba Ciceronis citata L. 3. 19. 6. Bün.

r) *eiusque præceptor Pherecydes*] Superiore cap. 7. sect. 12. ubi etiam Ciceronis verba ex Tusc. 1. c. 16. producta. Cell.

s) *disputauisse*] Reimm. *disputasse* eum Ven. vtraque 1478. 93. 97. Paris. Pier. Parrh. Ald. Crat. Gymn.

certe amat hanc contractionem Lactantius. Bün.

t) *dumtaxat*] i.e. certe, *wenigstens*, vt de Opif. 4. 24. *his dumtaxat in rebus*. Bün.

u) *Dicæarchus primo, deinde Democritus*] eiusdem cap. 7. sect. 12. Cell.

x) *Harum, inquit, sententiarum, quæ vera sit*] Tusculan. Quæst. lib. 1. cap. 11. Cell.

y) *deus aliquis viderit*] Goth. *aliquid*, sed merito alius superscripti] *aliquis*, vt est in Cicerone L. 1. Tusc. 11. In quo vox *aliquis* sapit dubitationem academicam. Elegans formula, quam Germani exprimus: *das mag Gott wissen*. Lact. de Opif. 15. 3: *Quod quidem an verum sit, Deus artifex viderit*. Bün.

z) *Et rursus alibi*] incerto loco: ideoque in fragmentis, quæ sequuntur, verba scribuntur. Cell.

a) col-

Quoniam utraque, inquit, earum sententiarum doctissimos habuit auctores; nec, quid certi sit, diuinari potest. Verum nobis diuinatione opus non est, quibus veritatem diuinitas ipsa patefecit.

VIII. His itaque argumentis, quæ nec Plato, nec ullus alius inuenit, animarum æternitas probari ac perspicui potest. quæ nos breuiter colligemus ^a; quoniam properat oratio ad enarrandum ^b ^c iudicium Dei maximum, quod in terra, propinquante sæculorum fine, celebrabitur. Ante omnia, quoniam ² Deus ab homine videri non potest, ne quis tamen ex eo ipso putaret Deum non esse, quia mortalibus oculis non videretur ^d; inter cetera institutorum miracula ^e ^f, fecit etiam multa, quorum vis quidem adparet, substantia tamen non videtur, sicut est vox, odor, ventus, ut harum rerum argumento et exemplo, etiam Deum, licet sub oculos ^g non veniret, de sua tamen vi ^h et effectu et operibus cerneremus. Quid voce ³ clarius? aut vento fortius? aut odore violentius? hæc ⁱ tamen, quum per aërem feruntur, ad sensusque nostros veniunt, et eos potentia sua impellunt; non cernuntur acie luminum, sed aliis

^a) colligimus] Ven. 1471. Rost. colligimus Lipf. 2. Reimm. Iun. Ven. utraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. collegimus. Goth. Lipf. 1. 3. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. etc. colligemus. Bün.

^b) ad enarrandum] Sic Emman. Goth. Lipf. tres: vulgo narrandum. Cell.

^c) enarrandum] Sic Reimm. Ven. 1472. utraque 78. Paris. Torn. 1587-1613. vbi Rost. Ven. 1471. 93. 97. Fas. Gryph. etc. narrandum. Bün.

^d) non videretur] Goth. non videtur. Bün.

^e) institutorum] addunt vulgo suorum: quod abieciimus secuti MSS. Angl. et Lipf. 1. Cell.

^f) institutorum miracula] Sic Ven. 1472. utraque 1478. ut ex Asclepiade c. 5. 18. ceteris institutis. At Goth. Lipf. 2. 3. Reimm. Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Fas. Gryph. et reliqui: institutorum suorum miracula. Institutã vocat res conditas, creatas. Bün.

^g) sub oculos] Lipf. 1. sub oculis. Prius nostro frequens. vid. c. 11. 9. not. Posterius Minuc. Fel. c. 32. habet: sub oculis non venit ventus et flatus. Bün.

^h) de sua tamen vi] Reimm. de sui tamen vi. Ceteri: de sua-vi, re-ctius. de pro ex nostro frequentissimum. Bün.

ⁱ) hac] Neutrum respicit voces: voce, vento, odore. Bün.

- 4 aliis corporis partibus sentiuntur. Similiter Deus non ad-
 spectu nobis ^{k. l.}, alioque fragili sensu comprehendendus est, sed
 5 mentis oculis intuentus; quum opera eius præclara, et miran-
 da videamus ^{m.}. Nam illos, qui nullum omnino Deum esse
 dixerunt, non modo ^{n.} philosophos, sed ne homines quidem
 fuisse dixerim, qui mutis simillimi, ex solo corpore ^{o.} consti-
 terunt, nihil cernentes ^{p. q.} animo, et ad sensum ^{r.} corporis cun-
 cta referentes, qui nihil putabant esse, nisi quod oculis con-
 6 tuebantur. et quia videbant aut bonis accidere aduersa,
 aut malis prospera; fortuitu geri ^{s. t.} omnia crediderunt; et
 natura mundum, non prouidentia constitutum. Hinc iam
 prolapsi sunt ad deliramenta ^{u.}, quæ talem sententiam neces-
 sario

k) *adfectu a nobis*] Gothani est præpositio, non ingrata structuræ et ordini. Cell.

l) *adfectu nobis*] Sine necessitate Gothanus *a nobis* legit; ubi reliqui scripti omnesque editi: *nobis - comprehendendus*. Ira 9. 7: *tot ingenii adferam defensionemque prouidentiam calumniati sunt*. Restituit pari modo dandi casum Græuius Suetonii Cæsari c. 19. p. 778. et Augusto c. 1. p. 787. Büñ.

m) *videamus*] Heum. rescribit: *videmus*. At libri omnes *videamus*. Büñ.

n) *non modo*] pro *non modo non*. Plura ex nostro aliisque indicaui ad Epit. 32: *non modo philosophi, sed ne hominis quidem sit*. Büñ.

o) *ex solo corpore*] Cauc. Goth. Fasit. Gryph. Torn. 1548-1613. Paris. 1561. Betul. Walch. *solo corpore*. At Bon. Tax. Pen. Lipf. Reimm. Angl. Subl. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Isæus: *ex solo corpore*. Büñ.

p) *nihil omnino cernentes animo, et*] Angli MSS. habent *omnino*, et editi Rom. Ald. alii; Lipf. ac Rom. *et*, non *sed*. Cell.

q) *nihil cernentes animo*] Cauc. Emman. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Torn. 1587. *nihil omnino cernentes animo*, idque Cell. Walch. Heumanno probatur. Fasit. Gryph. Torn. 1548. Paris. 1561. Betul. *nihil omnino eruentes animo*. vitiose, vt puto. At Bonon. Tax. Pen. Goth. Lipf. Reimm. Iun. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. *nihil cernentes animo*. Antiquissimos et plurimos MSS. eo facilius sequor, qui *omnino* non habent; quia hac sectione quinta *nullum omnino* vix dixerat, rei etiam ex eius absentia nihil decedit. Büñ.

r) *et ad sensum*] Goth. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Thyf. Gall. Spark. *sed ad sensum*. At Lipf. Reimm. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Isæus, Cell. Walch. Heum. *et ad sensum*. Büñ.

s) *fortuitu geri*] Duo Lipf. et Rom. ita: at Lipf. *1. fortuite*. Cell.

t) *fortuitu*] Sic Reimm. et omnes fere editi veteres, noui. adnot. 1. 2. 1. (b) p. 13. Goth. *fortuito*. Büñ.

u) *deliramenta*] vide de hac voce L. 3. 17. 23. c. 29. 12. in Plinii L. 7. c. 55. pro *deliramentorum* video iam Har-

rio sequebantur. Quod si est Deus et incorporalis * et invisibilis et æternus; ergo non iccirco interire animam credibile est, quia non videtur, postquam recessit a corpore; quoniam constat aliquid esse sentiens ac vigens †, quod non veniat sub adsp̄ctum ‡. At enim difficile est animo comprehendere, quemadmodum possit anima retinere sensum sine iis partibus corporis, in quibus inest officium sentiendi. Quid de Deo? num facile § est comprehendere, quemadmodum vigeat sine corpore? quod si deos esse credunt, qui, si sunt, utique animæ sunt expertes corporum †; necesse est, humanas animas eadem

13-

Harduinum p. 92. ex MSS. deliramentorum edidisse. Bün.

x) *Deus et incorporalis*] Copulam et addo ex Lips. 2. Reimm. Rost. Ven. 1471. 1515. et plerisque reliquis. Bün.

y) *constat aliquid esse sentiens ac vigens*] Gryph. Torn. 1548. Paris. 1561. Betul. *constat esse aliquid constans et sentiens ac viuens*. et sic Fafit. siue P. Manut. editio, nisi quod in ea *vigens* correctum; Torn. 1587 - 1613. cum Goth. et Cauci: *constat esse aliquid constans et sentiens ac vigens*. Lips. 2. *constat aliquid esse sentiens ac vigens* (vitiose puncto posito pro *vigens*). At Bonon. vterque Tax. Pen. Angl. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. Heum, *constat aliquid esse sentiens ac vigens*. Perperam itaque Thomasius ob vnam alteramque editionem ex Fafit. siue P. Mamutiana ortam PLERASQUE editiones accusat; quum *viginti* et amplius editiones ante ipsum veram lectionem exhibuerint. Illud *constans* ex priori *constat* natum videtur. VIGENS vero rectius esse quam *viuens* h. l. patet ex n. 9. *vigat sine corpore*. Cicero pro Milone

c. 31: *in hac imbecillitate nostra inest quiddam, quod vigeat et sentiat* etc. Bün.

x) *veniat sub adsp̄ctum*] Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. *sub adsp̄ctu*. et ita in Reimm. correctum, ut ante n. 2. Lips. 1: *sub oculis non veniret*. sic eadem vett. c. 11. 9: *sub tactu - sub visu veniunt*. c. 1. 9: *sub visu oculorum venit*. conf. c. 12. 3. sed tam illic quam hic plures scripti, in his h. l. Goth. Lips. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. et seqq. *sub adsp̄ctum*. Bün.

a) *Quid de Deo? Num facile?*] Reimm. habuerat: *Quid de Deo? Num facile*. debuisset corrigi: *Num*, sed correctum est: *Quod de Deo non facile est comprehendere*. Recepta est omnium. Bün.

b) *utique animæ sunt expertes corporum*] Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Betul. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. Heum. *utique sunt expertes corporum*, eiecta voce *animæ*. At Bonon. Tax. Pen. Angl. Iun. Cauc. Goth. Lips. tres, Reimm. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Paris. Torn. 1587 - 1613. Gen. 1630: *utique animæ sunt expertes corporum*: dii, inquit, utique

LII 5

sunt

ratione subsistere, quoniam ex ipsa ratione ac prudentia c. d
 intelligitur esse quædam in homine ac Deo e similitudo. De-
 nique illud argumentum, quod etiam M. Tullius vidit f, satis
 firmum est: ex eo æternitatem animæ posse dignosci, quia
 nullum sit aliud animal, quod habeat notitiam aliquam Dei;
 religioque sit pæne sola, quæ hominem discernat a mutis. quæ
 quum in hominem solum cadat g; profecto testatur, id adfe-
 ctare nos, id desiderare, id colere, quod nobis familiare,
 quod h. i proximum sit futurum. An aliquis, quum ceterarum
 animantium naturam considerauerit, quas pronis-corporibus k
 abiectas l, in terramque prostratas summi Dei pro-
 vi-

sunt animæ s. spiritus expertes corporum; vnde infert, humanas animas eadem ratione subsistere. Hinc Paris. editor in marg. si dii sunt, anima sunt sine corpore. Bün.

c) prudentia] Emman. Goth. Lipf. Rom. hoc nomen seruant, non providentia, quod, vulgatum est. Cell.

d) prudentia] Goth. Lipf. Emman. Reimm. et Cellar. prudentia. Subl. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thom. Ifæus et reliqui omnes: providentia, quod Walchio et Heumanno præplacuit. Vbiq; fere hæ voces in scriptis editisque antiquis confunduntur. vid. not. L. 3. 10. 3. de Ira 7. 10. Retinui prudentia, quia latius patet, quam providentia, designans hic sapientiam, vt ex num. 12. constat. conf. L. 5. 17. 33. et 34. L. 2. 1. 14: rationem ac sapientiam non acceperunt. Bün.

e) in homine ac Deo] Rost. in homine a Deo dissimilitudo. Ven. 1472. vtraque 78. in homine a Deo similitudo. Heumann. ex ingenio: hominis cum Deo similitudo. Goth. Lipf. Reimm. Anglic. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Ald. reliqui: in homine ac Deo similitudo. Bün.

f) M. Tullius vidit] lib. 1. de Legib. cap. 8. Cell.

g) quum-cadat] Reimm. quum-cadit. Reliqui cadat. Bün.

h) quod nobis familiare, quod proximum] MSS. vtrobique quod, perperam vulgati quid. Cell.

i) quod-quod] Ita Reimm. Angl. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Betul. Torn. Ifæus, Sparkius; vt Cellarius ob prauam Thomasi, Thyf. Gallæi, nec plurium lectionem non debuerit vulgatos promiscue arguere. Bün.

k) pronis corporibus] Lipf. tert. Reimm. pronas corporibus. nihil mut. L. 2. 1. 14: quum cetera animantes pronis corporibus in humum spectent. et sapius. Bün.

l) abiectas] Ven. 1493. 97. Pier. Paris. adiectas. Torn. 1587-1613. Geneu. 1630. Walch. obiectas. male. Goth. Lipf. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Parrh. Ald. et reliqui: abiectas, rectissime. addit enim: in terramque prostratas. Pari modo L. 2. 3. 10. homines gentiles vocat humiles et abiectos, qui contra naturam suam rationem ad veneranda serena se prosternant. et L. 3. 10. 14:

videntia effecit, vt ex hoc intelligi possit, nihil eas rationis habere cum cælo ^m, potest non intelligere, solum ex omnibus cæleste ac diuinum animal esse hominem, cuius corpus ab humo excitatum ⁿ, vultus sublimis, status rectus ^o. ^p originem suam quærit, et, quasi contemta humilitate terræ, ad altum nititur, quia sentit summum bonum in summo sibi esse quærendum, memorque conditionis suæ, qua Deus illum fecit eximium ^q, ad artificem suum spectat ^r quam spectationem ^s Trismegistus *θεωρεῖν* ^t rectissime nominauit: quæ in mutis animalibus nulla est. Quum autem sapientia, quæ soli homini ¹² data est, nihil aliud sit, quam notitia Dei; adparet, animam non interire, nequè dissolui, sed manere in sempiternum, quia Deum, qui sempiternus est, et quærit, et diligit, ipsa cogente natura, sentiens vel vnde orta sit, vel quo reuersura. Præ- ¹³ terea non exiguum immortalitatis argumentum est, quod homo

se prosternt in terram. L. 2. 18. fin. nec (hominem) ad terram, more quadrupedum, abiectum. Imitatur vero Cicer. L. 1. Leg. c. 9: quum ceteras animantes abiecisset ad pascuum. Büñ. ^m nihil rationis habere cum cælo] Ita Cicero de Senect. c. 15: voluptates agricolarum - ad sapientis vitam proxime videntur accedere; Habent enim rationem cum terra. Büñ.

ⁿ) ab humo excitatum] vid. not. c. 5. n. 6. Büñ.

^o) status rectus] Recte et cum MSS. verbum simplex: vulgo *erectus*. Sed sufficit illud. Cell.

^p) status rectus] Aldus, Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et sequentes subornarunt: *erectus*. At Bonon. Tax. Pen. Iun. Cauc. Angl. Goth. Lips. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Iunt. Pier. Parrh. Ifæus, Cell. Walch. Heum. *status rectus*. rectissime. Huc proprie pertinent L. 2. 1. 14: nobis status rectus, sublimis vul-

tus - *datus*. conf. n. 16. et 18. L. 3. 10. 11: quorum status rectus est. Ira 7. 5: homo recto statu, ore sublimi excitatus. Ira 20. 10: homines Deus artifex ore sublimi, statu recto figuratos - excitauerit. Opif. 19. 10: sin statum suum, quem rectum recte sortitus est - defenderit. conf. L. 7. 5. 20. Opif. 8. 3. Epit. 70. 11. Büñ.

^q) fecit eximium] L. 3. 10. 6: sapientia in hoc eximium facit hominem. L. 3. 12. 24: eximium illud et singulare bonum. Epit. 33. 4: Quid homini dabitur eximium. Büñ.

^r) ad artificem suum spectat] Paris. Ifæus omisso ad: artificem suum spectat, sed omnes scripti editique addunt præpositionem. L. 7. 5. 6: facies ad Deum spectans. Büñ.

^s) spectationem] Goth. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. *expectationem*. At Lips. Reimm. Parrh. Paris. Ald. et reliqui: *spectationem*. Büñ.

^t) *θεωρεῖν*] Bon. *ἰσπεῖν*. Lips. 1. *θεορῖδα*. vitiose. Büñ.

^u) quod

mo solus * * cælesti elemento vtitur. nam quum rerum natura his duobus elementis, quæ repugnantia sibi atque inimica sunt, constet, igne et aqua; quorum alterum cælo, alterum terræ adscribitur: ceteræ animantes, quia terrenæ mortalesque 7 sunt, terreno et graui vtuntur elemento; homo solus ignem in vsu habet, quod est * elementum leue, sublime, cæleste. 14 Ea vero, quæ ponderosa sunt, ad mortem deprimunt; et quæ leuia a sunt, ad vitam subleuant; quia vita in summo est, mors in imo, et vt lux esse sine igne non potest, sic vita sine luce b. Ignis igitur elementum est lucis ac vitæ. vnde ad-

u) quod homo solus] Goth. et Lipf. et Thom. solus adiungunt, quod post paullo repetitur. Coll.

x) homo solus cælesti] In Thyf. Gall. Cant. ed. et Sparkio media vox desideratur. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. homo solum cælesti. Reimm. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torr. Betul. Thomas. homo solus cælesti. recte. Nam solum etiam alium sensum habere posset, contra mentem Lactantii, tamquam aliis elementis homo non vteretur. Vis argumenti in voce SOLVS inest, vt ex sequentibus locis patebit. L. 2. 9. 25: Horum (elementorum) alterum (aqua) nobis commune est cum ceteris animantibus; alterum (ignis) soli homini datum. Nos enim, quia cæleste atque immortale animal sumus, igne vsimur, qui nobis in argumentum immortalitatis datus est. Epit. c. 70. 12: Cælesti elemento, quod est ignis, homo solus vtitur. vbi add. adnoſ. Bün.

y) quia - mortalesque] Goth. quæ mortalesque. Voce noua incongrua. Plautus alio sensu Pseudol. Act. 4. 7. 139: emortualem facere ex natali die. Bün.

z) quod est] Non corrige qui, sc. ignis, quod referendum ad elementum, substantiuum consequens,

quod frequens nostro. vid. not. L. 2. 13. 1. Bün.

a) et quæ leuia] Heumann. vt, i. e. quemadmodum tentat. Libri omnes: et. Bün.

b) sic vita sine luce] Omnino, inquit Heumannus, rescribendum: sic nec vita. Non est a libris concinentibus abeundum. sic vita sine luce: subaudiendum ex præcedentibus: esse non potest. L. 2. 14. 4: ex his procreati non sunt ad inferos recepti, sic vt in calum parentes eorum, sc. non sunt recepti. L. 5. 1. 9: si lucrari hos a morte non potuerimus, si ad vitam lucemque reuocare, repete: non potuerimus. Didicit Lactantius a Cicerone L. 2. Tusc. 5: vt ager quamuis fertilis sine cultura fructuosus esse non potest; sic sine doctrina animus, subaudi: fructuosus esse non potest. His consonus Columella L. 4. R. R. c. 3: At ego, quum omne genus ruris nisi diligentis cura - exerceatur, fructuosum esse non posse iudicem, tum vel maxime vineas, subaudi: fructuosas esse non posse iudico. adde quæ noto ad Lact. L. 7. 12. 20. nihil sentire. Scite quoque in prima parte subauditur in Plinii L. 1. ep. 10: vt enim de pictore, sculptore, fectore, nisi artifex, iudicare: ita nisi sapiens non potest perspicere sapientem. Singularis est locus

adparet, hominem, qui eo vtitur, immortalem sortitum esse conditionem, quia id illi familiare est, quod facit vitam *e. d.* Vir-
 tus quoque, soli homini data, magno argumento est *e*, immor-
 tales esse animas. quæ non erit *f. g* secundum naturam, si
 anima exstinguitur. huic enim præsentis vitæ nocet. Nam
 ista terrena vita, quam communem cum mutis animalibus du-
 cimus *b*; et voluptatem expetit, cuius fructibus variis ac sua-
 vibus

cus MS. Taur. Epit. 50. fin. *si cor-
 pus non induiser, non posset facere,
 qua docebas, i. e. non (posset) irasci, non
 cupere divitias - dolorem non timere,
 mortem consemnere. postremo loco
 aperte NON POSSET subaudiend-
 dum, in prioribus posset. Bün.*

c) quod facit ad vitam] Vulgo
*facit vitam: duo Lipf. faciat vi-
 tam: sed plenius integriusque Lipf.
 1. facit ad vitam. Cell.*

d) quod facit vitam] Cellarius
 ediderat ex Lipf. 1. *quod facit ad vi-
 tam, sed Angl. Goth. Reimm. Subl.
 Rom. Rost. Ven. 1471-1515, et reli-
 qui, etiam Walch. et Heumann. fa-
 cit vitam. Rectissime. Aliis verbis
 in locis nostro similibus dixit L. 2.
 9. 24. sqq. sine quo (igni) nec ortus
 nec vita hominis potest constare - figu-
 ram vita ostendit. Et iterum in Epit.
 c. 70: sine quo (igni) non potest nec
 lux nec vita constare. Vides ergo
 facere in sensu relativo et hic sumi,
 ut L. 4. 29. 4: *quum pater filium fa-
 ciat, et filius patrem, et Opif. 19. 8. in
 additamento, quod Lactantii esse
 ipsius puto: Hac diversitas est, qua
 faciat virtutem, qua sine ipsa non mo-
 do esse, sed ne adparere quidem pos-
 set. Bün.**

e) magno argumento est] Cic. I. N.
 D. 1: *ut magno argumento esse de-
 beat. Bün.*

*f) qua non erit secundum natu-
 ram*] Angl. et Lipf. 1. Goth. Rom.
*qua non, intellige virtus. Vulgo
 quod nec. Cell.*

g) qua non erit] Reimm. Ven.
 vtraque 1478. Paris. Torn. 1587-
 1613. *quod non erit. Ald. Crat. Gymn.
 Fas. Gryph. Thyf. Spark. qua nec
 erit. Ven. 1499. 97. Parrh. qua non
 erat (corr. erit). At Bon. Pen. Pal.
 Cauc. Goth. Lipf. 1. Angl. Rost.
 Ven. 1472. Isæus, Iunt. qua non erit.
 rectissime. Bün.*

h) vita, quam ducimus] Lipf. 2.
*ducimus. Reliqui scripti editi duci-
 mus. Mala phrasis, inquit Heuman-
 nus, Cicero quidem pro Lege Manil.
 12. eos portus, quibus vitam et spi-
 ritum ducimus; sed ducere hic pro-
 prie ad spiritum pertinet, nec ex isto
 loco concludi potest, Latinos simplici-
 ter dixisse: ducere vitam. Ablegat
 idem ad suam observationem ad
 eandem Orat. c. 6. n. 3. quam hic
 desidero. Lactantius aliquoties ea
 phrasi est usus L. 6. 3. 9: vitam,
 quam in terra ducimus, et libri ali-
 quot L. 7. 22. 15: *ut beatam possint
 ducere (al. agere) vitam. Arnobius
 L. 7. p. 218. ed. in 4t. unde tot infeli-
 ces lacrimabilem vitam in extrema
 sorte ducentes. Lucretius L. 2. 996.**

*Et dulcem ducunt vitam, pro-
 lemque propagant.*

Silius Ital. L. 13. 645.

*Sed mihi post partum non ul-
 tra ducere vitam*

Concessit.

Vopiscus in Aureliano c. 41: *ut lon-
 giorum ducerent vitam. Hieronymus
 ad Rusticum Monach. f. 46: qui me-
 cum duxerunt vitam. Pluribus ex*

Lu-

vibus delectatur; et dolorem fugit, cuius asperitas naturam viuentium acerbis sensibus lædit, et ad mortem perducere
 16 nititur; quæ dissoluit animantem. Si ergo virtus et prohibet iis bonis hominem, quæ naturaliter adpetuntur; et ad sustinenda mala impellit, quæ naturaliter fugiuntur: ergo malum est virtus, et inimica naturæ, stultumque iudicari ^k necesse est, qui eam sequitur; quoniam se ipse lædit et fugiendo ^l bona præsentia, et adpetendo ea, quæ mala ⁿ, sine spe fructus
 17 amplioris. Nam quum liceat nobis iucundissimis frui voluptatibus; nonne sensu carere videamur, si malimus in humilitate, in egestate, in contemptu, in ignominia viuere, aut ne viuere quidem, sed dolore cruciari, et mori ^o? ex quibus malis nihil amplius adsequamur, quo possit voluptas omisâ pensari?
 18 Si autem virtus malum non est, facitque honeste, quod voluptates vitiosas turpesque contemnit; et fortiter, quod nec dolorem, nec mortem timet, vt officium seruet: ergo maius ali- quod bonum adsequatur necesse est, quam sunt illa, quæ spernit ^p.

At

Lucretio, Virgilio, Augustino, etc. defendit Vorstius de Lat. Falso susp. p. 158-160. Bün.

i) *suauibus*] Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *suauitatibus*. L. 7. 5. 23: *suauitates variarum voluptatum*. Cum reliquis MSS. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. et sqq. *suauibus*. Bün.

k) *iudicari*] Goth. Reimm. Rost. Fasit. Gryph. Betul. Thomas. Thyf. Gall. Spark. *iudicare*. Ven. vtraque. 478. 93. 97. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Torn. 1587-1613. Isæus, Cell. Walch. *iudicari*. conf. L. 5. 17. 22. *stultum indicabitur*. Bün.

l) *effugiendo* - - - *appetendo ea qua mala*] Trium Lips. est *effugiendo*: Goth. *ea qua*. Vulgo *et fugiendo*: item *aque mala*. Cell.

m) *et fugiendo*] Cellarius ex Lips. *effugiendo*, omisâ copula. Lips. tert. Reimm. *et effugiendo bona præsentia*, quod præferrem, nisi in Goth. Angl. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471-1515. immo omnibus: *et fugiendo*, vt n. 15. *dolorem fugit*. n. 16. *qua fugiuntur*. conf. L. 6. 4. 12-14. Pro *effugiendo* de Opif. 1. 2. *vitia prorsus effugere*. Bün.

n) *ea, qua mala*] Ita Cell. ex Gothano restituit. Angl. Lips. Reimm. omnesque prius editæ: *aque aut: aque mala*. Bün.

o) *et mori*] Goth. Fasit. Gryph. Torn. 1548. *et emori*. Cauc. Bet. *cruciari, emori*. At Bon. Tax. Pen. Lips. Reimm. Angl. Subl. Rost. Ven. 1471-1515. et reliqui: *et mori*. Bün.

p) *qua spernit*] Lips. tert. Reimm. *qua spernit*. Bün.

q) *nisi*

At vero, morte suscepta, quod ulterius bonum sperari potest, nisi æternitas ?

X. Transeamus nunc vicissim ad ea, quæ virtuti repugnant, ut etiam ex his immortalitas animæ colligatur. Vitia omnia a temporalia sunt: ad præsens enim commouentur; iræ impetus, recepta ultione sedatur b. c: libidinis, voluptas corporis, finis est d. cupiditatem aut satietas e. f earum rerum, quas expetit, aut aliorum adfectuum commotiones interimunt: ambitio, postquam honores, quos voluit, adeptæ est, confenescit: item cetera vitia consistere & ac permanere non possunt, sed ipso fructu, quem expetunt, finiuntur. Recedunt ergo, et redeunt. Virtus autem sine vlla intermissione

g) nisi æternitatis] Lepor in casu patrio, qui a bonum pendet: Plerique scripti, Angl. et Lipf. æternitas; at Goth. *vita æternitatis*, vbi *vita* adpositum quasi fulcrum videtur, quod casum sustineat sequentem; quo opus non erat, cum satis ille suffulciatur per *bonum*, quod præcessit. Cell.

r) æternitas] ex Goth. Cellarius æternitatis, ut iam ante ediderant Fasit. Gryph. Torn. 1548. Spark. At Bon. Tax. Pen. Pal. Cauc. Vltr. Iun. Angl. Lipf. Reimm. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Betul. Thomas. Torn. 1587-1613. Ifæus, Thyf. Gall. Walch. Heum. æternitas. Bün.

a) vitia omnia] Liuorem eximit Cyprianus de Zelo et Liuore ed. Gryph. p. 345. quem ob similem huic loco copiam adscribo: *Mala cetera habent terminum, et quodcumque delinquitur, delicti consummatione finiuntur: in adultero cesjat facinus perpetrato stupro: in latrone conquisceit scelus homicidio admisso: et pradoni rapacitatem statuis possessa prada, et falsario modum imponit impleta fal-*

lacia: zelus terminum non habet etc. Bün.

b) sedatur] MSS. singulariter: vulgati sedantur. Cell.

c) sedatur] Goth. Fas. Gryph. Thomas. Thyf. Gall. *sedantur*, in plurali; vbi Bon. Tax. Pen. Vltr. Cauc. Iun. Angl. Lipf. Reimm. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Betul. Torn. Ifæus, Spark. Walch. Heum. *sedatur*. Bün.

d) libidinis, voluptas corporis, finis est] Hoc ordine omnes, construendum: *voluptas corporis est finis libidinis*. Quæ monco; quia multi post *libidinis voluptas* comma ponunt. Bün.

e) aut satietas] Sic Goth. et Lipf. 2; quod elegantius est: ceteri *autem*. Cell.

f) aut satietas] Sic Bon. Tax. Pen. Reimm. et ita iam ediderant Torn. 1587-1613. et Gen. 1630. Reliquæ autem, prauæ. Bün.

g) consistere] eleganter, ut Cicero, citatus L. 6. 20. 4: *neque in voluptatis regno virtutem posse consistere*. Bün.

b) se-

ne perpetua est, nec discedere ab eo potest, qui eam semel cepit ^b. Nam si habeat interuallum, si aliquando ea carere possumus ⁱ; redibunt protinus vitia ^k. ^l, quæ virtutem semper impugnant. Non est igitur comprehensa, si deserit, si aliquando secedit. quum vero sibi domicilium stabile collocauit, in omni actu versari eam, necesse est, nec potest fideliter depellere vitia et fugare, nisi pectus, quod infedit ^m, perpetua statione ⁿ munierit. Ipsa ergo virtutis perpetuitas indicat, humanum animum, si virtutem ceperit, permanere: quia et virtus perpetua est, et solus animus humanus virtutem capit.

6 Quoniam igitur ^o contraria sunt vitia virtuti, omnis ratio diuersa et contraria sit, necesse est. Quia vitia commotiones et perturbationes animi sunt: virtus e contrario lenitudo et tranquillitas animi est. Quia vitia temporalia et breuia sunt: virtus perpetua et constans et par sibi semper. Quia vitiorum fructus, id est, voluptates, æque, ut ^p ipsa, breues temporalesque sunt: virtutis ergo fructus ac præmium sempiternum est. Quia vitiorum commodum in præsentis est: virtutis igitur in futuro. Ita fit, ut in hac vita virtutis præmium nullum sit, quia virtus adhuc ipsa est ^q.

7 Nam sicut vitia quum in actu suo

^b) *semel cepit*] Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. *semel cupit*, vitiose, patet ex re et n. 4. *comprehensa*. Bün.

ⁱ) *si aliquando ea carere possumus*] Hæc Heumanno *glossema*; obuia in omnibus. Bün.

^k) *redibunt protinus vitia*] MSS. *redibunt*: non redeunt, vti vulgatum est. Coll.

^l) *redibunt*] Goth. Cauc. Pal. Iun. Fas. Gryph. Bet. Torn. Thom. Thyf. Gall. Spark. *redeunt protinus*. Bon. Tax. Pen. Angl. Lipf. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Gymn. Ifæus, Walch. Heum. *redibunt*. Bün.

^m) *quod infedit*] vt Opif. 1. 8. *salus infidet*. Bün.

ⁿ) *statione*] i. e. *custodia*. Walchius, præter Taciti locum, quem Faber

habet, reddidit pleraque omnia ex Pitisci non indicati obseruatione ad Curt. L. 5. 4. 21. Ipse Lactantius L. 7. 27. 16. *stationes vigiliasque celebremus*. Bün.

^o) *Quoniam igitur in futuro*] Hic numerus in plerisque editionibus male distinctus, ita a me est interpunctus, vt vitia per duo puncta a virtute opposita discernantur melius. Heumannus etiam vidit et per commata melius sane, quam priores, distinctit. Bün.

^p) *aque, vt*] Sic Cicero, Plinius iunior, alii. Bün.

^q) *adhuc ipsa est*] Heumannus pro ipsa scribit *imperfecta*, et addit: *quod abreniata ita scribebatur: ipsa duabus superpositis: transuersis lineolis, tertia literam p. perstringente. Vti*

le

suo finiuntur, voluptas et præmia eorum sequuntur: ita virtus quum finita est, merces eius insequitur ^r. Virtus autem numquam nisi morte finitur; quoniam et in morte suscipienda summum eius officium est. ergo præmium virtutis post mortem est. Denique Cicero in Tusculanis ^s, quamvis ⁹ dubitanter ^t, tamen sensit, summum homini bonum non nisi post mortem contingere. *Fidenti animo, inquit, si ita res feret, gradietur ad mortem, in qua aut summum bonum, aut nullum malum esse cognovimus.* Mors igitur non extinguit hominem, sed ad præmium virtutis admittit. Qui autem se ¹⁰ (vt ait idem ^{u. x}) vitiis ac sceleribus contaminauerit, voluptatque ^y seruerit; is vero damnatus æternam luet pœnam, quam diuinæ litteræ secundam mortem ^{u. a} nominant; quæ est et

perle est tales notas vocum indicare, mihi similis huius vocis nota non est visa, sed compendia in MSS. a me inspectis ita habent. *inspectus* aut *inspectus*, aut vt Reimm. de ira 10. 10. *pscē* i. e. *perfectæ*. Nec Baringio in vtilissimo opere, cui Clavi Diplomaticæ nomen est. in ed. 2. auctiori similis nota obseruata. Mei libri omnes: *adhuc ipsa est.* Bün.

^r) *ita virtus quum finita est, merces eius insequitur*] Manifestissimum est Lactantium scripsisse virtutem. Adeo fugientibus oculis libros, quos edunt, perlustrans editores plerique. Nam vel puer latine doctus locum hunc emendare potuisset. hactenus Heumannus. Quodsi Lactantius virtutem scripsisset, puto scripturum fuisse *merces insequitur.* (sine: eius) aut *merces sua insequitur*; nam licet eius et suus interdum permantent Latini, id tamen sine fide librorum immutare non licet. Satis est salua latinitas, si construamus: *ita quum virtus est finita, merces eius insequitur*; æque vt statim: *virtus numquam - finitur*; et paullo ante pari modo construendum: Nam sicut, *quum vitia in actu suo finiuntur, vo-*

luptas et præmia eorum sequuntur. Vitiis in casu nominandi, non accusandi, Heumannus posteriori casu et hic forte fuit. Bün.

^s) *Cicero in Tusculanis*] lib. 1. cap. 46. Cell.

^t) *quamvis dubitanter*] Rost. *quamvis dubitaret.* At scripti et editi fere omnes vocula Ciceronis: *dubitanter.* Optime. Bün.

^u) *Qui autem se, vt ait idem*] Eodem lib. 1. Tuscul. cap. 30. ad hunc fere modum scripsit. Cell.

^x) *vt ait idem*] Non tam L. 1. Tusc. c. 30. vt Cellario visum, quam Consolationem respexit Lactantius, vt ex ea citata verba produunt Lact. L. 3. 19. 6: *vitiis et sceleribus contaminatos deprimi in tenebras.* Bün.

^y) *voluptatiquæ*] Lips. 2. *voluptatibusque.* Bün.

^z) *secundam mortem nominant*] Apocal. c. 2. v. 11. et c. 21. v. 8. estque Targunica fornula loquendi, Deuteronom. 33. 6. apud Onkelosium; Esa. 22. 14. apud Ionatharent. Cell.

^a) *secundam mortem*] L. 2. 12. 8. Bün.

M m m

b) dua

1 I perpetua, et grauisissimis cruciatibus plena. Nam sicuti duæ vitæ^b propositæ sunt homini; quarum altera est animæ, altera corporis: ita et mortes duæ propositæ sunt, vna perti- nens ad corpus, qua cunctos secundum naturam fungi^c ne- cesse est; altera perti- nens ad animam, quæ scelere adquiri- tur, virtute vitatur: et vt vita hæc temporalis est, certosque terminos habet^d, quia corporis est; sic et mors æque tem- poralis est, certumque habet finem, quia corpus attingit^e.

1 XI. Impletis igitur temporibus, quæ Deus morti statuit, terminabitur ipsa mors. et, quia temporalem vi- tam temporalis mors sequitur; consequens est, vt resurgant animæ^a ad vitam perennem, quia finem mors temporalis ac- cepit. Rursum, sicut vita animi sempiterna est, in qua di- uinos et ineloquibiles^{b.c} immortalitatis suæ fructus cadit: ita et

b) *dua vita*] c. 5. 16. Bün.

c) *qua-fungi*] *Vsatis est, iu- dice Heumanno, FATO fungi, MORTE DEFUNGI, tamen addit, etiam Velleius L. 2. 49: fatali morte functi sunt. Burmannus ad Ouid. T. 1. p. 823: QVIN VITA, MORTE, DIEM FUNGI dicatur nullum est du- bium, quamquam hoc vltimum rari- us occurrere notet Vossius ad Sulpic. Seuer. 1. 7. simul absolute functus pro defunctus dici obseruat. Arnob. L. 1. p. 23: hominem nos colere morte functum ignominiosa videtis. Idem, quod neque Lexica, neque alios ob- seruasse puto, aliquoties functionem pro morte posuit. L. 2. p. 62: Omnis passio leti atque inseritis ianua est, ad mortem ducens via, et inuisabili- bus adferens functionem. L. 2. p. 82: Hic-retur-(animas) esse perpe- tuas et superesse mortalium functio- ni, et p. 86. fin. post hominis functio- nem. Bün.*

d) *terminos habet*] vid. not. c. 5. 17. Bün.

e) *corpus attingit*] adnotauit ad L. 2. 12. 9. Bün.

a) *resurgant anima*] *Ἀνατολήως loquitur auctor, carnis enim, non ani- ma resurrectionem credimus Christiani. Anima vt non intereunt, ita nec resurgunt. hæcenus Gallus. Ad- fingit Lactantio sententiam, a qua ipsum alienum esse ex c. 9. n. 9. n. 12. c. 11. n. 5. 6. c. 12. n. 4. et n. 19. immo integro hoc libro septimo patet. Interpretandus est noster ex c. 20. n. 1-5. c. 21. toto, c. 26. n. 6. Epit. c. 72. fin. Anima haud raro ponuntur pro hominibus. Ita Hebr. *נפש* et Gr. *ψυχή*, pro homine de- functo. vid. Pearson. in Exposit. Symb. Apost. p. 411. et Barthii L. 40. Ad- uers. c. 10 p. 1840. Plura de vfu vo- cis anima Lact. L. 1. 21. 10. L. 3. 18. 7. L. 5. 19. 1. L. 6. 11. 19. L. 6. 20. 11. Sed confer, quæ adnotamus ad L. 7. 23. 1. sed resurgunt. Bün.*

b) *ineloquibiles fructus*] huius libri c. 5. sect. 9. Cell.

c) *ineloquibiles*] not. cap. 5. 9. Bün.

d) *sem-*

et mors eius perpetua fit, necesse est; in qua perennes pœnas, et infinita tormenta pro peccatis suis pender. Ergo in ea conditione res posita est, vt, qui beati sunt in hac vita corporali atque terrena semper miseri sint futuri; quia iam bonis, quæ maluerunt, potiti sunt, quod iis euenit, qui deos adorant, ac Deum negligunt: deinde qui, iustitiam sequentes, in hac vita miseri fuerint, et contempti, et inopes, et ob ipsam iustitiam contumeliis et iniuriis saepe vexati, quia nec aliter virtus teneri potest, semper beati sint futuri^d, vt, quia mala iam pertulerunt, etiam bonis fruuntur, quod his vtique contingit, qui, contemptis terrestribus diis, et fragilibus bonis, cælestem religionem Dei^e sequuntur; cuius bona, sicut ipse, qui tribuit, sempiterna sunt. Quid opera corporis, atque animi? nonne indicant esse animam mortis expertem? nam corpus, quia ipsum fragile est atque mortale, quæcumque opera molitur, æque caduca sunt. Nihil enim Tullius ait esse^f, quod sit manibus humanis^g laboratum, quod non aliquando ad interitum redigatur, vel iniuria hominum, vel ipsa confectrice^h rerum omnium verustate. At veroⁱ animi opera videmus æterna. nam quicumque contentui præsentium studentes, in memoriam monumenta ingeniorum factorumque magnorum reliquerunt; ii plane mentis

d) *semper beati sint futuri*] Omnes editi perperam: *semper beati SVNT* (indic. modo), Goth. et Reinm. *SINT*, recte. Pendet in hoc altero membro periodi ex sectione tertia ab VT æque, ac illa: *semper miseri sint futuri*, vnde interpunctione num. 3. et 4. alia sensum adiuvimus. Bün.

e) *cælestem religionem Dei*] Primam vocem Gothan. non habet. Bün.

f) *nihil enim Tullius ait esse, quod sit manibus*] Non quidem hæc verbis, sententia vero eadem dixit pro Marcello cap. 4: *Nihil est opere aut*

manu factum, quod aliquando non conficiat et consumat vetustas. Cæll.

g) *manibus humanis*] Aptul. Metam. 5. p. 159: *adificata non humanis manibus.* Bün.

h) *confectrice*] Vox aliunde mihi non est nota. Suppositam enim Ciceroni Consolationem, quæ habet eam c. 24. nihil moror. Conf. Davis. ad Cic. 1. Tusc. c. 23. Lactantius hic non verba, sed mentem Ciceronis retulit. Verba Lact. 6. 11. 25. legas. Bün.

i) *At vero*] Pleonasmus L. 25. 7. Cic. Marcell. 2: *At vero* huius gloria socium habes neminem. Conf. Vechner. Hellenol. p. 161. Bün.

tis ac virtutis suæ nomen indelebile^k quæsierunt. Ergo, si opera corporis ideò mortalia sunt, quia ipsum mortale est; sequitur, vt anima ex eo immortalis adpareat, quia videmus
 7 opera eius non esse mortalia^l. Eodem modo desideria quoque corporis animique declarant, alterum esse mortale, alterum sempiternum. corpus enim nihil nisi temporale^m desiderat, id est cibum, potum, indumentum, quietem, voluptatem: et tamen hæc ipsa sine nutu et adminiculo^o animi nec cupere nec adsequi potest: animus autem per se multa desiderat, quæ ad officium, fructumue corporis non redundant^p; eaque non fragilia, sed æterna sunt, vt fama virtutis, vt memoria nominis. Nam cultum Dei, qui constat abstinentia cupiditatum ac libidinum, patientia doloris, contentu mortis, etiam contra corpus anima concupiscit. vnde credibile est, non interire animam, sed dissociari a corpore, quia corpus sine animo^q nihil potest, animus vero potest mul-

^k) *nomen indelebile*] Ouid. 15. Met. in fin. NOMENQUE ERIT INDELEBILE nostrum. Betul. *incredibile*. male. Bün.

^l) *opera eius non - mortalia*] Sallust. Iugurth. 2. 2: *at ingenii egregia facinora, sicut anima, immortalia sunt*. Quæ egregie Curtius illustrat p. 414. Bün.

^m) *non nisi temporale*] MSS. Angl. et Lips. cum ed. Rom. *temporale* singulariter: vulgo *temporalia*. Cell.

ⁿ) *nihil nisi temporale*] Goth. *non nisi corporalia*, ex glosa. Reimm. *nihil si* (corr. *nisi*) *temporale*. Lips. 2. *nil nisi temporale*. Cauc. Fasit. Gryph. Tornæs. 1548. 1553. Betul. Thomas. Thys. Gall. Spark. et Heumann. *non nisi temporalia*. Heumannus dicit in MS. Thomas. *esse nihil nisi temporalia*, at margo tantum indicat pro *non* in MS. *nihil* legi. Reëtius igitur, vt sæpe Isæus Bononiensem citat. Nam Bon. Tax. Pen. Iun. Lips. tert. Angl. Sublac. Rom.

Roff. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Tornæs. 1587 - 1613. Isæus: *nihil nisi temporale*. Bün.

^o) *sine nutu et adminiculo*] Pal. Iun. Lips. 1. Sublac. Roff. Ven. 1471. 93. 97. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *sine vi et adminiculo*. Fasit. Gryph. Tornæs. 1548 - 53. Betul. *sine vi, nutu et adminiculo*. Tornæs. 1587 - 1613. Gen. et Walch. *sine vi, sine nutu et adminiculo*. Bonon. Tax. Pen. Cauc. Goth. Lips. Reimm. Emirani. Veneta vtraque 1478. Thomas. Isæus, Thys. Gall. Spark. Cell. *sine nutu et adminiculo*. Certe *nutu genuinum*. Ita de Opific. 1. 10: *corpus vegetatur nutu eius (animi)*. Bün.

^p) *non redundant*] Goth. *non redeunt*. Vtrumque eleganter dicitur. Præfero tamen prius. Sic c. 12. 19: *imbecillitas - redundat ad mentem*. Bün.

^q) *sine animo nihil potest*] Editi: *sine anima*. Reimm. *sine animo nihil*

multa et magna sine corpore. Quid? quod ea, quæ visibilia sunt oculis, et tangibilia manu, quia externam vim pati possunt, æterna esse non possunt: ea vero, quæ neque sub tactum, neque sub visum veniunt, sed tantummodo vis eorum, et ratio, et effectus adparet, æterna sunt, quia nullam vim patiuntur extrinsecus. Corpus autem si ideo mortale est, quia visui pariter et tactui subiacet; ergo et anima iccirco immortalis est, quia nec tangi potest nec videri.

XII. Nunc argumenta eorum, qui contra disserunt ^{a, b}, refellamus, quæ Lucretius tertio libro ^c exsecutus est. Quoniam cum corpore, inquit, anima nascitur; cum corpore intereat necesse est. At non est par vtriusque ratio. Solidum enim et comprehensibile corpus est et oculis et manu ^{d, e}: ani-

bil prodest. Emman. et Lipf. 2: *sine animo nihil potest*. Ita edidi: nam sequitur statim ex opposito: ANIMVS potest multa. Bün.

r) tangibilia] c. 12. 3. Hieronym. T. 2. Oper. ad Pammach. adu. errores Ioannis Hierosol. f. 173: *visibile est atque tangibile*. Bün.

s) sub tactum - sub visum] Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Paris. Pier. sub tactu - sub visu. At MSS. Goth. Lipf. Reimm. Parrhas. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. etc. sub tactum - sub visum. vid. cap. 9. 7. Bün.

r) Corpus] Non videtur, inquit Lucretius apud Gallæum, agnatisse Lactantius resurrectionem corporis etc. At Lactantius L. 7. 21. 3. de implis: *riusius carne induentur, ut in corporibus piaculum soluant*. Conf. c. 23. n. 1: *resurgent et a Deo corporibus induentur*. Bün.

a) qui contra disserunt] Goth. Emman. Lipf. 1. disserunt: alii dixerunt. Cell.

b) contra disserunt] Reimm. et ab 1465 - 1685. editi contra dixerunt.

Sed Bonon. Pen. Pal. Vltr. cum Emman. Goth. Lipf. 1. disserunt. Similis confusio L. 1. 18. 8. (d. e) p. 112. Bün.

c) Lucretius tertio libro] Verba, vti hoc loco leguntur, nec tertio neque alio libro inuenies. Res ipsa sic Lib. 3. v. 765. exponitur:

*Vis animi pariter crescit cum corpore quoque
- - - Quod si iam sit, fateare
necesse est*

Mortalem esse animam. Cell.

d) comprehensibile corpus est et oculis et manu] Sic MSS. et vet. ed. Vulgatis recentioribus additum videtur et tangitur. Inepte. Cell.

e) comprehensibile - et oculis et manu: anima] Fasit. Gryph. Tornæ. Betul. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. et Walch. et oculis et manu videtur et tangitur: anima. Goth. comprehensibile - et oculis et manui: anima. Non additis verbis: videtur et tangitur. etiam Reimm. Angl. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78 - 1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. comprehensibile - et oculis et manu: anima. Cor-

anima vero tenuis, et tactum visumque fugiens. Corpus e terra^f fictum atque consolidatum *s.^b* est: anima in se nihil concreti, nihil terreni ponderis habet, vt Plato diserebat. nec enim tantam posset habere solertiam, tantam vim, tantam celeritatem, nisi originem traheret e caeloⁱ. Corpus igitur quoniam fictum ex ponderoso et corruptibili elemento, et tangibile^k est, et visibile; corrumpitur atque occidit; nec vim repellere potest, quia sub adspectum et sub tactum^{l.} venit; anima autem, quia tenuitate sua omnem tactum fugit, nullo ictu dissolui potest. Ergo quamuis inter sese coniuncta et sociata nascantur; et alterum, quod est de terrena con-

con-

prehendere non tantum tactui, sed et aliis sensibus tribuitur. L. 7.9.4: *Deus non adspectu nobis alioue fragili sensu comprehendendus est.* Epit. 26. extr. *nec aeternum posse oculis mortalibus comprehendendi.* Epit. c. 58: *et oculis et mente incomprehensibilis.* Prudent. Apotheof. 75. 76:

- - *Nec enim comprehendier illa
Maiestas facilis sensusue oculisue
manuue.*

et vi. 93: *comprehendere visu.* add. Weitz. p. 632. Seneca ep. 58: *nec visu, nec tactu, nec ullo sensu comprehenditur.* L. 6. Quæst. Nat. 3: *naturam oculis comprehendimus.* c. 24: *oculis comprehensibilia.* add. adnot. ad Opif. 1. 15: *oculis contrahitari.* Bün.

f) *e terra*] Pro editorum ex Ienuis Bonon. Goth. Lipf. 2. 3. et Tornæs. 1587 - 1613. Walch. Heumann. *e terra fictum*, vt c. 14. 14: *e terra fictus est.* Bün.

g) *consolidatum*] Cantab. MS. et ed. Rom. Parrh. composito, quod numero consonantius est: alii simplici *solidatum* efferunt. Cell.

h) *consolidatum*] Emman. Lipf. tres, Goth. Reimm. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. Bet. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Walch.

solidatum. Sublac. Rost. Ven. 1471-1472. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Ifæus, Cell. Heumann. *consolidatum.* Bün.

i) *traheret e caelo*] Goth. *traheret a caelo.* Bün.

k) *tangibile*] c. 11. 9. not. Bün.

l) *sub adspectum et sub tactum venit*] MSS. et vet. edd. *tactum*: Lipf. *sub adpectu et tactu*, auferendi casu: Goth. ex nostris solus *ictu*. Cell.

m) *sub adpectum-tactum*] Lipf. 1: *sub adpectu-tactu.* Goth. *sub adpectu-sub ictu.* Quinque Sparkii, Fas. Gryph. Thomas. Thyf. Gall. Spark. *adpectum-sub ictum.* Defendit *sub ictum* Betuleius ex Lucret. 3. 160. seq.

Esse animam cum animo coniunctam, qua quum animi vi

Percussa est, extra corpus propellit et ICIT. vt mox, nullo ictu.

At MSS. Pal. Vltr. Cauc. Vltr. Iun. Lipf. 2. 3. Reimm. Emman. Sublac. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78 - 1515. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Tornæs. Ifæus, Cell. Walch. Heumann. *sub adpectum-sub tactum venit.* Idque Lactantio sollemnene. vid. not. L. 7. 1. 9. c. 9. 27. c. 11. 9. Bün.

a) *va*

concretionem formatum, quasi vasculumⁿ sit alterius, quod est a caelesti subtilitate deductum: quum vis aliqua vtrumque discreuerit, quæ discretio^o mors vocatur, tum vtrumque^p in naturam suam recedit^q: quod ex terra fuit, id in terram resoluitur^r: quod ex caelesti spiritu, id constat, ac viget semper; quoniam diuinus spiritus sempiternus est. Denique idem Lucretius oblitus, quid adfereret, et quod dogma defenderet, hos versus posuit^t:

*Cedit item retro, de terra quod fuit ante,
In terram; sed quod misum est ex aetheris oris,
Id rursus cali fulgentia templa receptant.*

Quod eius, non erat dicere, qui perire animas cum corporibus diserebat. sed victus est veritate; et imprudenti ratio vera subrepsit. Præterea id ipsum, quod colligit, dissoluit⁶ animam, hoc est simul cum corpore interire, quoniam simul

n) *vasculum*] Lipf. 2. 3. Reimm. et Tornæs. MSS. *vehiculum*. non male, sed rectius Goth. Angl. et editi omnes *vasculum*. vid. not. n. 21. *vas*. L. 2. 12. 11: *est* (corpus) *quasi vasculum*. Opif. 1. 11: *corpus vas est quodammodo fictile*. et c. 4. 24: *nunc de ipso vase hominis loquimur*. L. 2. 3. 8: *hominis qualitas non ex lineamentis vasculi, quo continetur pervidetur*. vbi vide meam adnotationem (b) p. 177. Bün.

o) *discreuerit - discretio*] Discernere hic valet separare. Sic Valer. Max. 4. 5. 6: *inter ipsum illud tempus, quo diuinus spiritus mortali discernebatur a corpore*, quod aliis verbis idem L. 5. 5. 3. dixit: *eo ipso tamen, quo vita et mors distinguitur momento*. Tertullianus de Anima c. 51: *discretio corporis animæque*. Eadem vi Laët. 2. 12. 9: *mors est corporis animæque seductio*. Bün.

p) *tum vtrumque*] Particula *tum* abest a Goth. Lipf. 2. 3. Reimm. nec est necessaria. Bün.

q) *in naturam suam recedit*] Sic MSS. vulgati *redit*. Cell.

r) *in naturam - recedit*] Goth. Faß. Gryph. Tornæs. 1548. 1553. Betul. Thomas. Thyf. Gall. Spark. *in naturam - redit*. Bonon. Tax. Pen. Pal. Vltr. Iun. Lipf. Reimm. Emm. Sublac. Roff. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Tornæs. 1587 - 1613. Iſæus *recedit*, vt n. 5. ex Lucretio: *Cedit - retro - in terram*. Remipsam multis illustrat Barthius ad Statiū L. 2. Theb. 63. p. 284 - 286. Bün.

s) *id in terram resoluitur*] Bonon. Tax. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Cell. *id in terram soluitur*. Goth. *id*, omisso auferendi casu, *in terra resoluitur*. Angl. Lipf. 2. 3. Reimm. Sublac. Roff. Ven. 1471. 72. vtraque 78 - 1515. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Iſæus, Walch. *id in terram resoluitur*; et sic, omisso tamen *id*, Sparkius. Bün.

t) *Lucretius - hos versus posuit*] Lib. 2. a v. 298. Cell.

- mul nascantur; et falsum est, et in contrarium conuerti potest. non enim simul interit, sed, anima discedente, integrum per dies multos manet; et plerumque medicatum*,
- 7 diutissime durat. Nam, si vt simul nascuntur, simul interirent; non discederet repente anima, corpusque desereret; sed vno temporis puncto vtrumque pariter dissiparetur, et tam celeriter etiam corpus, adhuc spiritu in eo manente, deliquesceret ac periret, quam* celeriter anima secedit, immo vero, dissoluto corpore, anima vanesceret, velut humor,
- 8 fracto vase, diffusus. Nam, si terrenum et fragile corpus post secessum animæ non statim diffluit*, in terramque tabescit^{z. a}, ex qua illi origo est: ergo anima, quæ fragilis non est, in æternum manet, quoniam origo eius æterna est.
- 9 Quoniam crescit, inquit^{b. c}, sensus in pueris, et in iuuenibus

u) medicatum] i. e. odoribus conditum. Tacit. L. 16. Annal. c. 6: *Poppeæ corpus differtur odoribus conditur tumuloque, infertur.* Plinius L. XI. sect. 70: *quibus (Ægyptiis) mos est cadauera adseruare MEDICATA.* Ex professo Herodot. Euterp. c. 86. et 87. In nonnullis editionibus Thesauri Fabri IN MEDICATVM OS perperam exponitur NON MEDICATVM, ἀφραμακευτον, quum tamen καταφραμαχθέν significet in Apuleii Apologia, recte monente Casaubono ad p. 93. 7. ed. Comelin. p. 171. Bün.

x) et tam celeriter etiam-quam] Obserues haud facile obuium vsum particularum: et tam etiam, quam. Sine tam et etiam, et quoque sæpe obuia per pleonasinum constat. De particulis: tam - quam etiam vide ad L. 5. 20. 9. Bün.

y) anima secedit] Iun. Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Crat. Gymn. discedit. Goth. Lipf. Reimm. Angl. Rost. Ven. 1471. vtraque 1478. Paris. Fasit.

Gryph. etc. secedis, vt n. 8. secessum. Bün.

*] diffluit] Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Paris. Crat. Gymn. diffluit. Reimm. Angl. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Fasit. Gryph. etc. diffluit. Confusionem horum verborum notauit ad L. 1. 9. (k) p. 57. ad L. 3. 1. 3. (o) p. 283. Bün.

z) diffluit in terramque tabescit] Lipf. 1. desluit: Goth. in terram, qua tabescit. sed quia sequitur ex qua, non videtur illa genuina. Cell.

a) in terramque tabescit] Sic Reimm. et editi. Bün.

b) Quoniam crescit, inquit] Neque hæc verba sunt integra Lucretii, sed sensus eorum, proditus Lib. 3. v. 766. (præter modo producta)

Scilicet in tenero tenerascere corpore mentem.

Vide quæ præcedunt. Cell.

c) Quoniam crescit, inquit etc.] Hæc respiciunt Lucret. 3. 446-454. Crescere sentimus, pariterque senescere mentem. adde reliquos versus. Bün.

d) mi.

bus viget, et in senibus diminuitur; adparet esse mortalem. Primum non est idem mens et anima. aliud est enim, quo viuimus; aliud, quo cogitamus. nam dormientium mens, non anima sopitur; et in furiosis mens extinguitur, anima manet; et ideo non exanimis; sed dementes vocantur. Mens 10 ergo, id est intelligentia, vel augetur, vel minuitur^d pro ætate. Anima in statu suo semper est, et ex quo tempore^e spirandi accepit^f facultatem; eadem vsque ad vltimum durat, donec, emissa corporis claustro, ad sedem suam reuollet. Deinde quod^g anima quamuis a Deo sit inspirata, ta- 11 men quia tenebroso domicilio terrenæ carnis inclusa est, scientiam non habet, quæ est diuinitatis. Audit igitur ac di- 12 scit omnia, et sapientiam discendo et audiendo capit, et senectus non minuit sapientiam, sed auget, si tamen iuuenilis^h ætas virtute decursa^{i, k} est. sed si nimia senectus fregerit membra, non est animæ vitium^l, si visus euauit; si lingua torpuit, si auditus obscuruit; sed corporis. At enim me- 13 moria deficit^m. quid mirum, si labentis domicili ruina premi-

d) *minuitur*] Reimm. *diminuitur*, vt n.9. Bün.

e) *ex quo tempore*] Obseruandum exemplum hoc plenius; sæpe enim omisso tempore, elliptice dixit cum aliis ex quo. vid. not. ad L. 7. 14. 4. Bün.

f) *accepit facultatem*] Bon. Tax. Vltr. *accipit facultatem*. Bün.

g) *Deinde quod*] Delet quod Heumannus. habent omnes. vid. L. 2. II. 4. 5. Bün.

h) *iuuenilis*] Goth. *iuuenalis*. Bün.

i) *si iuuenilis ætas virtute decursa est*] Et M. Cælius Ciceroni Lib. 8. epist. 13: *cetera aetate iam sunt decursa*. quamuis ibi aliter, quam cum *ætate*, est compositum, si modo ita legendum est. nam variant ibidem libri. Solinus tamen proœmio extremo, *transitem decursum*

relegere: et Lucretius Lib. 3. v. 1055:

- *obit decurso lumine vita*. Cell. k) *ætate decursa est*] Cicero pro Quintio c. 3. extr. *prope acta iam aetate decursaque*. Conf. not. ad Lact. I. L. II. (a) *decursis*. p. 7. Bün.

l) *si nimia senectus fregerit membra, non est animæ vitium*] Sic omnes libri, vnde memoriz vitio Cortius citasse videtur ad Sall. Catil. 6. 6. p. 45. vbi sic exhibet hunc locum: *Nam si decrepita senectus fregerit instrumenta, non est ingenii vitium, sed corporis*. Inuenio Opif. 16. 5. *pro ministra membra* in Reimm. MS. *instrumenta membra*. Heumannus verba: *non est animæ vitium* putat poni debuisse post *obscuruit*. Codex Tornænsii MS. sequentia: *sed corporis*, non habet. Bün.

m) *At enim memoria deficit*] Ven. Mmm 5

mitur mens, et præterita obliuiscitur, non aliter futura diuina,
 14 quam si carcerem, quo cohibetur, effugerit? Verum
 eadem, inquit, dolori et luctui obnoxia est, et ebrietate de-
 15 mentit^a, vnde fragilis, et mortalis adparet. Iccirco igitur
 virtus et sapientia necessaria est, vt et mæror, qui contrahitur
 indigna patiēdo ac vidēdo, fortitudinē repellatur, et
 voluptas non modo potandi, sed etiam rerum ceterarum, ab-
 stinentia superetur. nam, si careat virtute, si voluptatibus de-
 dita molliatur, morti fiet obnoxia, quoniam et virtus, vt
 docuimus, immortalitatis est fabricatrix^o, et voluptas mor-
 16 tis. Mors autem, sicut ostēdi, non funditus perimit ac
 delet, sed æternis adficit cruciatibus. nam interire prorsus
 anima non potest, quoniam ex Dei spiritu, qui æternus est,
 17 originem cepit. Anima, inquit, etiam morbum corpo-
 ris^p sentit et obliuionem sui patitur: et sicut ægrescit; ita
 18 etiam sæpe sanatur. Hoc est ergo, cur maxime virtus ad-
 hibenda sit, ne vlllo corporis dolore frangatur, et obliuionem
 sui non anima, sed mens patiatur. quæ quoniam certa cor-
 poris regione consistit^q, quum eam partem vis aliqua morbi
 vitiauerit, mouetur loco; et quasi conuasata^r, sede sua emi-
 grat

1493. 97. Pier. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. Spark. Walch. in præterito defecit. Ræcius Bon. Tax. Pen. Vlter. Angl. Goth. Lips. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. et Paris. defecit, in præsentem. Voculæ at enim indicant obiectionem. Huc pertinet Lucret. 3. 454: *Claudicat ingenium, delirat lingua, madet mens.* Bün-

n) *dementis*] vid. not. L. 4. 27. 12. hic sumsit ex Lucr. 3. 465-482: *Sæpe animus dementis enim - vehemens violentia vini conturbare animam consuevit corpore in ipso.* Bün.

o) *vt docuimus - fabricatrix*] L. 6. 22. 3. Vt nostro in feminino voluptas dicitur *fabricatrix mortis*; sic

Lucretio L. 3. 473: *Nam dolor ac morbus leti fabricator uterque est. Apertum est inde nostrum, licet in diuerso genere esse imitatum.* Bün.

p) *Anima, inquit, etiam morbum corporis*] Verba Lucretii de hac re sunt Lib. 3. v. 520:

*Ergo animus siue ægrescit, mor-
 galia signa*

*Mittit, vsi docui, seu flebitur a
 medicina.* Cell.

q) *certa - regione consistit*] Lucretius L. 3. 547: *locoque fixa manet certo.* Bün.

r) *quasi conuasata*] Lucret. 3. 599: *Conuasatur enim sum mens, animeque potestas.* Emollit Lactantius per additum *quasi.* Bün.

s) *so-*

grat^s, reditura scilicet, quum medela et sanitas domicilium suum^t reformauerit. Nam quia iuncta est anima cum corpore; si virtute careat; contagio eius ægrescit, et imbecillitas de societate fragilitatis redundat ad mentem; quum autem dislociata fuerit a corpore, vigebit ipsa per se^s, nec vlla iam^x fragilitatis conditione tentabitur, quia indumentum fragile proiecit. Sicut oculus, inquit, euulsus ac separatus^a a corpore nihil potest videre; ita et anima separata nihil sentire^b, quia et ipsa pars est corporis. • Falsum hoc a^r et dis simile est. anima enim non pars corporis, sed in corpore est. Sicut id, quod vase continetur, vasis pars non est; nec ea, quæ in domo sunt, partes domus esse dicuntur: ita nec

s) *sede sua emigrat*] Pal. Vltr. Cauc. Goth. Lips. 1. Rost. Ven. utraque 1478. Betul. Tornæs. 1587 - 1613. Geneu. 1630. Walch. *de sede sua emigrat*. Iun. Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Isæus: *de sede sua migrat*, Lips. 2. 3. Reimm. Fasit. Gryph. Thomas. et seqq. *sede sua emigrat*. Media lectione n. 30: *migrare animas de corporibus*. L. 3. 18. 2: *animas de aliis in alia migrare*. L. 7. 27. 8. æque recte: *ex hac vita demigrare*. Bün.

t) *domicilium suum*] Pronomen suum a Lips. 2. 3. abest, et in Reimm. alia demum manus adscripsit, ibidem *conformauerit* correctum in *reformauerit*, vt habent reliqui. Bün.

u) *vigebit ipsa per se*] Reimm. *videbit*. male. Conf. L. 7. 9. 7: *sentiens ac vigens*. Aliis verbis ex c. 21. 2: *in solo spiritu viuet*. interpretor hæc: *vigebit ipsa per se*. Bün.

x) *iam*] i. e. amplius. Bün.

2) *Sicut oculus, inquit, euulsus a corpore*] Et heic sententia poetæ, non verba sunt expressa. Scripserat Lib. 3. v. 562:

Scilicet auulsus radicibus vt nequit ullam

Displicere ipse oculus rem seorsum corpore toto.

Laëtantiani libri omnes *euulsus*, quamuis *auulsus* sit Lucretii: præterea Lipsienses: *euulsus ac separatus a corpore*. Vulgatum ordinem alii codd. tuentur: etiam Rom. et Parrh. Cell.

a) *euulsus ac separatus a corpore*] Sic restituo ex Goth. Lips. tribus, Reimm. vbi fuerat editum: *euulsus a corpore ac separatus*. Si libri legerent: *auulsus a corpore ac separatus*, salua res esset, sed *euulsus a corpore* male iunguntur. ad rem pertinet Lucret. 3. 562. sq. Bün.

b) *nihil sentire*] Heumann. non dubitat *sensiet* rescribere. libri: *sentire*, sc. *potest* ex præcedentibus. nihil est frequentius. L. 3. 1. 14: *loqui bene potuerunt, vere autem loqui nullo modo*, sc. *potuerunt*. L. 3. 19. 19: *recta rationis anima tam immutare naturam status sui NON POTEST, quam ignis - deorsum niti - fundere*. Opif. 17. 9: *quia tam non potest exprimi, quam videri*. Plura eius generis obseruavi ad L. 7. 9. 14: *sic vita sine luce*. Bün.

c) *vas*

nec anima pars est corporis; quia corpus vel vas animæ est,
 22 vel receptaculum^c. Iam illud argumentum multo magis
 inane est, quo ait, animam^d, quia non citius emittatur ex
 corpore, mortalem videri; sed paulatim se ex omnibus
 membris explicet, a summis pedibus^e incipiens: tamquam,
 si esset æterna, vno temporis momento erumperet, quod fit
 in iis, qui ferro intereunt. quos autem morbus interficit,
 spiritum diutius exhalant, vt paulatim frigescentibus mem-
 23 bris anima effletur^{f, g}. quæ quum materia sanguinis conti-
 neatur, sicut lumen oleo; ea materia^b febriunt calore con-
 sumpta, necesse est membrorum summa quæque frigescere;
 quoniam venæ exiliores in extrema corporis porriguntur; et
 extremi, ac tenuiores riui, deficiente vena fontis, arefcunt.
 24 Nec tamen, quia sensus corporis deficit, animæ sensum ex-
 stinguere et occidere putandum est. non enim anima, corpore
 deficiente, sed corpus, anima decedente, brutescitⁱ, quia sen-
 sum

e) *vas anima - vel receptaculum*] vid. not. n. 4. *vasculum*. et L. 2. 3. 8. not. (b) p. 177. *receptaculum*, huc pertinet Lucret. L. 3. 554: *illius (animi) quasi quod VAS esse videtur*. Bün.

d) *quo ait, animam*] Goth. *quod ait, animam*. Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. *quod quidem ait, animam*. vide quæ dixi ad L. 3. 19. 17: *Non dissimile illud Platonis est quod niebat se gratias agere etc.* Rost. *quod animam (ait plane excidit)*. Ven. 1472. vtraque 78: *quo animam ait, vnde Heumann. quo animam ait mortalem videri, quia -- ex corpore - sed paulatim*. Sed omnes MSS. et editiones constanter ita: *quia non citius emittatur ex corpore, mortalem videri, sed. Quo animam ait*, hæcenus satis elegans est, vt L. 7. 22. 19: *ex hoc ait posse cognosci*. Ira II. 12: *quem Cicero ait etc.* Lipf. Reimm. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. etc. *quo ait, animam*. Bün.

e) *a summis pedibus*] i. e. extremis, vt n. 23: *summa quaque*. Plura obseruauit ad L. 5. 10. 3: *summam figuram*. Huc referendi versus Lucret. L. 3. 525-532. Sic Prudent. contr. Symm. L. 2. præf. 33. sq. *Sed vestigia fluctibus summis tinguere cæperat*. Bün.

f) *vt paulatim -- anima effletur*] MSS. et vetustæ edd. *vt effletur: recentiores et efflatur*. Cell.

g) *vt - effletur*] Goth. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. et seqq. *et efflatur*. Bon. Tax. Pen. Vltr. Iun. Angl. Reimm. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. *vt effletur*.

h) *vt materia*] Rost. Ven. 1472. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. et *materia*. Goth. Lipf. Angl. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. Isæus etc. *ea materia - consumpta*, casu auferendi. Bün.

i) *sed corpus - brutescit*] Reimm. Rost. Ven. 1471-1515. et reliqui ante Gallzum, post eum quoque Cell. et Heumann. *corpus - putrescit*. Pal. Vltr. Iun. Goth. Gall. Spark. Walch. *cor-*
 pus -

sum omnem trahit secum. Quum autem præsens anima 25
sensum tribuat *k. l.* corpori, et vivere id efficiat, fieri non
potest, ut non ipsa per se et viuat et sentiat; quoniam ipsa
est et sensus et vita. Nam quod ait^m: 26

*Quod si immortalis nostra foret mens,
Non tam se moriens dissolui conquereretur,
Sed magis ire feras, vestemque relinquere, ut anguis,
Gauderet.*

Equidem numquam vidiⁿ, qui se quereretur in morte dissol- 27
vi. sed ille fortasse Epicureum aliquem viderat, etiam, dum
moritur, philosophantem, ac de sui dissolutione^o in extre-
mo spiritu disserentem. Quomodo sciri potest^p, vtrum 28
dissolui se sentiat, an corpore liberari, quum in exitu lingua
mutescat? nam dum sentit et loqui potest, nondum dissolu-
tus est: vbi dissolutus est^q, iam nec sentire nec loqui potest.

ita

pus-brusefcis, id est sensum amittit.
Non hic agit de *putrefactione*, ut
putrefcis sit legendum, sed de eo, quod
SENSVS corporis DEFICIAT - QVIA
SENSVM OMNEM anima trahit se-
cum, n. 24. Vindicari pluribus ad Lact.
L. 2. 5. 40. (t) p. 202. Præcedentia: Non
enim anima corpore deficiente sc. *brusefcis*,
clare indicant, Lactantium
hic refutare illa Lucretii L. 3.
544. seq.

*Mortalem tamen esse animam fa-
teare necesse est,*

*Nec refert, vtrum pereat disper-
sa per auras,*

*An contractis in se partibus OB-
BRVTESCAT.*

*Quando hominem totum magis ac
magis undique SENSVS
DEFICIT.*

vbi recte Turnebus, Lambinus,
Gifanius, Creechius, Faber *ebbru-
rescat* accipiunt pro *sensum amittit*.
Bün.

k) sensum tribuat corpori] Vulgo,
sensum suum. Abest pronomen a
MSS. Angl. et Lipf. i. et edd. Rom.
Parrh. Ald. Cell.

l) sensum tribuat] Bon. Tax. Pal.
Lipf. duo, Reimm. Veneta vtraque
1478. Paris. Thomas. Isæus, Thyf.
Gall. Spark. *sensum suum tribuat cor-
pori*, aut vt Lipf. 3. et Reimm. *sen-
sum suum corpori tribuat*. Reliqui
pronomen omittunt. Bün.

*m) Nam quod ait: Quod si im-
mortalis*] Lucretius Lib. 3. v. 611. seqq.
Cell.

n) Equidem numquam vidi] Cauc.
Fasit. Gryph. Betul. Tornæz. *sed
equidem numquam vidi*. At Bonon.
Tax. Pal. Iun. Goth. Lipf. Reimm.
Ven. 1471-1515: *Equidem numquam
vidi*. Rost. Et *quidem*. Bün.

o) de sui dissolutione] Vltr. Iun.
Reimm. Rost. Ven. vtr. 1478. 93. 97.
Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *de
sua dissolutione*. Goth. Lipf. Fasit.
Gryph. Tornæz. Betul. Thomas. et
reliqui: *de sui dissolutione*. Bün.

p) sciri potest] Ven. 1493. 97. Pler.
Parrh. Paris. *fieri potest*. prauè. Bün.

q) vbi dissolutus est] Sic Rou.
Parrh. Ven. Desunt hæc Lipsiensibus:
at Goth. *cum vero dissolutus
est*. Cell.

r) non-

ita queri de dissolutione aut nondum potest^r, aut iam non potest. At enim non prius, quam dissoluatur, intelligit, se dissolutum iri. Quid? quod videmus pleròsque morientium non dissolui conquerentes, (vt ait,) sed exire se^r et proficisci, et ambulare testantes, idque aut gestu significant, aut, si adhuc possunt, et voce pronuntiant. Vnde adparer, non dissolutionem fieri, sed separationem, quæ declarat animam permanere. Cetera Epicurei dogmatis argumenta Pythagoræ repugnant, disserenti, migrare animas de corporibus verustate ac morte confectis, et insinuare se nouis^t, ac recens natis; et easdem semper renasci modo in homine, modo in peude, modo in bestia; modo in voluere, et hac ratione immortales esse, quod sæpe variorum ac dissimilium corporum domicilia commutent. Quæ sententia deliri hominis quoniam ridicula^u, et mimo^x dignior quam schola^r fuit;

r) *nondum potest*] Heumann. *nunquam potest* scribit, at omnes libri *nondum*, et recte. hoc *nondum* respicit prius: *nondum dissolutus est*; vt posterius *iam*, i. e. amplius, *non potest* prius, *iam* i. e. amplius, vltorius, *nec sentire potest*. Bün.

s) *non dissolui conquerentes - sed exire se*] illud SE post *exire* additum; in priori *dissolui* (se) simul intelligitur, vt de Ira c. 20. fin. *nec patitur longius procedere*, (sc. eos) *quum eos inemendabiles esse peruiderit*. Pari modo in prima parte, vbi est positum, in altera omittitur. De Opif. 4. 19: *ut quoniam viribus tueri se nequeunt, multitudine tueantur*. Bün.

t) *insinuare se nouis*] Sic plerique scripti, editi vero omnes. Omisso *se*. Goth. *insinuare nouis*, sicut Lipf. 2. L. 2. c. 14. fin. *insinuans corporibus hominum*. Reperitur sæpe absolute positum. Cic. L. 3. in Verr. c. 68: *videtis, quibus rebus ac numeribus insinuet in familiaritatem Metelli*; vbi plura Manutius et Græu. adde Taubmannum ad Plaut. Cistell. 1.

1. 94. Cerdam ad Virg. 2. Aen. 229. Vechneri Hellenol. et Heusingerum p. 62. 63. (x) Vosf. L. 3. Analog. c. 3. Bün.

u) *ridicula, et*] Sublac. Rost. Ven. 1471-1510. Paris. Ifæus: *ridicula est et*. Omittunt *est* Goth. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thom. Thyf. Gall. etc. nam facile ex seq. *fuit* hic subauditur. Bün.

x) *mimo dignior*] Sic plures. recte. vbi Goth. *nimio dignior*. Rost. et Ven. 1471: *immo dignior*. Ven. prima 1478: *NIMO dignior*. ex corruptis ductibus litterarum et puncti falsa positione, sæpe hæc vox in libris corrupta. vide quæ adnotauit ad L. 1. 20. 10. (e) p. 124. et ad c. 21. 49. (r) p. 148. sq. et ad L. 2. 18. 3. (h) p. 279. sq. Prope hæc absunt ab illis Minucii c. 37: *non philosophi sæpe fraduo*, sed MIMI conuicio DIGNA illa SENTENTIA est. Cic. L. 1. N. D. c. 43: *Quæ quidem omnia sunt patriæ Democræti, quam Democræto digniora*. Bün.

y) *quam schola*] Merton. C. C. C. Ewanan. Cant. siue Sublac. Rost. Ven.

fuit; ne refelli quidem serio debuit. quod qui facit, videtur vereri, ne quis id credat. Prætereunda sunt igitur nobis ea, 32
quæ* pro falso contra falsum diserebantur. satis est, ea re-
futasse, quæ contra verum disputata sunt.

XIII. Declaravi, ut opinor, animam non esse so- 1
lubilem. superest, citare testes, quorum auctoritate argu- 2
menta firmentur. Neque nunc prophetas in testimoni-
um vocabo; quorum ratio et diuinitio in hoc solo posita est,
ut ad cultum Dei, et ad immortalitatem ab eo accipiendam
creari hominem doceant: sed eos potius, quibus istos, qui
respuunt veritatem, credere sit necesse. Hæres natu- 3
ram hominis describens, ut doceret, quemadmodum esset a
Deo factus, hæc intulit^{a. b.}: Καὶ τὸ αὐτὸ ἐξ ἀμφοτέ-

ρω

Ven. 1471. 72. utraque 78. Pier. Parrh. Paris. Iunt. etiam Tornæs. ex MS. in marg. 1587-1613: *quam scholastico*, iudice Walchio, (qui ad plures doctos ex Fabri Thesaurο ablegat) *non male*; Heumanno auctore *ridicule*. Goth. Lipf. Reimm. Ven. 1493. 97. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Betul. Thomas, et reliqui: *quam schola*. Vocem *scholastico*, quam quidem varii auctores pro *philosopho* posuerunt, hoc sensu in Lactantio non deprehendo; qui *scholam* philosophorum sæpe dixit. ut L. 5. 2. 3: *antifitem se philosophiæ profitebatur* - in *schola virtutis adsertor*. Ira 9. 3: quid de SCHOLA Platonis *profuxerunt*. Bün.

x) *nobis ea, quæ*] Cauc. Fas. Gryph. Betul. *nobis, quæ*. At Bonon. Tax. Pen. Iun. Goth. Lipf. Reimm. et vet. edd. *nobis ea, quæ*. Bün.

a) *hanc intulit*] Goth. *hanc*, *puta naturam*: vulgo *hac*: Lipf. i. neglecto pronomine, simpliciter *intulit*. Cell.

b) *hac intulit*] Reiecta lectione a Cellario ex Goth. recepta: *hanc* (sc.

naturam) *intulit*; lego ex Angl. Lipf. 2. 3. Reimm. et edd. ab 1465-1685: *hac intulit*, uti Walchio quoque et Heumanno placuit. Ita solet n. 6: *inferemus*. L. 7. 23. 3: *quum de innovatione mundi loqueretur*, hæc intulit. de Ira 22. 8. in aliquot libris: *hac intulit*. Sic L. 1. 16. 11: *argumentum inferemus*. L. 3. 21. 7: *intulit rationem*, sine casu. L. 4. 29. 11. *intulit*. L. 5. 16. 4: *inferebat hæc argumenta*. L. 6. 10. 13: *causam non unam intulerunt*. Sæpe ita Tertullianus, e. g. Apolog. c. 20: *partem probationis intulimus*. Et Arnobius L. 2. p. 62: *quamvis aliter quidam inferant, et rei tanta fidem in suis argumentationibus ponant*. Heumanno videtur: *Africanum dicendi genus*; quippe apud Tertullianum, et Apuleium fere receptum, et *hac intulit* exponit: *ita argumentatur et concludit*. Bene. Sed hoc sensu non modo Afri, sed ipse Quintilianus posuit L. 5. Instit. c. 14. ed. Burm. p. 481: *Quinto iudicans loco complexionem, quæ aut id infert solum, quod ex omnibus partibus cogitur, hoc modo: consilio* igit-

ῥῶν^c φύσεων τῆς τε ἀθανάτου καὶ τῆς θνητῆς μίαν ἐποίησεν φύσιν ἀνθρώπων, τὸν αὐτὸν πῆ μὲν ἀθάνατον, πῆ δὲ θνητὸν ποιήσας, καὶ τοῦτον φέρων ἐν μέσῳ θείας καὶ ἀθανάτου φύσεως, καὶ τῆς θνητῆς, καὶ μεταβλητοῦ κατετήσατο, ἵνα ὄρων ἅπαντα, ἅπαντα καὶ θαυμάσῃ. Sed hunc fortasse aliquis in numero philosophorum computet, quamuis in deos relatus^d Mercurii nomine ab Aegyptiis honoretur, nec plus ei auctoritatis tribuat, quam Platoni aut Pythagoræ. Maius igitur testimonium requiramus. Polites quidam^e f consuluit Apollinem Milesium, vtrumne maneat anima post mortem, an resoluitur; et respondit his versibus:

Ψυχὴ μὲν μέχρι ἃ δεσμοῖς^b πρὸς σῶμα κρατεῖται
Φθάρτα νοῦσα πάθη θνηταῖς ἀλγηδοσιν εἶκει

ἡνίκα,

igitur mundus administratur. et L. 8. c. 4. p. 715: Nonne usus est ratiocinatione, qua colligerent audientes, quantum illud esset, quod inferebatur, cui comparata hac viderentur-visitata. Büñ.

c) καὶ τὸ αὐτὸ ἐξ ἀμφοτέρων] Latine conuerti hoc modo decet: Et idem ex utraque natura, immortalis et mortali, unam faciebat naturam hominis, et illum in medio ferens diuina et immortalis natura, ac mortalis et mutabilis constituit, ut videns omnia, etiam omnia miretur. Cell.

d) in deos relatus] vide not. L. 1. 6. 1. (c) p. 36. Büñ.

e) Polites quidam] Dum quidam ait, obscurum hominem significat, cuius proprium nomen ex appellativo est. Betul. ad πόλιν, quæ Stephano Aegypti vrbs sit, referendum putat: sed et illa obscura ciuitas, et ceteris omnibus ignota. Cell.

f) Polites quidam] quis incertus. Alius huius nominis apud Virgilium, alius apud Pausaniam in Græc. f. 482. et f. 861. confer quoque Sui-

dam in ἵππομαχος ed. Küsteri T. 2. f. 146. Büñ.

g) resoluitur] Ita editi, vbi Goth. Lips. 2. Reimm. et Tornæs. MSS. disfoluitur. Lucretio frequenter anima dicitur disfolui. e. g. L. 3. 471:

Quare animum quoque disfolui
fatare necesse est.

v. 577:

DISSOLVI sensus animi fatare
necesse est.

et ipsi Lactantio L. 7. c. 12. n. 3. n. 6. n. 26-29. Büñ.

h) Ψυχὴ μὲν μέχρι ἃ δεσμοῖς] Solemne Gothano est codici cum Græcis versionem Latinam exhibere, quæ hoc loco etiam in Lips. 2. neglectis Græc. sola seruiatur: Rom. et Parrh. Græcis hæc Latina subiungunt: Id est, Anima quidem quoad vinculis corporeis tenetur, corruptibiles passiones sentiens, mortalibus cedit doloribus. Cum vero humanam solutionem velocissimam post corruptum corpus inuenerit; annis in æthera fertur, numquam senescens, et manet in æternum sine pæna. Primogenita et enim hoc diuina disposuit prudentia. Cell.

*) De-

ήνικα, ἀνάλυσιν βροτέων μετὰ σῶμα μαραινθέν
 ὠκίστην εὐρηταμῆς αἰθέρα πᾶσα Φορεῖται
 αἰὲν ἀγήρα. Ἔσα μένει δ' εἰς πᾶμπαν ἀτειρῆς.
 πρωτόγον. γὰρ τῆτο θεοῦ θιέταξε πρόνοια.

Quid carmina Sibyllina? Nonne hoc ira esse declarant, quum fore aliquando denuntiant, ut a Deo de viuis ac mortuis iudicetur? quorum exempla post inferemus. Falsa est ergo Democriti, et Epicuri, et Dicæarchi* de animæ dissolutione sententia. qui profecto non auderent de interitu animarum, mago aliquo præsentē, disserere, qui sciret, certis carminibus cieri¹ ab inferis animas, et adesse, et præbere se humanis oculis videndas, et loqui, et futura prædicere: et si auderent, re ipsa et documentis præsentibus vincerentur. Sed quia non peruidebant animæ rationem, quæ tam subtilis est, ut oculos humanæ mentis effugiat; interire dixerunt. Quid Aristoxenus², qui negauit omnino ullam esse animam, etiam quum viuit in corpore? sed sicut in fidibus ex intentione neruorum effici concordem sonum, atque cantum, quem musici harmoniam vocant; ita in corporibus ex compage viscerum, ac vigore membrorum vim sentiendi existere. quo nihil dici delirius potest. Verum ille oculos quidem habuit incolumes, cor tamen cæcum, qui viuere se, et habere mentem, qua id ipsum cogitauerat, non videbat. Sed plerisque hoc philosophis accidit, ut putarent omnino non esse, quidquid oculis non adparet, quum mentis acies multo clarior.

*] Democriti, et Epicuri, et Dicæarchi] Supra c. 7. sect. 13. cap. 8. sect. 8. Cell.

i) cieri] Reimm. eiecere, prauē, ut sepe libri in hoc verbo. L. 4. 27. 18: ciere ab inferis animas. Büñ.

k) Quid Aristoxenus] De hoc Cicero Lib. 1. Tuscul. cap. 10: Aristoxenus musicus, idemque philosophus, ipseus corporis intentionem quamdam (animum censet) velut in cantu et fidibus, que harmonia dicitur: sic ex corporis totius natura et figura va-

rios motus cieri, tamquam in cantu sonos. Fuit Dicæarchi æqualis et condiscipulus. ibidem c. 18. Cell.

l) Aristoxenus] De Opif. 16. 13-18. Büñ.

m) negauit omnino ullam] Sic plurimi, Goth. negauit omnino nullam. more Græcorum et veterum, de quo ad L. 4. 1. 3. et Epit. MS. Taur. c. 57. Lipsi. tert. negauit omnino esse animam. Büñ.

n) mentis acies - quam corporis] Conf. L. 2. 3. 9. Büñ.

Nnn

a) qua-

rior debeat esse, quam corporis, ad ea perspicienda, quorum vis, ac ratio sentitur potius, quam videtur.

XIII. Quoniam de immortalitate diximus animæ, sequitur ut doceamus, quatenus^a homini, et quando tribuatur; ut in hoc quoque prauitatis ac stultitiæ suæ perspiciant errores, qui mortales quosdam decretis placitisque^b mortaliū deos esse factos opinantur, vel quod artes inuenerant, vel quod vsum quarundam frugum docuerant, vel quod vtilia vitæ hominum prodiderant^{c,d}, vel quod immanes bestias interemerant. Quæ merita quam longe ab immortalitate semota sint, et docuimus in prioribus libris^e, et nunc docēbimus; ut adpareat solam esse iustitiam, quæ vitam homini pariat æternam; et solum Deum, qui æternæ vitæ præmium largiatur. Nam illi, qui suis meritis immortales facti esse dicuntur, quia nec iustitia nec vlla in his vera virtus fuit, non immortalitatem sibi, sed mortem peccatis, ac libidinibus quæsierunt, nec cæleste præmium, sed inferna supplicia^f meruerunt, quæ pendent^b simul cum iis omnibus, qui eos colue-

a) quatenus] adnot. c. 6. 7. Bün.

b) decretis placitisque] c. 25. 8: *statuta et placita*. adnotauit ad Lact. I. 15. 28. not. (i) p. 100. Bün.

c) vtilia vita hominum prodiderant] docuerant, manifestauerant antea ignota et abscondita. MS. Cantab. et Rom. ed. cum Parrh. *provididerant*. Cell.

d) prodiderant] Sublac. Rom. Rost. Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. *provididerant*. Goth. Lips. Reimm. Ven. 1472. vtraque 78. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. reliqui: *prodiderant*, ut L. I. 8. 8. c. 15. 24. Bün.

e) docuimus in prioribus libris] c. g. L. I. 8. 8. vbi plura indicauius not. (b) p. 53. Bün.

f) inferna supplicia] Goth. *inferni supplicia*. Emman. *inferni supplicium*.

Elegantius Lips. Reimm. et editi: *inferna supplicia*, adiectiue, ut L. I. II. 30: *obrigisse inferna Pluroni*. L. 6. 3. II: *ad inferna precipitent*, supple *loca*. Postremum Vosius de Vitiis Serm. Lat. L. I. c. 37. reiecit, qui refutatur a Cellario in *Curis Poster*. p. 271. de vtroque Borrich. in *Vindiciis* p. 115. sqq. Bün.

g) meruerunt] Sæpe nostro idem *merere* quod *accipere*, *consequi*, ut L. 5. 23. 5. et alibi est obseruatum, hic consueta significatio meritoria locum habere potest. Bün.

b) quæ pendent] *Pœnas pendere*, inquit Heumannus, *Latini dicunt, noster etiam dicere ausus est pendere supplicia*; ducem nactus poetam Aen. 6. 740. Addo hunc ipsum Virgilii locum fuisse excitatum a Lactantio L. 7. 20. 101, eundemque iterum di-

colueruntⁱ. cuius iudicii propinquare tempus ostendam, ut et iustis merces digna solvatur, et poena merita impiis irrogetur^k. Plato, et multi alii philosophorum, quum ignorarent originem rerum, supremumque illud tempus, quo mundus esset effectus, multa millia saeculorum fluxisse dixerunt, ex quo^l hic pulcherrimus mundi exstiterit ornatus^m, secuti fortasse Chal-

dixisse L. 2. 17. 12. *supplicia pensuros*. Eo facilius quoque Lactantius audere potuit; quum idem fecerint plures alii, e. g. Plinius; cuius verba vtrumque MBRERE et *supplicia pendere*, illustrant. L. 29. c. 4. sect. 14: *De anserum honore, quem meruere diximus. Eadem de causa supplicia annua canes pendunt - vini - fixi*. Tacitus L. 13. Annal. c. 32: *inter seruos supplicia penderent*. Iustin. L. 11. c. 4: *credulitatis iam magna se supplicia pendis*. Expendere supplicia non infrequens Virgilio et Silio, exempla collegerunt Dausquius et Drakenburg. ad Sil. Ital. 6. 587. p. 329. Similiter Lact. Epit. c. 72. fin. *persolvere supplicia*, et Iustinus L. 2. c. 5: *supplicia crucibus luerunt*. Bün. ⁱ) *eos coluerunt*] Lipsf. tert. et Reimm. *eos excoluerunt*. Sane eleganter, quo sensu in Phaedro occurrit. L. 4. 10. 10.

Per quem: verendos excolit pietas deos.

conf. quæ adnotavi ad Lact. L. 2. 4. 8. (s) p. 185. duce Burmanno ad Quintil. Declam. 8. c. 12. p. 178. Bün.

^k) *poena - irrogetur*] vid. adnot. ad Epit. c. 51. *irrogare mortem*. Bün.

^l) *multa millia saeculorum - ex quo*] Antiqua elegantia: *ex quo*, elliptice pro: *ex quo tempore*. In Epit. 24. 6: *non amplius, quam MDCCC esse annos, ex quo - huius genus incidit in errorem*. Ita L. 3. 16. 14. citatus Seneca: *nondum sunt mille anni, ex quo*

initia sapientia mota sunt. Tacitus L. 1. Annal. 58: *ex quo a Divo Augusto civitate donatus sum*. Silius Ital. L. 15. 529. 530.

-- *Decima hac iam vertitur aetas*

Ex quo proterimur.

Cyprian. Exhort. Mart. Proem. *Sex millia annorum plene complentur, ex quo hominem diabolus impugnat*. Arnob. L. 1. p. 9: *Trecenti sunt anni, minus vel plus aliquid, ex quo coepimus esse Christiani*. L. 2. p. 87: *instituta an finita sint saecula, ex quo in terris esse genus hominum coepit?* L. 7. p. 231: *Novella res est, neque annorum inexplicabilis series, ex quo eius notitia profluxit in has partes etc.* L. 7. p. 241: *scire saecula quantum sint, ex quo eis attribuit perpetuitatem sui numinis inchoare*. Sic hoc amplius i. e. hoc tempore. Arnob. L. 2. p. 62: *quum - teneant ea, qua ante annos plures, si velis dicere vel octoginta, vel hoc amplius vel fecerunt - vel audierunt*. At libro 3. p. 102: *potest fieri, ut deorum millia centum sint; potest (sc. fieri), ut hoc (sc. numero) amplius*. Plenius hæc indicare placuit; quia huius formulæ ellipsin minus sub voce: *Tempus*. Sanctius in Mineruæ L. 4. c. 4. p. 645. sqq. observavit. Bün.

^m) *mundi exstiterit ornatus*] Elegantius, quam Reimm. *mundus est ordinatus*. Lipsf. 2. et Torn. MSS. *mundus exstiterit ordinatus*. Bün.

Chaldaeos ⁿ, qui, vt Cicero tradidit in libro de diuinatione primo ², quadringenta septuaginta millia annorum monimentis comprehensa se habere delirant. in quo quia se posse argui non putabant, liberum sibi crediderunt esse, mentiri.

5 Nos autem, quos diuinæ litteræ ad scientiam veritatis erudiunt, principium mundi, finemque cognouimus. de quo nunc in fine operis disferemus; quoniam de principio in secundo libro ⁹ explicauimus.

6 Sciant igitur philosophi, qui ab exordio ^r mundi sæculorum millia enumerant, nondum sextum millesimum annum esse conclusum. quo numero expleto ^s, consummationem fieri necesse est ^t; et humanarum rerum statum in melius reformari. cuius rei argumentum prius

7 est enarrandum ^u, vt ratio eluceat ^{* 7}. Mundum Deus, et hoc

n) *secuti fortasse Chaldaos*] Tres Lipf. Goth. et Rom. sequor: alii *sicuti* ~ *Chaldaei*. Cell.

o) *secuti fortasse Chaldaos*] Rost. Ven. 1472. vtraque 78. Parrh. Paris. Innt. Ald. Crat. Gymn. et plures *sicuti* (aut *sicut*) *fortasse* (*Caldai*) *Chaldaei*. At vterque Bonon. Pen. Tax. Vltr. Angl. tres Lipf. Goth. Reimm. Rom. Ven. 1493. 97. Ifæus, Gallæus, Cell. recte: *secuti fortasse Chaldaos*. idem in notis Thomasius et Heumannus tuentur. Bün.

p) *in libro de diuinatione primo*] cap. 19. Cell.

q) *de principio in secundo libro*] L. 2. c. 8. sqq. In Pier. et Parrh. *quoniam in principio libri explicauimus* vitiose. Bün.

r) *ab exordio*] L. 2. 14. 1. Bün.

s) *quo numero expleto*] c. 25. 3. Persequitur hæc vberius Chr. Reinecci dis. de *Traditione Eliana de mundo per sex mille annos duraturo*. Bün.

t) *necesse est*] Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris: *necesse esse*. Goth. Lipf. Reimm. Ald.

Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas etc. *necesse est*. Bün.

u) *prius est enarrandum*] Bon. Tax. Pen. Reimm. *prius enarrandum est*. Bün.

x) *vt ratio eluceat*] MSS. Angl. Lipf. Goth. et ed. vet. Rom. *vt ratio eluceat*: Betuleius *quo ratio eluceat*. Parrh. autem et Ald. *vt ratio elucescat*: recentiores fere omnes, *quo ratio elucescat*. Sed nec verbum *elucescit* se vlla adhuc veteri auctoritate probauit, cui debile præsidium ex verbo *dilucescit* arcescitur. Cell.

y) *vt ratio eluceat*] In. MS. Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *vt ratio elucescat*. Fasit. Gryph. Torn. Thomas. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. *quo ratio elucescat*. Sed melius Bon. Tax. Pen. Cau. et Betuleius: *quo ratio eluceat*. Angl. Guelph. Goth. Lipf. Witteb. Reimm. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. *vt ratio eluceat*. Pessime illud *elucescat* in Lactantio contra eius indolem subornatum. L. 6. 1. 3: *ex visu - elucere - potest*. L. 7. 3. 25: *mira dispositio - eluceat*. Merito

elu-

hoc rerum naturæ admirabile opus (sicut arcanis sacræ scripturæ continetur) sex dierum spatio consummauit, diemque septimum, quo ab operibus suis requieverat, sanxit. Hic est autem dies sabbati, qui lingua Hebræorum a numero * nomen accepit; unde septenarius numerus legitimus ac plenus est. nam et dies septem sunt, quibus per vicem reuolutis, orbis conficiuntur annorum; et septem stellæ, quæ non occidunt; et septem sidera, quæ vocantur errantia, quorum dispares cursus, et inæquabiles ^a ^b motus rerum, ac temporum varietates efficere creduntur. Ergo quoniam sex diebus cuncta Dei opera perfecta sunt, per sæcula sex, id est annorum sex millia manere in hoc statu mundum necesse est. Dies enim magnus Dei mille annorum circulo terminatur, sicut indicat propheta ^c, qui dicit: *Ante oculos duos, Domine, mille anni, tamquam dies vnus.* Et sicut Deus ^d sex illos dies in tantis rebus fabricandis ^e laborauit; ita et religio eius et veritas in his sex mil-

elucescat reiecit Cellarius in Anti-barb. p. 34. et Curis p. 302. conf. Olai Borrich. Cogitation. p. 275. Vel hinc adparet, suppositam esse hodiernam Ciceronis Consolationem, vbi ed. Grut. f. 318. *perspicue veritas elucescit* falsarius exhibuit. Inscite quoque Nepotis indices, c. g. ed. cum not. varior. Amst. 1687. et Buchneri Lips. 1693. et plures exhibent: *elucescere* virtutibus; debuisent *elucere* virtutibus exhibere, aut ipsa verba in Pausan. c. 1: *eluxis virtutibus*. Auctor sic dicti Secretarii Expediti XIII. p. 82. ex Mærii Victoris L. 1. adu. Arium obseruauit subst. *Elucescentiam*, quod, vt *interlucesco* ex Glosf. Cyrilli f. 431. *Ἰαροφάνω* - *interlucesco* Lexicis addatur. Bün.

z) *dies sabbati, qui lingua Hebræorum a numero*] Notus error, qui Laſtantio cum Theophilo ad Autolycurum aliisque communis. vid. Suice-

ri Theſ. Eccl. T. 2. f. 916. Non minor est Plutarchi error a Sabbis Bacchi deriuantis. vid. L. 4. Sympos. qu. 5. f. 671. Bün.

a) *et inæquabiles*] Goth. et tres Lips. sic: alii *inaequales*. Cell.

b) *et inæquabiles*] Angl. Reimm. et omnes ante Cell. editi: *et inæquales*. Bün.

c) *sicut indicat propheta*] Psalm. 90. v. 5. Cell.

d) *et sicut Deus - ita*] Goth. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Thyſ. Gall. Spark. Walch. *et ut Deus - ita*. Bon. Tax. Pen. Lips. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. *et sicut - - ita*, more Ciceronis et nostri. Iterum n. 13: *sicut - ita*. n. 14: *Et sicut tunc - ita nunc*. conf. L. 2. 12. 14. *Et sicut - sic* L. 4. 3. 14. L. 6. 5. 7. Opif. II. 10. et sæpius. Bün.

e) *fabricandis*] Rost. Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn.

- millibus annorum labore necesse est *f. s.*, malitia prævalente
 11 ac dominante *b.* Et rursus, quoniam perfectis operibus
 requieuit die septimo, eumque benedixit *i.*, necesse est, vt in
 fine sexti millesimi anni malitia omnis aboleatur e terra, et re-
 12 gnet per annos mille iustitia, sitque tranquillitas, et requies a
 laboribus, quos mundus iamdiu perfert *k. l.* Verum, quatenus
 id eueniat, ordine suo explicabo. Sæpe diximus minora et ex-
 13 igua magnorum figuras et præmonstraciones *m* esse, et hunc
 diem nostrum, qui ortu solis occasuque finitur, diei magni spe-
 cium gerere, quem circuitus annorum mille determinat. Eo-
 dem modo etiam figuratio terreni hominis cælestis populi
 præferbat in posterum fictionem. nam sicut perfectis omni-
 bus, quæ in vsum hominis molitus est *n* Deus, ipsum homi-
 nem

Gymn. *faciendis.* Angl. Goth. Lipf. Reimm. Subl. Ven. vtraque 1478. Fasir., Gryph. Torn. Bet. Thom. etc. *fabricandis.* Bün.

f) laboret necesse est] MSS. *laboret*, non vt vulgo, laborare. Eadem paullo ante sicut Deus, non *vt.* Cell.

g) laboret necesse est] Supina negligentia in omnibus fere libris editum fuit: *religio - veritas laborare necesse est*, quod respugnat latinitati, fuisset enim scribendum: *religionem - veritatem - laborare necesse est.* vt n. 9: *manere in hoc statu mundum necesse est.* Ven. prima 1478: *religio - veritas labore necesse est, vitiose.* Melius Paris. 1513: *religio - veritas - laboraret necesse est.* Sed rectissime Emman. Goth. Lipf. et Reimm. *religio - veritas - laboret necesse est*, et ita, reticente Cellario, ex MSS. primus recte Sparkius restituerat. Bün.

b) malitia prævalente ac dominante] Lipf. tert. *malitia alias vsique dominante.* Reimm. *malitia vsique dominante.* Prior lectio est reliquorum. Bün.

i) eumque benedixit] Indoles Latinitatis cum dandi casu *benedicere*

fungi postulat. Cic. pro Sextio cap. 52: *Cui bene dixit unquam bono?* nec vero quartus casus aspernandus. Apuleius ad Asclep. *benedicentes Deum.* quod Græcismi lege tuendum est. Eadem ratio est verbi *maledico*, quod quamuis per se Dativus iungatur, tamen Petronius quoque in Satyrico dixit: *maledic illam versibus.* Adsecelas pæne multos noster in ecclesiasticis habet. Cell.

k) iamdiu perfert] Sic plures scripti manu, Angl. et Lipf. At Goth. *perfectus tulit:* vulgati *iamdiu perpesus est.* Cell.

l) iamdiu perfert.] Cauc. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Walch. *perpesus est.* Pen. *perstulit.* Bon. Tax. Jun. Angl. Reimm. Torn. MSS. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78 - 1515. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Isæus: *iamdiu perfert.* Bün.

m) præmonstraciones] Antiquior quam nostri, auctoritas vocis non innotuit. conf. c. 15. 4. Bün.

n) molitus est] Torn. 1587 - 1613. *molitus est.* præc. vid. not. ad Epit. 69. 4. Bün.

nem sexto die vltimum fecit, eumque induxit in hunc mundum, tanquam in domum iam diligenter instructam; ita nunc sexto die magno verus homo verbo Dei fingitur, id est sanctus populus doctrina et præceptis Dei ad iustitiam figuratur. Et sicut tunc mortalis, atque imperfectus e terra factus est, vt mille annis in hoc mundo viueret; ita nunc ex hoc terrestri sæculo perfectus homo fingitur, vt viuificatus a Deo, in hoc eodem mundo per annos mille dominetur. Quomodo autem consummatio futura sit, et qualis exitus humanis rebus impendeat, si quis diuinas litteras fuerit scrutatus, inueniet. Sed et sæcularium prophetarum congruentes cum cælestibus voces finem rerum et occasum post breue tempus adnuntiant, describentes quasi fatigati et dilabentis mundi vltimam senectutem. Quæ vero a prophetis et vaticiniis futura esse dicuntur prius, quam superueniat extrema illa conclusio; collecta ex omnibus et coaceruata subnectam.

XV. Est in arcanis sanctarum litterarum, transcendisse in Aegyptum cogente inopia rei frumentariæ principem Hebræorum cum omni domo et cognatione. Cuius posterum, diutius in Aegypto commorantes, in magnam gentem creuisent, et graui atque intolerando seruitutis iugo preme-

o) *exitus-impendeat*] Ven. 1493. 97. Parrh. Picr. *impendat*. Paris. *impendat*. prauè. Reliqui: *impendeat*, rectè. vt c. 15. 6: *imminens exitus-gentibus*. Bün.

p) *finem rerum*] Goth. *finis rerum*. Bün.

q) *dilabentis mundi*] Vocali media: *dilabentis*, scripsi ex Goth. Ven. 1472. vtraque 478. Paris. 1513. Heumanno comprobante: vbi plures scripti, editi: *delabentis*. Confirmo prius ex Laët. 3. 20. 14: *domus ab habitatore deserta dilabitur*. Lucret. 5. 312.

-- *monumensæ virum dilapsa videmus*
Cedere ---- *senescere casu*. Bün.

r) *vltimam senectutem*] Op. 4. 9. Bün. a) *intolerando seruitutis iugo*] MSS. Angl. et ed. Rôm. ac Parrh. *intolerabili*: at tres Lipf. *intolerando*. Cell.

b) *intolerando*] Angl. Subl. Roff. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. *intolerabili*. Parum absuit, quin restituerem, memor in loco huic plane gemino nostrum dixisse L. 4. 10. 5: *intolerabili seruitutis iugo premebantur*. At copix causa hic forte *tolerando* dixit, quod præstant Goth. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Berul. Thomas. et recentiores; et satis fæpe in Sallustio, Cicerone, Liuiio, Val. Max. Curtio, aliis obuium. Bün. N n n 4 c) di-

merentur; percussit Aegyptum Deus insanabili plaga; et populum suum liberauit, traductum medio mari, quum discissis fluctibus ^c et in vtramque partem dimotis, per siccum populus graderetur ^d. Conatusque rex Aegyptiorum profugos insequi, coeunte in statum suum pelago ^e, cum omnibus copiis interceptus est. Quod facinus tam clarum, tamque mirabile, quamuis ad praesens virtutem Dei hominibus ostenderet; tamen praesignificatio ^f et figura maioris rei fuit, quam Deus idem in extrema temporum consummatione facturus est. liberabit enim plebem suam de graui seruitute mundi. Sed quoniam tunc vna plebs Dei, et apud vnam gentem fuit; Aegyptus sola ^g percussa est. Nunc autem, quia Dei populus, ex omnibus linguis congregatus, apud omnes gentes commoratur, et ab his dominantibus premitur ^h; necesse est, vni-

ver-

c) *discissis fluctibus*] Ven. 1493-97. Pier. Parrh. Paris: *discussis*. At Bon. Tax. Pen. Cauc. Goth. Lipf. Reimm. Angl. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Ald. Crat. Gym. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thom. reliqui: *discissis fluctibus*, vt L. 4. 10. 7: *angelo-scindente aquam*. Büin.

d) *per siccum populus graderetur*] L. 4. 10. 7: *vs populus per siccum gradi posset*. Büin.

e) *coeunte in statum-pelago*] L. 4. 10. 8: *tyrannus - - mare adhuc patens temere ingressus coeuntibus aquis cum omni exercitu deletus est*. Ibi, adnotare debuissim, Sulpicium Seuerum, qui et alibi, quod nondum alii obseruarunt, Lactantium imitatus est, haec ipsa verba expressisse L. 1. c. 15. *sin. Moyses - percussum virga mare discidit - - Nec cunctatus rex Aegyptius, cedentes insequi, mare, qua patebat, ingressus: mox coeuntibus aquis, cum omni exercitu deletus est*. Büin.

f) *praesignificatio*] Lipf. duo, Rost. Ven. 1471. vtraque 1478. 93. 97.

Pier. Parrh. *praefiguratio et figura*. Eam vocem deprehendi in Cypriani L. 4. ep. 7. ed. Erasmi. *furororum praefiguratione*. et Irenaei Interpr. vetustiss. L. 4. c. 42. extr. *vocationis praefigurationem dixit*. omitto Augustinum, sed hic non placet quia additur: *et figura*. Valeat igitur ex Angl. Goth. Reimm. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thom. et reliquis: *praesignificatio*. Licet vox sit, quod sciam, noua, vt c. 14. 12. *praemonstratio*. Büin.

g) *Aegyptus sola percussa*] Ediderant omnes: *Aegyptus tunc sola percussa*; sed voculam *tunc* Bon. Tax. Pen. Vltr. Angl. Goth. Lipf. 2. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Torn. 1587-1613. ignorant; vnde eieci, repetitam ex antecedentibus: *tunc vna*. Büin.

h) *ab his dominantibus premitur*] Ven. prima 1478. per notam: *ab his danatur et premitur*. Rost. Ven. 1471. altera 1478. ab his dnatur et premitur. distinctius Subl. Ven. 1493. 97. Pier.

versas nationes, id est orbem totum cælestibus plagis verberari; ut iustus, et cultor Dei populus^l liberetur. Et sicut tunc 6
signa facta sunt, quibus futura clades Aegypti ostenderetur^k;
ira in ultimo fient^l prodigia miranda per omnia elementa
mundi, quibus imminens exitus vniuersis gentibus, intelligatur. 7
Propinquantem^m igitur huius sæculi termino, humanarum rerum statum commutari necesse est, et in deterius nequitia inualefcentem prolabi: ut iam^{*n} nostra hæc tempora, quibus

Pier. Parrh. Paris: *ab his dominatur et premitur, passiuè, ut de Mort. Pers. c. 16. 7: hic est verus triumphus, quem dominatores dominantur.* Ipse Cicero L. 1. Off. c. 39: *o domus antiqua, quam dispari dominare domino; qui hæc sumunt pro: quam dispari imperas domino, errant; habent vim passiuam, quasi dictum esset: a quam dispari, imperaris, tenentis domino.* Produunt clare verba ex Or. 2. Philipp. a Manutio iam citata: *o recta ipsa miserè, quam dispari domino, quamquam quomodo iste dominus? sed tamen quam a dispari tenebantur.* conf. Vosf. Analog. L. 3. c. 6. p. 28. Sanctii Mineru. E. 3. c. 2. Miror Grabio ad Irenæi L. 5. Hæc. c. 9. f. 412: *obediunt et dominantur ab eo, visa esse barbære prolata; neque enim, inquit, in passiva significatione rectè dicitur.* Iterum Irenæi Interpr. L. 3. c. 8: *docet non subiici mammona nec dominari ab eo.* Singulariter, sed eleganter membranæ Guelferbyt. *ab his dominatu premitur, ut n. 2: seruitutis iugo premi.* At Guelferb. alter Goth. Lips. Reimm. Emman. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Bet. Thomas. et recentiores: *ab his dominantibus premitur.* Bün.

i) *iustus, et cultor Dei populus*] Ne sciolus hunc ordinem turbet lecturus fortasse: *populus iustus et cultor Dei, dabo alia eiusmodi, n. 18: abunnum veritatis populum trucidat.*

rit. Ira 22. 7: *de summo et conditor rerum Deo.* Epit. 41. 2: *summus et conditor rerum Deus.* Bün.

k) *Aegypti ostenderetur*] Lips. 2. 3. Reimm. Ven. utraque 1478. Paris. *Aegyptiis ostenderetur.* videntur ita scripsisse, quibus videbantur sequentia: *vniuersis gentibus, dandi casu, pro ab vniuersis gentibus intelligatur; sed vniuersis gentibus imminens.* construenda vt c. 14. 15: *qualis exitus humanis rebus impendat.* Et clades Aegypti Israelitis potius per ista signa ostendebatur. Hinc lego cum Goth. Angl. Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Isæ. reliquis: *Aegypti ostenderetur.* Bün.

l) *fient*] Lips. 2. *fiant.* Bün.

m) *Propinquantem*] Lips. tert. *Propinquantem, sed nec simplex nostro intolens.* adnoto ad c. 25. 3: *iam propinquare summum illum conclusionis extrema diem.* Epit. 71. pr. *quum caperit mundo finis vltimus propinquare.* Bün.

*n) *ut iam nostra hæc tempora*] MSS. *iam: vulgati etiam.* Cell.

n) *ut iam*] Goth. Cau. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Walch. *ut etiam.* augendi vi: *etiam* [ø gar. Sed eodem redit lectio Bonon. Tax. Pen. Vlter. Iun. Angl. Lips. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtriusque 1478-1515. Paris. Crat. Gymn. Isæi: *ut iam.* Bün.

Nnn 5

e) vs-

bus iniquitas et malitia vsque ad summum gradum ° creuit; in illius tamen insanabilis mali comparatione # felicia et prope aurea possint iudicari. Ita etenim iustitia rarefcet ²; ita impietas, et auaritia, et cupiditas, et libido crebrefcent ³, vt si qui rum forte fuerint boni, prædæ sint sceleratis ⁴, ac diuexentur vndique ab iniustis; soli autem mali opulenti sint; boni vero ⁵ in omnibus contumeliis * atque in egestate iactentur ².

Con-

o) *vsque ad summum gradum]* Omisso ad Rost. *vsque summum gradum.* cuius generis exempla dedi ad Lact. 1. 22. 11. (d) p. 152. Hic scripti editique reliqui: *vsque ad summum gradum.* Büñ.

p) *in illius - mali comparatione]* Heumannus in delet. Torn. 1587-1613. Geneu. 1630. et Walch. in *illius - comparationem.* Non deserenda lectio reliquorum longe plurimorum librorum: *in - comparatione.* ita habent Goth. Lipsf. Reimm. Angl. Subl. Rost. Ven. 1471-1515. et reliqui mei: et recte. Cicero L. 10. Fam. 5: *Ex quibus (litteris) cepi fructum duplicem mihi in comparatione difficilem ad iudicandum, amoremne erga me tuum, an animum in temp. pluris astimandam putarem.* Iustin. L. 3. 7. 6: in comparatione *damnorum pluris vltio quam iniuria.* Curtius L. 3. 11. 20: *Quumque plus raperent, passim strata erant itinera vilioribus sarcinis, quas in comparatione meliorum auaritia contemserat.* In Augustino nihil frequentius, e. g. T. 6. Oper. de Diuinatione Dæmonum f. 508. n. 7: *vt in eorum (quadrupedum) comparatione plumbi deputandi sint.* ibidem f. 509. n. 8: *vt eos in sui comparatione diuinos vocent.* Lib. 1. Retract. c. 1. in comparatione *argumentorum Ciceronis mea nugæ esse dixi.* conf. L. 1. Soliloq. c. 3. n. 8. Büñ.

q) *iustitia rarefcet, ita]* Reimm.

iustitia rarefcet, et. at anaphora reliquorum *ita-ita* nostro frequentissima. Büñ.

r) *crebrefcent]* Reimm. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *crebrefcet* (aut *crebescet*, nam variant et alibi in orthographia, vt constat) in singulari. Lipsf. Goth. Fas. Gryph. reliquæ: *crebrefcent.* Videtur nostro obversatus Tertull. Apol. c. 20. *iustitia rarefcit et iniquitas increbescit.* conf. Epit. c. 71. pr. Büñ.

s) *præda sint sceleratis]* Hic mihi locus excidit ad L. 5. 2. 5: *ne simplicitas eorum præda ac pabulo sit hominibus astutis.* Büñ.

t) *boni vero in egestate iactentur]* Non dubitat Heumannus, hoc esse glossema. Poterant sane abesse, quia de bonis istis iam dixerat; sed habent hæc omnes libri; vsus particularum soli autem boni vero est Lactantianus, e. g. L. 7. 8. 6: *quod autem id vero,* et sæpius Apuleius quoque in Apol. p. 291: *partim autem, qui impensius deos celebrans, eos vero vulgo magos nominent.* Büñ.

u) *in omnibus contumeliis]* contumelia non tantum de coniciis, sed etiam de grauissimis iniuriis et vexationibus dicitur. Exempla in Phzdro et aliis obuia. Büñ.

x) *inegestate iactentur]* vt L. 5. 16. 4: *in egestate ac miseris iacendum.* Büñ.

y) nisi

Confunderetur omne ius, et leges interibunt. nihil quisquam tunc habebit, nisi aut quæsitum aut defensum manu ⁷. audacia et vis ⁸ omnia possidebunt. Non fides in hominibus ⁹, non pax, non humanitas, non pudor, non veritas erit, atque ita neque securitas, neque regimen, neque requies a malis vlla. Omnis enim terra tumultuabitur: frement vbiq[ue] bella ¹⁰: omnes gentes in armis erunt, et se inuicem oppugnabunt. ciuitates inter se finitimæ præliabuntur: et prima omnium Aegyptus stultarum superstitionum luet pœnas, et sanguine, velut flumine, operietur. Tunc peragrabit gladius orbem, metens ¹¹ omnia,

9) nisi aut quæsitum aut defensum manu] Cott. Bodl. Lipf. 2. 3. Reimm. Torn. MSS. nisi aut male quæsitum aut defensum male. Veneta vtraque 1478. Paris. et Torn. 1587. Walch. nisi aut male quæsitum, aut defensum manu. Ald. Crat. Gymn. nisi aut quæsitum aut defensum male. Angl. Goth. Rost. Ven. 1493. 97. Fas. Gryph. Betul. Thomas. Ifæus, Thyf. Gall. Cell. Spark. Heumann. nisi aut quæsitum aut defensum manu. Quæsitum i. e. acquisitum, partum. noto ad M. P. 18. 3: vox manu, quæ hic valet vi ad vtrumque quæsitum-defensum referenda. Patet secundum Taur. ex Epit. c.: 71 nemo quidquam habebit, nisi manu partum, manuque defensum. Multa talia, vbi manu parta, manu capta pro vi ponuntur, collegit Dukerus ad Flor. 1. c. 1. 10. p. 25. Broukhus. ad Propert. L. 3. 16. 5. p. 348. Cortius ad Sall. Iug. c. 5. 4. p. 432. Bün.

2) audacia et vis - possidebunt] Mert. CCC. Emm. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. audacia et vi. Goth. Lipf. Reimm. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. et seqq. audacia et vis. Epit. c. 71. pr. vis et audacia praualebit. Bün.

a) in hominibus] potest significa-

re inter homines, vt L. 1. 15. 14 - 17: in diis esse. 6. 18. 34: in magnis laudibus ponere. conf. Græuium ad Sueton. August. c. 2. Bün.

b) frement vbiq[ue] bella] Iun. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. frement vndique bella. Goth. Lipf. Reimm. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thom. et seqq. frement vbiq[ue] bella. L. 2. 1. 9: Si belli terror infremuerit. Prudentius in Hamartig. 252: vt bella fremant. vt prior lectio habet ita Paullinus Nolanus aut Prosper in Not. Append. Poem. 1. alias XXXI. ad vxorem. p. 22: Vndique bella fremunt, omnes furor excitat. Bün.

c) peragrabit gladius - metens] Ediderant Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. peragrabit clades - metens; sed clades non metit, sed gladius metens facit cladem. Vnde lego cum Bonon. Tax. Pen. Vltr. Iun. Angl. Lipf. tert. Reimm. et Torn. MSS. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Ifæo, Heumanno: peragrabit gladius orbem metens. eleganter ex indole veterum, quibus gladius, ensis metere, et gladio, ense metere dicitur. Sic Hie-

omnia, et tamquam messem cuncta prosternens ^d. cuius vastitatis et confusiois hæc erit causa, quod Romanum nomen, quo nunc regitur orbis, (horret animus dicere ^e: sed dicam, quia futurum est,) tolletur de terra ^f, et imperium in Asiam reuertetur, ac rursus oriens dominabitur, atque occidens seruiet. Nec mirum cuiquam debet videri, si regnum tanta mole fundatum, ac tamdiu per tot et tales ^g viros auctum, tantis denique opibus confirmatum, aliquando tamen corruet. nihil est enim humanis viribus laboratum, quod non humanis ^h æque viribus destrui possit, quoniam mortalia ⁱ sunt opera mortalium. Sic et alia prius regna, quum diutius floruisent, nihilo minus tamen occiderunt ⁱ. nam et Aegy-

Hieronymus epist. 1: *gladius obuia quaque metit*. Exempla abunde dabant Cerda ad Virgil. 10. Aen. 513: *Proxima quaque metit gladio*. Barthius ad Statii L. 1. Theb. 632. p. 204. et ad L. 7. Theb. 713. p. 763. Drakenburg. ad Siliii Ital. L. 10. 147. p. 503. Heinsius et Burmannus ad Ouid. 5. Metam. 104. p. 322. sq. et iidem ad Valer. Flacc. 3. 670. Græuius ad Sueton. Caligulam c. 33. pro *cervix demetur* non dubitat quin olim fuerit *exaratum demetetur*, tamquam verbum hac in re proprium. Vtinam liceret Burmannum ad Suetonium hic consulere! recte tamen Græuius, nisi forte *demetur* defendi potest ex Cic. de Petit. Consul. c. 2. *Tanussorum capita demebant*; sed etiam hic Matth. Berneggerus editioni Græuerianæ, qua vtor, sua manu adscripsit: *quid? si metebant aut demetebant*. Curtius tamen L. 3. c. 9. extr. *caput gladio demisit*. add. Cuperum, Columbum, Cell. ad L. de Mort. Persec. c. 47. 2. Bün.

d) *tamquam messem cuncta prosternens*] Plane vt Catullus de Nupt. Pelei carm. 65. ed. Græu. p. 136:

*Namque velut dansas praesternens messem aristas
Sole sub ardenti flauentia demetit arua,
Troiuenum infesto prosternunt corpora ferro.* Bün.

e) *horret animus dicere*] De hac formula dixi ad L. 6. 17. 7: *horret animus recordari*. Bün.

f) *Romanum nomen - tolletur de terra*] Goth. Lips. 2. 3. Reimm. *tollitur e terra*. Hunc locum explicauit Matth. Dresferus singulari scripto, quod Rudolpho II. Imperatori Rom. dedicauit. Bün.

g) *tot et tales viros*] *tales* sunt tam egregios, insignes. Cicero pro Rosc. Amerino c. 48. fin. *apud tales viros*. pro Cælio c. 28: *tot viri ac tales*. vide sis meas adnotationes ad L. 1. 19. 3. (e) p. 119. et ad L. 5. 14. 7. *tot ac tales viri*. Bün.

h) *non humanis*] Vltr. Iun. Angl. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Ald. Crat. Gymn. non *ab humanis*. At Goth. Lips. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. etc. sine præpos. *non humanis*. Bün.

i) *occiderunt*] Lips. 2. *cecidissent*. Reimm. *exciderunt*. Bün.

k) re-

Aegyptios, et Perlas, et Græcos, et Aslyrios, proditum est, regimen habuisse terrarum, quibus omnibus destructis, ad Romanos quoque rerum summa^k peruenit. qui quanto ceteris omnibus regnis magnitudine antistant^l; tanto maiore decident lapsu; quia plus habent ponderis ad ruinam, quæ sunt ceteris altiora. Non inscite Seneca^m Romanæ urbis tempora¹⁴ distribuit in ætatesⁿ. primam enim dixit infantiam sub rege Romulo fuisse, a quo et genita, et quasi educata sit Roma! deinde pueritiam sub ceteris regibus, a quibus et aucta sit, et disciplinis pluribus institutisque formata: at vero, Tarquinio regnante, quum iam quasi adulta esse cœpisset, seruitium non tulisse, et, reiecto superbæ dominationis iugo maluisse legibus obtemperare, quam regibus: quumque esset adolescentia eius sine Punici belli terminata, tum denique confirmatis viribus

ccc-

k) *rerum summa*] pro *summa imperii* vid. Vorst. ad Sulpic. Seuer. l. c. 22. r. ex Nepot. XVIII. 5. 1: *Rerum summa ad Antipatrum defertur.* Bün.

l) *antistans*] L. 7. 2. 5: *quantum Dei opus humanis operibus antistat.* Heumannus: *antestans*, vocali secunda, vt est in editis. Libri antiquissimi solent tertia vocali *antistare* scribere, quod cum Salmasio ad Florum L. 4. 12. 24. Schurzfleischio in Orthographia, et Vorstio de Latin. Selecta P. IV. c. 11. p. 343. sq. vbi elegans et rarius verbum pluribus illustrat, et Sauarone idem vberius præstante ad Sidon. Apoll. L. 7. ep. 14. p. 443. et Iureto ad Symmach. L. 1. ep. 1. pag. 2. præfero, vel ideo, quia hæc orthographia in substant. *Antistes* mansit. Casiodorus L. 4. Orthogr. c. 4. ex Papiniano: *ante*. interdum mutatione in *i* corrumpitur, vt: *antistat*, *anticipat*. Bün.

m) *Non inscite Seneca Romana urbis tempora*] Non exstat locus in reliquis Senecæ. Eum imitando Florus præfatione decerpsit. Cell.

n) *urbis tempora distribuit in ætates*] Reimm. *urbis tempora distribuit et ætates.* Fasit. Gryph. Torn. Thom. et sqq. *in ætates.* Valesius hunc locum citans ad Ammianum Marcellinum L. 14. c. 6. cum Angl. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Ald. Crat. Gymn. legit: *per ætates.* Eius Romæ, inquit ipse Ammianus, prope vt hic Seneca, *populus ab incunabulis primis ad usque pueritie tempus extremum - deinde ætatem ingressa adultam - in iuuenem erectus et virum - iamque vergens in senium.* Ab Vineto et Schotto suspicantibus ex quadam huius loci similitudine cum Floro, Senecam esse auctorem Historiæ Rom. longe alieni sunt alii docti, in his Barthius ad Claudian. L. 4. de Laud. Stilic. p. 311. ad verba: *metum depone senecæ*, et Vossius Hist. Lat. 1. c. 30. Fabricius Bibl. Lat. Vol. 1. p. 370. Falsterus in Quæst. Roman. p. 3. (b) *Distribuit per ætates*, vt in vet. edd. dictum parè elegantia, qua L. 1. 22. 4. per *familias* descripsit. Bün.

o) Sub-

15 cœpisse iuuenescere. sublata enim • Carthagine, quæ
 diu ꝑ æmula imperii ꝑ fuit, manus suas in totum orbem
 terra, marique porrexit ꝑ: donec regibus cunctis et nationi-
 bus imperio subiugatis ꝑ; quum iam bellorum materia defice-
 16 ret; viribus suis male vteretur, quibus se ipsa confecit. Hæc
 fuit ꝑ prima eius senectus: cum bellis lacerata ciuilibus, atque
 intestino malo pressa, rursus ad regimen singularis imperii re-
 cidit ꝑ, quasi ad alteram infantiam reuoluta ꝑ. amissa enim
 libertate, quam Bruto duce et auctore defenderat; ita conse-
 nuit,

o) *sublata enim*] Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Ifæus, Heum. *Sublata igitur*. Goth. Fasit. Gryph. Thyf. Gall. Spark. *Sublata etenim*. Reimm. Betul. Torn. 1587 - 1613. Walch. *Sublata enim*. Bün.

p) *qua diu*] Goth. Fasit, Gryph. Bet. Torn. Thomas. Ifæus et seqq. *qua tamdiu* Reimm. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *qua diu*. Bün.

q) *Sublata enim Carthagine, qua diu æmula imperii fuit*] Habes Lipf. et Goth. vestigia, quæ breui rotunditate referunt, quod interpolatum ita in vulgatis est: *sublata etenim Carthagine, quæ iam diu æmula imperii Romani fuit*. Cell.

r) *æmula imperii fuit*] Reimm. Angl. Subl. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas et seqq. etiam Walch. *æmula imperii romani*. Sed vocem *Romani* proferunt Bon. Pen. Cauc. Vltr. Goth. Lipf. Cell. Heumannus. Recte. Addunt quidem editiones Sallustii, quem noster sæpe exprimit; sed Cortius p. 66. a Glosfargis inuectam existimat, vnde legit in Sallustii [Catil. 10. 1: *Carthago æmula imperii ab stirpe interiit*. Velleius quoque L. 2. c. 1. *remoto*

Carthaginis metu, sublataque imperii æmula. Bün.

s) *manus suas - porrexit*] vid. not. ad de Mort. Perf. c. 3. 4. Bün.

t) *nationibus imperio subiugatis*] Mediam vocem *imperio* editi non habent, addunt vero Bonon. Vltr. Goth. Lipf. i. tert. Reimm. Recte. nam libenter *dandi casum* lerbo huic adiungit. L. 3. 8. 19: *hominem alienæ ditioni (i. e. imperio) subiugarunt*. L. 4. 10. 13-16: *populum - legi - subiugauit - eos alienigenis subiugabat*. L. 7. 24. 4: *gentes ut subiugentur perpetue seruituti*. Ira 13. 13: *ut omnia imperio ac ditioni suæ subiugaret*. de auctoritate ipsius verbi conf. Cellar. Curas Poster. p. 126. sq. Antibarb. p. 144. Ni fallor etiam in Arnobio dandi casu L. 1. p. 5. legendum est: *ut - adolescens orientis regna et populos captiuitati (editi: captiuitate) et seruitio subiugaret*. conf. not. ad L. de Mort. Perf. 16. 6 - 7. et c. 23. 5: *parentes eius censui subiugati*. Epit. 30: *terrenis se subiugare*. Bün.

u) *Hæc fuit*] Goth. Lipf. 2. Reimm. *Et hæc fuit*. Bün.

x) *rursus - recidit*] Pleonasmus Bün.

y) *ad infantiam reuoluta*] adnoto ad L. de Opif. c. 10. 14: *ad infantiam reuoluti*. Bün.

nuit, tamquam sustentare se ipsa non valeret *, nisi adminiculo regentium niteretur *. Quod si hæc ita sunt, quid restat, nisi ut sequatur interitus senectutem? et id futurum brevi, conciones prophetarum denuntiant sub ambage aliorum nominum, ne facile quis intelligat. Sibyllæ tamen aperte interituram esse Romam loquuntur, et quidem iudicio Dei, quod nomen eius habuerit inuisum, et inimica iustitiæ, alumnus veritatis populum ^b trucidarit. Hystaspes ^c quoque, qui fuit Medorum rex ^d antiquissimus, a quo amnis quoque nomen accipit, qui nunc Hydaspes dicitur ^{e, f}, admirabile somnium ^{g, h},
sub

z) *se ipsa non valeret*] Emman. Lips. 2. Reimm. Rost. Ven. vtraque 1478. *se ipsam non valeret*. Goth. Lips. 1. 3. Subl. Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. et seqq. *se ipsa non valeret*, vt n. 15: *se ipsa consecit*. et sapius. Bün.

a) *adminiculo regentium niteretur*] Goth. *adminiculo recentium vteretur*. Sed reliqui omnes: *adminiculo aut adminiculo regentium niterentur*. Bün.

b) *alumnus veritatis populum*] vid. not. n. 5: *iustus et cultor Dei populus*. Bün.

c) *Hystaspes quoque*] Miror Cellarium corruptum *Hydaspes quoque* hic seruasse, quum tamen Theodorus Canterus L. 2. Var. Lect. c. 19. idoneis testimoniis ex Clemente Alexandrino, Iustino Martyre, Ammiano Marcellino etc. et ex vet. manu exaratis codicibus HYSTASPES recte restituerit: idem ex *scriptem Vaticanis Isæus*, et ex *Ultrai. et Lips. 1.* Galxus confirmarunt, et in textum Isæus, Gall. Spark. Walch. receperunt. Adprobarunt Valesius ad Ammianum Marcellin. L. 23. c. 6. et Fabricius in Biblioth. Græc. L. 1. c. 14. sect. p. 93. Etiam Witteb. et Reimmi. MSS. legunt: HISTASPES, et antiquissimus codex Taurin. in Epilogo: HYSTASPES,

vnde cum Dauisio et Heumanno iure suo prætulimus. Bün.

d) *qui fuit Medorum Rex antiquissimus*] Minus vere a Lactantio dici Medorum Regem, magum potius, discas ex Fabricio c. l. Bün.

e) *qui nunc Hydaspes dicitur*] Geminus Hydaspes fluius, Medæ vnus, de quo Virgilius Georg. 4. v. 211. *Medus Hydaspes*: qui an idem et Chbaspes sit, aut quem *Medum* vocant (vterque enim in Media oritur) non liquet: alter Indorum, ex scriptoribus rerum Alexandri abunde cognitus. Cell.

f) *qui nunc Hydaspes*] De hoc disputant Hesselius et H. Relandus ad Vibium Sequestr. de Fluminibus p. 41. sq. vnde cognosces, nullum cum Cellario geminum Hydaspem esse fingendum. Bün.

g) *admirabilis omnium*] Si idem est qui Choaspes, ob delicatam aquam admirabilis est, qua sola reges Persarum, etiam peregre profecti, vtebantur, Herodot. 1. 188. Curt. 5. c. 2. n. 9. Sic autem legitur in MSS. Angl. Lips. 1. et ed. Rom. Reliqui Lips. *admirabilis*: Mich. Thomas. ex nescio quo codice *admirabile somnium*: Goth. *admirabile omnium*. Cell.

h) *admirabile somnium*] Emm. Lips.

sub interpretatione ⁱ vaticinantis pueri ad memoriam posteris tradidit, sublatum iri ex orbe imperium nomenque Romanum, multo ante præfatus, quam illa Troiana gens conderetur.

XVI. Quomodo autem id futurum sit, ne quis incredibile arbitretur, ostendam. In primis multiplicabitur regnum, et summa rerum potestas, per plurimos dissipata et confusa, minuetur. tunc discordiæ ciuiles in perpetuum serentur^a, nec vlla requies bellis^b exitialibus^c erit, donec reges de-

Lipf. i. Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. et reliqui ante Thomasius, et porro Tornæus. Cell. et Walch. *admirabilis omnium*. Res incerta de Hydaspe fluuio omnium admirabili, immo Lactantius dicturus fuisset *MAXIME admirabilis omnium*, posituum enim cum genitiuo ita alibi ponere non memini. Lipf. duo et Reimm. *admirabilis omnium*. Propius vero Goth. *admirabile omnium*. Thomasius, (de quo Cellarius, nescio, inquit, ex quo codice) ex antiquissimo Bonon. S. Saluatoris, quem denuo inspexit Isæus: *admirabile somnium*, idque cum Thomas. Isæo, Gall. Spark. Heumanno rectissimum censet eo magis; quia *SOMNIIS ADMIRABILEM EVENTVM* tribuit. De Opif. c. 18. 10: *Historia sæpe restantur, existisse SOMNIA*, quorum præsens et *ADMIRABILIS* fuerit *eventus*, et *responsa vatum nostrorum ex parte somnii confiterunt*. Bün.

i) *sub interpretatione*] Hac duo verba, inquit Heumannus, *quia commodissime abesse possunt, immo quia seruari non possunt, exciio*. Dicitur Hyfaspes somnium vaticinantis pueri ad memoriam posteris tradidisse. Ego duas istas voces in omnibus scriptis editisque deprehensas puto seruandas. Sunt quoque Lactantio eius-

modi formulæ frequentissimæ, vt n. 17: *sub ambage aliorum nominum*, et alibi: *sub titulo, sub nomine, sub persona, sub obtentu, sub prætextu, sub inuolucro, sub specie, sub velamine, sub velamento*. Præterea *interpretatio* est vox de somniis enodandis propria. Cicero *L. J. Ditin. 20: qua somnia Antiphontis interpretatione explicata*, et c. 22: *Eius somni & coniectorisbus, qua sit interpretatio facta, videamus*. Et quid impedit, quo minus Hyfaspes *somnium admirabile*, (nescimus cuius) tradiderit posteris sub vaticinantis pueri interpretatione? Pari modo somnium Regis Nabuchodonosoris sub vaticinantis pueri Danielis interpretatione ad memoriam est traditum. Bün.

a) *discordia-serentur*] Pier. Torn. 1587-1613. *serentur*. Reliqui *serentur*. Recte. Liuius L. 21. 6: *serere certamina - lites*. Plura Zinzerling. in Promulf. Crit. c. 20. Bün.

b) *requies bellis*] Ita libri mei. conf. n. 12. malleum *requies a bellis*, vt MS. Taurin. Epit. c. 71: *nulla requies a formidime*. Bün.

c) *exitialibus*] Rost. *exitiabilitybus*. Ipse Cicero L. 10. ad Att. ep. 4: *bellum-ciuibus exitiale*. Sed prius est in libris scriptis et plurimis editis. Bün.

u) do:

decem^d pariter existant, qui orbem terræ, non ad regendum, sed ad consumendum^{e, f} partiantur g. Hi exerciti-
bus in immensum auctis^{b, i}, et agrorum cultibus destituti-
tis^k, quod est principium euerfionis et cladis, disperdent
omnia, et comminuent et vorabunt. Tum repente aduer-
sus eos hostis potentissimus^l ab extremis finibus^m plagæ
septen-

d) *donec roges decem*] Hauisit ex Daniel. 7. v. 7. 24. non autem, vt decebat, exposuit. Cell.

e) *sed ad consumendum partiantur*] Codd. Lips. et Emman. cum ed. Rom. hanc lectionem referunt, quæ prauata in multis editis ad consummandum partiantur. Cell.

f) *ad consumendum*] Editiones pleræque, Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. Ald. Iunt. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Betul. Tornæ. Thomas. Wach. ad consummandum, (consummandum). At MSS. Emman. Goth. Lips. Reimm. et Tornæ. MS. et Paris. 1513. Ifæus, Gall. Spark. etc. ad consumendum. recte. Bün.

g) *partiantur*] Ven. prima 1478. patiantur. Ven. secunda et Thom. patiantur. At Emman. Goth. Lips. Reimm. Vltr. Guelf. Iun. Rost. Ven. 1493-97. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Ifæus et plures partiantur. Sic Epit. c. 71: *et decem viri occupabunt orbem, partientur, demorabunt.* Bün.

h) *in immensum auctis*] Sic vetusti libri, non coactis. Cell.

i) *in immensum auctis*] Cauc. Fas. Gryph. Betul. Tornæ. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Wach. in immensum coactis. Bonon. Tax. Pen. Vltr. Iun. quinque Sparkii, Emman. Goth. Lips. Reimm. Sublac. Rost. Rom. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Ifæus, Cell. Heumann. in immensum auctis. Recte. cogere in immensum alibi non legi, sed sæpe: in im-

mensum augere, multiplicare, crescere. Ouidius Remed. Amoris v. 88:

Nunc stat, in immensum viribus aucta suis.

Metamorph. 4. 660:

*Tum partes auctis in omnes
Creuit in immensum*

vt nonnulli libri in carm. de Phœnicæ v. 103:

Creuit in immensum.

Et Lact. libro 2. 13. 9: *multiplicato in immensum numero.* Bün.

k) *et agrorum cultibus destitutis*] Heumannus legit: *et agris cultoribus destitutis.* Bene; Libri tamen omnes habent priorum lectionem, agricolis enim vel militiæ adscriptis, vel per exactiones exhaustis, vel fugatis, agrorum cultus destituebantur. De Mort. Pers. 7. 3: *vs enormitate indictionum consumitis viribus colonorum desererentur agri, et cultura verterentur in siluam.* Plurali numero vsus L. 4. 17. 19: *in cultibus agrorum iuuant.* Imitatus Cicero- nem L. 1. Tusc. c. 28: *ad cultus agrorum.* Bün.

l) *hostis potentissimus*] Putabat Ifæus, Lactantium hic Neronem intellexisse, inde nostrum arguit erroris, sed Baluzius ad L. de M. P. c. 2. recte. Ifæi coniecturam falsam pronuntiauit. Bün.

m) *hostis potentissimus ab extremis finibus*] Ad vaticinium de Gog et Magog respexit. Sed tam in hoc, quam in aliis, quibus post vititur vaticiniis, multa ex sua interpretatione confidentius, quam de nouissime futuris decet, admiscuit. Cell.

septentrionalis orietur, qui tribus ex eo numero deletis, qui tunc Asiam obtinebunt, adsumetur in societatem a ceteris, ac princeps omnium constituetur. Hic insustentabili dominationeⁿ vexabit orbem, diuina et humana miscebit, infanda dictu et execrabilia molietur, noua consilia in pectore suo volutabit, vt proprium sibi constituat imperium, leges commutabit, suas sanciet^p, contaminabit^q, diripiet, spoliabit, occidet. denique, immutato nomine atque imperii sede^r translata, confusio ac perturbatio humani generis consequetur. Tum vero detestabile atque abominandum tempus existet, quo nulli hominum sit vita iucunda. Eruentur funditus^s ciuitates, atque interibunt non modo ferro atque igni, verum etiam terræ motibus adsiduis et eluuiæ aquarum^t, et morbis frequentibus, et fame crebra. Aer enim vitiabitur, et corruptus ac pestilens fiet, modo importunis imbribus

bus

ⁿ) *insustentabili dominatione*] Sic libri. Vetusiores dixissent *intolerabili, intolerando*. De mort. persecutor. c. 49. *insustentabili dolore idem dixit*. Cell.

^e) *insustentabili dominatione*] Sic Guef. Reimm. et omnes. Græcis *insustentabilis dominatio est ἀνυπόστατος ἀρχή*, vt I. Casaubonus ad Perf. Sat. 1. p. m. 120. ed. Paris. obseruauit. vid. notas ad L. de M. P. 49. 4. Sic Nurrius ex MS. Colbertino in Lact. de M. P. c. 31. SVSTENTABILE aliquo modo spe futurorum resistit, quæ vox auctoritate adhuc in Lexicis caruit. Büñ.

^p) *commutabit - sanciet*] Rectius sic plurimi, quam Bonon. et Goth. *commutet - sancias*. Büñ.

^q) *contaminabit*] Heumannus credo, inquit, hanc esse *variantem scripturam pro COMMVTABIT* (quod præcedit), ideoque delæo. Ego suspicabar *condamnatib*, pro notiori *condemnatib*, vt L. 5. 12. 8: *excrucciet*,

damnet, occidat. Libri constanter *contaminabit*. forte respexit facinora militum et libidinem, de qua hoc verbum contaminare vtitur L. 1. 20. 25: *libidinibus effrenatis omnem sexum-contaminantibus*. L. 6. 23. 5: *ut aliena contaminent*. Büñ.

^r) *immutato nomine atque imperii sede*] Subaudi ex proximo: *immutato nomine*, sc. imperii; nisi malis transponere, vt Epit. c. 71: *nomen imperii sedemque mutat*, Nomen imperii quid sit, discas ex Cortio ad Sall. Catil. 6. 6. p. 45. Büñ.

^s) *Eruentur funditus*] Angl. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ixus euerantur, quod et ipsum elegans. At Goth. Lipf. Reimm. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Thyf. Gall. etc. *eruentur*. vtc. 17. 6: *erueve templum*. Plura ad Lact. L. 3. 22. 1. dixi. Sic Ammian. Marcell. L. 19. c. 1. *eruendæ vrbs*. Büñ.

^t) *eluuio aquarum*] i. e. Epit. c. 71: *aquarum inundatione*. Büñ.

bus^a, modo inutili ficcitate, nunc frigoribus, nunc æstibus
 nimiis, nec terra homini dabit fructum, non seges^b quid-
 quam, non arbor, non vitis feret, sed quum in flore^c spem
 maximam dederint, in fruge decipient^d. Fontes quoque
 cum fluminibus arescent, vt ne potus quidem suppetat: et
 aquæ in sanguinem aut amaritudinem^e mutabuntur. Pro-
 pter hæc deficient et in terra quadrupedes, et in aere volu-
 cres, et in mari pisces. Prodigia quoque in cælo mirabilia
 mentes hominum maximo terrore confundent, et crines co-
 metarum^b, et solis tenebræ, et color lunæ, et cadentium si-
 derum lapsus. Nec tamen hæc vsitato modo fient, sed
 existent subito et ignota et inuisa oculis^c astra: sol in per-
 pe-

u) modo importunis imbribus] Cauc. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. ET modo importunis imbribus, et sic legit Davisius ad Epit. suæ ed. c. 73. p. 242. vbi addit: *qua sequuntur enim ad famem spectans; ad morbos, qua præcedunt.* Bonon. Tax. Goth. Lips. Reimm. Angl. Betul. Tornæs. 1587-1613. Thomas. Ifæus, reliqui: *modo importunis imbribus, omisso et.* Nam quæ sequuntur ad priora etiam referri possunt. Bün.

x) non seges] Editi plerique: *nec seges.* At Bonon. Tax. Pen. Cauc. Jun. Lips. tert. Reimm. *non seges.* hinc recepi. Heumanno quoque *hac vera est scriptura.* Bün.

y) in flore] Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Paris. *in florem.* At rectius Goth. Lips. Reimm. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. et reliqui: *in flore.* Iam florentes segetes, arbores, vites spem maximam dabant. Bün.

z) in fruge decipient] Eleganter. Ita Ovidius L. 1. Pont. Ep. 5. 93:

*Qui sterili toties quum sum de-
 ceptus ab aruo.*

Pari elegantia veteres agros, arbo-
 res, vites dicunt: *fallere, mentari,*

*deludere, eludere; exempla vberri-
 ma dederunt Heinsius ad Ouid. L. 2.
 Pont. ep. 9. 29. p. 792. sq. Broukhuis.
 ad Tibull. 2. 1. 19. p. 2. 11. Drakenburg.
 ad Sil. Ital. 7. 160. p. 348. Sic Colu-
 mella L. 4. 24. 12: *spem vindictæ de-
 sistuere dixit.* Sic Hebraicum ver-
 bum ^{וְנָס} Habac. 3. 17. LXX.
 ψεύσεται. Interpres Vetus in Cy-
 priano contra Demetr. ed. Gryph.
 p. 273. et Vulg. MENTIETVR opus
 oliuæ; Castellio: FALLET oliuæ
 prouentus. Ibidem Cyprianus: *Vi-
 nea licet fallat et oiea decipiat.* Luth.
 fehlen, i. e. trügen, fehl schlagen.
 Bün.*

a) amaritudinem] Lips. 2. amari-
 tudines. Epit. 71: *Aqua omnis par-
 tim mutabitur in cruorem, partim
 amaritudine vitiabitur.* Bün.

b) et crines cometarum] Heum.
 τὸ ET eiici, inquit, oportere mani-
 festum cuius est. Enumerantur cuius
 nunc prodigia caelestia. Placet, tole-
 rari tamen et in omnibus scriptis
 editisque seruatum. Huc pertinet
 Epit. cap. 71. Cic. 2. N. D. 5: *quas
 (stellas) Græci cometas, nostri cœlo-
 natas (al. crinitas) vocant.* Bün.

c) inuisa oculis] i. e. non visa. Ho-
 die

petuum fuscabitur, vt vix inter noctem diemque discernatur ^d:
 luna iam non tribus deficiet horis, sed perpetuo sanguine of-
 fusa ^{*}, meatus extraordinarios peraget, vt non sit homini
 promptum, aut siderum cursus, aut rationem temporum agno-
 scere. fiet enim vel æstas in hieme, vel hiems in æstate.
¹⁰ Tunc annus breuiabitur, et mensis minuetur, et dies in an-
 gustum coarctabitur ^e: stellæ vero creberrimæ cadent, vt cæ-
¹¹ lum omne cæcum sine vllis luminibus adpareat. Montes
 quoque altissimi decident, et planis æquabuntur: mare inna-
 vigabile constituetur. ac ne quid malis hominum terræque
 desit, audietur e cælo tuba. quod hoc modo Sibylla denuntiat:
 σάλπιγξ ἔρανόθεν ^f Φωνήν πολὺθρηνον ἀφήσει.

Itaque trepidabunt omnes, et ad luctuosum illum sonitum
¹² contremiscent. Tum verb per iram Dei aduersum homi-
 nes, qui iustitiam (Dei ^g) non agnouerunt, sæuiet ferrum,
 ignis, fames, morbus; et super omnia metus semper impen-
 dens ^h. tunc orabunt Deum, et non exaudiet; oprabitur
 mors,

die fere pertinet ad Latinitatem neglectam. hoc sensu veteres sæpe inuisus posuerunt. Cicero Harusp. Resp. c. 27: *occulta et maribus non inuisa solum, sed etiam inaudita sacra*. Arnobio L. 1. p. 17: *Deus vocatur INVISVS et nullis umquam comprehensus naturis*. Interpres vetus Latinus sæpe ita posuit. Heumannus addit Virgil. 2. Aen. 574. et Flor. L. 4. 12. 27. Plura Muncker. ad Fulgent. L. 3. c. 6. p. 114. Bün.

d) *discernatur*] Lipf. 2. et Reimm. Ven. vtraque 1478. *dicernat*. Bün.

*) *luna sanguine offusa*] Reimm. *effusa*. praue. MS. Taur. Epit. 71: *luna sanguine inficietur*. Bün.

e) *dies in angustum coarctabitur*] Lipf. 2. 3: *in angustias*, nihil mutò. Seneca de vita Beata c. 4: *exercitus modo latius panditur, modo in angustum coarctatur*. L. 7. Quæst. Nat. c. 27: *non in angustum coniecta est arcata*. Augustin. Ciu. D. L. 4. c. 29:

in angustiam fuerant coarctati. Pfaffius in præf. Epitomes: *tanta re- rum multitudo in angustum coarctanda*. vbi vid. not. Bün.

f) *σάλπιγξ ἔρανόθεν*] Hoc est: *Tuba de celo vocem luctuosam emittet*. Cell.

g) *qui iustitiam (DEI) non agnouerunt*] Genitiuum (Dei) inclusi, quia abest a Bonon. Tax. Pal. Vltr. Cauc Goth. Lipf. duobus, Reimm. MSS. Editi vero habent. Bün.

h) *metus semper impendens*] Cauc. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Thomas. Thyf. Gall. *metus impendens*. Pluralis abunde adsertus ad L. 6. 17. 9. Betul. Tornæs. 1587 - 1613. *impendet*, in singulari. At Bonon. Tax. Pen. Iun. Angl. Lipf. 2. 3. Goth. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ifæus, Spier. Walch. Heumann. *metus semper impendens*. Bün.

i) ne-

mors, et non veniet; ne nox quidemⁱ requiem timori dabit, nec ad oculos somnus accedet^k, sed animas hominum sollicitudo ac vigilia macerabit: plorabunt, et gement, et dentibus strident; gratulabuntur mortuis, et viuos plangent. His et¹³ aliis pluribus^l malis solitudo^m fiet in terra, et erit deformatus orbis atque desertus, quod in carminibus Sibyllinis ita dicitur:

ἔσται κόσμος ἄκοσμος^{n. o} ἀπολλυμένων ἀνθρώπων.

Ita enim conficietur humanum genus, vt vix decima pars¹⁴ hominum relinquatur, et vnde mille processerant, vix prodient^{p. q} centum. De cultoribus etiam Dei, duæ partes interibunt; et tertia, quæ fuerit probata, remanebit.

XVII. Sed planius, quomodo id eueniat, exponam. Imminente iam temporum conclusione, propheta magnus mittetur^a a Deo, qui conuertat homines ad Dei agnitionem; et accipiet^b pote-

i) *ne nox quidem*] Ita pro aliorum: *nes nox quidem* lego ex Bon. Tax. Pen. Vltr. Cauc. Lips. tert. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 93-97. et Paris. 1513. Dauisius ad Epit. ed. Cantabr. p. 244. nobis subscribit. Bün.

k) *somnus accedet*] Sæpe ita Celsus, e. g. L. 3. 18: *vt somnus accedat - sed si sic somnus non accessit - si neque mens constat neque somnus accedit.* Bün.

l) *aliis pluribus malis*] Ita libri Heumannus legit: *aliis plurimis*, certe L. 5. 4. 2: *aliis plurimi.* Bün.

m) *solitudo*] Goth. *sollicitudo*, prave. fefellit librarium num. 12. vbi *sollicitudo* iam adfuit. Lips. Reimm. *solitudo*. recte. Epit. 71: *Sic orbis terrarum pane ad solitudinem hominum redigetur.* Bün.

n) *ἔσται κόσμος ἄκοσμος*] Latine: *Erit mundus sine ornatu,*

perueniens hominibus. Codice Lips. 2. vertitur *mundus immundus.* Cell.

o) *ἄκοσμος*] Verbo Lactantii præcedente verto: *deformatus.* Bün.

p) *vix prodient centum*] Sic libri. de qua forma diximus ad Lib. 4. cap. 13. sect. 20. Cell.

q) *prodient*] Solus Sparkius et hunc secutus Walch. *prodeant*, vt pendeat coniunctiuis ab. *vs.* Sed omnes scripti editique in futuro: *PRODIENT. conficietur - et - prodient.* Hac forma aliquoties Augustinus de Ciuitate Dei. Exempla plena manu dedi ad Lact. L. 4. 13. 20. *exiet.* Sic Augustinus L. 3. contra Academicos c. 10. n. 22. *rediet.* Bün.

a) *propheta magnus mittetur*] Videtur ad traditionem de Eliz aduentu sub nouissimum tempus, respexisse. Cell.

b) *et accipiet*] Ita edo in futuro ex Goth. et Reimm. connecte: *mittetur -*

potestatem mirabilia faciendi. Vbi cumque non audierint eum homines, claudet^c cælum, et abstinebit imbres^d, et aquam conuertet in sanguinem, et cruciabit illos siti ac fame. et quicumque^e conabitur eum lædere, procedet ignis de ore^f.
 2 eius atque comburet illum. His prodigiis atque virtutibus^g conuertet multos ad Dei cultum, peractisque operibus ipsius, alter rex orietur ex Syria^h, malo spiritu genitus, euerfor ac perditor^k generis humani, qui reliquias illius prioris mali^l cum

setur - et accipiet. Porro: claudet, abstinebit - conuertet - comburet. Ita mox de mendaciorum propheta n. 4: et dabitur ei potestas etc. et de eodem in Epit. c. 71: accipiet potestatem mirabilia faciendi. Editi: et accipiet. Bün.

c) claudet] Fasit. Gryph. Tornæz. 1548. Betul. Thomas. Thyf. Gall. cludet, forma antiqua, sed MSS. Goth. Lipf. Reimm. immo et Bon. Tax. Pen. Pal. Cauc. Angl. Sublac. Roff. Ven. 1471 - 1515. Paris. Ald. Crat. Gymn. Tornæz. 1587 - 1613. Isæus, Sparkius claudet. Bün.

d) abstinebit imbres] Sic omnes. Hic abstinere idem quod continere, cohibere, jurischalten. Exempla alia vbi veteres: abstinere aliquid dixerunt, indicauit Heusingerus ad Vechneri, Hellenol. p. 88. quæ tamen significatum nostri loci nihil iuuant. Bün.

e) et aquam - et cruciabit - et quicumque] Lipf. tertius ter copulam et - et - et delet; Lipf. 2. duas priores coniunctiones, Reimanni vero codex primam et tertiam proscribit. Bün.

f) procedet - de ore] Lipf. 2. 3. ex ore, vt L. 6. 18. 10: ne verbum malum procedat EX ORE etc. Sed auctor elegantis epistolæ ad Celanciam in Paulini Nolani Append. p. 15. (quæ in epist. Hieronymi Ep. 14.)

Numquam malum verbum de ore tuo procedat. Ipse Lactantius procedere ore, ex ore, de ore L. 4. 8. 7. 9. variavit. Bün.

g) virtutibus] i. e. miraculis, ostentis, vt L. 4. 15. n. 4 - 6 - 16. Bün.

h) alter rex orietur ex Syria] Somnium, quo typus Antichristi, reges Syriæ, vexatores Iudæorum, Daniel. XI. cum Antichristo, Christianam ecclesiam vastante, confunditur. Cell.

i) ex Syria] Reimm. lenius: e Syria. Bün.

k) perditor] Reimm. Iun. Roff. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. proditor. Goth. Lipf. Angl. Fasit. Gryph. Tornæz. Betul. Thomas. reliqui: perditor. Hæc sæpe confunduntur, et prodero nonnumquam idem quod perdere. vid. not. ad L. de Opif. 19. 9. et Epit. c. 56. fin. Bün.

l) illius prioris mali] Abest illius in ed. 1472. et vtraque 78. sed merito, iudice Heumanno, retinetur, qui contra mali delendum iudicat, et illius prioris interpretatur: propheta magni, qui n. i. memoratur. Quia omnes libri: priores mali, et plures: illius prioris mali habent, et præcessit: ALTER REX orietur; respicitur ad illum alterum regem malum, de quo c. 16. 2: Tum - hostis potentissimus - Orietur - Princeps omnium. adde

cum ipso simul deleat. Hic pugnabit aduersus prophetam Dei^m, et vincet, et interficiet eum, et insepultum iacere patietur. sed post diem tertium reuiuifcet, atque, inspectantibus^m et mirantibus cunctis, rapietur in cælum. Rex vero ille teterrimus erit quidem et ipse, sed mendaciorum propheta, et seipsum constituet ac vocabit Deum, et se coli^o iubebit vt Dei filium: et dabitur ei potestas, vt faciat signa et prodigia, quibus visis irretiat homines, vt adorent eum. Iubebit ignem descendere de cælo, et solem a suis cursibus stare, et imaginem^p loqui, et fient hæc sub verbo^q eius. quibus miraculis etiam sapientium plurimi adlicientur ab eo. Tunc eruere templum Dei conabitur, et iustum populum persequetur, et erit presura^r et contritio, qualis numquam fuit a principio mundi. Quicumque crediderint atque accesserint ei, signabuntur ab eo tamquam pecudes: qui autem recusauerint notam eius, aut in montes fugient, aut comprehensi, exquisitis cruciatibus^s necabuntur. Idem iustos homines obuoluet^t libris prophetarum; atque ita cremabit et dabi-

n. 4-14. Confirmo ex Epit. c. 71: *Inter hæc mala surget, Rex Impius. - Hic reliquias illius prioris tyrannidis inserimes.* Büñ.

m) *Hic pugnabit aduersus prophetam Dei*] Nihil certi in his et sequentibus, quæ fabulosis traditionibus debentur, inest. Cell.

n) *inspectantibus*] Cic. 2. *Diuina* c. 9: *tot censuriosibus suis inspectantibus.* Iul. Capitolin. in M. Antonio Philoc. c. 19: *populo inspectante.* Büñ.

o) *ac vocabit Deum, et se coli iubebit*] Bonon. *ac vocari.* Lips. tert. *ac vocari dominum se iubebit.* Reimm. *ac vocari Deum CELI (cæli) se iubebit.* Tornæz. MS. vt Reimm. *ferè: ac vocari Deum se cæli iubebit.* Goth. Rost. *ac vocabit Deum, se coli iubebit.* Phares, e. g. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Parrh. Paris. etc. vt est editum. vid. Epit. c. 71: *et se coli iube-*

bit, vt Deum. Se enim dicit esse Christum. Büñ.

p) *imaginem*] Heumannus legit: *imagines*, h. e. simulacra, statuas. Repugnant libri omnes et Epit. c. 71: *vt imago, quam posuerit, loquatur.* Walch. quoque explicatio per *imaginem inselligens generatim res sensus anima carentes corrui.* Büñ.

q) *sub verbo eius*] Heumannus scribit: *solo verbo eius.* At libri constanter: *sub verbo eius*, i. e. eo adhuc loquente. vindicauit pluribus hanc formulam ad L. 4. 15. 22: *statimque sub verbo eius.* Büñ.

r) *presura*] vid. adnot. ad L. 5. 22. 17. (y) p. 694. Büñ.

s) *exquisitis cruciatibus*] L. 4. 10. 3. Epit. 71. fin. Büñ.

t) *obuoluet libris*] Libri volumina olim a *voluendo*. Hinc *obuoluet*, *involuet*, *circumuoluet*, vt L. 4. 19. 7: *exuuiis inuolutum corpus incluse-*

dabitur ei desolare* orbem terræ mensibus quadraginta duobus. Id erit tempus, quo iustitia proiicietur, et innocentia odio erit; quo mali bonos hostiliter prædabuntur; non lex, aut ordo, aut militiæ disciplina^a seruabitur, non canos quisquam reueretur, non officium pietatis agnoscer, non sexus, aut infantia miserebitur. confundentur omnia, et miscebuntur contra fas, contra iura naturæ. Ita quasi vno 10 communique latrocinio, terra vniuersa vastabitur. Quum hæc ita facta erunt^a, tum iusti et sectatores veritatis segregabunt se a malis, et fugient in solitudines. quo audito, impius rex inflammatus ira^a veniet cum exercitu magno, et admotis omnibus copiis circumdabit montem, in quo iusti morabuntur, vt eos comprehendat. Illi vero, vbi se clausos vndique, atque obsesos viderint^b, exclamabunt ad Deum voce magna, et auxilium cæleste implorabunt; et exaudiet eos Deus, et mittet^c d regem magnum de cælo, qui eos eripiat ac liberet, omnesque impios ferro ignique disperdat^e.

XVIII. Hæc ita futura esse, quum prophetæ omnes ex Dei spiritu, tum etiam vates ex instinctu demonum cecinerunt^a. Hyfaspes^b enim, quem superius nominavi

a) *desolare*] Sic fere omnes. Rost. *desolari*. Bün.

x) *militia disciplina*] Reimm. *MALITIAE disciplina*, vt quoque praue Cellar. editio in Epit. 71. 3. vbi Taur. et alii: *Non imperii dignitas conseruabitur, non militia disciplina*. Confecta vocum confusione, de qua dixi ad Lib. 1. i. 8. (o) p. 5. Bün.

x) *hæc ita facta erunt*] Goth. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Thom. et sqq. *quum hæc facta erunt*. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. *quum hæc ita erunt*. Bün.

a) *inflammatus ira*] L. 6. 4. 10: *alios inflammat ira stimulis*. Bün.

b) *vndique, atque obsesos viderint*] Reimm. hoc ordine: *vndique viderint atque obsesos*. Bün.

c) *et mittet regem magnum*] MSS. *mittet*: vulgo *emittet*. Cell.

d) *et mittet*] Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. et recentiores: *et emittet*. At Bonon. Tax. Pen. Vltr. Iun. Goth. Lips. Reimm. Angl. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. *et mittet*, vt n. 1. *mittetur*. c. 192. MITTET. Etiam Epit. c. 71. fin. *et mittet eis liberatorem*. Bün.

e) *disperdat*] Ita Pal. Cau. Iun. Lips. Goth. Reimm. Bün.

a) *cecinerunt*] vid. not. 1. 4. 3. Bün.

b) *Hyfaspes*] Veteres ab 1465. 1630. Cell. *Hydaspes*. Reimm. *Hysaspes*. Isxus, Gall. Spark. etc. *Hyfaspes*. Hanc lectionem confirmauimus ad L. 7. 15. 19. Bün.

c) *Hy-*

vi^c, descripta iniquitate sæculi huius extremi, pios ac fideles a nocentibus segregatos, ait, cum fletu et gemitu extensuros esse ad cælum manus, et imploraturos fidem Iouis^d, Iouem respecturum ad terram, et auditurum voces hominum, atque impios exstincturum. quæ omnia vera sunt, præter unum, quod Iouem dixit illa facturum, quæ Deus faciet. Sed et illud non sine dæmonum fraude subtrahitur est, missum iri a patre tunc filium Dei, qui deletis omnibus malis pios liberet. quod Hermes tamen non dissimulauit. in eo enim libro, qui λόγος τέλειος inscribitur^e, post enumerationem malorum, de quibus diximus, subiecit hæc: ἐπ' ἂν δὴ ταῦτα^f ἔωδε γένηται, ὡ ἀσκληπιέ, τότε ὁ κύριος ἢ πατήρ ἢ θεὸς ἢ τῆ πρώτης ἢ ἐνός^g θεῶ δημιουργός ἐπιβλέψας τοῖς γενομένοις ἢ τῇ ἑαυτῆ βεβλήσει τοῖς ταιστοῖς, τὸ ἀγαθὸν ἀντερεΐσας τῇ ἀταξίᾳ, ἢ ἀνακαλεσάμενος^h τὴν πλάντην ἢ τὴν κακίαν ἐκκαθήρας πῆ μὲν ὕδατι πολλῶ καταλύσαςⁱ, πῆ δὲ πυρὶ ὄξυτάτω

c) *Hydaspes quem superioris nominavi*] cap. 15. extremo. Cell.

d) *fidem Iouis*] Emman. *auxilium Iouis*, quod glossam sapit. Quia Lactantius c. 17. fin. *auxilium implorare* dixerat, hic copix gratia: *fidem imploraturos*. Bün.

e) *in eo libro, qui λόγος τέλειος inscribitur*] Cuius et Lib. 4. cap. 6. scæ. 4. facta est mentio. Cell.

f) *ἐπ' ἂν δὴ ταῦτα*] Latina versio, quasi Lactantii esset, Rom. editione Græcis ipso contextu subiecta, hæc est: *Quum hæc facta fuerint o Aesculapi, tunc dominus et pater et deus, et primi et vnius Dei creator respiciens qua facta sunt, et suam voluntatem in huiusmodi, id est bonum opponens temeritati, et errorem reuocans, malitiam purgabit, partim quidem aqua nimium dissolvens, partim igne rapido cremans: insensum bellis et pestilentibus percussiens ad statum pristinum perduxit, suamque restituit mundum.* Cell.

g) *ἐπ' ἂν δὴ ταῦτα etc.*] Obseruauit iam Betuleius nec græcam nec latinam Apuleianam lectionem saluam aut integram esse, subiecti tamen hic meretur ex Adloc. ad Aesclepium p. 92: *Quum hæc cuncta contigerint, o Aesclepi, tunc iste Dominus et Pater, Deus primipotens, et vnus Gubernator mundi, insuens in mores factaque voluntaria voluntate sua, qua est Dei benignitas vitis resistens et corruptela omnium errorem reuocans, malignitatem omnem vel illusionem diluens, vel igne consumens vel morbis pestilentibus usque per diuersa loca dispersis finiens ad antiquam faciem mundum reuocabit.* Bün.

h) *τῆ πρώτης ἢ ἐνός*] Dauisius in adnot. suæ editionis in Epit. cap. 73. pag. 243. tentat: *τῆ πρωτογένους.* Bün.

i) *καταλύσας*] Dauisius c. l. corrigit: *κατακλύσας.* Optime.

τῶ διακαύσας, ἐνίοτε δὲ πολέμοις κὶ λοιμοῖς ἐκπίεσας ἤγαγεν
 5 ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον κὶ ἀπικατέστησε τὸν ἑαυτῶ κόσμον. Sibyllæ
 quoque non aliter fore ostendunt, quam, vt Dei filius a sum-
 mo patre mittatur, qui et iustos liberet de manibus impiorum,
 6 et iniustos cum tyrannis scævientibus deleat. e quibus vna
 sic tradidit:

Ἦξει κὶ μακάρων ἐθέλων^κ πόλιν ἐξαλαπάξαι,
 κὶ μὲν τις θεόθεν βασιλεὺς πεμφθεὶς ἐπ' ἰδίων
 πάντας ὀλεῖ βασιλεῖς μεγάλης κὶ Φῶτας ἀρίστους
 εἰθ' ἄτως κρινεῖται ὑπ' ἀφθίτου^λ ἀνθρώποισι.

7 Item alia Sibylla:

κὶ τότε ἀπ' ἠελίῳ^μ πέμφσει θεὸς βασιλῆα,
 ὃς πάσαν γαῖαν πᾶνσει πολέμοιο, κακοῦ.

8 Et rursus alia^ν:

ἡμετέρας δαλείας^ο
 ζυγὸν δυσβάσακτον ἐπ' αὐχένι κείμενον ἀρεῖ,
 κὶ θεομῆς ἀθένης λύσει δεσμῆς τε βιαίης.

XVIII. Oppresso igitur orbe terræ, quum ad destru-
 endam immensarum virium tyrannidem humanæ opes defe-
 cerint; siquidem capto mundo cum magnis latronum exerci-
 tibus

nam Apuleius c. I. illuisione DILV-
 ENS, hinc diluuium, κατακλυσμος,
 nostro Lactantio L. 2. 10. 11: ca-
 tacyclismus. Bün.

k) Ἦξει κὶ μακάρων ἐθέλων] Antiqua Romana editione hæc ver-
 sio addita: Veniet, et beatorum vo-
 lens urbem expugnare, et quidem a
 Deo missus rex ad suos, omnes perdet
 reges magnos et viros optimos. Sic
 iudicabitur ab immortalibus homi-
 nibus. Cell.

l) ἀφθίτου] Ita lego. cum M.
 Masturo propter metri rationem, sie-
 ut est in Bonon. et ed. Florent. non
 ἀφθίτοις, vt in aliis editis: *Isans*.

m) κὶ τότε ἀπ' ἠελίῳ] Ibi-
 dem hæc superaddita versio: *Tunc
 ex sole Deus mittet regem, qui omnem
 terram placabit a bello malo.* Cell.

n) Et rursus alia] Reimm. isem
 alio loco. Idem codex ἐπ' αὐχένι
 κείμενον vertit: *super colla pos-
 tum.* vid. not. ad Libr. de Mort.
 Perf. 5. 3: *impresso pede super dor-
 sum eius.* Bün.

o) - - ἡμετέρας δαλείας] Ibidem Latione: *Iugum nostra sermō-
 nis insolerabile in collo positum tolles,
 et leges impias sobies, vinculaque
 violenta.* Cell.

o) mundo

tibus incubabit^a, diuino auxilio tanta illa calamitas indigebit. Commotus igitur Deus et periculo ancipiti, et miseranda comploratione iustorum, mittet^b protinus liberatorem. Tunc aperietur calum medium intempesta^c et tenebrosa nocte, vt in orbe toto lumen descendentis Dei tamquam fulgur adpareat. quod Sibylla his versibus locuta est:

- - - ὀππότε ἂν ἔλθῃ^d
 πῦρ, ἔσαι σκότος ἐν τῇ μέσση νυκτὶ μελαίνῃ.

Hæc est nox^e, quæ a nobis propter aduentum regis ac Dei nostri peruigilio celebratur^f. cuius noctis duplex ratio est, quod in ea et vitam tum recepit^g, quum passus est, et po- ea orbis terræ regnum recepturus est. Hic est enim li- rator, et iudex, et vltor, et rex, et Deus, quem nos Chri- um vocamus, qui prius, quam descendat, hoc signum da- t. Cadet repente gladius de cælo^h, vt sciant iusti ducem iustæ militiæ descendurum, et descendet comitantibus ange- in medium terræ, et antecedit eum flamma inextingui- is, et virtus angelorum tradet in manus iustorum multitu- em illam, quæ montem circumfuderit; et concidetur ab hora

in mundo - incubabit] Tornæs. *incubabit. male. vid. ad L. de . Perf. c. 3. 1. et c. 7. 4: singu- gionibus ac pene iam ciuitati- ncubare. Quintil. L. 10. Instit. velus clausis thesauris incubabit.*

mittet] Eimman. *remittet. Sim- ctum. vid. Epit. c. 71. fin. mit- liberatorem. Bün.*

intempesta et tenebrosa nocte] *in tempestate et tenebrosa orauc. vid. quæ notauit ad 18. 5. et ad Epit. c. 72. pr. Bün. ππότε ἂν ἔλθῃ*] Hoc est: *vero veniet ignis, erunt tene- uidem media nocte obscura.*

est nox] Cauc. Fasit. Gryph. *Betul. Es hac est nox. Bo-*

non. Tax. Pen. Im. Goth. Lipf. Reimm. Angl. Sublac. Rost. Ven. 1471. 1515. Paris. Crat. Gymn. Thom. et seqq. Hac est nox. Bün.

f) peruigilio celebratur] Ita Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomafius et seqq. legunt. At Goth. Lipf. 2. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. et Paris. *peruigil ce- lebratur. Satis recte. De hoc perui- gilio conf. Lindenbr. ad Ammian. Marcell. L. 28. c. 6. p. 593. Kortholt. Pagan. Obrect. L. 3. c. 5. num. 14. p. 505-509. Bün.*

g) tum recepit] Reimm. *tum de- let. Bün.*

h) Cadet repente gladius de cælo] *Fabula et ficta traditio. Cell.*

i) per-

hora tertia vsque ad vespertum, et fluet sanguis more torrentis, deletisque omnibus copiis, impius solus effugiet, et peribit ab eo virtus suaⁱ. Hic est autem, qui appellatur Antichristus, sed se ipse Christum mentietur; et contra verum dimicabit, et victus effugiet, et bellum sæpe renouabit, et sæpe vincetur, donec quarto prælio confectis omnibus impiis debellatus, et captus, tandem scelerum suorum luat pœnas^k.
 7 Sed et ceteri principes ac tyranni, qui contriuerunt orbem, simul cum eo vincti adducentur ad regem, et increpabit eos, et coarguet, et exprobrabit his facinora ipsorum, et damnabit eos, ac meritis cruciatibus tradet. Sic extincta malitia, et impietate compressa, requiescet orbis, qui per tot sæcula, subiectus errori ac sceleri, nefandam pertulit seruitutem. Non colentur vltius dii manus facti, sed a templis et puluinaribus suis^l derurbata simulacra igni dabuntur, et cum donis suis^m mirabilibusⁿ ardebunt. quod etiam Sibylla, cum prophetis congruens, futurum esse prædixit:

τρεῖς ἄστροι δ' εἶδω λαῶν βροτοὶ καὶ πλεῖστοι ἀπαντα.

Erythræa quoque idem spondit:

ἔργα δὲ χειροποιητὰ θεῶν συνεκκαύσονται.

XX. Post

d) peribit ab eo virtus sua] Hæc, Heumanno iudice, glosseina. In libris deprehendo omnibus. Bün.

k) luat pœnas] Iun. Roff. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Iust. Goth. Lips. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. reliqui luat. Bün.

*) a templis et puluinaribus suis] Simulacra deorum puluinaribus imposita in ara vel editiore templi loco. Hinc formula, ad omnia puluina supplicationem decernere, est, ad omnia templa, Cic. in Catil. 3. c. 10. et Lib. 11. epist. 18. Lilius 22. c. 1. et alibi. Etiam puluinar Sueton. Cæf. 76. diuinus honor est. Cell.

l) cum donis suis] quæ honoris deorum illata templis fuerant. Græci vocant ἀναθήματα. Cell.

m) cum donis suis mirabilibus] Gothicum domibus suis mirabilibus. prauè, Heum credit Lact. scripsisse: cum donis suis miserabiliter. Abnuunt libri. Varia dona mirabilia descripsit Tomasinus in libro de Donariis ed. 2. Patau. 1654. 4. et ipse Lactantius L. 2. 4. 8. 9 - 13 - 15 - 19. L. 6. 25. 1 - 4 - 6. Libro 5. 8. 4. dixit: auro et gemmarum donis corruptibilibus. Bün.

n) τρεῖς ἄστροι δ' εἶδω λαῶν] Hoc est: Conterent autem simulacra homines, diuisiasque omnes. Cell.

o) ἔργα δὲ χειροποιητὰ] Hæc adduntur interpretationis causa in Romæ edito: Opera autem deorum, humanis manibus facta, exurentur. Cell.

a) in-

XX. Post hæc aperientur inferi^a, et resurgent mortui, de quibus iudicium magnum idem ipse rex ac Deus faciet, cui summus pater et iudicandi et regnandi dabit maximam potestatem. de quo iudicio et regno apud Erythræam Sibyllam sic inuenitur:

ὄσπότε κὶ τὸ λάβη⁴ τέλος αἴσιμον, ἠδὲ βροτοῦτι
κὶ δὴ ἀφ' ἔξου κρείσις ἀθανάτοιο θεοῦ,
ἦξαι ἐπ' ἀνθρώπων μεγάλη κρείσις ἠδὲ κὶ ἀρχή.

Deinde apud aliam:

ταρτάρου δὲ χάος⁴ τότε δείξει γαῖα χαλῆσα,
ἦξουσιν δ' ἐπὶ βῆμα θεῶ βασιλῆες ἅπαντες.

Et alio loco apud eandem:

ὕρανον εἰλίξων^e γαῖης κευθρῶνας ἀνοιξω,
κὶ τότ' ἀναστήσω νεκρὸς μοῖραν ἀναλύσας
κὶ θανάτου κέντρον. κὶ ὑπερον εἰς κρείσιν ἄξω
κρίνων εὐσεβέων κὶ δυσσεβέων βίον ἀνδρῶν.

Nec tamen vniuersi tunc a Deo iudicabuntur, sed ii tantum, qui sunt in Dei religione versati. Nam qui Deum non agnouerunt; quoniam sententia de his in absolutionem ferri non potest, iam iudicati, damnatique sunt; sanctis litteris contestantibus, non resurrekturos esse impios ^{z. b} in iudicium.

a) inferi] i. e. sepulcra, vt c. 24-3: qui ab inferis suscitabuntur. Büñ.

b) ὄσπότε κὶ τὸ λάβη] Romani hæc interpretatio est: Quum autem dies iste finem fatalem acceperit, et ad mortales iudicium immortalis Dei venerit; veniet super homines magnum iudicium et iniurium. In Gothani versione altera, imperium, ἀρχή. Cell.

c) ταρτάρου δὲ χάος] Hoc est: Tartarum autem chaos tunc ostendet dehiscens terra. Cell.

d) ταρτάρου] Plenior versio in Lips. 2, et Reimm. Ταρταρεου autem chaos tunc ostendet inhians (Reimm. inhians, rectius alii: de-

hiscens) terra: venient (ita Reimm. et alii melius quam Lips. 2: veniant) autem ad tribunal Dei reges omnes. Büñ.

e) Οὐρανὸν εἰλίξων] Id est: calum voluens; terra latebras aperiam: et tunc leuabo mortuos, fatum soluens et stimulum mortis. Posteaque in iudicium ducam iudicans piolum atque impiorum vitam viatorum, Cell.

f) qui Deum non agnouerunt] Recte Heumannus interpretatur ethnicos. Opponuntur paullo ante: qui sunt in Dei religione versati, et n. 6: qui Deum scierunt. Büñ.

g) non resurrekturos esse impios in iudicium] Abusio verborum Psalmi i. Cell.

h) non resurrekturos esse impios in iudicium

6 cium. Iudicabuntur ergo qui Deum scierunt; et facinora eorum, id est mala opera cum bonis collata^r ponderabuntur: vt si plura et grauiora^k fuerint bona iustaque, dentur^l ad vitam beatam: si autem mala superauerint, condemnentur ad pœnam. Hic fortasse dixerit quispiam: Si est immortalis anima, quomodo patibilis^m inducitur ac pœnæ sentiens? si enim ob merita punietur; sentiet vtique dolorem atque ita etiam

dicium] puta in iudicium absolutionis ex Lactantii mente. vide c. 21. 8. Omnino enim resurrectionem impiorum non negat, vt nonnulli Lactantio adfingunt, secunda illos (non prima, quam iustus tribuit) resurrectione excitatum iri ad pœnam credidit. vid. c. 26. 6. et Epit. c. 72. fir. Male tamen cum aliis intellexit versionem τῶν LXX. Pl. 1. ἐκ ἀναστήσονται οἱ ἀσεβεῖς ἐν κρείσει. Conf. LXX. Ies. 26, 14. et v. 19. Luc. 20, 35. Apoc. 20, 5. 6-12-14. Egregie hunc locum et Iudæorum errorem illustrant Heluicus Elench. Iudæor. Disf. 3. sect. 19. et, Th. Crenius in adnot. ad Heluic. Lugd. B. 1702. p. 89. sq. add. quos Fabricius in Bibl. Gr. L. i. c. 32. n. VI. p. 207. laudauit. Bün.

i) *collata*] Rectius, quam Reimm. collocata. Bün.

k) *si plura et grauiora*] Sic omnes scripti editique. Non est quidem insolens Lactantio comparatiuos et positiuos iungere, vt c. 14. 12: *minora et exigua*. Conf. Dauisium ad Epit. c. 62. n. 7. p. 187. malle tamen, vti quoque Heumanno visum: *plura et grauiora*, quia L. 7. 21. 6. dixit: quorum peccata vel PONDERE vel numero prauauerunt, i. e. grauiora vel plura fuerint. Sic Ouidius L. 15. Metam. 33:

Et nisi parueris, plura et grauiora minari. Bün.

l) *iustaque, dentur ad vitam*]

Cauc. Goth. Lipf. tert. Fasit. Gryph. Tornæ. Betul. Thyl. Gall. Spark. Walch. *iustificentur ad vitam*, damnat hanc lectionem Thomafius, *quia*, inquit, *vox iustificentur non est latina, neque ea legimus Lactantium umquam usum fuisse*. Posterius certe. verum est, licet Lactantio sepe fuerit occasio, nusquam tamen voce *iustificare* est usus. Occurrit tamen apud Tertullianum L. 4. adu. Marcion. c. 17. et Cyprianum L. 1. adu. Iudæos extr. et L. 3. n. 113. Bonon. vterque S. Saluatoris, Tax. Pen. Lipf. 1. 2. Vltr. Iun. Witteb. Reimm. Emman. Cantabr. i. e. Sublac. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Iesus: *bona iustaque, dentur ad vitam*. Noui DARI ad carnificem, bestias, metalla, ad pœnam dici pro *iudicari*, *adlici*. Conf. Buchner. ad Plin. L. 7. ep. 6. Rittersbus. ad Plin. L. 10. ep. 40. Sed num *dari ad premium*, *ad vitam* dicatur, me præterit. Iungit certe alibi *bona et iusta*, e. g. L. 5. 9. 2: *quia bona operentur et iusta*. Bün.

m) *patibilis inducitur*] Lipf. 2. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *passibilis*. Goth. Reimm. Fasit. Gryph. etc. *passibilis*, vt n. 7. et n. 8. c. 21. n. 2. L. 2. 8. 38. mox tamen n. 7. pro *passibilis* legitur Lipf. omnes *passibilis*, et c. 21. 2. Lipf. 2. 3: *passibiles*. Bün.

etiam mortem. Si morti non est obnoxia, ne dolori quidem paribilis igitur non est. Huic quaestioni, siue argumento, a Stoicis ita occurritur: Animas quidem hominum permanere, nec interuentu mortis in nihilum resolui; sed eorum, qui iusti fuerunt, puras et impatibiles et beatas ad sedem caelestem, vnde illis origo fit, remeare, vel in campos quosdam fortunatosⁿ rapi, vbi fruuntur miris voluptatibus: impios vero^o, quoniam se malis cupiditatibus inquinauerunt, mediam quamdam gerere inter immortalem mortalemque naturam, et habere aliquid imbecillitatis ex contagione carnis, cuius desiderijs ac libidinibus addictæ, ineluibilem^p quemdam fucum trahant, labemque terrenam; quæ quum temporis diuturnitate penitus inhæserit, eius naturæ reddi animas, vt si non exstinguibiles^q in totum, quoniam ex Deo sunt; tamen cruciabiles^r fiant per corporis maculam, quæ peccatis iniusta^s, sensum doloris attribuit. Quam sententiam poeta sic explicauit^t:

*Quin et supremo cum lumine vita reliquit,
Non tamen omnè malum miseris, nec funditus omnes
Corporea excedunt pestes; penitusque necesse est
Multa diu concreta modis inolescere miris.
Ergo exercentur pœnis, veterumque malorum
Supplicia expendunt^u.*

Hæc

ⁿ) in campos quosdam fortunatos] in campos Elysios. Cell.

^o) impios vero] Ita quidem scripti omnes editique ante Isæum, cum quo Gall. Spark. Walchius impiorum, vt ante sed eorum, subaudi animas. Heumanus impias, sc. animas. Alterutra certe est recta. Büñ.

^p) ineluibilem] Goth. ineluibilem, vitiose. reliqui scripti, editi: ineluibilem. nonnulli libri etiam de Ira 23.24: ineluibiles maculas habent, vbi elegantius alii: indelebiles. Cognata voce Plautus Menzschm. 1. 2. 57: Ex isthoc loco spurcatur nasum odore il-lucibili, i. e. qui elui non potest. Büñ.

^q) exstinguibiles] Sic Epit. c. 36. Büñ.

^r) cruciabiles fiant] Quæ cruciari possint. peculiari notione. Alia actiua Ammianus Marcellinus L. 22: Pertulere cruciabiles pœnas. Arnobius L. 2. p. 67: mortem cruciabilem fugere. Büñ.

^s) iniusta] Ven. 1471: iniusta. Reimm. onusta, nihil muto. vid. notas ad libr. de Ira 23.24: maculas inusserunt. Büñ.

^t) poeta sic explicauit] Aeneid. 6. v. 735. Cell.

^u) supplicia expendunt] vid. not. c. 14. 3: supplicia-pendunt. Büñ.

ⁿ) Hæc

11 Hæc propemodum vera sunt*. Anima enim, quum diuortium fecit a corpore, est, vt ait idem poeta:

Par leuibus ventis, volucrique simillima somno,
quia spiritus est, et ipsa tenuitate incomprehensibilis, sed nobis, qui fumus corporales; Deo autem, cui subiacer* posse omnia, comprehensibilis.

I XXI. Primum igitur dicimus, tantam esse Dei potestatem; vt etiam incorporalia comprehendat, et quemadmodum voluerit, adficiat. nam et angeli Deum metuunt, quia castigari ab eo possunt inenarrabili quodam modo; et demones reformidant^a, quia torquentur ab eo ac puniuntur. Quid ergo mirum, si quum sint immortales animæ, tamen patibiles sint Deo? nam quum in se nihil habeant solidum, et contrectabile^b, a solidis et corporalibus nullam vim pati possunt: sed quia in solis spiritibus viuunt^c; a solo Deo tractabi-

Etabi-

x) *Hæc propemodum vera sunt*] Ita constanter omnes libri, nisi quod Bonon. Et propemodum vera sunt. Fabricatores purgatorii finxerunt: Hæc profus vera sunt. vid. Chemnitii Examen Concilii Trident. Part.

3. c. 4. Bün.

y) *vt ait idem poeta*] Æneid. 6. v. 702. Cell.

z) *cui subiacer posse omnia*] MS. Cantabr. i. e. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. 1513: cui subest posse omnia. Non ineleganter quidem, sed Goth. Lips. Reimm. Emman. Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. Ifæus, reliqui: cui subiacer posse omnia. Quo verbo sæpe vsus est, e. g. de Ira 18. 14: Si Deo subiacer cogitare, sapere, intelligere etc. c. 1. 8: nec vili alii, quam Deo, veritatis noticiam subiacer. L. 3. 18. 6: cuius vltio Deo soli subiacer. Opif. 19. 3: serendarum animarum ratio vni ac soli Deo subiacer. Maxime huc pertinet L. 1. 5.

9: cuius (Dei) potestati subiacer omnia. Omitto alia nostri loca. Sæpe ita vtitur Tertullianus; sæpe vetustis. Interpres Irznei, vide Græbii indicem. Aliquoties etiam Apuleius. Bün.

a) *reformidant, quia*] Thomafius, Thyf. Gall. Spark. reformidant Deum, non addita auctoritate. Quia elegantius Deum ex præcedentibus: et angeli Deum metuunt subauditur, omni si vocem minus necessariam fide Gothani, Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtriusque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. et Ifæi. Bün.

b) *contrectabile*] Iun. Parrh. Ald. Crat. Gymn. tractabile, quia sequitur tractabiles. Sed MSS. Goth. Lips. Reimm. Angl. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. contractabile, aut vt Fasit. Gryph. etc. contractabile, vt composito quoque vsus L. 2. 8. 19. Bün.

c) *in solis spiritibus viuunt*] vid. not. ad L. 3. 12. 34. (u) p. 332. sq. Bün.

d) par-

Stabiles sunt, cui virtus ac substantia spiritalis est. Sed tamen docent nos sanctæ litteræ, quemadmodum pœnas impii sint laturi ^{d. e.} nam quia peccata in corporibus contraxerunt, rursus carne induentur, ut in corporibus piaculum soluant; et tamen non erit caro illa, quam Deus homini superiecerit, huic terrenæ similis, sed insolubilis ac permanens in æternum, ut sufficere possit cruciatibus, et igni sempiterno, cuius natura diuersa est ab hoc nostro, quo ad vitæ necessaria utimur, qui, nisi alicuius materiæ fomite alatur ^{f.}, exstinguitur. At ille diuinus per se ipsum semper uiuit, ac viget sine vllis alimentis, nec admistum habet fumum, sed est purus ac liquidus, et in aquæ modum fluidus, non enim vi aliqua sursum versus vrgetur, sicut noster; quem labes terreni corporis, quo tenetur, et fumus intermistus exsilire cogit, et ad cælestem naturam cum trepidatione mobili ^{g.} subuolare. Idem igitur diuinus ignis vna eademque vi atque potentia et cremabit impios et recreabit ^{h.}, et quantum e corporibus absumet, tantum reponet; ac sibi ipse æternum pabulum ^{i.} subministrabit. quod poetæ in vulturem Tiryi transtulerunt. ita sine vlllo reuirescentium ^{k.} corporum detrimento aduret tantum, ac sensu do-

d) pœnas impii sint laturi] Goth. et Lips. codices *daturi*: Rom. cum vulgatis *laturi*. Cell.

e) pœnas impii sint laturi] Cellarius. ex Goth. et Lips. *daturi*, vti quoque Reimm. et Tornæs. MS. habent. Quoniam vero agit de animabus, quomodo, quum non sint *passibiles*, pœnas tamen ferre possint, lego cum Anglicanis MSS. et editis per duo sæcula et hoc amplius habentibus: *laturi*. Idem Heumanno obseruatum. Non minus tamen recte *impii pœnas daturi* dici videntur, quia statim subiicit: *ut in corporibus piaculum soluant*. Bün.

f) materia fomite alatur] L. 2. 12. 14: *nisi ignis aliqua pingui materia reneatur, in qua habeat alimentum*. Bün.

g) cum trepidatione mobili] vid. Bauldr. et Græu. ad L. de M. P. 10. p. 89-90. not. 12. et ad c. 12. 14. p. 104. sq. Bün.

h) et recreabit] Margo Reimm. addit *perperam: et recreabit iustos*. *Recreabit* h. l. est *denuo creabit*. vide sequentia. Exempla dedit Barthius ad Nemes. Cyneget. v. 18. p. 240. Bün.

i) æternum pabulum] Hoc Orientff disticha 154. et 155. L. 1. Commonitor. egregie illustrant. Bün.

k) reuirescentium] Iun. Pen. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *reuiuiscensium*. Goth. Falst. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Iseus, Thyf. Gall. Spark. Walch. *uiuiscensium*. Bonon. Cauc. Ultr. Angl. Lips. Reimm. Cell. et Heum. *reuiuiscensium*.

- 6 loris adficiet. Sed et iustos ¹ quum iudicauerit, etiam igni ^m eos examinabit. Tum quorum peccata vel pondere vel numero præualuerint, perstringentur ab igni, ⁿ atque amburentur; quos autem plena iustitia et maturitas virtutis incoxerit, ignem illum non sentient. habent enim aliquid in se Dei ^p, quod vim flammæ repellat ac respuat ^r. Tanta est vis in-

no-

rescentium, quod aptius ratione verbi: *recreabis*. corpora ista recreata siue renouata, vt verbis Flori, vtar in proemio: *quasi reddita iuuentute reniresebant*. ad Flori hunc locum pluribus Frëinshemius et Dukerus p. 14. rariorem vocem illustrant. *Bün.*

1) *iustos*] i. e. Christianos. c. 206. *qui Deum scierunt* in oppositione c. 20. n. 5. *qui Deum non agnouerunt*. *Büth.*

[*m*] *iudicauerit, etiam igni*] Lipf. 2. 3. Reimm. *iudicauerit Deus etiam in igne* (in igni) *eos examinabit*. Etiam Rost. Veneta vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *iudicauerit Deus etiam igni*. Goth. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. reliqui *Deus* omittunt. *Bün.*

n) *perstringentur ab igni*] Sic Cantabr. MS. i. e. Subl. et Ven. 1493. (nam Ven. 1497. *ac igni* vitiosus.) Reimm. *perstringentur igni*. Goth. Lipf. 2. 3. Emman. Röst. Ven. vtraque 1478. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. reliqui sine præpos. *perstringentur igni*. Abit a S. litteris; habet vero eandem opinionem cum aliis communem, de qua erudite Fabricius Bibl. Gr. L. 1. c. 32. n. 4. p. 202. vbi simul ignem hunc ab igni Purgatorii Romanæ Ecclesiæ longe diuersum esse docet. *Bün.*

o) *maturitas virtutis incoxerit*] Reimm. *maturitas virtutis incoxerit* prae. *incoxerit* est probe, penitus imbuerit; respexit illa Persii citata Lact.

2.4.11. *incoctum generoso pectus honesto*. addé, quæ adnoto ad L. de Ira c. 13. 4. *incoctum*. *Bün.*

p) *habent enim aliquid in se Dei*] MSS. libri ita referunt: excusi praeue *in se aliquid inde*. Iidem scripti sect. 5. *reniresecentium*: sect. 7. *nam omnes*, vbi vulgati *re* - et *nam* omittunt. Cell.

q) *Habent - aliquid in se Dei*] Illud: *habent - aliquid inde*, de quo Cellarius ex Fasit. ad Gryph. Torn. Betul. Thomaf. Thyf. Gallæum transiit, vbi rectissime Bonon. Tax. Pen. Cauc. Iun. Goth. Lipf. Reimm. Angl. et Torn. MSS. Subl. Rost. Veni. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Isæus, Spark. Walch. Heum. *Habent - aliquid in se Dei*. Adparet Lactantius. L. 1. 9. 1. Quid tandem IN EO potuit ESSE DIVINI. L. 2. 2. 16. *Quisquam ne - putet*, aliquid esse in simulacro Dei. *Bün.*

r) *repellat ac respuat*] Goth. Iun. Cantabr. i. e. Subl. Röst. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *repellat ac respuat*. reiciat est glossa *respuat*, vnde rectius Lipsiensis, Reimm. Emman. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomaf. Isæus, reliqui: *repellat ac respuat*. Sic L. 4. 5. 2. *asserantur ac respuunt* dixit cum Plinio L. 5. epist. 6. L. 8. 12. 27. *quorum impiam sapiensiam omne humanum genus respuunt*. L. 7. 22. 9. *res tota - velut fœta respuuntur*. *Bün.*

s) *Tam-*

nocentia^s, vt ab ea ignis ille refugiat innoxius; qui accepit^s a Deo hanc potestatem^s, vt impios vrat, iustis obtemperet^s. nec tamen quisquam putet, animas post mortem protinus iudicari. nam omnes in vna communique custodia^s detinentur, donec tempus adueniat, quo maximus iudex meritorum faciat examen. Tum quorum fuerit probata iustitia, ii præmium immortalitatis accipiunt: quorum autem peccata et scelera detecta, non resurgunt^s, sed cum impiis in easdem tenebras reconducentur^s, ad certa supplicia destinati.

XXII. Figmenta hæc esse poetarum quidam putant, ignorantibus, vnde illa poetæ acceperint; ac negant hæc fieri posse, nec mirum est ita illis videri. Aliter enim, quam res habet

s) *Tanta - vis innocentia*] Cauc. Fas. Gryph. Torn. Betul. *Tanta enim virtus est innocentia.* At Bon. Tax. Pen. Iun. Goth. Lipf. Reimm. Angl. Subl. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Thomaf. Ifæus, reliqui: *Tanta est vis innocentia.* Bün.

r) *accepit*] Bon. Tax. Pen. Iun. Reimm. Rost. Ven. vtraque 1478-1515. Paris. Crat. Gymn. Ifæus: *accipit.* vbi Cauc. Fasit. Gryph. Thomaf. Torn. reliqui: *accipit.* Bün.

u) *potestatem*] Goth. Reimm. *potestatem*, vt n. 5. Bün.

x) *ignis-obtemperet*] Ita Cicero L. 1. N. D. c. 8. *quemadmodum obedire et parere voluntati architecti aer, ignis, aqua, terra potuerunt.* Cyprian. de Bono Patientia ed. Oxon. f. 211. *Dei mutis tempora obsequi, elementa famulari.* Arnobius L. 1. p. 26. *eius (Christi) foedæ vitiligines iusioni obtemperabant statim.* alia obseruauimus ad Lact. 4. 15. 23. *ventos obsequi.* Bün.

y) *in vna communique custodia*] *Perpetram*, inquit Mornæus de Eu-

charistia L. 3. c. 9. p. m. 1009. in 8. *aduersarii ad Purgatorium trahunt, qui bonos et malos, fideles et infideles in vna communique custodia, statim ac ex hac vita disceserunt non collocant: ignis etiam purgatorii cruciatus in iudicii diem non differunt, eorum immo protinus subeundos asserunt. At saltem Lactantii seculo alius sensus etc.* Haslenus Mornæus. Suarez quoque, (docentè Gerhardo in Confessione Cathol. L. II. p. II. art. IX. f. m. 984. b) parte Tertia Thom. qu. 59. art. 6. disp. 57. sect. 1. §. 3. *Lactantius, inquit, loquitur de his, quò in resurrectione sunt igni tradendi.* Ergo non de Purgatorio. his demum adde scriptores a Fabricio Bibl. Gr. L. 1. c. 32. n. 4. p. 202. excitatos. Bün.

z) *non resurgunt*] Exposui ad c. 20. n. 5. Bün.

*) *recondentur*] In Reimm. male correctum: *resurguntur.* Ergo noster non statuit impios ad nihilum redigi, sed ad certa supplicia reseruari. Egregie hunc n. 8. illustrat Fabricius in Bibl. Gr. L. 1. c. 32. p. 6. p. 207. Bün.

bet^e, traditur a poetis, qui licet sint multo antiquiores, quam historici et oratores et cetera genera scriptorum: tamen quia mysterium diuini sacramenti nesciebant, et ad eos mentio resurrectionis futuræ obscuro rumore^b peruenerat; eam vero^c temere ac leuiter auditam in modum commenticiæ fabulæ prodiderunt. Et tamen iidem testari sunt, non auctorem se certum, sed opinionem sequi, ut Maro, qui ait^d:

Sit mihi fas audita loqui.

4 Quamuis igitur veritatis arcana in parte corruerint: tamen ipsa res eo verior inuenitur, quod cum prophetis in parte consentiunt. quod nobis ad probationem rei satis est. Erro-
5 ri tamen eorum subest ratio nonnulla. nam quum prophetae adfiduis concionibus prædicarent, iudicaturum esse de mortuis filium Dei, et hæc adauntiatio non lateret; quoniam rectorem cæli non alium putabant esse^e, quam Iouem: iudicare apud inferos Iouis filium tradiderunt, sed tamen non Apollinem, aut Liberum, aut Mercurium, qui cælestes putantur; sed eum, qui f. s. et mortalis fuerit et iustus, vel Minoem, vel Aca- cum^f,

a) *aliter, quam res habet*] Torn. 1587 - 1613. Walch. *aliter, quam res se habet.* Non opus pronomine, quod scripti editique reliqui non agnoscunt. Büñ.

b) *obscuro rumore*] Plerique libri: *obscurorum ore.* Torn. MS. Ald. Crat. Gymn. *obscurior peruenerat.* Parrh. Iunt. Isæus: *obscuro ore.* Paris: *obs- scuro more.* Sed optime Betuleius, tum Sparkius, vtrum ex MSS. an iudicio, an casu, incertum, nihil enim admonent: *obscuro rumore.* Büñ.

c) *eam vero*] Heumannus: *TO vero,* inquit, *necessario expungendum.* Habent omnes libri. Sæpe adnota- vi, Lactantium illud *vero* hinc inde addere, ubi alii non addidissent, ma- xime post pronomen *is, ea, id.* conf. L. 2. 4. 36. L. 6. 4. 5. L. 6. 12. 18. L. 7. 8. 6. et alibi. Büñ.

d) *ut Maro, qui ait*] Aeneid. 6. v. 266. Cell.

e) *rectorem cæli non alium puta- bant esse*] Bon. Lips. 1. 3. *rectorem cæli dominum non alium putabant esse.* Cauci: *rectorem, cæli esse non alium putabant deum quam Iouem.* Goth. Reimm. Torn. 1587 - 1613. Genet. Walch. *rectorem cæli Deum non alium putabant esse.* Fasit. Gryph. Torn. 1548. Betul. *rectorem cæli esse non alium putabant deum, quam Iouem.* Subl. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Gymn. *rectorem cæli non alium putabant, quam.* Büñ.

f) *sed eum, qui et mortalis fuerit*] Lips. 1. *sed eum:* ceteri Lips. *sed qui,* neglecta voce media: vulgati, *sed Deum, qui.* Cell.

g) *sed eum, qui*] Goth. et plurimi editi. *sed Deum, qui.* At Bon. Pal. Reimm. Angl. Lips. 1. et Paris. 1513. *sed*

cum^b, vel Rhadamanthum^d. Corruerunt igitur poetica⁶
 licentia, quod acceperant, vel opinio veritatem per diuersa ora
 sermonesque varios dissipatam^h mutauit. Nam quod per-⁷
 actis apud inferos mille annis, rursus ad vitam restitui cecine-
 runt, Marone ita dicente^k:

*Has omnes, ubi mille rotam voluere per annos,
 Lethæum ad fluuium Deus euocat agmine magno,
 Scilicet immemores supera ut conuexa reuisant,
 Rursus et incipient in corpora velle reuerti:*

hæc eos ratio fefellit, quod resurgent defuncti, non post mille⁸
 annos mortis suæ, sed vt restituti rursus in vitam mille annis
 cum Deo regnent. Deus enim veniet, vt orbe hoc ab omni
 labe purgato, rediuiuas iustorum animas^{m-n}, corporibus in-

no-

sed cum qui. Eodem redit Lips. 2.
 3. et Torn. MSS. *sed qui.* Interdum
 enim pronomen is prætermittitur.
 Bün.

b) *Minoem, vel Aeacum, vel Rha-*
damanthum] Hi Iouis filii, tanta
 omnes iustitia, vt a Plutone delecti
 fingerentur, qui animas apud infe-
 ros iudicarent. Propertius lib. 3.
 eleg. 19. extrema,

Minos fœdas arbiter Orci.

Horatius lib. 2. od. 13.

*Quam pænis furua regna Proserpina,
 Es iudicantem vidimus Aeacum?*

De Rhadamantho Virgilius consula-
 tur Aen. 6. v. 566. Cell.

i) *Rhadamanthum*] L. 3. 20. 17.
 Tertull. Apolog. c. 23. et 47. Iustin.
 Mart. Apolog. 1. sect. 8. p. 14. Cic.
 5. Tusc. c. 41. etc. Bün.

k) *veritatem - dissipatam muta-*
vis] Libri quidem: *dissipata*. Scripsi
 vna addita littera, quam vox sequens
 absorbuerat *dissipatam*. Sic non mo-
 do L. 7. c. 7. 2-4. *veritatem diui-*
sam-sparsam dixit, sed et DISSI-
 PATAM. L. 2. IO. 6: VERITAS
 a vulgo solet variis sermonibus dis-

sipata corrumpi. Heumannus quoque
 ita emendauit. Bün.

l) *Marone ita dicente*] Aeneid. 6.
 v. 748. Cell.

m) *rediuiuas iustorum animas*] Lips. 1. diuinas habet, quod mi-
 me spernendum. nam et sect. 19.
 huius cap. *animas immortales atque*
diuinas dicit. Cell.

n) *rediuiuas iustorum animas*] Malebat Cell. ex Lips. 1. diuinas iu-
 storum animas. At recte reliquit
 omnes: *rediuiuas*. Nam Guil. Budzo
 iudice L. 1. epist. ad Longolium not.
 (t) f. m. XXXI. REDIVI VVM La-
 ctantius pro renouato dixit, vt Cice-
 ro: *rediuiuus lapis*, vt sit *rediuiuum*
ἐπισκευαστόν, non autem ἀναβε-
βιωτός, vt multi loquuntur. adde
 ibid. f. XIII. in Gothano legitur:
rediuiuas iustorum animas corporibus
immisissu ad sempiternam beatitudi-
nem suscitet. Nihil mutandum. Re-
 diuiuas iustorum animas valet re-
 diuiuas iustos, et sic L. 7. 2. 1. *piorum*
animis ad beatam vitam reuocatis;
 i. c. *piis ad beatam vitam reuocatis*.
 Bün.

9 nouatis, ad sempiternam beatitudinem suscitetur. Itaque præter aquam obliuionis ^o vera sunt cetera, quam iccirco finxerunt, ne quis illis opponeret ^p: Cur ergo non meminerunt ^q se aliquando vixisse, aut qui fuerint, aut quæ gesserint? Sed nihilominus tamen verisimile non putatur, et res tota vel licentius et fabulose ficta respuitur. Nobis autem de resurrectione adfirmantibus et docentibus, animas ad alteram vitam non oblitas sui, sed in eodem sensu ac figura esse redituras, illud opponitur ^r: Tot iam sæcula transierunt: quis unquam vnus ^s ab inferis resurrexerit, ut exemplo eius fieri posse credamus? At enim resurrectio fieri non potest, dominante adhuc iniustitia. Hoc enim sæculo necantur homines vi, ferro, infidiis, venenis: et adficiuntur iniuriis, egestate, carceribus ^t, tormentis, proscriptionibus. Eo accedit ^u, quod iustitia inuisa est, quod omnes, qui Deum sequi volunt, non tantum

^o) aquam obliuionis] conf. n. 7. *Letheum fluium*, et n. 15. L. 3. 18. Bün.

^p) *ne quis illis opponeret*] Cauc. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Walch. *ne quis illud opponeret*. At Bon. Tax. Pen. Vltr. Iun. Goth. Lipf. Reimm. Angl. Subl. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Gymn. *Isæus: ne quis illis opponeret*. Bün.

^q) *cur - non meminerunt*] Goth. Lipf. 2. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Paris: *meminerunt* in coniunctiuo, ubi Angl. Lipf. tert. Parrh. Ald. et recentiores: *meminerunt*. Bün.

^r) *opponitur*] Ita omnes, ut Rigaltius ad Minuc. c. 11. *reponitur* scribens ex memoria citasse videatur. Bün.

^s) *Tot iam sæcula transierunt: quis unquam vnus ab inferis etc.*] Hoc, ut iam olim Rigaltius observauit, habet a Minucio ex c. 11. *Tanta atas abiit, sæcula innumera*

fluxerunt, quis vnus vllus ab inferis vel Proteſtias forte remeauit, horarum saltem permisso commeatu, vel ut exemplo crederentur? Idem Rigaltius dictionem VLLVS in Lactantio omisam dicit legi in exemplari credo Regio Parisiensi. In meis enim non deprehendo. Ita Cicero 3. Philipp. 3. *Quis enim vnus fortior?* Liuius 3. 45. *quisquam vnus*. conf. Liu. 28. 37. Seneca l. Clem. l. *Nemo vnus homo*. Bün.

^t) *carceribus*] in plurali, ut 5. 8. 9. not. Bün.

^u) *Eo accedit*] Cauc. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et seqq. *Eodem accedit*. Sed Bon. Tax. Pen. Pal. Iun. Lipf. 1. 3. Goth. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. *Eo accedit*; nonnulli licet prauè, ut Ven. 93. Gymn. *eo accedit*. Sed *eo accedit, quod vindicauit* ad L. 5. 22. 9. conf. L. 6. 19. 5. Bün.

tum odio habentur, sed ^a vexantur omnibus contumeliis, et excruciantur in multiplici genere pœnarum, et ad impios cultus manu factorum deorum ^z non ratione, aut veritate, sed nefanda corporum laceratione coguntur. Num igitur oportet ¹³ ad hæc eadem resurgere, et reuerti homines ad vitam, in qua tuti esse non possint? Quum ergo iusti tam viles habeantur, ac tam facile tollantur ^z: quid putemus futurum fuisse, si quis ab inferis rediens vitam postliminio ^a recepisset? Auferretur ¹⁴ profecto ab oculis hominum; ne, viso eo vel audito, deos vniuersi relinquerent, et ad vniuersum se Dei cultum religionemque conuerterent. Ergo semel fieri resurrectionem necesse est, ¹⁵ quum malum fuerit ablatum, quoniam eos, qui resurrexerint, nec mori iam vltius ^b, nec violari villo modo fas est, vt beatam possint agere vitam ^c, quorum mors resignata est ^d.

Poc-

^z) non tantum - sed] Pro sed etiam, vt sæpe. Bün.

^y) manu factorum deorum] Cauc. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomaf. Thyf. Gall. Spark. fabricatorum deorum. Goth. manu fabricatorum. conf. Ira 2. 2. abiicere impios cultus humana manu i fabricatorum. Bonon. Tax. Pen. Pal. Vltr. Iun. Lips. tres, Reimm. septem Angl. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Isaac: manu factorum deorum. quod non debuissent editores reliqui mutare. L. 7. 19. 9. Non colentur vltius dii manufacti -- ἐργα-χειρῶν ποιητῶν Θεῶν. c. 26. 6. qui manufacta coluerunt. Apuleius in Apolog. p. 282. manu faciendis imaginibus. Bün.

^z) ac tam facile tollantur] Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomaf. Thyf. Gall. Cell. vi tam facile tollantur. Lips. tert. tum viles habeantur, tum facile tollantur. Goth. habeantur, vita facile tollantur. Lips. 2. Angl. Subl. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Isaac. Spark. tam fa-

cile tollantur. Expressi antiquis. Bon. ac tam facile tollantur. Vulgaris lectio vi - tollantur posset defendi ex num. 11. Hoc enim saculo necantur homines vi, ferro etc. Bün.

^a) postliminio] Ven. 1471. postremo. Goth. Rost. Ven. 1493. 97. postliminium. Ven. prima postliminio. praeue. Lips. Reimm. Ven. altera 1478. Parrh. Paris. Ald. reliqui: postliminio. Recte. Bün.

^b) iam vltius] pleonasmus, vt c. 26. 4. iam amplius. Bün.

^c) agere vitam] Lips. tert. ducere vitam. Non quidem abhorret a Laet. stilo, vt L. 6. 3. 9. vitam quam in terram ducimus, et L. 7. 9. 15. vita, quam communem cum matris animalibus ducimus, vbi plura. Sic Seneca ep. 45. sine quibus vita non ducitur. Sed reliqui Lipsienses, Goth. Guelferb. Witteb. et omnes mei: agere vitam. quod merito seruatur. Bün.

^d) quorum mors resignata est] L. 4. 26. 13. quid miraculo dignius, quam decursam vitam resignasse, compl-

16 Poetae vero, quum scirent, hoc saeculum malis omnibus redun-
dare, obliuioniſ amnem induxerunt, ne laborum ac malorum
17 memores animae reuerti ad superos reculerent. vnde Virgi-
lius e.

*O pater, anne aliquas ad caelum hinc ire putandum est
Sublimes animas, iterumque ad tarda reuerti
Corpora? quae lucis miseris tam dira cupido?*

18 Ignorabant enim, quomodo aut quando id fieri oporteret. ita-
que renasci f eas putauerunt, et denuo ad vterum reuolui, at-
19 que ad infantiam regredi s. Vnde etiam Plato de anima dis-
serens, ex hoc ait posse cognosci animas esse immortales at-
que diuinas, quod in pueris mobilia sint b ingenia, et ad perci-
piendum facilia; quod ea, quae discant, ita celeriter rapiant i, uti k
non

*tisque hominum temporibus tempora
adiacisſe, arcana mortis reuelasſe, ibid.
c. 12. 15. multaretur etiam morte, ut
inferos quoque vinceret ac resigna-
ret. Prudentius L. 1. ad Symm. 91.
92.*

*In lucem reuocasse animos, co-
cytia Leti*

Iura resignasse.

vide num ex his lucem capiant ver-
ba Virgil. 4. Aen. 244.

- - et lumina morte resignat,
quae Seruius, Iof. Castalio et Taub-
mannus: oculos morte occludit. con-
tra Turneb. et Ach. Statius: oculos
morte aperit, exponunt. Bün.

e) vnde Virgilius] Aeneid. 6. v.
719. Cell.

f) itaque renasci] Vulgo ita:
MSS. itaque. Cell.

g) denuo - reuolui - regredi] c. 15.
16. Bün.

h) quod - sint] Editi: quod sunt.
Goth. Lipf. 2. 3. Reimm. quod sint.
Sequitur etiam: quod - rapiant. Bün.

i) celeriter rapiant] Cauc. Rost.
Ven. 1471. 72. vtraque 78 - 1515. Pa-
ris. Crat. Gymn. Torn. Betul.
Walch. et Heum. celeriter capiant.

Bene, vt Epit. 70. L. ad descendendum
capax. Goth. Lipf. Reimm. Angl.
Fasit. Gryph. Thomas. Iſcus, Gall.
Spark. Cell. celeriter rapiant. in quo
maior vis inest. Sic Cicero in Cat.
Mai. c. 8. Gracas litteras senex didi-
ci, quas quidem sic anide arripui. c. 21.
de hoc Platonis argumento: magno-
que esse argumento homines scire ple-
raque ante, quam nati sint, quod iam
pueri, quum artes difficiles discant, ita
celeriter res innumerabiles arripiant,
vt eas non tum primum accipere vi-
deantur, sed reminisci et recordari.
Hec Platonis fere. vide Pasferatium
ad Or. pro Rosc. Comcedo c. 11.
Quod enim ipse celeriter arripuit, id
quum tarde percipi vider, discernia-
tur. Seneca epist. 95. felix ingenium-
salutaris in transitu rapuit. - Vnde
ista tam rapacia virtutis ingenia.
Bün.

k) ita - uti non tunc primum] Heu-
mannus legit: vt. sed refragantibus
omnibus libris. Non tantum aliaz,
vti saepe pro vt, außſaß, in Cicero-
ne, Czfare, etiam Lactantio L. 1. 21.
2. ponitur; sed etiam, quum ita, sic
praesessit; licet talia Scriptores de
Par-

non tunc primum discere illa videantur ^l, sed recognoscere atque reminisci ^m. in quo vir sapiens poetis ⁿ ineptissime credidit.

XXIII. Non igitur renascentur, quod fieri non potest, sed resurgent ^a, et a Deo corporibus induentur, et prioris vitae

Particulis non obseruent facile. Caesar L. 1. Bell. Gall. c. 15. fin: ita iter fecerunt, uti non amplius quis aus senis millibus passuum interest. L. 5. B. Gall. 17. repente: advolauerunt, sic, uti ab signis legionibusque non abfisterent. L. 2. Bell. Ciuil. c. 14. Hunc ignem sic distulit uentus, uti uno tempore agger, plustertormensaque flammam conciperent. Auctor de Bello Africano c. 60. Tertiam-aciem-ita collocauerat, uti sinistrum suum cornu striplex esset. Bün.

l) uti non tunc primum discere-videntur] Plato in Phædone p. 28. Socratem dixisse refert, ὅτι ἡμῶν ἢ μάθησις ἐκ ἄλλο τι, ἢ ἀνάμνησις τυγχάνει εἶσα, καὶ κατὰ τῆτο ἀνάγκη πᾶ ἡμᾶς ἐν προτέρω τινὶ χρόνω μεμαθημένα, ἃ νῦν ἀναμνησκόμεθα. Cicero Tuscul. 1. cap. 24. Memoriam Plato recordationem esse uult superioris uitae. Quod exemplo ibidem pueri, geometriam facillime adripiens, probasse Socratem, refert; etiam communium notionum, quas ἐννοίας vocant. Coll.

m) sed recognoscere atque reminisci] Haec copiose refutat Arnobius L. 2. p. 58-64. conf. Cic. 1. Tusc. 24. Habens primum memoriam et eam infinitam rerum innumerabilium, quam quidem Plato recordationem esse uult superioris uitae.

ex quo efficit uult Socrates, ut discere nihil aliud sit, nisi recordari - se non tum illa discere, sed reminiscendo recognoscere. Bün.

n) Poetis - credidit] Immo Pythagoricis credidit censente Dauisio ad Cic. 1. Tusc. 24. ed. 2dx p. 49. Bün.

a) sed resurgens] Falsum est hoc, inquit Gallæus, caro resurget, non anima. Huic errori uoluit occurrere Gothanus, mox legens cum Rost. Ven. 1471. 93. 97. Pier. Parrh. collocati. Nam sequitur EOS, ut totus locus ad homines referendus sit. Nentem fallat, quod c. 22. 18. 19. de anima egerit, ita solet. vid. c. 21. 7. 8. et nostra ad c. 11. 2. adnotata. Tatianus in Oratione ad Græcos ed. Oxon. 1700. §. XXI. XXII. p. 51. sq. habet nostro fere gemina: ἐκ εἶσιν ἀθάνατος, ἄνδρες Ἐλληνες, ἢ ψυχὴ καθ' ἑαυτῆν, θνητὴ δὲ, ἀλλὰ δύναται ἢ αὐτῆ καὶ μὴ ἀποθνήσκειν. ΘΝΗΣΚΕΙ μὲν γὰρ καὶ λύεται μετὰ τῆ σώματος, μὴ γινώσκουσα τὴν αἰθήρην, ΑΝΙΣΤΑΤΑΙ δὲ εἰς ὑπερον ἐπὶ συντελεῖα τῆ κόσμου, σὺν τῷ σώματι θάνατον διὰ τιμαρίας ἐν ἀθανασίᾳ λαμβάνουσα Πάλιν τε ἐθνήσκει, καὶ πρὸς καιρὸν λυθῆ τὴν ἐπίγνωσιν τε θεῶ πεποιημένη. ibi Worthus obseruat, Tatianum secutum esse Mapp 5

tae, factorumque omnium memores erunt; et in bonis caelestibus collocatae, ac fruentes iucunditate innumerabilium copiarum, praesenti Deo gratias agent, quod malum omne deleuerit, quod eos ad regnum vitamque perpetuam fuscitarit. Quae de anastasi b philosophi quoque dicere aliquid conati sunt tam corrupte, quam poetae. nam Pythagoras transire animas c in noua corpora disputauit, sed inepte, quod ex hominibus in pecudes, et ex pecudibus in homines, et seipsum ex Euphorbo esse reparatum. Melius Chryssippus; quem Cicero ait fulcire porticum Stoicorum d e; qui in libris, quos de prouidentia scripsit, quum de inuouatione mundi loqueretur, haec intulit f: τάτε δὲ ἔτως ἔχοντος ε, δῆλον, ὡς ἐδὲν ἀδύνατον, καὶ ἡμᾶς μετὰ τὸ τελευτῆσαι, πάλιν περιόδων τινῶν εὐλημμένω χρόνῳ εἰς ὃν νῦν ἐσμὲν καταστήσεσθαι χῆμα. Sed nos ab humanis ad diuina redeamus. Sibylla iterum b dicit i:

Δύ-

gistrum Iustinum in dial. cum Tryphone. Quae Theophilus L. 2. ad Antolycum p. 81. et p. 181. de anima, an natura mortalis tradit, vberius illustrat et explicat Wolfius in append. p. 448-458. add. Pfaffium ad Irenxi Fragmenta Anecdota ed. Hag. Com. 1715. p. 98. sqq. vbi docte inquiritur, quid Irenxo sit πνεύμα]ος ἔγερσις. Bün.

b) anastasi] resurrectione n. 5. Bün.

c) transire animas etc.] c. 12. n. 30. Bün.

d) quem Cicero ait fulcire porticum] Cicero Acad. Quæst. lib. 4. cap. 24. Sed quid eos colligam, quum habeam Chryssippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum? Cell.

e) Chryssippus-fulcire porticum Stoicorum] Origenes contra Celsum L. 4. p. 196. Σολεύς χρύσιππος, ὁ τὴν Στοᾶν τῶν φιλοσόφων πολλοῖς συγγραμμάσι νοητοῖς

κεκοσμημένοι νομιζόμενος. De Libris de Prouidentia conf. Menag. ad Lact. L. 7. f. 138. et scriptores Historiae Philosophicæ. Bün.

f) hac insulis] vid. adnot. ad c. 13. 3. Bün.

g) τάτε δὲ ἔτως ἔχοντος] In Romano libro ita vertuntur: Quod quum ita sit, adparet, nil esse impossibile, et nos post excessum nostrum, rursus spatiis quibusdam renouatis temporum, in hunc statum restitui. Cell.

h) iterum dicit] respicit iterum c. 20. 2-4. Habent Rosk. Ven. 1471-1515. Parrh. Iunt. Crat. Gymn. iterum. Lips. Goth. Reimm. Fafit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. dicit hac. Bün.

i) Sibylla iterum dicit] MS. Cantab. et ed. Rom. ac Parrh. iterum. habent, expuncto hac, quod vulgo adiciitur. Lips. l. simpliciter; Sibylla dicit. Cell.

h) Δύ-

Δύσπισον γὰρ ἅπαν. ^k μερόπων γένος. ἀλλ' ὅταν ἦδη
 κόσμος ἢ θνητῶν ἔλθῃ κρίσις, ἢν θεὸς αὐτὸς
 ποιήσει κρίτων ἀσεβεῖς δ' ἅμα εὐσεβέαστε,
 καὶ τότε δυσσεβέας μὲν ἐπὶ ζῴον ἐν πᾶσι πέμψει.
 ὅσσοι δ' εὐσεβέσι πάλιν ζήσασ' ἐπιγαίης,
 πνεῦμα θεῶ δόντος ἑ τμήν ἅμα καὶ βίον αὐτοῖς.

Quod si non modo prophetae, sed etiam vates, et poetae, et
 philosophi anastasin mortuorum futuram esse consentiunt:
 nemo quaerat a nobis, quemadmodum fieri possit. nec enim
 diuinorum operum reddi potest ratio: sed si a principio Deus
 hominem, nescio quo, inenarrabili modo instituit; creda-
 mus, ab eodem restitui veterem posse, qui nouum fecit.

XXIII. Nunc reliqua subnectam. Veniet igitur sum-
 mi, et maximi Dei filius, ut viuos, ac mortuos iudicet, testante,
 atque dicente Sibylla,

Πάσης γὰρ γαίης ^a τότε θνητῶν σύγχυσις ἔσται
 αὐτὸς ὁ παντοκράτωρ ὅτ' ἂν ἔλθῃ βήματα κἀναίη
 ζώντων καὶ νεκρῶν ψυχὰς καὶ κόσμον ἅπαντα.

Ve-

k) Δύσπισον γὰρ ἅπαν] Versio Rom. codicis est: Etenim difficile ad credendum omne hominum genus. Sed quum iam mundi et mortalium veneris iudicium, quod Deus ipse faciet, iudicans pios simul et impios. Tunc demum impios quidem in ignem et senebras mittet. Qui autem pietatem tenent, iterum viuent in terra, spiritu Dei dante honorem simul et vitam ipsis. Cell.

b) πνεῦμα θεῶ δόντος] Cellarius ex Romana editione spiritu Dei dante, etiam spiritu in Ven. 1493. 97. prae. Rectius Reimm. MSS. et versio editionibus Ald. Crat. Thomasia subiecta, Gymnico subiecta: Spiritum Dei dante, honorem simul et vitam. Betulcius: Dante Deo vitam accipiet et praemia et honores. Bün.

m) inenarrabili] Ven. 1493. 97.

venerabili. Pier. innumerabili. Parrh. immemorabili. At MSS. Rost. Veu. vtraque. Ald. Paris. reliqui: inenarrabili. Bün.

n) instituit] vid. not. ad c. 3. 14. et c. 4. 19. Bün.

o) credamus - restitui veterem posse, qui - fecit] Ita Minucius Fel. c. 34. Ceterum quis tam stultus aut brutus est, ut audeat repugnare, hominem a Deo ut primum potuisse fingi, ita posse denuo reformari? -- Sicut de nihilo nasci licuit, ita de nihilo licere reformari? conf. Tertull. Apolog. c. 48. Bün.

a) πάσης γὰρ γαίης] Latine ex Romano: Totius enim terra mortalium confusio tunc erit, et ipse omnipotens quum venerit in tribunali iudicare viuorum mortuorumque animas et mundum omnem. Cell.

b) a

- 2 Verum ille, quum deleuerit iniustitiam, iudiciumque maximum fecerit, ac iustos, qui a principio fuerunt ^b, ad vitam restaurauerit ^c; mille annis inter homines versabitur; eosque iustissimo imperio reget. quod alia Sibylla ^{d-e} vaticinans, furensque proclamat:

κλῦτε δὲ μὲ μέροτες ἡ βασιλευς αἰώνιος ἀρχεῖ

- 3 Tum qui erunt in corporibus viui, non morientur, sed per eosdem mille annos ^{e-b} infinitam multitudinem generabunt; et erit soboles eorum sancta, et Deo cara: qui autem ab inferis suscitabuntur, ii præerunt viucentibus velut iudices. Gentes vero non extinguuntur omnino; sed quædam relinquuntur in victoriam Dei, vt triumphentur ^f a iustis, ac subiunguntur ^g ^k perpetuæ seruituti. Sub idem tempus etiam princeps

δα-

b) a principio fuerunt] L. 4. 17. 14. sic a principio formasset. Ira 2. 2. cuius providentia effecerit a principio mundum. Ira. c. 10. 15. ab exordio. L. 2. 14. 1. exordio rerum. L. 7. 25. 5. ab exordio mundi. Büñ.

c) restaurauerit] Eruditi, inquit Betuleius, negant hoc verbum esse latinum, qui instaurare ab instar ducunt. Quare et ipse censeo, Lactantium hominem tam Ciceronianum instaurare et non restaurare scripsisse. Elegantius quidem, vt L. 2. 7. 20. et L. 3. 20. 3. L. 7. 26. 15. instaurare, sed h. l. omnes libri: restaurauerit, quo aliquoties Iustinus et Tacitus vsi. Plura Vossius de Vitiis S. L. L. 4. c. 21. Vorst. Lat. Falso Susp. p. 173. Cellarius in Antibarb. p. 132. et Curis p. 166. Nolten. Lexic. Antibarb. p. 669. Büñ.

d) quod alia Sibylla] Goth. et Lips. 2. alia: vulgo alibi. Neutrum est in Lips. 1. et 3. Cell.

e) alia Sibylla] Sic Reimm. et Torn. MSS. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Büñ.

f) κλῦτε δὲ μὲ μέροτες]

Latine: Audite homines: rex sempiternus dominatur. Cell.

g) sed per eosdem mille annos] Opinionem de mille annis, multis locis suam fecit Lactantius, secutus Iustinum Martyrem in dialogo cum Tryphone, Tertullianum adu. Marcion. lib. 3. c. 24. et Irenæum, de quo idem refert Hieronymus Catalogo in Papiæ: et ipsum Papiam apud Euseb. H. E. lib. 3. cap. vlt. Quam opinionem Hieronymus d. l. vocat Iudaicam δευτέρωσιν, et Augustinus describit de C. D. lib. 20. cap. 7. Cell.

h) per eosdem mille annos] vid. Meier. dist. de Millennium Regno p. 11. Büñ.

i) triumphentur] vid. not. L. 4. 28. 28. Epit. 7. 4. ab una Omphale triumphatus est. Büñ.

k) subiunguntur] Ven. 1493. 97. subiunguntur, perperam. vide, quæ adnotavi ad c. 15. 15. nationibus imperio subiugatis. add. de Mort. Perf. c. 16. 6-7. triumphatores currui suo subiugentem (sic vnicus, qui superest MS. codex) victi ac virtute sua subiugati sunt. Büñ.

l) ma-

dæmonum, qui est machinator ^l omnium malorum, catenis vincietur ^m, et erit in custodia mille annis cælestis imperii, quo iustitia in orbe regnabit ⁿ, ne quod malum ^o aduersus populum Dei moliatur. post cuius aduentum ^p congregabuntur iusti ex omni terra; peractoque iudicio, ciuitas sancta constituetur in medio terræ; in qua ipse conditor Deus cum iustis dominantibus commoretur. quam ciuitatem Sibylla designat, eam dicit:

καὶ πόλιν, ἣν ἐποίησε θεός, αὐτὴν ἐποίησε
λαμπροτέραν ἄστρον, καὶ ἡλίου, ἢ δὲ σελήνης.

Tunc auferentur a mundo tenebræ illæ, quibus offundetur atque obcæcabitur ^r cælum, et luna claritudinem ^s solis accipiet, nec minuetur ulterius ^t: sol autem septies tanto, quam nunc est ^u, clarius fiet: terra vero aperiet fecunditatem suam, et vber-

ri-

l) machinator omnium malorum] Mort. Pers. c. 7. l. Büu.

m) catenis vincietur] c. 26. l. Büu.

n) quo iustitia in orbe regnabit] Heumanno hæc tamquam glossema, sunt suspecta. Quo valet: quo tempore, licet præceserit: mille annis. de hac loquendi ratione plura dixi ad c. 14. n. 4. multa millia sanctorum, ex qua. conf. ad rem Epit. 72. Büu.

o) ne quod malum] Rost. Ven. 1493. 97. Pier. Parth. Ald. Crat. Gymn. ne quid malum, præter ex compendiosa scriptura qd. distancte Reimm. Fal. Gryph. Torn. Bet. Thom. Iseus etc. ne quod. Büu.

p) post cuius aduentum] cuius sc. filii Dei redit ad dicta n. 1. uenios summi et maximi Dei filius. Büu.

q) καὶ πόλιν, ἣν ἐποίησε θεός] Hoc est: et urbem, quam fecit Deus, eam fecit splendidiorē stellis et sole et luna. Cell.

r) quibus offundetur atque obcæcabitur] Ven. 1471. utraque 78. quibus offunditur atque obcæcabitur. Ven. 1493. 97. Pier. Parth. Paris. Ald.

quibus offunditur atque occacatur Reimm. quibus offundetur atque obcæcabitur. Cart. MS. 2. e. Subl. et Rost. quibus offunditur et obcæcabitur. Emman. quibus offunditur atque obcæcatur. Crat. Gymn. Betul. Torn. 1587. 1613. Walch. quibus offundebatur atque obcæcabitur. Goth. Lips. Fasit. Gryph. Thomas. Iseus, reliqui: quibus (sc. tum temporis) offundetur atque obcæcabitur. Inter offundere et offundero frequens confusio in libris. conf. quæ noto ad L. 2. 1. 13. (u) p. 164. Büu.

s) claritudinem] Lips. 2. Reimm. et Torn. MS. claritatem. utraque vox bona, sed posterior etiam est in Taurin. Epit. c. 72. claritas solis augobitur. Büu.

t) nec minuetur ulterius] Epit. c. 71. et luna non patietur diminutionem. Antea enim, ut L. 2. 5. 18. erant incrementa diminutionesque luna, tum pleno orbe lumen referret. Büu.

u) septies tanto, quam nunc est, clarius fiet] Goth. septies tanto, quanto nunc clarius fiet. Büu.

x) mel-

rimas fruges sua sponte generabit: rupes montium mella sudabunt^x, per riuos vina^y decurrent, et flumina lacte inundabunt: mundus denique ipse gaudebit, et omnis rerum natura lætabitur, erepta et liberata dominio mali, et impietatis, et sceleris, et erroris. Non bestię per hoc tempus sanguine alentur, non auēs^z præda; sed quæta et placida erunt omnia. leones et vituli ad præsepē simul stabunt, lupus ouem non rapiet, canis non venabitur, accipitres et aquilæ non nocebunt, infans cum serpentibus ludet. Denique tunc fient illa, quæ poetæ aureis temporibus facta esse iam Saturno regnante dixerunt. quorum error hinc ortus est, quod prophetæ futurorum pleraque sic proferunt et enuntiant, quasi iam peracta. Visiones enim diuino spiritu offerebantur oculis eorum, et videbant illa in conspectu suo quasi fieri^a ac terminari. Quæ vaticinia eorum quum paulatim fama vulgasset; quoniam profani a sacramento^b, ignorabant quatenus dicerentur^c, completa iam esse veteribus sæculis illa omnia putauerunt; quæ utique fieri, completerique non poterant homine regnante. Quum vero de-

x) mella sudabunt] Scribo ex Torn. 1587-1613. Geneu. 1630. mella sudabunt. Sic n. 11. ex Virg. querens sudabunt rosida mella: Saepe accusatiuus verbo sudare a doctis redditus. vide Sanctii Mineru L. 3. c. 3. p. 384. seq. Nic. Heinsium ad Prudent. Hymn. Matutin. v. 68. p. 5. sq. Mœnckertum ad Fulgent. Mythol. l. 1. c. 15. p. 51. et ad L. 3. c. 8. p. 123. In Epitome c. 72. hæc et proxima ita variat: stillabunt mella de rupibus, lactis et vini fontes exuberabunt. Bün.

y) rupes melle sudabunt, per riuos vina] Augustinus d. l. 20. de Ciui. D. c. 7. qua opinio esset uscuque tolerabilis, si aliqua delicia spiritalis in illo sabbato ad futura sanctis per Domini presentiam crederentur. Vide plura ibi. Cell.

z) auēs] rectius quam Lipf. 2. 3.

Reimm. ales, forte: alites voluere. Bün.

a) videbant illa in conspectu suo fieri] Hæc egregie illustrat Glasii Philol. S. L. 1. tract. 4. sect. 1. can. 4. præunte Wolfg. Franzio de Interpret. Scripturæ Orac. XLVII. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. videbantur. At MSS. Goth. Lipf. Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas etc. videbant. Bün.

b) profani a sacramento] i. e. arcani ignari. conf. L. 2. 15. 2. L. 2. 16. 13. Bün.

c) quatenus dicerentur] Goth. Lipf. tres, Reimm. Vltr. Cau. Iun. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 515. Paris. Crat. Gymn. Torn. 1587-1613. Walch. dicerentur. Fasit. Gryph. Betul. Thomas. If. Thyl. Gall. Spark. Cell. diceretur. Bün.

d) Co-

deletis religionibus impiis, et scelere compresso, subiecta erit Deo terra:

*Cedet et ipse mari vector^d, nec nautica pinus
Mutabit merces, omnis feret omnia tellus.
Non rastros patietur humus, non vinea falcem.
Robustus quoque iam tauris iuga soluet arator.
Tunc etiam molli flavescet campus arista,
Incultisque rubens pendebit sentibus vna,
Et dura quercus sudabunt roscida mella,
Nec varios disset mentiri lana colores.
Ipse sed in pratijs aries, iam suauo rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto.
Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.
Ipsa lacte domum referent distenta capella
Vbera, nec magnos metuent armenta leones.*

Quæ poeta secundum^e Cumææ Sibyllæ carmina prolocutus^f est.

Erythræa vero sic ait:

Οὐ δὲ λύκοι σὺν ἄρνεσ' ἐν ἔρσειν εἰ ἀμιλλῶνται.
χόρτον γὰρ λύγες τ' ἐρέφοισιν ἅμα βόσκονται.
ἄρκοι σὺν μόχρισιν ὁμῶς καὶ πᾶσι βροτοῖσι
σαρκοβόροσ τε λέων φάγεται ἄχρυσον παρὰ φάτνας.
σὺν βρέφεισιν τε δράκοντες αἰμάτορσι κοιμήσονταί.

Et alio loco de vbertate rerum:

Καὶ τότε δὴ χαρᾶν^h μεγάλην θεὸς ἀνδράσι δώσει.

d) *Cedet et ipse mari vector*] Ex Virgilii ecloga IV. sunt omnia, turbato tamen non nihil ordine versuum. Cell.

e) *secundum carmina*] Ita constanter more veterum. non vt hodie multi barbære: iuxta. Epit. 68. secundum sententiam Platonis. Büñ.

f) *prolocutus est*] Parrh. Alt. Crat. Gymn. Fal. Gryph. Thomas. Spark. *prolocutus est*. At Angl. Goth. Lipf. Réimn. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. et Paris. Betul. Torn. 1587-1613. Cell. Wälch. *prolocutus est*. Büñ.

g) Οὐ δὲ λύκοι σὺν ἄρνεσ' ἐν ἔρσειν] Romani libri interpretatio est: *Nec lopi cum agnis in montibus dimicabant, herbamque lynces pariter cum hadis pascentur. Vrsi cum vitulis simul, omnibusque animalibus. Carniuorus leo comedet paleas ad præsepia, cumque infantibus dracones sine matribus dormiens.* Cell.

h) καὶ τότε δὴ χαρᾶν] Hoc est: *Et tunc gaudium magnum Deus hominibus dabit. nam ex terra et arbores et innumerabilia terra pecora dabunt fructum verum hominibus vi-*

ni

καὶ γὰρ γῆ καὶ δένδρα καὶ ἄσπετα θρέμματα γαίης
 δώσουσιν καρπὸν τὸν ἀληθινὸν ἀνθρώποισι
 οἶνε καὶ μέλιτος γλυκέως, λευκάτε γάλακτος
 καὶ σίτε, ὅπερ ἐστὶ βροτοῖς κάλλιστον ἀπάντων.

14 Et alia eodem modo :

Ἐυσσεβέων δὲ μόνων ἀγία χθών ἵ πάντα ταῦ οἶσει
 νᾶμα μέλιτος ἀπὸ πέτρης ἢ ἀπὸ πηγῆς
 καὶ γάλακ' ἀμβροσίης βρῦσει πάντεσσι δικαίοις.

35 Vivent itaque homines tranquillissimam vitam et copiosissimam ^{k. l.}, et regnabunt cum Deo pariter; et reges gentium venient a finibus terræ cum donis ac muneribus, ut adorent et honorificent ^m regem magnum, cuius nomen erit præclarum ac venerabile vniuersis nationibus, quæ sub cælo erunt; et regibus, qui dominabuntur in terra.

XXXV. Hæc sunt, quæ a prophetis futura dicuntur. quorum testimonia et verba ponere opus non esse duxi, quoniam esset

mi et mellis dulcis, canadisque lactis, et tritici, quod hominibus optimum omnium. Cell.

i) Ἐυσσεβέων δὲ μόνων ἀγία χθών] Eodem libro interpretante: Fiorum autem sola sancta terra omnia hac feret fluens mellis de petra et de fonte: et lac immortalitatis manabit omnibus iustis. Cell.

k) vivent-tranquillissimam vitam et copiosissimam] Hunc ordinem in omnibus edd. ab anno 1465-1685. deprehensum prætulit. In Reimm. vivent-tranquillissimam et copiosissimam vitam, ut Cellarius ediderat. Solet vero accusatiuum huic verbo addere. L. 1. 15. 2. agrestem vitam sine ullo reitore vivebant. L. 5. 8. 10. ex Cicerone: deorum vitam vivens. de Ira c. 7. 13. vitam pecudum sub humana specie vivet. Proximus nostro loco ille

Gestii L. 17. N. A. c. 19. vitamque vivet tranquillissimam. add. Plaut. Mil. Glor. 3. l. 132. Perf. 4. 3. 24. Plinii L. 9. epist. 32. Abeunt a plurimis Emman. et quinque MSS. Spar. kii: vivent-tranquillissimam vitam et copiosissimam ducentes. de phrasi vitam ducere dixi ad L. 6. 3. 9. ad L. 7. 9. 15. et ad L. 7. 22. 15. sed in nostro loco sine necessitate est additum ab illis Anglicanis. Bün.

l) tranquillissimam et copiosissimam vitam] Duo Lips. quarto casu, ut vulgati: primus, tranquillissimi copiosissima vita. Gothi. sexto casu tranquillissima et copiosissima vita. Sed Ciceronis etiam est vitam vivere. Vid. Verrin. 4. c. 47. Cell.

m) honorificent] vid. L. 2. 5. 3. suspiciat et honorificas et de Ira c. 23. 16. Bün.

a) esset

eslet infinitum ^a; nec tantam rerum ^b multitudinem mensura libri caperet, tam multis vno spiritu ^c similia dicentibus, simulque ne fastidium legentibus fieret ^d, si ex omnibus collecta et translata congererem ^e; præterea vt ea ipsa, quæ dicerem, non nostris, sed alienis potissimum litteris confirmarem ^f; doceremque, non modo apud nos, verum etiam apud eos ipsos, qui nos insectantur, veritatem consignatam teneri, quam reculant agnoscere.

Qui autem ^g diligentius hæc voluerit scire, ex ipso fonte hauriat; et plura, quam nos in his libris complexi sumus, admirabilia reperiet. Fortasse quispiam nunc requirat ⁱ, quando ista, quæ diximus, sint futura. Iam superius ^k ostendi, completis annorum sex millibus mutationem istam fieri oportere, et iam propinquare ^l summum illum conclusionis extremæ diem. De signis ^m, quæ prædicta sunt

a pro-

a) *eslet infinitum*] Formula antiqua, vt L. 6. 2. 16. *quod est infinitum*. Bün.

b) *tantam rerum*] Bon. *tantarum rerum*. Bün.

c) *tam multis vno spiritu*] Torn. MS. et Reimm. *Tam multi sunt spiritu similia dicentes* (Reimm. - *dicentibus*). vid. L. 1. 4. 1. Bün.

d) *ne fastidium legentibus fieret*] Epit. in præfat. *vt nec prolixitas pariat fastidium*. Imitatur nostrum locum Hieronymus epist. ad Rusticum ed. Hispal. in 8. p. 56. *ne plura replicando fastidium legenti faciam*. Epist. ad Principiam p. 134. *ne legenti fastidium faciat odiosa replicatio*. Bün.

e) *collecta - congererem*] Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. *collecta - congerem*. Goth. Lips. Reimm. Angl. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Ifæus, reliqui: *congererem*. Bün.

f) *non nostris, sed alienis potissimum*] Valla contendit L. 1. Eleg. c. 13. in bimembri oratione, vt h. l.

latinius dici: *potius*. vid. Laët. L. 2. 3. 17. *vt possis dubitare, quos dicas potissimum stultiores, illosne - an eos*. Bün.

g) *Qui autem*] Hoc ex MSS. Angl. et Rom. Vulgo *Si quis autem*. Cell.

h) *Qui autem*] Angl. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Cell. Heum. *Qui autem*. Palat. Cauc. Goth. Lips. tres, Reimm. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Walch. *Si quis autem*. Lectio non aspernanda, vt Lib. 5. 22. 11. *Si quis autem volet scire plenius - sumat*. conf. L. 7. 14. 15. Bün.

i) *nunc requirat*] Bon. *hoc requirat*. Bün.

k) *Iam superius*] c. 14. 6. Bün.

l) *propinquare*] Lips. tert. vt c. 27. 8. Sed longe plurimi: *propinquare*, vt L. 2. 8. 68. conf. quæ adnotauit ad c. 15. 7. *propinquante huius seculi termino*, et Bauldr. ad L. de Mort. Persf. 24. pr. *iam propinquauit illi iudicium*. Bün.

m) *De signis - noscere*] pro: *e signis*. Bün.

a prophetisⁿ, licet nolcere. prædixerunt enim signa, quibus consummatio temporum et expectanda sit nobis in singulos dies, et timenda. Quando tamen compleatur hæc summa, docent ii, qui de temporibus scripserunt, colligentes ex litteris sanctis^o, et ex variis historiis, quantus sit numerus annorum ab exordio mundi. qui licet variant, et aliquantum^p numeri eorum summa dissentiat; omnis tamen expectatio^q non amplius, quam ducentorum videtur annorum. Etiam res ipsa declarat, lapsum ruinamque rerum breui fore; nisi quod incolumi vrbe Roma nihil istiusmodi^r videtur esse metuendum. At vero quum caput illud orbis occiderit^s, et ῥύμηⁿ esse

n) a prophetis] Lipf. 2. a philosophis. Büin.

o) colligentes ex litteris sanctis, et] Ita restituo ex Gothano, quum omnes editi perperam colligentes ea ex litteris. quum vox EA hic sit absona, vti quoque Heumannus vidit. Büin.

p) aliquantum] Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Isæus: aliquantum. Goth. Lipf. Reimm. Pal. Cauc. Fafit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Thyf. Gall. Spark. aliquantum. Büin.

q) omnis - expectatio] Heumannus scribit: exputatio, die *Musreth* *nung*, ratione ex ingenio non tamen e libris subducta; in quibus vel expectatio, vel vt in Reimm. expectatio. Respicit vox verba n. 4. consummatio temporum expectanda. Büin.

r) nihil istiusmodi] Bon. Tax. Pen. Iun. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Isæus: nihil istius videtur. At plenius Pal. Cauc. Goth. Lipf. Faf. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Thyf. et seqq. nihil istiusmodi videtur. Büin.

s) caput illud orbis occiderit] Lipf. occideris: Angl. Rom. ceciderit. Cell.

r) occiderit] Cauc. Goth. Lipf. Reimm. Fafit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. occiderit, eleganter ab occido, altera syllaba breui. Iun. Emman. Cantabr. i. e. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtriusque 1478. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. ceciderit, quod præplacet Heumanno, vt propius exprimitur illud Apocal. 18. 2. Ἐπεσεν, ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ μεγάλη. Dixit noster c. 14. 16: *Sacularium Prophetarum - voces finem rerum et occasum - adnuntiant, describentes dilabentis mundi vltimam senectutem, et c. 15. 11 - 13: Romanum nomen tolletur de terra - regna, quum diutius floruisent - tamen occiderunt. - Qui Romani - tanto maiore decident lapsu: quia plus habent ponderis ad ruinam. Büin.*

u) ῥύμη] Editor Cantabr. hic nullam variationem obseruat, quasi in Emm. et Cant. sit ῥύμη. Tacent quoque mei collatores Goth. et Lipf. codd. vt conicias in illis quoque esse: ῥύμη. In Reimm. ΠΥΡΙΝ. Rost. hic reliquit vacuum spatium. Antiqua Romana, qua Bettileius

esse cœperit, * quod Sibyllæ fore aiunt: quis dubitet venisse iam finem rebus humanis, orbique terrarum? Illa, illa est ciuitas, quæ adhuc sustentat * omnia: precandusque nobis * et ad-

leius vsus h. L. et Ven. 1471. altera 1478. 93. 97. Pier. et Paris. 1513: *πηρρη*. Ven. prima 1478. *πηρρη*. Quinque MSS. Sparkii, Parrh. Iunt. *ργα*. Ald. Crat. Gymn. *πύρ*, quasi esset igni *absumenda*, vt Sibylla in serm. 8. *καὶ πύρ σε ὄλην δαπανήσει*. Gryphius, inquit Betuleius, genuinam lectionem NESQIO CUIVS NUMINIS DVCTV restituit. Nam in Sibyllino hoc oraculum bis inuenitur. In sermone enim eodem (ὄλα-vo scilicet) sic legitur:

**Ἔσα καὶ ῥύμη ῥύμη, καὶ δῆλος ἀδῆλος καὶ σάμος ἄμμος.*

Et in sermone tertio - ordine - im-
mutato:

**Ἔσα καὶ σάμος ἄμμος, ἐσεί-
τε δῆλος ἀδῆλος
καὶ ῥύμη ῥύμη etc.*

Isæus ῥύμη vertit *impetus* vel *ruina*. Glosf. Cyrilli antiquæ et Cell. *vicus*, *Gasse*, *Gassenraum*. Ingeniose Lutherus perinde ac versum Sibyllinum respexisset et præfat. in Micham: *Micha brauchet viele Allusionen -- als wenn ich spreche: Roma da solt ein Raam werden and wohl ausgerâmet*. conf. Nehringii Sibyllin. *Prophecungen* ed. Hal. 1719. p. 254. Honor restituti huius loci non Gryphio, vt Betuleio visum, sed Fasitelio, aut si manis Paulo Manutio in ed. Ven. 1535. debetur. Hunc Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isæus et reliqui

sunt secuti. Illa de Delo et Samo in Sibyllinis satis clare respexit Tertullianus de Pallio c. 2. *inter insulas nulla iam Delos, arenæ Samos, ubi Fr. Iunius intelligebat insulam L. urbem Arenen*. conf. Fabricii Bibl. Græc. L. 1. c. 32. p. 206-208. Bün.

x) *ῥύμη esse cœperit*] vicus esse cœperit. Cell.

y) *illa, illa est ciuitas*] Ven. utraque 1478. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. - Cell. Wach. Heum. *illa est enim ciuitas*. Omisso enim Bonon. Cauc. Lipsf. 2. Reimm. Rost. Ven. 1493. 97. *illa est ciuitas*. At fortius MSS. Pen. et Ultrai. *illa, illa est ciuitas*. Amat noster hanc figuram, vt ostendi ad L. 3. 30. 4. *Hic, hic est illud*, et ad L. 5. 23. 4. *Veniet, veniet - lupis merces sua*. Bün.

z) *quæ adhuc sustentat*] *Commode huc Heumannus aduocat illud Pauli 2 Thesf. 2. 7. ὁ καὶ ἔρχεται ἄρ]*. Bün.

a) *precandusque nobis - differri possunt*] Huc pertinet locus Tertullianus in Apol. c. 32. *Est et alia maior necessitas nobis orandi pro imperatoribus, etiam pro omni statu imperii, rebusque Romanis, quod vim maximam uniuerso orbi imminentem, ipsaque clausulam sæculi acerbitates horrendas comminantem, Romanum imperii comœatu scimus retardari. Itaque nolumus experiri, et dum precamur differri, Romana diuturnitati fauemus. Comœatus in Tertulliano est DILATIO, prorogatio. vid. Rosweid. ad. Paul. Nol. Ep. 20. N. LIII. p. 44.* Bün.

Q99 2

b) *βλ.*

adorandus est Deus cæli, si tamen statuta ^b eius et placita ^c differri possunt, ne citius, quam putemus, tyrannus ille abominandus ^d veniat, qui tantum facinus molitur, ac lumen illud effodiat ^f, cuius interitu mundus ipse lapsurus est. Nunc ad cetera exsequenda redeamus, quæ deinceps secutura sunt.

XXVI. Diximus paullo ante ^a, in principio regni sancti fore, ut a Deo princeps dæmonum vinciat. Sed idem, quum mille anni regni ^b, hoc est septem millia cæperint terminari, soluetur denuo, et custodia emisus exhibit, atque omnes gentes, quæ tunc erunt sub ditione iustorum, concitabit, ut inferant bellum sanctæ ciuitati, et colligetur ex omni orbe terræ innumerabilis populus nationum, et obsidebit et circumdabit ciuitatem. Tune veniet nouissima ira Dei super gentes, et debellabit eas ^c vsque ad vnum ^d, ac primum con-

^b) *statuta*] vide adnot. ad L. 9. 16. 14. (i) p. 272. Bün.

^c) *et placita*] vide me ad L. 1. 15. 28. not. (i) p. 100. et ad L. 7. 14. 1. Bün.

^d) *tyrannus ille abominandus*] Lipf. et Emman. *abominabilis*: sed dignius alterum Lactantii sollertia, qua non facile a Cicerone et æqualibus abscedit. Rom. etiam et Parrh. *abominandus*. Cell.

^e) *abominandus*] Reimm. *abominabilis*. Sed Goth. *abominandus*. Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. immo omnes editi: *abominandus*. Adspiratio in Goth. est ex more eius temporis, quo codex scriptus, eam addebant, ubi non debebant; demebant vocibus, ubi debebant addere. vid. Drakenb. ad Sil. Ital. 2. 125. p. 73. Bün.

^f) *lumen illud effodiat*] Eleganti metaphora *Romam* vocat *lumen*. Ita Cicero pro Lege Manil. c. 5: *Corinthum patres vestri totius Græcia lumen exstinctum esse voluerunt*, ubi vide Hotomannum. Iustinus L. 5.

c. 8. 4: *Quum multi delendum Atheniensium nomen urbemque incendio consumendam conserent, negarunt se Spartani ex duobus Græcia oculis alterum eruturos. Quarumlibet rerum præstantissimæ oculi ocelli dicuntur, doctore Barthio L. XI. Advers. c. 3. f. 517. a. Burmannus obseruat ad Quintil. L. 6. Instit. Proæm. p. 494. etiam de aliis siue hominibus, siue VRBIBVS, siue rebus INSIGNIBVS tales locutiones obuias. Ita noster de Senatoribus in libro de Mort. Pers. 8. 4: *ut effoderentur adfidue lumina Senatus*. Bün.*

^a) *paullo ante*] c. 24. n. 5. Bün.

^b) *Sed idem, cum mille anni regni*] In hoc etiam capite sunt, quæ caute velim legantur. Cell.

^c) *debellabit eas*] Lipf. tert. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. 1513: *debellabis EOS* (mascul.) ut sit constructio ad sensum; qua ratione sine vlllo dubio proxima: *vsque ad vnum*. recta. Bün.

^d) *vsque ad vnum*] Cant. MS. i. c. Subl.

concutiet terram quam validissime, et a motu eius scindentur montes Syriæ, et subsident colles in abruptum^e; et muri omnium ciuitatum corruent^f, et statuet Deus solem, triduo ne occidat, et inflammabit eum, et descendet æstus nimius, et adustio magna super^g perduelles et impios populos, et imbres sulphuris, et grandines lapidum, et guttæ ignis, et liquefcent spiritus eorum in calore, et corpora conterentur in grandine, et ipsi se^b inuicem gladio ferient, et replebuntur montes cadaueribus; et campi operientur ossibus. Populus autem Dei tribus illis diebus sub concauis terræⁱ occultabitur; donec ira Dei aduersus gentes extremum iudicium terminet^k.
Tunc

Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. 1513. Iunt. *vsque ad unum*. Reliqui omnes: *vsque ad unum*. Goth. Lips. 1. 2. Reimm. Venet. vtraque 1478. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thom. et seqq. *debellabit eas vsque ad unum*. Omnino, inquit Heumannus, rescribendum: ad VNAM sc. gentem. Ego seruo: ad VNVM i. e. *vsque ad VNVM VLLVM HOMINEM* ex vnaquaque gente, debellabit non tantum genera singulorum, sed etiam singulos generum. hinc n. 4: *genus omne impiorum radicibus interibit*. Dixit vero nostro loco per ellipsin: *ad unum*, pro notiori: *vsque ad unum omnes*, vt Czf. L. 3. B. Ciu. 14. 3: *Qui de seruis liberisque omnibus ad impuberes supplicium sumit et ad unum interficit*. Bün.

e) *subsident - in abruptum*] Rost. *subsident*. praue. Reliqui: *subsident*. vid. c. 3. 8. et Epit. c. 72: *subsident colles* (sic legendum) *in altitudinem profundam*. Bün.

f) *corruent*] Pal. Vltr. Iun. Angl. Lips. tres, Reimm. Sublac. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Ven. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *concidunt*. quibus proxime Tornæz. MS. *con-*

dent. Goth. Fasit. Gryph. Tornæz. Betul. Thomas. Isæus et seqq. *corruent*. Praefero, quia etiam Taurin. cap. 72. *concutiet a fundamentis suis* (in nostro loco *quam validissime*) *terram* et CORRVENT ciuitates. Bün.

g) *descendet - super*] Libri *supra*. Lego cum Heumanno *super*. Ita sane L. 4. 15. 3: *descendit super omnes*. et Epit. c. 72: *plures super impios ignem cum sulphure et grandine*. Sæpe has particulas confundi indico ad Epit. cap. 45. 3. et ad L. de Mort. Perf. 5. 3. Bün.

h) *et ipsi se inuicem gladio ferient*] Thomas. in Antu. 1570. 1587. Cellar. et Heumann. *et ipse se*, vitiose, vt adparet; reliqui: *et ipsi se*. Epit. cap. 72: *et se inuicem trucidabunt*. Bün.

i) *sub concauis terra*] Epit. 72: *iusti paulisper sub terra latebunt*. a neutro (concauum) concaua, concauorum. vid. Heusinger. ad Vechner. Hell. pag. 204. (c) adiect. in form. subst. Bün.

k) *donec ira Dei aduersus gentes extremum iudicium terminet*] i. e. verbis Epit. c. 72: *donec perditio fiat gentium*. In Vltr. Iun. Lips. 1. Emm. Subl.

- 4 Tunc exhibunt iusti de latebris^l suis, et inuenient omnia cadaueribus atque ossibus testā. Sed et genus omne impiorum radicitus interibit; nec erit in hoc mundo vlla iam natio amplius^m, præter solam gentem Dei. tum per annos septem perpetesⁿ intactæ erunt siluæ; nec excidetur de montibus lignum, sed arma gentium comburentur; et iam non erit bellum, sed pax et requies sempiterna. Quum vero completi fuerint mille anni, renouabitur mundus a Deo; et cælum complicabitur, et terra mutabitur, et transformabit Deus homines in similitudinem angelorum, et erunt candidi, sicut nix; et versabuntur semper in conspectu omnipotentis, et domino suo sacrificabunt, et seruient in æternum. Eodem tempore fiet secunda illa et publica omnium resurrectio, in qua excitabuntur^o iniusti^p ad cruciatus sempiternos. Ii sunt, qui manu facta coluerunt; qui dominum mundi ac parentem vel nescierunt, vel abnegauerunt. Sed et dominus illorum cum ministris suis comprehendetur, ad pœnamque damnabitur, cum quo pariter omnis turba impiorum pro suis facinoribus in conspectu angelorum atque iustorum perpetuo igni cremabitur in æternum. Hæc est doctrina sanctorum proph-

Sublac. Rost. Ven. vtraque 1478. Paris. Ald. Crat. Gymn. donec ira Dei aduersus gentes et extremum iudicium terminetur. Etiam Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. terminetur, sed copula et in illis desideratur. At Goth. Lipsf. 2. 3. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Bet. Thomas. Ixæus etc. vt edidimus. Bün.

l) de latebris] Parrh. de lateribus. prauæ. Bün.

m) iam - amplius] pleonasmus, vt c. 22. 15: iam - ulterius. Nam iam h. l. valet amplius. vid. not. L. 6. 20. 31. Emman. Sublac. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. IAM neglexerunt, quod Goth. Lipsf. Reimm. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thom. et reliqui exhibent. Bün.

n) perpetes] vt de Mort. Persf.

c. 33. 11: per annum perpetem. Epit. 71. 7: gemitus perpetes, vbi perpetam quædam edd. prapetes. Conf. Dauisium ad Minuc. Fel. c. 11. p. 83: perpetem vitam mortuis pollicentur. Bün.

o) resurrectio, in qua excitabuntur] Lipsf. 2. Reimm. Rost. Ven. 1472. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. 1587-1513. Walch. resurrectio, ETIAM in qua: quæ Heumann. putat transponenda: in qua etiam. At enim Bon. teste Ixæo, Goth. Lipsf. 1. 3. Angl. Thomas. Ixæus, Thyf. Gall. Spark. Cell. illud etiam, vt non necessarium respuunt. Bün.

p) iniusti] Multi veteres editi: impii. res eodem reddit. Intelliguntur ethnisch. Bün.

phetarum, quam christiani sequimur^q: hæc nostra sapientia, quam isti, qui vel fragilia colunt^r, vel inanem philosophiam tumentur, tamquam stultitiam vanitatemque derident, quia nos defendere hanc publice atque adferere non solemus^s; Deo iubente, vt quieti ac silentes arcanum eius in abdito^u atque intra nostram conscientiam teneamus, nec aduersus istos vere profanos^x, qui non discendi, sed arguendi atque illudendi^y gratia inclementer^z Deum ac religionem eius impugnant, pertinaci contentione certemus. Abscondi enim tegique⁹ mysterium quam fidelissime^a oportet, maxime a nobis, qui nomen fidei gerimus^b. Verum illi hanc taciturnitatem¹⁰ nostram, veluti malam conscientiam, criminantur. vnde etiam

q) *sequimur*] ReCius quam Lipf. 2. et Reimm. sequuntur. Statim: *nostra-nos* etc. Bün.

r) *vel fragilia colunt*] c. 27. 1: *fragilibus seruientes*. Addunt vel. Bon. Tax. Pen. Goth. Lipf. Reimm. Angl. et editi, at neglexerunt vel Iun. et Cauc. Bün.

s) *quia nos defendere -- non solemus*] Sic Lipf. et Rom. Vulgati pervertunt qui non -- nos solemus. Cell.

t) *nos defendere - non solemus*] Sic Reimm. et ab 1465-1524. et Gymn. Mutauit Fasit. Iyn. Gryph. etc. Goth. quidem: *NON defendere - asserere solemus*. Bün.

u) *arcanum - in abdito*] Lipf. 2. 3. Reimm. Angl. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78 - 1515. Paris. Crat. Gymn. in abscondito, vt mox n. 9: *abscondi tegique mysterium*. L. 5. 5. 7: *absconditis incubare*. Goth. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. Ixus, reliqui: *in abdito*, quo veteres frequentius vtuntur. De re ipsa conf. Kortholt. Pagan. Obtrect. L. 1. c. 9. p. 124. c. 10. p. 144. Bün.

x) *aduersus istos vere profanos*] Angl. Reimm. Sublac. Rost. *aduersus istos veri profanos*. Corcæ NON IN-

scite. Sic Minucius Fel. c. 5: *studiorum rudes*, literarum profanos, *expertes artium*. Lactantius tales veri profanos L. 2. 16. 13. *profanos a veritate*, L. 2. 15. 2. *profanos a sacramento, veritatis dixit*. At reliqui Goth. Lipf. et editi fere omnes: *vere profanos*. Bün.

y) *atque illudendi*] Hæc duo verba non habent Lipf. 2. 3. Reimm. Bün.

z) *inclementer - impugnant*] adnoto ad L. 5. 10. 2: *inclementer incessare*. Bün.

a) *tegique mysterium quam fidelissime*] Tertull. Apol. c. 7: *quum vel ex forma amnis mysteriis silentii fides debeat*. *Samothracia et Eleusinia reticentur*. nostis reliqua. Conf. L. 1. ad Nation. c. 7. et aduersus Valentin. c. 7. Origen. contra Celsum L. 1. p. 7. 199. Pfanner. Theol. Gent. p. 19-21. Ipse Lactantius de Ethnicis L. 5. 19. 19: *Fida silentia sacris commemorauit*. Bün.

b) *qui nomen fidei gerimus*] Hinc Christiani dicti *fideles*. Epit. c. 66. princ. *Fides - maxime a nobis, qui nomen fidei gerimus, conseruanda est*. Bün.

etiam quasdam execrabiles opiniones de pudicis^e et innocentibus fingunt, et libenter his, quæ finxerunt, credunt^d.
 11 Sed omnia^e iam, sanctissime^f imperator, figmenta sopita sunt^g, ex quo^b te Deus summus ad restituendum iustitiæ domicilium, et ad tutelam generis humaniⁱ excitauit^k. quo gubernante^l Romanæ R. P. statum, iam cultores Dei^m pro sceleratis ac nefariis non habemurⁿ. Iam emergente atque illustrata veritate non arguimur vt iniusti, qui opera iustitiæ facere conamur. Nemo iam nobis Dei nomen exprobrat^o.
 nemo

c) *execrabiles opiniones de pudicis*] Eas commemorant Tertullianus in Apol. c. 7. Minucius Fel. c. 9. 1-7. et eius interpretes, adde Kortholt. Pagani. Obtrecht. L. 2. c. 9. p. 379-395-404. Pfanner. Theolog. Gentil. P. 24-30. Bün.

d) *qua finxerunt, credunt*] Editi quidam addunt longam orationem quæ nec in Lips. nec Goth. nec Rom. adparet, quam ab aliis MSS. etiam abesse, Th. Spark. et Gallæus obseruarunt. Ideoque remotam a contextu, in notis exhibemus, vt quisque de ea, quo referri velit, libere iudicare possit. Hæc autem verba sunt: *Sed omnia - ad quietem*. Cell.

e) *Sed omnia iam - ad quietem*] Hæc quidem oratio desideratur in duobus Bononiensibus, duodecim Vaticanis, Pen. in quinque Sparkii, Pal. Vltr. Cauc. Iun. tribus Lips. Reimm. Emman. et edd. ante Fasitel. 1535. editis. Sed membranæ Gothanæ, secus ac Cellarius tradidit, ea omnia habent, et ex editoribus in textum receperunt Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomasius, licet a nonnullis intra asteriscos inclusa. Horum exempla ego sum secutus; mihi vero nullum est dubium hanc integram orationem esse ipsius Lactantii; singula enim verba eius elegantiam satis aperte produnt, quod ex subiectis a me ex Gothano variis lectionibus meisque adnotatiunculis plenius co-

gnoscetur. Pro genuinis quoque Heumannus habet hæc verba. Bün.

f) *sanctissime*] De Mort. Perf. 18. 10: *Constantinus sanctissimus - illo fastigio dignissimus*. Bün.

g) *sopita sunt*] L. 1. 1. 12: *vt superstitiones mortiferas erroneasque turpissimos sopiamus*. Bün.

h) *ex quo*] sc. tempore. vid. not. ad L. 7. 14. 4. Bün.

i) *ad tutelam generis humani*] L. 1. 1. 14: *tutela Rom. nominis*. de Mort. Perf. 18. 14: *tutela reipublica*. Hic expressit Plinii L. 10. ep. 103: *tutela generis humani*. Sic Drusum Tacitus L. 3. Ann. c. 59: *rectorem generis humani* vocat. Bün.

k) *excitauit*] Mort. Perf. 1. n. 3: *excitauit Deus principes*. Bün.

l) *quo gubernante*] L. 1. 1. 14: *GVBERNACVLA reip. etiam senex tenas*. Bün.

m) *cultores Dei*] Ita sæpe Christianos vocat, vt dixi ad L. 4. Inst. 27. 4. Bün.

n) *pro sceleratis - non habemur*] i. e. tamquam scelerati ac nefarii. Ita præp. pro sæpe vtitur, e. g. L. 5. 9. 3: *quum - iustitia sectatores pro hostibus ducant, immo vero plus quam pro hostibus*. L. 6. 21. 5. sermonem pro sordido aspernansur. Opif. 1. 7: *pro laqueis habet*. Bün.

o) *exprobrat*] 5. 11. 9: *exprobrat alicui scelus*. Bün.

p) *sa-*

nemo irreligiosus vltcrius adpellatur; qui soli omnium^p religiosi sumus; quoniam contemtis imaginibus mortuorum, vltimum colimus, et verum Deum. Te prouidentia summæ¹² diuinitatis^q ad fastigium principale prouexit^r; qui posset vera pietate aliorum male consulta rescindere^s, peccata corrigere; saluti hominum paterna clementia prouidere^t, ipsos denique malos a R. P. submouere, quos summa potestate deiectos^u, in manus tuas idem Deus tradidit, vt esset omnibus clarum, quæ sit vera maiestas. Illi enim, qui vt impias¹³ religiones defenderent, caelestis ac singularis Dei^v cultum tollere voluerunt, profligati iacent^y; tu autem, qui nomen eius defendis et diligis, virtute, ac felicitate præpollens, immortalibus tuis gloriis^z beatissime^a frueris. Illi pœnas¹⁴ sceleris sui et pendunt, et pependerit^b; te dextera Dei po-

p) *soli omnium*] L. 6. 23. 26: *solum omnium*. Ira 10. 3: *solus omnium*. Bün.

q) *diuinitatis*] Sæpe *diuinitas* nostro ponitur pro *Deus*. L. 4. 16. 2. L. 5. 10. 11-14. Bün.

r) *ad fastigium principale prouexit*] Eadem phrasis de Mort. Perf. 4. 1: quasi huius rei gratia PROVECTVS esset ad illud principale fastigium. Bün.

s) *male consulta rescindere*] Mort. Perf. c. 3. 4: RESCISSIS *actis tyranni*. ibid. c. 1. 3: *qui tyrannorum nefaria et cruenta imperia resciderunt*. Bün.

t) *saluti hominum - prouidere*] Mort. Perf. c. 1. 3: *humano generi prouiderunt*. Bün.

u) *summa potestate deiectos*] Ita restituo ex Gothano; vbi editi omnes: *summa pietate deiectos*. Sæpe vero *pietas* et *potestas* in libris confunduntur, vt ostendetur ad Epit. c. 10: et c. 69. Sic L. 5. 3. 25: *summa potestate depulsus*. Bün.

v) *singularis Dei*] Nihil Lactantio frequentius. vid. not. L. 1. c. 4. 8. Bün.

y) *iacens*] de Mort. Perf. c. 1. n. 5. Bün.

z) *gloriis*] Similia exempla in plurali congescit Heumannus ad Lact. L. 5. 20. 15. p. 490. et ad L. 6. 4. 20. p. 512: *ambitionibus*, quo numero vsus est Augustinus L. 2. Ordin. c. 8. n. 25: *ab honorum - ambitionibus*. *Glorias* dixit Tacitus L. 3. Ann. c. 45. Conf. quæ noto ad Lact. 4. 16. 12: *in iustitias*. etiam Augustinus T. 6. Oper. f. 538. ed. nouisf. Venet. de Patientia: *Martyrum Glorias* dixit. Bün.

a) *beatissime*] Vim vocis cognoscas ex L. 5. 10. 12. Bün.

b) *illi pœnas sceleris sui et pendunt et pependerit*] L. 1. 1. 15: *Nam malis, qui adhuc aduersus iustos - sciuunt, quanto serius, tanto vehementius idem omnipotens mercedem sceleris exsoluet*. Epit. 53. 5: *eorum omnium, qui hoc facinus ausi sunt, miserabiles exitus partim cognouimus partim videmus*. Conf. L. 4. 27. 5. Huc pertinet nostri liber de Mortibus Persecutorum; qui ex hac oratione diutius suspecta egregie hinc inde illustratur. Bün.

potens ab omnibus periculis protegit^c: tibi quietum, tranquillumque moderamen cum summa omnium gratulatione largitur. Nec immerito rerum dominus, ac rector^d te potissimum delegit, per quem sanctam religionem^e suam instauraret^f, quoniam vnus ex omnibus^g exististi, qui præcipua virtutis et sanctitatis exempla præberes^h, quibus antiquorum Principum gloriam, quos tamen fama inter bonosⁱ numerat, non modo æquas, sed etiam (quod est maximum) præterires. Illi quidem natura fortasse^k tantum similes iustis fuerunt. qui enim moderatorem vniuersitatis Deum ignorat, similitudinem iustitiæ adsequi potest, ipsam vero non potest^l. Tu vero et morum ingenita sanctitate^m, et veritatis, et Dei agnitione in omni actuⁿ iustitiæ opera^o consummas. Erat igitur congruens, vt in formando generis humani statu te auctore ac ministro diuinitas vteretur. Cui nos quotidianis precibus supplicamus, vt te in primis, quem rerum custodem voluit esse, custodiat: deinde inspiret tibi voluntatem, qua semper in amore diuini nominis perseueres.

Quod

c) *te dextera Dei potens - protegit*] L. 2. 15. 2: quos manus Dei potens et excelsa non protegit. De ipso Constantino de Mort. Perf. c. 24. 5: DEI MANVS hominem protegebat. Bün.

d) *rerum dominus ac rector*] Ita et alibi Deum vocat. Bün.

e) *sanctam religionem*] L. 4. 11. 7. Iterum de Constantino, Libro de Mort. Perf. 24. 9. Hæc fuit prima eius sanctæ religionis restituta. Bün.

f) *instaurares*] vid. not. L. 7. 24. 2. Bün.

g) *vnus ex omnibus*] Vnus præsolus. Sæpe Lactantius. Bün.

h) *virtutis - exempla præberes*] L. 4. 25. 5: exempla virtutis homini præbere. Bün.

i) *fama inter bonos*] Vnde in Libro de Mort. Perf. c. 9. 4: quibus temporibus multi ac boni principes Romæ

imperii clauum regimenque tenuerunt. Bün.

k) *natura fortasse*] L. 5. 10. 13 - 17: natura boni - Possunt ne inter hæc iusti esse homines, qui etiamsi natura sunt boni, ab ipsis tamen diis erudiantur ad iniustitiam. L. 6. 9. 13: etiamsi natura sunt boni. Bün.

l) *qui - Deum ignorat - ipsam - non potest*] L. 6. 9. 7: Deum qui ignorat, et ipsam iustitiam ignoret necesse est. Bün.

m) *ingenita sanctitate*] L. 6. 9. 8: naturali et ingenito bono. Bün.

n) *in omni actu*] Sæpe actum pro actione ponit. L. 5. 9. 23: IN OMNIBVS vite sue ACTIBVS. Ira 17. 4: Deus singulorum actus animaduertit. Bün.

o) *iustitia opera*] L. 4. 25. 6: spiritum, iustitiæ operibus emereri. L. 7. 27. 2: facientes opera iustitiæ. Bün.

a) de-

Quod est omnibus salutare, et tibi ad felicitatem, et ceteris ad quietem.

XXVII. Quoniam, decursis propositi operis septem spatii^a, ad metam peruecti^b sumus, superest vt exhortemur omnes ad suscipiendam cum vera religione sapientiam, cuius vis et officium in eo vertitur, vt contemtis terrestribus, et abiectis erroribus, quibus antea tenebamur, fragilibus serui- entes^c, et fragilia concupiscentes, ad aeterna caelestis thesau- ri praemia dirigamur, quae vt capere possimus, quamprimum omittenda^d sunt huius praesentis vitae illices^e volupta- tes

a) *decursis-spatii*] Cic. in Cat. Mai. c. 23: *quasi decurso spatio*. De voce *decursus* not. ad L. I. I. II. et ad L. 7. 12. 12. Bün.

b) *ad metam peruecti*] Editi omnes: *prouecti*. Scribo ex Bonon. Pal. Lips. 1. et Reimm. *peruecti*. Idem Heu- manno placuit. Variant etiam libri in Cic. L. I. Off. c. 6. alii enim: *ad exitus peruehimur* (alii: *prouehimur*) *opratos*. Lactantius Ciceronis locum citans L. 3. 29. 4. habet: *ad exitus peruenimus opratos*, facile posset corrigi: PERUEHIMVR. at quis definiat liquido, vtrum in La- ctantio, an ipso Cicerone sit vera lectio. Omnes enim quadrant; pro Lactantii lectio est vetustas et codi- cum constantia. In Ciceronis Li- bro 2. Inuent. 51. constanter libri: *nanis in PORTVM PROVEHITVR*. Forte etiam hic PERUEHIMVR Je- gendum. Confusio haec frequens or- ta ex compendiis syllabarum p i e. pro, p i e. per. Sic restitimus ex MS. Keimm. et vet. edd. Lact. de Ira 13. 6: *ad portum destinati litto- ris peruehatur*. His proxima phrasis Lact. 6. 8. 5: *ad summum - portum sine ullo errore perducatur*. Bün.

c) *fragilibus seruientes*] c. 26. 8: *fragilia calant*. Bün.

d) *omittenda sunt - voluptates*] Tornæs. 1587 - 1613. Geneu. 1630. Walch. *emittenda*. Perperam. L. 6. 4. 17: *OMITTENDA est praesens VO- LVPTAS*. L. 6. 9. 23: *propter qua- tanti sit voluptates omittere*. Habet a Cicerone pro M. Coelio cap. 19: *OMITTENDAE sunt omnes volupta- tes*, vbi minus recte editio nouiss. Verburgii Amstelodamensis *obte- renda* praetulit. Pro voce *omittenda* sunt in Cicerone proxime sequen- tes: *relinquenda - deserendus*. Alio loco laudarem: *obterera voluptates*; nam Cyprianus de Zelo et Liuore: *Obterenda sunt vitia*. Pro *omittere* Cicero quoque L. 2. Off. 24. *pra- termittere voluptates*. Bün.

e) *illices voluptates*] Membr. et chartac. MSS. Guelferb. Goth. Lips. 1. 2. et fere omnes editi vetusti et no- vi: *illicibiles*. Lips. tert. Witteb. Reimm. *allicibiles*. vtraque vox no- va, nec alibi obseruata. Pro qua elegantius dixit de Opif. c. 1. 7: *qua illicere possunt*. Lactantii manuscri- pti codices, quos Elmenhorstius vi- dit, vt testatur eius Index in Apu- leium, habent: *ILLICES*, certe ita quoque habet Betuleius h. l. itaque citat Koenigius ad Iuueni L. 1. Hist. Euang. 687. sq. p. 122:

tes, quæ animas hominum perniciosissima^f suauitate deleniunt^g. Quanta felicitas existimanda^a est, subtractum his labibus^{b, c} terræ, proficisci ad illum æquissimum iudicem, parentemque indulgentissimum, qui pro laboribus requiem, pro morte vitam, pro tenebris claritatem, pro terrenis ac breuibus bonis æterna et cælestia largiatur. cum qua mercede acerbitates, ac miseriæ, quas perpetimur in hoc mundo, facientes opera iustitiæ, conferri et cœquari nullo modo possunt. Proinde si sapientes, si beati esse volumus, cogitanda et proponenda^d sunt nobis non tantum Terentiana illa^{e, f}; *molendum esse usque in pistrino*^g, vapulandum, habendæ com-

*At si quos nimium fallax illex-
que malorum*

Planities sumis.

Sic Apuleius Apol. p. 323: *illices oculos*. Plura Elmenh. c. l. Tertull. Apol. 41: *vos malorum illices*. de Pœnit. c. 9: *conuersationem iniungens misericordiã illicem*. Alibi Lactantius L. 6. 23. 5: *obiicit oculis irritabiles formas*. Vbi Cyprianus de Zelo et Liuore in princ. *offert oculis formas illices*. Bün.

f) *perniciosa*] Editi omnes: *perniciosissima*. Non damno, sed præfero *perniciosa*, quod præstant Bonon. Tax. Pen. Vltr. Iun. Goth. Lipf. i. Reimm. Bün.

g) *deleniunt*] Hæc orthographia melior Gothani. Bün.

a) *existimanda*] Reimm. *extimanda*. Bonon. Tax. Pen. *estimanda*. De qua diuersitate ad L. 5. 21. 8. sæpe veteres simplex pro composito ponunt. Bün.

b) *subtractum his labibus*] Sic nostri Lipsienses. Nec placet quod in Goth. Cant. Rom. est, *substractis*. Cell.

c) *subtractum his labibus*] Iun. *substractis ab his labibus*. Rost. Ven. 1472. vtraque 78 - 1515. Paris. Crat. Gymn. *substractis his labibus*.

Reimm. *subtractum est* (dele: est) *his labibus*. Rectius Lipf. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. reliqui: *subtractum his labibus*. Non obseruarunt editores exprimi Cyprianum L. 2. ep. 2. ed. Erasmi ad Donatum: *QUANTVS hic animi potensatus est, QUANTA vis est, non tantum ipsum esse subtractum perniciosiss contactibus* (Gryph. vitiose: *contractibus*) mundi, *ut quis expiatus et purus nulla incurstantis inimici labe capiatur - ipse a terrenis contactibus liber fluctuantis mundi turbines intruere*. Nescio, vnde Heumann. sciat in MS. Thomasio esse: *subtractum*, certe Thomasi margo, et Isæus hic tacent. Silentium vero Thomasi sæpe fallit. Bün.

d) *proponenda*] Reimm. *propinanda*. Bün.

e) *Terentiana illa*] Phorm. act. 1. scen. 5. v. 19. Cell.

f) *Terentiana illa*] Verba non vt Cell. et Walch. volunt in Phorm. 1. 5. 19. sed Phorm. 2. 1. 19. occurrunt. Bün.

g) *molendum esse usque in pistrino*] Abest usque a Lipf. tertio, æque vt ab aliquot MSS. Terentii, Rost. Ven. 1471 - 1515. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Thomas. Thyf. Gall. Spark.

in

compedes^b; sed his multo atrociora^c carcer, catenæ, tormenta patiendâ; sustinendi dolores, mors denique ipsa et fuscipiendâ est et ferendâ, quum liqueat conscientiæ nostræ, nec fragilem istam voluptatem sine pœna, nec virtutem sine diuino præmio fore. Vniuersos igitur oportet operam dare, vt vel se quam primum ad rectam viam dirigant; vel^k susceptis operatisque^l virtutibus et huius vitæ laboribus patienter exactis, consolatorem Deum habere mereantur. Præter enim noster ac dominus, qui condidit, firmavitque cælum, qui solem cum ceteris sideribus induxit^m qui libratam magni-

in pistrinum. Rectius Goth. Lips. Reimin. Betul. Tornæs. 1587. 1613. Itæus, Cell. Walch. cum libris Terentii: *in pistrino.* Büin.

b) habenda compedes] Sic libri omnes, quum aut habendum compedes, aut habendas compedes dicendum fuisset; sed *vitiösam locutionem*, inquit Donatus, *seruili persona dedit.* Conf. Westersh. p. 1102. Büin.

i) multo atrociora] Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. *multo maiora.* At Goth. Lips. Reimm. Angl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Betul. Tornæs. Thomas. etc. *multo atrociora.* Optime. Aurel. Vict. Cæf. 26. 7: *ne atrociora acciderent.* Büin.

k) vt vel se quam primum - vel susceptis] Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. Bet. Itæus: *vt se quam primum - vt susceptis.* Satis recte, vti etiam Heumanon visum. At perperam Thomas. Thyf. Gall. Sparkius, Walch. *vt vel se quam primum - vt susceptis.* Bon. Tax. *vel se quam primum - vel.* Pen. Pal. Iun. Lips. 1: *vel vt se quam primum - vel susceptis* (Iun. *vel vt susceptis*). Goth. Lips. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 1478. (Hæum enim, tradens etiam in ed. 1478. pro posteriori VEL reperiri VT, non

accurate vidit, litteræ: *ut* non *vt* sed *vel* signant.) porro Ven. 1493. 97. et Paris. 1513: *vt velse quam primum - vel susceptis.* Quum longe plures libri illud *vel vel* exhibeant, verbis hunc sensum subesse puto: *vniuersos oportet operam dare, vt vela veritate, i. e. Christiana religione alieni se quam primum ad rectam viam dirigant i. e. Christianam religionem fuscipiant.* vide n. i. vel iam Christiani post susceptas et operatas (opere demonstratas) virtutes et calamitates *consolatoremmereamur.* Büin.

l) operatis] passiuè. cuius generis plura habet noster, e. g. L. 5. 22. 22: *aucupatus.* de Mort. Perf. 22. 4: *exsecratus.* Conf. Vechner. Hellenol. et Heusingerum L. 1. p. 1. c. 9. a p. 104 - 116. Vfus hic passiuus in meis Lexicis non indicatus. Ita quoque Tertull. Præscr. Hær. c. 29: *tot charismata perperam operata, tot ministeria perperam FVNCTA.* Desideratur quoque in Lexicis INOPERATVS eiusdem L. 2. adu. Marcion. c. 11: *Nec natura inoperatam debuit continuisse bonitatem.* Büin.

m) solem - induxit] Rost. Ven. 1471. vtraque 1478: *- illuxit.* perperam. Sæpe noster *inducere* pro *introducere.* L. 2. 9. 5: *quod lumen abscondat, quod tenebras inducat.* Büin.

n) cor-

magnitudine sua terram vallauit montibusⁿ, mari circumdedit, amnibusque distinxit^o, et, quidquid est in hoc opere mundi, conflauit ac perfecit e nihilo, perspectis erroribus hominum, ducem misit, qui nobis iustitiæ viam panderet.

6 Huac sequamur omnes, hunc audiamus, huic deuotissime pareamus^p, quoniam solus, vt ait Lucretius^q:

Veridicis hominum purgauit pectora dictis:

Et finem statuit cupidinis^{}, atque timoris:*

Exposuitque, bonum summum, quo tendimus omnes,

Quid foret, atque viam monstrauit limite paruo^r,

Qua possemus ad id recto contendere cursu.

Nec

n) terram vallauit montibus] Hinc supra c. 3. 25: *munimenta et aggeres montium.* Bün.

o) mari circumdedit, amnibusque distinxit] Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Parrh. vallauit montibus, mare circumdedit amnibusque distinxit. Ven. 1493. 97. Paris. male distinguunt: vallauit: montibus mare circumdedit etc. Ald. Crat. Gymn. vallauit montibus, mare circumdedit, amnibusque distinxit. Ita legit Pricæus, qui in Comment. ad Act. Apost. 17. 24: *In loco Lactantii, inquit, quid sit: MARE AMNIBVS DISTINGVERE, negotii puto plus satis faces futurum sibi, qui indicandum suscepit. Ego verba transposita existimo, et ad hunc modum repouenda: Terram vallauit montibus AMNIBVSQVE DISTINXIT - MARE CIRCUMDEDIT et quicquid - conflauit. Amnibus a Deo terram distinxit ait, nimirum inter alios usus ad limites designandos. Ipse in de Ira c. 13. de homine loquens: Vtitur fontibus ad potum - fluminibus ad agros irrigandos regionesque terminandas. hactenus Pricæus. Sed salua res est. Goth. Lips. Reimm. et quinque MS. Sparkii, Fasit. Gryph. Betul. Torn. Thomas. Ifæus, reliqui: MARI circumdedit. Sic omnia plana, nec vlla transpositione opus. Immo si*

vel omnes libri haberent *mare*, posset esse ablatiuus, vt de Mort. Perf. c. 21. 11: *osja iactabantur in flumine et mare;* aut si accusandi casum mallet, subaudiendum esset *terra*, vt L. 2. 5. 1: *terris maria circumfudit.* Idem est L. 2. 9. 2: *terram voluit humore circumflui et contineri.* Bün.

p) deuotissime pareamus] Tornæz. MS. *auidissime pareamus.* Reliqui: *deuotissime.* et recte. Sic L. 6. 9. extr. *deuotissimo seruire.* Conf. L. 5. 7. 6. Opif. 19. 9. et quæ noto ad L. 2. 12. 15. (y) p. 255. Bün.

q) vt ait Lucretius] Lib. 6. v. 23. Cell.

r) cupidinis] Bonon. Tax. Pen. Pal. Ultr. Cauc. quinque Sparkii, Emman. Cant. Guelferbytni, Lips. tres, Goth. Reimm. et Tornæz. MSS. Sublac. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. *torpedinis.* ita quoque aliquot antiqui codd. Lucretii. vide Hauercamp. ed. T. 2. p. 430. Fasit. Gryph. Betul. Tornæz. Thom. etc. *cupidinis.* Scripsi p geminato, vt est in melioribus Lucretii editionibus, ita enim versus quantitas postulat. Bün.

r) monstrauit limite paruo] Sic MSS. Lips. et Angl. At in Lucretio plerique edunt *tramite prono.* Rom. *limite prono.* Cell.

s) limite paruo] Bonon. Tax. Pen. Pal.

Nec monstrauit tantum, sed etiam præcescit, ne quis difficultatis gratia iter virtutis horreret. Deseratur, (si fieri potest) via perditionis et fraudis, in qua mors voluptatis illecebris adoperta celatur. Et quanto quisque annis in senectutem vergentibus^t adpropinquare cernit illum diem, quo fit ei ex hac vita demigrandum; cogitet quam purus abscedat, quam innocens ad iudicem veniat, non vt faciunt quidam cæcis mentibus viri^{u. u.}, qui iam deficientibus corporis viribus, in

Pal. Vltr. Lipf. tres, Reimm. Angl. Ven. vtraque 1478. Betul. Tornæs. 1587-1613. Ifæus, Gall. *limite paruo*. Iun. Ald. Crat. Gymn. *tramite paruo*. Goth. Ball. Fasit. Gryph. Thomas. *limite puro*. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Paris. *limite prono*, certe in Lucretio Lambinus, Creechius mallent: *tramite prono*, idem Burmanno visum, qui multis erudite docet, *pronus et paruus* sæpe in libris confundi. vide ipsum ad Ouidii Remed. Am. 201. p. 728. Lactantii vero scopo h. l. melius hic quadrat: LIMITE, (aut TRAMITE) PARVO. Consequentia enim docent, hic agi de via virtutis, quæ non est *prona et decliuus*, sed *ardua et difficilis*: ne quis, inquit, DIFFICULTATIS gratia iter virtutis horreret. vide L. 6. 4. 8. 9. de *angusto tramite*. Conf. L. 5. 18. 11. L. 7. 1. 20. Hinc forte rectius Lactantius vltimum versum: *Qua possemus ad id recto contendere cursu*, non addere debuisset. Hoc tamen: *contendere cursu*, illustrat illud Vellicii Patere. L. 2. c. 70. 2: *cursu ad eum tendentium* a Burmanno merito defensum p. 412. Bün.

^t *annis in senectutem vergentibus*] Expresit Seneca L. 1. Clement. c. 11. pr. *Hæc Augustus senex, aut iam IN SENECTVTEM ANNIS VERGENTIBVS*. Bün.

^u *quidam cæcis mentibus nixi*]

Angl. et Lipf. sic. *Vulgrti, quorum cæcis mentibus qui iam*. Cell.

^x *non, vt faciunt quidam cæcis mentibus viri*] Cauc. Goth. Fasit. Gryph. Tornæs. Paris. 1561. Betul. Walch. *non vt faciunt*, quorum *cæcis mentibus* LVX NEGATVR, vt L. 3. 25. 4: *Quid est aliud hominibus negare sapientiam, quam mentibus eorum verum ac diuinum lumen auferre*. Conf. L. 4. c. 26. 4. 5. Thom. Thyf. Gall. ed. Cantabr. male: *non vt faciunt quorum cæcis mentibus, qui iam*. Si recte vidit Thomasius, in Bonon. legitur: *non vt faciunt quidam cæcis mentibus, qui*. Id Heumannus defendit, vt dicimus: *Quidam magno ingenio*. Addo, sic nostrum dixisse L. 2. 5. 4: *quidam hebetis obfusique cordis*. Nam et gignendi et auferendi casu ita ponunt. At Bon. (teste altero collatore Ifæo) Tax. Pen. Vltr. Iun. quinque Sparkil Emman. Cant. Lipf. et Tornæs. MSS. Sublac. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Ifæus, Sparkius, Cellarius: *non vt faciunt quidam cæcis mentibus nixi, qui*. Iunt. NISI. Sed quis dicit nisi *caca mente*, NIXI, vel NISI *cæcis mentibus*; num hæc forte descriptio pertinacium, vt nos Germani: *die auf ihrem blinden Sinn, Meynung, Kopf bestehen?* Mihi præplacuit

lin.

16^{ris} et patris sui, punietur. Intendamus ergo iustitiæ, quæ nos inseparabilis comes ad Deum sola perducet; et, dum *spiritus hos regit artus*, infatigabilem militiam. Deo militemus, stationes, vigiliisque celebremus, congregiamur cum hoste, quem nouimus, fortiter, ut victores, ac deuictio aduersario triumphantes, præmium virtutis, quod ipse promisit, a Domino consequamur.

L. COE-

r) *imperatoris*] L. 5. 19. 25. L. 6. c. 4. 17. c. 8. 9. Bün.

s) *qua perducet*] Heumann. legit: *perducet*; pro: *ut ea perducatur*. libri *perducet*. Bün.

t) *dum spiritus hos regit artus*] Hemistichium Virgilio L. 4. Aen. 336. Bün.

u) *infatigabili militia Deo militemus*] Sexto casu MSS. Angl. Lips. Goth. et ed. Rom. Vulgati quarto *infatigabilem militiam*. Cell.

x) *infatigabilem militiam militemus*] Goth. Reimm. Emman. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. 93. 97. 1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Ixus, Cell. *infatigabili militia*. Pal. Cauc. Iun.

Lipf. 1.3. Veneta vtraque 1478. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomæ. Thyf. Gall. Spark. Walch. Heum. *infatigabilem militiam - militemus*. Et ita legit et ex hoc loco probauit Sanctius in Minerva L. 3. c. 3. p. 358. idemque confirmauit ex Horatii. Od. 1. 23: *Libenter hoc et omne militabitur bellum*. Conf. Perizon. p. 358. Ad rem ipsam pertinet L. 5. 19. 26: *Dei cultus, quoniam militia caelestis est, deuotionem maximam fidemque desiderat*. L. 6. 20. 16: *inisti malis est ipsa iustitia*. Bün.

y) *stationes vigiliisque*] vid. L. 6. c. 4. n. 15-17-19. Bün.



L. COELII LACTANTII
FIRMIANI,

OPERVM

VOLVMEN II.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
PRESS

L. GOELII LACTANTII FIRMIANI
DE

IRA DEI

AD DONATVM LIBER VNVS.

I.

A Nimaduerti saepe, Donate^a, plurimos id existimare^b, quod etiam nonnulli philosophorum putauerunt, non irasci Deum, quoniam vel benefica sit tantummodo natura diuina; nec cuiquam nocere, præstantissimæ atque optimæ congruat potestati; vel certe nil curet omnino, ut neque ex beneficentia eius quidquam boni perueniat ad nos, neque ex maleficientia quidquam mali. Quorum error, quia maximus est, et ad euertendum vitæ humanæ statum spectat; coarguendus est nobis^c, ne et ipse fallaris, impulsus auctoritate hominum, qui se putant esse sapientes. Nec tamen nos arrogantes^d sumus, ut comprehensam nostro ingenio veritatem gloriemur: sed doctrinam Dei sequimur, qui scire solus potest et reuelare secreta. Cuius doctrinæ philosophi expertes, existimauerunt naturam rerum coniectura posse de-

a) *Donate*] c. 22. r. Scriptus hic liber post librum de Opificio et Institutiones. vid. L. 2. 17. 5, et de Ira c. 11. 2. c. 17. 12. Bün.

b) *plurimos id existimare*] Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornzs. Betul. Thómas. Cell. Walch. Heumann. *plurimos existimare*. Bon. Tax. *plurimos id existimare*. Pen. Vltr. Londinensis Regius, (citius varias vsque ad c. XIII. n. 10. Celeberr. Abramus Gronouius per doctissimum Juris Candid. Io. Ludou. Vhlium cum maxime mecum conimicauit,) Emman. Cant. Lipf. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. et Paris. *plurimos id existimare*, vnde recepi deletis cancellis intra quos verba: *quod putauerunt*, multi concluderant. Bün.

c) *coarguendus est nobis*] Editi omnes et multi scripti: *coarguendus est a nobis*. Malui antiquissimum Bonon. sequi, in quo dandi casu: *coarguendus est nobis*. Sic restitui L. 7. c. 8. 4: *Deus non adpectu nobis comprehendendus est*. Bün.

d) *nos tam arrogantes*] Abest tam a Goth. Lipf. Rom. Cell.

e) *Nec tamen nos arrogantes*] Cauc. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornzs. Betul. Thomas. Thyf. et seqq. *Nec tamen nos tam arrogantes*; at Bon. Tax. Pen. Goth. Lipf. Reimm. Londin. Regius, Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ifszus et Heum. illud tam eiicitus; quos sequor. Bün.

deprehendi. quod nequaquam fieri potest, quia mens hominis, tenebroso corporis domicilio circumsepta, longe a veri perfectione ^f submotā est: et hoc differt ab humanitate divinitas, quod humanitatis est ignorantio ^g, diuinitatis scientia.

5 Vnde nobis aliquo lumine opus est ad depellendas tenebras, quibus offusa ^b est hominis cogitatio: quoniam in carne mortali agentes ⁱ: de nostris sensibus ^k diuinare non possumus.

6 Lumen autem mentis humanæ Deus est, quem qui cognouerit, et in pectus admiserit ^l; illuminato corde mysterium veritatis agnosceret: remoto autem Deo cælestique doctrina, omnia erroribus plena sunt, recteque ^m Socrates, quum esset omnium philosophorum doctissimus; tamen vt ceterorum argueret inscientiam ⁿ, qui se aliquid tenere arbitrabantur,

ait,

f) a veri perfectione] Reimm. Cant. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78: a veri perfectione. Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Iunt. a Dei perfectione, et ita olim Heumanno placebat in excerptis variis ed. Florentinæ; etiam in membr. Guelf. est perfectione. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. 1587 - 1613. Walch. a Dei perfectione. Betul. a Deo perfectione; sed his omnibus rectius Bodon. Tax. Pen. Londin. Reg. Goth. Guelferb. chartac. Lips. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Cell. et nunc Heumannus: a veri perfectione. Ita legendum est, inquit recte Thomafius, ex antiquis codicibus; nam hic vult probare cognitionem omnem veritatis esse a Deo, de cognitione autem, hoc est de modo, quo Deus cognoscitur, verbum nullum. Probo ex loco consimili L. 7. 2. 8: mens hominis - in tenebroso domicilio inclusa - neque clarius perspicere veritatem potest. Vindicauit quoque ad L. 2. 8. 68. (1) p. 234: terrenum adhuc animal rerum cælestium perfectionem non capis. Bün.

g) humanitatis est ignorantio] hu-

manitatis. i. e. humanæ naturæ. L. 3. 10. 14. Hæc intelliges clarius ex L. 3. 6. 2: ubi ergo sapientia est: ut neque te omnia scire putes, quod Dei est, neque omnia nescire, quod pecudis. Est enim aliquid medium, quod sit hominis; id est scientia cum ignorantia coniuncta et temperata etc. Bün.

b) offusa] Reimm. effusa. prae. Ven. 1471. offusa. pessime. vide quæ notauit ad L. 2. 1. 13. (u) p. 164. et ad L. 7. 24. 7. Bün.

i) agentes] vid. not. 4. 23. 2. Bün.

k) de nostris sensibus] Bon. Tax. Bodl. de nostris sensibus, quod recepi. de valet ex i. e. per nos, ex nostris sensibus. Bün.

l) in pectus admiserit] L. 5. 22. 21. Bün.

m) recteque Socrates] Emman. Recte ergo Socrates. Bün.

n) inscientiam] Reimm. insitiam. prae. Pier. Parrh. insaniam. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Paris. Ald. et hoc recentiores omnes inscientiam. Lond. Reg. Goth. Ven. 1493. 97: inscientiam. Recepi vocem Ciceroni et

ait, *se nihil scire, nisi unum, quod nihil sciret*°. Intellexit enim, doctrinam illam nihil habere in se certi, nihil veri; nec, vt putabant² quidam, dissimulauit¹ ipse doctrinam², vt alios refelleret; sed vidit ex parte aliqua veritatem², restatusque est etiam in iudicio, (sicut traditur a Platone³), quod nulla esset humana sapientia: adeo doctrinam², quam philosophi gloriabantur, contempsit, derisit, abiicit³; vt id ipsum pro summa doctrina profiteretur⁴, quod nihil scire didicisset. Si ergo nulla est sapientia humana, vt Socrates docuit, vt Plato tradidit; adparet esse diuinam, nec vllialii, quam Deo, veritatis notitiam subiacere⁵. Deus igitur noscendus est, in quo solo veritas⁶ est. ille mundi parens,

et nostro gratam. vide L. 5. 3. 24. Conf. Gronou. ad Liuii L. 22. c. 25. Mucker. ad Fulgent L. 3. proleg. p. 101. Bün.

o) *se nihil scire - sciret*] vid. Cic. L. 1. Acad. Qu. c. 4. et L. 4. Ac. Qu. c. 23. Bün.

p) *putabant*] Heumann. *putant*, scribit. Lond. Reg. Goth. Lips. Reimm. et omnes editi: *putabant*. Bün.

q) *simulauit ipsam doctrinam*] Lips. Goth. Rom. sic. Vulgati *dissimulauit*. Cell.

r) *dissimulauit*] Lond. Reg. Eimm. Cant. Goth. Lips. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Cell. *simulauit*. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. Heumann. *dissimulauit*. Recte Heumannus, *sciens*, inquit, *multa, tamen dicebas nihil se scire. Hac vero est dissimulatio scientia, non simulatio*. Bün.

s) *ipse doctrinam*] Sic edo ex Bon. et Tax. Plures *ipsam*. At Ven. 1493. 97. pronomen plane neglexerunt. Bün.

t) *ex parte aliqua veritatem*] Lond. Reg. *ex parte aliquam veritatem*. Non male. Reliqui: *ex parte aliqua*. vt L. 3. 3. 12. Potest fieri, vt omnes EX PARTE ALIQUA errauerint, *ex parte attigerint veritatem*. Idem ex Cicerone L. 3. 14. 15: *aliqua ex parte*. Bün.

u) *sicut traditur a Platone*] In Apologia Socratis. Cell.

x) *adeo doctrinam*] Fasit. Gryph. Tornæs. Betul. Thomas. et recentiores *adeoque*. Deleui *que*, quippe a Bon. Tax. Pen. Lond. Reg. Emman. Cant. Goth. Lips. 2. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Iunt. Crat. Gymnico alienum. Bün.

y) *contempsit, derisit, abiicit*] Elegans asyndeton, quale Ciceronis: *abiit - erupit*. Bün.

z) *id ipsum pro summa doctrina profiteretur*] Vt L. 6. 18. 1: *idque ipsum pro summa scientia praeferunt*. Bün.

*) *subiacere*] vid. ad L. 7. c. 20. 11: *Deo subiacet posse omnia*. Bün.

***) *in quo solo veritas*] Ven. 1497. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Fasit. Gryph. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. *in quo sola veritas est*.

rens, et conditor rerum, qui oculis non videtur, mente vix cernitur, cuius religio multis modis impugnari solet ab iis, qui neque veram sapientiam tenere potuerunt, neque magni et caelestis arcani comprehendere rationem.

- II. Nam quum sint gradus multi, per quos ad domicilium veritatis adscenditur; non est facile cuilibet euehi ad summum. Caligantibus enim veritatis fulgore luminibus, qui stabilem gressum tenere non possunt, reuoluuntur in planum. Primus autem gradus est, intelligere falsas religiones, et abiicere impios cultus deorum humana manu fabricatorum^{b.c}: secundus vero, perspicere animo, quod vnus sit Deus summus, cuius potestas ac prouidentia effecerit a principio

Scripti ex Bon. Tax. Pen. Lond. Reg. Emm. Cant. Lips. tert. Reimm. Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. Gymn. Betul. Paris. 1561. Tornæs. 1587-1613. Ifæo, Heumanno[?] in quo SOLO sc. Deo. Mirum tot priores editores non attendisse. In Deo non SOLA veritas, sed etiam sapientia, iustitia etc. at in eo SOLO veritas, vnde n. 8: *Nec vlli alii quam Deo veritatis notitiam subiacere.* Büñ.

a) *stabilem gressum tenere*] Lucretius L. 2: *Inconcussa tenens dubio vestigia gressu.* Senecæ in Thyest. 5. 927: *STABILEM in plano figere GRESSVM.* Conf. not. n. 3. Büñ.

b) *cultus humana manu fabricatorum*] MSS. libros sequimur. *Vulgati, cultus deorum, et fabricatos.* Cell.

c) *cultus deorum humana manu fabricatorum*] Sublac. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78 - 151p. Paris. *cultus humana manu fabricatos.* Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Thyf. Gall. Spark. *cultus deorum humana manu fabricatos.* Perperam; cultus enim non erant manu fabricati, sed dii. Goth.

Lips. Reimm. Cell. *cultus humana manu fabricatorum.* etiam Bon. Tax. Pen. Vltr. Londin. Reg. Emman. Mert. C. C. C. Ball. *fabricatorum.* Ifæus et Walch. *cultus deorum humana manu fabricatorum.* Heumannus pro *HVMANA scribendum esse NVMINVM* nihil dubitat, h. m. *cultus Numinum manu fabricatorum.* Ego prætuli lectionem Ifæi, et vix dubito *DEORVM*, quod in multis editis est, etiam in nonnullis MSS. deprehendi; collatores enim tantum emendationem in *FABRICATORVM* voce posuerunt. Voces *humana manu*, quæ sunt in omnibus, non puto sollicitandas, libenter Latini istas voces coniungunt, noto ad *Lact. 5. 22. 21: non sacrificare lapidibus HVMANA MANV factis.* L. 7. 11. 5: *manibus humanis laboratum.* Quintil. *Declam. XIII. c. 16. p. 291: humanas manus expectat.* Ad rem ipsam maxime huc pertinet *Lact. 7. 22. 12: ad impios cultus manu factorum deorum, al. fabricatorum deorum.* Deos vero in plurali *NVMINA* alicubi a Lactantio dici non memini. Büñ.

d) ab

pio mundum, et gubernet in posterum: tertius, cognoscere ministrum eius ac nuntium, quem legauit in terram, quodocente liberati ab errore, quod implicati tenebamur; formatique ad veri Dei cultum, iustitiam disceremus. ex quibus omnibus gradibus, vt dixi, pronus est lapsus et facilis ad ruinam, nisi pedes inconcussa stabilitate figantur^e. De primo gradu eos excuti videmus, qui, quum falsa intelligant; tamen verum non inueniunt; contemptisque terrenis, fragilibusque simulacris, non ad colendum se Deum conferunt, quem ignorant; sed mundi elementa mirantes, cælum, terram, mare, solem, lunam, cæteraque astra venerantur. Sed imperitiam horum iam coarguimus in secundo *f* diuinarum institutionum libro. De secundo vero gradu eos dicimus cadere *g*, qui quum sentiant, vnum esse summum Deum, iidem tamen *h* a philosophis irretiti, et falsis argumentationibus capti, aliter de vnica illa maiestate sentiunt, quam veritas habet; qui aut figuram negant habere vllam Deum *i*, aut nullo adfectu *k* commoueri purant, quia sit omnis adfectus imbecil-

d) ab errore, quo] Lond. Reg. ab errore multiplici, quo. Bün.

e) pedes inconcussa stabilitate figantur] vid. not. ad n. 1. Seneca ad Marc. c. 6: *sege stabilem gressum.* Cyprian. de Vnit. Eccl. l. simpl. Prælat. in princ. *hos - immobili et inconcussa firmitate solidatos.* Lact. 6. 25. 14: *stabilis - inconcussus.* Bün.

f) in secundo - libro] c. 5. et 6. Bün.

g) De - gradu - cadere] Elegans copia n. 4: *de gradu excuti.* n. 6: *de gradu precipitari.* n. 7: *de gradu labi.* add. Gronou ad Senec. Agamemn. 3. 515:

Felix vocatur cadere qui meruit gradu. Bün.

h) qui quum sentiant - Deum, iidem tamen] Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Tornæz. Betul. Thom. et omnes recentiores: *qui consentiant - Deum. Iidem tamen.* Perperam; Lips. 2. Ven. vtraque 1478. 53.

97: qui cum sentiunt. Londin. Reg. Emman. Cant. Goth. Reimm. Subl. Rost. et Paris. *qui cum sentiant - Deum, iidem tamen.* Vbi alii post Deum punctum habent, postul comma, nam faciunt periodi apodosin. *Quum sentiant* vero genuina lectio, vt n. 4: *qui, Q VVM falsa INTELLIGANT TAMEN,* et n. 6: *qui quum sciant - conditorem, tamen.* Ita variauit: *intelligere - sentire - scire.* Bün.

i) figuram - habere - Deum] Statuit quidem alibi Deum esse incorporreum, e. g. L. 7. 3. 4. et alias, figuram tamen Deo tribuit conf. cap. 11. 13. cap. 18. 13. in quo errauit cum aliis. vid. Arnob. L. 3. p. 106. p. 109. add. Interpretes ad Minuc. Fel. cap. 19. et conf. Cic. 1. Nat. Deor. cap. 10-12. Lips. L. 1. Physiol. Stoic. Disf. 7. et L. 3. Disf. 13. Bün.

k) aut nullo adfectu] Longe plurimi editi, in his Cellarius: *aut vltio*
Rrr 5 ad-

- 6 cillitatis; quæ in Deo nulla est. De tertio vero ii præcipi-
tantur, qui quum sciant legatum Dei, eundemque diuini et
immortalis templi conditorem, tamen aut non accipiunt eum,
aut aliter accipiunt, quam fides poscit. quos¹ ex parte iam
refutauimus in quarto^m supradictiⁿ operis libro, et refutabi-
mus postea diligentius, quum respondere ad omnes sectas^o
cœperimus, quæ veritatem, dum dissipant, p^r perdiderunt.
- 7 Nunc vero contra eos disseremus, qui de secundo gradu lapsi
præua de summo Deo sentiunt. Aiunt enim quidam, nec gra-
tificari eum cuiquam, nec irasci; sed securum, et quietum im-
mortalitatis suæ bonis perfrui.
- 8 Alii vero q^r iram tollunt,
gratiam relinquunt Deo. naturam enim summa virtute præ-
stantem, vt non maleficam, sic beneficam esse debere^r. ita
omnes

adfectu, perperam. Rectissime sep-
tem Vaticani, Lond. Reg. Lips. 2.
Reimm. Tornæs. 1587-1613. Geneu.
Isæus, Walch. Heumann. aut nullo-
putant. Laudarem vlllo, si omisit-
sent putant, quo addito sine dubio
aut nullo legendum. Bün.

l) quos] Bonon. Quod. Bün.
m) in quarto - libro] c. 10. 11. 14. 16.

Bün.

n) supradicti] vide de hac voce
not. L. 6. 5. 5. Vfus eadem Vopi-
fcus in Aureliano c. 9. et c. 36. licet
fatis commode possint esse duæ vo-
ces. Bün.

o) ad omnes sectas] Intercidit hoc
scriptum. vid. not. L. 4. 30. 14. Bün.

p) veritatem dum dissipant, per-
diderunt] Chartac. maior Guelferb.
Witt. Lips. Subl. Rost. Ven. 1471-
1515. et editi reliqui: veritatem dum
disputant, perdiderunt. Ian. Gulielm.
in Plaut. Menæchm. Quæst. c. 4.
membranas infimæ antiquitatis re-
ctius habere censuit: veritatem dum
dissipant, perdiderunt. Certe mem-
branz Guelferb. Goth. Vltr. Londin.
Reg. et Emman. DISSIPANT
præstant. vt mirandum sit, a nemi-
ne Gulielmium esse auditum. Idem

toties inculcauit Lactantius, maxime
de sectis, ad quas respicit, dixit L. 4.
30. 4. *discidium facerent, et ecclesiam*
(in qua veritas) DISSIPARENT.
L. 2. 10. 6: *vt veritas - solet variis*
sermonibus dissipata corrumpi. L. 7.
22. 6: *opinio veritatem per diuersa*
ora sermonesque varios dissipatam
mutauit. Bün.

q) Alii vero] Parrh. Iunt. Ald.
Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet.
Thomas. Thyf. Gall. Cell. Walch.
illi vero. At rectius Bon. Tax. Pen.
Cauc. Vlthr. Lond. Reg. Emman.
Cant. Goth. Lips. 2. 3. Reimm. Subl.
Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93.
97. Paris. Isæus, Spark. Heum. Alii
vero. Bün.

r) vt non maleficam, sic beneficam
esse debere] Lond. Reg. Goth. Lips.
2. Reimm. vt non maleficam esse de-
bere. Cant. i. e. Subl. Rost. Ven.
1471. vtraque 78. 93. 97. Parrhas.
Et non maleficam esse debere. Paris.
1513: præstantem, non maleficam esse
debere. Lips. tert. Ald. Crat. Gymn.
Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas.
Isæus etc. vt non maleficam sic be-
neficam esse debere. Bün.

omnes philosophi de ira consentiunt, de gratia discrepant. Sed vt ad propositam materiam per ordinem descendat oratio, huiusmodi facienda nobis, et sequenda ^s partitio est; quum diuersa et repugnantia sint, ira et gratia: Aut ira tribuenda est Deo, et gratia detrahenda; aut vtrumque pariter detrahendum ^t: Aut ira demenda est, et gratia tribuenda; aut neutrum detrahendum ^u. Aliud amplius præter hoc nihil potest capere natura ^y; vt necesse sit, in vno istorum aliquo verum, quod quæritur, inueniri. Consideremus singula; vt nos ad latebras veritatis et ratio et ordo deducat.

III. Primum illud ^a nemo de Deo dixit vquam, irasci eum tantummodo, et gratia non moueri. est enim inconueniens ^b Deo, vt eiusmodi potestate sit præditus, qua noceat,

^s) et sequenda] Editi: et exsequenda. Reimm. facienda nobis exsequenda. At Bonon. Tax. Vltr. Lond. Reg. Goth. Emman. et sequenda. Quos secutus sum. Bün.

^t) vtrumque pariter detrahendum] Thomas. Thyf. Gall. Spark. pariter omittunt, quod Lond. Reg. Emman. Cant. Goth. Lipf. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Isæus etc. addunt. Bün.

^u) aut neutrum detrahendum] Sic MSS. et Rom. Vulgati tribuendum. Cell.

^x) aut neutrum detrahendum] Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. aut neutrum tribuendum, perperam sane. nam hoc idem esset cum præcedentibus: aut vtrumque pariter detrahendum. Alterutra ex proxime sequentibus lectionibus vera est, vtriusque vero eadem sententia licet verba differant: Bonon. antiquissimus, quem Isæus, Gall. Spark. sequuntur: aut vtrumque tribuendum. Bonon. alter, Tax. Pen. Cauc.

Vltr. Lond. Reg. Emman. Cant. Guelferb. duo meliores, Goth. Lipf. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. 1513. Betul. Cell. Walch. Heum: aut neutrum detrahendum. Ad hoc quantum partitionis membrum pertinet caput sextum. Primum membrum: Aut ira tribuenda est Deo et gratia detrahenda. consideratur C. 3. a sect. 1-5. Alterum membrum: Aut vtrumque pariter detrahendum; refutatur cap. 4. toto. Tertium membrum. Aut ira demenda est et gratia tribuenda, refutatur capite quinto. Quartum, vt dictum, adseritur cap. sexto. Bün.

^y) capere natura] Lipf. 2. 3. et Reimm. capere vera natura. Bün.

^a) Primum illud] Goth. et Lond. Reg. Primum aliud. Lipf. 2. et Reimm. Primum autem illud. Bün.

^b) inconueniens Deo] Angl. etiam Lond. Reg. Goth. Guelferb. membr. Lipf. Witt. Reimm. et omnes omnino editi: disconueniens Deo. Noui quidem Horatii: disconuenientiam, et Tertulliani: disconuenientiam ab aliis obseruatam; at quia nusquam alibi

- 2 et oblit; prodesse vero ac benefacere nequeat. Quæ igitur ratio, quæ spes salutis hominibus proposita est, si malorum tantummodo auctor est Deus? quod si fit, iam maiestas illa venerabilis non ad iudicis potestatem, cui licet seruare ac liberare, sed ad tortoris et carnificis officium deducetur.
- 3 Quum autem videamus, non modo mala esse in rebus humanis, sed etiam bona: utique si Deus est auctor malorum, esse alterum necesse est, qui contraria Deo faciat, et det nobis bona.
- 4 na. Si est; quo nomine adpellandus est? cur nobis, qui ma-

ea voce utitur; prætuli scripturam Bonon. Taxaq. et alterius Guelferbyt. codic. *inconueniens Deo*. Ita Lib. 1. II. 41: *Quanto id magis inconueniens est Deo*. Epit. Taurin. *Putant inconueniens fuisse*. Bün.

c) auctor est Deus] Reimm. auctor vel vltor est Deus. Bün.

d) quod si sit - iam - deducetur] Heumanno in excerptis ad Walch. ex edit. Florentina deducitur in præsentem placebat, quod etiam in Pier. Parrh. et Ifæo inuenio; in notis vero ad h. l. nihil monuit. At Londin. Reg. Goth. Lipf. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. deducetur, in futuro. Rectissime. Ita solet. L. 1. 9. 6: *Quod si cogitet aliquis, quæ sint Dei opera, iam hæc - ridicula iudicabit*. L. 5. 19. 14: *- audeant disputare - iam profecto - stultitia irridebitur*. de Ira 23. 14: *consultat unusquisque suos adfectus, iam intelliget*. L. 1. 3. 13: *At si concipiat animo - iam intelliget*. Interdum, sed rarius præfens coniunctiuum repetit, ut monui ad Lib. 6. 2. 2. *Si caeleste lumen contemplari velint, iam sentient, non nulli libri sentiant*. Præfens vero indicatiui, nisi idem præcesferit, in altero membro sequente iam non repetit. Bün.

e) non modo mala esse] Ed. Thomafii prima Antu. 1570. ed Cantabr. et Cell. *non modo male esse*, vitiose. Omnes scripti, e.g. Lond. Reg. Goth. Lipf. Reimm. et editi reliqui, etiam Thomafii altera Antu. 1587. *non modo mala esse*. Bün.

f) utique si est, auctorem esse] Goth. et Lipf. vnus sic. Cell.

g) utique si Deus est auctor malorum, esse] Emm. Merton. C. C. C. Cant. Reimm. Lipf. 2. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Iunt. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Ifæus: *utique si Deus non est, auctorem esse alterum necesse est*. Gall. Spark: *utique si Deus non est, esse alterum necesse est*. Cellar. *utique, si Deus est, auctorem esse alterum necesse est*. Scripsi, ex antiquis Thomafii codicibus, etiam teste Ifæo ex Bonon. et Taxaq. item Londin. Reg. Walch. *Si Deus est auctor malorum, esse alterum necesse est*. Heumannus lectionem: *si Deus non est, auctorem esse factam putat ex: Si Deus malorum est auctor, esse. et hanc scripturam hoc ordine, arbitratur esse verissimam*. Res est eadem; sed præstat MSS. sequi. Bün.

h) cur nobis] Lond. Reg. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thom. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. *aut cur nobis*. Emm. *Cur ille nobis*. Goth.

male facitⁱ; notior est, quam ille, qui bene? si autem nihil potest esse præter Deum, absurdum est et vanum, diuinam putare potestatem, qua nihil est maius, nihil melius, nocere posse, prodesse non posse^{k. l.}, ac ideo nemo existit, qui auderet id dicere; quia nec rationem habet, nec villo modo potest credi. Quod quia conuenit^m; transeamus, et veritatem alibi requiramus.

III. Quod sequitur, de schola Epicuri est; sicut iram in Deo non esse, ita ne gratiam quidem^{a.} nam quum putaret Epicurus, alienum esse a Deo, male facere^b; atque nocere^c; quod ex adfectu iracundiæ plerumque nascitur: ademit ei etiam beneficentiam; quoniam videbat consequens esse, ut si ha-

Goth. Lipf. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. *Cur nobis. Bün.*

a) *qui male facit*] Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. *qui male fecit.* Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Cell. Walch. *qui male facias.* Lond. Reg. Emman. Lipf. a. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Ifæus: Heum. *qui male facis.* recte. Bün.

b) *nocere posse*] addunt vulgo, *prodesse non posse*, quod non adparet in MSS. Cell.

c) *nocere posse, prodesse non posse*] Absunt *prodesse non posse* ab Goth. Lipf. Reimm. Emm. Cant. Rost. Cell. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. *nocere, prodesse non posse.* Plonius Lond. Reg. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. Heumann. *nocere posse, prodesse non posse.* Hanc lectionem veram esse, liquet ex num. 1. Bün.

d) *Quod quia conuenit*] i. e. Quia in eo conueniunt omnes; siue nostri verbis de Opif. 17. a: Quod

quia inter philosophos conuenit. Ita Cicero L. 1. Inuent. c. 9. *quid factum sit*, conuenit. L. 1. N. D. 32. conueniat id quoque. Bün.

a) *ne gratiam quidem*] Restituo e Londin. Regio. Plures: *nec gratiam quidem.* Bün.

b) *male facere*] Restituo ex Bon. Tax. Lond. Reg. Goth. Lipf. 2. 3. Reimm. Heumanno consentiente: *male facere*, vt c. 3. 4: *cur, qui male facit, notior est, quam ille, qui bene.* c. 5. 5: *nec cuiquam male facias.* c. 1. 1: *ex maleficientia.* Ven. 1493. 97: *malum, quod, reliqui: malum facere, quod.* L. 3. 17. 36. ex sententia Epicuri: *sepiensis est - malefacere - Deus - non irascitur cuiquam.* Bün.

c) *atque nocere*] Hæc, quippe haud necessaria, Emm. Cant. Lond. Reg. Lipf. 2. 3. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ifæus delent; addunt vero Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. Heumann. Bün.

- 2 habeat iram Deus ^d, habeat et gratiam. Itaque ne illi vitium concederet, etiam virtutis fecit expertem. Ex hoc, inquit, beatus et incorruptus est, quia nihil curat, neque habet
- 3 ipse negotium, neque alteri exhibet. Deus igitur non est, si nec mouetur ^e, quod est proprium viuientis: nec facit aliquid impossibile homini, quod est proprium Dei, si omnino nullam habet voluntatem, nullum actum, nullam denique administrationem, quæ Deo digna sit. Et quæ maior, quæ dignior ^f administratio Deo assignari potest, quam mundi gubernatio, quam cura viuientium ^g, maximeque generis humani, cui omnia terrena subiecta sunt? Quæ igitur in Deo potest esse beatitudo, si semper quietus et immobilis torpet ^h? si precantibus surdus, si colentibus cæcus? quid tam dignum, tam proprium Deo, quam prouidentia? Sed si nihil curat, nihil prouidet ⁱ; ami-

^d) *ut si habeat iram Deus, habeat et gratiam*] Dauisius ad Cæsar. L. 2. B. Gall. c. 19. p. 72. putat mendum esse et legendum: *ut si habeat gratiam Deus, habeat et iram*. At pro recepta sunt omnes scripti atque editi, et verba ineuntis huius capituli, maxime n. 10: PRIMA sententia fuit IRAM Deo non conuenire. quod quum illi (Epicuro) verum et inexpressibile videretur, non poterat consequentia recusare. Quænam illa consequentia, scilicet ex n. 11. Deum nec gratiam habere, conf. ad rem ipsam Menagium ad Diog. Laert. L. 10. sect. 77. p. 464. et sect. 139. p. 497. et seqq. Bün.

^e) *nec mouetur*] vid. n. 7. nullum motum. Laët. 2. 8. 33-35: *Potestas faciendi aliquid non potest esse, nisi in eo, quod sentit, quod sapit, quod cogitat, quod mouetur - Quod insensibile est, iners et torpidum semper iacet, et nihil inde oriri potest, ubi nullus est motus voluntarius*. Bün.

^f) *Es qua maior, qua dignior*] Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Parrh.

Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Ifzus. Thyf. Gall. Spark. Walch. *Es qua maior et qua dignior*. Ven. 1493. 97: *Et qua maior et dignior*. Paris. 1513. Et quæ maior, quæ MELIOR. At Londin. Reg. Goth. Lips. Reimm. Cell. Heum. *Es qua maior, qua dignior*. Bün.

^g) *quam cura viuientium*] Hæc non habent Bon. et Tax. Bün.

^h) *immobilis torpet*] vid. not. ad n. 3. ex L. 2. 8. 35. conf. not. L. 6. 17. 21. *immobilis stupor manens*. de Ira c. 17. 8: *qui Deum faciunt immobilis*. Bün.

ⁱ) *Sed si nihil curat, nihil prouidet*] Breuius Goth. Lips. 2. Reimm. Emrn. Cant. i. c. Subl. Rost Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris: *sed si nihil prouidet*. Lond. Reg. *sed si nihil curat, prouidet*. Pro recepta Lips. tert. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Thomas. et seqq. conf. Cic. 1. N. D. c. 44. Laët. 3. c. 17. 36. 42. et Epit. c. 36. 2-3. Bün.

k) di-

amifit omnem diuinitatem ^k. Qui ergo totam vim, totam Deo substantiam ^l tollit; quid aliud dicit, nisi Deum omnino non esse? Denique M. Tullius a Posidonio dictum refert, id Epicurum sensisse, nullos deos esse; sed ea, quæ de diis locutus sit, depellendæ inuidiæ causa ^m dixisse: itaque verbis illum deos relinquere, re autem ipsa tollere ⁿ, quibus nullum motum, nullum tribuit officium. Quod si ita est: quid eo fallacius ^o? quod a sapiente, et graui viro debet esse alienum. Hic vero si aliud sensit, et aliud locutus est; quid aliud adpellandus est, quam deceptor, bilinguis, malus, et propterea stultus? Sed non erat tam versutus Epicurus, vt fallendi studio ista loqueretur; quum hæc etiam scriptis ad æternam memoriam consignaret ^p: sed ignorantia veritatis errauit.

^k) diuinitatem] Ven. 1471. et Rost. dignitatem. Goth. Lips. Reimm. Lond. Reg. Ven. vtraque 1478. et reliqui: diuinitatem. Bü. n.

^l) Deo substantiam] Heumanno legendum videtur Dei. Libri Deo. Ita Saluianus L. 4. c. 9: Nam qui nihil aspici a Deo adfirmant, prope est, vt cui adspicium adimunt, etiam substantiam tollant, et quem dicunt omnino nihil cernere, dicant etiam omnino non esse Bü. n.

^m) Tullius a Posidonio dictum depellendæ inuidiæ causa] Respexit Cic. 1. Nat. D. c. 44: Familiaris omnium nostrum Posidonius disseruit in libro quinto de Natura Deorum, nullos esse deos Epicuro videri: quæque is se diis immortalibus dixerit, inuidiæ detestandæ gratia dixisse. Bü. n.

ⁿ) verbis illum deos relinquere, re ipsa tollere] Cicero c. l. in fine: idque videns Epicurus, re tollit, oratione relinquit Deos, et L. 1. N. D. c. 30: Epicurum ne in offensionem Atheniensium caderet, verbis reliquisset deos, re sustulisset. Bü. n.

^o) quid eo fallacius] Reimm. quid

eo facilius? prauæ Rost. Ven. 1472. vtraque 78. 93. 97. Paris: quid Deo fallacius? quam esse verissimam scripturam, inquit Heumannus, haud difficile est ad cognoscendum. Sed nisi me omnia fallunt, ista scriptura est falsissima. Rectissime vero Lond. Reg. Eman. Subl. Goth. Lips. Parrhaf. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. et seqq. quid eo fallacius. Eo scilicet Epicuro quid fallacius? quod (fallacem esse) a sapiente. debet esse alienum. Mox n. 9: Epicurum FALLENDI studio ista dixisse negat. Hinc Cicero L. 1. N. D. c. 31. pr. sunt qui existiment, quod ille in scitis plane loquendi fecerit, fecisse consilio de homine minime vafro (Lact. non versuto) male existimant. Bü. n.

^p) ad æternam memoriam consignaret] Angl. Goth. et Lips. cum Rom. consignaret: vulgo consignemus. Cell.

^q) consignaret] Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Thomas. Thyf. Gall. consignemus. male. Lips. tert. consignaretur. vitiose. At Bon. Tax. Pen. Cauc. Lond. Reg. Emm. Cant. Goth. Lips. 2. Reimm. Subl. Rost. Rom. Ven.

vit. inductus enim a principio verisimilitudine vnius sententia^r, necessario in ea, quæ sequebantur, incurrit. Prima enim sententia^r fuit, iram Deo non conuenire^r. quod quum illi verum et inexpugnabile videretur, non poterat consequentia recusare^r; quia vno adfectu amputato, etiam ceteros ad-

Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Betul. Torn. 1587 - 1613. Geneu. Isæus, Spark. iam ante Cellarium: *consignaret*. Heumann. præfert: *consignaris* ex MS. Thomas. in marg. sed recentior collator Bonon. MS. Isæus *consignaret*, ex eo confirmauit. Bün.

r) *inductus*] Sic Lips. et Rom. et Parrh. et res ita flagitat. Mox *vnus sententia* eorundem et Angl. fide ac auctoritate, vbi vulgo, *vnus falsa sententia*. Cell.

s) *inductus*] Flor. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Bet. Torn. Thomas. Thyf. Gall. *indoctus*. negligenter sane, Bon. Tax. Pen. Vltr. Lond. Reg. Emm. Cant. Goth. Lips. Reimm. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Isæus, Spark. etc. *inductus*. rectissime. L. 3. 17. 16: *Quum hac igitur cogitaret Epicurus, earum rerum velus iniquitate inductus existimauit*. Lips. 2. et Reimm. *Inductus enim vero* legunt. Bün.

t) *vnus sententia*] Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Betul. Torn. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. *vnus falsæ sententia*. Et erat omnino *falsa*, vnde eam Lactantius refutat; at antiquiores libri non agnoscunt. Nam Bon. Tax. Vltr. Lond. Reg. Emm. Cant. Goth. Lips. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. et Paris: *vnus sententia*. Bün.

u) *Prima enim sententia*] Londin. Reg. *Primum enim sententia*

fuit. *Primum*, i. e. paullo ante: a principio. Bün.

x) *iram Deo non conuenire*] Reimm. Goth. Ven. vtraque 1478. *iram in Deum non conuenire*. Rost. Ven. 1493. 97. Pier. Paris. *iram in Deo non conuenire*. Parrh. *ira Deo non conuenit*. At Lond. Reg. Goth. Lips. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Betul. Thomas. Isæus et seqq. *iram Deo non conuenire*. Bün.

y) *non poterat consequentia recusare*] Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. Heumann. *non poterat consequentia rescere* ediderunt; quod repugnat veritati; Epicurus enim rescabat, amputabat, adimebat consequentia, i. e. ceteros adfectus, vnde saltem legendum fuisset: *non poterat non consequentia rescere*. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris: *non poterat consequentia recusari*, qua ratione consequentia esset primus casus substant. feminini in singulari, i. e. *Id quod inde consequeretur, non poterat ab Epicuro recusari*. At rectissime Vltra. Londin. Reg. Emman. Cant. Guelferb. Goth. Lips. i. tert. Reimm. *Non poterat* (sc. Epicurus) *consequentia recusare*. Quum Epicuro hoc iram Deo non conuenire, verum et inexpugnabile videretur, non poterat idem Epicurus recusare, aut negare, etiam hoc, quod inde sequitur, verum esse, scil. Deum, nec gratia nec aliis adfectibus moueri. Bün.

adfectus adimere Deo, necessitas ipsa cogebat. Ita qui non irascitur, utique nec gratia mouetur, quod est iræ contrarium. iam si non ira * in eo, nec gratia est; utique nec metus, nec læticia, nec mœror, nec misericordia. Vna est enim ratio cunctis adfectibus, vna commotio, quæ in Deum cadere non potest a. b. Quod si nullus adfectus in Deo est; quia, quidquid adficatur, imbecillum est: ergo nec cura vllius rei, nec prouidentia est in eo. Hucusque peruenit sapientis hominis c. 13 disputatio. cetera, quæ sequuntur, obtulit. scilicet, quia nec cura sit in eo, nec prouidentia; ergo nec cogitationem aliquam, nec sensum in eo esse vllum. quo efficitur. d, vt non sit omnino. Ita quum gradatim descendisset, in extremo gradu restitit e. f; quia iam præcipitium videbat. Sed quid prodest reticuisse ac periculum dissimulasse? necessitas illum vel inuitum

x) *si non ira*] Lond. Reg. Emman. et Lips. tert. *si nec ira*. Ven. prima 1478. vitiose: *sit non ira*, nec recte Rost. Ven. 1471. altera 78. 93. 97. Pier. *sic non ira*, Reliqui MSS. et editi Parrh. Paris. Ald. etc. *si non ira*. Bün.

a) *qua in Deum cadere non potest*] Ne contradicere sibi cogatur Lactantius, qui paullo ante dixit, haud carere Deum adfectibus, vel ita rescribere: quæ in Deum non cadere non potest, vel, quod malim, hæc verba pro glossemate alienæ manus habe. Heumann.

b) *qua in Deum cadere non potest*] Lips. 2. et. Reimm. *qua in Deum cadere potest* sublata negandi particula, plane ad mentem Heumanni. At Lond. Reg. Emman. Cant. Goth. Lips. 1. 3. Subl. Rost. Ven. 1471 - 1515. immo omnes: *qua in Deum cadere non potest*. Scribit enim Lactantius hæc verba ex mente Epicuri, non sua. Bün.

c) *sapientis hominis*] Epicuri, per ironiam sic dicti. Bün.

d) *quo efficitur*] Opif. 3. 6: *ex quo efficitur*. Bün.

e) *in extremo gradu restitit*] Emman. Lips. *restitit*, quod idem et *constitit* Romani est: et *persistit* Gothani. Cell.

f) *restitit*] Omnes ab anno 1465 - ad 1685, editi: *constitit*, eodem sensu, a *constitit*. Pier. *constituit*, prauæ. Quod Cellarius ex Goth. et Walchius *persistit* commemorant, est in nullo, ne in Gothano quidem. At *restitit* præstant Bonon. Tax. Pen. Vltr. Lond. Reg. Emman. Guelf. Goth. Lips. et Reimm. Optime. vid. L. 4. 19. 9. hoc sensu: *non resistet*. LXX. ἔ μὴ ὑποστή. Opif. 19. 4: *citra hoc opus homo resistit*. et c. 7. 1: *quibus mens si resistere velit, tamquam retinaculis uteretur*. Ponitur etiam a verbo *restare* hoc sensu; conf. meum indicem Latin. Sele&æ ad Castellion. Verf. Cod. S. p. 189. Scriptores veteres pleni exemplorum, e. g. Phædr. L. 1. fab. 12. 3. L. 3. fab. 7. 4. et fab. 14. 2. Bün.

tum cadere cōegit. dixit enim; quod noluit; quia argumentum sic ordinauit, vt ad illud, quod euitabat, necessario deueniret. Vides igitur, quoſperueniat *s. b*, ira sublata, et Deo *iſ* adempta *i*. Denique aut nullus id credit, aut admodum pauci, et quidem scelerati ac mali; qui sperant peccatis suis impunitatem. Quod si et hoc *k* falsum inuenitur, nec iram in Deo esse, nec gratiam; veniamus ad illud, quod tertio loco positum est.

i V. Existimantur Stoici, et alii nonnulli, aliquanto melius de diuinitate *a* sensisse, qui aiunt, gratiam in Deo esse, iram *2* non esse. Fauorabilis admodum ac popularis *b* oratio, non cadere in Deum hanc animi pusillanimitatem *c. d*, vt ab vlllo *ſe*

g) quo perueniat] Lipſ. Goth. Rom. perueniat, Epicurus scilicet; non perueniatur, vt est in vulgatis recentibus. Cell.

b) quo perueniat] Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isæus, Thyſ. Gall. Spark. Walch. perueniatur, idque Heumannus mauult; aut vnus Bonon. et Tax: peruenias. Pen. perueniret. Bonon. antiquisf. Cauc. Vltr. Goth. Lipſ. Reimm. etiam Londin. Reg. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. 1513. perueniat, ſc. Epicurus. De iisdem c. 10. 27: vides, in qua detiramenta inciderint ſc. Epicurei. Bün.

i) et Deo adempta] Lipſ. 2. et Deo adempta gratia. Bün.

k) Quod si et hoc] Reimm. et delet, quod melius reliqui seruant pro etiam, respectu alterius membri refutati. Bün.

a) diuinitate] Gymn. diuinatione, vitioſe. Bün.

b) Fauorabilis admodum ac popularis] Non debebat adeo elegantem voculam admodum fastidire Cellarius in Thomasio, Isæo, Gall. Spar-

kio, auctoritate Bon. Tax. Pen. et Londin. Reg. fultam. n. 8. variat: specioſe ista ac populariter dicuntur. Bün.

c) hanc animi pusillanimitatem] Sequor vtrunque Lipsiensem et Goth. MSS. et edd. Rom. et Parrh. qui pusillanimitatem plenis litteris præ se ferunt: vulgati recentes pusillitatem. Iidem paullo ante fauorabilis ac popularis, vbi vulgo, inserta voce, fauorabilis admodum ac popularis. Cell.

d) animi pusillanimitatem] Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isæus, Thyſ. Gall. Spark. Walch. animi pusillitatem. idem Heumannus Lactantium scripsisse credit. Certe etiam de Opif. 1. 11. voce pusillitas vsus. Libro 6. 17. 17. vt ibi adnoto, etiam variant libri. Etiam in Londin. Regio et Reimm. animi pusillitatem legitur. Exempla hic non profero, quum Walchiana ad vnum omnia Fabri Thesaurus iam præceperit; pusillanimitate Vosſius de Vitiis L. 4. c. 35. obseruauit. Bün.

e) ac

se læsum putet, qui lædi non potest; vt quieta illa et sancta maiestas concitetur, perturbetur, insaniat, quod est terrenæ fragilitatis. Iram enim, commotionem mentis esse, ac perturbationem ^e, quæ sit a Deo aliena. Quod si hominem ³ quoque, qui modo sit sapiens et grauis, ira non deceat ^f, siquidem, quum in animum cuiusquam incidit, velut sæua tempestas, tantos excitet fluctus, vt statum mentis immutet, ardescant oculi, os tremat, lingua titubet, dentes concrepent, alternis ^g vultum maculet nunc suffusus rubor, nunc pallor albescens: quanto magis Deum non deceat tam fœda mutatio? Et si homo, qui habeat imperium ac potestatem, late noceat per iram, sanguinem fundat, vrbes subuertat, populos delet, prouincias ad solitudinem redigat; quanto magis Deum, qui habeat totius generis humani et ipsius mundi potestatem, perditurum fuisse vniuersa credibile sit ^h; si irasceretur? Abesse igitur ab eo ⁵ tam magnum, tam perniciosum malum oportere. et si absit ab eo ira et concitatio ^k, quia et deformis et noxia est, nec cuiquam

e) ac perturbationem] Lipf. 2. et Reimm. ac animi perturbationem. Bün.

f) ira non deceat] Similia iræ signa lege in Senecæ L. 1. de Ira c. 1. et Arnob. L. 1. p. 11. Bün.

g) alternis] Reimm. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Iunt. alterius. Paris. 1513. altern9 i. e. alternus. vitiose. Sed eleganter alternis absolute dicitur pro eo, quod sit per vices. Lucretius. 1. 1010.

Vt sic alternis infinita omnia reddat.

Plinius. L. 5. ep. 18. qua interdum alternis et interdum simul facio. Sueton. Augusto c. 82. vt manus accipies alternis iactaret, adde Benteium ad Horat. L. 2. ep. 2. 176. p. 653. Bün.

h) credibile sit] Hoc vulgo prætermisum, restituumus ex Lipf. Goth. Rom. Cell.

i) credibile sit] Hæc Bon. Tax. et

Thomasius eumque secuti, Isæus Thyf. Gall. Spark. non habent, et Heumannus censet abesse posse, idque eleganter, immo vitiosi latinitatem sermonis, ideoque merito reici digniora quippe quopiam mediis aui monacho, quam Lactantio. Inueniuntur vero ista verba in Cauci, Ultr. Londin. Regio, Emman. C. C. C. Mert. Cant. Goth. Lipf. Reimm. Subl. Roff. Rom. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betuleio, et videntur necessaria. Vt enim n. 3. dixit: Quodsi hominem non deceat - quanto magis Deum non deceat; sic in applicatione n. 4: Et si homo - late noceat - quanto magis Deum - perditurum fuisse credibile sit. Nec aliter n. 7: Si - laudabile videtur - quanto magis - par est. Bün.

k) ira et concitatio] Gymn. ira ratio. Sed melius reliqui: ira et concitatio, n. 2. concitetur. Bün.

quam male faciat ^l: nihil aliud superesse ^m; nisi ut sit ⁿ lenis,
 6 tranquillus, propitius, beneficus, conseruator. Ita enim de-
 mum et communis omnium pater ^o, et optimus maximus ^{p. q}
 7 dici poterit, quod expetit diuina, cælestisque natura. Nam si
 inter homines laudabile videtur, prodesse potius, quam nocere;
 viuificare, quam occidere; saluare, quam perdere (nec immerito
 innocentia ^r inter virtutes numeratur,) et qui hæc fecerit,
 diligitur, præfertur, ornatur ^{s. t}, benedictis omnibus votisque
 celebratur; denique ob merita, et beneficia Deo simillimus
 iudicatur: quanto magis ipsum Deum par est diuinis ^u perfectis
 que virtutibus præcellentem atque ab omni terrena labe
 8 submotum, diuinis, et cælestibus beneficiis omne genus hominum
 promereri ^x? Speciose ista populariterque dicuntur,

l) *male faciat*] Cauc. et plurimi editi: *malefacit*, sed recte Bon. Tax. Pen. Vltr. Lond. Reg. Reimm. Isæus, Cell. Walch. Heum. *male facias*. Heumann. male ex MS. Thomas. *facit* citauit. Nam vtriusque edit. 1570. et 1587. margo *facias* recte habet. Bün.

m) *superesse*] Londin. Reg. Emm. Cant. Lipf. Reimm. et ante Isæum editi: *superest*. At Bon. Tax. Isæus, Walch. et Heum. *superesse*. Bün.

n) *nisi ut sit*] Lipf. 2. 3. Reimm. *nisi quod sit*. Pendet *ut* ab *superest*. Bün.

o) *communis omnium pater*] vt L. 5. 8. 11: *communem omnium patrem Deum*. Elegancia Terentiana, vide Laet. 3. 18. 3. not. Bün.

p) *et optimus maximus*] MSS. sic. Vulgati inferciunt *et vere maximus*. Cell.

q) *et optimus maximus*] Editi ante Cellarium plures: *et optimus et vere maximus*, hinc Heumannus legendum putat: *et vere optimus maximus*. Cum Lipf. et Cellario etiam Londin. Reg. Emm. Cant. Goth. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1493. 97. *et optimus maximus* præferunt. Bün.

r) *nec immerito innocentia*] Lipf. tert. Reimm. *unde innocentia merito*. Bün.

s) *ornatur*] Et hoc ex MSS. est redditum. Vulgatum a plerisque fuerat *honoratur*. Cell.

t) *ornatur*] Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas - Spark. Walch. *honoratur*. Cauc. Vltr. Lond. Reg. Emman. Cant. Goth. Lipf. Reimm. et ab anno 1465 - 1513. editi *ornatur*. Heumann. vtrumque vt glossam *78 præfertur* proseribit. Lipsiensis 2. verba: *benedictis - celebratur* omisit et pergit vt Reimm. *Demumque*. At elegantius reliquorum *Denique*. Bün.

u) *Deum par est diuinis*] In Reimm. pro tribus vltimis vocibus est vacuum spatium. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. *Deum patrem diuinis*. At Lond. Reg. Emman. Cant. Goth. Lipf. Subl. Ven. 1471. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. et reliqui: *Deum par est diuinis*. Bün.

x) *beneficiis - promereri*] Heumannus pro more suo corrigit: *demereri*. Repugnant omnes libri. cont. n. 12. ad *promerendum*. Macrob. L. 2.

Sa-

tur, et multos illiciunt ad credendum: sed qui hæc sentiunt; ad veritatem quidem propius accedunt, sed in parte ^a labuntur, naturam rei parum considerantes. Nam si Deus non irascitur impiis et iniustis; nec pios utique iustosque diligit. Ergo constantior est ^a error illorum, qui et iram simul, et gratiam tollunt. In rebus enim diuersis, aut in vtramque partem moveri necesse est, aut in neutram ^b. Ita, qui bonos diligit, et ¹⁰ malos odit; et qui malos non odit, nec bonos diligit. ^c ^d; quia et diligere bonos, ex odio malorum venit: et malos odisse, ex ^a bonorum caritate descendit. Nemo est, qui amet ^e vitam ¹¹ sine odio mortis; nec adpetit ^f lucem, nisi qui tenebras fugit: adeo natura ista connexa sunt ^g, vt alterum sine altero fieri nequeat.

Saturn. 7. p. 344. Promeruit *omnibus* (patronum) non minus salibus et ingenio, quam forma. Apul. 5. Metam. p. 170: *adulescentem blandis obsequiis promerere*. L. 6. p. 177: *sedulo ministerio amatores promereri*. L. XI. p. 260: *Quod si sedulis obsequiis numerum nostrum promerueris*. Vindicauit pluribus ad L. 6. 9. 24. et ad L. 6. 13. 13. Celeberrimus Burmannus censet etiam in Ouid. L. 2. Amor. El. 8. 24. ferri posse: *Vnum est e Dominis promeruisse satis*. p. 426. Büñ. y) sentiunt] Ven. 1493. 97. consentiunt. male. Büñ.

z) in parte] Lond. Reg. in parte. At prius est rectius L. 3. 6. 5. in parte sustulerant L. 7. 22. 4. in parte corruerint - in parte consentiunt. Büñ. a) constantior est] i. e. magis sibi constat. Büñ.

b) aut in neutram] Lond. Reg. et Goth. aut neutram. Non semper enim præpositio repetitur. Büñ.

c) Ita, qui bonos diligit, et malos non odit] Itidem scriptos manu representento, expunctis quæ vulgo intermiscuntur: et malos odit, et qui malos non odit. Cell.

d) qui bonos diligit et malos odit, et qui malos non odit, nec bonos diligit]

Concilius Emm. Goth. Lips. 1. Subl. Rost. Ven. 1471-1510. Paris. Iunt. Cell. qui bonos diligit, et malos non odit, nec bonos diligit. Lips. 2. et Reimm. corrupte: qui bonos diligit, quia et diligere. At plenus Lond. Reg. Lips. tert. Ald. Crat. Gymm. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. Heum. vt edendum curauit. Mæx lectioni fauet num. 13. Qui ergo diligit ET (i. e. etiam) zque, vt in nostro loco) odit: qui odit, ET (etiam) diligit. Büñ.

e) qui amet] Pro plurimorum amet Lips. 2. et 3. amat, sed amet rectum. Büñ.

f) nec adpetit] Ven. vtraque 1478. 93. 97. Paris: qui amet - qui appetit. Parth. qui amet - qui appetat. Ald. Crat. Gyun. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. qui amet - nec appetat, satis recte. Lond. Reg. Goth. Lips. tres, Reimm. nec adpetit. Büñ.

g) natura ista connexa sunt] Lond. Reg. Reim. Goth. natura ista connexa est, quasi natura esset nominatiuus, sed est ablatiuus. Imitatur Quintilianum, ex quo citauit L. 6. 23. 30: quæ inter se natura connexa sunt Büñ.

12 queat. Si quis dominus habens ^b in familia seruos, bonum ac malum; non vtique aut ambos odit, aut ambos ⁱ beneficiis et honore prosequitur; quod si facit ^k, et iniquus et stultus est: sed bonum et adloquitur amice et ornat, et domui ac familiae suisque omnibus rebus praeficit: malum vero maledictis, verberibus, nuditate ^l, fame, siti, compedibus punit; vt et hic exemplo ceteris sit ad non peccandum, et ille ad prome-
 13 rendum; vt alios metus coerceat, alios honor prouocet. Qui ergo diligit, et odit; qui odit, et ^m diligit; sunt enim qui dili-
 14 gi debeant; sunt qui ⁿ odio haberi. Et sicut is, qui diligit, confert bona in eos, quos diligit ^o: ita qui odit, irrogat mala iis, quos odio habet. quod argumentum, quia verum est, dis-
 15 solui nullo pacto potest. Vana ergo et falsa est sententia eorum, qui, quum alterum Deo tribuant, alterum detrahunt ^{p, q}, non

h) Si quis dominus habens] Manifestum est, inquit Heumannus, HABET scriptum esse ab auctore. Quia constanter libri; etiam Lond. Reg. et Reimm. habens seruo, exponens: Si quis dominus est habens. Büñ.

i) aut ambos odit, aut ambos beneficiis et honore prosequitur] Lips. tert. prius aut delet; Londin. Reg. tria priora verba aut ambos aut non agnoscit. Büñ.

k) quod si facit.] Ven. 1493. 97. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Spark. Walch. quod si facit. Lond. Reg. Goth. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. Cell. quod si faciat. Edidit ex Lips. 2. 3. Reimm. quod si facit. idem Heum. verum iudicat. Büñ.

l) verberibus, nuditate etc.] Respexit ad Cyprian. ad Demetrianum, Seruum flagellis, verberibus, fame, siti, nuditate, frequenter ferro et carcere affligis et crucias. conf. Lact. L. 5. 18. 14. L. 7. 27. 3. Büñ.

m) et odit - et diligit] Pro etiam, etiam, vt n. 10: et malos odit. Büñ.

n) sunt qui odio] Elegantius sunt

repetitur, quam Reimm. et qui odio. Büñ.

o) confert bona in eos, quos diligit] Eleganter hic singularis est Londin. Regius, pro illis exhibens: erogat his, quos diligit, bona, quae oppositione ingeniosa respondent proximis: irrogat mala iis, quos odio habet. Sed et altera reliquorum elegans. Noster L. 5. 19. 15: qui seruum comparat, quid in eum beneficii confert, praeterquam alimenta. Büñ.

p) qui - alterum detrahunt, non minus quam] Romanum veterem librum expressi: nec recedunt vestigia Angl. et Goth. codicum. Cell.

q) eorum, qui, quum alterum Deo tribuant, alterum detrahunt] Reimm. eorum, qui alterum alterutrum detrahunt: Emm. Cant. Lips. alter. Subl. Rost. (secus ac Heum. vult) cum Cell. eorum, qui alterum detrahunt, Lips. tert. Ven. 1499. 97. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomaf. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. qui alterum Deo tribuant, alterum detrahunt. Bon. Tax et Paris. 1513. eorum, qui, quum alterum Deo

non minus quam illorum, qui vtrumque detrahunt ^r. Sed illi ^r, vt ostendimus, ex parte non errant; sed id, quod melius est ex duobus, retinent: hi vero ^t, quos ratio et veritas argumenti huius inducit ^s, ob falsa omnino suscepta ^x ^y, in maximum errorem cadunt. Non enim sic oportebat eos argu-¹⁶mentari: Quia Deus non irascitur, ergo nec gratia commouetur, sed ita: Quia Deus gratia mouetur, ergo et irascitur. Si enim certum et indubitatum fuisset, non irasci Deum; tunc ad illud ^z alterum veniri, esset necesse. Quum autem ma-¹⁷gis sit ambiguum de ira, pæne manifestum de gratia; absurdum

Deo tribuunt, alteram detrahunt. Quæ scriptura vera, aut sequens ex Londin. Reg. et Veneta vtraque 1478. qui quum (cum) alterum Deo tribuant, alterum detrahunt. Eadem lectio Heumanno est optima. Bün.

^r) non minus quam illorum, qui vtrumque detrahunt] Hæc verba in Londin. Reg. Lips. altero et Reimm. non habentur. In Gothano sola particula quam desideratur. At habent verba omnia Thomasi antiqui codices, Bon. Tax. Pen. Vltr. Eimman. Cant. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. et Paris. Item Thom. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. Watch. Heumannus, et recte. Verbum detrahunt Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Cellarius omiserunt. Bün.

^s) illi] sc. Stoici. Bün.

^t) hi vero] Londin. Reg. Rost. Ven. 1471 - 1560. et Paris. hi. Reimm. MS. Hij. Constat hanc scripturam modo hi, modo ii notare. Hic malim hi sc. Epicurei, qui vtrumque detrahunt. Recentiores, Aldus et seqq. ii. Bün.

^u) quos ratio et veritas argumenti huius inducit] i. e. qui putant, rationem sui argumenti esse veram. Bün.

^x) falsa omnino sententia suscepta] Abest sententia ab Angl. Lips. Rom. Cell.

^y) ob falsa omnino suscepta] Ven. vtraque 1478 - 1515. et recentiores omnes: falsa omnino sententia suscepta. Bene, si addicerent MSS. conf. c. 6. 2. sententia L. 28. 45: Goth. Lips. 1. 3. Eimman. Cant. i. e. Subl. Rom. et Rost. falsa omnino suscepta. Lips. alter, et Reimm. Ob falsa omnino suscepta. Quia præpositio OB exciderat, videntur posteriores ad supplendum sensum sententia addidisse. Ob falsa suscepta, i. e. ob falsas adsumptiones, quia falsa susceperant et adsumserant. vid. L. 2. 8. 46. statim exhibendum n. 17. Iterum Lactantius de Ira c. 6. 1: quod a philosophis nec susceptum est. L. 2. 17. 23: Sic eum, qui in principio falsum susceperat, consequentium rerum necessitas ad deliramenta perduxit. Bün.

^z) tunc ad illud] Ven. 1493. 97. Paris. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Walch. tunc et ad illud. Bon. Tax. Pen. Goth. Lips. Reimm. Lond. Reg. Eimn. Subl. Rost. Ven. 1471. vtraque 1478. Thomas. et seqq. tunc ad illud. Bün.

dum est, ex incerto certum velle subuertere *; quum sit promtius, de certis incerta firmare.

VI. Hæ sunt ^a de Deo philosophorum sententiæ. Aliud præterea nihil quisquam dixit. Quod si hæc, quæ dicta sunt, falsa esse deprehendimus; vnum illud extremum ^b superest, in quo solo possit veritas inueniri. quod a philosophis nec susceptum est vnumquam, nec aliquando defensum; consequens esse, ut irascatur Deus, quoniam gratia commouetur. Hæc tuenda nobis, et adferenda ^c sententia est; in ea ^d enim summa omnis ^e et cardo religionis pietatisque versatur ^f, neque ^g honor vllus deberi potest Deo, si nihil præstat colenti; nec vllus merus, si non irascitur non colenti.

VII.

*) *absurdum - ex incerto - certum - subuertere etc.]* Lib. 2. 8. 46. 47: *Sic - illud adsumpsit - quum id multo esset incertius, quam illud, propter quod adsumtum est, (hoc verbis nostri loci n. 15. ob quod susceptum est) - Ex falso maluit colligere quod falsum est, quam ex vero, quod verum. Et quum debeant incerta de certis probari hic probationem sumpsit ex incerto ad euertendum, quod erat certum. Cicero 4. Fin. 24: Vos quum perspicuis dubia debeatis illustrare, dubiis perspicua conamini tollere. Bün.*

a) *Hæ sunt]* Reimm. Cauc. Vltr. Lips. 1. Ven. vtraque 1478. Paris. Bet. Thomas. *Hæc sunt.* At Goth. Lond. Reg. Rost. Ven. 1493. 97. Ald. *Hæc sunt.* recte. Bün.

b) *vnum illud extremum]* De Ira 21. 1: *Superest vna et extrema questio.* Bün.

c) *adferenda]* Idem quod tuenda; et ante n. 1. defendenda. Bün.

d) *In ea]* Fasit. Gryph. Torn. Betul. *in ea enim summa omnis ratio, et Walch. in ea enim summa omnis rationis.* Bon. Tax. Pen. Lips. Reimman. Emman., Cant.

Thom. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. *In ea enim summa omnis, et in ea, sc. sententia, versatur summa* (subst. in nominatiuo) *omnis et cardo.* Satis recte, nec opus cum Cellario statuere, ita ET redundare. Sumit scilicet Cellarius *summa* in auferendi casu. Lond. Regii, Gothani, Rost. Ven. 1471. 72 vtriusque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Ald. Gymn. Crat. *In eo summa omnis et cardo: in eo, scilicet vno et extremo, quod a philosophis non est susceptum; irasci, nempe Deum.* Res igitur eodem redit, siue in eo, siue in ea legas, elegi tamen *in ea*; fidem antiquissimorum plurimorumque MSS. secutus. Bün.

e) *In eo enim summa omnis]* Goth. Rom. eo: Lips. *ea*; quod si est, redundabit et post *omnis*. Mox vulgati, nam neque honos; MSS. vero et Rom. nam sustulerunt. Cell.

f) *cardo - versatur]* Vindicavi ad Lib. 3. 7. 6: *in quo rotius sapientia cardo versatur.* Bün.

g) *versatur, neque]* Lond. Reg. Iunt. Ald. Crat. Gym. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Ifæus, Gall. Spark. *versatur. Nam neque honos* ul.

VII. Quum sæpe philosophi per ignorantiam veritatis a ratione descuerint, atque in errores inciderint inextricabiles ^a, (id enim solet ^bis euenire, quod viatori viam nescienti, et non fatenti se ignorare, vt vagetur ^b, dum percontari obuios erubescit,) illud tamen nullus philosophus adseruit vmquam, nihil inter ^c hominem et pecudes ^d interesse: nec omnino quisquam, modo qui sapiens ^e videri vellet, rationale ^f animal cum mutis et irrationabilibus ^g coæquauit ^b: quod faciunt quidam imperiti, atque ipsis pecudibus similes ⁱ: qui quum ven-

tri

vllus - nec. Illud, nam Cell. Walch. Heumann. vt superfluum reiiciunt, quod priores nominati, tamquam rationem indicans addiderunt. Quod si tamen omittendum, vt Emman. Cant. Goth. Lips. Reinman. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. quoque omiserunt, legendum, commate post *versatur* posito, vt Parrhasius, et Heumannus posterunt. Bün.

a) in errores - inextricabiles] Reimman. *in errores - inestimabiles*, i. e. innumerabiles, de qua voce plura dixi ad Laët. 1. 16. 7. (h) p. 104. At rectius Lond. Reg. et reliqui MSS. et editi: *inextricabiles*. vid. quæ adnotaui ad L. 3. 17. 17. (y) p. 356: *in errores inextricabiles se ipse consecit*. Bün.

b) vt vagetur] Ven. 1493. 97. *dum vagetur*. Parrh. *dum vagatur*. Ald. Crat. Gryph. *vt vagatur*. Vltr. Paris. 1513. *vt euagetur*. Heum. corrigi: *ubi vagetur*. At Bon. Tax. Pen. Londin. Reg. Emm. Cant. Goth. Lips. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Gymn. Torn. Betul. Ifæus, Gall. Spark. Cell. Walch. VT VAGETVR, rectissime. exple ex prioribus, quod viatori - non fatenti se ignorare, euenire solet, vt vagetur. Bün.

c) nihil inter] Reimm. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph.

non nihil inter. perperam. Rectissime Lond. Reg. Emm. Cant. Goth. Lips. Torn. Betul. Thomas. Ifæus et seqq. *nihil inter*. Bün.

d) pecudes] Editi: *pecudem*. Londin. Reg. Goth. Lips. 2. 3. Reimm. *pecudes*. Ven. vtraque 1478. *inter homines ac pecudes*. Bün.

e) modo qui sapiens videri vellet] Lips. 2. Reimm. modo sapiens, QVI LEVITER *ration*. Lond. Reg. Emman. Cant. Goth. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. modo sapiens, QVI VEL LEVITER *ration*. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thom. Ifæus, Gall. Spark. Walch. *modo qui sapiens videri vellet, rat.* Cellarius *qui eiecit*. Bün.

f) rationale] Emman. *rationabile*, vt Epit. 25. fin. *irrationabilia, rationabiles*. At nihil variant reliqui. Bün.

g) cum mutis et irrationabilibus] Lond. Reg. *cum mutis irrationabilibus*. eiecta copula. Bün.

h) coaquauit] Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Gallæus, Spark. Walch. *coaquauerit*. Bonon. Tax. Pen. Parrhas. Ifæus contracte: *coaquarit*. Londin. Reg. Emm. Cant. Goth. Lips. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. et Paris. 1513. Cell. *coaquauit*. confer L. 2. 2. 20. Bün.

i) similes] Bon. Tax. *simillimi*. Bün.

tri ac voluptati se velint tradere; aiunt, eadem ratione se natos, qua vniuersa, quæ spirant. quod dici ab homine nefas est. Quis enim tam indoctus est ^k, vt nesciat quis tam imprudens, vt non sentiat, aliquid inesse in homine diuini? Nondum venio ad virtutes ^m animi et ingenii, quibus homini cum Deo manifesta cognatio ⁿ est: nonne ipsius corporis status et oris figura ^o declarat, non esse nos cum mutis pecudibus æquales? ^p illarum natura in humum pabulumque prostra-

k) *indoctus est*] Lond. Reg. Lipf. 2. et Reimm. *est delent. iidem: imprudens sit.* Editi ab 1465-1524. et Gymn. *est et sit ignorant. addiderunt est* Fas. Gryph. etc. Bün.

l) *aliquid inesse in homine diuini*] Hoc elegantius quam Reimm. Lipf. 2. *in esse aliquid homini diuini.* Bün.

m) *virtutes animi et ingenii*] Lond. Reg. *virtutem.* vid. not. L. 5. 17. n. 4. Bün.

n) *cum Deo manifesta cognatio*] Goth. *quibus homini festa cognatio est.* Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78-1510. Paris. *cum Deo manifesta COGNITIO.* Lond; Reg. *cum Deo manifesta COGITATIO.* At Lipf. Ald. Crat. Gymn. etc. reliqui recte. L. 5. 17. 34: *qua sola cognationem cum Deo habet.* Bün.

o) *corporis status et oris figura*] L. 2. 1. 18: *figura est status.* Cyprian. ad Demetrianum: *rectum te Deus fecit - cum statu oris et corporis animi tuum statue.* Lipf. 2: *et omnis figura.* prauæ. Bün.

p) *non esse cum mutis pecudibus æquales*] Vulgo pronomen addunt: *non esse nos cum mutis pecudibus æquales,* quo carent MSS. Præterea Emman. *æqualem.* Quoquo modo legas, notes iuncturam singularem, *æqualis cum quo,* quæ et scriptorum omnium est, quos vidimus, et primum editorum, Rom. et Parrh. etiam Aldi, qui forte primus illud nos

introduxit, quo non opus est, cum *æquales ad statum et figuram referantur.* Cell.

q) *non esse nos cum mutis pecudibus æquales*] Guelferb. Goth. Lipf. Witteb. Reimm. Cant. Subl. Rost. Rom. Ven. 1471. 72-74. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. iunt. *non esse cum mutis pecudibus æquales.* Londin. Regius, Aldus, Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isæus, Thyl. Gall. Sparck. *non esse NOS CVM mutis pecudibus æquales.* Solus Emman. qui codex anno 1424. demum scriptus: *non esse cum mutis pecudibus æqualem.* Cellario et Walchio visa hæc noua et singulari: *iunctura æqualis cum;* quam vt euitaret Davisius, arripit ex Emman. *AEQUALLEM,* et in Notis suis ad Minuc. Felic. c. 17. p. 101. corrigat: *non esse eum mutis pecudibus æqualem.* Heumanno quoque, quum et præcedat et sequatur homo non homines, emendatio hæc satis liquida, ab ipso ante inspectum Davisium tentata, videtur. Non ausim magis huic emendationi accedere, quam Cellario *æquales ad statum et figuram referenti.* Omnes, excepto solo Emman. scripti editique, sine vlla variatione habent *æquales,* iidem cum Emman. *CVM.* Eam vero iuncturam non esse, vt Cellario, Walchio, Davisio, Heumanno visum, singularem

strata est, nec habet quidquam commune cum cælo^r, quod non intuentur^s. Homo autem recto statu^r, ore sublimi, ad contemplationem mundi excitatus, confert cum Deo vultum^{r. x};

et

rem et nouam demonstrabunt sat multa, vt puto, exempla sequentia. Sallust. Orat. 2. ad Cæsarem de Republ. Ordin. ed. Cortii p. 1047: *Tametsi domi militiaque præclara facinora egisti; tamen gloria tua cum multis uiris fortibus æqualis est; si urbem restitueris, quis te clarior, quis maior in terris fuerit?* Plinius Nat. Hist. L. 16. c. 44. sect. 86: *Lotos - AEQVAEVA urbi intelligitur. Fuit cum ea Cupressus æqualis circa suprema Neronis Principis prolapsa atque neglecta.* Harduini ad Plinium Index bis hanc constructionem corrupit, scribens: *aqualis urbi cupressus et cupressus urbi aqualis; quum libri scripti editique constanter in Plinio: CVM EA (sc. vrbe) cupressus aqualis exhibeat.* Petronius c. 108. *superciliorum etiam æqualis cum fronte caluities.* Spartianus in Aelio Vero c. 5: *Verus certe cum Marco æquale gessit imperium.* Augustinus Sermon. I. in Vigil. Pentecost. *quia filius cum patre æqualis est maiestate.* Ennodius L. 1. epist. 5. in edit. Veneta Operum Sironi T. 1. f. 807: *CVM QVIBVS mihi commune gaudium, par desiderium, æqualis supplicatio est.* In cognata voce Plautus Captiu. 2. 2. 52: *Vis hostilis cum isthoc fecit meas opes æquabiles.* Prætulivero lectionem Aldinam, auctoritate Londin. Regii munitam: *Non esse nos cum mutis pecudibus æquales.* Quia simili modo, et si et ibi et precedat et sequatur homo non homines; (hoc enim Heumannus opponerat ante) dixit in nostrò capite n. 14: *Quum a ceteris animalibus hoc differamus, quod soli omnium sentimus.* Büñ.

r) *nec habet quidquam commune cum cælo]* Verbis L. 3. 10. 10: *nulla ipsi ratio cum calo est.* Büñ.

s) *quod non intuentur]* Plures scripti, in his Goth. Lipsf. duo, Lond. Reg. Emm. et editi fere omnes: *intuetur* sc. *natura illarum.* Lipsf. 3. Reimm. et Rost. *non intuentur* sc. *pecudes.* Pro plurimorum lectione est L. 6. 15. 1. ubi omnes libri: *Hac naturalia esse omnium uiuentium ratio demonstrat, quæ iisdem omnibus quatiur affectibus, ibi nostrum locum debuissent citare.* Büñ.

r) *recto statu]* vide dicta ad L. 7. 9. II. Büñ.

u) *confert cum Deo vultum]* Conferre heic est comparare. *Confert vero homo vultum suum cum Deo, quum meditatatur de similitudine, quæ ei communis est cum Deo.* Dicit vultum, quia hoc plerumque fit opa vultus, quum illum ad calum erigit. Sed ut fatear irgenue, scriptura moribus adparet, qui repellitur, si legas: *confert ad Deum, id est ad cælum, vultum.* Walchius.

x) *confert cum Deo vultum]* Sic omnes, præter Reium. in quo vitiose: *confert cum Deo et vultum.* Neque Walchii emendatio: *confert AD DEVM vultum*, admittenda in loco sano; maxime quum Lactantius eadem phrasi vsus sit L. 2. 2. 23. *corpus iccirco rectum accepistis, quo oculos atque mentes cum eo, qui fecit, conferre possertis.* ex quibus et glossa Walchii: *ad Deum, id est ad calum euertitur.* Sensum cognosces plenius ex locis a me ad L. 2. 2. 14. 19. collectis. Habet hanc phrasin Lactantius a Seneca ep. 71. alius iam in tantum profecit, vt contra for-

6 et rationem ratio cognoscit ^y: Propterea ^a *nullum est animal*, ut ait Cicero ^{b. c.}, *præter hominem, quod habeat aliquam notitiam Dei.* solus enim sapientia instructus est, ut religionem solus intelligat. et hæc est hominis atque mutorum vel præcipua, vel sola distantia ^{d.} Nam cetera, quæ videntur homini esse propria ^e, etsi non sint ^f talia in mutis, tamen similia ^g videri possunt. Proprius homini sermo est: tamen et in illis quædam similitudo sermonis. nam et dignoscunt inuicem se vocibus; et, quum irascuntur, edunt ^b sonum iurgio similem; et, quum se ex interuallo vident, gratulandi officium voce declarant. Nobis quidem voces eorum videntur incon-

di-

fortunam audeat attollere oculos, sed non pertinaciter (i. e. constanter), cedunt enim nimio splendore præstriciti; alius in tantum, ut possit CVM illa CONFERRE VULTVM. Bün.

y) *rationem ratio cognoscit*] Hæc ita potes interpretari: ratio humana ipsam rationem suam, i. e. eius naturam cognoscit. Verum, est quoque alia nobis interpretatio: ratio humana rationem diuinam cognoscit, contemplatur. Walchiuss.

z) *rationem ratio cognoscit.*] Sensus est: *rationem DIVINAM* (siue DEVM, qui et ipse RATIO dicitur L. 1. 5. 21.) ratio HOMINIS (siue homo rationalis) cognoscit. Bün.

a) *Propterea*] Goth. *Præterea.* Bün.

b) *ut ait Cicero*] lib. 1. de Legib. cap. 8. Cell.

c) *ut ait Cicero*] vid. Lactant. 3. 10. 7. Bün.

d) *præcipua, vel sola distantia*] L. 2. 3. 14. L. 3. 10. 1. Bün.

e) *homini esse propria.*] Plures hominis. Lipf. tert. *hominum*, sed lego ex Lond. Reg. Goth. Lipf. 2. Reimmann. Rost. Veneta vtraque 1478. 93. 97. et Paris. 1513. *homini esse propria.* Ita statim: *Proprius ho-*

mini sermo. n. 9: *Risus - est homini proprius.* n. 10. *Quid tam homini proprium,* et loco gemino L. 3. 10. 1: *qua putantur esse homini propria.* Bün.

f) *etsi non sint*] Ven. 1472. vtraque 78. et Rost. *etsi non sunt,* quod Heumanno placet. Goth. Lipf. Reimmann. Lond. Reg. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Ald. reliqui: *etsi non sint.* Bün.

g) *similia*] Seneca L. 1. Ira. c. 3: *Muta animalia humanis adfectibus carent: habent autem SIMILES ILLIS quosdam impulsus.* adde reliqua. et Arnob. L. 7. p. 217. Vossum L. 3. Idol. c. 44. Bün.

h) *Nam et dignoscunt inuicem se vocibus, et quum irascuntur, edunt*] Goth. Lipf. 2. et Reimm. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Nam *dignoscuntur, edunt.* corrupte. Receptam præstant Lond. Reg. Lipf. tert. Veneta vtraque 1478. Parrh. Paris. Ald. et reliqui. Lib. 3. 10. 1: *Quum enim (animalia) suas voce propriis inter se notis discernunt atque dignoscunt, colloqui videntur.* L. 6. 20. 2: *Audiunt inuicem seque dignoscunt, ut possint congregari.* Bün.

i) no-

ditæ; sicut illis ^k fortasse nostræ; sed ipsis, qui se intelligunt ^l, verba sunt. denique in omni adfectu ^{m. n} certas vocis notas exprimunt, quibus habitum mentis ostendant. Ritus quoque est homini proprius; et tamen videmus in aliis animalibus quædam signa lætitiæ, quum ad lusum gestiunt ^o, aures demulcent ^{p. q}, rictum contrahunt, frontem serenant, oculos in la-

i) nobis-voces eorum-inconditæ] Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. incognita. Lond. Reg. Goth. Lips. Reimman. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Ifæus, reliqui: *incondita*. vt Senec. 1. Ira 1. *parum explanata voces*. Seneca de iisdem L. 1. Ira c. 3: *Regium illud et principale aliter dictum, vt vox est quidem, sed non explanabilis, et perturbata et verborum inefficax, vt lingua, sed deuincta, nec in motus varios soluta* NB. illud duplex vt in Seneca valet *exempli gratia*. Arnobius L. 7. p. 217. animal mutum sermocinans inducit h. m. *Sed rationales illi (homines) sunt, et articulatas exprimunt voces; et inde illis notum est, an et ego (animal,) quod facio, meis rationibus faciam, et vox ista, quam promo, mei generis verba sint, et solis intelligantur a nobis?* Bün.

k) sicut illis] Reimman. *sunt illis*. Bün.

l) ipsi, qui se intelligunt] Omnes scripti libri, etiam Londin. Reg. Guelferb. Goth. Lips. Witteb. Reimman. omnesque ab 1465 - ad 1640. editi: QVI. Ifæus solus in sua editione correxit, qua et in notis: *operarum, inquit, error in editis est, qui se intelligunt, nam de mutis animalibus loquitur*. Si hoc ex MSS. habet Ifæus, quos tamen indicare debuisset, accedo, sin minus, lego cum Heumanno: QVIA. nam sæpe mo-

nui in MSS. Lactantii *qui et quis* hinc inde confundi. Mirum tamen est, in Lactantio, vbi de mutis agit, aliquoties confusa esse genera nominum. Ita L. 7. 4. 10: *animantes-data sunt*. vbi vide notas, et ad Librum de Mort. Perf. 10. 1: *immolabat pecudes, et in iecoribus eorum ventura quarebat*; vbi pecudes in mascul. rarius obuium, tamen seruamus. Lib. 3. 10. 2: *Animalia-homini adludunt, aut suis quisque coniugibus ac fetibus*. Quisque, sc. masculus, vir, maritus. Bün.

m) in omni adfectu certas vocis notas] MSS. *adfectu* siue *affectedu*: non *effectu*, quod vulgatum est. Goth. etiam *voces*: sed *ceteri vocis*, quia non veræ voces, sed notæ tantum et simulacra vocum. Cell.

n) in omni adfectu] Gryph. Thomas. Thyf. Gall. *effectu*. perperam. Lond. Reg. Einm. Cant. Goth. Lips. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471-1515. et reliqui: *adfectu*. Et hæ voces sæpe confunduntur. Bün.

o) ad lusum gestiunt] Reimman. *ad ludum*. not. ad L. 3. 10. (f) p. 319. *homini adludunt*. Arnob. 7. p. 224. *canes adludere porrigentibus*. Bün.

p) aures demulcent] demittunt, interprete Turnebo Aduers. 21. cap. 22. qui huc adfert illud Horatii lib. 2. od. 13;

*carminibus stupens
Demistit atras bellua centiceps
Aures*. Cell.

q) aures demulcent] Ven. 1497. Pier.

- 10 lasciuiam resoluunt. Quid tam homini proprium quam ratio et prouidentia futuri? atqui sunt animalia, quæ latibulis suis diuersos et plures exitus pandant, vt si quod periculum inciderit, fuga pateat obfessis; quod non facerent, nisi inesset
- 11 illis intelligentia et cogitatio. Alia prouident in futurum: vt
 --- *ingentem formicæ farris aceruum*^s
Comportant, hiemis memores, tectoque reponunt;
 vt apes,
Quæ patriam solæ^t et certos nouere penates,
Venturæque hiemis memores, æstate laborem
Experiuntur, et in medium quaesita reponunt.
- 12 Longum est, si exsequi velim^u, quæ a singulis generibus ani-
 ma-

Pier. Parrh. *aures admulcent*. Lond. Reg. Em. Cant. Goth. Lipf. Reimm. Subl. Roff. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. Paris. Ald. et reliqui: *demulcent*. vindicaui ad L. 3. Inst. 10. 2: *demulsis auribus*. Nemesianus in Cyneget. v. 258: *nec segnes mulcens aures*; opponuntur ibidem v. 245: *aures*; *agile, subrecta*. Apuleius L. 1. Metam. in princ. p. 103: *equi sudorem fronte curiose exfrico, aures remulceo, frenos detraho*. Berœaldus Lib. 7. Metam. ed Bas. T. 2. p. 89. legit pro *remissis, remulsis auribus*, et *aures remuldas* interpretatur, *non tam resolutas et remissas, quam subrectas et quasi retro ac sursum reclinatas*. At Elmenhoritiuss exponit *deiectas*. Certe ita Virgilius L. XI. Aen. 812. de Lupo: *caudamque remulcens subiecit pauisantem utero*. Parum puto differre ab hac significatione *demulcere* a Turnebo L. 21. Adu. c. 22. expositum per *demittere*; secus tamen Heumanno visum exponenti de canibus *podo suo aures demulcentibus, quum hominibus secum ludentibus suam significare volunt incunditatem*. Recte quidem; sed canes mulcendo; aures suas eas simul

demittunt, vt non pugnent hæc invicem. Etiam Westerhoniuss Turnebi expositionem comprobauit ad Terentii Heautont. 4. 5. 14: *Tibi caput demulceam*. Quod, inquit Eugraphiuss, *solet fieri, his qui placent, vt manus per caput tractu ducta, quasi quadam videatur esse laudatio*. Eo sensu *permulcere caput* Silius L. 1. 104: *Olli permulcens genitor caput oscula libat*. Büin.

r) *qua latibulis - exitus pandant*] Lib. 3. 10: *latibula sibi parant in multos exitus dispatentia*. Büin.

s) *ingentem formicæ farris aceruum*] Virgil. Aeneid. 4. v. 402. sed altero versu poeta *quum populans*, vbi noster *comportant*: versu demum 405. *conuectant*. Cell.

t) *Qua patriam sola*] Idem Georg. 4. v. 155. Cell.

u) *Longum est, si exsequi velim*] Non ineleganter. Sic Cicero 2. Nat. D. c. 64: *Longum est - persequi*. Apuleius Apol. p. 307. *Longum est*. Lactantius iterum Ira c. 11. *Longum est singulorum sententias persequi*. Epit. 4. 2: *Longum est recensere*. Eadem vi de Opif. 4. 23: *In finita materia est*. Büin.

x) in

malium fieri soleant humanæ solertiæ simillima. Quod si horum omnium, quæ adscribi homini solent, in mutis quoque deprehenditur * 7 similitudo : adparet solam esse religionem, cuius in mutis nec vestigium * aliquod, nec vlla suspicio inveniri potest. Religionis est propria iustitia, quæ nullum 13 aliud animal attingit a. b. homo enim solus impertit c: cete-

-ra

x) *in mutis quoque deprehenditur*] Libri, quos vidimus, *mutis*; margo Thom. *mutis*, vti mox, *in mutis nec vestigium*, etiam in MSS. est. Cell.

y) *in mutis quoque deprehenditur similitudo*] Reg. Londin. Emman. Cant. Gorb. Lips. Reimman. Rost. Ven. 1471-515. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Betul. Thomas. Cell. *in mutis*. vt L. 3. 10. 3: *Rationis quoque signa in mutis deprehenduntur*. At in nostro loco agit generalius; vnde præfero antiquiorum codicum Bon. Tax. Pen. aliorumque Isæi codd. et Paris. 1513. Torn. 1587 - 1613. Genev. 1630. Isæi, Gall. Sparkii, Walchii, Heumannii lectionem: IN MUTIS. Sæpe hæ voces confunduntur. Bün.

z) *cuius in mutis nec vestigium*] Goth. vitiose: *cuius in mutis vestigium*. Immo in mutis nullum vestigium religionis reperitur. Epit. c. 70. 11: *In mutis nulla suspicio religionis est*. Lips. 2. 3. Reimm. *cuius in mutis et brutis*. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. *cuius in mutis vel brutis*. Illa et *brutis*, vel *brutis*, ex glossa sunt alicuius, qui nesciit, muta sæpe pro brutis poni, pari modo in exemplari cuiusdam viri doctissimi omnibus fere locis, vbi *muta* impressum, *bruta* erat correctum; offendit quoque magnus Lipsius ad Senecæ ep. 90. sed recte adnotauit Gronouius, centum aliis locis Senecam et pro-

bisimos quosque veterum *muta* pro brutis dixisse. conf. in Lact. h. l. n. 2. 4. 6. 14. et longe sæpius. Londin. Reg. et alii Anglicani, et Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Bet. Torn. Thomas. etc. vt editum est a me. Bün.

a) *que nullum aliud animal attingit*] quæ ad nullam pertinet bestiam. Scripti et Rom. *que*: vulgati *quam*. Cell.

b) *que nullum aliud animal attingit*] Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomaf. Isæus. Thylf. Gall. Spark. Walch. Heumann. QVAM nullum aliud animal attingit, præserunt. At Guelferb. Goth. Lips. Reimm. Merton. C.C.C. Londin. Reg. Emman. Cant. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris: *Qua nullum aliud animal attingit*. rectissime et elegantissime. L. 3. 12. 18. *que* (immortalitas) *nec aliud animal nec corpus attingit*. Epit. 33. 8: *quia et pecudes attingit hoc duplex bonum*. ibid. n. 6: *sed hoc bonum etiam muta contingit*. Cic. 1. Nat. D. *labor Deum non attingit*. L. 3. de Natura D. 15. *quorum Deum nihil attingit*. Alia ex Lactantio et Cicerone exempla dedi ad Lact. 2. 12. 9. (l) p. 254. ad verba: *hac mutas pecudes non attingit*. Priori modo Lactantius nusquam est locutus. Bün.

c) *Homo enim solus impertit - conciliata sunt*] Non quadrat, inquit Heumannus. Quare credo, glossetna hoc

ra sibi conciliata sunt ^d. Iustitiæ autem Dei cultus adscribitur, quem qui non suscipit, hic a natura hominis alienus, vitam pecudum ^e sub humana specie viuit ^f. Quum vero a ceteris animalibus hoc pæne solo differamus, quod soli omnium diuinam vim potestatemque sentimus; in illis autem nullus sit intellectus Dei ^g: certe illud fieri non potest, vt in hoc vel multa plus sapiant, vel humana natura desipiat; quum homini ob sapientiam et cuncta, quæ spirant, et omnis rerum natura ^h subiecta ^b sit. Quare si ratio, si vis hominis ⁱ hoc præcellit,

hoc esse inferius adscriptum a quopiam ad hæc verba: *homini cuncta subiecta sunt*. Scilicet deuenit Heumannus ad hanc sententiam, quia in suis libris inuenerat: *Homo enim solus imperat, vt est in plurimis, etiam Londin. Regio et Reimmann. MSS. et editis omnibus; sed quanto rectius et aptius Gothan. et Emman. homo enim solus impertit, cetera sibi conciliata sunt*. Dixerat: religionis est propria iustitia, iustitiæ vero fructus est beneficentia et misericordia, qua homo pronus est etiam ad benefaciendum aliis et imperficiendum; quum cetera animalia sibi tantum, tamquam suæ naturæ leuæ et conciliatrices faueant. Genuinum vero esse hunc locum, liquido constat ex Epit. c. 55. 5. vbi dicit: Solam esse IUSTITIAM, quæ NEC SIBI TANTVM CONCILIATA SIT, nec occulta, sed foras tota promineat, et ad BENE FACIENDVM PRONA sit, vt quam plurimis PROSIT. conf. L. 5. 6. 12. quæ (religio, iustitia) sola efficit, vt homo hominem carum habeat, vt Dei patrisque communis beneficia cum iis, qui non habent, partiatur etc. conf. L. 3. 9. 18. 19. L. 5. 17. 34. Bün.

^d) *cetera sibi conciliata sunt*] L. 5. 17. 30. In omnibus enim videmus animalibus, quia sapientia caret, conciliatricem sui, esse naturam.

Nocent aliis, vt sibi prosint. Cic. 3. Fin. c. 5. *simulasque natum sit animal ipsum sibi conciliari et commendari ad se conseruandum*. L. 1. N. D. c. 27: *Non vides, quam blanda conciliatrix, et quasi sui sit lena natura*. Illud sibi conciliatum esse vel decies Seneca in vna epist. 121. inculcauit. Bün.

^e) *vitam pecudum viuit*] Lond. Reg. Goth. Reimm. Ven. prima 1478. *visa pecudum*. auferendi casu. Emin. Cant. Lips. Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thom. Ifzus, reliqui: *vitam pecudum*. de simili variatione dixi ad L. 7. 24. 15: *vitam-viuent*. Bün.

^f) *viuit*] Cauc. Vlter. Lond. Reg. Emm. Cant. Reinm. Aldus, Crat. Gymn. Fas. Gryph. et seqq. *viuit* in futuro. At Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. *viuit*, quod Heumanno et mihi præplacet. Bün.

^g) *In illis - nullus intellectus Dei*] vid. not. ad c. 12. n. 2. *diuinitatis intellectus - quod differimus a belluis*. Bün.

^h) *ob sapientiam - subiecta*] c. 13. 13. Bün.

ⁱ) *si ratio, si vis hominis*] Rost. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Thomas. Ifzus, Thyf. Gall. Spark. Walch. Heumann. *Si ratio, si vis*. Mi-

nus

lit, et superat ceteras animantes, quod solus notitiam Dei capit; adparet religionem nullo modo posse dissolui.

VIII. Dissoluitur autem religio, si credamus Epicuro ^a illa dicenti ^b:

*Omnis enim per se diuina natura necesse est
Immortali auro summa cum pace fruatur,
Sennta a nostris rebus ^c, seiunctaque longe.
Iam priuata dolore omni, priuata periculis,
Ipsa suis pollens opibus, nihil indiga ^d nostri,
Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.*

Quæ quum dicit, vtrum aliquem cultum Deo putat esse tribuendum, an euertit omnem religionem? si enim Deus nihil cuiquam boni ^e s' tribuit; si colentis obsequio nullam gratiam

mus recte. At Londin. Reg. Emm. Cant. Goth. Lipf. 2. 3. Reimm. Veneta vtraque 1478. 93. 97. Paris. Fas. Gryph. Paris. 1561. Betul. Torn. 1548. - 1613. Bas. 1556. Geneu. 1630. *si ratio, si vis.* rectissime. Ita vbi que *rationem et vim* iungit. L. 2. 8. 31. L. 4. 30. 7. L. 5. 21. 9: *non perspiciunt alius vim rationemque hominis.* L. 6. 8. 11. c. 17. 22. L. 7. 4. 16: *magna et recta et admirabilis est vis et ratio, et potestas hominis.* Opif. 19. 9: *Magna est vis hominis, magna ratio.* Sæpe VIS et IVS ob similes ductus et prauam puncti positionem in MSS. et antiquis libris confunduntur. Ita enim ius scribunt, sine punctis. Bün.

^a) Epicuro] Ven. 1493. 97. *si credamus Lucretio*, et iterum Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. in num. 6: *Hæc dum sentit Lucretius.* At MSS. Lond. Reg. Goth. Lipf. Reimm. et Rost. Ven. 1471. vtraque 78. et multo plures: *Epicuro*, scil. dicenti apud Lucretium. Bün.

^b) Epicuro illa dicenti] apud Lucretium lib. 1. v. 57. Cell.

^c) *a nostris rebus*] Ita Aldus et seqq. rectius cum Lucretio, quam Goth. Lipf. 2. Reimm. Rost. Ven. 1471. - 1510. Paris. *a nostris oculis.* Bün.

^d) *nihil indiga*] Edo pro plurimum NIL ex Lucretio et Bon. Tax. Pen. et Isæo: *Nihil.* Bün.

^e) *si enim Deus nihil cuiquam*] MSS. *cuiquam*: editi *vnquam.* Cell.

^f) *nihil cuiquam boni*] Ita Bon. Tax. Vlter. Lond. Reg. Emm. Ven. 1472. vtraque 78. Paris. 1513. Isæus, Cell. Walch. Heum. vbi plures Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Thyf. Gall. Spark. *nihil vnquam boni.* MSS. Pen. Cauc. et (si recte vidit Gallæus, ego enim nulum editum talem noui) editi nonnulli: *nihil vnquam cuiquam boni.* Certe Lipf. 2. *nihil cuique vnquam boni.* Reimm. *nihil cuiquam vnquam boni.* Simili sono L. 3. 3. 16: *numquam quidquam.* Bün.

tiam refert; quid tam vanum, tam stultum, quam templa ædificare, sacrificia facere, dona conferre, rem *s. b* familiarem minuere, vt nihil adsequamur? At enim *z* naturam excellentem honorari oportet. Quis honos deberi potest nihil curanti et ingrato? an aliqua ratione obstricti *k* esse possumus ei, qui nihil habeat commune nobiscum? *Deus*, inquit Cicero *l*, *si talis est, vt nulla gratia, nulla hominum caritate teneatur; valeat. Quid enim dicam, propitius sit? esse enim propitius potest nemini.* Quid contemtius dici potuit in Deum? *Valeat m*, inquit, id est abeat et recedat, quandoquidem *n* prodesse nulli potest. Quod si negotium Deus nec habet, nec exhibet: cur non ergo *o* delinquamus, quoties hominum conscientiam fallere licebit, ac leges publicas circumscribere *p*? vbi cumque nobis latendi occasio arriserit *q*; auferamus *r. s* aliena vel sine

crucru-

g) templa adificare] Addunt vulgo sacrificia facere, dona conferre, quæ aliena manu adiecta sunt: in MSS. non leguntur, nec in primis editorum. Cell.

h) templa adificare, sacrificia facere, dona conferre, rem] Edd. Ven. 1472. vtraque 78. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Paris. 1561. Thomas. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. Heumann. verba: *sacrificia facere, dona conferre* addunt, nec dubito esse genuina, licet in Londin. Reg. Emm. Cant. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1493. 97. non legantur. Templa enim non semper, nec ab omnibus ædificabantur, *sacrificia* vero et *dona* ad cultum omnium et omni tempore pertinebant, de quo c. 16. 2: *dona et sacrificia offerunt.* Laët. 6. 25. 6: *Apud istos, qui nullo modo rationem diuinitatis intelligunt, donum est, quidquid auro argentoque fabricatur; item, quidquid purpura et serico textitur: sacrificium est vitima et quacumque in ara cremantur.* conf. L. 6. 1. 5. 6. Epit. c. 58. întegro. Thomafius, Ifæus, Gall.

Sparkius supina negligentia nihil de MSS. suorum lectionibus, vtrum ea verba adsint, an absint, monuerunt. Bün.

i) At enim oportet] obiectio. Bün.

k) obstricti] Lipf. 2. *adstricti.* Reimm. *astrikti.* Bün.

l) Deus, inquit Cicero] lib. L. de Natura deor. extremo. Cell.

m) valeat - recedat] vide, quæ Laur. Valla L. 6. Eleg. c. 30. ad hanc expositionem disputat. Bün.

n) quandoquidem] Ita Bon. Tax. Lond. Emm. Cant. Goth. Lipf. Reimm. Thomaf. Ifæus et seqq. vbi priores quando. L. 3. 17. 36: *quando cumque spes impunitatis arriserit.* Bün.

o) cur non ergo] Reimm. *Cur ergo non.* Bün.

p) leges - circumscribere] paullo ante: *fallere.* Bün.

q) latendi occasio arriserit] Huic loco geminus ille L. 3. 17. 36. quem legas. Bün.

r) arriserit, auferamus] Interponunt recates, *consulamus rei*; cuius nullum vestigium in scriptis est, et editis vetustis. Cell.

s) arriserit, auferamus] Interferunt

erore, vel etiam cum sanguine²; si præter leges nihil est amplius, quod colendum sit*. Hæc dum sentit Epicurus, religionem funditus delet: qua sublata, confusio ac perturbatio vitæ sequitur*. quod si religio tolli non potest, vt et sapientiam, qua distamus a belluis, et iustitiam³ retineamus, qua communis vita fit tutior: quomodo religio ipsa sine metu teneri, aut custodiri potest? quod enim non metuitur, contemnitur: quod contemnitur, vtique non colitur. ita fit, vt religio et maiestas, et honor metu constet. metus autem non est, vbi nullus irascitur. Sive igitur gratiam Deo, siue iram, 6
7
8

runt Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Ifæus et seqq. arriſerit, consulamus rei, auferamus, quæ absunt a Lond. Einman. Cant. Goth. Lips. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471-1510. Paris. et Iunt. Bün.

1) *vel etiam cum sanguine*] Lips. 2. Reimm. *vel sanguine*. Lond. Reg. Vltr. Goth. Rost. Ven. secunda. 1478. 93. 97. Parrh. Paris. *vel etiam sanguine*. Veneta prima 1478. *vel et sanguine*. quod factum ex nota et pro etiam. Aldus, Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et seqq. *vel etiam cum sanguine*. Ad rem L. 3. 17. 36: *auferamus clam, dolo, vi-rapiamus, nocemus*. Bün.

2) *quod colendum sit*] Habes quod codd. Angl. Goth. Rom. tradunt: Lips. leui prauatione *dolendum sit*: vulgares cum Aldo *verendum*. Cell.

3) *qua sublata, confusio ac perturbatio vitæ sequitur*] Lond. Reg. Einman. Cant. Goth. Lips. 2. Reimm. Rost. Ven. vtraque 1478. *sequetur*, in futuro, sed Lips. 3. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thom. Ifæus et seqq. *sequitur*, in præſenti, recte. expressit illa Ciceronis L. 1. N. D.

c. 2: *quibus sublatis perturbatio vitæ sequitur et magna confusio*. Bün.

1) *qua distamus a belluis, et iustitiam*] Includa Aldus addidit, quæ desunt Lips. ambobus et Goth. ac edd. Rom. Parrh. Ven. ideoque suspecta nobis. Cell.

2) *qua distamus a belluis, et iustitiam*] Desunt quidem hæc verba in Lond. Reg. Goth. Lips. duobus, Reimm. et Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 1478. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. et Iuntina; sed Lips. tertius, Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Ifæus - Heumannus addunt rectissime. Etiam Ifæus commemorans, hæc ab Ven. de Tridino et Florent. abesse, videtur in suis MSS. inuenisse, moniturus alias ibi non haberi. Esse vero genuina, patet. ex seruiata ab omnibus ET (*vt et sap.*) et ex multis locis Lactantii, e. g. loco huic simili. L. 3. 10. 6. c. 11. 2. maxime ex de Ira c. 12. 2: *Diximus religionem sublata, nec sapientiam teneri posse, nec iustitiam, dum diuinitatis intellectus, quo differimus a belluis, in homine solo reperitur*: quæ verba aperte nostrum locum respiciunt. adde c. 17. 14. Hinc cancellos, quibus Cellarius hæc verba concluderat, eiecimus. Bün.

sive utrumque detraxeris; religionem tolli necesse est, sine qua vita hominum stultitia, scelere, immanitate completur. multum enim refrenat homines conscientia, si credamus nos in conspectu Dei viuere; si non tantum, quæ gerimus, videri desuper, sed etiam, quæ cogitamus aut loquimur, audiri a Deo
 9 putemus. At enim prodest id credere, vt quidam purant, non veritatis gratia, sed vtilitate ^{a. b.}; quoniam leges conscientiam punire non possunt, nisi aliquis desuper terror impendeat ^{c. d.} ad cohibenda peccata. Falsa est igitur omnis re-
 10 ligio, et diuinitas nulla est. Sed a viris prudentibus vniuersa conficta sunt ^{e.}, quo rectius innocentiusque viuatur. Magna hæc, et a materia, quam proposuimus, aliena quæstio est ^{f.}: sed quia necessario incidit, debet, quamuis breuiter ^{g. h.}, attingi.

VIII.

a) *utilitate*] MSS. et Rom. sexto casu: vulgariore*s utilitatis*. Cell.

b) *non veritatis gratia, sed vtilitate*] Lond. Reg. Cauc. Goth. Lips. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. *non veritatis gratia, sed UTILITATE*, auferendi casu. *utilitate* pro *ex utilitate*. vide quæ notauimus ad L. 6. 18. 28. et L. 4. 27. 7: *hoc deos non metu, verum odio facere*. Consuetior tamen altera lectio Aldi et seqq. si modo MSS. libris niteretur. *non veritatis gratia, sed utilitatis*. Ita Lact. L. 4. 3. 11: *non tantum honoris gratia, verum etiam rationis*. Bün.

c) *impendeat*] Error Aldinæ impendat, in multis editiones translatus: ex MSS. correctus, quibus clare expressum est *impendeat*. Cell.

d) *terror impendeat*] Rost. Ven. vtraque 1478. *terror impediatur*. Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. *error impediatur*. Lond. Reg. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Thomas. Thyf. *terror impendat*. Lips. 2. *aliquis deorum impendeat*. Bonon. et alii Iszi MSS. Emman. Goth. Lips. 1. 3. Reimmann. Paris. 1513. Betul. Isæus, Gall.

Spark. Cell. Walch. Heumann. *terror impendeat*. Bün.

e) *conficta sunt*] Lond. Reg. Cant. Goth. Lips. Reimm. et Rost. Ven. 1471-1515. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Thomas. Thyf. Gall. Cell. *conficta sunt*. Emman. *conficta est*. At rectius Bon. Tax. Pen. Cauc. Paris. 1513. Betul. Isæus, Sparkius, Walchius, Heumann. *conficta sunt*. Ipse variat c. 10. n. 47. et 48. *putant, terroris ac metus gratia* religionem a sapientibus institutam, *si*-*commenti sunt religionem*. vt Arnobius L. 7. p. 273. in 8: *religionibus artifex in comminiscendis Numæ*. Lactantius imitatur Ciceron. L. L. N. D. 42: *Quid is, qui dixerunt, totam de diis immortalibus opinionem fictam esse ab hominibus sapientibus*. Bün.

f) *magna hæc, et - quæstio est*] Non ineleganter hoc ordine Reimmann. *Magna hæc est et - aliena quæstio*. Bün.

g) *quamuis breuiter*] Et hoc ex MSS. et Rom. ac Parrh. restitutum. Vulgo *quam breuiter*. Cell.

h) *quamuis breuiter*] Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Thomas. Thyf.

VIII. Quum sententiæ philosophorum prioris temporis de prouidentia consensissent, nec vlla esset dubitatio, quin mundus a Deo et ratione esset instructus, et ratione regeretur: primus omnium Protagoras ^{a. b} exstitit temporibus Socratis, qui sibi diceret non liquere, vtrum esset aliqua diuinitas, nec ne. Quæ disputatio eius adeo impia et contra veritatem et religionem iudicata est, vt et ipsum Athenienses expulerint suis finibus; et libros eius in concione, quibus hæc continebantur ^c, exusserint ^d. De cuius sententia non est opus disputare; quia nihil certi pronuntiavit. Post hæc Socrates, et auditor eius Plato, et qui de schola Platonis ^e, tamquam riuuli diuersas in partes profluxerunt ^f, Stoici et Peripatetici in eadem fuere sententia, qua priores. Postea vero Epicurus deum quidem esse dixit, quia necesse sit esse aliquid in mundo præstans et eximium et beatum; prouidentiam tamen nullam: itaque mundum ipsum nec ratione vlla, nec arte, nec fabrica instructum; sed naturam rerum quibusdam minutis seminibus et inscabilibus conglobatam. Quo quid repugnantius dici possit, non video ^g. Etenim si est Deus, vtique pro-

Thyf. Gall. Spark., *quam breuiter*, At melius Bon. Taxaq. Pen. Cauc. Vltr. Lond. Reg. Emm. Cant. Goth. Lipf. Reimm. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. 1513. Betul. Isaacus, Walch. Heumann. *quamuis breuiter*. de simili variatione dixi ad L. 6. 17. 13. Bün.

a) *Protagoras*] de quo dictum est lib. 1. Instit. cap. 2. sect. 2. Cell.

b) *Protagoras*] Lond. Reg. Ven. vtraque 1478. Paris. *Pythagoras*. Reimm. Rost. Ven. 1471. *Pythagoras*. Ven. 1493. 97. *Pitagoras*. Goth. *Pithagoras*. omnes prauæ. At recte Parrh. Ald. et seqq. *Protagoras*. Sæpe in his vocibus notior *Pythagoras* pro *Protagora* substitutus. vid. not. ad L. 1. 2. 2. * p. 14. et doctos ad Minuc. Fel. ed. Gronou. p. 73.

Emendandæ quoque editiones Io. Sarisberiens. de Nug. Curial. L. 5. c. 5. et legendum: *combustos esse libros philosoph. Protagora* etc. Bün.

c) *quibus hæc continebantur*] Hæc Heumanno tanquam glossema, suspecta; quia in Cicer. 1. N. D. 23. et Minuc. 8. 3. non sunt addita. Nostri libri omnes habent. Bün.

d) *libros - exusserint*] Arnob. L. 4. p. 181. ed. in 8. *hos exurere debuistis* libros. Cicero: *comburare*. Minuc. Fel. *dauere*. Bün.

e) *de schola Platonis*] L. 7. 12. 31. Sic de Ira c. 4. 1. *de schola Epicuri*. Bün.

f) *profluxerunt*] Reimm. *fluxerunt*. Prius plurimorum, vt c. 10. 33. *de Leucippi fonte profluxit*. Bün.

g) *Quod quid - non video*] not. L. 9. 18. 14. Bün.

prouidens est^b, vt Deus; nec aliter ei potest diuinitas attribui, nisi et præterita teneatⁱ, et præsentia sciat, et futura præspiciat. Quum igitur prouidentiam sustulit; etiam Deum negauit esse. Quum autem Deum esse professus est^k; et prouidentiam simul esse concessit. alterum enim sine altero nec⁷ esse prorsus, nec intelligi potest. Verum iis postea temporibus, quibus iam philosophia defloruerat^l, exstitit Melius quidam Diagoras^m, qui nullum esse omnino Deum diceret, ob eamque sententiam nominatus est ἀθεός, item Cyrenæus Theodorus^o, amboque, quia nihil noui poterant reperire, omnibus iam dictis et inuentis; maluerunt contra veritatem id negare, in quo priores vniuersi sine ambiguitate consenserant. Ii sunt, qui tot sæculis, tot ingeniiis^q adsertam atque defensam pro-

b) prouidens est] vt c. 19. 6. Bün.

i) præterita teneat] Reinman. caueat. male. Præterita nemo potest cauere. Expressit Ciceronem veritatum c. 10. 46: et præterita teneat etc. Bün.

k) professus est] Bon. confessus est. Lond. Reg. Goth. Lips. Reimman. et editi: professus est. Bün.

l) defloruerat] vid. L. 3. 6. 8. Bün.

m) exstitit alius quidam Diagoras] Sic MSS. Angl. et Lips. ac ed. Rom. a quibus vna littera distant membranæ Goth. ælius referentes. Parrh. et Ald. exstitit Athenis quidam. De Diagora dixi ad lib. 1. cap. 2. sect. 2. ex Cicerone. Cell.

n) exstitit Melius quidam Diagoras] Veneta vtraque 1478. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Betul. Thomas. If. Thyf. Gall. Spark. Exstitit Athenis quidam. Bonon. Emman. Cant. Lips. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Walch. Cell. Exstitit alius quidam Diagoras. Tornæ. in marg. 1587-1613. et Geneu. 1630. Exstitit Melius quidam Diagoras. Pen. Vltr. Goth. et-

iam Lond. Reg. Ælius. In tanta librorum variatione, vbi tamen antiquiores et meliores libri Melius, ælius, habent, quis dubitet fingendum esse: Melius. Recte igitur omnium primus Ictus ad h. l. Vnde, inquit, quis suspicari possit, legendum esse: Melius quidam Diagoras; nam Melium quidem vocat eum Cicero initio primi de Nat. Deor. Plutarchus primo Placitorum c. 7. Sext. Empir. Pyrrhon. Hypotyp. L. 3. c. 24. Arnobius L. 4. et Minucius et alii. adde reliqua, vbi Diagoram et Theodorum a crimine atheismi vindicat. Eo promptius vero rescripti: MELIUS, quod Celeb. Abr. GRONOVIVM idem videri ex monito excerptis Lond. Reg. ad h. l. subiuncto memini, conf. Diog. Laert. L. 6. §. 59. Bün.

o) Cyrenæus Theodorus] ibidem, ex Cic. 1. Nat. deor. c. 1. et 23. Cell.

p) Theodorus] Epit. c. 68. pt. Bün.

q) tot sæculis, tot ingeniiis] Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn.) Fas. Gryph. Torn. Bet.,

providentiam calumniati sunt. Quid ergo? vtrumne istos
 minutos et inertes philosophos ratione, an vero auctori-
 tate præstantium virorum refellemus? an potius utroque? Sed
 properandum est, ne longius a materia deüagetur. oratio.

X. Qui nolunt diuina providentia factum esse mundum;
 aut principis inter se temere coeuntibus dicunt esse concre-
 tum, aut repente natura existisse; naturam vero, vt ait Stra-
 ton, habere in se vim gignendi et minuendi^a; sed eam nec
 sensum habere vllum, nec figuram; vt intelligamus, omnia quasi
 sua sponte esse generata, nullo artifice, nec auctore. Vtrum-
 que vanum et impossibile. Sed hoc euenit ignorantibus
 veritatem, vt quiduis potius excogitent, quam id sentiant, quod

ra-

Bet. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. *tot saculis et ingeniis.*
 Rectius Lond. Reg. Emman. Cant. Goth. Lips. Reimann. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. 1513. Cell. et Heumann. *tot saculis, tot ingeniis. tot saculis sumo in auferendi, at tot ingeniis dandi casu, pro: a tot ingeniis.* Lib. 4. c. 2. 2: *tot ingeniis totque temporibus summo studio et labore quasita sapientia.* Epit. 40. fin. *dixit veritatem tot ingeniis, tot atibus requisitam.* adde not. ad L. 7. 9. 4: *nobis comprehendendus.* Ira c. 6. 2: *Hac tuenda nobis et adserenda sententia est.* Bün.
 r) *minutos*] Reimman. *inimicos, prauæ.* Bün.

s) *inertes*] Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. *inermes.* Lond. Reg. Reimman. reliqui scripti, editique: *inertes.* Bün.

t) *an vero auctoritate*] Lips. 2. Reimm. *aut vero veritate.* Aut pro *an* est barbarum. Londin. Reg. Emm. Cant. Goth. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. et Paris. *an vero veritate.* Lips. tert. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn.

Bet. Thomas. Isæus et seqq. *an vero auctoritate.* Bün.

u) *denagetur*] Recentiores Bet. Torn. 1587. 1613. Cell. Walch. *diuagetur.* Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Thomas. Isæus, Gall. Spark. *denagetur.* Quocumque modo leges, verbum erit rarius, pro quo Quintilianus, alii: *ouagari.* In Reimm. *di'gatur* per notam, quod nonnumquam in MSS. valet *dirigatur.* Hic *denagari* præfero, contra L. 4. 3. 20. *diuagari.* Bün.

a) *vim gignendi et minuendi*] Lips. 2. *vim gignendi aut viuendi.* Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Iunt. *vim gignendi et viuendi.* Lond. Reg. Goth. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et reliqui: *vim gignendi et minuendi.* Plenius Cicero L. 1. N. D. c. 13: *nec audendus - Strato, is qui Physicus adpellatur: qui omnem vim diuinam in natura sitam esse censet, qua causas gignendi, augendi, minuendi habeat, sed careat omni sensu et figura.* Bün.

Ttt 4

b) qua-

- 3 ratio deposcit. Primum minuta illa femina, quorum concursu ^{b. c.} totum coisse ^d mundum loquuntur; vbi, aut vnde sint, quæro. quis illa vidit vniquam? quis sensit? quis audiuit? an solus Leucippus ^{e. f.} oculos habuit? solus mentem? qui profecto solus omnium cæcus et excors fuit; qui ea loqueretur, quæ nec æger quisquam delirare, nec dormiens posset somniare.
- 4 Quatuor elementis constare omnia philosophi veteres diserebant. ille noluit; ne alienis vestigiis videretur insistere; sed ipsorum elementorum alia voluit esse primordia, quæ nec videri possint nec tangi, nec vlla corporis parte sentiri. *Tam minuta sunt*, inquit, *ut nulla sit acies ferri tam subtilis, qua secari ac diuidi possint.* vnde illis nomen imposuit atomorum. Sed occurrebat ei, quod si vna eslet omnibus eademque natura, non possent res efficere diuersas, tanta varietate, quantum videmus inesse mundo. Dixit ergo, *leuia esse, et aspera, et rotunda, et angulata, et hamata s. h.* Quanto melius

lius

b) quorum concursu] Addunt vulgati fortuito; quod abesse potest, sicut abest a nostris MSS. et Rom. Cell.

c) concursu totum] Ita MSS. Londin. Goth. Lips. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Cellar. Primus ex editis Aldus concursu fortuito totum, quem Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. sequuntur, et Walchius necessarium fortuito putat; Heumannus lege, inquit, concursu fortuito. Scilicet ex fortuito facili lapsu factum fuerat totum. In Epit. 36. 4. dixit: coitu fortuito. Potest sane abesse, quia n. 1. iam dixerat: principis inter se temere coeuntibus. Büin.

d) coisse] Bon. Tax. Isæus, cohesisse, ut n. 27: concursu atomorum passum coherentium. L. 3. 17. 25. et Epit. 36. 5. de atomis-coherere non possunt. Ven. 1493. 97. Pier. Parrh.

esse, prauè; Aldus et seqq. coisse. Ad grata nostro contractione Reimmann. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Paris. coisse. Büin.

e) an solus Leucippus] Cicero de hoc lib. 1. Nat. deor. cap. 24. tradidit: *Ista flagitia Democriti, siue etiam ante Leucippi esse corpuscula quadam lamia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata, curuata quadam et quasi adunca: ex his effectum esse calum atque terram, nulla cogente natura, sed concursu quodam fortuito.* Cell.

f) vbi aut vnde sint - an solus Leucippus] L. 3. 17. 23: vbi enim sunt, aut vnde ista corpuscula? Cur illa nemo præter vnum Leucippum somniauit? Büin.

g) rotunda et hamata] vulgo interponunt et angulata, quod nec in scriptis Lips. et Goth. nec in Rom. inuenitur: et ex sect. 8. potest retractum esse. Cell.

h) et rotunda et angulata ut hamata

lius fuerat tacere, quam in vsus tam miserabiles, tam inanes habere linguam! Equidem ² vereor, ne non minus delirare videatur, qui hæc putet refellenda; respondeamus tamen velut aliquid dicenti ^k. Si *lenia sunt et rotunda*; utique non 7 possunt inuicem se adprehendere, vt aliquod corpus efficiant, vt si quis milium velit in *vnam* coagmentationem ^l constringere, læuitudo ^m ipsa granorum in *masam* coire non sinat ⁿ.
Si

masa] Londin. Reg. Goth. Lipf. Reimm. Rom. Cellar. et *rotunda et hamata*. Rost. et *rotunda hamata*. Ven. prima 1478. et *rotunda et angulata et amata* (neglecta adspiratione). Ven. altera 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. et omnes recentiores: et *rotunda et angulata et hamata*. Recepti, quia ita magis conueniunt cum sequentibus, vbi hæc quinque repetuntur, n. 7: si *lenia et rotunda*, n. 8: *aspera et angulata et hamata sunt*. Iterum Epit. c. 36. 5: si *hamata et angulata*, ergo *secabilia sunt*. Walchius adfirmat, PLVRIMOS codd. MSS. verba et *angulata* habere. Forte ex Thomaa. Isæi, Gall. Sparkii et Cantabr. collatoris sententia ita concludit; quod vtinam non toties falleret! Noster habet a Cicerone L. 1. N. D. c. 24: *esse corpuscula quadam lenia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata, hamata* (sic lego ex Palat. 2. cum Grutero) *quadam etc.* Bün.

i) *Equidem vereor*] Lipf. tert. Reimm. *equidem*, et ita cum Heumanno rescripti. At non damno aliorum: et *quidem*. interdum ita vtuntur. Cicero L. 1. N. D. 30: *Et quidem Athenis laudamus Vulcanum etc.* Bün.

k) *velut aliquid dicenti*] Lond. Reg. Ultr. Lipf. 2. Goth. Reimm. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. *velut aliqua dicenti*. Goth. Lipf. Ald. Crat. Gymn.

Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. et seqq. *velut aliquid dicenti*, vt L. 3. 7. 3: *sine aliquid dicente, nihil profunt, sine deservans, nihil nocent*. L. 3. 8. 23: *non nihil dicit*. Bün.

l) *coagmentationem*] Lond. Reg. Rost. Ven. 1472. vtraque 78. *coagmentationem*. Prius rectum. Voce vñs Cicero L. N. D. 8. Bün.

m) *læuitudo*] Bon. Tax. Pen. Goth. Rost. *lenitudo*. At prius plurimorum aptius. n. 5. 6. *lenia*. L. 3. 17. 25. Bün.

n) *vt si quis velit - non sinat*] Heumann *Lego*, inquit, *sinet*. *Quidam propter pramissum vt mutauit sinet in sinat*. *Verum obseruare is debueras, vt his loci significare exempli gratia*. Verum quidem est, vt hic valere *exempli gratia*, quod in Lactantio est frequentissimum. vide L. 6. 1. 18. 21. L. 3. 24. 9. de Ira c. 10. 33. c. 16. 7. Opif. 4. 15. c. 7. 6. et SINET dicere potuisset, sicuti hoc libro c. 13. n. 17: *vt si velit - adpessent*. Sed nihilominus SINAT, quod omnes libri hic habent, est retinendum. Simili enim modo de Opif. 8. 14: *vt, si quis velit transpicere per cicutam, non plus profecto cernat, quam cicuta - caputitas comprehendat*. Cicero de Senect. c. 6: *vt, si qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, quum alii malos scandans - illo - clauum tenens sedeat in puppi quietus, non faciat ea, qua iuuuenes*. L. 2. Nat. D. 5: *vt, si quis*

- 8 *Si aspera, et angulata sunt, et hamata, ut possint coherere, di-*
vidua ° ergo et secabilia sunt; hamos enim necesse est et angu-
 9 *velli potest; et videri poterit et teneri. Hæc, inquit, per*
inane irrequietis motibus ° volitant, et huc atque illuc feruntur,
sicut pulveris minutias ° videmus in sole, quum per fenestram ra-
dios ac lumen immiserit. ex his arbores, et herbae; et fruges
omnes oriuntur: ex his animalia, et aqua, et ignis, et uniuersa
gignuntur, et rursus in eadem resoluuntur. Ferri hoc pot-
 10 *est, quamdiu ° de rebus paruis agitur. Ex his etiam mun-*
ditus concretus est °. Impleuit numerum perfectæ insanix °,
nihil videtur ulterius adici posse °: sed inuenit tamen ille
 quod

in domum aliquam - venerit - non pos-
sit ea sine causa fieri indicare, sed
esse aliquem intelligat, qui praesit.
 Bün.

o) *Si aspera et angulata sunt - co-*
herere, diuidua] Ita lego ex Bonon.
 antiquo cum Thomasio, Iseo, Gall.
 Spark. Walch. Heumanno, ut sint
 verba Lactantii refutantis porro er-
 rores Epicurei; pari modo, quo in
 primo membro: *si lauia sunt et ro-*
zunda etc. sinat. Pro illis Vlter.
 Londin. Reg. Emman. Goth. Lipf.
 Reimm. et editi ante Thomassium
 et Cell. *Aspera inquit et angulata*
sunt - coherere. Diuidua. ita essent
 verba ipsius Epicuri. Res videtur
 eodem redire. Bün.

p) *hamos enim necesse est et angu-*
los] Quartus casus est veterum li-
 brorum: sequiores *hamis, angulis.*
 Cell.

q) *hamos - et angulos eminere]*
 Etiam accus. casu Lond. Reg. Reimm.
 (licet hic: *hames, vocali secunda,*
angulos.) Rost. Ven. 1471. 72. vtraque
 78. 93. 97. et Paris. 1513. Epit. 36. 5:
hami enim et anguli exstant, et pos-
sunt amputari. Bün.

r) *ut possint amputari]* Lipf. a.

Reimm. ut possint amputari et di-
 velli, et statim iidem: *Ita quod am-*
putari ac diuidi potest. Bün.

s) *irrequietis motibus]* Lond. Reg.
requietis moribus. Etiam Reimm.
requietis. vid. c. 13. 4: *irrequietis*
curfibus. Bün.

t) *pulveris minutias]* Sic Lond.
 Goth. Lipf. Reimm. et omnes editi;
 vnde seruauit. In Bonon. et Tax.
pulveris micæ, quod genuinum est
 Heumanno, quia in eodem argu-
 mento Lucretius L. 1. 839: *micæ*
auri dixit. Bün.

u) *quamdiu]* Reimm. *quamdiu*
vel quæssies. Bün.

x) *concretus est]* Rost. Ven. 1471.
completus est. Bün.

y) *perfectæ insanix]* Rost. Ven. 1471.
 vtraque 1478. Pier. Parrh. Paris. *per-*
cepta insanix. Ven. 1493. 97. *præ-*
cepta insanix. Goth. Lipf. Reimm. Ald.
 et seqq. *perfecta insanix.* Ita Arnob.
 L. 6. p. 225. ed. in 8. *Etenim ple-*
na dementia est. Bün.

z) *nihil videtur ulterius adici*
posse] Editi Ven. 1493. 97 - 1515. et
 seqq. *ut nihil ulterius adici possit.*
 Lond. Reg. et Reimm. *nihil ulterius*
adici posse. Rost. (omisso, ut) *nihil*
 ul-

quod adderet ^a. *Quoniam omne, inquit, infinitum ^b, nec potest quidquam vacare ^c. necesse est ergo innumerabiles esse mundos.* Quæ tanta vis ^d fuerat atomorum, vt moles tam inæstimabiles ^e ex tam minutis conglobarentur? ac primum ^f requiro, quæ sit istorum seminum vel ratio, vel origo. si enim ex illis sunt omnia; ipsa igitur vnde esse dicemus, quæ natura tantam copiam ad efficiendos innumerabiles mundos subministravit? Sed concedamus ^g, vt impune de mundis delirauerit: de hoc ^h loquamur, in quo sumus, et quem videmus. Ait, *omnia ex indiuiduis corpisculis fieri.* Si hoc ita esset; nulla res vniquam sui generis semine indigeret; sine ouis alites nascerentur, aut oua sine partu; item cetera viuientia sine coitu: arbores, et quæ gignuntur e terra, propria semina non haberent; quæ nos quotidie tractamus, et serimus. cur ex frumento seges nascitur, et rursus ex segete frumentum? Denique si atomorum coitio et conglobatio efficeret omnia, in aere vniuersa cre-

ulterius adici posset. Goth. Ven. vtraque 1478. *nihil ulterius adici posse.* At Bon. Tax. Pen. *insania.* *Nihil videtur ulterius adici posse.* Bün.

^a) *quod adderet*] Scribæ pro plurimorum *quid* ex Reimmann. Bet. Walch. Heumann. *quod adderet.* Mirum tot editores post Betuleii emendationem potuisse falsum *quid* propagare. Bün.

^b) *Quoniam omne, inquit, infinitum*] Ven. 1472. vtraque 78. *Quoniam omne, inquit, infinitum est.* Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomaf. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. *Quoniam est omne, inquit, infinitum.* Lond. Reg. Goth. Lips. Reimm. Rost. Cell. *Quoniam omne, inquit, infinitum.* Bün.

^c) *nec potest quidquam vacare*] Lond. Reg. *nec potest quidquam vacare.* Goth. Lips. 2. Reimm. *nec potest vacare, omisso quidquam.* Bün.

^d) *tanta vis*] i. e. n. II. *tanta copia, qui tantus numerus.* conf. L. 7. 4. II. Bün.

^e) *inæstimabiles*] Reimm. *inestimabiles.* Nam sæpe MSS. et edd. antiquæ: *extimo* pro *astimo*: significat *inestimabilis*. innumerabilis, vnde n. 10. et n. II. *innumerabiles mundos.* adnotauit ad L. 1. 16. 7. (h) p. 104. Bün.

^f) *ac primum*] Emman. Cant. Cell. *At primum.* Reimmann. *Ad primum.* Lond. Reg. Goth. Rost. Ven. 1471 - 1515. et omnes reliqui: *Ac primum.* Bün.

^g) *Sed concedamus*] Lond. Reg. Lips. 2. Reimm. Rost. *sed concedam.* Sequitur plur. *loquamur.* Bün.

^h) *omnia, in aere*] Lips. 3. Reimmann. Ven. vtraque 1478. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gyn n. Fas. Gryph. Torn. Betul. *omnia. et in aere, vt et valeat etiam.* On. Iunt. et Rost. Ven. 1493. 97. Th. as. et seqq. Bün.

ⁱ) *aut*

crefcerent, fiquidem per inane atomi volitant: cur fine terra, fine radicibus, fine humore, fine femine, non herba; non arbor, non fruges oriri aut generari ^{i. k} poffunt? Vnde adparet, nihil ex atomis fieri, quandoquidem vnaquæque res habet propriam certamque naturam, fuum femem, fuam legem ab exordio datam. Denique Lucretius^l, quafi oblitus atomorum, quos adferebat, vt redargueret eos, qui dicunt ex nihilo fieri omnia, his argumentis vfuus eft, quæ contra ipfum valerent. fic enim dixit:

*Nam fi de nihilo fierent, ex omnibus rebus
Omne genus nafci poffet: nil femine egeret.*

Item poftea ^m,

*Nil igitur fieri de nilo ⁿ poffe fatendum eft:
Semine quando opus eft rebus, quo quæque create
Aeris in teneras poffint proferrier auras.*

17 Quis hunc putet habuiffe cerebrum ^{o. p}, quum hæc diceret, nec videret fibi efle contraria? nihil enim per atomos fieri exinde adparet, quod femem cuiusque rei certum eft; nifi forte et

i) aut generari] Hoc fcriptis excufisque libris vetuftis ineft: pofterioribus *augerique*. Cell.

k) oriri aut generari] Bon. Tax. Lipf. i. Thomaf. Gall. Spark. *oriri augerique*. Præfert Heumannus, fed quod probare vult ex n. i: *vim gignendi et augendi*, id eius coniectura nititur; non tamen incommoda. Lond. Reg. Emman. Cant. Goth. Lipf. duo, Reimmann. et ab 1465-1566. editi, porro Torn. 1587-1613. Betul. Ifæus, Cell. Walch. *oriri aut generari*. Büñ.

l) Denique Lucretius] lib. i. v. 160. Cell.

m) Item poftea] eodem lib. i. v. 206. Cell.

n) fieri de nilo] Lipf. 2. Reimm. Roff. Ven. 1471. de nullo. Bonon. Goth. Ven. vtraque 1478. Betul. Torn. Walch. *fieri de nihilo*. Po-

fterius repugnat verfu; prius de nullo Lucretii mori, qui libenter *nihilum in nilum* contrahit. e. g. L. i. 238:

- ad nilum quæque reuerti.

et v. 674:

Ne tibi res redeant ad nilum fuoditus omnes. Büñ.

o) Quis hunc putet habuiffe cerebrum] rationem et fanam mentem. Nam veteres *in cerebro dixerunt animi efle fedem*. Cic. Tufcul. cap. 9. Cell.

p) habuiffe cerebrum] Eleganter, vt Phædrus de Larua L. i. 7. 2: *O quanta fpecies, inquit, cerebrum non habet*. vbi vide Burmannum in Novo Commentario p. 19. fq. Iterum Laëtantius Epit. 54. 4: *homines inanis cerebri*. De Opif. 16. 4: *Alii fedem eius (mentis) in cerebro efle dixerunt*. Büñ.

q) ma-

et ignis et aquæ naturam ex atomis esse credemus. Quid? 18
 quod durissimi rigoris-materiæ q, si ictu vehementiore colli-
 dantur, ignis excutitur. num in ferro aut filice atomi la-
 tent? quis inclusit? aut cur sua sponæ non emicant? aut quo-
 modo semina ignis in materia frigidissima permanere potu-
 erunt? Omitto filicem ac ferrum. Orbem vitreum plenum 19
 aquæ si tenueris in sole, de lumine, quod ab aqua refulget,
 ignis accenditur, etiam in durissimo frigore. num etiam in
 aqua ignem esse credendum est? atqui de sole ignis ne æstate
 quidem accendi potest. Si ceræ inhalaueris r, vel si vapor 20
 leuis t. * aliquid attigerit, aut crustam marmoris, aut laminam;
 paulatim per minutissimos rores aqua concrefcit. Item de
 halitu terræ aut maris nebula exstirrit: quæ aut dispersa hume-
 facit * quidquid texerit; aut collecta, in arduos montes in subli-
 me vento rapta, stipatur in nubem s, atque imbres maximos
 deiicit. Vbi ergo dicimus liquores natos esse? num in va- 21
 pore? num in halitu? num in vento? Atqui nihil potest con-
 sistere in eo, quod nec tangitur, hæc videtur. Quid ergo * 22
 de

q) *materia*] Bon. Tax. *materies*.
 vid. not. L. 2. 12. 2. (b) p. 252. Büñ.

r) *ignis excutitur*] Sic omnes scri-
 pti, editique præter Ven. primam
 1478. *excucitur*, præue. Mallet si li-
 bri aduerent: *excuditur*, vt Virgil.
 1. Aen. 174.

*Ac primum filicis scintillam
 excudit Achates.*

Ita quoque Harduinus in Plinii L.
 16. c. 40: *ad excudendum ignem non
 semper lapidis occasio est*, et sic legen-
 dum censuit Burmannus ad Ouid. L.
 7. Met. 17. p. 447. vbi doctè obser-
 vat differentiam inter *excucere*, quod
 est *iactando abiicere, a se depellere*;
 quum *excudere* contra est *excudendo
 producere*. adde sis meum Indicem
 Latinit. Selectæ ad Castellionis In-
 terpret. Cod. S. p. 73. Büñ.

s) *si ceræ inhalaueris*] Ald. Gryph.
 Thomas in ed. Antu. 1570. et 1587.

Itæus: *si ceræ inhalaueris*. At me-
 lius Bon. Pen. Cauc. Vltr. Lond.
 Reg. Goth. Lips. Witeberg. Reimm.
 Ven. vtraque 1478. 93. 97. Parrh.
 Paris. Crat. Gynn. Torn. Betul. Gall.
 et recentiores *inhalaueris*. Rost. *inala-
 ueris*. Nonnulli MSS. et vett. edd.
 certe, *cera*, corrupte pro *cera*. Büñ.

t) *si vapor leuis*] Goth. *leuis*. Sed
 certum *leuis*, quod Lips. et Rom.
 tuentur. Cell.

u) *vapor leuis aliquid*] Bonon. *va-
 por leno aliquid*. Sed Lond. Reg.
 Reimm. et editi: *leuis*. Büñ.

x) *humefacit*] Lips. 2. Reimm.
humefcit, reliqui habent prius, quod
 non aliunde quam ex h. l. notum.
 vid. Falsteri Suppl. L. L. p. 46. Büñ.

y) *stipatur in nubem*] Cic. 2. N.
 D. 39. *in nubes cogitur*. Büñ.

z) *Quid ergo*] Bon. *Quid ego*. Büñ.

a) *omnium*

de animalibus loquar, in quorum corporibus nihil sine ratione, sine ordine, sine utilitate, sine specie figuratum videmus? adeo ut solertissima, et diligentissima omnium partium membrorumque descriptio a casum ac fortunam repellat. Sed
 23 puremus, artus, et ossa, et nervos, et sanguinem de atomis posse concrefcere: quid sensus, cogitatio, memoria, mens ^b, ingenium, quibus feminibus coagmentari ^c & possunt? minutissimis, inquit. Sunt ergo alia maiora: Quomodo igitur in-
 24 cabilia? Deinde ^e si ex inuisibilibus sunt, quæ non videntur: consequens est, ut ex visibilibus sint quæ videntur ^f. cur igitur
 25 nemo videt? Sed siue inuisibilia, quæ sunt in homine, consideres ^g, siue tractabilia ^h, quæ veniunt sub adspcctum; ratio-

a) *omnium partium - descriptio*] Cic. I. N. D. 33: Quid reliqua descriptione omnium corporis partium, in qua nihil inane, nihil sine causa, nihil superuacaneum est? Büñ.

b) *mens*] Hæc vox non est in Lond. Reg. Goth. Lips. 2. Reimm. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Parrh. Paris. primus in meis Aldus habet, tum reliqui. Büñ.

c) *coagmentari*] Firmant hanc pure latinam lectionem alter Lips. et Rom. nec audiendi qui *augmentari* vel *coaugmentari* ex aliis libris adferunt. Cell.

d) *coagmentari*] Lips. secundus, denuo inspectus, Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. *coaugmentari*. Ven. 1493. 97. *coaugmentari*. Goth. *augmentari*. At Lond. Reg. Parrh. Paris. Aldus: *coagmentari*. vid. n. 7. *coagmentatio*. Büñ.

e) *Deinde*] Lond. Reg. et editi: Denique. Scripsi ex vtroque Bonon. Tax. Pen. Cauc. Vltr. Emman. Goth. Lips. 2. 3. et Reimm. *Deinde*. Büñ.

f) *si ex inuisibilibus sunt, quæ non videntur: consequens est, ut ex visibilibus sint quæ videntur*] Lond. Reg. Goth. Lips. 2. Reimm. Rost. Ven. 1471.

72-1515, et omnes ante Thomas. praelegebant: *si ex inuisibilibus sunt (sint), quæ videntur. Cur igitur non videntur.* Restituerunt Thomastus et Iſæus ex vtroque Bonon. et Tax. veram lectionem. Büñ.

g) *consideres*] Plures scripti et omnes editi: *consideret*. Rectius mihi visum Bon. Tax. *consideres*. Büñ.

h) *siue tractabilia*] Nolim celari, MSS. Lips. et Emman. esse *tactibilia*: Rom. *intractabilia*. Videant, quibus plures libros inspiciendi est copia. Cell.

i) *tractabilia*] Bon. *tactilia*. Emman. Lips. Goth. Reimm. Pen. *tactibilia*, ut L. 7. II. 9. c. 12. 3. *taugibilia*. Ven. 1472. vtraque 78. *tactibilia*. Ven. 1493. 97. *intractabilia*. Lond. Reg. Rost. Parrh. Paris. 1513. Ald. et reliqui: *tractabilia*. Pro Bonon. est Lucretius L. 5. 152:

Tactile nil nobis quod sit, con-
singere debet

Lactantius de Ira c. 15. 3. *tenue! et intractabile opponit comprehensibili.* vide not. ad L. 2. 6. 6. *contemplatione contrectare*, et ad de Opif. l. 15. *oculis consrectare*. Büñ.

g) *Quid*

tione vtraque constare quis non videt? quomodo ergo fineratione coeuntia possunt aliquid efficere rationale? Videmus enim nihil esse in omni mundo, quod non habeat in se maximam mirabilemque rationem. quæ quia supra hominis sensum et ingenium est; cui rectius, quam diuinæ prouidentiae tribuenda est? An simulacrum hominis et statuam ratio et ars fingit; ipsum hominem de frustis temere concurrentibus fieri putabimus? et quid simile veritatis in ficto ^k, quum summum et excellens artificium nihil aliud nisi umbram ex extrema corporis lineamenta ^l possit imitari. num potuit humana sollertia dare operi suo aut motum aliquem, aut sensum? Omitto ^m vsum ⁿ videndi, audiendi, odorandi, ceterorumque ²⁷ membrorum vel adparentium, vel latentium mirabiles utilitates; quis artifex potuit aut cor hominis, aut vocem, aut ipsam fabricare sapientiam? quisquamne igitur sanus existimat, quod homo ratione, et consilio facere non possit, id concursu atomorum passim ^o cohærentium perfici potuisse? Vidēs, in quæ deliramenta inciderint, dum nolunt effectiōnem ^p, curamque rerum Deo dare. Concedamus tamen his, vt ex atomis ²⁸ fiant, quæ terrena sunt: num etiam cælestia? deos, aiunt, incorruptos, æternos, beatos esse, solisque dant immunitatem, ne concursu atomorum concreti esse videantur. Si ²⁹ enim

k) quid simile veritatis in ficto] Sic omnes libri. Heumannus *veritati* mallet. ad rem ipsam conf. L. 2. 18. 3. Bün.

l) extrema corporis lineamenta] Lond. Reg. Reimm. et omnes libri: *extrema*. Recte ergo ex hoc loco Bouhier monet aduersus Dauissium, etiam in Cicerone L. 1. N. D. c. 44: *lineamentis dumtaxat extremis seruandum esse*. Pari modo Lact. L. 5. 11. 3. *lineamenta et summam figuram* dixit. Bün.

m) Omitto] Bon. mitto. Bün.

n) vsum] Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. *sensum*, quod Heu-

mamo non displicet. Lond. Reg. Emm. Cant. Cauc. Vltr. Goth. Lipf. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. etc. *vsum*. Bün.

o) passim] i. e. vt antecessit n. 25. *sine ratione, sine consilio*, siue n. 1. et n. 26. *temere*. noto ad L. 3. 9. 5. Bün.

p) effectiōnem] notata hæc vox in Walchii Diatrib. ad Lact. p. 60. est Ciceronis, iam aliis obseruata. occurrit quoque in Hygin. Poet. Afron. L. 4. c. 3. p. 465. *ad circuli effectiōnem*. Augustin. Ciui. D. L. 12. c. 7. *nec illa causa effectio est*. Bün.

emim dii quoque ex illis constitissent ²; dissipabiles fierent, feminibus aliquando resolutis, atque in naturam suam reuertentibus ². Ergo si est aliquid, quod atomi non effecerint:
 30 cur non cetera eodem modo intelligamus ²? Sed quaero, ante quam mundum primordia ista generarent ², cur sibi dii habitaculum non aedificauerint? Videlicet, nisi atomi coisissent, caelumque fecissent, adhuc dii per medium inane ² penderent.
 31 Quo igitur consilio, qua ratione de confuso aceruo se atomi

con-

q) Si enim dii quoque ex illis constitissent] Goth. et Emman. codicum est: ceteri, deos --- constituis-
 sent. Cell.

r) Si enim dii - constitissent] Lipf. 2. Reimm. Rost. Si enim deos quoque ex illis constituisset. (in singulari, sc. Epicurus.) Lond. Reg. constituis-
 sent. Subl. Ven. 1471-1515- ad 1685. editi: Si enim deos quoque ex illis constituisissent, Epicurei. Nam antea dixit: solis dant immunisatam. At Bonon. Vlter. Goth. Emm. Si - Dii - constitissent. Bün.

s) reuertentibus] Bon. Tax. recur-
 ventibus. Bün.

t) cur non cetera eodem modo intelligamus] repete: atomos non effecisse. Bün.

u) mundum primordia ista generarent] MSS. quidem, mundus -- generaret; Rom. tamen vt vulgati, quod propius est sententiae auctoris. Cell.

x) mundum - generarent] Rost. mundus - generaret. Bonon. mundum - generasent. Lond. Reg. Goth. Lipf. Reimm. Ven. 1471. vtraque 1478-1515. Paris. et reliqui: mundum - generarent. Bün.

y) quaero cur non - aedificauerint] Rost. Ven. 1471-1510. et Paris. quaero - cur non aedificauerunt. Haud male, indice Heumanno; qui nec prius Lactantio indignum ex n. 39. censet. Mihi prius solum Lactantio

dignum videtur, qui, vbi non corruptus est, semper cum Cicerone post quaero, cur, coniunctiuum ponit. Hic Lond. Reg. Vlter. Cauc. Goth. Lipf. Reimm. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isæus et seqq. aedificauerint. Sic Lib. 2. 4. 25. (e) p. 190. restitui: quaero, cur illi - iaculegia non vindicauerint. L. 3. 19. 16: quaero - cur - putauerit. Ira 13. 9: solent quaerere, cur - reperiantur. Cicero L. 1. N. D. 9: sciscitor, cur mundi aedificatores repente exstiterint - quaero, cur Pronæa vestra cesauerit. De Fato c. 8: quaero - cur non possint. pro Sulla c. 1: quaero, cur - fecernas. L. 2. Diuin. c. 61: requiro, cur - det. Sic restituo ex Brixienti 1485. f. Macrobr. 7. Saturn. c. 16: quaero, cur - effecerit. Bün.

z) coisissent] Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. et seqq. coisissent, quatuor syllabis; at Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. coisissent, tribus syllabis, nam amat contractionem. Bün.

a) per medium inane] Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. per medium in aere. At rectius Lond. Reg. Goth. Lipf. Reimm. Aldus et seqq. inano n. 9. L. 7. 5. 10 consistere in medio inani non poterat. Bün.

b) ser-

congregauerunt, vt ex aliis inferius terra conglobaretur, *b. c.* cælum desuper tenderetur, tanta siderum varietate distinctum, vt nihil vnquam excogitari possit ornatius? Tanta ergo 32 qui videat, et talia; potest existimare, nullo effecta esse consilio, nulla prouidentia, nulla ratione diuina; sed ex atomis subtilius exiguis *d. e.* concreta esse tanta miracula? Nonne 33 prodigio simile est aut natum esse hominem, qui hæc diceret; aut existisse, qui crederent? vt Democritum, qui auditor eius fuit; vel Epicurum, in quem vanitas omnis de Leucippi fonte *f. g.* profluxit *b.* At enim (sicut alii *i.* dicunt) *natura* 34 *mundus effectus est, quæ sensu et figura caret.* Hoc vero multo est absurdus. Si natura mundum fecit; consilio et ratione fecerit, necesse est. is enim facit aliquid, qui aut voluntatem faciendi habet, aut scientiam. Si caret sensu ac 35 figura, quomodo potest ab ea fieri, quod et sensum habeat, et figuram? nisi forte quis arbitretur *k.* animalium fabricam

tam

b) terra conglobaretur] Emman. et Goth. singulari numero: alii pluratiuo. *Cell.*

c) terra conglobaretur] Londin. Reg. Reimm. et ab 1465-1566. editi, item Thyf. Gall. Spark. in plur. *terra conglobarentur.* Bonon. Itæus, Cell. Walch. Heum. in singulari rectius: *terra conglobaretur.* conf. L. 2. 8. 62. *Bün.*

d) subtilibus, exiguis] Nulla hic mihi occurrit scripturæ diuersitas. Cum igitur ET non sit inter duo hæc verba interiectum, credo, *exiguis* e margine irreptisse. Est enim interpretatio $\overline{78}$ *subtilibus.* Heumannus.

e) subtilius exiguis] Betul. Torn. 1587-1613. Geneu. 1630. Walchius: *subtilibus et exiguis.* Londin. Reg. et Goth. SVBTILIVS *exiguis.* Reimm. et Subl. Rost. Ven. 1471-1515. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Thomas. Itæus et reliqui: *subtilibus, exiguis,* sine copula. Frequenter ita Arnobius, frequentius Minucius, ac vix

semel atque iterum ita Lactantius. ita Goth. n. 44. *minora, humilia,* ubi plures *minora et humilia,* vnde secutus sum Lond. et Goth. membranas; *subtilius exiguis, pro subtilissimis, minutissimis.* *Bün.*

f) de Leucippi fonte] sect. 3. huius cap. 10. *Cell.*

g) Epicurum - de Leucippi fonte] c. 10. 3. Lib. 3. 17. 23: *Cur illa (corpuscula) nemo præter vnum Leucippum somniauit, a quo Democritus eruditus hereditatem stultitiæ reliquit Epicuro.* *Bün.*

h) profluxit] c. 9. 3. *Bün.*

i) sicut alii] in his Seratonem intellexit. vid. n. 1. naturam *nec sensum habere vllum, nec figuram.* *Bün.*

k) nisi forte quis arbitretur] Solus Bonon. *arbitratur,* quod præfero quidem; sed nec damno alterum in coniunctiuo, quem hic Londin. Goth. Lipf. Reimm. et omnes editi exhibent. vide quæ adnotavi ad L. 1. Inst. 13. (b) pag. 85: *nisi forte aliquis existimet.* *Bün.*

• VVV

l) tam

tam subtilem^l, tamque mirabilem a non sentiente formari^m animarique potuisse; aut istam cæli speciem tam providenter ad utilitates viventium temperatam, nescio quo casu, sine conditore, sine
 36 artifice, lubito exstitisse. *Si quid est*, inquit Chrysippusⁿ, *quod efficiat ea, quæ homo, licet ratione sit præditus, facere non possit; id profecto est maius et fortius et sapientius homine.* Homo autem non potest facere cælestia: ergo illud, quod hæc efficit^o, vel effecerit, superat hominem arte, consilio, prudentia, po-
 37 testate. Quis igitur potest esse nisi Deus? Natura vero, quam^p veluti matrem esse rerum putant, si mentem non habet, nihil efficit unquam, nihil molietur. Vbi enim non est
 38 cogitatio; nec motus est ullus, nec efficacia. Si autem consilio utitur ad incipiendum aliquid, ratione ad disponendum, arte ad efficiendum, virtute ad consummandum, potestate ad regendum, et continendum; cur natura potius, quam
 39 Deus nominetur? Aut si concursus atomorum, vel carens mente natura, ea, quæ videmus, effecit^q, quæro, cur facere cæ-
 lum

l) *tam subtilem]* addunt vulgo, *tamque mirabilem*, cuius nulla vestigia in nostris MSS. sunt, neque in Rom. Cell.

m) *animalium fabricam, tam subtilem, tamque mirabilem a non sentiente formari]* Lips. tert. et Reimman. Ven. 1472. utraque 78. 93. 97. *naturam animalium fabricatam tam subtilem a non sentiente* (Reimman. scientie) *formari.* Londin. Reg. et Goth. *natura animalium fabricam tam subtilem a non sentiente formari.* Rost. *naturam animalium fabricatam tam subtilem a non semine.* Paris. *naturam animalium fabricatam tam subtilem non a sentiente.* Cauc. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Walch. *fabricam tam subtiliter a non sentiente natura formari.* Ex antiquis codd. Thomasi, i. e. Isæo teste, ex utroque codice S. Saluatoris, Bonon. Tax. Vltr. Lips. vno, ed. Plantin. 1570. 1587. Isæo, Gall.

Spark. edo: *animalium fabricam tam subtilem tamque mirabilem a non sentiente formari.* Ita in Epit. 42. 2. *præclaram et mirabilem huius mundi fabricam dixit.* Büu.

n) *inquit Chrysippus]* Lib. 1. Institut. cap. 5. sect. 20. et cap. 6. sect. 9. Cell.

o) *quod hac efficit]* Lond. Reg. *quod hac efficiat.* Lips. 2. Reimman. *quod efficiat.* Rost. Ven. utraque 1478. *quod hoc efficiat.* Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Ald. et seqq. *quod hac efficit.* Büu.

p) *Natura vero, quam]* Reimman. ita distinguit: *quis igitur potest esse nisi Deus natura, non quomodo veluti matrem esse.* At Goth. Lips. Rost. Ven. 1471-1515. *Natura vero quam.* Edd. Cell. et Heum. *Natura vero quem, vitiose.* Büu.

q) *qua videmus, effecit]* Lond. Reg. Reimman. *qua videmus, efficit.* Büu.

r) *cur*

lum potuerit, urbem aut domum non potuerit? cur montes marmoris fecerit, columnas et simulacra non fecerit? At-
 40 qui debuerant atomi etiam ad hæc efficienda concurrere, si-
 quidem nullam positionem relinquant, quam non experian-
 tur. nam de natura, quæ mentem non habeat, non est mi-
 randum; quod hæc facere oblita sit. Quid ergo est? uti-
 que Deus; quum inchoaret hoc opus mundi, quo nihil potest
 esse nec dispositus ad ordinem, nec aptus ad utilitatem; nec
 ornatus ad pulchritudinem, nec maius ad molem, quæ fieri
 ab homine non poterant, fecit ipse; in quibus etiam hominem
 ipsum, cui particulam de sua sapientia dedit, et instruxit eum
 ratione, quantum fragilitas terrena capiebat, ut ipse sibi
 efficeret, quæ ad usus suos essent necessaria. Si vero in
 42 huius mundi, ut ita dixerim, republica nulla prouidentia
 est, quæ regat, nullus Deus, qui administret; nec omnino
 sensus ullus in hac rerum natura pollet; unde igitur mens hu-
 mana tam follens, tam intelligens orta esse credetur? Si
 43 enim corpus hominis ex humo factum est, unde homo no-
 men

r) cur calumpneris, urbem non potueris.] Hæc similia illis Ciceronis 2. N. D. c. 37: Quodsi mundum efficere potest concursus atomorum, cur porticum, cur templum, cur domum, cur urbem non potest? quæ sunt minus operosa, et multo quidem facilitiora. Büñ.

s) Atqui debuerant.] Editi: atqui potuerant. Lond. Reg. Goth. Lips. 2. 3. Reimm. atqui non debuerant. Tum non pro nomine sumendum. sed Bon. Tax. Pen. Emman. Atqui debuerant. Büñ.

t) nullam positionem.] Opif. 6. 13: Si primordia nullum genus positionis inexpertum relinquunt. Büñ.

u) dispositus.] rariore gradus in hac voce. Sic Boethius L. 4. princ. in-dispositissima domo. Büñ.

x) capiebat.] Multi libri, e. g. Gryph. Torn. Paris. 1561. Betul. Anty.

1570. 1587. ThyL. Gall. cupiebat. Lond. Reg. Emman. Cant. Goth. Lips. Reimm. et ab 1465-1524. editi, et Gymn. Ifæus, Spark. etc. capiebat. Büñ.

y) ad usus-necessaria.] Goth. Lips. Reimm. et omnes editi: in usus-necessaria. At Bonon. Tax. et Londin. Reg. ad usus-necessaria. Præstat sane. Ita iungit constanter. L. 1. 4. 6: derelictis ad tutelam vitæ necessariis. Ira 18, 10: sensibus ad usum vitæ necessariis. Epit. 56. princ. necessariam ad salutem. Seneca ep. 9: multis ad quotidianum usum necessariis opus est. Büñ.

z) ut ita dixerim.] Quintil. L. 2. Inst. 13. flexus ille, et, ut sic dixerim, motus. Büñ.

a) ex humo factum.] Lond. Reg. Rost. Ven. 1471. 72. utraque 78. factum. At Goth. Lips. Reimm. Lond. Reg. Ven. 1493. 97. et seqq. factum.

- men accepit: animus ergo, qui sapit, rector est corporis^b, cui membra obsequuntur tamquam regi et imperatori; qui nec adspici, nec comprehendi potest; non potuit ad hominem nisi
 44 a sapiente natura peruenire. Sed sicut omne corpus mens et animus gubernat; ita et mundum Deus. nec enim verisimile est, vt minora et humilia^c regimen habeant, maiora
 45 et summa non habeant. Denique M. Cicero in Tusculanis et in Consolatione^d, *Animorum*, inquit, *nulla in terris origo inueniri potest. nihil est enim*, inquit, *in animis mistum atque concretum, aut quod ex terra natum atque fictum^e esse videatur; nihilne^f aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum.*
 46 *His enim in naturis & nihil inest, quod vim memoria, mentis, cogitationis habeat, quod et^b praterita teneat, et futura provideat, etⁱ complecti possit presentia, quae sola diuina sunt. Nec enim*

Variant quoque n. 45. et L. 2. 10. 3. et L. 7. 12. 2. Bün.

b) *animus - rector corporis*] L. 2. 12. 11. 12. Lib. 6. 1. 7. Opif. 1. n. 10. adde Cortium ad Sallust. Catil. 1. 2. p. 4. et ad Iugurth. 2. 3. p. 419. idem p. 407. ad Iugurth. c. 1. n. 3: *dux et imperator vita mortalium animus est.* Bün.

c) *minora et humilia*] Goth. *minora humilia.* Reliqui rectius et addunt. Comparatiuum et positiuum alibi etiam iunxit. Bün.

d) *M. Cicero in Tusculanis et in Consolatione*] in Tusculanis Quaestionibus Lib. 1. cap. 27. ex libro suo de Consolatione, quae sequuntur verba, produxit. Ait enim: *hanc nos sententiam secuti, his ipsis verbis in Consolatione hac expressimus: Animorum nulla in terris,* et reliqua. Cell.

e) *fictum esse*] Goth. Rost. Ven. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. *factum esse.* At Reimman. Lipf. Fas. Gryph. etc. cum Ciceronis plurimis *fictum esse.* Bün.

f) *nihilne*] Lipf. 3. Reimm. et Lond. Reg. *nihilne humidum quidem.* Cicero: *nihilne aut humidum quidem.* Hinc ne pro editorum vobis reposui. Parrh. Fasit. Gryph. Torn. Betul. *nihilque humidum aut flabile.* Bün.

g) *His enim in naturis*] Lipf. tert. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Walch. *His enim innatum nihil inest.* Reimm. Cauc. Vlter. Rost. Ven. 1471-1510. Paris. *His enim naturis.* Elegantius Lond. Reg. Goth. Lipf. 2. cum Cicerone *in naturis.* Bün.

h) *quod et praterita*] Recepi quod ex Bon. Tax. Isæo, Spark. Walchio et Heumanno, vbi plures quo. Bün.

i) *et praterita teneat, et futura provideat, etc.*] Hunc ordinem ex Londin. Reg. Goth. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Isæo, Spark. Walchio et ipso Cicerone restitui; vbi Thomafius, Cell. et Heumann. ediderant: *quo fusu-*

enim inuenietur umquam ^k, unde ad hominem venire possint, nisi a Deo. Exceptis igitur duobus tribusue calumniatoribus ⁴⁷ vanis, quum constet, diuina prouidentia mundum regi, sicut et factus est, nec sit quisquam, qui Diagoræ Theodorique ^l sententiam, vel Lëucippi inane commentum, vel Democriti Epicurique ^m leuitatem præferre audeat auctoritati vel illorum septem priorum, qui sunt adpellati sapientes; vel Pythagoræ, vel Socratis, vel Platonis, ceterorumque philosophorum ⁿ, qui esse prouidentiam iudicauerunt: falsa igitur est et illa sententia, qua putant terroris ac metus gratia religionem a sapientibus institutam, quo se homines imperiti a peccatis abstinent. Quod si verum sit, ergo derisi ab antiquis sapientibus ⁴⁸ sumus. quod si fallendi nostri, atque adeo totius generis humani causa commenti sunt ^o religionem, sapientes igitur non fuerunt; quia in sapientem non cadit mendacium ^p. Sed ⁴⁹ fuerint sapientes ^q; quæ tanta felicitas mentiendi, ut non tantum-

futura prouideat et præterita teneat. c. 9. 5: *nisi et præterita teneas, et præsentia scias, et futura prospicias.* Bün.

k) nec enim inuenietur umquam] Habebant inueniuntur umquam plures libri, solum Betul. *nec enim inueniuntur usquam.* Scripsi cum Cicrone, Isæo, Spark. Heum. *nec enim inuenietur sc. origo, dixit enim n. 45: animorum nulla in terris origo inueniri potest.* Bün.

l) Diagora Theodorique] Diagoræ Melii et Theodori Cyrenæi, qui nullos omnino deos esse putauerunt. Cic. Nat. deor. 1. cap. 1. et Lactant. 1. c. 2. sect. 2. Cell.

m) Democriti Epicurique] sect. 33. Cell.

n) ceterorumque philosophorum] Vulgo *summorum* intericiunt, secus ut in MSS. est. Cell.

o) commenti sunt] Emman. Cant. Reimman. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. com-

mentati sunt. Londin. Reg. prave: *commenta sunt;* Goth. Lips. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. reliqui: *commenti sunt.* vid. c. 8. n. 10. et not. 5. 3. 2. *religionem - commenti sunt.* Bün.

p) in sapientem non cadit mendacium] Lips. tert. Reimm. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat. Ald. Fasit. Gryph. Thomas. Isæus perperam *in sapiente;* rectius Londin. Reg. Goth. Lips. 1. 2. Betul. Torn. Galæus et seqq. *in sapientem non cadit mendacium.* L. 1. 4. 8: *in quos cadere suspicio - fraudis non potest.* Ira 15. 8: *in quem (Deum) nec egestas nec iniuria, nec dolor, nec mors cadit.* Seneca epist. 85: *non cadit in sapientem hac diuersitas mentis.* Bün.

q) sed fuerint sapientes] Lips. tert. Reimman. Ven. vtraque 1478. Paris. 1513. *sed si fuerint sapientes.* Ven. 1493. 97. *si fuerint sapientes.* Cauc. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Walch. *sed ut fu-*

tummodo^r indoctos, sed Platonem quoque ac Socratem fallerent, et Pythagoram^s, Zenonem, Aristotelem, maximarum^o sectarum principes, tam facile deluderent? Est igitur diuina prouidentia, ut senserunt ii homines, quos nominaui; cuius vi ac potestate omnia, quæ videmus, et facta sunt, et reguntur^r. Nec enim tanta rerum magnitudo, tanta dispositio, tanta in seruandis^t ordinibus temporibusque constantia aut olim potuit sine prouido artifice oriri; aut constare tot sæculis sine incola potenti; aut in perpetuum gubernari sine perito^s ac sciente rectoreⁿ; quod ratio ipsa declarat. Quidquid est enim, quod habet rationem; ratione sit ortum necesse est. Ratio autem sentientis sapientisque naturæ est; sapiens vero sentiensqueⁿ natura nihil aliud potest esse, quam Deus. Mundus autem, quoniam rationem habet, qua et regitur, et constat; ergo a Deo factus est. Quod si est conditor rectorque mundi Deus; recte igitur, ac vere religio constituta est^r, auctori enim rerum parentique communi honos veneratioque debetur.

XI. Quo-

fuertint sapientes, ita ut valeret quamuis, licet. At elegantissima lectio Bonon. Tax. Vltr. Lips. 2. Londin. Reg. Thomas. Isci, Gall. Spark. Cell. Heum. sed fuertint sapientes, i. e. ponamus, fingamus uisite sapientes. Ita Lactant. 1. 18. 20: Reliquerit hac sane Deus hum. ingeniis eruenda, n. 18. dixerat fingamus. Cic. 1. N. D. c. 39. sint sane. Bün.

r) non tantummodo] Lond. Reg. Goth. Reimman, Rost. Ven. 1471-1497. Paris. non modo. Bün.

s) et Pythagoram] Bon. ut Pythagoram. Bün.

t) in seruandis] Lond. Reg. Emman. et Goth. in conseruandis. Idem Lond. temporibusque delet. Bün.

n) sine perito ac sciente rectore] Cauc. Vltr. Lond. Reg. Emm. Paris. 1513. sine perito ac sentiente rectore. Lips. 2. et Reimm. sine perito ac stave sine rectore. Rost. Ven. vtraque

1478. 93. 97. sine perito ac sine rectore. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fac. Gryph. Torn. Betul. sine perito rectore. Sed optime Bonon. Tax. Pen. Lond. Reg. Goth. Lips. tert. Thomas. Hæus et Isq. sine perito ac sciente rectore. Bün.

x) natura est: sapiens vero sentiensque] Hæc verba absunt a Lond. Reg. Lips. 2. et Reimman. MSS. item Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 1497. ut ita cohæreant: Ratio autem sentientis sapientisque natura nihil aliud potest esse. Parrh. et Paris. ratio a sentientis sapientisque naturæ nihil aliud potest esse. At Goth. Lips. 3. Ald. Crat. Gymn. Fac. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Hæus, reliqui, ut est editum; nisi quod Torn. Betul. Walch. vocem aliud non habent. Bün.

y) recte igitur, ac vere religio constituta est] Hæc dicta respectu n.

XI. Quoniam constat ^a de prouidentia; sequitur vt doceamus, vtrumne multorum esse ^{b. c.} credenda sit, an potius vnus. Satis, vt opinor, docuimus ^d in nostris institutionibus, deos multos esse non posse; quod diuina vis ac potestas si distribuatur ^e in plures, deminui eam necesse sit; quod autem minuitur, vtique mortale est ^{f. g.}; si vero mortalis non est, nec minui, nec diuidi potest. Deus igitur vnus est, in quo vis et potestas consummata nec minui ^b potest, nec augeri. Si autem sunt multi; dum habent singuli potestatis aliquid ac numinis ⁱ, summa ipsa decrescit, nec poterunt singuli habere totum, quod est commune cum pluribus ^{k.} vnicuique tan-

47. et 48. contra eos, qui religionem a sapientibus falso confictam putarunt. In Lond. Reg. vox religio desideratur. Lipf. 2. 3. et Reimman. recte igitur ab eo (Deo) vera religio constituta est. Goth. recte igitur ac vere religio est constituta. Editi omnes, vt edidi. Bün.

a) constat] Lond. Reg. Goth. Lipf. Reimm. et editi omnes: constitit. Emman. constat, quod præfero, ita quoque Heumannus rescribit. Ita fert mos Lactantii. conf. c. 10. 47. quum constet, et c. 13. 25. L. 3. 11. 1. Bün.

b) vtrumne multorum esse] Lipf. cum vulgatis multorum deorum: at Goth. et Angl. Rom. vt edidimus. Cell.

c) vtrumne multorum esse] Bon. Lipf. Reimmann. Thomas. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. vtrumne multorum deorum esse. Reliqui Lond. Reg. Emm. Cant. Goth. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Cell. Walch. Heumann. Deorum non habent. Bün.

d) docuimus] Londin. ostendimus. Goth. docuimus superscriptum: vel ostendimus. Lipf. 2. et Reimmann. docuimus, vel quando ostendimus. Bün.

e) distribuatur] Vterque Bonon. Tax. et Ifæus: distrahatur. Bün.

f) in plures, diminuitur, vtique et mortalis est] Sic MSS. et Rom. Plura inferunt vulgatores. Cell.

g) in plures, diminui eam necesse sit, quod autem minuitur, vtique mortale est] Merito hæc lectio ex duobus Bonon. et Tax. a Thomasio, Ifæo, Gallæo, Sparkio, Heumanno præferitur; quæ Cellarius non debuisset aspernari, licet cum Goth. et Lipf. etiam Lond. Reg. Emman. Cant. Reimm. et ab anno 1465-1563. et Torn. 1587-1613. pro illis: in plures, diminuitur, vtique et mortalis est exhibeant. Bün.

h) consummata nec minui] Sic edo ex Goth. Emman. Cant. Reimmann. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. et sic Heumannus: vbi Ven. 1493. 97. et recentiores consummata est nec dederant. Consummata h. l. participium. In Lond. Reg. hic locus corruptus, legit enim: mortalis est, quæ nec minus potest, nec augeri. intermedia ex n. 2. et 3. absunt in eo omnia. Bün.

i) ac numinis] Lipf. 2. et Reimm. aut muneris. Bün.

k) quod est commune cum pluribus] Hæc verba, quæ in omnibus inuenio, Heumannus tanquam glossæma

4 tantum deerit, quantum ceteri possidebunt. Non possunt igitur in hoc mundo multi esse rectores, nec in vna domo multi domini, nec in naui vna multi gubernatores, nec in armento, aut grege^m duces multi, nec in vno examine^{m. o} multi reges. sed ne in cælo quidem^p multi soles esse poterunt, sicut nec animæ plures in vno corpore. adeo in vni-
 5 tate natura vniuersa consentit. Quod si mundum

Spiritus intus q. r alit, totamque infusa per artus

Mens agitat molem, et magno se corpore miscet;

adparet testimonio poetæ, vnum esse mundi habitatorem^r Deum; siquidem corpus omne nisi ab vna mente incolæ regique non
 6 potest. Omnem igitur diuinam potestatem necesse est in vno esse, cuius nutu et imperio regantur omnia; et ideo tan-
 tus

eiicit, sic legens: *totum*, sed *vnichique*. conf. L. 1. 3. 4. 11. Bün.

l) *nec in vna domo*] Ita libri, vbi Heumann. credit, initio scriptum fuisse: *vt nec in vna*, quia mox n. 4. sicut nec. Bün.

m) *nec in armento, aut grege*] Reimmann. armento et grege. Heumannus rescribit: *nec in armentorum grege*; quia etiam in L. de Mort. Perf. c. 37. 5. *armentorum greges*. Addo, etiam Columellam L. 1. c. 2. 5. dixisse *greges armentorum ceterorumque quadrupedum*, et Hieronymus Epist. ad Iulianum: *abactos armentorum ac pecorum greges*. In Epitome c. 2. 4. *si plures in armento duces*. Minucius Felix tamen distinxit vt in nostro loco c. 18. 7: *rex vnus apibus, dux vnus gregibus, in armentis rector vnus*. Bün.

n) *nec in vno examine*] apum scilicet. Codici sumus Goth. et Emman. codices. Perperam alii *regimine*. Cell.

o) *nec in vno examine*] Verissima hæc lectio vtriusque Bonon. Lond. Reg. Emman. et Gothani,

quam Betul. Torn. 1587-613. Geneu. Gall. Spark. Cell. Walch. Heumann. receperunt, et voluit Iszus, in quo vitiose: *exanime*. Confirmo ex antiquissimo Taurinensi in Epit. 2. 4: *Si multi sunt in examine apum reges*. Male igitur Lips. Reimmann. et ab 1465-1545. editi: *in regimine*. Bün.
 p) *sed ne in cælo quidem*] pro plurimorum *nec*, ex Lond. Reg. Reimmann. Ven. 1493. 97. *ne* recepi. Bün.

q) *Spiritus intus alit*] Virgilius Aeneid. 6. v. 726. *Cell*.

r) *Spiritus intus*] Adposite quidem Goth. *Spiritus vnus*; sed Virgilii libri et ipse Lactantius L. 1. 5. 11. *intus*. Bün.

s) *mundi habitatorem*] Lips. 2. et 3. *gubernatorem*, aptius, vt videtur, quia c. 10. 53. *conditor rectorque mundi Deus*. sed plurimorum: *habitatorem* defenditur per sequentia verba: INCOLI. Ita L. 4. Inst. 29. 8: *Hic mundus vna Dei domus est, et filius ac pater, qui vnanimes incolunt mundum, Deus vnus*. Forte legendum: *habitatorem et gubernatorem*. Bün.

t) per-

tus est, vt ab homine non possit aut verbis enarrari, aut sensibus æstimari. Vnde igitur ad homines opinio multorum deorum persuasione^f peruenit? nimirum ii omnes, qui coluntur vt dii, homines fuerunt, et iidem primi ac maximi reges: sed eos ob virtutem, qua profuerant^g hominum generi, diuinis honoribus adfectos esse post mortem; aut ob beneficia, et inuenta^h, quibus humanam vitam excoluerantⁱ, immortalitatis memoriam^j consecutos, quis ignorat? nec tantum mares, sed et feminas^k. Quod cum verustissimi Græciæ scriptores, quos illi theologos nuncupant^l; tum etiam Romani Græcos secuti et imitati docent, quorum præcipue^m Euhemerus ac noster Enniusⁿ, qui eorum omnium natales, coniugia, præ-

f) *persuasione*] Ingeniose Heumannus *persuasione*, i. e. siue persuasio legendum putat. In Reimm. ductus litterarum tales sunt, vt *persuasione* legi possit. Sane ablatiuus hic male quadrat, licet sit in omnibus editis. conf. L. 5. 19. 2. 3. et L. II. 5. et 39. L. 2. 17. 4. Bün.

g) *ob virtutem, qua profuerant*] Editi fere omnes: *quia profuerant*. Scribo ex Bon. Tax. Pen. Lond. Reg. Emman. et Gothano: QVA (virtute scil.) *profuerant*. Heumannus idem sentit. Bün.

h) *et inuenta*] Lond. Reg. Goth. Reinm. Lips. 3. et omnes editi: *et inuenta*. Emman. et Cellar. *aut inuenta*. conf. L. 1. 8. 8. Bün.

i) *vitam excoluerant*] vid. Lactantium L. 1. 19. 3. ex Virgilio. Bün.

j) *immortalitatis memoriam*] Rost. Ven. 1471-1515. et plures: *immortalem memoriam*. Ven. 1493. 97. *immortalitatem memoriam*. Scribo ex Bonon. et Tax. *immortalitatis memoriam*. Sic Cicero pro Milone c. 29: *ad immortalitatis memoriam consecrantur*. Bün.

k) *neq; tantum mares, sed et femi-*

nas] Sic omnes libri. repete: *immortalitatis memoriam consecutos*. conf. 1. 15. 19: *Quum - et mares et feminas complures ex hominibus in deorum numero esse videamus* etc. et n. 8. 9. Heumannus hæc omnia audacter proscrit, vt glossema. Bün.

l) *theologos nuncupant*] vide L. II. 48. Arnob. L. 4. p. 135. sq. 138. Augustin. L. 18. C. D. c. 14. Clementem Alex. L. 5. Strom. f. m. 571. Bün.

m) *quorum præcipue*] Heumannus, *lege*, inquit, *sine dubitatione*: præcipui sc. sunt. Omnes libri: *præcipue*. Ex Taurin. 42. 7. *quorum præcipue faciunt*. Pfaffius, Dauif. *quorum præcipue*. Heumann. *præcipuus*. Iterum de Opif. c. 8. 9: *quorum præcipue inexplicabilis est ac mira subtilitas*. Suetonius in Tib. Claudio c. 28: *Liberorum præcipue suspexit Posiden spationem*. Bün.

n) *Euhemerus ac noster Ennius*] Lond. Reg. Lips. 2. 3. *Homerus aut noster Ennius*, male. peius Reimm. *Homerus aut noster Erro-nus*. Lact. 1. 11. 33. 34. *Euhemerus - Hanc historiam interpretatus est Ennius et secutus*. et L. 1. 13. 14. conf. Minuc. Fel. c. 21. pr. Bün.

progenies, imperia, res gestas, obitus^d, sepulcra^e demonstrant. Et secutus eos Tullius tertio de Natura deorum libro dissoluit publicas religiones: sed tamen veram, quam ignorabat, nec ipse, nec alius quisquam potuit inducere. Adeo^f et ipse testatus est falsum quidem adparere, veritatem tamen latere. *Vtinam*, inquit, *tam facile & vera inuenire possem, quam falsa conuincere.* quod quidem non dissimulauer, vt Academicus, sed vere atque ex animi sententia proclamauit, quia veritas humanis sensibus erui^b, non potestⁱ; quod adsequi valuit^k humana prouidentia^l, id adsecutus est, vt falsa detegeret. quidquid enim fictum et commentitium; quia nulla ratione subnixum est, facile dissoluitur. Vnus est igitur princeps, et origo rerum Deus, sicut Plato in Timæo^m et sensit et docuit; cuius maiestatem

tan-

d) obitus] plurali numero, vt L. 5. 19. 15. interitus. Epit. 53. 5. exitus. sic neces, mortes, de quibus plura ad tit. libri de Mortibus Persecutorum. Plinii est L. 7. H. N. c. 55. fin. duplicare obitus. Büñ.

e) obitus, sepulcra] Lond. Reg. Emm. Cant. Vltr. Cauc. Goth. Lips. Reimm. et editi ab 1465-1630. Thyl. Gall. Spark. Cell. et Walch. obitus, simulacra. Non male. Nam L. 1. 17. 6. in eo habitu et atate singulorum simulacra configurata sunt, in qua quemque mors deprehendit. Nihilominus longe præfero lectionem antiquorum codicum Bonon. Tax. in notis ab Thomasio, Iseo et Heumanno comprobata: obitus, sepulcra: et confirmo ex L. 5. inst. 19. 15: *Quum æcorum progeniem et res gestas, et interitus, et sepulcra de libris nouerint.* Et in Epit. 13. 2: *Euhemerus de sacris inscriptionibus veterum templorum et originem Iouis, et res gestas omnemque progeniem collegit: item ceterorum parentes, patrias, actus, imperia, obitus, sepulcra etiam persecutus est. Quam historiam vertit Ennius etc. et Cicero L. 1. N.*

D. 42: *Ab Euhemero et mortes et sepulturae demonstrantur.* Mimucius Fel. c. 21. pr. *Euhemerus exsequitur et eorum (deorum) natales, patrias, sepulcra dinumerat et per prouincias monstrat. Dictæ Iouis, et Apollinis Delphici, Pharia, Isis et Cerevis Eleusine.* Büñ.

f) Adeo] Reimm. Ideo. Non male. Büñ.

g) *Vtinam, inquit, tam facile*] Ciceronis verba ex lib. 1. de Nat. deor. cap. 32. extr. Cell.

h) erui] Lips. 2. Reimm. exui. prauca. Büñ.

i) non potest] Bon. Tax. numquam potest. Büñ.

k) valuit] Goth. Lips. tert. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. voluit, prauca; Lond. Reg. Emam. Lips. 2. Ven. 1493. 97. Parrh. Iunt. Ald. et seqq. valuit. Bon. Tax. potuit. Huc omnino conferendus Lact. L. 2. 3. 23. 24. Büñ.

l) prouidentia] Emman. prudentia. idque Gothano priori voci superscriptum. Büñ.

m) Plato in Timæo] Vide lib. 1. Institut. Diu. cap. 8. sect. 1. Cell.

n) quem

tantam esse declarat, vt nec mente comprehendi, nec lingua exprimi possit. Idem testatur Hermes, quem Cicero ait in numero deorum apud Aegyptios haberi, eum scilicet, qui ob virtutem, multarumque artium scientiam Trismegistus nominatus; et erat non modo Platone, verum etiam Pythagora septemque illis sapientibus longe antiquior. Apud Xenophontem Socrates disputans, ait, formam Dei non oportere conquiri; et Plato in legum libris: Quid omnino sit Deus, non esse querendum; quia nec inueniri possit, nec enarrari. Pythagoras quoque vnum Deum confitetur, dicens, incorporalem esse mentem, quæ per omnem rerum naturam diffusa et intenta, vitalem sensum cunctis animantibus tribuat: Antisthenes autem in Physico

vnum

n) quem Cicero ait in numero deorum] lib. 3. Nat. deor. c. 22. Cell.

o) in numero deorum apud Aegyptios] Laët. 1. 6. 3. et L. 7. 13. 4. Büñ.

p) Trismegistus] Lond. Reg. ter maximus sapit interpretationem. Büñ.

q) nominatus; et erat] Sic libri; Heumannus in participio legit: nominatus erat. Büñ.

r) verum [etiam] Lond. Reg. et Reimm. verum, omisso etiam, quod sæpe post non modo omittitur. Büñ.

s) apud Xenophontem Socrates] lib. 4. ἀπομνημάτ: pag. 467. μὴ ἀναμένης, ἕως ἂν τὰς μορφὰς τῶν θεῶν ἴδῃς, ἀλλ' ἐξαρχῆ σοι τὰ ἔργα αὐτῶν ὁρῶντι σεβέσθαι καὶ τιμᾶν τὰς θεάς. Ne expectes, quousque deorum videris formas. Satis namque erit, opera eorum considerando, colere ac honorare eos, Besfatione interpretante. Cell.

t) formam Dei] vid. c. 2. n. 5. Minuc. Fel. c. 19. Büñ.

u) et Plato in legum libris] lib. 7. Legum p. 581. τὸν μέγιστον θεόν,

καὶ ὅλον τὸν κόσμον φημὲν ἔτε ζητεῖν θεῖν, ἔτε πολυπραγμονεῖν τὰς αἰτίας ἐρευνῶντας. ἔγὰρ εἰδ' ὅσιον εἶναι. Hoc est Marsilio Ficino interprete: Maximum Deum totumque mundum dicimus inquirendum non esse, nec rerum causas multo studio indagandas. nec piuum id ducimus. Cell.

x) Pythagoras quoque vnum Deum] Vide supra lib. 1. Institut. cap. 5. sect. 17. Cell.

y) diffusa et intenta] Lips. tert. et Reimm. diffusa et intacta. prauca. Laët. de Opif. c. 16. 10: diuina mens Dei per vniuersas mundi partes intenta discurrit - ubique diffusa. Minuc. Fel. c. 19: Pythagora Deus est animus per vniuersam rerum naturam commeanz et intentus, ex quo etiam animalium omnium vita capiatur. conf. Laët. L. 1. 5. 17. et n. 27: quamvis ipse per totum se corpus intenderat. Büñ.

z) Antisthenes autem in Physico] Respice ad lib. 1. Institut. c. 5. sect. 18. Ciceronis verba sunt de Nat. deor. l. cap. 13: Antisthenes in eo libro, qui Physic

vnum esse naturalem Deum dixit, quamvis gentes, et vrbes suos habeant populares ^a (deos). Eadem fere et Aristoteles cum suis Peripateticis, et Zenon cum suis Stoicis. Longum est enim singulorum sententias exsequi: qui licet diversis nominibus sint abusi ^b; ad vnam tamen potestatem, quæ mundum regeret, concurrerunt ^c. Sed tamen summum Deum quum et philosophi, et poetæ, et ipsi denique, qui deos colunt, sæpe fateantur; de cultu tamen, et honoribus eius nemo vnumquam requisivit, nemo disseruit, ea scilicet persuasione, qua semper beneficum, incorruptumque credentes, nec irasci eum cuiquam, nec vlllo cultu indigere arbitrabantur ^d. adeo religio esse non potest, vbi metus nullus est.

XII. Nunc, quoniam respondimus impiæ quorundam ^a detestabilique imprudentiæ ^b, vel potius amentia; redeamus ad propositum. Diximus, religione sublata, nec sapientiam teneri posse nec iustitiam; sapientiam, quia diuinitatis intellectus ^c, quo differimus a belluis, in homine solo reperitur;

Physicus inscribitur, populares deos multos; naturalem vnum esse dicens, tollit vim et naturam deorum. Cell.

^a) populares (deos)] Abest vox deos a Lond Reg. Lips. 2. 3. Reimm. et Subl. Rost. Ven. 1471-1515. et reliquis. Potest sane abesse. Addidit Cellarius ex Goth. et Emman. MSS. Bün.

^b) abusi] i. e. vfi. not. ad L. 1. 6. 14. et Epit. c. 61. 16. Bün.

^c) concurrerunt] Thomas. Thyf. Gall. Spark. concurrunt. At Lond. Reg. Enum. Cant. Goth. Lips. Reimmann. et ab 1465-1563. editi, et Torn. 1587-1613. Betul. Ifæus, Cellarius, Walch. concurrerunt. Bün.

^d) arbitrabantur] Ita edo, secutus Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. 1513. et Heumannum; reliqui: arbitran-
tir. Bün.

^a) detestabilique imprudentia] MSS. codices, Angl. Lips. Goth. et ed. Rom. prudentia. Cell.

^b) imprudentia] Lond. Reg. Emman. Cant. Reimmann. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. lunt. prudentia. Goth. Lips. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. et seqq. imprudentia. Bün.

^c) dum diuinitatis intellectus est etc.] Locus male sanus. Vestigia manu scriptorum tenemus, nisi quod iustitia, quod post reperitur habent, ea libertate expungimus, qua ipsis MSS. sapientia, quod in vulgatis ante diuinitatis est, tollitur, cum vtrumque a sciolo intrusum sit expositionis causa: et comminata per ac aut similem coniunctionem connectimus. Cell.

^d) sa-

tur; iustitiam, quia nisi & cupiditates nostras Deus, qui falli non

d) *sapientiam; quia (dum) diuinitatis intellectus, quo differimus a belluis, in homine solo reperitur; iustitiam, quia nisi cupiditates*] Corruptissimus hic locus in omnibus libris. representabo ipsas lectiones varias, ut vera eliciatur. Thomaf. et Isæus dicunt, meliores codices MSS. habere: *quia sapientia est diuinitatis intellectus, quo differimus a belluis: in homine solo reperiri iustitiam, quia nisi.* et ita Thomafius, Isæus, Gallæus, Sparkius ediderunt. Ven. 1471. 93. 97. et Rost. *iustitiam, dum diuinitatis intellectus, quo differimus a belluis, in homine solo reperitur iusticia, qua nisi.* Ven. 1472. teste Heumanno: *dum diuinitatis intellectus - solo reperitur iustitiam.* Ven. utraque 1478: *dum diuinitatis intellectus, quo differimus a belluis, in homine solo reperitur iusticia: qua nisi.* Paris. 1513. *iustitiam: dum diuinitatis intellectu, quo differimus a belluis, in homine solo reperitur iusticia: qua nisi.* Mert. C. C. C. Vlter. Lipf. 1. MSS. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fafit. Gryph. Bas. 1532: *cum diuinitatis intellectus, quo differimus a belluis, in homine solo reperitur, qua nisi.* procedens est ex melioribus, Sparkio et Heumanno præplacet. Betul. et Torn. 1587 - 1613. Geneu. 1630. et Walch. *quum diuinitatis intellectus - reperitur: quia nisi.* Davifius ad Minuc. Felic. c. 2. p. 43. legit: *quum diuinitatis intellectu, quo differimus a belluis, in homine solo reperitur iustitia, qua nisi.* Plane, quum modo pro dum posito, ut mea Paris. ante citata. Cellarius: *dum diuinitatis intellectus est, quo differimus a belluis, in homine solo*

reperitur, ac nisi. Lipf. 2. et Reimann. *dum diuinitatis intellectus, quo differimus a belluis, in homine solo reperitur iustitia, quia nisi.* Lipf. tert. *dum diuinitatis intellectus est, quo differimus a belluis, in homine solo reperitur iustitia, quia nisi.* Emman. Guelferb. membranæ maiores. Goth. *dum diuinitatis intellectus, quo differimus (Goth. differimus) a belluis, in homine solo reperitur; iustitiam, qua nisi.* Londin. Reg. *dum diuinitatis intellectus, quo differimus - reperitur, iustitiam.* Guelferb. membranæ minores in 4t. et MS. Chartac. ibidem forma maiori: *quia diuinitatis sapientia intellectus est, quo differimus a belluis, in homine solo reperiri iustitiam.* Ut hic perplexus locus in tanta librorum variatione recte intelligatur, obseruandum est, verbo DIXIMVS nostrum ad præcedentia capita respicere. Dixit igitur cap. 7. 6: *Solus homo sapientia instructus est, ut religionem solus intelligat. Es hæc est hominis atque mutorum vel præcipua vel sola distantia.* n. 13: *Religionis est propria iustitia, qua nullum aliud animal attingit -- Cum a ceteris animalibus hoc pane solo differamus, quod soli omniam diuinam vim - sentimus, in illis autem nullus sit intellectus Dei.* Dixit porro c. 8. n. 7: *Quodsi religio tolli non potest, ut et sapientiam, qua distamus a belluis, et iustitiam retineamus, qua communis vita sit tutior etc.* hinc verbis ex melioribus Thomafii et Isæi MSS. *quia sapientia, transpositis, vna littera addita, et ex aliis reperitur et iustitiam seruatis, ita lego: Diximus, religione sublata nec sapientiam temeri posse, nec iustitiam:* fa.

- 3 non potest, coercuerit, scelerate impieque viuemus^e. Spectari ergo actus *f* nostros a Deo, non modo ad *s* utilitatem communis vitæ attinet, sed etiam ad veritatem^b, quia, religione iustitiæque detractaⁱ, vel ad stultitiam pecudum amisâ ratione deuoluimur^k, vel ad bestiarum immanitatem, immo vero amplius; siquidem bestiae sui generis animalibus parcunt. Quid erit homine truculentius, quid immitius^l, si, demto^m
- 4 metu de superiore^m, vim legum aut fallere potuerit, aut contem-

tem-

sapientiam (scilicet diximus teneri non posse); quia (alii: dum, quum) diuinitatis intellectus, quo differimus a bellis, in homine solo reperiatur; iustitiam (diximus teneri non posse), quia (al. qua) nisi cupiditates - Deus coercuerit, scelerate - viuemus. Ita puto omnia plana. Diuinitatis intellectus, æque ut c. 7. n. 14. valet idem, quod notitia, siue cognitio Dei. c. 7. n. 6. qua Deus intelligitur. Ita Cyprianus L. 2. ep. 3. ut a jopore seculari ad intellectum Dei vnusquisque respiscat. Propius Arnobius L. 2. p. 56: quodsi homines - intellectum Dei suspicionis alicuius acciperent aura. Etiam Senecæ de Tranquill. Anim. c. 3. dicitur Deorum intellectus. Bün.

e) viuemus] Ven. 1472. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. etiam Aldus, (contra quam Heumannus vult) Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Walch. viuemus. At rectius Bon. Tax. Pen. Cauc. Vltr. Lond. Reg. Emman. Cant. Goth. Lips. Reimann. Subl. Rost. Isæus, Gall. Spark. Cell. Heumann. viuemus. Bün.

f) actus] actiones alii dicerent. Noster sæpe actus. L. 3. 19. 9. L. 4. 3. 7. L. 5. 9. 14. 23. L. 6. 9. 24. c. 12. 3. c. 24. 20. 26. Ira 17. 4. Bün.

g) non modo ad] Sic MSS. et

Thomas. Isæus, et seqq. vbi Rost. Ven. 1471. 1515. Paris. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. non modo quo ad. Betul. non modo quod ad. Bün.

b) ad utilitatem - ad veritatem] respicit verba c. 8. n. 9. 10. non veritatis gratia, sed utilitate, quæ refutauit. Bün.

i) detracta] Bon. Tax. detractis. Putarunt librarii pluralem requiri, quia religione iustitiæque præcessit, sed sæpe ita optimi quique, singularem addunt, quem Lond. Reg. Goth. Lips. Reimann. et reliqui habent. Bün.

k) deuoluimur] Thomas. Gall. Spark. voluimur. At Lond. Reg. Emman. Cant. Goth. Lips. Reimm. et vett. edd. ab 1465. 1563. et Torn. Isæus, Cellar. Walch. deuoluimur. recte. Bün.

l) immitius] Emman. inimicitius. Bün.

m) demto metu de superiore] Plerique scripti, editi vero omnes: metu superioro. Heumannus legit: metu superioris. Londin. Reg. metu de superiore: optime. Ita Cyprianus epist. ad Donatum ed. Oxon. f. 7. Nullus de legibus metus est: de questore, de iudice pavor nullus. Silius Ital. 17. 394:

- sauis magno de nomine terror. Bün.

n) ri-

temnere? Timor igitur Dei solus est, qui custodit hominum inter se societatem, per quem vita ipsa sustinetur, munitur, gubernatur. Is autem timor aufertur, si fuerit homini persuasum, quod iræ sit expers Deus; quem moteri et indignari, quum iniusta sunt, non modo communis utilitas, sed etiam ratio ipsa et veritas persuadet. Rursus nobis ad superiora redeundum est; ut, quia docuimus a Deo factum esse mundum, doceamus, quare sit effectus.

XIII. Si consideret aliquis vniuersam mundi administrationem, intelliget profecto, quam vera sit sententia Stoicorum, qui aiunt, nostri causa mundum esse constructum. Omnia enim, quibus constat, quæque generat ex se mundus, ad utilitatem hominis accommodata sunt. Homo igne utitur ad usum calefaciendi, et luminis, et coquendorum ciborum, ferrique fabricandi: utitur fontibus ad potum, et ad lauacra, fluminibus ad agros irrigandos, terminandasque regiones: utitur terra ad percipiendam fructuum varietatem, col-

n) *timor Dei solus est, qui custodit*] vid. Berneggerum ad Iustin. L. II. c. 7. n. 14. Bün.

o) *per quem*] Lond. Reg. Lips. 2, et Reimmann. *per quam* sc. societatem. Goth. Lips. 3. et editi: *per quem* sc. *timorem Dei*. Bün.

p) *aufertur*] Vltr. Cauc. Ald. Crat. Gymn. *aufferetur*. Falit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Gall. Spark. *aufereitur*, idque Heumanno placet. At Bon. Tax. Pen. Lond. Reg. Emman. Cant. Goth. Lips. Reimmann. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Iunt. Isæus, Cellarius: *aufertur*, idque Walchio est rectius. Bün.

a) *nostri causa*] Honor est habendus antiquitati codicis Bonon. ex quo Isæus recepit: *nostri causa*, et Heumannus comprobauit. Alias et alterum: *nostra causa*, quod est in Cauc. Vltr. Lond. Reg. Emu. Cant.

Goth. Lips. Reimm. et fere omnibus editionibus, satis elegans. Ex Lucretio Lact. L. 7. 3. 13. *ut nostra quidquam causa gerere adgrediantur*. L. 7. c. 4. II. not: *nostra causa*, Bün.

b) *constructum*] L. 7. 6. 3. Bün.

c) *quæque*] et quæ. L. 4. 18. 1. Bün.

d) *coquendorum*] Bon. Tax. *molendorum*, inale. Vltr. *decoquendorum*. Cicero L. 2. N. D. c. 61: *arborum confectione partim ad calefaciendum corpus igni adhibito, et ad mitigandum cibum utimur*. Bün.

e) *frugum ubertatem*] Veteres libri omnes *ubertatem*: recentes proculsi *varietatem*. Mox post *arborum atque lignorum*, vulgo addunt *planis ad jegetem*, quæ verba in MSS. et Rom. Parrh. cd. desiderantur. Cell.

f) *fructuum varietatem*] Lips. Reimm. Cant. Subl. Rost. Ven. 1471-1510. Paris. Iunt. Cell. Walch. *frugum*

collibus ad conferenda vineta ^a, montibus ad vsum arborum atque lignorum, planis ad segetem ^b; vitur mari non solum ad commercia, et copias ^c ex longinquis ^k regionibus ferendas, verum etiam ad vbertatem omnis generis ^l piscium.

3 Quod si his elementis vitur, quibus est proximus; non est dubium, quin et cælo; quoniam et cælestium rerum officia

4 ad fertilitatem terræ, ex qua viuimus, temperata sunt. Sol irrequietis cursibus et spatiis inæqualibus orbes annuos ^m conficit, et aut oriens diem promit ad laborem, aut occidens no-

gum vbertatem. Lond. Reg. Emman. Goth. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Thyf. Gall. Spark. *frugum varietatem.* At Bon. Vltr. Ifæus, adprobante quoque Heumanno: *fructuum varietatem.* Optime. ne *vbertas* vno numero bis occurrat. Imitatur ita Ciceronem pro Leg. Manilia c. 6: *Asia tam-fertilis, ut et vbertate agrorum et varietate fructuum facile omnibus terris antecellat.* Büñ.

g) ad conferenda vineta] Ita aptius Lond. Reg. Emm. Cant. et edd. omnes, quam Lipf. 2. 3. Reimm. ad seruanda vineta. Büñ.

h) lignorum, planis ad segetem] Licet hæc verba, planis ad segetem, absint a scriptis Angl. Goth. Lipf. Reimm. et editis ab anno 1465-1513. et proscripta velint Cell. Walch. Heumannus, addita demum ab Aldo, Crat. Gymn. Fas. Gryphio, Torn. Betul. Ifæo, Thyf. Gallæo, Sparkio, Walchio; tamen genuina puto, non modo quia Thomasius et Ifæus non memorarunt ea in suis antiquissimis MSS. desiderari, sed etiam, quia sunt vltra captum glosfatoris, et enumerationi partium aliquid deeset alias; nam verba: terra ad percipiendam fructuum varietatem, pertinent tantum ad fructus, c. g. pomorum et

eius generis; de frugibus ita atque segete nulla esset mentio: PLANA vero eleganter dicuntur de CAMPIS, vt dixi ad L. 7. Inst. 3. 25: *plana camporum.* Cicero N. D. L. 2. c. 60: *terrenorum commodorum omnis est in homine dominatus.* Nos campis, nos montibus fruimur: nostri iuntes annes, nostri lacus: nos fruges serimus: nos arbores etc. Büñ.

i) copias] n. 8: rerum et copiarum abundantia. conf. c. 23. 19-26. Cicero L. 2. N. D. c. 60: *magnos vero vsus adfert ad nauigia facienda, quorum cursibus suppeditantur omnes vndique ad vitam copiarum.* L. 2. orat. c. 83: *Laus non fuisse insolentem in pecunia, non se pratulisse propter ABUNDANTIAM fortunæ, vt opes et COPIAE non superbia videantur ac libidini, sed bonitati ac moderationi facultatem et materiam dedisse.* Plinius L. 6. ep. 28: *tantum-copiarum, tam urbanarum, quam rusticarum.* Büñ.

k) ex longinquis] Lond. Reg. de longinquis regionibus. Lipf. 2. ex longinquis partibus. Büñ.

l) ferendas] Bon. Tax. *perferendas.* Büñ.

m) orbes annuos] Lipf. 2. et Reimm. orbis annos. Büñ.

n) super-

noctem superducit ⁿ ad requiem, et tum abscesu longius ad meridiem, tum accessu propius ad septentrionem, hiemis et æstatis vicissitudines facit; vt et hibernis ^o humoribus ac pruinis ^p in vbertatem terra pinguescat; et æstiuis caloribus vel herbida fruges maturitate durentur, vel quæ sunt in humidis, incocta, et feruescunt ^q mitescant^r. Luna quoque, nocturni temporis gubernatrix, amissi ac recepti luminis vicibus menstrua spatia moderatur, et cæcas tenebris horrentibus ^s noctes fulgore suæ claritatis illustrat, vt æstiuam itinera

ra

ⁿ) *superducit*] Hæc vox abest a Lips. 2. 3. vt *promit* repetatur. Büñ.

^o) *vt et hibernis*] Reimm. *vt ex hibernis*. Büñ.

^p) *pruinis*] Columella 1. 5. 8. *nocturnas pruinis*, et sæpe alibi dixit. Büñ.

^q) *quæ sunt in humidis, incocta, et feruescunt*] Accusat Heumannus ἀβλεψίας editores, et coniunctione ET reiecta, INCOCTA exponit NONDVMSATIS COCTA, vt *quæ incocta* (nondum satis cocta) *sunt in humidis, feruescunt mitescant*. At libri hic plane nihil variant et vox INCOCTA vim non negandi, sed INTENDENDI habet, et ad prædicatum est referenda; vnde expono: *quæ sunt in humidis* (i. e. quæ sunt humida, e. g. poma, vux), *postquam æstiuis caloribus percocta et feruescunt fuerint; mitescant*. Ita constanter verbo INCOCTVS Lactantius vtitur L. 2. 8. 62. *igneis caloribus incocta*. L. 2. 4. 11. ex Persio: *incoctum generoso pectus honesto*. L. 7. 21. 6. *quos plena iustitia et maturitas virtutis incoxerit*. Opif. 11. 15. *cibicalore percocti*. Ita in Cicerone de Senect. c. 19. poma MATVRA ET COCTA opponuntur *crudis*. add. Cerdam ad Virgil. 2. Georg. 522. *mitis*

coquitur vindemia, et Heinsium ad Ouid. Remed. v. 83. *teneras mors percoquit vvas*. Büñ.

^r) *mitescant*] Eleganter, vt sæpe Columella L. 3. c. 1. *7: quarum vva vt alia caloribus, mitescunt*. L. 3. 2. 15: *citius mitescunt*. L. 4. c. 20. 4. *priusquam fructus mitescant*. de Arbor. rib. c. 8. 5: *priusquam mitescant vva*. conf. Varro R. R. L. 1. c. 68. fin. Gesner. Lexic. Rustic. pag. 90. Cyprian. Bon. Patient. f. 211. ed. Oxon. et p. 354. ed. Gryph. *fructus mitescere vinearum*; vbi alii male: *maturefcere, niturefcere* legunt. Büñ.

^s) *cæcas tenebris horrentibus noctes*] Emman. *cæcas tenebras horrenda noctis*. Lips. 2. 3. *tortas tenebris horrentibus noctes*. Reimm. *cæcas tenebris horrentibus noctes*. Londin. Reg. *cæcas tenebris noctes*, omisa voce *horrentibus*. Frustra sunt omnes. Ciceroni quoque *cæca nox* dicta in Or. pro Milone c. 19. Cyprianus in eleganti epist. ad Donatum ed. Oxon. f. 2: *Ego quum in tenebris atque in nocte cæca iacerem, et tenebra eleganter dicuntur horrentes*. Plura obseruari ad Laët. L. 2. Inst. c. 5. n. 23. (l. m.) p. 198: *ne-nimum cæca nox tetris atque horrentibus tenebris ingrauesceret*. Büñ.

Xxx

s) æstiuam

ra^r, et expeditiones, et opera sine labore ac molestia confici possint. siquidem

*Nocte leues melius stipula^u, nocte arida prata
Tondentur^x.*

Astra etiam cetera vel ortu, vel occasu suo certis stationibus^y opportunitates temporum subministrant. Sed et navigiis, quo minus errabundo cursu per immensum vagentur, regimen præbent, quum ea rite gubernator obseruans^z, ad portum destinati^a litoris peruehatur^b. Ventorum spiritu attrahuntur nubes^c, ut fata imbribus irrigentur, ut vites fetibus^d, arbuta pomis exuberent^e. Et hæc per orbem vicibus^f exhibentur, ne desit aliquando, quo vita hominum sustineatur.

r) *astina itinera*] Londin. Reg. *astina* omisit. Bün.

u) *Nocte leues melius stipula*] Virgilii est Georg. 1. v. 289. Cell.

x) *Tondentur*] Addunt tres seqq. versus ex Virgilio Pier. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Walch. sed absunt a Bon. Tax. Pen. Cauc. Vltr. Lond. Reg. Emm. Cant. Goth. Lipf. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Thomas. Isæo et reliquis. Bün.

y) *certis stationibus*] Goth. *certis stationibus*, ut Minuc. Fel. c. 17: quod (sidera) regant cursum nauigandi, vel quod arandi metendique tempus inducant. At nihil mytandum. Certæ stationes sunt siderum. vid. Senec. Quæst. Nat. L. 7. c. 25. et Plinii L. 2. H. Nat. c. 15. sect. 12. extr. Bün.

z) *ea rite obseruans*] Reimmann. *carisatem*. Lipf. tert. melius: *claritatem*. Editi optime cum Goth. Lond. Reg. Lipf. 1. 2. *ea rite* scilicet astra. Curtius 7. 4. 28: *nauigantium modo noctu sidera obseruant, ad quorum cursum iter dirigunt*. Lact. 6. Inst. 8. 3: *naues, nisi aliquod caeleste lumen obseruent, incertis cursibus uagantur*. Bün.

a) *destinati*] Lond. Reg. *destinatum*. Bün.

b) *peruehatur*] Parrh. *pronehantur*. Ald. Crat. Gymn. *pronehat*. Antu. 1570 - 1587. Gall. *pronehamus*. Cantabr. MS. Ven. 1493. 97. Fasit. Gryph. Torn. 1548-1613. Sparkius, Cell. Walch. *pronehatur*. Bon. Tax. Pen. Lond. Reg. Lipf. tert. Reimm. Rost. Ven. 1472. vtraque 78. Paris. 1513. Betul. Heumann. *peruehatur* sc. gubernator. Plura dedi ad L. 7. Inst. c. 27. 1: *ad metam peruecti*. Bün.

c) *Ventorum spiritu attrahuntur nubes*] L. 7. Inst. 6. 4: *cur ventorum spiritus citent nubes*. Bün.

d) *vites fetibus*] Emman. *vites vuis*, sapit glosam. *Fructus etiam fetus* dicuntur. Cyprianus contra Demetrianum ed. Gryph. p. 262. *arbores* fetus *autumna fecunda*, imitatur Virgilii L. 1. Georg. 55. *Arbores fetus*. Adde Burmannum ad Ouid. L. 1. Metam 104. *Arbuseos fetus*, et Lindenbrog. ad Ammian. Marc. L. 23. c. 6. p. 408. Pallad. No. vembr. n. 9: *vites - pauperiem fetuum* (i. e. vuarum) *compensant ubertate foliorum*. Bün.

e) *arbuta pomis exuberent*] Cyprian. Bon. Patient. ed. Oxon. f. 211. *exuberare pomis arbuta*. Bün.

f) *per orbem vicibus*] ut L. 2. 9. 11: *qua orbis temporum perpetuos ac volu-*

tineatur. At enim ceteras animantes eadem terra nutrit, et eiusdem fetu etiam muta pascuntur. Num etiam multorum causa Deus laborauit? Minime; quia sunt rationis expertia. sed intelligimus, et ipsa eodem modo in vsum hominis a Deo facta, partim ad cibos, partim ad vestitum, partim ad operis auxilia, vt clarum sit, diuinam prouidentiam rerum et copiarum abundantia hominum vitam instruere atque ornare voluisse; ob eamque causam et aerem volucri-

volubiles, quos vocamus annos, alterna per vices successione conficiant. Tacitus L. 3. Ann. c. 55: *Nisi forte rebus cunctis inest quidam velut orbis, vt quemadmodum temporum vices, ita morum vertantur.* Büin.

g) *vita - sustineatur*] Betul. - *sustentetur.* Non opus. vid. c. 12. 5: - *vita - sustinetur.* Büin.

h) *et ipsa eodem*] Lipf. tert. et Reimmann. *et ipsa eadem et eodem modo.* Lipf. 2. *et ipsa et eodem.* Büin.

i) *in vsum hominis*] Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Ald. et seqq. *ad vsum.* Emman. Cant. Goth. Lipf. 2. Reimmann. Subl. Rost. Ven. 1471. vtraque 1478. *in vsum*, vt sequentes præpos. *ad - ad* pendent ab *vocibus*: *in vsum.* vt L. 2. 10. 1: *vt vsui hominibus esse possent - ad cibos - ad vestitum.* Ita Cyprian. epist. ad Donatum ed. Gryph. p. 114: *bona adpellant, ex quibus nullus illis, nisi ad res malas, vsus est.* Prius *in vsum* L. 6. 2. 3: *in vsum hominis - dedit.* Epit. 58: *in vsum hominis - accendere.* Büin.

k) *partim ad cibos*] Hæc absunt a Lond. Reg. Goth. et Lipf. 2. 3. At habent recte reliqui; vide locum geminum ex L. 2. 10. 1. mox adducendum. Büin.

l) *partim ad vestitum*] Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Thomas. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. Cell. *partim ad vestitum*, sc. auxilia. At Lond. Reg. Merton.

C. C. C. Emman. Cant. Goth. Lipf. tert. Reimmann. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Betul. Torn. 1548-1630. Paris. 1561. Walch. Heumann. *partim ad vestitum.* Ad integrum locum pertinet Cicero L. 1. Tusc. c. 28: *Tum multitudinem pecudum partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora vestienda.* Cum his compone Lact. L. 4. 18. 19: *animantes - vel sedendi vtilitulum præbent, vel in cultibus agrorum iuuant, vel plaustra collo trahunt, vel onera terga gestant, vel indumentum exuviis suis exhibent, vel copia lactis exuberant.* conf. adnotationem sequentem. Büin.

m) *ad operis auxilia*] *Opus ἔργον* h. l. significat *opus rusticum, agriculturam*, quod verba in locis ex Cicerone et Lactantio iam adductis: *ad cultus agrorum, in cultibus agrorum iuuant, docent, sed maxime Lact. L. 2. 10. 1: vt animalia vsui hominibus esse possent, alia - ad cibos, alia vero ad vestitum; qua autem magnarum sunt virium, vt in excolenda terra iuuarent.* Büin.

n) *vitam instruere atque ornare*] Lact. 3. Inst. 30. 4: *vitam non instruunt, sed turbant.* Hic refer Senecam ad Marciam c. 18: *disces, docebisque artes, alias, qua vitam instruant, alias, qua ornent, alias, qua regant.* Büin.

- lucibus, et mare piscibus, et terram quadrupedibus impleuit^p.
- 9 Sed Academici, contra Stoicos disserentes, solent quærere, cur, si Deus omnia hominum causa fecerit, etiam multa contraria et inimica et pestifera^p nobis reperiantur tam in mari quam in terra? Quod Stoici veritatem non respicientes^q ineptissime repulerunt. aiunt enim, multa esse in gignentibus^b, et in numero animalium, quorum adhuc lateatⁱ utilitas; sed eam processu temporum inueniri, sicut iam plura prioribus^l sæculis incognita necessitas et vsus inuenierit.
- 11 Quæ tandem utilitas potest in muribus^m, in blattis, in serpentibus reperiri, quæ homini molesta et perniciofa sunt? an medicina in his aliqua later? quæ si est; inuenieturⁿ aliquando, nempe^o aduersus mala: quum id illi querantur esse^p omni-

p) *impleuit*] Heumann. sine dubio rescribendum censet: *impleuisse*. Bün.

p) *cur si Deus-pestifera*] respicit locum citatum L. 7. Inst. c. 4. n. II. Bün.

q) *respicientes*] Heumannus corrigit: *perspicienses*. Bün.

b) *in gignentibus, et in numero animalium*] Heumannus hic grauemendum quærit, scribens: *in ingenti numero animalium*. At merito omnes libri exhibent: *in gignentibus*. GIGNENTIA sunt *genita*, quæ sunt *arbores, frutices* etc. Lact. L. 1. c. 7: *in quo (sole) est natura et causa gignentium*. Eodem sensu dixit de Ira 10. 13: *arbores et quæ gignentur e terra*. Ita de Mort. Perf. c. 31.

5: *NASCENTIA* pro iis, quæ nascuntur, nata sunt. *In gignentibus* quoque in nostro legit et illustrat. And. Schottus Obseru. Human. 3. c. 40. p. 180. seq. *imitatus* Plautium in Iugurth. c. 79. n. 6. *pro ioca aequalia et nuda gignentium*, ubi plura Vrsinus et Wasse in Indice, et Cortius p. 764. In Ambrosio nihil frequentius, cuius loca Gronouius in obseruat. in Scriptor. Eccles. p. 235. sq. excitauit. Bün.

i) *quorum lateat utilitas*] Vulgus inserit, quorum *adhuc lateat*; quod respuunt et MSS. et veteres editi. Cell.

k) *quorum adhuc lateat*] Testatur Iszus in variis, haberi voculam *adhuc* in Bonon. vnde illa a Thomasio, Iseo, Thyl. Gall. Sparkio admista, a Cellario et reliquis non debebat ita fastidiri. Bün.

l) *plura prioribus*] Lond. Reg. *multa prioribus*. Bün.

m) *in muribus*] vid. Plin. L. 29. c. 6. et Harduini adnot. p. 705-715. ibid. sect. 15. p. 684. sect. 27. p. 694. Bün.

n) *inuenietur aliquando*] Ita plurimi libri, ut n. 16. *collisur nec eris*. Paris. *inueniunt*. Heum. *inueniuntur* legit. Bün.

o) *Quæ si est-nempe*] Elegans particula SI-NEMPE consecutio. Cicero pro Flacco c. 37: *Si Flacidius dat tantam pecuniam Flacco, nempe iccirco dat, ut rata sit emptio*. Bün.

p) *quumque illi querantur esse*] Editi, etiam Rom. et Parrh. *quum id illi querantur*, et fortius incidunt ante *Viperam*, quasi finita periodo. Nos Lipsienses codices expressimus, qui et connectunt aliter, et aliter incidunt:

omnino malum? viperam^r ferunt exultam, in cineremque dilapsam^s, mederi eiusdem bestiae morsui^t. Quanto melius fuerat eam prorsus non esse, quam remedium contra se ab ea ipsa^u desiderari. Breuius igitur ac verius respondere potuerunt in hunc modum: Deus quum formasset hominem veluti simulacrum suum, quod erat opificii summum^x, inspirauit ei sapientiam soli, vt omnia imperio ac ditioni suae subiugaret, omnibusque mundi commodis vteretur. propositum tamen ei et bona et mala; quia sapientiam dedit; cuius omnis ratio in discernendis malis ac bonis sita^y est. Non potest enim quisquam eligere meliora, et scire, quid bonum sit, nisi sciat simul reicere ac vitare, quae mala sunt.

In-

dunt: vt, *viperam ferunt*, responsionem ad querelam, locum obtineat. Cell.

q) *nampe aduersus mala, quum id illi querantur - malum*] Hæc verba omnia Heumannus eiicit. Cellarius et Walch. *nampe aduersus mala, quumque illi querantur*. Reimm. *cum quo illi querantur*; Goth. Emm. Cant. et ab 1465 - 1685. editi: *num aduersus mala, quum* (cum) *id illi querantur*. Sensus videtur esse: Si vel maxime aliqua medicina in iis (perniciosis) est, et aliquando inuenietur, nempe aduersus mala erit, et ita medicina EX MALIS aduersus mala; quum academici velint NVLLVM omnino malum esse debere, ne medicina ex malis contra mala opus sit. conf. n. 16: *si malum nullum sit*. Bün.

r) *viperam*] Plinius L. 29. sect. 21. p. 687. 688. Bün.

s) *in cineremque dilapsam*] Lipf. 3. *in cinere*. malc. L. 2. 4. 5: *dilabuntur in cinerem*. Arnob. L. 7. p. 251. in 8. *dissolutum in cinerem labitur*. Bün.

t) *mederi - morsui*] Reimm. et Rost. *morsus*, quasi antiquo dandi casu. Goth. Lipf. Ven. 1471. et plurimi: *morsui*. Bün.

u) *ab ea ipsa*] Bon. Tax. *ab ea* Lipf. 2. Reimm. *ab illa*. Bün.

x) *opificii summum*] Ald. Crat. Gymn. Fac. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. *diuini opificii summum*. certe L. 2. 10. 6. *diuinum opificium* dixit hominis a Deo-fictionem. quod Cellarius et Walchius ex aliis citant *diuini beneficii* falsum est, ita nulli libri habent. Heumannus tentat: *opificii sui summum*. conf. c. 21. 4. Angl. Goth. Lipf. Subl. Rost. Ven. 1471-1510. Paris. 1513. et Cell. *opificii summum*. Reimm. OPIFICI summum. Emman. *quod erat opificium summum*. Bün.

y) *sita est*] MSS. *sita*: excusi, *posita*. Et ante paullo MSS. quod erat *opificii summum*: vulgati addunt *diuini beneficii*. Cell.

z) *ratio in discernendis - sita est*] Editi ab 1465 - 1685. et Walch. *posita est*. Goth. Lipf. Reimm. Emman. Cell. Heum. - *sita est*. Vtraque lectio bona. L. 7. 4. 15. dixit: *iccirco ei* (homini) *bona malaque posita*, quia sapientiam acceperat, cuius vis omnis in discernendis bonis malisque versatur. Bün.

Inuicem sibi alterutrum connexa^a sunt, vt, sublato alterutro^b, vtrumque tolli sit necesse. Propositis igitur bonis malisque, tum demum opus suum peragit sapientia, et quidem bonum adpetit ad vtilitatem; malum reiicit ad salutem. Ergo sicut bona innumerabilia data sunt, quibus^c frui posset; sic etiam mala; quæ caueret. nam si malum nullum sit, nullum periculum, nihil denique, quod lædere hominem possit; tollitur omnis materia sapientiæ^e, nec erit homini necessaria. Positis enim tantummodo in conspectu bonis, quid opus est cogitatione, intellectu, scientia, ratione? quum quocumque porrexerit manum, id naturæ aptum et accommodatum^f sit; vt si quis velit adparatissimam cœnam infantibus, qui

a) *inuicem sibi alterutrum connexa sunt*] Goth. et Betul. *alterutrum*, numero multitudinis, elegantius; sane. At Lips. Reimm. Angl. Subl. Rost. Ven. 1471-1515. et reliqui: *alterutrum*. Ita ante nostrum Tertullianus de Resurr. Carn. c. 44. *membra alterutrum sumus*: Cyprianus L. 3. Testim. n. 9. ed. Oxon. f. 64: *alterutrum onera sustinete*: et alibi. Versio vulgata vel vicesies ita posuit: Isidorus de Summo Bono L. 3: *Velus canes alterutrum se latrant*. Plura exempla congesit Munckerus diligentissimus ad Fulgentii L. 1. Mythol. p. 8. 9. (q). Heumanno ad Carol. M. L. 2. de Imaginibus c. 31. p. 247. obseruanti, IAM Hieronymum illo vocabulo vsitum esse ADVERBIALITER; nec antiquiora hic ad Lactantium danti videntur illa non fuisse nota. Elegantiæ latinæ studiosi talibus, nisi ex purioribus aliquando obseruentur, merito abstinent. Ipse Lactantius in Epit. c. 29: *Vides bonum et malum ita sibi esse connexa, vt alterum sine altero constare non possit*. Bün.

b) *sublato alterutro*] Bon. et Reimman. *sublato altero*. Gallæus vult in Cauc. et Vltr. esse *alterutra*, forte aberrauit, et *alterutra* in iis codd.

habetur in priori loco: *alterutra connexa*. Bün.

c) *innumerabilia data sunt*] addunt vulgo *homini*: quod abest a libris vetustioribus. Cell.

d) *data sunt, quibus*] Editi Ven. 1472-1515. et plures recentiores Heumanno adprobante: *data sunt homini, quibus*. Bon. Tax. Pen. Goth. Lips. Reimm. Rost. 1476. Cell. *data sunt, quibus, vt homini subaudiatur*. Bün.

e) *tollitur omnis materia sapientia*] Et fuit sapientia antequam mala essent, et erit perpetua, sublatis malis omnibus. Caute ergo, quæ hoc loco dicuntur, accipienda sunt, quum pœnæ mala non ante culpam hominis fuerint, neque ad exercitium sapientiz instituta. Cell.

f) *natura - accommodatum*] Omnes editi: *natura - commodum*. Antiquissimus Bonon. *accommodatum*. Imitatur Ciceronem L. 5. Fin. c. 9. *cœprat et ea, quæ naturæ apta sensis, adpetere et propulsare contraria*. Ergo omni animali illud, quod adpetit, possum est in eo, quod naturæ est accommodatum. Heumannus mecum facit. Bün.

g) *vt*] valet exempli gratia. conf. not. c. 10. 7. Bün.

b) *cœ-*

qui nondum sapiant, adponere^b, vtrique id adpetent singuli, quo vnumquemque aut impetus, aut fames, aut etiam casus attraxerit, et quidquid sumserint, id illis erit vtile ac salubreⁱ. Quid igitur nocebit, eos, sicuti sunt, permanere, et 18 semper infantes ac nescios esse rerum? si autem admisceas vel amara, vel inutilia, vel etiam venenata; decipiuntur vtrique per ignorantiam boni ac mali, nisi accedat his sapientia, per quam habeant malorum reiectionem, bonorumque delectum. Vides ergo, magis propter mala opus nobis esse^k sapientia: 19 quæ nisi fuissent proposita^l, rationale animal non essemus. Quod si hæc ratio vera est, quam Stoici nullo modo videre po- 20 tuerunt^{m. n.}; dissoluitur etiam argumentum illud Epicuri. *Deus, inquit, aut vult tollere mala, et non potest; aut potest, et*

1092

b) *cenam - adponere*] Plin. L. 3. ep. 1: *Adponitur caena non minus nitida, quam frugis.* Bün.

i) *vtile ac salubre*] Singulariter idque eleganter Bonon. *vitale ac salubre*; vt vitalis sit ad vitam utilis. Videntur nonnumquam hæc voces confusæ. Forte aliquis suspicetur L. 6. 13. 11. pro vitalis viri legendum: utilis viri. Bün.

k) *nobis esse*] Cauc. Vltr. Goth. Lipf. Reimman. et editi: *bonis esse*. Lego ex Bonon. et Tax. cum Heumanno: *nobis esse*. Bün.

l) *nisi fuissent proposita*] Lipf. Reimman. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Walch. *nisi fuisset proposita*, in singulari, quasi *sapientia* intelligeretur. Legendum, cum Bonon. Pen. Vltr. Cauc. Goth. Rost. Ven. 1472. vtraque 1478. Betul. Iszo, Heumanno; *fuisset scil. mala*. Memini quoque, beatum Io. Alb. Fabricium, ad marg. ed. Torn. Lugd. 1548. olim sua manu correxisse: *FUISSENT*. Patet veritas huius e-

mendationis ex n. 13-15-18-23-25. et L. 7. Inst. 4. 13. 14. Bün.

m) *quam Stoici potuerunt*] MSS. sic Angl. Lipf. Goth. et edd. Rom. Parrh. Receptius editi: *quam Stoici nullo modo videre potuerunt*; quod ex Aldina haustum. Coll.

n) *quam Stoici nullo modo videre potuerunt*] Angl. Goth. Lipf. Reimman. et ab 1465-1513. editi et Cellarius: *quam Stoici posuerunt*. Sed Stoici illam rationem de Sapientia nullibi posuerunt, et ipse Lactantius n. 23. adfirmat, neque Epicurum, NEC ALIVM QVEMQVAM hoc vidisse; ergo nec Stoici illam rationem posuerunt. Lego igitur cum Aldo, Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Iszo, Thyf. Gall. Sparkio, Walchio, Heumanno: *quam Stoici nullo modo videre potuerunt*. Miror tamen, Thomasius, Iszum, Gallzum, Sparkium nullam hic variationem ex suis MSS. indicasse, forte omnium verissima est lectio edit. Paris. 1513: *quam Stoici NON POSVERVNT*. Facile NON excidit in tot MSS. et editis, qui seruarunt: *POSVERVNT*. Bün.

XXX 4

o) *quid-*

- non vult; aut neque vult, neque potest; aut et vult et potest.*
- ²¹ *Si vult, et non potest; imbecillis est, quod in Deum non cadit: si potest, et non vult; inuidus, quod aequè alienum a Deo: si neque vult neque potest; et inuidus et imbecillis est, ideo nec Deus: si et vult et potest, quod solum Deo conuenit; unde ergo*
- ²² *sunt mala? aut cur illa non tollit?* Scio plerosque philosophorum, qui prouidentiam defendunt, hoc argumento perturbari solere, et inuitos pæne adigi, vt Deum nihil curare fateantur, quod maxime quærit Epicurus; sed nos ratione perspecta, formidolosum hoc argumentum facile dissoluimus.
- ²³ *Deus enim potest, quidquid velit^o; et imbecillitas vel inuidia in Deo nulla est: potest igitur mala tollere, sed non vult; nec ideo tamen inuidus est. iccirco enim non tollit, quia et sapientiam^{*p}, sicut docui^q, simul tribuit, et plus est boni^r ac iucunditatis in sapientia, quam in malis molestiæ. sapientia enim^s facit, vt etiam Deum cognoscamus, et per eam cognitionem immortalitatem adsequamur, quod est summum bonum. Itaque nisi prius malum agnouerimus, nec*
- ²⁴ *bonum poterimus agnoscere. Sed hoc non vidit Epicurus, nec alius quisquam; si tollantur mala, tolli pariter sapientiam; nec vlla in homine virtutis remanere vestigia^t; cuius ratio in sustinenda^u et superanda malorum acerbitate consistit.*

^o) *quidquid velit*] Goth. *quidquid vult.* Bün.

^p) *quia sapientiam, sicut edocui - - et plus est*] Ex Goth. et Emman. emendatum. Cell.

^{*}) *quia et sapientiam.*] Cellarius et fide Emman. et Goth. eiecit, quod ex Lips. Reimann. et omnibus ab 1465-1685. Walchio et Heumanno reuocauit. Bün.

^q) *sicut docui*] Reimann. Rost. Ven. 1472. vtraque 73. *sicut et docui.* Cellarius ex Goth. et Emman. *sicut edocui.* Scribo ex Lips. 3. Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. et reliquis: *sicut docui.* Bün.

^r) *et plus est boni*] Editi ab 1465-

1685. *et plus boni, omisso est, vt tribuit subaudiatur quasi; Reimm. plus et boni.* Mert. C. C. C. Emman. Goth. et Cell. *et plus est boni.* Bün.

^s) *sapientia enim*] Plures editi et Cell. *sapientia etiam.* Lego ex Bonon. Emm. Goth. Lips. 2. 3. Reimann. Betul. Walch. Heumann. *sapientia enim.* Bün.

^t) *virtutis-vestigia*] Cic. de Fat. c. 5. *vestigium libidinis.* Bün.

^u) *ratio in sustinenda*] Præpositionem in omiserunt Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Itzæus, Gallæus, Walchius; sed addunt recte MSS. et vtraque Ven.

fisti, Ita propter exiguum compendium sublatorum ma-
lorum maximo, .et vero, et proprio nobis bono careremus*.
Constat igitur, omnia propter hominem proposita tam mala,
quam etiam bona.

XIII. Sequitur, vt ostendam, cur fecerit hominem
ipsum Deus, sicut mundum propter hominem machinatus est,
ita ipsum propter se, tamquam diuini templi antistitem, spe-
ctatorem operum rerumque caelestium. Solus est enim,
qui sentiens capaxque rationis intelligere possit Deum, qui
opera eius admirari, virtutem, potestatemque perspicere. ic-
circo enim consilio, mente, prudentia instructus est: ideo so-
lus; praeter ceteras animantes recto corpore c. d ac statu fa-
ctus est, vt ad contemplationem parentis sui excitatus esse vi-
deatur: ideo sermonem solus accepit, ac linguam cogitationis
interpretem e, vt enarrare maiestatem domini sui possit: po-
stremo iccirco ei cuncta subiecta sunt, vt factori atque artifice
Deo f esset ipse subiectus. Si ergo Deus hominem suum

VO-

1478. Paris. Spark. Cellar. et Heu-
mannus. Bün.

x) careremus] Venet. 1493. 97.
Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. ca-
reamus. Reimmann. careremus, sed
Goth. Lipf. Rost. Venet. 1471. 72.
vtraque 78. Paris. Fas. Gryph. Torn.
Betul. Thomas. reliqui: careremus.
recte. Bün.

y) tam mala, quam etiam] omnes
scripti editique etiam addiderunt.
vindicaui ad L. 5. Inst. 20. 6. Bün.

a) tamquam-antistitem, spectato-
rem] L. 3. Inst. 9. 10: qui (Deus)
se in hunc mundum quasi testem lau-
datoremque tanti sui operis induxit.
Bün.

b) solus praeter ceteras animantes]
i. e. exclusis ceteris, c. 7. 6. Alibi
valet praeter ceteris. vid. c. 22. 5. et not.
ad L. 1. Inst. 7. n. 1. (a) p. 44. Bün.

c) recto corpore] Emm. et Goth.
fic. Alii rectus. Cell.

d) recto corpore ac statu] Lipf.
Reimmann. et ab 1465- 1685. editi
et Walch. rectus corpore. At Bon.
Pen. Vltr. Emmann. C. C. C. Goth.
Cell. et Heumann. recto corpore et
statu. Optime. L. 3. 27. 16: vt
recto corpore spectet in caluyn. conf.
de Ira 7. 5. et c. 20. 10. et quae adno-
taui ad L. 7. 9. 11. Bün.

e) linguam cogitationis interpre-
tem] L. 4. Inst. 29. 6. L. 6. 18. 6.
Scite Prudentius Peristeph. Hymn.
10. v. 771. sqq. Lingua - -

Interpres animi, enuntiatrix
sensuum,

Cordis ministra, praeceptoris
pectoris.

adde Weitzium ad h. l. Bün.

f) artifice Deo] Heumannus ar-
tifici suo rescribit, quia praecessit
parentis sui- domini sui. Prius Deo
est in omnibus libris. Bün.

voluit esse cultorem, ideoque illi tantum honoris attribuit *s*,
 vt rerum omnium dominaretur *h*: vtique iustissimum est, et
 Deum colere, videlicet eum, qui tanta præstiterit, et amare homi-
 nem *t*, *k*, qui fit nobiscum diuini iuris societate coniunctus.

nec

g) illi tantum honoris attribuit] Lipf. tres et Reimmann. illi titulum
 tanti honoris attribuit. At nihil
 muto. L. 7. 4. 16: tantum illi hono-
 ris habuit, vt eum præficeret vni-
 uersis. Epit. 69. 4: quum tantum
 illi honoris, tantum dederit potesta-
 tis. alii: tantum illi potestatis tri-
 buerit. Bim.

h) vt rerum omnium dominare-
 tur] Heumanno in patria sua hoc
 dicendi genus didicisse videtur La-
 ctantius; quia ita et Tertullianus
 Afer in Apol. c. 26. et L. 1. Cult.
 Fem. c. 1. locutus, ac graci Rom. 6.
 14. et c. 14. 9. At præter scriptores
 Afros more Græcorum verba regnan-
 di, dominandi cum gignendi casu, ab
 aliis quoque iungi, plures obserua-
 runt; iam olim Lud. Viues ad Au-
 gustin. de Ciu. D. L. 14. c. 22. lau-
 dauit illud Horatii L. 3. od. 30. 11.
 sq. agræstium regnauit populorum.
 Elegantissimus Minucius quoque
 c. 12. vestrique dominantur. Eadem
 constructio in vetustissimo Interpre-
 te Irenæi frequentissima. L. 3. c. 6.
 f. 209. qui dominari omnium. L. 3.
 c. 20. vt viuorum et mortuorum do-
 minaretur. c. 36. e MSS. dominari
 eius. L. 4. c. 1. f. 275. dominatur
 omnium Deus. conf. L. 4. c. 2. c. 24.
 e. 34. c. 45. et not. ad Lact. L. 4.
 Inst. 13. 10: dominabitur gentium.
 Sæpe quoque ita vulgata Latina, e.g.
 Gen. 3. 16. c. 4. 7. Deut. 15. 6. Iud.
 c. 9. 22. 23. Es. 54. 5. c. 63. 19. Ier.
 31. 32. et sæpius. add. Voss. de Con-
 struct. c. 33. et Vechner. et Heusing-
 ger. ad Hellenol. L. 1. c. 24. Bim.

i) eum, qui tanta præstiterit, ama-
 re; et hominem] Emman. codicem

expresi, ceteris in hoc castiorem.
 Goth. Lipf. 1. et Rom. Deum vide-
 licet eum, qui tanta, et cetera; quod
 glossam sapit. Vulgati, et Deum
 colere, qui tanta, ac reliqua. Cell.

k) et Deum colere, videlicet eum,
 qui tanta præstiterit, et amare ho-
 minem] Rost. Ven. 1471. vtraque 78.
 iustissimum esse Deum, videlicet eum,
 qui tanta præstiterit, amare hominem.
 Ven. 1493. 97. iustissimum est. Deum,
 videlicet eum, qui tanta præstiterit,
 amare hominem, qui. Paris. 1513:
 iustissimum est. Deum, videlicet eum,
 qui tanta præstiterit, amare et homi-
 nem. Parrh. iustissimum esse, Deum
 colere, videlicet eum, qui tanta præ-
 stiterit, amare hominem. Ald. in-
 stissimum est Deum colere, videlicet
 eum, qui tanta præstiterit, amaret ho-
 minem. Crat. Gymn. iustissimum est,
 Deum colere, videlicet eum, qui tanta
 præstiterit, amare hominem. Lipf. vnus.
 Thom. Thyf. Gall. Spark. iustissimum
 est, et Deum colere, qui tanta præstite-
 rit, et amare hominem. Bon. Tax. in-
 stissimum est, et eum, qui tanta præsti-
 terit, amare et hominem. Emman. et
 Cell. iustissimum est, eum, qui tanta
 præstiterit, amare et hominem. Lipf. 2.
 et Reimmann. iustissimum est, Deum
 videlicet eum, qui tanta præstiterit,
 amare et hominem. Pen. Vltr. iustissi-
 mum est, Deum, videlicet eum, qui
 tanta præstiterit, et amare hominem.
 Tandem valde antiquus codex Cau-
 chi, Fasit. Gryph. Torn. Betul. Wal-
 chius, Heumann. iustissimum est, et
 Deum colere, videlicet eum, qui
 tanta præstiterit, et amare hominem.
 Hanc lectionem puto verissimam
 verbumque COLERE est necesari-

VIII;

nec enim fas est, cultorem Dei a Dei cultore violari. Vnde intelligitur^l, religionis ac iustitiæ causa esse hominem figuratum. cuius rei testis est M. Tullius in libris de legibus^m, ita dicens: *Sed omnium, quæ in doctorum hominum disputatione versantur, nihil est profecto præstabilius, quam plane intelligi, nos ad iustitiam esse natos,* Quod si est verissimumⁿ; Deus ergo vult omnes homines esse iustos, id est, Deum et hominem caros habere; Deum scilicet honorare tamquam patrem, hominem diligere velut fratrem. in his enim duobus tota iustitia consistit. Qui ergo aut Deum non agnoscit, aut homini nocet; iniuste et contra naturam suam viuit; et hoc modo irrumpit institutum^o legemque diuinam.

XV. Hic fortasse quærat aliquis^a, vnde ad hominem peccata peruenerint, aut quæ prauitas diuini instituti regulam ad peiora detorserit^b; vt quum sit ad iustitiam genitus, opera tamen

vni; nam hoc ipso numero dixit: Deus hominem suum voluit esse CULTOREM, et n. 5: Deum - honorare - hominem diligere. conf. c. 6. 2. Bün.

l) intelligitur] Bon. Tax. intelligimus. Bün.

m) M. Tullius in libris de legibus] Lib. I. cap. 10. Cell.

n) Quod si est verissimum] Reimmann. Quod est verissimum, vt verba Ciceronis ita adprobet, vt L. 3. 28. 14. Pro reliquis L. 5. 17. 27. Bün.

o) irrumpit institutum] Parrh. Aldus et seqq. omnes: rumpit institutum. Ven. 1471. vtraque 78. Paris. 1513: abruptum institutum. Silius L. 1. 296: abrupto fœdere. Goth. Lipf. 2. Witteb. Reimmann. Rost. Ven. 1493. 97: irrumpit institutum. Iterum Goth. Reimman. et alii c. 23. 26: fœderis - contumacia irrumpitur.

Sed vide, quæ disputo ad L. 1. Inst. 18. 17. (q) p. 117: fœdus irrumpens. Casiodorus L. 5. Variar. ep. 43. p. m. 152. b. dixit pacem irrumpere. Bün.

a) Hic fortasse quærat aliquis] vid. not. ad L. 4. Inst. 29. 1. Bün.

b) quæ prauitas - regulam - detorserit] Verè lectioni detorserit in Reimmann. inscriptum: detruserit. male. prius elegans et rectum. L. 6. 21. 8: Hic sensus non est ad vitium detorquendus. Prauitas et regula: et detorquere ad peiora, ad vitium; deprauare; et corrigere doctè opponuntur. Hinc de Ira c. 17. 18: ad prauitatis correctionem. vbi plura. Seneca ep. 11. fin. nisi ad regulam praua non corriges. Horat. L. 2. Sat. 2. 55: Frustra vitium vitaueris illud. Si te alio prauus detorseris. Columell. 3. 10: prauè detorta. Plura Gronouius ad Liuii L. 4. c. 26. Bün.

- 2 tamen efficiat iniusta. Iam superius explanavi^c, simul Deum proposuisse bonum ac malum: et bonum quidem diligere; malum autem, quod huic repugnat, odisse^d; sed ideo malum permisisse, ut et bonum^e emicaret^f; quod alterum sine altero (sicut sæpe docui) intelligimus, constare non posse: denique ipsum mundum ex duobus elementis repugnantibus, et inuicem copulatis esse concretum, igneo et humido; nec potuisse lucem fieri, nisi et tenebræ fuissent; quia nec superum potest esse sine infero, nec oriens sine occidente,
- 3 nec calidum sine frigido, nec molle sine duro. Sic et nos ex duobus æque repugnantibus compacti sumus; anima et corpore, quorum alterum cælo adscribitur, quia tenue est et intractabile; alterum terræ, quia comprehensibile est; alterum solidum et æternum est; alterum fragile atque mortale.
- 4 Ergo alteri bonum adhæret, alteri malum; alteri lux, vita, iustitia; alteri tenebræ, mors, iniustitia. Hinc existit in hominibus naturæ suæ deprauatio^h, ut esset necesse constitui legem, qua posset et vitia prohiberi, et virtutis officia imperari.
- 5 Quum igitur sint in rebus humanis bona et mala, quorum rationem declaravi; necesse est, in utramque partem

c) *explanavi*] Reimmann. male: *exclamaui*. Nonnulli MSS. in L. 2. 15. 7: *explanauit*. Bün.

d) *et bonum quidem diligere, malum autem, quod huic repugnat, odisse*] Lipf. 2. prauè: *et bonum quidem diligere, odisse*. Goth. Reimm. Vltr. Ven. 1471. et Rost. *et bonum quidem diligere, pugnas odisse*. Pen. *et bonum quidem eligere, pugnant odisse*. Ven. 1472. utraque 78. et Paris. *et bonum quidem diligere, et malum quidem huic repugnat odisse*. Cauc. Ven. 1493. 97. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. *bonum quidem diligere, ac malum, etc.* vnde Heumann. facit: AT. Walch. peruerso ordine: *autem malum*. ubi optime, teste Iszo, Bonon. et ex

hoc Thomas. Isæus, et seqq. *et bonum quidem diligere, malum autem, quod huic repugnat, odisse*. Bün.

e) *ut et bonum*] Illud *et*, quod habent omnes scripti editique, rectius abesset, et Heumannus censuit delendum. Bün.

f) *emicaret*] Lipf. 2. *imitaret*: prauè. prius valet: *emineret*. Bün.

g) *intelligimus, constare non posse*] Cap. superiore ad sect. 16. monimus lectorem, ut caute, quæ de mali cum origine, tum necessitate Lactantius proponit, excipiat. In his enim non ubique sanus est. Coll.

h) *deprauatio*] Reimmann. prauè: *damnatio*, i. e. *damnatio*. vide n. 1. *prauitas*. Bün.

tem i. ^a moueri Deum, et ad gratiam, quum iusta fieri videt; et ad iram, quum cernit iniusta. Sed occurrit nobis Epicurus, ac dicit: *Si est in Deo letitia adfectus ad gratiam, et odii ad iram; necesse est habeat et timorem, et libidinem, et cupiditatem, ceterosque adfectus, qui sunt imbecillitatis humanae.* Non est necesse, vt timeat, qui irascitur; aut mereat, qui gaudet: denique iracundi, minus timidi sunt; et natura læti, minus mereant. Quid opus est de humanis adfectibus dicere, quibus fragilitas nostra succumbit? consideremus^l diuinam necessitatem. nolo enim naturam dicere; quia Deus numquam^m creditur natus. Timoris adfectus habet in homine materiam, in Deo non habet. Homo, quia multis casibus periculisque subiectus est, metuit, ne qua vis maior existat, quæ illum verberet, spoliet, laceret, affligat, interimat: Deus autem, in quem nec egestas, nec iniuria, nec dolor, nec mors cadit, timere nullo pacto potest, quia nihil est, quod ei vim possit inferre. Item libidinis ratio et causa^o in homine manifesta est. nam quia fragilis et mortalis effectus est; necesse fuit alterum sexum diuersumque constitui, cuius

i) *in utramque partem*] MSS. in: vulgati, Rom. etiam, *ad utramque*. Cell.

k) *in utramque partem*] Editi ab 1465-1585. *ad utramque partem*, quod Walchius ex c. 16. extr. *moueat* ad ea tuetur. Emman. Goth. Lipf. Reimmann. Cell. Heumann. *in utramque partem. Moueri ad adfectus, ad gratiam, ad iram, contra, moueri in partem, vbique dixit, e.g. c. 1. 9. aut in utramque partem moueri necesse est, aut in neutram.* Opif. 5. 10. *mouero membra in omnes partes.* Bün.

l) *consideremus*] Bon. Tax. *Quod si consideremus.* Tum vero ita distinguendum foret: *quod si consideremus diuinam necessitatem*, (nolo natus,) *timoris, etc.* Bün.

m) *Deus numquam*] Parrh. Iunt,

Ald. - Cell. Walch. *Deus non per numquam.* At Goth. Lipf. 2. Reimm. Ven. 1471. 72. *utraque* 78. 93. 97. et Paris. *Deus numquam*, eiecta voce *nosser*, quam Heumannus quoque proscibit. Bün.

n) *Timoris adfectus*] Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Thomas. Cell. Walch. *præue: Timoris effectus.* Goth. Lipf. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. *utraque* 78. 93. 97. Pier. Parrhas. Paris. Bet. Isæus, Gall. Spark. Heumann. *Timoris adfectus.* Agitur enim de adfectibus n. 6. 7. c. 16. 7. Sæpe hæ voces confunduntur. Bün.

o) *ratio et causa*] Verba *et causa* a Lipf. 2. 3. Reimm. et edd. ab 1465-1566. abfunt; addiderunt Thomas. et seqq. Bün.

- ius permissione soboles effici^p posset ad continuandam^r r
 10 generis perpetuitatem. Hæc autem libido in Deo locum
 non habet, quia et fragilitas et interitus ab eo alienus est;
 nec vlla est apud eum femina, cuius possit copulatione gau-
 dere; nec successione^r indiget, qui semper futurus est.
 11 Eadem de invidia et cupiditate dici possunt, quæ certis, ma-
 nifestisque de causis in hominem cadunt, in Deum nullo mo-
 12 do. At vero et gratia, et ira, et miseratio habent in Deo
 materiam^r, recteque illis vtitur summa illa et singularis pote-
 stas ad rerum conseruationem.

XVI. Quærit quispiam, quæ sit ista materia^r? Pri-
 1 mum accidentibus malis afflicti homines ad Deum plerum-
 que confugiunt, mitigant, obsecrant^t, credentes eum posse ab
 iis iniurias propulsare^c. Habet igitur Deus causam miseran-
 di

p) *soboles effici*] conf. L. 6. 23. 18.
efficienda sobolis etc. Bün.

q) *ad continuandam*] Ex Emman.
 et Goth. est: alii *continendam*. Cell.

r) *ad conseruandam*] Lipf. Reim-
 mann. Subl. Rost. Ven. 1471 - 1515.
 Paris. Iunt. Crat. Gymn. Fas. Gryph.
 Torr. Thomas. Isæus, Thyf. Gall.
ad continendam. At rectius Emm.
 Goth. Betuleius; ex coniectura Spar-
 kius, Cell. Walch. Heumann. *ad*
conseruandam. Bün.

s) *successione*] Reimman. *successo-*
re. Seruo prius. sic L. 1. Inst. 8. 5-8.
 conf. L. 1. c. 16. 5-17. Bün.

t) *habent in Deo materiam*] conf.
 n. 8. c. 16. 5. Bün.

a) *materia?*] Signum interro-
 gandi cum Heumanno addidi, in MSS.
 et editis neglectum. Bün.

b) *mitigant, obsecrant*] MITI-
 GANT, inquit Heumannus, *hic*
seruari non potest, suspicor isa scripsis-
se Lactantium: eumque obsecrant.
 Libri habent omnes *mitigant*. Mi-
 tigatur (vt ego puto) Deus preci-
 bus, et pœnitentia, vt *obsecrant*, pre-
 ces ardentiores et continuatas innuat.

Libenter eo verbo vtitur, et statim
 n. 1. *nec tam immitis*. L. 4. 10. 16:
offensus ab his Deus eos - subingabat,
donec rursus pœnitentia populi miti-
gatus liberaret. L. 5. 13. 8: *Si-*
quum Deos sibi arbitrantur iratos, tamen do-
nis, et sacrificiis, et odoribus placari eos
credunt - cur Deum nostrum tam im-
mitem, tam implacabilem putent. L. 6.
 18. 32: *hec (virtus) mitigat*. Curtius
 L. 9. 3. 18: *nec mitigare poterat iratos*.
 Ipse olim, quia ordo turbatus videba-
 tur, legebam: *obsecrant, mitigant, aut*
corrigebam: FATIGANT, *obsecrant*.
 Absolute *fatigare* pro *fatigare sapiens*
rogando posuit Sallustius B. Iugurth.
 c. XI. vid. Curtium p. 453. Bün.

c) *ab iis iniurias propulsare*] Omnes fere editi: *ab his iniuriis pro-*
propulsare. MSS. Witeb. et Reimman.
adhuc iniuriis propulsare. Sæpe monui
 in MSS. *his* haud raro valere *iis*,
 quum igitur Bonon. Tax. Pen. ha-
 beant: *iniuriis propulsare*, lego cum
 Isæo et Heum. *ab iis iniuriis pro-*
pulsare. Cic. L. 1. Off. c. 7: *qui ab*
iis, quibus inferbur, se possint, non
propulsant iniuriam. Bün.

d) Ha-

di ^{d. e}, nec enim tam immitis est, hominumque contemtor ^{f. g}, vt auxilium laborantibus ^b deneget. Item plurimi, quibus persuasum est Deo placere iustitiam, eumque, qui sit ⁱ dominus ac parens omnium, venerantur et precibus ^k adfideis ac frequentibus votis ^l; dona et sacrificia offerunt, nomen eius laudibus prosequuntur, iustis ac bonis operibus demereri eum laborantes. Ergo est, propter quod Deus et possit et debeat gratificari. Nam si nihil est tam conueniens Deo, quam beneficentia; nihil autem tam alienum, quam vt sit ingratus: necesse est, vt officiis optimorum sancteque viventium præstet aliquid, ac vicem reddat, ne subeat ingrati cul-

d) *Habet igitur causas]* Vulgati, *habet igitur Deus causam.* Abest *Deus* a MSS. et Rom. et *causas* ex Lipf. altero scribimus, vbi ceteri *causam.* Cell.

e) *Habet igitur Deus causam miserandi]* Fide Bononiensis, ex quo habent Thomaf. Isæus, Thyf. Gall. Sparkius; additur: *DEVS*, a reliquis abest. Cellarius ex solo Lipf. *2. causas* receperat, vbi Reimm. *casus*, prave; at Bon. Goth. Lipf. 1. 3. et editi ab 1465-1685. Walch. Heum. *causam.* Bün.

f) *tam immitis, hominumque contemtor]* Vulgatum, *tam immitis est hominum contemtor.* Sed est desideratur in scriptis Lipsiensibus: et que in pluribus manu exaratis addicitur ad *hominum.* Cell.

g) *tam immitis est hominumque]* Reimm. *tam inimicis hominumque*, prave; Ven. 1497. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Sparkius: *Nec enim tam immitis est hominum contemtor;* vbi plenius et rectius Goth. Emm. Subl. Rost. Verf. 1471. 72. vtraque 78. 93. Paris. 1513. Betul. Walch. Heumann. *tam immitis est hominumque contemtor.* Bün.

h) *laborantibus]* pressis, adfictis, n. l. conf. L. 6. Inst. c. 12. 41. not. Bün.

i) *eumque, qui sit]* Plures scripti, at editi omnes: *eumque, qui sit.* Lipf. tert. *eumque si sit.* Bon. *eumque quia sit.* Heum. *eum quia sit* corrigit, quoniam *QUE* est in omnibus, et plurimis *qui.* tentarem *eum quippe qui sit.* Tum subiectum finiret *vox iustitiam.* vbi *QUE*, vt in Cellario, manet, subiectum claudit *vox votis.* Bün.

k) *et precibus]* MSS. sic. vulgo *cum precibus.* Cell.

l) *et precibus - ac frequentibus votis]* Subl. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Iunt. Fas. Gryph. Torn. Thom. Thyf. Gall. Spark. *cum precibus - ac frequentibus votis.* Sic prepositio abvndaret, vt L. 5. 20. 8. Walchius ex ingenio: *cum precibus - tum frequentibus votis*, *sovol, als auch.* Bon. Tax. Pen. Cauc. Ultr. Goth. Lipf. Reimm. Betulcius, Isæus, Cellarius: *et precibus - ac frequentibus votis.* Heumanno delendum ET videtur. At rariori exemplo ET-AC ponuntur pro ET-ET; *quum-tum; tam-quam.* Ea ratione manet per omnia asyndeton. Bün.

- 4 culpam, quæ est etiam homini criminosa. Contra autem sunt alii facinorosi et nefarii, qui libidinibus omnia polluant, cædibus vexent, fraudent, rapiant, periurent ^{m. n.}, nec consanguineis, nec parentibus parcant, leges, et ipsum etiam Deum negligant.
- 5 Habet igitur ira in Deo materiam. non est enim fas, eum, quum talia fieri videat, non moueri, et insurgere ^o ad ultionem sceleratorum, et pestiferos nocentesque delere, ut bonis omnibus consulat. adeo et in ipsa ira inest gratificatio ^{p. q.}
- 6 Inania ergo, et falsa reperiuntur argumenta vel eorum, qui, quum irasci Deum nolunt ^r, gratificari volunt, quia ne hoc quidem fieri sine ira potest ^s; vel eorum, qui
- 7 nullum animi motum esse in Deo putant, et, quia ^t sunt aliqui

m) rapiant, peierent] Gothi et ambo Lipsi. periurent: vulgati peierent, verbo frequentioris usus. Sed tamen et Horatius lib. 2. Sat. 3. v. 127.

Si quiduis satis est, peieras, surripis, auferis. Cell.

n) periurent] Scripsi ex Gothi Lipsi duobus, Reimm. Rost. Ven. 1472. vtraque 78. cum Heumanno: periurent. Hæc enim est antiqua scriptura, quam ex Plauto et Cic. 3. Offic. c. 29. commendat Cortius ad Sallust. Jugurth. c. 11. 4. p. 453. conf. Lambinum ad Hor. 2. Sat. 3. 127. reliquorum peierent vsitatus. Bün.

o) non moueri, et insurgere] i. e. non moueri et non insurgere. non ex priori in altero subaudiendum. Bün.

p) adeo in ipsa ira inest et gratificatio] Gothani vestigia sequor, a quibus nec Lipsi. auersi sunt, nisi quod non inest superflue ferunt. Idem mox irasci nolunt, ubi plures volunt. Cell.

q) adeo et in ipsa ira inest gratificatio] Reimm. prauæ: Adeo et in ipsa ira non inest et gratificatio. Goth. Adeo et in ipsa ira inest et gratificatio. Ven. 1472. vtraque 78. 151c.

Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thom. Thyl. Gall. Spark. Walch. Adeo et in ipsa ira est et gratificatio. Cell. Adeo in ipsa ira inest et gratificatio. Libri antiqui Thomasi, Bon. Tax. Pen. Emman. Cant. i. e. Subl. Rost. Ven. 1493. 97. Ifæus, Heumann: Adeo et in ipsa ira inest gratificatio. Significat enim, inquit Ifæus, in ira ipsa non tantum inesse ultionem, et pœnam aduersus malos; sed gratificationem etiam et beneficentiam erga bonos, quibus consulit, dum nocentes e medio tollit, et ideo maxime Deo competere. Bün.

r) irasci Deum nolunt] Reimm. Rost. Ven. 1471-1497. Betul. prauæ: volunt. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Thomaf. Ifæus, Spark. Cell. Walch. Heum. nolunt. Bün.

s) quia ne hoc quidem fieri sine ira potest] Hæc Heumannus ut glossema eiicit, omnes addunt. Bün.

t) putant, et quia] Ita cum Heumanno distinguo per comma, ubi MSS. et editi: putant. Et quia. Bün.

u) quia

aliqui adfectus, qui non cadunt in Deum, vt libido, timor, auaritia, mœror, inuidia, omni prorsus adfectu eum vacare dixerunt. his enim vacat, quia vitiorum^a adfectus sunt: eos autem, qui sunt virtutis, id est, ira in malos, caritas in bonos, miseratio^b in adfectos, quoniam diuina potestate sunt digna^c, proprios, et iustos, et veros habet. Quæ profecto^d nisi habeat; humana vita turbabitur; atque ad tantam confusione deueniet status rerum, vt, contemptis superatisque legibus, sola regnet audacia, vt nemo denique tutus esse possit, nisi qui viribus præualeat; ita quasi communi latrocinio terra omnis depopulabitur^e. nunc vero quoniam et mali pœnam, et boni gratiam, et adfecti opem^f sperant^g; et virtutibus locus

u) quia vitiorum] Reimm. qui vitiorum. nam mox: qui sunt virtutis. Bün.

x) eos autem, qui sunt virtutis, id est, ira - caritas - miseratio] Ita omnes scripti editique. Heumannus scripserit, inquit, Lactantius necesse est: iram - caritatem - miserationem. Mihi ne tot voces corrigantur, duabus litteris mutatis legendum videtur: eos autem, qui sunt virtutis, vt est ira - caritas - miseratio. vt et id. ductibus parum differunt, et sæpe confunduntur, præterea in priori membro dixerat: vt libido - inuidia. Bün.

y) digna] Heumannus lege, inquit, DIGNI, subauditur enim adfectus. Nihil corrogo: neutrum digna respicit voces ira - caritas - miseratio. Frequentissime ita neutrum sequitur. L. 3. Inst. 11. 12: Num voluptatem? - diuitias? - potestates? At ea fragilia caduca. - Num gloriam? - honorem? - memoriam nominis? At hac omnia posita. L. 6. 3. 8: desidia, inertia, luxuria se iradere, qua suauia videntur. Bün.

z) Quæ profecto] Et hic Heumannus corrigit: Quos profecto scilicet ad-

fectus. Sed qui priora salua cognoscet, ne hæc corriget. Bün.

a) depopulabitur] passiuè. conf. Heusingerum ad Vechner. Hellenol. p. 114. Bün.

b) adfecti opem] Torn. 1548 - 1613. Betul. et Paris. 1561: afflictionem, ex qua voce docta manus ad marg. Torn. 1548. coniecerat: adfectionem; at melius scripti Goth. Lips. Reimm. Angl. Subl. Rost. Ven. 1471 - 1515. et reliqui: adfecti opem. Sic requirit n. 1. n. 7. et n. 9. vbi ista tria aliis fere verbis repetit. Bün.

c) sperans] Quum verbum hoc etiam ad priora: mali poenam, pertineat et significet sæpe timere, credere, vid. Quintil. L. 8. Inst. c. 2. edit. Burm. p. 670. Casaubon. ad Spartiani Did. Iulian. c. 6. p. 581. Emmenesf. ad Virg. 8. Eclog. 26. et L. 4. Aen. 419: possit ratione priorum ea vis valere; rectius vero exponitur, vt ad omnia membra quadret, h. l. exspectare. vide Dauif. ad Epit. c. 65. p. 202. sq. Spera et tibi accidere posse, quod alteri videas accidisse. et Lindenbr. ad Ammianum Marcell. L. 14. c. 7. p. 36. qua inedia

Yy
per

cus est, et scelera rariora sunt. At enim plerumque et scelerati feliciores sunt, et boni miseres, et iusti ab iniustis impune vexantur^d. Considerabimus postea, cur ista fiant. Interim de ira explicemus, an sit aliqua in Deo; verum nihil^e curet omnino, nec moueatur ad ea, quæ impie geruntur.

XVII. *Deus, inquit Epicurus, nihil curat.* nullam igitur habet potestatem. curare enim necesse est eum, qui habet potestatem: vel si habet, et non vitur; quæ tanta est negligendi causa^{a, b}, vt ei, non dicam nostrum genus, sed etiam mundus ipse sit vilis^c? *Ideo, inquit, incorruptus est ac beatus, quia semper quietus.* Cui ergo^d administratio^{e, f}

tanta-

per multas difficilesque causas adfore iam sperabatur. Bün.

d) *impune vexantur*] sc. ad tempus. offendit vox *impune* alios, hinc in Lips. 2. et 3. est omisa; sed huic dubio respondet c. 20. 2: *nec ille, qui peccat: sperare debet perpetuam impunitatem*; hinc addidit: *considerabimus postea*, sc. c. 20. 1 - 2. sqq. Bün.

e) *an sit - utrum nihil*] Consueto ordine dicitur: *utrum - an*. Hic ordo est inuersus. Desidero adhuc et ipse similia exempla; nolui tamen a libris abire. Heumannus ex *utrum* facit *an vero*. Forte istæ particulæ olim a librario traiecit. Bün.

a) *qua tanta est causa*] Induxi negligendi verbum, quod in nullo e MSS. nostris, nec in Rom. est. Cell.

b) *qua tanta est negligendi causa*] Goth. Lips. Reimman. Rom. Roff. Ven. 1493. 97. Cellar. *qua tanta est causa*. Thomasius in marg. ex Bon. citat: *qua tanta est negligentia causa*, eamque lectionem Heumannus vocat rectissimam; lubens sequer, nisi obstaret recentior collator Bononiensis codicis Isæus, qui legit

in Bonon. et Tax. *Qua tanta negligente causa est*; hac itaque lectione corrupta, lego cum Angl. Ven. 1472. vtraque 78. Parrhas. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasc. Gryph. Torn. Betul. Isæo, Thyf. Gall. Spark. Walchio: *qua tanta est negligendi causa*. n. 2: *si hæc a Deo negligentur*. Bün.

c) *vilis*] L. 7. Instit. 22. 13. *Quum iusti tam viles habeantur*. Tacit. L. 1. Annal. 40: *si vilis ipsi salus*. Bün.

d) *Cui ergo*] Ven. vtraque 1478. 93. 97. Paris. prae: *Cur*. Goth. Lips. Reimman. Parrh. Ald. et reliqui: *cui ergo*. recte. Bün.

e) *cui ergo administratio*] Veteres libri bene *administratio*: sequiores *ministratio*. Cell.

f) *administratio*] Ven. 1497. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasc. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. perperam: *ministratio*. Bon. Tax. Goth. Angl. Subl. Roff. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. Paris. Cell. Walch. Heumann. *administratio*, vt n. 4: *mundi administratio*. Bün.

g) *ani-*

tantarum rerum cessit, si hæc a Deo negligentur, quæ videmus ratione summa gubernari? aut quietus esse quomodo potest, qui viuit et sentit? Nam quies aut somni res est, aut mortis. Sed nec somnus habet quietem. nam quum soporati sumus, corpus quidem quiescit, animus autem & irrequietus agitur; imagines sibi, quas cernat, effingit, vt naturalem suum motum exerceat varietate visorum, auocatque se falsis^b, dum membra saturentur, ac vigorem capiant^c de quiete. Quies igitur^k sem-

g) *animus autem*] Bon, Tax. *animus tamen*. Vtrumque elegans. *Blin.*

b) *auocatque se falsis*] Reimman. *præue: aduocatque se a falsis*. et sic fuit in Lipf. 2. in quo littera *d* inducta. Ven. 1472. vtraque 78. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. *auocat se a falsis*, idque Heumannus defendit et exponit: *auocat se a falsis imaginibus, hoc est, somnare cessat*. At Goth. Merton. C. C. C. Rost. Ven. 1471. 1493. 97. Paris. 1513. et Cellarius: *auocatque se falsis*. Quæ lectio est vnice recta. Noster iterum de Opif. c. 18. 8. *vt mens per diem veris visionibus auocatur, ne obdormiat; ita falsis nocte (sc. auocatur), ne excitesur*. et ibidem n. 5: *Auocatur ergo (mens) simulacris, donec membra sopore irrigata vegetentur*. Est igitur sensus, verborum, vt iterum ibidem n. 4: *mens visionum imaginibus occupata tenetur*. n. 6: *mens ad contemplandas imagines ab intentione traducitur*. Glosæ Lat. Gr. *auocat* commode transferunt: ἀποχολέει. *Blin.*

i) *dum membra saturentur ac vigorem capiant*] Heumannus scribit: *quum membra saturantur ac vigorem capiunt*. At libri constanter vt edidi. *dum hic valet donec vt proxima ad-*

notatio dabit ex loco gemino. conf. Turfell. de Partic. ed. 2. Schwartz. p. 217. *Blin.*

k) *vigorem capiant de quiete. Quies igitur*] Bon. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. Cell. Heumann. *capiant. Denique requies sempiterna*. Thomasius CAPERE VIGOREM DE QUIETE, inquit, *latine non dicitur*. Ex his autem denique re facile potuit fieri de quiete, cui postmodum addita est dictio igitur, vt aliquis sensus eliceretur. Sequor nihilominus lectionem Goth. Lipf. Reimm. Ultr. Cauc. Angl. Rost. Ven. 1471. 72. vtriusque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betuleii: *vigorem capiant de quiete. Quies igitur* (Eimm. ergo). Quis enim simpliciter dixerit, *membra saturari ac vigorem capere*, non addito vnde saturentur ac vigorem capiant? Verba: *dum membra saturantur ac vigorem capiant de quiete*, idem dicunt, quod illa de Opif. 18. 5: *Donec membra sopore irrigata vegetentur*. n. 6: *Postquam mens ad contemplandas imagines traducta est, tunc demum corpus omne resoluitur in quietem*. Nam n. 8: *sibi auocamenta inuenit, ne saluberrimam quietem corporis interrumpat*. Plinius L. 23. H. N. c. 4: *oleo mollietur corpus, vigorem et robur accipit. De quiete valet: ex quiete, ex sapore.*
Yyy a me.

ſempiterna ſolius mortis eſt. ſi autem mors Deum non attingit, Deus igitur numquam quietus eſt. Dei vero actio quæ poteſt eſſe, niſi mundi adminiſtratio? ſi vero mundi curam gerit, curat igitur hominum vitam Deus, ac ſingulorum actus animaduertit, eosque ſapientes ac bonos eſſe deſiderat.

5 Hæc eſt voluntas Dei, hæc diuina lex, quam qui ſequitur, qui obſeruat^l, Deo carus eſt. Nec eſſe igitur, vt ira moueatur aduerſus eum, qui hæc æternam diuinamque legem aut

6 violauerit, aut ſpreuerit. Si nocet alicui Deus ^{m. n.}, iam bonus non eſt. Non exiguo falluntur errore, qui cenſuram ſiue humanam, ſiue diuinam acerbitatis et malitiæ nomine ^o infamant, putantes nocentem dici oportere, qui nocentes adſcit pœna^p. Quod ſi eſt, nocentes igitur leges habemus, quæ peccantibus ſupplicia ſanxerunt; nocentes iudices, qui ſcelere conuiſtos^q pœna capitis adſciunt. Quod ſi et lex iuſta

7 eſt, quæ et nocenti tribuit^r, quod meretur; et iudex integer, ac bonus dicitur, quum male facta vindicat; (bonorum enim ſa-

more Lactantio frequenti, vbi de pro ex ponit. Vti vero capere fructum, vtilitatem, voluptatem, ex re dicitur, ſic latine dici capere vigorem de vel ex re, nihil impedit. Bün.

l) qui obſeruat] Lipſ. 2. 3. Reimm. ſi ſeruat. Notum ſeruare ſæpe pro obſeruare poni. Iuueno L. 1. Hiſt. Euang. 2. Zacharias ſacerdos dicitur ſeruator iuſti, vbi vide notas et Gronouium ad Senec. ep. 95. p. 469. Bün.

m) Si nocet alicui Deus] Vulgati, Si nocet, inquit, alicui. Sed deſt inquit vetuſtis libris: etiam quod acerbitatis vocabulo recentiores adiungunt, et malitia. Cell.

n) Si nocet alicui Deus] Thomafius eumque ſecuti Iſæus, Thyf. Gall. Spark. Walchius haud male: ſi nocet, inquit, alicui, vt n. 1. et 2. At nullam ex libris auctoritatem addit. Ab eſt inquit ab Goth. Lipſ. Reimm.

Roſt. Ven. 1471-1515. et reliquis ante Thomafium editis. Bün.

o) acerbitatis et malitia nomine] Verba et malitia deſunt in edd. ab 1465-1563. addita ex Bononienuſi antiquo ab Thomafio, teſte Iſæo, vnde poſt Thyf. Gall. Sparkium denuo addidi, proſcripta a Cellario et ſqq. nouitatis nomine. Bün

p) qui nocentes adſcit pœna] Lipſ. 2. Reimm. qui nocentes dicit adſci pœna. male. Bün.

q) ſcelere conuiſtos] Paris. ſcelere conuiſtos. Cant. editio ſcelere conuiſto. vitioſe. Suetonii eſt, vt Lexica indicant, in Nerone c. 31: ſcelere conuiſtus. Seneca ep. 86. dixit cum præpoſitione: conuiſtum in ſcelere ſeruatum. Etiam Suetonius in Tib. Claudio Czſ. c. 14: in maiore fraude conuiſtos. Bün.

r) tribuit] Lipſ. tert. Gothar. Reimm. retribuit. Bün.

ialutem custodit, qui malos punit,) ergo et Deus, quum malis obest, nocens non est; is autem est nocens, qui aut innocenti nocet, aut nocenti parcit, vt pluribus noceat. Liber^t 8
 quære ab iis, qui Deum faciunt immobilem^u; si quis habeat rem, domum, familiam: seruique eius, contemnentes patientiam domini, omnia eius inuaserint^u; ipsi bonis eius fruantur, ipsos familia eius honoret, dominus autem contemnatur ab omnibus, derideatur, relinquatur: vtrumne sapiens esse possit, qui contumelias non vindicet, suisque rebus eos perfrui^y patiat, in quos habeat potestatem? quæ tanta^z in quoquam potest patientia reperiri? si tamen patientia^a nominanda est, et non stupor quidam insensibilis^b. Sed 9
 facile est ferre contemptum. Quid si fiant illa, quæ a Cicero-
 ne dicuntur^c? *Etenim quæro, si quis paterfamilias, liberis suis a seruo interfectis, uxore occisa, incensa domo, supplicium de seruo numquam^d acerrimum sumserit, vtrum is clemens ac misericors, an inhumanus et crudelissimus esse videatur?* Quod si, eiusmodi facinoribus ignoscere, crudelitatis est po- 10
 tius,

s) *is autem est*] Editi omnes: *Ipse autem est.* Bonon. *is est autem.* Reimm. *Is autem est.* Etiam Heumanno is rectum est. Bün.

t) *Liber*] Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Pas. Gryph. licet. At Bon. Goth. Lipf. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. Bet. Torn. 1587-613. Ifæus et sqq. *liber.* recte. Bün.

u) *immobilem*] c. 22. 1: *Deum faciunt immobilem.* conf. not. 6. 17. 21: *ad immobilem stuporem mentis perdere.* Bün.

x) *omnia eius inuaserint*] Ex Lipf. 2. 3. Reimm. Rost. Ven. 1472. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ifæo, Heumanno scribo: *omnia eius inuaserint.* Ceteri eius neglexerunt. Studio illud eius ter repetit. Bün.

y) *perfrui*] Maior vis in composito, subinnuit securam impunitatem. Bün.

z) *qua tanta*] n. l. Cic. 2. Diuin. c. 45. *qua tanta demencia est.* Bün.

a) *si tamen patientia*] Lipf. 2. et Reimm. *si autem patientia.* Prius rectius. Est elegans corrigendi formula, vt L. 3. 28. 17: *Hinc - disciplina manauit, si tamen disciplina dici potest etc.* Bün.

b) *stupor - insensibilis*] L. 6. 17. 22. *immobilis stupor,* eodem sensu. *Insensibilis est sensu carens.* L. 2. 2. 17. *Adorant insensibilia, qui sentiunt.* Bün.

c) *quæ a Cicero dicuntur*] Oratione 4. in Catilin. cap. 6. Cell.

d) *numquam*] Omnes quidem scripti editique in Lactantio *numquam,* at lego, vt habet Cicero: *nonquam.* Bün.

tius, quam pietatis: non est ergo virtutis in Deo, ad ea, quæ
 11 iniuste fiunt, non commoueri. Nam mundus tamquam
 Dei domus est, et homines tamquam serui; quibus si ludibrio
 sit nomen eius, qualis aut quanta patientia est, vt honoribus
 suis cedat, praua et iniqua fieri videat, et non indignetur;
 quod proprium, et naturale est ei, cui peccata non placeant?
 12 Irasci ergo rationis est. auferuntur enim delicta, et refre-
 natur licentia, quod vtrique iuste sapienterque fit. Sed Stoici
 non viderunt esse discrimen recti et prauī; esse iram iustam,
 esse et iniustam; et quia, medelam rei non inueniebant, volue-
 runt eam; penitus excidere *f*. Peripatetici vero non exciden-
 dam, sed temperandam esse dixerunt, quibus in sexto libro
 13 Institutionum *s. k* satis respondimus. Nescisse autem philo-
 sophos, quæ ratio esset iræ, adparet ex definitionibus eorum,
 quas Seneca enumerauit in libris, quos de ira composuit. *Ira*
est, inquit, cupiditas vlciscendæ iniuriæ. Aut, vt ait *k* Posi-
 donius, *cupiditas puniendi* *l* eius, a quo te inique putes lesam.
 Quidam ita definierunt; *Ira est incitatio animi ad nocendum*
ei, qui aut nocuit, aut nocere voluit. Aristotelis definitio non
 mul-

e) auferuntur enim delicta, et refrenatur licentia] Pro his Goth. et Lipf. *Auferuntur licentia*. Reimm. *Auferuntur licentie*. At plenius et rectius, vt est editum, reliqui libri. Bün.

f) penitus excidere] Lipf. tert. *occidere*. Torn. *penitus excindere*. sic sæpe variare dixi ad L. 5. 3. 22. Horatius L. 1. Sat. 3. 76:

Denique quatenus excidi penitus vitium ira,

Cetera item nequeant stultis harentia. Bün.

g) sexto libro Institutionum] cap. 16. Cell.

h) sexto libro] c. 15. exeunte c. 16. et seqq. Bün.

i) *Ira est, inquit, cupiditas vlciscendæ iniuriæ*] Seneca lib. 1. de Ira cap. 3: *Primum diximus, cupidita-*

tem esse poena exigenda. Ad verbum *Diximus*, commentatur ita Lipsius: *nempe in iis, quæ e Lactantio reponimus*. Et lib. 2. de ira cap. 3. ait: *Ira est concitatio animi ad vltionem voluntate et iudicio pergentis*. Cell.

k) *Aut, vt ait*] Goth. Lipf. Reimm. et editi: *Alii, vt ait*. Pen. *vel vt ait*. Bonon. *Aut, vt ait*. Hunc sequor. Posset tamen vox *Alii* quoque hic locum habere, non tantum enim Posidonius, sed etiam Zeno dixit, teste Lactio: *ὀργὴν ἐπιθυμίαν τιμωρίας*. Bün

l) *cupiditas puniendi*] Cicero L. 4. Tusc. c. 9: *vt ira sit libido puniendi eius, qui videntur lesisse iniuria*. Bün.

m) *Ait*

multum a nostra abest. Ait enim, *iram esse cupiditatem^m doloris rependendiⁿ*. Hæc est ira, de qua superius diximus^o, quæ etiam mutis inest: in homine vero cohibenda est; ne ad aliquod maximum malum profiliat et per furorem. Hæc in Deo esse non potest, quia ille stabilis est; in homine

m) *Ait enim, iram esse cupiditatem*] Lib. 2. Rhetor. cap. 2. Ἐσω ἢ ὀργὴν ὀρεξίς μετὰ λύπης, τιμωρίας φαινομένης. Romanus quidem rependendi; ceteri, Lipf. Goth. respuendi. Cell.

n) *doloris rependendi*] Lipf. 2. 3. Reimm. respuendi. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. *doloris respondendi*. Ven. 1493. 97. reprehendi. Pier. Parrh. Paris: reprimendi. At Goth. Angl. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomaf. et seqq. *respondendi*. Optime, pro quo in Senecæ L. 1. c. 3. reponendi. Bün.

o) *de qua superius diximus*] Ad dunt editores iniusta; quod deest libris vetustis: etiam malum, quod propterea inclusum dedimus. Desunt etiam, quæ sect. 15. adsuuntur: Vbi est ergo illa ira iusta, qua movetur aduersus etc. Cell.

p) *superius diximus*] Thom. ex Bonon. legit: *superius dixi iniusta*, et defendit, quia mox de ira iusta agit, sic quoque Isæus, Thyf. Gall. Spark. edunt; et Walchius subscribit. Proscribunt vero reliqui scripti et editi ante Thomafium omnes, et Heumannus in marginem reiicit. Certe c. 7. 7. de Ira mutorum dixit, sed nihil de iniusta; et quis mutis iustam iniustamue iram tribuet? Bün.

q) *ad aliquod maximum malum profiliat*] Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. *ad aliquid maximum profiliat*. Parrh. in *aliquid maximum profiliat*. Ald. Crat. Gymn.

ad aliquod maximum profiliat. Reimman. cum Lipf. 2: *ne aliquod maximum profilit per furorem*. At rectissime primum Fasit. tum Gryph. Torn. 1548 - 1613. Betul. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. etc. *ne ad aliquod maximum malum profiliat*. Necessario hic substantivum addendum. Sic c. 18. 11: *hinc quotidie ad immania facinora profilitur*, et n. 12: *evadent ad maius MALVM*. Epit. c. 61: *inde ad immania facinora profilitur*. Vbiq. vero ad non in, vt in Parrh. dicitur; hinc bis L. 6. 5. 14. et L. 6. 18. 33: *profilitur ad nocendum*. Bün.

r) *ille stabilis*] Omnes editiones: *illæstabilis*. Etiam duo Guelferb. *illæstabilis*, et sequitur *lesio*. Suspecta mihi dudum visa vox *illæstabilis*, qua alibi semper abstinuit, vnde c. 15. 8: *nihil est, quod ei (Deo) vim possit inferre*, et c. 5. 2: *qui lædi non potest*. Lubens igitur rescripti ex Lipf. 2. 3. Wittebergensi, Reimman. *quia ille stabilis est*. Optime hæc ratio alteri sequenti: *quia fragilis est*, opponitur. ita c. 15. n. 9. 10: *in homine -- quia fragilis et mortalis est -- in Deo locum non habet, quia et fragilitas et interitus ab eo alienus est -- qui semper futurus est, id est, stabilis est*. Eadem oppositio L. 5. Instit. 21. 10. 11: *corpus - imbecillum, fragile, mortale - animus - stabilis, et constans, et perpetuus*. Iterum de Deo L. 6. Instit. 25. 14: *ut idem (Deus) sit semper et stabilis, et immutabilis; et inconcusus*. Apuleius ad Asclep. p. 95: *Deus igitur stabilis fuit*

ne autem, quia fragilis est, inuenitur. inurit enim læsio dolo-
 rem^s; et dolor facit vltionis cupiditatem. Vbi est ergo
 illa ira aduersus delinquentes^s? quæ vtiq̄e non est cupidi-
 tas vltionis, quia non præcedit iniuria: non dico de iis,
 qui aduersus leges peccant, quibus etsi iudex sine crimine
 irasci potest, fingamus tamen, eum sedato animo esse debere,
 quum subiicit pœnæ nocentem, quia legum sit minister, non
 animi aut potestatis suæ, (sic enim volunt, qui iram conantur
 euellere) sed de iis potissimum dico, qui sunt nostræ potesta-
 tis, vt serui, liberi, vt coniuges, vt discipuli^s, quos quum
 delin-

fuit semperque est. Ambrosius L. 1. Off. c. 3: *cuius fructus non caducus est: temporalis, sed stabilis et aterna salutis est.* Ne tamen Lexica aliquid detrimenti capiant proscripta hac voce, quam Walchius maxime raram, nec alibi eam se potius se reperire dicit, in Lactantii locum sufficiam Tertullianum, qui dixit adu. Valentin. c. 27: *Soter impassibilis, inlassibilis.* Bün.

s) *inurit enim læsio dolorem*] Lipf. 2. et Reimmann. *Inuenit.* Emm. Lipf. tert. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. *irritat.* Goth. Cant. Subl. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. et Cell. *inurit - dolorem.* optime. Ita c. 18. 8: *ne maiorem iusto dolorem inureret.* vbi plura. Bün.

t) *Vbi est ergo illa ira aduersus delinquentes*] Caucii, Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Sparkius, Walchius: vbi est ergo illa ira iusta, qua mouetur aduersus delinquentes. Ex quibus Heumannus fingit: *Est ergo illa ira iusta, quæ mouetur aduersus delinquentes.* Reimm. *vbi est ergo illa aduersus delinquentes.* Goth. Lipf. Finman. Cant. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93.

97. Pier. Parrh. Paris. Cellar. *vbi est ergo illa ira aduersus delinquentes.* Hoc, vt puto, sensu: *Definitio illa ab vlciscenda aut punienda iniuria, aut iniusto dolore est debilis et manca, non quadrat enim in iram aduersus delinquentes.* Bün. u) *etsi iudex*] Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. *et iudex*, et Heumannus opinatur *liquere* ita esse scribendum: *sermo etsi iudex* ex Bonon. Tax. Vlter. Goth. Lipf. Reimmann. Angl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. et Cell. *etsi iudex*, illi *etsi* respondet particula *tamen*; hinc comma postui post: *potest, fingamus tamen.* Bün.

x) *vt serui, liberi, vt coniuges, vt discipuli*] Distributio et copulatio est manuscriptorum. Cell.

y) *vt serui, liberi, vt coniuges, vt discipuli*] Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78: *vt serui, liberi, et coniuges, et discipuli.* Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. *vt serui, liberi, coniuges et discipuli.* Heumannus: *vt serui, liberi et coniuges* legit, et verba *et discipuli* in margine quempiam adiecisse putat. Cellariana est con-

delinquere videmus, incitatur ad coercendum. **Necesse** 17
 est enim (*omni*) bono ac iusto ^a displicere, quæ praua sunt;
 et cui malum displicet, mouetur ^b, quum id fieri videt ^c. er-
 go surgimus ad vindictam ^d, non quia læsi sumus, sed vt di-
 sciplina feruetur, mores corrigantur, licentia comprimatur.
 Hæc est ira iusta; quæ sicut in homine necessaria est ad pra- 18
 vitatis correctionem ^e, sic vtique in Deo ^f, a quo ad hominem
 peruenit exemplum. Nam sicuti nos potestati nostræ sub- 19
 iectos coercere debemus: ita etiam peccata vniuersorum De-
 vs coercere debet ^g. quod vt faciat, irascatur necesse est, quia
 naturale est bono, ad alterius peccatum moueri et incitari.
 Ergo

conformis Goth. Lipf. et Reimm. MSSis. Huc pertinet L. 6. 19. 6:
Ira adfectus ad coercenda peccata eorum, qui sunt in nostra potestate, id est, ut acriore disciplina minor atus ad probitatem iustitiamque formetur. noſtis reliqua. Bün.

^z) *omni bono ac iusto*] Ex MS. Cantabr. *omni*. Et ex Goth. Lipf. *mouetur*. Cell.

^a) (*OMNI*) bono] Cellarius ex Cant. i. e. Subl. recepit *omni*, idque habent Ven. 1471. 72. vtraque 78. Absent vero vox *omni* ab Goth. Lipf. Reimmann. Emman. Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. et reliquis, et sine illo iterum n. 19. *naturale est bono.* Bün.

^b) *mouetur*] Ald. et hoc recentiores: *moueri eum, cum*, et repetit *necesse est*. At Bon. Tax. Pen. Vltr. Goth. Lipf. Reimmann. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. mouetur subaudio: *is, et is, cui malum displicet, mouetur.* Bün.

^c) *quum videt*] Cauc. Ven. 1472. vtraque: 78. Parrh. Paris. Iunt. Ald. et seqq. *videat*, vt c. 16. 5. Bon. Tax. Pen. Vltr. Goth. Lipf. Reimm. Rost.

Ven. 1493. 97. *quum videt*, vt n. 16. *quum videmus.* Bün.

^d) *surgimus ad vindictam*] c. 16. 5. *insurgere ad ultionem.* c. 23. 8: *no indignatio eius insurgat.* Bün.

^e) *ad prauitatis correctionem*] n. 12: *discrimen recti et prauitatis.* Seneca ep. 50: *ante animum - recorrigere, quam indureſcat prauitas eius.* Quint. L. 1. Instit. c. 3. p. 27: *Frangas citius, quam corrigas, qua in prauum induruerunt.* adde Harduinum ad Plin. L. 7. H. N. c. 20. f. 19. p. 39. et quæ adnotauit ad L. 1. 4. 3. *corruptores prauitatis*, et ad Libr. de Ira c. 15. n. 1. Bün.

^f) *sic vtique in Deo*] sc. est necessaria: Reimmann. *sic vtique in Deo. sicut - sic* sæpe et eleganter se excipiunt in Cicero et nostro. Bün.

^g) *peccata - coercere debet*] Ita omnes editi; vbi Lipf. 2. 3: *peccata coercent.* Reimmann. *PRAVA - coercent*, adſpiratione pro more MSS. addita. *praua*, quia ante: *ad prauitatis correctionem.* Goth. *peccata - coercere.* non addito: *debet.* Certe eleganter et ex more Lactantii. conf. not. L. 6. Inst. c. 16. 2. Bün.

20 Ergo definire debuerunt: *Ira est motus animi ad coercenda*
peccata insurgentis. nam definitio Ciceronis ^{b. i.}, *Ira est libi-*
 21 *do ulciscendi*, non multum a superioribus distat. Ira au-
 tem ^{h.}, quam possumus vel furorem, vel iracundiam nominare,
 hæc ne in homine quidem ^{l.} debet esse, quia tota ^{m.} vitiosa est:
 ira vero, quæ ad correctionem vitiorum pertinet, nec homini
 adimi debet, nec Deo potest, quia et utilis est rebus humanis,
 et necessaria ^{n.}.

r XVIII. Quid opus est, inquiunt, ira, quum sine hoc
 adfectu peccata corrigi possint? Atqui nullus est, qui peccan-
 tem ^{a.} possit videre tranquille: possit fortasse, qui legibus
 præ-

b) nam definitio Ciceronis] Stoica,
 seu ex sententia Stoicorum. lib. 4.
 Tuscul. cap. 9. producta. Sic defi-
 niunt, inquit, *ut ira sit libido puniendi*
eius, qui videatur lapsisse iniuria. Cell.

i) definitio Ciceronis] Non ad il-
 lum, quem Cellarius indicat, locum
 respexit Lactantius, sed ad L. 4.
 Tusc. c. 19: *Est enim ira ulciscendi*
libido. vbi conf. Dauisium. Idem
 Cicero L. 3. Tusc. c. 5: *sic enim defi-*
nitur iracundia, ulciscendi libido. Bün.

k) Ira autem] Pen. Tax. Lipf. 1.
 Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark.
 hæc verba omittunt. Cauc. Vltr.
 Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97.
 Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn.
Iram autem. !At Sparkii MSS. Goth.
 Lipf. Reimm. Fas. Gryph. Torn. Bet.
 Cell. Walch. Heum. *Ira autem.* Bün.

l) ne in homine quidem] Rost.
 Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier.
 Parrh. Paris. perperam: *non in ho-*
mine quidem. Goth. Lipf. Reimm.
 Angl. Ald. et seqq. *ne - quidem.* re-
 ctissime. Bün.

m) quia tota] Ita edo ex Bon.
 Tax. Pen. Lipf. 2. 3. Reimm. Betul.
 Isæo, Heumanno, pro aliorum *qua*
tota. Requiritur quia propter alterum
 membrum - *quia et utilis est.* Bün.

n) et necessaria] Lego et Deo ne-
 cessaria. Dicit Lactantius: *iram nec*
homini adimi debere, nec Deo adimi
posse. Iam causam subiungit, di-
 cens: *iram et rebus humanis esse*
utilem et Deo necessariam, qui scilicet
imperfectus esset, si non irasce-
retur malis hominibus. Antea iam
 n. 18. dixit: *iram in Deo esse neces-*
ariam. Heumannus hæc tenet. Reim-
 mannus legit paullo ante: *nec ideo*
potest; qua ratione et necessaria sine
 dubio ad hominem pertinerent. At
 reliqui licet scripti et omnes editi
 antea: *nec Deo potest,* et hic: *et ne-*
cessaria. (Reimmann. præue: *nec ne-*
cessaria) habeant, tamen et ita quo-
 que ira homini est necessaria. Pa-
 tet ex L. 6. Instit. 18. 33. *vbi natu-*
ra, inquit, *repugnare impossibile est*
inutile, ut non commoueamus omni-
no. et de Ira 21. 5: *quia is adfectus*
(ira) necessario datus est. Bün.

a) peccantem] Plures editi: *pecca-*
ntem. Pen. MS. *peccata,* v. n. 2: *ipse*
peccati adfectus indignus est. Recepta
 ex Bon. Tax. Vltr. Goth. Lipf. tert.
 Reimm. Rost. Ven. 1472. vtraque
 78. et Heum. *peccantem.* Sic n. 8. *pec-*
canti. Bün.

b) sed

præfider, quia facinus non sub oculis eius admittitur, (sed defertur aliunde ^b tamquam dubium; nec vñquam potest esse scelus tam clarum, vt defensionis locus non sit, et ideo potest iudex non ^c) moueri ^d aduersus eum, qui potest innocens inueniri ^e: quumque detectum facinus in lucem venerit; iam non sua, sed legum sententia vitur. Potest concedi ^f: ^g, vt sine ira faciat ^h: habet enim, quod sequatur. Nos certe, quum domi peccatur a nostris, siue id cernimus, siue sentimus, indignari necesse est. ipse enim peccati aspectus, indignus est. nam qui non mouetur omnino, aut probat delicta, quod est turpius, et iniustius; aut molestiam castigandi fugit, quam sedatus animus et quieta mens aspernatur ac renuit, nisi stimulauerit ira et incitauerit ⁱ; qui autem commouetur, tamen

b) *sed defertur aliunde*] Hæc vique moueri, vncis inclusa, desunt in Lipf. Goth. Rom. Cell.

c) *sed defertur - iudex non*] Perperam hæc verba omnia in Lipf. Goth. etiam Reimm. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. et Iunt. desiderantur, in quibus: *admittitur moueri*. Absurde. Hinc recte Aldus et ab hoc tempore reliqui addiderunt. Nihil vero Thomaf. Ifæus, Gall. Sparkius et Cantabr. editor de suis MSS. monent, vt nescias, num in iis sit aliquis liber scriptus, qui illa habeat. conf. c. 17. n. 16. Bün.

d) *iudex non moueri*] Torn. 1548-1613. Paris. 1561. Betul. *iudex moueri*. male, negandi particula non omisa, quam recte Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Thomafius, Ifæus et reliqui addunt. Rectissime Heumannus explicat: *potest fieri, vt iudex non moueatur*, vt c. 19. 5. *potest non irasci*, i. e. potest sine ira manere, ira non incitari. Verbis c. 17. 16. efferas: *potest sedato animo esse*. Bün.

e) *inueniri*] Lipf. 2. et Reimm. *responeri*. Bün.

f) *Potest concedi, vt sine ira facias: habes*] Secundum eodem codices. Vulgo addunt *sed potest faciat, quod facit*. Cell.

g) *potest concedi*] Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Thom. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. *sed potest concedi*. vnde Heuman. *sic potest* fingit. Goth. Lipf. Reimm. et Rost. Ven. 1471-1510. Paris. Iunt. Cell. Walch. *Potest concedi, omisso sed*. Bün.

h) *facias*] Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomaf. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. Heum. *faciat, quod facit*. At Goth.; Lipf. Reimm. Rost. Ven. 1471-1510. Paris. Iunt. verba *quod facit* non habent. Bün.

i) *ira et incitaueris*] Hæc tria vocab. in Goth. Lipf. 2. Reimm. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. desiderantur. Melius Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. *nisi ira stimulaueris*. Bon. Tax. Thomaf. Ifæus et seqq. *nisi stimulaueris ira et incitaueris*. Walch. *nisi ira stimulaueris et incitaueris*. Bün.

k) *com-*

men ^k intempestiua lenitate ^l vel sapius, quam necesse est, vel etiam semper ignoscit; is plane et illorum vitam perdit, quorum audaciam nutrit ad facinora maiora, et sibi ipse ^m aeternam molestiarum materiam ⁿ subministrat. Vitiosa est ergo in peccatis iræ suæ cohibitio ^o. Laudatur Archyta Tarentinus ^p, qui quum in agro corrupta esse omnia comperisset, villici sui culpam redarguens, *Miserum te*, inquit, *quem iam verberibus necassem, nisi iratus essem*. Vnicum hoc exemplum ^r temperantiæ putant; sed auctoritate ducti non vident, quam inepta et locutus fuerit, et fecerit. nam, si, ut ait

k) *commouetur tamen intempestiua*] Reimm. prauè: *commouetur cum intempestiua*. Reliqui tamen, Heuman. et tamen scribit. Bün.

l) *lenitate*] Plures: *lenitate*. At Bon. Goth. Cant. i. c. Subl. Rost. Betul. Isæus, Cell. Walch. Heum. *lenitate*. recte. Bün

m) *sibi ipse*] Scripsi pro plurimorum *sibi ipsi*, ex Goth. et Betuleio *sibi ipse*. Sæpe ita noster. Bün.

n) *aeternam molestiarum materiam*] Bonon. et Tax. *aeternam molestiam*. Aeternam, i. e. *perpetuam*, diu duraturam; vt L. 5. 13. 9. Pitiscus ad Curt. L. 4. 22; et Fabri Thesaurus exempla plura congeserunt. Ad rem ipsam pertinet Arnobius L. 4. p. 149: *Quisquis patitur peccare peccatorem, is vires subministrat audacia*. Bün.

o) *cohibitio*] Conf. n. 12. de voce Lactantiana hac vid. Falster. Suppl. L. L. p. 60. Inf. L. 6. 18. 32. *vocatur sustentatio sui*. Bün.

p) *Laudatur Archyta Tarentinus*] Cicero Tuscul. lib. 4. cap. 36: *Ex quo illud laudatur Archyta; qui quum villico factus esset iratior: quo te modo, inquit, accepissem, nisi iratus essem?* Adde Valer. Max. lib. 4. c. 1. Cell.

q) *miserum te*] Edo ex Angl. Goth.

Lipf. 2. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Isæo, Heumanno: *miserum te*. Pronomen te Thomaf. Thyf. Gall. Cell. Walch. repudiarunt; libenter latini pronomina addunt. Terent. Adelph. Act. 3. sc. 1. *miseram me*. Cic. pro Flacco c. 41. pr. *miserum me*. Ouid. L. 2. Trist. 97. *Me miserum potui* etc. Ambrosius L. 1. Off. c. 21. ita: *O te infelicem, quam te adficiatorem, nisi iratus essem*. Seneca similia L. 1. Ira c. 15. de Socrate; et L. 3. Ira c. 12. de Platone. conf. Menag. ad Diog. Laertium L. 3. sect. ed. Menag. p. 79. Etiam Cicero Archytae tribuit L. 4. Tusc. c. 36. vbi Dauisium conferas. Add. Plutarch. de his, qui sero a numine puniuntur f. m. 551. et Hieronym. ad Salu. epist. f. m. 77. Bün.

r) *inquit, quem-ne verberentur*] Hæc desiderantur in Lipf. 2. et Reimman. et in Gothano est vacuum spatium. Bün.

s) *Vnicum hoc exemplum*] Observat Heumannus *unicum* hic esse *plane singulare*. Aliquoties ita ipse Lactantius, e. g. Opif. c. 20. 5: *M. Tullius eloquentia ipsius unicum exemplar*. Bün.

r) Nam

ait : Plato ⁶, nemo prudens punit, quia peccatum est, sed ne peccetur; adparet, quam malum vir sapiens proposuerit exemplum. Si enim senserint serui, dominum suum scire, quum non irascitur; tum ⁷ parcere, quum irascitur: non peccabunt utique leuiter, ne verberentur; sed, quantum potuerint, grauissime, ut stomachum peruersi hominis incitent ⁸, atque impune discedant. Ego vero laudarem, si quum fuisset iratus, dedisset iræ suæ spatium; ut, residente per interuallum temporis animi tumore ⁹, haberet modum castigationis. Non ergo propter iræ magnitudinem donanda erat pœna,

*) Nam si, ut ait Plato] Ita rectissime edidit Isæus, et ita ante Isæum hunc locum emendatum voluit Contr. Rittershusius in lectiōn. sacris L. 7. c. 13. quod caput integrum huc pertinet, et idem in Commentar. ad Saluian. de Gubern. Dei L. 6. ad pag. 189. n. 219. ed. Brem. 1688. pag. 66. nec aliter docta manus ad marginem ed. Torn. Lugd. 1548. in biblioth. beati I. A. Fabricii adscripserat. Verba vero ipsa Lactantius non ex Platone, sed ex Seneca L. 1. de Ira c. 16. repetiit, quibus fere gemina L. 2. de Ira c. 31. Pari modo pro nam sicut, Reimm. MSS. Lact. L. 6. Inst. 1. 10. nam si, ut, et L. 7. 12. 7. Nam si, ut. Bün.

*) nam sicut ait Plato] in Protagora p. 288. ed. Gr. Bas. Ait enim, ἡ τῆ παρακληλυθότος ἐνεκα ἀδικήματος τιμωρεῖται, ἀλλὰ τῆ μέλλοντος χάριν, ἵνα μὴ αὐτῆς ἀδικήσῃ, μήτε αὐτὸς ἔτος, μήτε ἄλλος ὁ τῆτον ἰδὼν καταδέντα. Cell.

x) dominum suum scire, quum non irascitur; tum] Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. pronomen SVVM neglexerunt; Rost.

Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Paris. hoc ordine: dominum scire, quum non irascitur suum, tum. Bon. Tax. Thomaf. Isæus et seqq. dominum suum irascitur, tum. Bün.

y) stomachum peruersi hominis incitent] Ven. 1453. 97. Parrh. Paris. Ald. et omnium recentiorum: stomachum eius incitent. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. stomachum cum his incitent. Vltr. Goth. Lips. 2. 3. Reimm. stomachum in hijs (his) incitent. Bodlei. stomachum peruersi homines Bonon. Tax. stomachum peruersi hominis incitent. Placet quoque Isæo, qui, peruersum, inquit, propriissime vocat, preposterum hominem et qui ordinem peruertit in puniendo; scit enim, ubi non irascitur, ubi irascitur, parcit. Bün.

z) residente animi tumore] Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. residente timore. vitiose. Goth. Lips. Reimm. Parrh. Paris. Ald. et plures: residente - tumore. Eleganter dicta hæc omnia, residente, i. e. composito, sedato. Cic. L. 3. Tusc. 12. quum tumor animi resedisset. Ita Lilius ira dicuntur residere. Sic Plinius sumendus L. 34. H. N. c. 14. l. 40: quum exprimere vellet furorem - residentem pœnitentia; ut rectius Torrent.

pœna, sed differenda^a; ne aut peccanti maiorem iusto dolorem inureret^b, aut castiganti furorem. nunc vero quæ tandem æquitas^c, aut quæ sapientia est^d, vt aliquis ob exiguum delictum^e f puniatur? ob maximum non puniatur? Quod si naturam rerum, causasque didicisset; numquam tam importunam continentiam profiteretur, vt nequam seruus, iratum

rent. Sanctius, Buchner. etiam Perizonius ad Sanctii Mineru. L. 3. c. 3. Virgil. *resedis flatus*. Horatius: *resedis bellum*. Seneca L. 3. Ira c. 2: *quo resideret furor publicus*. Verbo cognato Cicero in Bruto c. 24: *ardor animi quum consedis*. Bün.

a) differenda] Ea vero mens fuit Socratis, de quo Seneca L. 1. de Ira c. 15. extr. Bün.

b) dolorem inureret] Goth. Lipf. 2. 3. Reimm. *immitteret*, vt L. 5. Inft. II. 16: *exquisitos dolores corporibus immittunt*. Epit. MS. Taur. c. 54: *vt repetita tormenta doloris immittant*. Etiam Cicero dixit: *dolorem a Deo immisum*. Rost. 1476. *præue: dolorem innueret*. Subl. Ven. 1471. vtraque 78-15. Paris. Ald. et reliqui *dolorem inureret*. vt de Ira 17. 14: *inuris lasso dolorem*. Videtur noster respexisse ad Cic. 3. Tusc. cap. 9: *proprium est irati, cupere a quo latus videatur, ei quam maximum dolorem inurere*. vbi vnus MS. simili prauitate, vt in Rost. Lactantii: *innuere*, alius *iniscere* habebat. Alibi quoque *immisit* et *inussit* confusa. Vide Gronouium ad Senecæ Hercul. Octæum Act. 2. 558. et in Lactant. Ira c. 23. 24. pro *inusserunt* alii libri *immiserunt* subdiderant. Bün.

c) qua tandem æquitas] Inseruit tandem eleganter adfectus loquentis. vide exempla L. 5. c. 1. 28. c. 3. 24. c. 12. 6. c. 13. 1-8. c. 15. 9. L. 6. 9. 19. et sæpius. Bün.

d) aut qua sapientia] Vlt. *quam sapientia*. Cauc. Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. aut *sapientia*. At Bon. Pen. Goth. Lipf. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Thomas. Ifæus et Isq. aut *qua sapientia*. Bün.

e) exiguum dolorem] Sic MSS. et veteres editi. Lege et expendẽ quæ antecesserunt. Præue vulgo *delictum*. Cell.

f) ob exiguum delictum] Angl. Goth. Lipf. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Iunt. Cell. *ob exiguum dolorem*, vt dolor irascentis et punientis intelligatur, ratione n. 6: *dominum sauire, quum non irascitur* (i. e. ob exiguum dolorem) *tum parcere, quum irascitur* (i. e. parcere et non punire ob maximum dolorem). Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomaf. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. Heuman. præferunt: *ob exiguum delictum*, vt n. 11: *iram dedit cohibendorum causa delictorum*. Epit. c. 38. 9. 10: *Qui - nullam facit differentiam delictorum, aut leuia magnis suppliciis adficienda censes, quod est crudelis iudicis, aut grauiata parvis, quod est dissoluti, vtrumque reipublica incommodum. Si enim summa scelera leuiter puniantur, audacia malis crescet ad facinora maiora: et, si leuibis delictis pœna grauior irrogetur, multi in periculum venient*. Bün.

tum sibi fuisse & dominum, gratularetur. Nam sicut corpus humanum Deus multis et variis sensibus ad vsum vitæ necessariis instruxit; sic et animo varios attribuit adfectus^b, quibus vitæ ratio constaret: vt libidinem producendæ sobolisⁱ gratia dedit; sic iram cohibendorum causa delictorum. Verum ii, qui nesciunt fines bonorum ac malorum, sicut libidine] vtuntur ad corruptelas^k et ad voluptates; sic ira et adfectu^l ad nocendum; dum iis^m, quos odio habent, irascuntur; ergo etiam non peccantibus irascuntur^{n.º}, etiam paribus^p, aut

g) sibi fuisse - ad nocendum] Hæc verba omnia num. 9. et 10. in Lipf. 2. et Reimm. desiderantur, et in Goth. pro iis vacuum est relictum spatium. Bün.

b) adfectus] Quæ his sectionibus disputat, similiter executus est L. 6. 19. 6-11. Bün.

i) producenda sobolis] Praue Rost. perdendæ. Bon. Tax. Ven. 1471. vtraque 78. prodenda sobolis. Pro priori Silius Ital. L. 1. v. III. 112.

-- partusque recusant

-- producere matres. Bün.

k) ad corruptelas] vt L. 6. 19. 10. et Epit. c. 61. in fine. Bün.

l) ira et adfectu] i. e. iræ adfectu. ἐν δὲ αὐτῷ. Nisi et hic malis legere ira adfectu, vti L. 6. 19. 6-8. bis ira adfectus dicitur. In Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Ald. Crat. Gymn. praue: iram et adfectum. Bün.

m) dum iis] Bon. Angl. Goth. Rost. Ven. 1471 - 1515 - vsque ad Spark. dum, etiam Walch. et Heumann. vbi Reimm. et Cell. quum. Bün.

n) irascuntur, etiam paribus] Lipsienses sequor, abiectis quæ ab aliis intericiuntur. Rom. et Parrh. ead. consentiunt. Cell.

o) irascuntur; ergo etiam non pec-

cantibus irascuntur, etiam paribus] Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. adprobantibus Cell. Walch. et Heumanno: irascuntur; etiam paribus. Intermedia pro spuris habent. Goth. dum his, quos odio habent, irascuntur, etiam non peccantibus, etiam paribus. Vltr. Etiam ira (forte: ita) non peccantibus irascuntur. Bon. Tax. Lipf. vnus, Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. irascuntur; Ergo etiam non peccantibus irascuntur. addit Thomasius in notis: ita legendum est ex antiquis codicibus. Nam recte, quum iustam iram dixisset, qua contra peccantes concipitur; nunc iniustam iram, dicit esse, qua etiam contra non peccantes irascimur. Causa vero erroris et omissionis rot verborum fuit, quod, quum irascuntur, ubique esse scriptum, non respiciens scriptor ad primum, cepit a secundo. Bün.

p) etiam paribus] Lipf. 2. Reimmann. Paris. et paribus. Goth. Rost. Ven. 1471-1497. Thomas. Isæus et reliqui: etiam paribus. Parrhas. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Walch. aut paribus. conf. L. 6. Inst. 19. 10. Bün.

q) aut

aut etiam superioribus ⁷. hinc quotidie ad immania fa-
 12 cinora ^r profilitur: hinc tragœdiæ sæpe nascuntur. Esset
 igitur laudandus Archytas, si, quum alicui civi et pari, facien-
 ti sibi iniuriam, fuisset iratus, represisset se, ^r tamen, et pa-
 tientia furoris impetum mitigasset. hæc sui cohibitio glo-
 riosa est, qua compescitur aliquod imminens magnum ma-
 lum: seruorum autem, filiorumque peccata non coercere,
 peccatum est. euadent enim ad maius malum per impunita-
 tem. hic non cohibenda ira, sed etiam, si iacet, excitanda
 13 est. Quod autem de homine dicimus, id etiam de Deo,
 qui hominem similem sui fecit. Omitto de figura Dei ^r dice-
 re, quia ^{*} Stoici negant habere ullam formam Deum; et in-
 gens alia materia nascitur ^{*}, si eos coarguere velimus. de ani-
 14 mó tantum loquor. Si Deo subiacet ^r cogitare; sapere, in-
 telligere, prouidere, præstare (ex omnibus autem animalibus
 homo solus hæc habet ^{*}; ergo ad Dei similitudinem factus est;
 sed ideo procedit ^{*} in vitium, quia de terrena fragilitate per-
 mi-

q) aut etiam superioribus] Sic
 Goth. Lipf. Reimmann. et plures
 editi. et recte. Ven. 1497. et Pier.
superbioribus. vitiose. Eleganter:
aut etiam. vt c. 20. 8. Cicero L. 2.
N. D. c. 3: ceteris rebus aut pares,
aut etiam inferiores. vide sis adnot.
ad L. 1. 4. 8: aut etiam reges. Ita
L. 5. 3. 7: vel paria, vel etiam ma-
iora. Epit. c. 61: irascuntur paribus,
aut etiam potioribus. Bün.

r) ad immania facinora profilitur]
 Ediderant fere omnes: ad maxima
 facinora profilitur. restituo ex Bon.
 Tax. Pen. Vlter. Cauc. Emm. Guelf.
 Goth. Lipf. 3. et Reimman. MSS.
 Betuleio, Isæo, Sparkio, Heuman-
 no: ad immania facinora profilitur.
 Sic Epit. c. 61. fin. inde ad immania
 facinora profilitur. Etiam Ciceronis
 est pro Roscio Amer. c. 24: facinus
 immane. Bün.

s) represisset se] Reimmann. re-
 prehensisset. Lipf. 2. prae: repres-

isset se. Ven. 1471. vtraque 1478.
caepisset se. Eleganter represisset se,
 notauit ad Castellionis Dial. Sacr.
 L. 2. Dial. 21. (k) p. 142. Bün.

t) de figura Dei] Vox *Dei* abest
 a Bon. et Tax. conf. not. ad cap. 2.
 n. 5. Bün.

u) dicere, quia. cogitare] Hæc
 quoque omnia Goth. Lipf. 2. et
 Reimmann. non habent; et perpe-
 ram eadem omnia in ed. Roff. 1476.
 et Ven. 1471. Bün.

x) nascetur] Editi: nascitur, scri-
 bo ex Bon. Tax. cum Heumanno:
 nascetur. Bün.

y) Si Deo subiacet] conf. not. L. 7.
 20. 11. Bün.

z) hæc habet] Editi plurimi: hoc
 habet. At Bonon. Tax. Pen. Goth.
 Lipf. Reimmann. Isæus, Sparkius,
 Cell. Heumann. in plurali: hæc ha-
 bet. recte. Bün.

*) ideo procedit] Cell. editio so-
 la: IDEM procedit, sc. homo, quam
 lectio-

mistus, non potest id, quod a Deo sumsit, incorruptum purumque seruare, nisi ab eodem Deo iustitiæ præceptis imbuatur.

XIX. Sed quoniam compactus est, ut diximus, e duobus, animo^b, et corpore; in altero virtutes, in altero vitia continentur, et repugnant inuicem^{c. d.} Animi enim bona, quæ sunt in continendis libidinibus, contraria sunt corpori; et corporis bona, quæ sunt in omni genere voluptatum, inimica sunt animo. Sed si virtus animi repugnauerit voluptatibus^{e. f.}

cas-

lectionem in vnico Emman. reperi. Nam Goth. Lipsf. 2. 3. Reimmann. Cant. i. e. Subl. Rost. Ven. 1471-1515. et reliqui: *ideo procedit. Emman. ille librarius et Cellarius sensum ita voluerunt mitigare. Bün.*

a) *compactus est, ut diximus, e duobus*] Sic fere omnes scripti editique, nisi quod Lipsf. 2. et Reimm. *compactus, ut diximus, est duobus, et in Cell. ed. est desideratur. c. 15. 3: Sic et nos ex duobus aque repugnansibus compacti sumus, anima et corpore etc. Bün.*

b) *e duobus, animo*] Cauc. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Walch. *e duobus homo, animo.* At Bon. Tax. Pen. Vltr. Angl. Goth. Lipsf. Reimmann. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Thomas. Ifæus, Galt. Spark. Cell. Heumann. *e duobus, animo.* et facile homo ex fine prioris capitis subauditur. Diuisio enim caput non est ab ipso Laetantio. Bün.

c) *repugnant inuicem*] Cum MSS. scribo. Vulgatum *impugnant se inuicem.* Cell.

d) *repugnant inuicem*] Ven. 1472. vtraque 1478. Parrhas. Iunt. Ald. Crat. Gynn. Fasit. Gryph. Torn. Thomas. Ifæus, Thyf. Gall. Spark.

Walch. *impugnant se inuicem.* At Goth. Ven. 1471. Rost. Paris. Betul. sine pronomine: *impugnant inuicem.* Lipsf. 2. 3. et Reimmann. et Cell. *repugnant inuicem.* L. 6. Inst. 3. 13: *Sive virtutes inferas, vitia sua sponte decedent; sive vitia eximas, virtutes vltro subibunt. Sic bonorum ac malorum constituta natura est, ut se inuicem semper oppugnent, semper expellant.* L. 7. c. 10. n. 3-6. *vitia virtutem semper impugnant.* Pro media lectione sine pronomine sunt libri in loco gemino. L. 7. Inst. 5. 23: *Ergo quia virtutem proposuit homini Deus, licet anima et corpus consociata sint, tamen contraria sunt, et impugnant inuicem.* Bün.

e) *voluptatibus*] Et hoc e MSS. est et Romano: etiam quod sequitur: *erit vere Deo similis.* Cell.

f) *repugnauerit voluptatibus*] Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Thyf. Gall. Spark. *repugnauerit cupiditatibus,* idque Heumannus præfert. Goth. Lipsf. duo, Reimm. Emman. Cant. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ifæus, Cell. Walch. *repugnauerit voluptatibus.* ea vox mihi hic rectior videtur, quia eo vocabulo perpetuo hic titur. n. 1. *voluptatum.* n. 3. *voluptatis*

Z z z

3 easque compresferit *g*; vere Deo similis inuenietur *b*.
 Vnde adparer, animam hominis, quæ virtutem diuinam capit,
 non esse mortalem. Sed discrimen illud est, quod *i* quum
 virtus habeat amaritudinem, et sit dulcis illecebra voluptatis *k*,
 vincuntur plurimi, et abstrahuntur ad suauitatem: *ii*
 vero, qui se corpori rebusque terrenis addixerunt, premuntur
 ia

ptatis. n. 4. voluptatibus. n. 5. voluptatem. Deinde vt hic *libidibus-voluptatibus*, n. 1. 2. sic c. 18. 11: *libidine utuntur ad voluptates.* L. 6. 19. 10: *utuntur libidine ad capiendas voluptates.* Epit. 61. pr. *libido-adpetis voluptates.* conf. *ibid. n. 6.* Instar commentarii esse possunt, quæ disputat de voluptatibus L. 6. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. Hic igitur videtur quasi exempli gratia de solo *libidinis adfectu* eiusque vitiis agere voluisse, alias etiam de cupiditate, i. e. avaritiæ adfectu, eiusque vitiis addere potuisset, vt L. 7. 5. 23: *Animi bona mala sunt corporis, id est, opum fuga, voluptatum interdictione - Item corporis bona mala sunt animi, hoc est, cupiditas (adfectus avaritiæ) et libido, quibus (sc. cupiditate) et opes adpetuntur, et (libidine) suauitates variarum voluptatum.* Bün.

g) easque compresferit] Bon. Tax. *represferit.* Angl. Goth. Lipf. Reimmann. et omnes editi: *compresferit.* et recte. Nam *reprimere* parum est, quum sint comprimendæ. Distinctionem obseruo ex Cic. Orat. 1. in Catil. c. 12: *hoc uno imperfecto intelligo, hanc republica pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimere posse.* Ipse Lactantius L. 6. 5. 16: *si ardor libidinum comprimatur.* L. 7. 19. 8: *extincta malitia et impietate compressa.* L. 7. 24. 11. *deletis - impiis et scelere compresso.* conf. *Ira* 17. 17. c. 20. 7. c. 21. 3.

Epit. c. 59. c. 61. c. 62. pr. c. 64. pr. et cap. 72. Bün.

b) vere Deo similis inuenietur] Goth. *erit vero Deo similis.* Reimm. *erit vero die similis.* Cauc. Ultr. Lipf. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Cell. Walch. Heum. *erit vere Deo similis.* Satis bene. Thomaf. Thyf. Gall. Spark. *vere Deo similis inuenietur.* Bonon. Tax. *Iszus: vere Deo similis inuenietur.* Prætulit ob codd. antiquitatem, et quia *ingratum* aliquid habere videtur altera lectio: *compresferit, erit.* Alias res eodem rēdit. Opif. 19. 9: *Hic beatus, hic - similis Deo sit necesse est.* L. 2. Inst. 18. 6: *Hic celo dignus iudicabitur.* L. 6. 18. 19: *qua virtute nihil homine dignius inueniri potest.* Bün.

i) illud est, quod] Reimm. *illud est quidem, quum.* Lipf. 2. 3: *illud est quod quum, est, mox in coniunctiuo: vincantur et abstrahantur.* Bün.

k) illecebra voluptatis] Cicero pro Milone: *illecebra peccandi.* Sat multa de singulari numero exempla ex Cicerone, Plauto, Gellio dedit Vossius L. 1. Analog. c. 43. p. 616. addo Cyprianum L. 2. ep. 2. ad Donatum: *audientia popularis illecebram.* De habitu Virg. *Nonne ipsa virgines illecebram præstant.* Adiectiuam formam inuenio in Ambros. L. 1. de Abrah. c. 9: *species illecebra mulieris decepit etiam fortiores maritos.* ita Lipf. alter Lact. L. 4. Inst. 25. 9: *illecebris voluptatibus.* Bün.

l) mae-

in terram, nec adsequi possunt diuini muneris^{l. m} gratiam, quia se vitiorum labibus inquinauerunt^m. Qui autem Deum secuti, eique parentes, corporis desideria contemserint, et virtutem præferentes voluptatibus, innocentiam iustitiamque seruauerint; hos Deus vt sui similes recognoscit. Quum igitur sanctissimam legem posuerit; velitque vniuersos, innocentes ac beneficos esse; potest ne non irasci, quum videt contemni legem suam, abiici virtutem, adpeti voluptatem? Quod si est mundi administrator, sicut esse debet, non utique contemnit id, quod est in omni mundo vel maximum: si est prouidens^p, vt oportet Deum, consulit utique generi humano, quo sit vita nostra et copiosior et melior et tutior: si est pater ac Deus vniuersorum^q; certe et virtutibus hominum delectatur, et vitiiis commouetur; ergo et iustos diligit, et impios odit. Odio, inquit^{r. s}, opus non est. semel

l) *muneris gratiam*] Vulgo *nurtis*: nos cum MSS. Cell.

m) *diuini muneris*] Plerique ante Cell. editi, et post eum Walch. *diuini numinis*. Lego cum Bon. Tax. Pen. Cauc. Vltr. Goth. Lipf. Reimm. Betuleio. Cell. Heumanno: *diuini muneris*. Bün.

n) *inquinauerunt*] Plerique *ipqui-
narunt*. Bon. Tax. Ifæus plenius: *inquinauerunt*, quod h. l. videtur sonantius. Bün.

o) *Quod si est*] Bon. Qui *si est*, id Heum. probat. Goth. Lipf. Reimm. et editi omnes: *Quod si est*. Bün.

p) *si est prouidens*] Bon. Tax. Pen. Vltr. Goth. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. utraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Iunt. *si est prouidus*. Lipf. 2. 3. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thom. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. Heum. *prouidens*, quod ideo præfero, quia participii forma propius accedit substantiuis, quæ præcedunt et sequuntur: *si est - admini-
strator, si est - pater*. Ita Sallustius

Iugurth. c. 30: *satis prouidens*. Ipse Lactantius de Ira 9. 5: *Si est Deus, utique prouidens est, vt Deus*. Superlatiuo *prouidensissimus* sæpe de Deo vitur, e. g. L. 7. Inst. 3. 25. de Opif. c. 3. 4. c. 11. 2. Bün.

q) *pater ac Deus vniuersorum*] Ita quidem omnes scripti editique; adsentio tamen Dauisio ad Epit. c. 70. p. 229. hic emendanti: *pater ac dominus*. Sæpe has voces confundi monui ad Institutionum L. 4. c. 15. 13. c. 18. 29. et ad L. de Ira c. 23. 19. Bün.

r) *Odio, inquit aliquis*] Emman. codice *aliquis* adiectum. Cell.

s) *inquit*] Cellar. ex solo Emman. *inquit aliquis*, idque Walchio et Heumanno probatum, hic vero corrigi: *inquit aliquis*. At nihil hic addendum fuisset; aliquoties monui, istum Emman. cod. librarium sciolum fuisse. Infinita exempla, quorum multa L. F. Gronouius et Bentleius collegerunt, euincunt, illud INQVIT elegantissime sine illo *aliquis*

mel enim statuit bonis præmium, et malis pœnam. Quod si aliquis iuste in nocenterque viuat, et idem Deum nec colat, nec curet omnino, vt Aristides et Cimon², ceterique philosophorum³; cedetne huic impune? quod quum legi Dei obtem-

quis poni. Vindicatui ad L. 3. Inst. c. 28. 10: *insipienter, inquit. Vnde aliquis proscripti eo magis, quia in nullo MSS. alio, e. g. Guelf. Goth. Lipf. Reimm. nec in vlla editione ab ann. 1465 - 1685. reperitur. Ad do ab aliis nondum obseruatum, Arnobium frequenter quoque absolute ponere L. 1. p. 19: Sed frustra, inquit, nos falso et calumnioso incesitis et appetitis crimine. L. 2. p. 94: Ante quadringentos (rectius trecentos) annos religio, inquit, vestra (christiana) non fuit. ibidem p. 96: Et quid, inquit, est visum Deo etc. Bün.*

i) vt Aristoteles.] Addunt et Timon: quem scripti nostri non agnoscunt. Cell.

ii) vt Aristides et Cimon ceterique philosophorum.] MSS. septem Vaticani, Pen. Vlter. Goth. Lipf. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471-1510. Paris. Ifæus, Cell. vt Aristoteles ceterique philosophorum. Vnus Vatican. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Paris. 1561. Thomaf. Thyf. Gall. Spark. vt Aristoteles et Timon ceterique. Antiquissimus Bononiensis, alius Vaticanus: vt Aristides et Timon. Etiam Bodleianus, qui sæpe Bononiensi respondet: ARISTIDES. Hinc vna littera mutata lego: vt Aristides et Cimon. Nam litteræ maiusculæ C et T in MSS. antiquissimis Bonon. et Taurinensi fere eandem formam habent; similes has litteras ex scriptura Longobardica vid. in Reines. Inscription. Indic. ad cap. XVIII. in lit. C. et T. Attendenda sunt verba Lactantii n. 7: quod si aliquis iuste innocen-

terque viuat: tales certe Aristides et Cimon fuere. De Aristide clare Nepos in Aristide c. 2: *memoria eius iustitiz et aquisitis et innocentiz multa. Eiusdem iustitiam Lactantius L. 3. 19. 8. commendat. add. L. 6. Inst. 6.26-28. vt vero emendarem: CIMON fecit plane geminus locus Lactantii L. 6. Instit. c. 9. 8-13: Deum qui ignorat, et ipsam iustitiam ignoret necesse est. Sed putamus fieri posse, vt aliquis naturalis et ingenito bono veras virtutes capiat, qualem fuisse Cimonem Athenis accepimus, qui et egentibus stipem dedit, et pauperes inuisauit, et nudos induit: tamen quum illud vnum, quod est maximum, deest, agnitio Dei, iam bona illa omnia superuacua sunt et inania, vt frustra in his adsequendis laborauerit. Omnis enim iustitia eius similis est humano corpori caput non habenti -- n. 13: hac res efficit, vt philosophi, etiamsi natura sint boni, tamen nihil sciunt, nihil sapiant. Omnis doctrina et virtus eorum sine capite est, quia Deum nesciunt, qui est virtutis ac doctrina caput. Vides nostrum hoc etiam loco de CIMONE et PHILOSOPHIS agere. In isto vero loco pari modo (vt hic) Ven. 1471. et vtraque 1478. in Thimonem. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. 1513. in TIMONEM vocem CIMONEM corruperant. Non repugnabo, si quis plenus legere cupiat: vt Aristides et Cimon, vt Aristoteles ceterique philosophorum. Quia L. 5. Inst. 17. 4: Nam Plato, inquit, et Aristoteles honesta quidem voluntate iustitiam defendere cupierunt, si*
comatus

temperarit, ipsum tamen spreuerit. Est igitur aliquid, propter quod Deus possit irasci, tamquam fiducia integritatis* aduersus eum rebellanti^{y. z.} Si huic potest irasci propter superbiam, cur non magis peccatori, qui legem cum ipso pariter latore contemserit? Iudex peccaris veniam dare non potest, quia voluntati seruit alienæ; Deus autem potest, quia est legis suæ ipse disceptator^a, et iudex, quam quum poneret, non utique^b ademittit sibi omnem potestatem, sed habet ignoscendi licentiam^c.

XX. Si potest ignoscere, potest igitur et irasci^{a. b.}

Cur

conatus eorum bonos, si eloquentiam, si virtutem animi et ingenii, diuinarum quoque rerum doctrina inuisset. Heumannus verba ista: *ut Aristides philosophorum proscribit.* Bün.

x) *fiducia integritatis*] L. 6. 25. 12: *integritatis et innocentia fiduciam gerens.* Apuleius Apol. p. 292. *ex innocentia fiducia.* Mamertin. Genethl. in Maximianum Herculium c. 1: *Vnde tantam fiduciam mei gererem.* Bün.

y) *rebellanti*] Hoc casu MSS. *Vulgares rebellandi.* Cell.

z) *rebellanti*] Ven. 1497. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thom. Isæus, Thyf. Gall. Spark. *rebellandi.* Paulo melius Bon. Tax. *rebellante.* At rectissime Pen. Mert. C. C. Emman. Cant. Goth. Lipf. Reimm. Subl. Roff. Ven. 1471. 72. utraque 78. 93. Paris. 1513. Cell. Walch. Heum. *rebellanti.* Bün.

a) *ipse disceptator*] L. 6. 8. 9: *Deus, ille legis huius inuentor, disceptator, laser.* Bün.

b) *utique*] Omittunt hanc particulam editi ab anno 1465-1560. at addunt Bon. Tax. Pen. Cauc. Goth. Lipf. Reimm. Betul. Thomaf. Isæus et seqq. Bün.

c) *ignoscendi licentiam*] Lipf. z. *licentiam* delet, ut repetatur *potestatem.* Bün.

a) *Si potest igitur irasci*] Rom. sic, et ambo Lipf. nisi quod hi *et irasci.* Vulgo interpositis verbis: *Si potest ignoscere, potest igitur irasci.* Cell.

b) *Si potest ignoscere, potest igitur et irasci*] Editi ante Aldum et denuo Cellarius: *Si potest igitur irasci.* At non frustra est, quod Goth. Emm. Ultr. Reimmann. legunt: *Si potest igitur et irasci.* Illud ET prodit, defectum hic esse, vnde rectius Bon. et Tax. Isæus: *Si potest ignoscere, potest et irasci.* Singulariter Betulcius, qui illa in fine c. 19. addit: *sed potest ignoscere, igitur et irasci.* Cauc. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Thomas. Thyf. Gall. Spark. *si potest ignoscere, potest igitur irasci.* Walch. edidit: *si potest igitur ignoscere, potest irasci.* et licet, inquit, habeat Cellarius quosdam manu exaratos, qui pro scriptura sua stent, nec nobis desunt hæc arma, quibus nostram possumus propugnare. Iis ipsis verbis Walchiana in libris non deprehendo; illis vero ultimo loco posita sunt proxima; ut ego hic edo, ita placet quoque Heumanno. *Igitur* vero non, ut Heumannus putat,

Zzz 3

et

Cur ergo, inquiet ^c aliquis, et qui peccant, sæpe felices sunt; et qui pie viuunt, sæpe miseri? Quia fugitiui et abdicati libere viuunt; et qui sub disciplina patris aut domini sunt, ^d strictius et frugalius ^e. Virtus enim per malâ et probatur et constat; vitia per voluptatem. nec tamen ille, qui peccat, sperare debet perpetuam impunitatem, quia nulla est perpetua felicitas:

- - *sed scilicet vltima semper*

Expectanda dies homini est, dicique beatus

Ante obitum nemo, supremaque funera debet:

3 vt ait poeta non insuauis ^f. Exitus ^g est, qui arguit ^h felici-

est in Bonon. Thomasi; seruauit ex aliis MSS. et editis plurimis. Bün. c) inquiet] Reimmann. inquiet. Bün.

d) *strictius et frugalius*] Opponitur τῷ libere viuunt. Sic restrictus et adstrictus est parcus, vti ad Iustin. L. 12. 3. Græuius docuit. Cicero pro Plancio c. 22. *restrictos et tenaces iunxit. Arnobius L. 2. p. 86: si vitam restrictius egerint. Nazarius in Paneg. Constant. c. 15. 3: illi veteres laudati vita moderatores, qui refrenandis cupiditatibus restricte contentaque vixerunt, quod in Pacati Theodof. c. 18. est parce contentaque viuere. Bün.*

e) *frugalius*] Lexica ex h. l. probant, est Quimiliani hoc aduerbium in comparatiuo. Declam. CCLX. in fine. conf. Falsteri Suppl. L. L. p. 135. Bün.

f) *vt ait poeta non insuauis*] Ouidius Metamorph. lib. 3. v. 135. seq. Sic autem distinxit Romanus. Lipsiensis vero, *vt ait poeta. Non insuauis exitus est. Cell.*

g) *poeta non insuauis. Exitus*] Perperam Goth. Lips. Reimmann. Ven. vtraque 1478. Paris. distinxerant: *poeta. Non insuauis exitus. Re-*

ctius Parrh. et plurimi: *poeta non insuauis. Exitus. Ven. 1493. 97. poeta non insuauis. Exitus. prauè. Bün.*

h) *qui arguit felicitatem*] i. e. demonstrat, probat. Recte Heumanus explicat: *docet, utrum quis felix sit an infelix; sed mallem non dixisset inusitam dictionem, quæ est elegans et satis frequens. Virgilius L. 4. Aen. 13: degeneres animos timor arguit; vbi Emmenes. generosi animi indicium, non timere. Hæc imitatus est Ambrosius L. 2. Offic. c. 12: DEGENERES ANIMOS vita ARGVIT. Ouidius L. 4. Trist. 4. 79. 80:*

Qua latet, inque bonis cessat non cognita rebus, ADPARET virtus, ARGVITVRque malis.

L. 1. Amor. 848:

Qui latus argueret, cornuus arcus erat.

i. e. indicare. L. 1. Art. 733: ARGVAT et macies animum. L. 2. Fast. 397: *Si genus arguitur vultu. Grattius Faliscus Cynege. 236: - et signis arguat hostes, et v. 360: fallentesque argue causas. Apuleius in Apol. p. 309: Accusatum an interrogatum venisti? si accusatum: tute argue, i. c.*

licitatem; et nemo iudicium potest nec viuis effugere, nec mortuus. Habet enim potestatem et viuos præcipitare ⁱ de summo, et mortuos æternis adficere ^k cruciatibus. Immo, 4
inquit ^l, *si irascitur Deus, statim debuit vindicare ^m, et pro merito quemque punire.* At enim si id faceret, nemo superesfet. nullus est enim, qui nihil peccet; et multa sunt, quæ ad peccandum irritent ⁿ; ætas, vinolentia ^o p, egestas, occasio, præmium. Adeo subiecta est peccato fragilitas carnis, qua induti sumus, vt nisi huic necessitati Deus parceret, nimium fortasse. 5

i. e. proba, qua dicitur - nulla necessitas sit probandi. Minuc. Fel. c. 36. fin. Itaque vt aurum ignibus, sic nos discriminibus arguimur. Hieronymus Epist. ad Paulam: *Humilians vestium non tumentes animos arguabat*, i. e. ex marg. Hispal. indicabat, Hilarius contra Constantium T. 2. Op. f. 569. c. 10: *lupi esse per opus suum intelliguntur, et gestorum fructu vestimentorum species arguitur.* Scite Seneca de Brev. Vit. c. 12: *quedam vitia illos quasi felicitatis argumenta delectant.* Eleganter ita Io. Sarisberiensis L. 8. Nug. Curial. c. 14. p. 611: *Age, quid Solonis prudentia meruit? felicitatis, inquit, iudex dies vltimus est, et adpellationis honorem sapienti confirmat rogus.* conf. Seruium ad Virgil. 9. Aen. 282. et Kromeier. ad Ouid. L. 4. Pont. 6. vlt. Bün.

i) *Habet potestatem - præcipitare*] Substantiua voluntatem aut facultatem notantia regunt interdum infinitiuum more Græcorum. Krebsius de stilo Laet. p. 28. et Walchius in Diatr. p. 62. frustra notarunt nostri locum, qui hic imitatus est Virgilium L. 4. Aen. 565: *dum præcipitare potestas.* adde Cæsar. L. 7. B. Gall. c. 71. pr. Vosium de Construct. c. 51. p. 511. Vechneri Hellenolex.

ed. Heusingeri L. 1. c. 17. Sancti Mineruam; L. 3. c. 6. Bün.

k) *adficere cruciatibus*] Lipf. 2. et Reimmann. affligere. Bün.

l) *inquit*] Heumannus legit: *inquis*, vel potius *inquies*. Sed nihil mutandum. vide sis obseruata a me ad L. 3. Instit. c. 28. 10. et ad Libr. de Ira c. 19. n. 7. Bün.

m) *vindicare*] Lipf. tert. Reimm. iudicare. Bün.

n) *ad peccandum irritent*] Lipf. 2. 3. Reimmann. *ad peccata incitant.* Bün.

o) *vinolentia*] MSS. sic. non *violentia*, vt editum. Coll.

p) *vinolentia*] Reimmann. et Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Iunt. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. *violentia*. Bon. Tax. Cauc. Emm. Cant. et quinque Sparkii, Goth. Lipf. et Betukeius, Cell. Heumann. *vinolentia*. Terentius Adelph. 3. 4. 24. *Persuasit nox, amor, VINVM, adolescentia.* Apte Ioannes Sarisberiensis L. 8. Nug. Cur. c. 10. p. 574. dixit iuncte: *vini violentiam.* Solent hæ voces confundi, ita in Ciceron. Orat. 6. Philipp. c. 2. variant, vbi contra *violentia* ob vocem *latronum* aptior. Bün.

rasse pauci ⁹ viuerent. propter hanc causam patientissimus
 est, et iram suam continet. nam quia perfecta est in eo vir-
 tus, necesse est patientiam quoque eius esse perfectam, quæ et
 6 ipsa virtus est. Quam multi ex peccatoribus ^r iusti poste-
 rius ^s effecti sunt, ex malis boni, ex improbis continentest
 quam multi in prima ætate turpes et omnium iudicio ^t da-
 mnati, postmodum tamen laudabiles exstiterunt, quod utique
 7 non fieret, si omne peccatum pœna sequeretur. Leges pu-
 blicæ manifestos reos damnant: sed plurimi sunt, quorum pec-
 cata occultantur*: plurimi, qui delatorem comprimunt aut
 precibus aut præmio: plurimi, qui iudicia eludunt ^x per gra-
 8 tiam ^r vel potentiam. Quod si eos omnes, qui humanam
 pœnam effugiunt, censura diuina damnaret; esset homo aut
 9 rarus aut etiam nullus ^z in terra. Denique vel vna illa
 causa delendi generis humani iusta esse potuisset, quod ho-
 mines contento Deo viuo, terrenis, fragilibusque figmentis
 honorem diuinum tamquam cælestibus deferunt, adorantes
 10 opera humanis digitis laborata. Quumque illos Deus ar-
 tifex ore sublimi, statu recto figuratos, ad contemplationem
 cæli et notitiam Dei excitauerit; curuare se ad terram malue-
 runt

q) *nimum pauci*] Seneca epist.
 65: *aut nimum multa, aut nimum*
pauca comprehendit. Contra: *pa-*
ram multi Nepos in Timoleonte
 c. 3. Quintilianus L. 6. Instit. c. 2.
non parum multi. vbi Burmannus
 plura p. 515. 516. Bün.

r) *peccatoribus*] Reimm. *specta-*
toribus. Et hæ voces solent confun-
 di: quæ qui obseruat nonnumquam
 corrupta facilius sanabit alibi. Bün.

s) *posterior*] exemplo Ciceronis
pro posse, aut, vt statim; *postmo-*
dum. Bün.

t) *omnium iudicio*] Lipf. 2. et
 Reimmann. *omni iudicio.* Bün.

u) *occulantur*] Goth. *occuluntur.*
 Bün.

x) *iudicia eludunt*] Lipf. tert.

iudicia eludunt, et ita rubricator in
 Reimmann. correxit. Præfero
eludunt, quo verbo eleganter Ci-
 cero vtitur de gladiatore paris sui
 ictum declinante. Seneca ep. 53.
fin. leuia te'ia laxo sinu eludis. conf.
 Pitiscum ad Curt. L. 3. c. 1. f. 18:
oraculi sortem elusit. Sic Seneca de
 Brevit. Vit. c. 6: *iudicia rapere,* de
 qua phrasi consule Græuium ad Cic.
 L. 1. in Verr. c. 30. Bün.

y) *per gratiam*] Lact. L. 1. Inst.
 c. 10. 4. Bün.

z) *aut etiam nullus*] ex Lipf. et
 Goth. *etiam restitutum.* Cell.

a) *aut etiam nullus*] ita quoque
 Reimmann. vid. not. c. 18. 11. et ad
 L. 1. c. 4. 8. in editis ante Cellarium
 non deprehendi. Bün.

b) *ma-*

runt, et pecudum more hūni repere ^{b. c.} Humilis enim, 11
 et curius, et pronus est, qui ab aspectu cæli Deique patris
 auersus, terram, quam calcare ^d debuerat, id est, de terra fi-
 cta, et formata veheratur. In tanta igitur impietate homi- 12
 num tantisque peccatis id adsequitur patientia Dei, vt se ipsi
 homines, damnatis vitæ prioris erroribus, corrigant. Deni-
 que et boni sunt, iustique multi; et abiectis terrenis culti- 13
 bus ^e, maiestatem Dei singularis ^f agnoscunt. Sed quum
 maxima et vtilissima sit Dei patientia; tamen, quamuis sero,
 noxios punit, nec patitur longius procedere, quum eos in-
 mendabiles esse & peruiderit ^{b.}

XXI. Superest vna et extrema ^{a. b} quæstio. Nam di- 1
 xerit

b) maluerunt pecudum modo] MSS. sequor et Rom. ed. Alii, et pecudum more hūni repere. Cell.

c) maluerunt et pecudum more hūni repere] Vltr. Goth. Lips. Reimm. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Cell. Walch. maluerunt pecudum modo. Humilis. Heumannus: maluerunt et pecudum modo hūni repere. vt noster L. 7. 7. 9: vermiculorum modo. Malo tamen cum Bonon. Tax. Angl. Lips. vno, Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomaf. Isæo, Gall. Spark. maluerunt et pecudum more hūni repere, et quamuis perinde sit, siue modo, siue more legamus, tamen hūni repere seruanda puto. Ita sibi respondent hūni et hūnilis; curius et curuare; pronus et rectus L. 2. 18. 6: Quem suus parens non humilem, nec ad terram more quadrupedum abiectum, sed stantem potius et rectum agnouerit. Plura ad L. 2. c. 1. 14. not. Bün.

d) terram, quam calcare] Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Thomaf. Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. terrena, qua, vt L. 6. 23. 40; calca-

tis omnibus terrenis. Ira 23. 25. terrena calcare. Cauc. Vltr. Lips. tres, Goth. Reimm. Emman. Cant. i. c. Subl. Rost. Rom. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Bet. Isæus: terram calcare. et ita sapius noster, vt loca a me ad L. 2. Inst. c. 1. n. 14. excitata docebunt, et hic melius quadrat ob consequentia: de terra ficta et formata. Bün.

e) terrenis cultibus] sc. deorum. vid. not. ad L. 5. c. 22. 19. Bün.

f) Dei singularis] L. 1. 4. 8. not. Bün.

g) procedere, quum eos inmendabiles esse] Heumannus legit: procedere eos, cum inmendabiles esse, peruiderit. At scriptus est in omnibus libris. Pronomen interdum ad posteriora verba reseruari dixi ad L. 7. 12. 29: videmus plerosque morientium non dissolui conquerentes, sed exire se. Bün.

h) peruiderit] Lips. tert. et Reimman. prauiderit. Bün.

a) vna et extrema] Hoc veteres libri produunt: recentiores vna maxima et extrema. Cell.

b) Superest vna et extrema quæstio] 222 5 Ald.

- xerit fortasse quispiam, adeo non irasci Deum; vt etiam ^e in
 2 præceptis hominem irasci veter^d. Possem dicere, quod
 ira hominis refrenanda fuerit, quia iniuste sæpe irascitur, et
 3 præsentem habet motum, quia temporalis est. Itaque ne
 fierent ea, quæ faciunt per iram et humiles, et mediocres, et
 magni reges; temperari debuit ^e furor eius et comprimi; ne
 mentis impos in bile aliquod ^f inexpressibile facinus admitteret.
 Deus autem et non ad præsens ^g irascitur; quia æternus est
 perfectæque virtutis, et numquam nisi merito irascitur.
 4 Sed tamen non ita res se habet. Nam si omnino prohibe-
 ret irasci, ipse quodammodo reprehensor officii sui fuisset;
 qui

Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Thyf. Gall. Walch. Spark. *Superest vna maxima et extrema questio.* Hinc Heumann. legit: *vna et maxima questio*, et addit, Quintilianum dixisse, *magnam questionem*, in Dial. de Causf. corr. eloq. c. 1. et 16. memini ipsius Ciceronis esse *magnam questionem*, Lactantii L. 2. 7. 7: *superest ingens questio.* At Goth. Lipf. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Isæus, Cell. *superest vna et extrema questio.* de Ira 6. 1: *unum illud extremum superest.* Epit. c. 27. pr. *unum et vltimum restat.* Büñ.

c) *vt etiam*] Rost. Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. et ante Cellarium reliqui: *vt et in præceptis.* At Bon. Tax. Pen. Vltr. Goth. Lipf. Reimmann. Ven. 1472. vtraque 78. Cell. Heum. *vt etiam.* Emman. *cum ipse in præceptis.* Büñ.

d) *hominem irasci veter*] Lipf. 2. *irasci non habet*, vt ex prioribus subaudiatur. Büñ.

e) *temperari debuit*] Ven. vtraque 1478. Parrh. Ald. Crat. Gymn. *temperari debuisset.* Paris. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Walch. *debuerat.* At Bon.

Pen. Goth. Lipf. Emm. Cant. Reimmann. Subl. Rost. Ven. 1493. 97. Isæus, Cell. Heumann. *temperari debuit.* recte. Büñ.

f) *ne mentis impos in bile aliquod inexpressibile facinus*] Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Ald. et seqq. omnes: *ne mentis impos aliquod inexpressibile facinus admitteret.* Bon. Taxaq. *ne post aliquod inexpressibile facinus admitteret.* Ianus Gulielm. Quæst. in Plaut. Menzschm. c. IV. *Votus*, inquit, *ne mentis impossibile aliquod inexpressibile facinus*, corrigit idem: *ne mentis impos a bile*, certe in bile. Profecto enim bile concitati a se exeunt, et mentis suæ parum compotes sunt. Addo etiam in Vltr. Goth. Reimmann. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 1478. legi: *mentis IMPOSSIBILE.* Suspicio olim scriptum fuisse: *impos ī bile* (ī pro in) quæ linea propuncto litteræ i habita, vnde indocte factum *impossibile*, sibilante littera duplicata. Nullus igitur dubito, ex acuta Gulielmi emendatione cum Isæo et Galæo legere: *impos in bile.* Büñ.

g) *Deus autem et non ad præsens irascitur, qui æternus est perfectæque virtutis, et numquam*] Ita Lipf. Reimmann. Cell. quibus proximi pri-

qui à principio ^b iram felli hominis indidisset ^z. siquidem creditur, causa ^k huius commotionis in humore fellis contineri. Non igitur in totum prohibet irasci ^l; quia is adfectus necessario datus est: sed prohibet in ira permanere. ira enim mortalium debet esse mortalis ^m; nam si maneat, confirmantur ⁿ inimicitiae ad perniciem sempiternam. Deinde ^o rursus, quum irasci quidem, sed tamen non peccare praecipit;

priori et omisso Bon. Tax. Pen. Thomas. Iſcus: *Deus autem non ad praesens irascitur, quia aeternus - virtutis, et numquam.* Emman. Cant. Goth. Subl. Rost. Ven. vtraque 1478 - et non - et quia - et numquam. Cauc. Vltr. Ven. 1493. 97. Parrhas. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. *Deus - et non irasci; et quia - virtutis numquam.* explicat n.8. Bün.

^h) a principio] Cauc. Goth. Reimman. et ante Thomasiū editi: in principio. Bonon. Lips. Thomas. Iſcus et seqq. a principio. Bün.

ⁱ) iram felli hominis indidisset] Editi omnes: *iram iecori.* Scripsi ex Emman. *iram felli.* Suadent frequentia: in humore fellis et L. 6. Inst. 15. 4: *adfectus ira in felle, libidinis in iecore,* et de Opif. 14. 4 - 5. *adfectum iracundia - in felle constitutum - libidines rerum venerearum in iecore.* Bün.

^k) creditur causa - contineri] Editi omnes: *creditur causam.* Recipi lectionem elegantiore ex Goth. et Reimm. *creditur causa - contineri.* Ut editi habent, ita Spartianus in Antonino Caracalla c. 8: *Fertur - Papiasianum - pradiuinasse,* vt correxi. Suetonius in Vespas. c. 6. *creditur solus promouere.* in Tito Vesp. 2: *vt Titus - iuxta cubans gustasse credatur.* Tiber. Neron. c. 52: *Causa mortis fuisse ei - creditur.* Bün.

^l) in totum prohibet irasci] Ven. 1497. *totum irasci.* vitiose. de for-

mula in totum, nostro frequenti, dico ad Epit. c. 61. Hic scripti omnes, etiam Ven. 1493. quam illa 1497. sequitur: in totum. Bün.

^m) ira - mortalium debet esse mortalis] Videtur respexisse ad Euripidis Philoctet. v. 6. seqq.

Ὅσπερ δὲ θνητὸν καὶ τὸ σῶμ' ἡμῶν ἔφου

Ὅσ' ἰω προσήκει μὴδὲ τὴν ὀργὴν ἔχειν

Ἀθάνατον ὅσις σωφρονεῖν ἐπίσταται.

vid. ibidem Gu. Peiers. ed. Barnes. T. 2. f. 501. Cicero pro Rabirio c. 12: *neque me vero poenitet, mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere.* Bün.

ⁿ) si maneat, confirmantur] Reimmann. *si manet, consummantur.* Bün.

^o) Deinde rursus quum irasci quidem] Et hoc e MSS. est. Impresii recentiores *Denique rursus eum.* Cell.

^o) Deinde rursus, quum] Goth. Subl. et Rost. *Denique rursus, cum* (non, *deinde,* vt vult in ed. 1476. Heumannus). Ven. 1472. vtraque 78. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Thomas. Iſcus, Thyf. Gall. Spark. Walch. *Danique rursus eum.* Paris. Betul. *Deinde rursus eum.* Bon. Tax. Pen. Cauc. Vltr. Emm. Goth. Lips. Reimmann. Ven. 1493. 97. Cell. Heumann. *Deinde rursus, quum* (aut: *cum*). Bün.

pit ?; non vtique euellit ? iram radicitus, sed temperauit; vt
 7 in omni castigatione modum ac iustitiam teneremus. Qui
 ergo irasci nos iubet; ipse vtique irascitur. qui placari ce-
 lerius præcipit; est vtique ipse placabilis: ea enim præce-
 8 pit ^{r. s.}, quæ sunt iusta et rebus vtilia communibus. Sed
 quia dixeram, non esse iram Dei temporalem, sicut hominis,
 qui præsentanea commotione feruescit, nec facile regere se
 potest propter fragilitatem: intelligere debemus †, quia sit
 æternus * Deus, iram quoque eius in æternum manere; sed
 rursus, quia virtute sit maxima præditus, in potestate habe-
 re iram suam, nec ab ea regi; sed ipsum illam, quemadmo-
 dum velit, moderari. quod vtique non repugnat superiori.
 9 Nam si prorsus immortalis fuisset ira eius; non esset satisfa-
 ctioni * aut gratiæ post delictum † locus, quum ipse homines
 ante solis occasum reconciliari * iubeat: sed ira diuina in æter-
 10 num manet aduersus eos, qui peccant in æternum. Itaque
 Deus non ture, non hostia, non pretiosis muneribus, quæ
 omnia sunt corruptibilia, sed morum emendatione placatur;

et

p) *præcepit*] Psalm. 4. 5. Ephes. 4. v. 26. Bün.

q) *euellit*] Vtraque editio Thomasi Antu. 1570. et 1587. Thyf. et Cell. ed. vitiose in fut. *euellit*. Scripti omnes editique plerique *euellit*, sc. in præterito, vt: *temperauit*; vbi Emman. *sed potius temperauit*. Bün.

r) *ea enim præcipit*] Lego *ea enim*, vti in scriptis libris est; non *siquidem*. Cell.

s) *ea enim præcepit*] Ita lego ex Bon. Tax. Pen. Vltr. Lipsf. tert. Reimman. Rost. Venet. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. nec Heumannus aliter; Parrh. Iunt. Ald. Spark. Walch. *siquidem præcepit*. Cell. *ea enim præcipit*. in præsentis. Bün.

t) *intelligere debemus*] Ediderat Aldus, et incaute eum secuti Crat. Gynn. Fas. Gryph. Torn. Betul. *non ideo intelligere debemus*, sed re-

pugnant vterque Bonon. Tax. Pen. Vltr. Angl. Guelf. Goth. Lipsf. Witteb. Reimman. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Thomasi maxime, Isæus et sqq. omnes. Aldina correctio, immo corruptio, refutari potest ex n. 3. Bün.

u) *quia sit æternus*] Cellarius ex Emman. *quum sit*. At præfero ex Goth. Reimman. Subl. Rost. Ven. 1471. 1515. et reliquis: *quia sit æternus*, propter statim sequentia: *quia virtute sit* etc. Bün.

x) *satisfactioni*] vid. not. ad L. 6. 25. 14: *satisfaciat*. Bün.

y) *post delictum locus*] Bonon. *postius locus*. Bün.

z) *reconciliari*] Reimman. *reconciliari*. consueta variatio horum verborum. Bün.

a) 20-

et qui peccare definit, iram Dei mortalem facit. iccirco enim non ad præsens noxium quemque ^a punit, vt habeat homo respiscendi et corrigendi sui ^{b. c} facultatem.

XXII. Hæc habui, quæ de ira Dei dicerem, Donate carissime; vt scires, quemadmodum refelleres eos, qui Deum faciunt immobilem ^a. Restat, vt more Ciceronis utamur epilogo ad perorandum, sicut ille in Tusculanis de morte dislerens fecit. ita nos in hoc opere testimonia diuina, quibus credi possit, adhibere debemus, vt illorum persuasivem

a) *noxium quemque*] Bonon. Tax. *noxium aliquem* Lips. 1, 3. Reimm. *noxium quemquam* Goth. Angl. et editi omnes: *quemque*. Haud raro noster cum positiuis pronomem quisque exemplis aliorum iunxit. vid. not. ad L. 6. 12. 21: *boni quique iudices*. Plinius L. 1. ep. 20: *ita bonus liber quisque melior est, quo maior*: vbi male Catanæus quisque melior iungendum putauit. Apuleius Apol. pag. 274: *bonus quisque sollicitus cauet*, et p. 275: *bonus et innoxius quisque*. Bün.

b) *respiscendi sui facultatem*] Et MSS. et primi excusi sic referunt, quotquot vidi vel audiui; sed prauati haud dubie, quod *sui* cum casu respiscendi componi nequit. Vt tollant mendum, vulgo et corrigendi interponunt: Betuleius contra recipiendi sui legit, demtis quibusdam ex respiscendi verbo litteris. Vtrum ex ingenio, an ex fide codicis, ignoro. Cell.

c) *respiscendi et corrigendi sui facultatem*] Quinque Guelferbytani, Goth. Lips. Emman. Cant. i. e. Subl. Rost. Ven. 1471 - 72. vtraque 78. 93. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. 1548. Paris. 1561. *respiscendi sui facultatem*. Ven. 1497. prauæ: *repi-*

scendi sui facultatem. Torn. 1587 - 613. Geneu. et Walch. *respiscendi facultatem*, eiecto *sui*. Witteberg. et Reimm. *recipiendi sui facultatem*. Betuleius, num ex MS. an ingenio incertum: *recipiendi sui facultatem*, non male, vti, aliq̄ tamen sensu, Cæsar L. 6. B. Gall. *vt mercatores recipiendi sui facultatem non haberent*. Lactantius ipse L. 6. 24. 6-9: *Respiscit ac mentem suam quasi ab insania recipit, quem errati piget se recipiat ac reformet*. Rectissima omnium est lectio Bononiensis, in quo Ifæus in variis reperiri testatus est: *respiscendi et corrigendi sui facultatem*, et ita exhibuerunt Thomas. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. idemque Heumanno est probatum. *Se corrigere* est phrasis nostro non infrequens, e. g. de Ira c. 20. 12: *vt se ipsi homines corrigant*. conf. Epit. c. 67: *Pœnitentia sui correctio est - vt statim respiscamus*. de Ira c. 23. 7: *dicit placari Deum pœnitentia factorum et sui emendatione*. Constructioni: *corrigendi sui* similis est L. 5. Inst. 1. 2: *nam si sacrilegis - potestas defendendi sui datur*. adde Sanctium et Perizonium ad Mineruam L. 3. c. 8. p. 293. sqq. Bün.

a) *immobilem*] vid. not. c. 17. 8. Bün.

b) *re-*

nem reuincamus ^b, qui, sine ira Deumesse, credentes, dissol-
vunt omnem religionem; sine qua, vt ostendimus ^c, aut im-
manitate belluis, aut stultitia pecudibus ^d adæquamur. in
sola enim religione, id est, in Dei summi notione sapientia
est. ³ Prophetæ vniuersi, diuino spiritu repleti, nihil ali-
ud, quam ^e de gratia Dei erga iustos, et de ira eius aduersus
impios loquuntur. quorum testimonia nobis quidem satis
sunt: verum iis quoniam non credunt isti ^f, qui sapientiam
capillis et habitu ^g iactant, ratione quoque et argumentis fue-
rant a nobis refellendi ^b. ⁴ Sic enim præpostere agitur, vt
humana diuinis tribuant auctoritatem, quum potius humanis
diuina ^{i. k} debuerint ^l. quæ nunc sane omittamus, ne nihil
apud

^b reuincamus] Cauc. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomaf. Thyf. Gall. Spark. Walch. vincamus. At Bon. Tax. Pen. Vltr. Emm. Cant. Goth. Lipf. Reimm. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ifæus, Cell. Heum. reuinca- mus. Optime. L. I. Inst. 16. 17: quod genus probationis aduersus eos magis adhibere debeimus, quam vt eos deo- rum suorum testimonis reuincamus? Opif. 20. 3: Quos armis-ex ipsorum inter se concertatione suntis reuince- mus. et alibi sæpius. Bün.

^c vt ostendimus] c. 12. 2. seqq. Bün.

^d stultitia pecudibus] i. e. oui- bus, quæ præ ceteris pecudes dicun- tur. Ouidius L. 15. Metam. 116: Quid mermisistis oues, plactum pecus? Bün.

^e nihil aliud, quam de] vid. not. L. 3. 8. 6. not. (k) p. 306. et L. 3. 16. 1. (a) p. 347. add. Gronou. ad Liu. L. 40. p. 49. Bün.

^f iis non credunt isti] L. I. 5. 1: Sed omittamus testimonia propheta- rum, ne inius idonea probatio vi- deatur de his, quibus omnino non cre- ditur. Bün.

^g sapientiam capillis et habitu] Vide lib. 3. cap. 25. sect. 6. et L. 5. cap. 2. sect. 3. Cell.

^b fuerant-refellendi] Heumann. legit: fuerunt. Libri fuerant. Si- milis locus L. 5. 4. 4. vbi qua mate- ria (Cyprianus) non est vsus, vt de- buit. Non enim scriptura testin. onis, quam ille (Demetrianus) - comment- riam-putabat, sed argumentis et ra- tione fuerat refellendus. Bün.

ⁱ humana diuinis-humanis diui- na] Sic codices antiqui habent, et poscit sensus antecedentium. Inepte vulgo humanam-diuinam. Cell.

^k humana diuinis-humanis diui- na] Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. in textu Thomaf. Thyf. Gall. Spark. Walch. huma- nam-diuinam. At rectius Thoma- sii plerique codices antiqui, in his Bononienses et Vaticani, item Tax. Pen. Emm. Cant. Goth. Lipf. Reimm. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Paris. Betul. Ifæus, Cellarius, Heumann. humana diuinis-humanis diuina. Bün.

^l debuerint] Thomafius in ad- not. ad h. l. deberent habet, idque Heumannus adprobat. At quia in margine

apud istos agamus, et in infinitum materia procedat. Ea igitur quæramus testimonia, quibus illi possint aut credere, aut certe non repugnare. Sibyllas plurimi ^{m. n} et maximi auctores tradiderunt, Græcorum, Aristo Chius ^{o. p} et Apollodorus Erythræus ^q; nostrorum, Varro et Fenestella ^r. Hi omnes præcipuam, et nobilem præter ceteras ^s Erythræam fuisse commemorant. Apollodorus quidem ut de ciui^t ac populari sua gloriatur: Fenestella vero etiam legatos Erythras a senatu esse misos ^u refert, ut huius Sibyllæ carmina Romam deportarentur ^x, et ea consules Curio et Octavius ^{y. z} in Capitolio, quod tunc erat curante Q. Catulo restitutum,

marginè de hac variatione tacet, Iæus etiam, qui eosdem Bononenses et Vaticanos euoluit, ex illis *debuerint* seruat, idemque omnes reliqui scripti et editi exhibent, dubito merito de Thomasi fide in hac voce; immo Lactantius, nisi scripsisset *debuerint*, potius videtur fuisse scripturus: *debeant*, ut ante: *tribuunt*. Bün.

m) *Sibyllas plurimi*] Codicum auctoritate abiecti vulgo interiecta, *multas fuisse*. Cell.

n) *Sibyllas plurimi*] Ita omnes scripti et editi ante Aldum excusi et Cellarius; ubi Aldus-Spark. et Walch. *Sibyllas multas fuisse plurimi*. Heumannus motus initio c. 23. i. coniecit legendum: *Sibyllas plures fuisse plurimi*. Bün.

o) *Aristo Chius*] Sic Aldus excudit: Rom. *Aristochius*, quod proxime accedit: Parrh. *Aristarchus*: MSS. Goth. Lipf. *Aristonicus*. Multa scripsit Aristo Chius; an de Sibyllis etiam, mihi non constat. Aristonicus Tarentinus fabulas videtur exposuisse. Vide Vossium. Cell.

p) *Aristo Chius*] Vltr. Cauc. Goth. Lipf. *Aristonicus*. Reimm. et Rost. *Aristoricus*, (non Aristonicus ut Heu-

man. vult) Ven. 1471. 72. vtraque 78. *Aristomæus*. Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. *Aristarchus*. Aldus et reliqui *Aristo Chius*. Bün.

q) *Apollodorus Erythras*] Laudatus etiam lib. I. c. 6. sect. 9. Cell.

r) *Varro et Fenestella*] eodem L. I. cap. 6. sect. 7. et 14. Cell.

s) *præter ceteras*] i. e. *pra ceteris*. vid. not. ad L. I. 7. l. (a) pag. 44. Bün.

t) *de ciui*] Solus Sparkius *de ciue*. Non erat ciui, quod omnes scripti edittique reliqui habent, corrigendum. Auferendi casu, *ciui*, Ciceroni ex Pet. Victorii et suis MSS. vindicauit Malespina ad L. 14. Att. ep. 11. pr. et L. 7. p. 3. consentit Vosius L. 2. de Analog. c. 12. p. 731. Bün.

u) *legatos Erythras a senatu misos*] Ibidem sect. 14. Erythre ciuitas Ioniz. Cell.

x) *deportarentur*] Sic libri, forte rectius, Heumanno auctore, *deportarent*, ut L. 1. Inst. 6. 14. Bün.

y) *consules Curio et Octavius*] anno urbis 1000 LXXVII. Cell.

z) *consules Curio et Octavius*] Lipf. tert. Reimm. Rost *Octavianus*. præue. Curio et Octavius fuisse consules anno V. C. 678. vti I. A. Fabri-

7 tum, ponenda curarent. Apud hanc de summo, et conditore rerum Deo ^a huiusmodi versus reperiuntur:

^a Ἀφθαρτος κτίσης ^b αἰώνιος αἰθέρα ναίων ^c,
τοῖς τ' ἀκάκοις ἀκακὸν ^d προφύρων πολὺ μείζονα μισθόν
τοῖς δὲ κακοῖς, αἰδίκως τε χόλον καὶ θυμὸν ἐγείρων.

8 Rursus alio loco enumerans, quibus maxime facinoribus incitetur Deus; hæc intulit: ^e

Φεῦγε δὲ λατρείας ἀνόμους ^f, θεῶ ζῶντι λάτρευε.
μοιχείας τὲ φύλατσε, καὶ ἄρσενος ἀκρίτον εὐνήν,
ἰδίαν γενεὰν παίδων τρέφε, μὴδε φόνευε.
καὶ γὰρ ὁ ἀθάνατος κεχολώσεται, ὅσκειν ἀμάρτη.

Indignatur ergo aduersus peccatores ^g. ^b

XXIII.

bricius ad Oram ed. Torn. 1548 adnotauit anno V. C. adde Almelouen. Fast. Conf. part. II. p. 84. At in ipsis Fastis p. 56. ad. ann. 677. ut Cellarius, refert. Lepidam de iis historiam lege in Ciceronis Bruto c. 6. Bün

^a) de summo et conditore rerum Deo] De hoc ordine adnotauit ad L. 7. Inst. 15. 5: iustus et cultor Dei populus. Bün.

^b) Ἀφθαρτος κτίσης] Latine sic conuertitur: Incorruptibilis et aternus conditor in athere habens bonis bonum proferens, et multo maiorem mercedem: malis vero et iniustis iram et furorem excitans. Cell.

^c) ναίων] Reimm. melius habitans. et sic vet. edd. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Parr. et Paris. 1513. Hos versus quoque Theophilus L. 2. ad Autolyicum ed. Wolf. p. 344. habet. Wolfius phrasi Homeri mauult αἰθέρι. Bün.

^d) τοῖς τ' ἀκάκοις ἀκακὸν] Sic plures et Bodl. MS. At Spark. et Theophilus l. c. τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθόν. Bün.

^e) hæc intulit] Pro plurimorum retulit scripsi ex Goth. Lips. 2. Reim. Rost. hæc intulit, nec Heum. aliter. De usu huius verbi plura dixi ad L. 7. Inst. 13. 3. Bün.

^f) Φεῦγε δὲ λατρείας ἀνόμους] Hoc est: Fuge religiones prauas; Deum viuens cole: ab adulterio abstine et masculi commixtione impura: proprios liberos educa, neque occide. nam immortalis irascitur ei, qui peccauerit. Cell.

^g) Indignatur ergo aduersus peccatores] MSS. et Rom. hæc verba adiecta habent. Cell.

^b) Indignatur ergo aduersus peccatores] Aldus, Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Thomaf. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. hæc verba non habent, et Heumanno videntur glossema. Exhibent vero Goth. Lips. Reimm. Emman. Cant. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Betul. et Cellarius. Quam facile fuisset Thomasio, Ifæo, Sparkio dicere, vtrum ea in suis MSS. inuenerint, an minus? Bün.

^a) ut

XXIII. Verum quia plures, vt ostendi ^a, Sibyllæ a doctis-
 Etisimis auctoribus fuisse traduntur; vnus testimonium fa-
 tis non sit ad confirmandam, sicut intendimus, veritatem. Cu-
 mææ quidem volumina; quibus Romanorum fata ^b conscri-
 pta sunt, in arcanis habentur ^c: ceterarum tamen fere omnium
 libelli; quo minus in vsu sint omnibus, non vetantur. Ex
 quibus alia denuntians ^d vniuersis gentibus iram Dei ob im-
 pietatem hominum, hoc modo exorsa est:

Ἐρχομένης ὀργῆς ^e μεγάλης ἐπὶ κόσμον ἀπειθῆ
 ἔχαστοι εἰς αἰῶνα θεῶ μνηύματα Φαίνω,
 πᾶσι προφητεύσασα κατὰ πόλιν ἀνθρώποισι.

Alia quoque, per indignationem Dei aduersus iniustos cata-
 clysmum ^f priore sæculo factum esse, dixit, vt malitia ge-
 neris humani exstingueretur:

Ἐξ ἧ μνήσαντος ^g ἐπετρανίσιο θεοῦ
 αὐταῖσι πολίεσσι καὶ ἀνθρώποισιν ἄπασι,
 γῆν ἐκάλυψε θάλασσα κατακλυσμῶς ῥαγέντος.

Si-

^a) vt ostendi] cap. 22. 5. et L. 1. Inst. c. 6. 8. sqq. Büñ.

^b) fata] Lipf. tert. Reimm. Roff. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. facta. prauc. Reliqui fata, vnde, quod commode Heumannus hic obseruat, libri Sibyllini dicti libri fatales Liuii L. 5. c. 14. et 15. et L. 42. c. 2. Adde etiam Fulu. Sabinum in Vopisci Aureliano c. 19. dixisse ex Aureliani. litteris: vt inspiciantur fatales libri, qui c. 18. libri Sibyllini; c. h. c. 19. fatalia iussa, Sibylla decreta-fata reipublica, qua sunt aeterna, perquirite; vbi plura Salmasius dabit. Etiam Suetonius in Cæsare cap. 79. hæc carmina dixit libros fatales, in Augusto c. 31. libros fatidicos. Büñ.

^c) in arcanis habentur] L. 1. Inst. 6. 13. Büñ.

^d) denuntians] de rebus grauissimis et minis. conf. n. 8. Inst. L. 2. 16. 11. L. 7. Inst. 16. 11. c. 13. 6. Cicero Libr. 2. Att. ep. 23. extr. terrores iacit atque denuntiat. conf. Græuium ad Cic. L. 11. ad Att. ep. 23. p. 269. Idem Curtio frequens hoc sensu. Büñ.

^e) Ἐρχομένης ὀργῆς] Hoc est: Venientis ira magna super mundum immorigerum extremis temporibus, Dei significationes ostendo, omnibus vaticinans oppidatim hominibus. Cell.

^f) cataclysmum - vt malitia] vid. L. 2. Inst. 10. 10. Büñ.

^g) Ἐξ ἧ μνήσαντος] Hoc est: Ex quo irascente caelesti Deo ipsis ciuitatibus et hominibus omnibus terram cooperuit mare diluuisio dirupto. Cell.

Aaaa

h) καὶ

5 Simili modo deflagrationem postea futuram vaticinata est, qua rursus impietas hominum deleatur.

Καί ποτε τὴν ὄργην Θεὸν ^b ἐκ ἔτι πραΰνοντα, ἀλλ' ἐξεμβρίθοντα, καὶ ἐξολύοντά τε γένναν ἀνθρώπων ἀπασαν ὑπ' ἐμπρησμῶν πέρθοντα.

6 Vnde apud Nasonem ^c de Ioue ita dicitur:

Esse quoque in fatis reminiscitur, adfore tempus, Quo mare, quo tellus, correptaque regia cali Ardeat, et mundi moles operosa laboret.

7 quod tum fiat necesse est, quum honor et cultus Dei summi apud homines interierit. Eadem tamen, placari eum penitentia factorum, et sui emendatione contestans, hæc addidit:

Ἄλλ' ἐλέει μετάρθεθε ^k βροτοὶ δὴ μὴ δὲ πρὸς ὄργην παντοίην ἀγάγητε Θεὸν μέγαν. - - -

Item paullo post:

Ὅυκ ὀλέσει, παύσει ^l δὲ πάλιν χόλονεϋτ' ἀν' ἅπαντες εὔσεβειν περὶ θυμῶν ἐνὶ φρεσὶν ἀσκήσητε.

8 Denique alia Sibylla cælestium terrenorumque genitorem diligi oportere denuntiat, ne ad perdendos homines indignatio eius infurgat.

Μή-

^b) Καί ποτε τὴν ὄργην Θεὸν] Hoc est: Et aliquando Deum, iram suam non amplius mitigavim, sed adgrauantem, et perdentem genus hominum omne, et incendio evertentem. Cell.

ⁱ) vnde apud Nasonem] Metamorphos. lib. 1. v. 256. Cell.

^k) Ἄλλ' ἐλέει μετάρθεθε]

Hoc est: Sed misericordia convertimini nunc homines, non autem ad iram omnigenam adducatis Deum magnam. Cell.

^l) Ὅυκ ὀλέσει, παύσει] Hoc est: neque perdet, cessare autem faciet iram iterum, quum omnes pietatem ex animo in præcordiis exercueritis. Cell.

^m) Μη-

Μήποτε θυμωθεῖς ἢ θεὸς ἀφθίτος ἕξαπλόεσση
 πᾶν γένος ἀνθρώπων βίωτον καὶ Φύλον αἰναιδὲς
 δεῖ εὐργεῖν γενετῆρα θεὸν σοφὸν αἰὲν εἶοντα.

Ex his adparet, vanas esse rationes philosophorum, qui 9
 Deum putant sine iraⁿ, et inter ceteras laudes eius id ponunt;
 quod est inutilissimum, detrahentes ei, quod est rebus humanis
 maxime salutare, per quod constat ipsa maiestas^{o. p.} Re- 10
 gnum hoc, imperiumque terrenum, nisi metus custodiat, sol-
 virur. Aufer iram regi; non modo nemo parebit, sed etiam
 de fastigio præcipitabitur. immo vero cuilibet humili eripe
 hunc adfectum; quis eum non spoliabit? quis non deridebit?
 quis non adficiet iniuria? Ita nec indumenta, nec sedem, 11
 nec victum poterit habere, aliis quidquid habuerit diripienti-
 bus; nedum putemus caelestis imperii maiestatem sine ira et
 metu posse consistere. Apollo Milesius 2 de Iudæorum 12
 religione consultus, responso hoc indidit;

Ἦδὲ θεὸν βασιλῆα ἔ καὶ γεννητῆρα προπάντων

ὄν

m) Μήποτε θυμωθεῖς] Hoc
 est: ne forte iratus Deus incorrupti-
 bilis perdat omne genus hominum,
 vitam et stirpem imprudentem; oportet patrem Deum diligere, qui semper sapiens est. Cell.

n) qui Deum putant sine ira] Heumannus legit: sine ira esse. Libri omnes omittunt esse, nec solet semper repetere: ubi paullo ante, ut hic antecessit, alias addit, ut c. 22. 2: sine ira Deum esse credentes. Bün.

o) quod est contra ipsam maiestatem] MSS. sic Angl. Lips. Goth. et ed. Rom. ac Parrh. referunt. Vulgati plura intermiscunt et perturbant. Cell.

p) id ponunt, quod est inutilissimum, detrahentes ei, quod est rebus humanis maxime salutare, per quod

constat ipsa maiestas] Non ausus fuit repudiare hanc scripturam codicum quatuor ex omnibus antiquissimorum, duorum scilicet Bononien- sium, et Taxaquellii et Penix, ex quibus Thomasius, Isæus, Thyf. Gall. Sparkius et ed. Cantabr. in textum receperunt. In Angl. Vltr. Lips. Goth. Reimmann. et editis ante Thomasius, Cell. Walch. Heumanno adprobantibus legitur: id ponunt, quod est contra ipsam maiestatem. Bün.

q) Apollo Milesius] Reuolue lib. 4. cap. 13. sect. 11. Cell.

r) Ἦδὲ θεὸν βασιλῆα] Latine: Et Deum regem et genitorem omnium, quem terra contremiscit, caelumque et mare, et latebra tartara et demones horrescunt. Cell.

ὅν τρέμεται καὶ γαῖα, καὶ ἕρανός, ἠδὲ θάλασσα,
ταρταρεοὶ τε μυχοί, καὶ δαίμονες ἐκφρίτθισιν.

- 13 Si tam lenis est, quam philosophi volunt, quomodo ad nu-
rum eius non modo dæmones et ministri tantæ potestatis,
sed etiam cælum, et terra, et rerum natura omnis contremi-
scit? si enim nullus alteri seruit, nisi coactus; omne igitur im-
perium metu constat; metus autem per iram. nam si non
moueatur quis aduersus parere nolentem; nec cogi poterit
14 ad obsequium^u. Consulat vnusquisque adfectus suos: iam
intelliget, neminem posse sine ira et castigatione imperio sub-
iugari^x. Vbi ergo ira non fuerit, imperium quoque non
erit. Deus autem habet imperium: ergo et iram, qua con-
15 stat imperium, habeat necesse est. Quapropter nemo, vani-
loquentia^y philosophorum inductus, ad contemptum se
16 Dei erudiat^z, quod est maximum nefas. Debemus hunc
omnes et amare, quod pater est; et vereri, quod dominus; et ho-

ho-

s) *ministri tanta potestatis*] Rost. Ven. 1472-1515. Iunt. Crat. Gymn. *ministri tandem potestatis*. Goth. Lips. Reimmann. Angl. Paris. 1513. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isæus, reliqui: *ministri tantæ potestatis*. Heumannus. motus variatione *tandem* et voce *ταρταρεοι* rescribit: *ministri tartareæ potestatis*. Ego seruo: TANTAE sc. *diuina potestatis*. Nam dicit n. 17: de hac tanta potestate. qui rerum DOMINATOR habeat in omnes veram et æternam POTESTATEM. conf. n. 10. 11. dæmones huius tantæ potestatis dicuntur *regni ministri*. L. 1. c. 5. 27. et c. 7. 4. 5. verba: *mare et tartareas latebras* potuit comprehendere sub verbis: *et rerum natura omnis*. Bün.

f) *metu constat*] Lips. 2. 3. Reim-

mann. *per metum*, vt statim: *per iram*, sed et alterum elegans, vt n. 14. *qua (ira) constat imperium*. Bün.

u) *cogi - ad obsequium*] Seneca L. 1. Clem. 1: *multa illos cogunt ad hanc confessionem*. Bün.

x) *neminem posse - imperio subiugari*] Reimm. hoc ordine: *neminem sine ira posse et castigatione imperio subiugari*. Bün.

y) *Quapropter nemo vaniloquentia*] Hic Rom. et Parrh. caput XXIV. incipiunt, quod superiori Aldus, Betuleius et omnes recentiores conueniunt. Cell.

z) *vaniloquentia*] In Reimm. *vana eloquentia* est correctum *vaniloquentia*. Recepta est Plauti, Liuii Taciti vox. Bün.

*) *ad contemptum - erudiat*] Sic sæpe, vt adnotauit ad L. 5. 10. 17. Bün.

a) *utra-*

honorificare, quod beneficis, et metuere, quod seuerus, vtraque persona^a in eo^b venerabilis. Quis salua pietate non 17 diligat^c animæ suæ parentem? aut quis impune contemnat eum, qui rerum dominator habeat^d in omnes veram et æternam potestatem? Si patrem consideres, ortum nobis ad 18 lucem, qua fruimur, subministrat: per illum viuimus, per illum in hospitium huius mundi intrauimus^e. Si De- 19 um cogites^f; ille nos innumerabilibus copiis^g alit, ille sustentat, in huius domo habitamus; huius familia sumus, etsi minus obsequens, quam decebat, minusque officiosa, quam domini et parentis immortalia merita poscebant; tamen plurimum proficit ad veniam consequendam, si cultum eius notionemque^h teneamus; si abiectis humilibus terrenisque tam rebus quam bonis, cælestia et diuina sempiternaⁱ meditemur. Quod vt facere possimus, Deus nobis sequendus^k est, Deus 20 adorandus et diligendus^{l. m}; quoniam in eo est materia rerum

a) *vtraque persona*] i. e. vtrumque munus et patris et domini. illustraui vberius ad L. 4. 4. 2. Bün.

b) *in eo*] Lipsf. 2. 3. Reimm. in Deo. Bün.

c) *non diligat*] i. e. oderit. Bün.

d) *habeat*] Sic omnes. Heuman. habet legit. Bün.

e) *in hospitium - intrauimus*] Sine præpositione Lipsf. 2. 3. Reimm. *hospitium - intrauimus*. Bün.

f) *si Deum cogites*] Ita quidem libri omnes, mallet cum Dauisio ad Epit. c. 70. p. 229. *si dominum cogites*; mox enim *domini et parentis*. conf. L. 1. 7. 12. Bün.

g) *copiis*] n. 26. vid. not. c. 13. 2. Bün.

h) *notionem*] γυνῶσιγ vid. not. L. 2. Inst. 15. 6. et L. 5. c. 14. 11. Bün.

i) *cælestia et diuina sempiterna*] Sic omnes libri: mallet et eiectio:

cælestia, diuina, sempiterna: nisi forte *sempiterna* explicas, quæ sempiterna sunt. Heumannus omisso *diuina* legit *cælestia et sempiterna*, vt n. 24: *præmii cælestis ac sempiterni participes*. addo L. 7. 27. 2: *æternæ et cælestia*. Bün.

k) *sequendus*] Lipsf. tert. et Reimm. *subsequendus*. Bün.

l) *Deus adorandus*] Addunt vulgo, et *diligendus*: quæ verba neque in MSS. neque editis vetustioribus in sunt. Cell.

m) *adorandus et diligendus*] Proscribunt plerique, in his Angl. Gôth. duo Lipsf. Reimmann. et editi ante Thomasio verba: *et diligendus*, quibus subscribunt Cellarius et Heumannus. quia leguntur in duobus Bononiensibus, et Taxaq. et vno Lipsiensi, cum Thomasio, Isæro, Thyf. Gall. Spark. et Walchio seruo. conf. n. 16. et 17. Bün.

rumⁿ, et ratio virtutum, et fons bonorum. quid enim Deo aut potentia maius est, aut ratione perfectius, aut claritate
²¹ luculentius? qui quoniam nos ad sapientiam genuit, ad iustitiam procreavit; non est fas hominem, relicto Deo, sensus ac vitæ datore, terrenis fragilibusque famulari; aut quærendis temporalibus bonis inhærentem, ab innocentia et pietate desciscere^o. Non faciunt beatum vitiosæ ac mortiferæ voluptates; non opulentia, libidinum incitatrix^p; non inanis ambitio, non caduci honores; quibus illaqueatus animus humanus, et corpori mancipatus, æterna morte damnatur; sed
²³ innocentia sola, sola^q iustitia. cuius legitima, et digna merces est immortalitas; quam statuit a principio Deus sanctis, et incorruptis mentibus; quæ se a vitiis, et ab omni labe
²⁴ terrena integras, inuiolatasque conseruant. Huius præmii cælestis ac sempiterni participes esse non possunt, qui fraudibus, rapinis, circumscriptionibus conscientiam suam polluerunt, quique iniuriis hominum, nefariis commissis, ineluibiles^r sibi

sibi

ⁿ) *materia rerum*] id est, causa, Sparkio interprete. Lips. tert. *verum* non habet. Büin.

^o) *desciscere*] Reimmann. *discedere*. Editi: *discedere*. Lego ex Bonon. et Taxaq. *desciscere*. vide, quæ adnotavi ad Lact. L. 1. Inst. 21. 5. (r) p. 136: *ab humanitate desciscunt*. Etiam in Epit. c. 66. pro edd. *discedere* è MS. Taur. et Bon. *desciscere* a Deo restituitur. Seneca de Otio Sap. c. 29: *desciscere a præceptis* L. 4. Benef. 17: *a lege desciscit*. Büin.

^p) *incitatrix*] Bonon. Tax. et Guelferb. alter legunt: *irritatrix*. Sic in membranis meis vers. vulg. Ezech. c. 24. princ. et Hieronym. T. 5. Oper. ed. Erasim. f. 460. *ad domum irritatricem*. Reliqui codd. Guelferb. et Goth. Lips. Reimman. et editi omnes *incitatrix*, voce Arnobii. Büin.

^q) *innocentia sola, sola iustitia*]

Reimmann. hoc ordine: *sola innocentia, sola iustitia*. Büin.

^r) *indelebiles sibi maculas*] MSS. plures *indelebiles*: alii, et Rom. æc Parrh. ed. *ineluibiles*. Cell.

^s) *ineluibiles maculas*] Duo Guelferb. Subl. Rost. Ven. 1471-1515. et ante Cellarium reliqui: Walchius et Heumannus *ineluibiles*. Ita quoque olim legit Celeb. Bohust. Hasfenstein. Lib. de Avaritia p. 36. in^o Opuscul. ed. rariss. Pragæ 1563. 8. *ineluibiles*, vt Firmiani verbis vtat, *sibi maculas inusserunt*. Certe omnes fere libri in L. 7. Instit. c. 20. 9: *ineluibilem fucum* habent: Cicero nis est L. 5 in Verr. c. 46. et pro Sextio c. 29. *maculas eluere*. Reimmann. vitiose: *indebiles*. Bodlei. Goth. duo Lips. Witteb. et Cell. *indelebiles*. Hanc notio rem vocem elegantiore mque credo pro altera fuisse sub-

sibi maculas inusserunt †. Proinde vniuersos oportet, qui sapientes, qui homines merito dici volunt, fragilia contemnere, terrena calcare, humilia despiciere, vt possint cum Deo beatissima necessitudine copulari. Auferatur impietas, discordiæ disensionesque turbulentæ ac pestiferæ sopiantur, quibus humanæ societates, et publici fœderis diuina coniunctio rumpitur *, dirimitur, dissipatur: quantum possumus, boni ac benefici esse meditemur: si quid nobis opum, si quid suppetit copiarum; non voluptati vnius, sed multorum saluti impartiat. Voluptas enim tam mortalis est, quam corpus, cui exhibet ministerium. Iustitia vero et beneficentia tam immortales †, quam mens et anima, quæ bonis operibus similitudinem Dei adsequitur. Sit nobis Deus non in templis, sed in corde nostro consecratus †. destructilia † sunt omnia, quæ manu fiunt. mundemus hoc templum, quod

subditam, eo facilius, quia et delere maculam erat notius. Bün.

†) inusserunt] Reimmann. prauè: inmiscerunt. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. et Paris. 1513: immiserunt. Angl. Goth. aliique scripti et Parrh. Ald. et seqq. inusserunt. Sæpius hæc verba confundi, obseruauit ad c. 18. §. 8. vbi pro inureret, alii: immitteret. Inusserunt defendo ex loco gemino L. 7. Instit. 20. 9: ineluibilem scilicet trahant labemque -- per maculam, quæ peccatis iniusta. Ciceronis aliorumque inurere maculam nota sunt. Bün.

†) coniunctio rumpitur] Goth. Lipf. 2. Reimmann. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. irrumpitur, de quo plura ad c. 14. n. 6. et ad L. 1. Instit. c. 18. 17. (q) fœdus irrumponit dixi. Betul. dirumpitur, non male, quia sequitur: dirimitur, dissipatur; sed non addit, quæ auctoritate. In reliquis MSS. et Parrh. Paris. Aldo et seqq. rumpitur, vt L. 4. Inst. 30. 3: concordiam rumpere. Bün.

†) tam immortales] Reimmann. tam immortalis, in singulari, non indocte, vt statim: mens et anima adsequitur. Bün.

†) Deus - in corde consecratus] L. 6. Instit. c. 25. 15: secum habeat Deum semper in corde suo consecratum; quoniam ipse est Dei templum. Minuc. Fel. c. 32: Nonne melius in nostra dedicandus est mente, in nostro imo consecrandus est pectore? Bün.

†) destructilia] Lipf. Reimmann. et omnes editi: destructibilia, sex syllabis. Scribo ex Bonon. Tax. et Gothano: destructilia, quinque syllabis, quod adiectiuum tuetur versus Prudentii Peristeph. H. 10. 346. sqq.

Aedem sibi ipse mente in hominibus condidit

Vitam, serenam, sensualem, stabilem,

Solui incapacem posse, nec DESTRUCTILEM.

Idem aliquoties cum Vitruuio et Celso dixit: struclilis, vt Tertullianus: instructilis. Bün.

quod non fumo, non puluere, sed malis cogitationibus sordidatur^a; quod non cereis ardentibus^b, sed claritate ac luce sapientia^c illuminatur. In quo si Deum semper crediderimus esse praesentem, cuius diuinitati secreta mentis patent^{d. e}, ita viuemus, vt et propitium semper habeamus, et numquam vereamur iratum.

L. COE-

a) malis cogitationibus sordidatur] L. 5. Inst. 20. 34: Quanto satius est mentem potius eluere, qua malis cupiditatibus sordidatur. Bün.

b) non cereis ardentibus] L. 6. Inst. 2. 5. Bün.

c) luce sapientia] Parrh. duce sapientia, quem hic nemo ducem sequetur. Bün.

d) eius diuinitatis potentia] Hæc manu scriptorum et veterum editorum est scriptura, pro qua sequiores adferunt: cuius diuinitati secreta mentis patent. Cell.

e) cuius diuinitati secreta mentis patent, ita viuemus] Reimm. eius deitatis potentia. Vltr. Angl. Goth. Lipf. Reimmann. et ante Aldum editi omnes et Cell. eius diuinitatis potentia ita viuemus. Mihi vero hic præplacet. Ald. Crat. Gynn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomaf. Iſæi et recentiorum: cuius diuinitati secreta mentis patent. Ita L. 6. Inst. 24. 11-15: Deo nihil potest esse secretum -- patemus Deo - Dei diuinitas nec visceribus submoueri potest. Bün.



a) DE

L. COELII LACTANTII FIRMIANI

DE

OPIFICIO DEI

VEL FORMATIONE HOMINIS

LIBER VNVS

AD

DEMÉTRIANVM AVDITOREM SVVM ^{b. c.}

Quam

a) DE OPIFICIO DEI VEL FORMATIONE HOMINIS] Quam libri valde variant in libri huius inscriptione, prætuli ex Goth. membran. Ven. 1493. 97. Parrhas. Paris. 1513. Iunt. et Erasim. 1529: *de Opificio Dei vel Formatione Hominis*; ita enim hunc librum inscriptum tradidit Hieronymus de Scriptoribus ecclesiasticis c. 80. Huic inscriptioni proxima edd. Ven. 1472. vtriusque 1478: *de Opificio Dei seu Formatione Hominis*. Aldus et seqq. *de opificio Dei*. In Reimm. MS. rubricator in titulo et sine libri: *de Opificio Hominis*. et ita Betulcius in aliis exemplaribus inveniri testatur. Ipse Lactantius in Epitome c. 39. n. 11. hominem vocat *opus Dei et diuinum opificium*; etiam in L. 2. 10. 5. *fictionem hominis* nominat. n. 10. *diuinum opificium*, et n. 14. *factio-hominis e limo, Dei est*. Heumannus mallet h. t. *de Dei Opificio seu Formatione hominis*, vt opificium et formatio coniungantur tamquam synonyma. Idem addit Lactantium in vniuersis suis operibus nusquam dixisse *creare, creator-creatio*. Hoc certe nusquam dixit, illud est satis dubium, vti ad L. 5. 20. 9: *qui est omnium creator* obseruo. Eius copiam dabit index meus in *Creator*.

Istud vero (*creare*), licet satis copiose exprimat per verba *facere, fingere, figurare, formare, gignere, generare, procreare, conflare ac perficere* ex nihilo, non tamen homini sensu plane abhorruit a verbo *creare*. L. 2. 8. 40: *et animantia et inanima creare et efficere potest*. L. 4. 6. 2: *quamuis alios creauisset*. L. 7. 3. 14: *cur humanum genus vel creatum vel constitutum esset a Deo*. L. 7. 4. 1: *necesse est, etiam hominem ceterasque animantes creauerit*. Bün.

b) *ad Demetrianum auditorem suum*] Desunt Gothano et Lipsf. 1. hæc verba: Lipsf. 2. omni titulo caret, nisi quod aliena manu adscriptum *ad Demetrianum*. Rom. tamen et Parrh. vt in vulgatis. Adde cap. vlt. sect. 1. *Cell*.

c) AD DEMETRIANVM AVDITOREM SVVM] Hæc in Reimm. MS. non leguntur. Editiones Ven. 1472. vtraque 78. præmittunt ita: *ad Demetrianum de Opificio Dei seu Formatione hominis*; omisis verbis *auditorem suum*; quæ ipsi titulo inserta fuisse Heumannus non credit. *Fuerat enim, inquit, quondam, non erat amplius, auditor Lactantii Demetrianus*. vid. c. 1. 1. 2. Bün.

I **Q**uam minime sim quietus ^{d. e.}, etiam in summis ^{f. s.} necessitatibus; ex hoc libello poteris existimare^h, quem ad te rudibus pæne verbis, prout ingenii mediocritas^k tulit, Demetriane; perscripsi, ut et quotidianum studium meum nosses, et non deessem^l tibi, præceptor etiam nunc, sed honestioris rei, meliorisque doctrinæ. Nam si te in litteris^m, nihil aliud quam linguam instrumentibus, auditorem satis strenuum præbuisiⁿ: quanto magis in his veris, et ad vitam pertinentibus docilior^o esse debebis? apud quem nunc profiteor, nulla me necessitate vel rei vel tem-

d) Quam minime sim quietus] Quoties auget *quam*, eleganter præponitur nominibus superlatiuis, ut *quam plurimis*, siue cum plurimis. Ceterum quum vsurpatur pro *quantum*; non memini apud caste loquentes autores iungi, nisi positiuis. Hoc igitur loco, dixissem: *quam non sim quietus*, aut *quam nihil mihi sit quietis*. Erasinus.

e) Quam minime sim quietus] Iungo *minime quietus*, h. m. *quam sim minime quietus*. Post verba intelligendi *quam* eleganter significat *wie*, *wie sehr*, ut n. 7. exempla in Terentio et aliis obuia. Bün.

f) etiam in summis] Quidam codices habebant *etiam* pro ET, sed mendose, ni fallor. Subauditur: *quam sim*: et *quam sim* in summis necessitatibus. Neque enim hoc novum est, hominem in summis necessitatibus esse minime quietum, sed coniunctio ET repetit, quod ante dictum est, ut infigat, quod M. Tullio est familiare, et veluti causam reddit. Ideo erat minime quietus, quia versabatur in summis necessitatibus, h. e. *necessariis occupationibus*: neque enim, ut arbitror, loquitur de sua penuria, qua prod-

tum est laborasse Lactantium, usque ad vitæ necessariorum inopiam. Erasimus.

g) etiam in summis] Ven. 1472. utraque Veneta 1478. Iseus: *et in summis*, ut Erasino placuit. Reimm. *summam etiam nec*. Lips. 2. Ven. 1471. 93. 97. Rost. *etiam summam necessitatibus*, præpositione in neglecta. Goth. Lips. 3. Cauc. Vltr. Angl. Paris. 1513. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomaf. et reliqui: *etiam in summis necessitatibus*. etiam *so gar*. Bün.

h) existimare] Ed. Erasmi prima Bas. 1529. et Gymn. *astimare*. Plures scripti editique *existimare*. Bün.

k) mediocritas] vid. L. 3. Inst. 30.1. Bün.

l) deessem] Bon. *deesset*, male. Bün.

m) te in litteris] Reimm. *te litteris*. Bün.

n) auditorem - strenuum præbuisi] Cicero L. 3. Nat. D. c. 1: *præbebo me tibi - attentum auditorem*. Terentius Phorm. 3. 1: *in hac re, ut in aliis, strenuum hominem præbuit*. Quint. L. 2. Inst. c. 9. *præbere se docilem*. Bün.

o) docilior] Lips. 2. et Reimm. *dolcior*. prauca. Bün.

p) quo

temporis impèdiri, quo minus aliquid excudam *p. 9*, quo philosophi *r. s* nostræ sectæ, quam tuemur, instructiores doctioresque in posterum fiant; quamuis nunc male audiant castigenturque vulgo, quod aliter, quam sapientibus conuenit, viuant, et vitia sub obtentu nominis celent; quibus illos * aut mederi oportuit, aut ea prorsus effugere, vt beatum atque incorruptum sapientiæ nomen, vita ipsa cum præceptis congruente *, præstarent. Ego tamen, vt nos *3* ipsos simul et ceteros instruam, nullum laborem recuso. neque enim possum *y* obliuisci mei, tum præsertim, quum ma-

p) quo minus aliquid excudam] Sic Lipf. et Rom. At Goth. Emman. *extandam*. Sed malim illud. Plinius lib. 1. epist. 3: *Effinge aliquid et excude, quod sit perpetuo tuum*. Cell.

q) excudam] Goth. et Emman. *extundam* est ex consueta confusione horum verborum. vide Vorst. et Torrenium ad Valer. Max. L. 5. 2. n. 10. not. 63. p. 442. Lipf. Reimm. Angl. et omnes editi recte: *excudam*. Vt Lactantius Plinium, sic vtrumque imitatus est Saluianus in præfatione ad libr. de Gubernat. Dei: *vt aliquod linguarum opus studio ingeniorum excuderent*. h. l. Rittershufius obseruat, Lucretium (L. 5. v. 554.) eadem metaphora dixisse: *producere prolem*, quia libri quoque sint *fecus et pignora animorum*. Bün.

r) philosophi] Eleganter quidem, sed parum theologice notauit Christianos, quòd hunc libellum fere contextiuit stilo philosophico, quem admodum Beethius librum de Consolatione philosophiæ. *Erasmus*.

s) philosophi] Immemor hic Erasmus fuit, etiam a Iustino Martyre, Clèmente Alexandrino et aliis *doctrinam Christianam* philosophiam, et *doctores christianos* dici philosophos. Demonstrauit hoc multis Kortholt.

in Comment. ad Iustin. Mart. ad p. 33. fol. 9. Bün.

r) nostra secta] Alibi noster sectam in malam partem sumisit, e. g. L. 4. Instit. 30. 2. et n. 14. de Ira c. 2. 6. Hic sumit in bonam partem, quomodo Tertullianus in Apolog. c. 1. c. 21. c. 40: *christiana secta origo*. add. L. 1. ad Nation. c. 10. ad Scapul. c. 1. pr. et c. 3. et alibi. Obseruauit quoque Græuius, *hæresin* apud Græcos et Latinos in bonam partem olim fuisse acceptam, ad Cicer. L. 15. Famil. ep. 16. Bün.

u) quibus illos] Reimm. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. illos omittunt; sed Bon. Tax. Cauc. Goth. Lipf. Erasim. in Bas. 1529. Gymn. Torn. Betul. Thomaf. Isæus et sqq. *illos* addunt. Bün.

x) vita - cum præceptis congruente] L. i. 21. 4: *quorum religio cum moribus congruit*. Bün.

y) neque enim possum] Ald. Crat. Gryph. Torn. 1548-1614. male: *neque enim ut non possum*. Bon. Tax. Pen. Cauc. Vlter. Goth. Lipf. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471-1510. Paris. 1513. Iunt. Bas. 1529. Gymn. Thomaf. Isæus, reliqui: *neque enim possum*. Bün.

maxime opus sit meminisse; sicut ne tu quidem tui^a,
 4 vt spero, et opto^b. Nam licet te publicæ rei neces-
 sitas^c a veris et iustis operibus auertat: tamen fieri non potest,
 5 quin subinde in cælum adspiciat *mens sibi conscia recti*^d. Ego
 quidem lætor, omnia tibi, quæ pro bonis habentur, prospere
 fluere; sed ita, si nihil de statu mentis immutent. Vereor
 enim, ne paullatim consuetudo^e et iucunditas^f earum rerum,
 6 (sicut fieri solet) in animum tuum repat^g. Ideoque te
 moneo et repetens iterumque iterumque monebo^{i. k.} ne oble-
 ta-

x.) *sicut ne tu quidem*] Ex Goth. est et Emman. Ceteri sic. Cell.

a) *sicut ne tu quidem*] Reimm. sit ne tu quidem. Rost. Ven. 1471-1515. Crat. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thom. If. Thyf. Gall. Spark. sic ne tu quidem. At rectius Mert. C. C. C. Emm. Goth. et Erasmus in ed. Bas. 1529. Gymn. 1539. Cell. *sicut ne tu quidem*. Bün.

b) *vt spero et opto*] Reimm. vt spero, vt opto. Bün.

c) *licet te publicæ rei necessitas*] Reimm. te non habet, quod est in omnibus. Videtur Demetrianus in republica muneri alicui publico præfuisse. Rarum, inquit Erasmus h. l. erat, illo saculo christianam pietatem inuenire in proceribus, aulicis et magistratibus. Magnum erat, illos nomine Christianos esse. Bün.

d) *mens sibi conscia recti*] Fragmentum est, inquit Erasmus, versus Heroici ex epigrammatibus Martialis, ni fallor. At sefellit summum virum memoria, sunt ea verba hemistichium Virgilii L. 1. Aen. v. 604. Bün.

e) *vereor - ne - consuetudo*] Seneca Tranq. c. 1: Vereor, ne consuetudo hoc vitium - figat. Bün.

f) *consuetudo et iucunditas*] Copula in Cellariana deest; Ven. 1493. 97. et sequentes fere omnes: *consuetudo vel iucunditas*. At Bon. Tax.

Pen. Goth. Lipf. tert. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. *consuetudo et iucunditas*. Bün.

g) *in animum tuum repat*] Vulgo *sensim repat*; quod aduerbium abest a libris vetustis. Cell.

h) *in animum tuum repat*] Aldus, Crat. Fas. Gryph. et seqq. *in animum tuum sensim repat*. At Vltr. Cauc. Goth. Lipf. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Iunt. Erasmi Bas. 1529. Gymn. *sensim*: eiecio *in animum tuum repat*. Recte. Nam vix præceslit *paullatim*, vnde *sensim* vix locum habet. Mallem cum Heumaano *irrepat*. forte vltima littera vocis *tuum* in syllabam exirep̄it absorbit. Ita Cicero, ita Quintil. L. 9. Instit. c. 1: *in animos - irrepi*. Apuleius L. 7. Metam. sine præpositione: *Milonis animum irrepens*. Bün.

i) *et repetens iterum iterumque moneo*] Sic MSS. nostri. Cell.

k) *et repetens iterumque iterumque monebo*] Lipf. 2. et nonnulli editi, e. g. Ven. 1493. 97. *et repetens iterum iterumque moneo*, in præsentī, vt vult Cellarius; Bonon. Tax. Pen. Vlr. Lipf. 3. Goth. Reimm. Ven. 1472. vtraque 1478. Iunt. *et repetens iterum iterumque monebo*. Parrh. Ald. Crat. Fas. Gryph. Torn. Thomaf. Thyf. Gall. *repetens iterumque monebo*. Ven. 1471. et Rost. hæc omnia omittunt. Cauc.

Elementa ista terræ pro magnis aut veris bonis habere ^{l.} te credas, quæ sunt non tantum fallacia, quia dubiaⁿ; verum etiam insidiosa, quia dulcia. Nam ille ^o colluctator ⁷ et aduersarius ^p noster scis quam sit astutus, et idem sæpe violent-

Cauc. Isæus, Spark. *moneo repetens iterumque iterumque monebo.* Tandem rectissime Paris. 1513. Erasmi Bas. apud. Froben. 1529. Gymn. Bet. et *repetens iterumque iterumque monebo.* Expressit enim Virgillii locum ex L. 3. Aen. v. 436; quod quoque fecit Hieronymus aliquoties, e. g. ad Nepotianum ep. 2. f. m. 13: *objectro te et repetens iterumque iterumque monebo*, et in epist. 8. ad Demetriadem f. 66. pr. Immo et Quintilianus L. 2. Institut. c. 13. p. 172. vbi Burmannus de eleganti vsu vocularum *iterumque iterumque* consulendus. Bün.

l) *pro-veris bonis habere te credas*] Noue adque adeo dure videtur dictum. Quum enim hic *habere* sonet idem, quod *ducere*, siue *estimare*, quomodo monet, ne se credat credere esse vera bona. Potius monendus erat, ne duceret ea pro magnis bonis. Hæc non eo dico, quod infecer Lactantium, sed vt intelligant adolescentes, huiusmodi nãuos deprehendi nonnunquam in eloquentissimorum hominum scriptis, quando D. Augustinus indicat, et in M. Tullii libris ab eruditis deprehensos fuisse manifestos solœcismos, qualia nonnunquam excidunt, et horum temporum scriptoribus, et in his mihi quoque. Erasmus

m) *habere te credas*] Heum. tentat *habenda credas*. Mihi religioni est ab libris discedere. Arbitror *habere* hic non eo sensu quo n. 5. *qua pro bonis habentur*, et n. 7. *pro laqueis*

habet, pro *ducere*, sed sensu *possidendi* sumendum esse: *ne credas te ista terra oblectamenta tamquam magna aut vera bona possidere.* Idem sentit Sparkius Lact. L. 7. Inst. 27.9: *quacumque hic expetuntur, non tantum negligat, sed et fugiat, potioremque animam quam iudicet, quam bona ista fallacia, quorum incerta et caduca possessio est.* conf. L. 6. 22. 4. 5. Apte Seneca epist. 8. *Ad omne fortuitum bonum suspiciosi pauidique subsistite.* Et *sera et piscis spe aliqua oblectante decipitur. Munera ista fortuna putatis? insidia sunt. Quisquis nostrum tutam agere vitam vult, quantum plurimum potest, ista viscosa beneficia deuinet, in quibus hoc quoque miserimi fallimur: habere nos putamus, habemur.* conf. ad sequentia ep. 15. extr. *discedent aliquando ista insidiosa bona, et sperantibus meliora quam adsecuris.* add. Lact. L. 6. c. 22. 4. 5. Bün.

n) *non tantum fallacia, quia dubia*] Nihil hoc sermone lepidius. *γνώμη* est, ex quatuor commatibus modulata, ad numerorum gratiam accedit *ὁμοιοπρωτία* iucunditas, tum *προσονομασία* in dubia et dulcia. Erasmus.

o) *Nam ille*] Plures scripti editique *Nam et ille*. Scribo ex antiquissimo Bononiensi, teste Isæo in variis, cum Thomasio, Thyf. Gall. Walchio, Heumanno. *Nam ille.* Bün.

p) *colluctator et aduersarius*] Rursus Tullii more congeminat vocem.

Collu.

lentus^q, sicuti nunc videmus. Is hæc omnia, quæ illicere possunt, pro laqueis habet, et quidem tam subtilibus, ut oculos
 8 mentis effugiant, ne possint hominis prouisione vitari. Summa ergo prudentia est, pedetentim^r procedere^s, quoniam utrobique saltus insidet^t*, et offensacula^x pedibus latenter

Colluctator, qui Græciæ ἀνταγωνιστής, a palæstra sumpta metaphora: *aduersarius*, ἀντιδικος, a iudicii. *Colluctator* deiicit, *aduersarius* procurat, ut damneris, 1. Petr. 5. *Erasmus*. Vox *colluctator* ex antiquioribus nondum obseruata. Bün.

q) et idem saepe violentus] Plures libri scripti editique: et idem ipse. Lego ex Bonon. Erasmi 1529. Gymn. 1539. et cum Heumanno: et idem saepe. conf. ad rem Lact. L. 6. Instit. 4. 19. seqq. et Cyprianum de Zelo sect. 1-3. et ad consequentia Weitzium ad Prudent. p. 657. Bün.

r) pedetentim] i. e. caute. præcessit summa ergo prudentia est. Donatus ad Terentii Phorm. 3. 3. 19: pedetentim, caute, a pedibus et tentando. Cicero in Verr. Act. 1. c. 7. pedetentim cauteque. pro Cluentio: caute pedetentimque. Lib. 2. Tusc. e. 2. ex Pacuio: Pedetentim et sedato nisu. L. 2. Leg. c. 3: vix pede tentare id possim. conf. Broukhuf. ad Tibull. 2. 1. 77: Et pedibus pratentat iter suspensa timore. Goth. pedetemptim, vitiose. vide dicta de orthographia ad L. 1. Inst. 4. 6. (y) p. 26. Bün.

s) procedere] Edo ex Bon. Tax. Vltr. et Goth. procedere. vbi Lips. tres, Reimm. ambulare. Ven. 1472. vtraque 78. ire. Ven. 1493. 97. cum seqq. incedere. In Rost. verbum desideratur. Bün.

t) saltus insidet] Vulgatum salutis, sed MSS. saltus. Cell.

u) saltus insidet] Parrh. Iunt. Ald. Crat. Fas. Gryph. Thomaf. Gall. Spark. Walch. saluti insidet. Betuleius vitiose: salus insidet. Lips. tres, Reimm. Gymn. saltus incidet, per c, ut Reimm. incidere pro insidere cap. 10. 22. scripsit; sæpe enim C et S in MSS. confunduntur. Gallæus perperam tradit, MS. Erasmo visum legere salutis insidet, quem errorem Sparkius et Walchius propagarunt. Goth. et Erasmus cum suo MS. vetustissimo omnesque MSS. Sparkii et Cant. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Froben. 1529. Torn. 1587-1613. Cell. saltus insidet. Recte addit Erasmus, id ductum a venatoribus ex Virgilio, saltusque indagine cingunt. Heumannii quidem iudicio falsa hæc scriptura, qui sic, inquit, lego: salutis insidiat, qua ipsa phrasis reperitur in Digestis L. XLVIII. tit. 19. leg. 28. At variant libri in Digestis, nam Haloander: insidiati erunt. vid. Duker. de Ict. Vet. Latinitate p. 328. et seq. et Lactantius semper deponentialiter hoc verbo utitur. conf. Lact. L. 1. Inst. 14. II. L. 3. 29. 9-14. L. 5. 5. 5. L. 6. I. 8. c. 18. 8. Saltus vero insidere est quoque Liuii L. 32. c. 6. quos saltus insedisset rex. Bün.

x) offensacula] diminutiuum insolens ab offensa, quod actiue significat. Hæc Betuleius; at non potest insolens esse, Apuleio, Prudentio aliisque, vti Lexica docent, vstitutum. Bün.

y) la-

ter ⁊ opponit. Itaque res tuas prosperas ⁊, in quibus 9
nunc agis, suadeo, vt pro tuâ virtute aut contempnas, si potes;
aut non magnopere ^b mireris. Memento et veri parentis ^c
tui, et in qua ciuitate ^d nomen dederis ^e, et cuius ordinis fue-
ris. Intelligis profecto, quid loquar. nec enim te super- 10
biæ arguo; cuius in te ne suspicio quidem vlla ^f est: sed ea,
quæ dico, ad mentem referenda sunt, non ad corpus, cuius
omnis

y) *latenter*] Vocula Ciceronis et Ouidii. adposite Cyprianus de Vnitate Ecclesiæ ed. Oxon. et Brem. f. 104: *Plus metendus est et cauendus inimicus, quum latenter obrepit, quum per pacis imaginem fallens occultis accessibus serpit -- Ea est eius semper astutia, ea est circumueniendi hominis caeca et latebrosa fallacia. Sic ab initio -- verbis mendacibus rudes animas incauta credulitate decipit, sic dominum ipsum -- Latenter accessit. Ad rem pertinet elegans locus Paulini Nol. ex ep. 34. siue sermone de Gazophylacio ed. Paris. 1685. T. I. p. 221: *Aduersarius noster non quiescit, et in nostrum per vigil hostis interitum obsidet omnes vias nostras; egressusque et aditus omnium diligenter explorat; vniuscuiusque vestigiis indiscretus comes adfigitur, ac sepes egressibus nostris obiscit, et pedibus interserit, ut in plano quoque latentem salebram male cautus offendas -- Quod si securus in plano, neque cautus, in lubrico decidat, illico irruit, et lapsum premit -- Per cuncta igitur caue; dum infers pedem, cuncta circumspice. Ex omnibus enim partibus Zabulus imminet, sicut leo paratus ad predam -- ubique preterenti latent laquei, undique stricti horrent gladii, inter insidias et pugnas visa transigitur, et**

per ignes doloſo cineri suppositas ambulamus. Bün.

z) *res tuas prosperas*] Ex fide vetustissimi codicis reposui: *prosperas.* Nam ille magis versabatur in rebus alienis quam propriis. *Erasmus.*

a) *res - prosperas*] Goth. Lipf. Reimmann. et ante Erasimum editi: *res tuas proprias.* Edo ex vetustissimo Erasmi et quinque Sparkii MSS. et edd. Froben. 1529. Gymn. Torn. 1548-1613. Paris. 1561. Bet. Walch, Heumann. *res tuas prosperas*, vt n. 5: *omnia prospere fluere.* Sic L. 2. 1. 7. *in prosperis rebus.* L. 5. 22. 5: *qui in rebus prosperis agit.* Bün.

b) *magnopere*] Reimmann. *magno opere.* Sic sæpe alii. vide Græuium ad Sueton. Cæsarem c. I. Bün.

c) *Memento et veri parentis*] Lipf. Reimmann. *Memento tamen parentis.* Bün.

d) *in qua ciuitate*] Bon. Tax. *in quam ciuitatem.* Prius rectius. Bün.

e) *nomen dederis*] vt affectat pro Christianorum vocibus rhetorum vocabula. Ecclesiam appellat ciuitatem, et dare nomen dixit pro profiteri christianam religionem in baptismo. *Erasmus.*

f) *in te ne suspicio quidem vlla*] Reimmann. *in te suspicio quidem nulla.* Bün.

- omnis ratio ita comparata est, ut animo tamquam domino
 11 feruiat, et regatur nutu eius^b. Vas est enim quodammodo
 fictile, quo animus, id est, homo ipse verus continetur, et qui-
 dem non a Prometheo fictusⁱ (ut poetæ loquuntur,) sed a sum-
 mo illo rerum conditore ac artifice Deo; cuius diuinam pro-
 uidentiam, perfectissimamque virtutem nec sensu comprehen-
 dere, nec verbo enarrare possibile est. tentabo tamen, quo-
 niam corporis et animi facta mentio est, vtriusque rationem,
 quantum pusillitas^k intelligentiæ meæ peruidet, explicare.
- 12 Quod officium hoc de causa maxime suscipiendum puto, quod
 M. Tullius, vir ingenii singularis, iu quarto de republica li-
 bro, quum id facere tentasset^{l. m}, materiam late patentem
 angustis finibus terminauit, leuiter summa quæque decerpens.
- 13 Ac ne vlla esset excusatio, cur eum locum non fueritⁿ exse-
 cutus, ipse testatus est, nec voluntatem sibi defuisse, nec cu-
 ram. In libro enim de legibus primo^o, quum hoc idem sum-
 matim stringeret, sic ait: *Hunc locum satis, ut mihi videtur,*
in iis libris, quos legistis p. 9, expressit Scipio. Postea tamen
 in

g) ratio ita comparata] Editi omnes: ideo comparata. Scripsi ex Goth. ita comparata. Ita quoque Heumannus coniecit recte. ad rem conf. L. 2. 12. 11. 12. L. 6. 1. 7. Bün.

h) nutu eius] L. 7. 11. 7. Bün.

i) non a Prometheo fictus] Edo ex Bonon. et Taxaq. - fictus, sc. homo. Ante editi fictum, sc. vas. At vide L. 2. 10. 5-7. Bün.

k) pusillitas intelligentia] Ita plures scripti, omnesque editi; at Goth. Lipf. tert. et Reimmann. pusillanimitas intelligentia. Vbique in his uocibus libros Lactantii variare obseruauit ad L. 6. 17. 17. et ad de Ira 5. 2. Bün.

l) cum id facere tentasset] Addit vulgus editorum, nihil prorsus effecit, et, quæ uerba non leguntur in manuscriptis. Cell.

m) tentasset, materiam] Ita Goth. Lipf. Reimmann. Rost. Cell. Heumannus; ubi Venet. utraque 1478-1497. tentasset, nihil prorsus effecit materiam. Parrh. et Paris. tentasset, nihil prorsus fecit materiam. Ald. et seqq. tentasset, nihil prorsus effecit et materiam. Bon. Tax. Nam materiam, ut uideantur legisse: tentasset, nihil prorsus effecit. Nam materiam. Erasmus proscribenda censet. Bün.

n) non fueris] Lipf. 2. 3. Reimmann. non esset. Bürt.

o) in libro enim de Legibus primo] cap. 9. Cell.

p) in iis libris, quos legistis] Scipio sex libros composuit de Republica optima Cic. lib. 1. de Legib. c. 6. Cell.

q) quos legistis] Lipf. 2. et Reimmann. quos de Republica legistis. Bün.

r) ne-

in libro de natura deorum secundo hoc idem latius exsequi conatus est. Sed quoniam ne ibi quidem satis expressit; ad-14
grediar hoc munus; et sumam mihi audacter explicandum,
quod homo disertissimus pæne omisit intactum. Forfitan re-15
prehendas, quod in rebus obscuris coner aliquid disputare;
quum videas; tanta temeritate homines existisse, qui vulgo
philosophi nominantur, vt ea, quæ abstrusa prorsus atque
abdita Deus esse voluit, scrutarentur, ac naturam rerum cæ-
lestium terrenarumque conquirerent; quæ a nobis longe re-
motæ, neque oculis contrectari r. s., neque tangi manu, ne-
que

r) *neque oculis conlustrari*] Et hoc clarisf. viro Io. Clerico debemus, cum prauè *contrectari* adhuc lectum a plerisque fuisset. *Cell.*

s) *oculis contrectari*] Bon. *oculis contueri*, sensu passiuo. Io. Clericus in *Arte Crit.* part. 3. sect. 1. c. 9. tentarat: *oculis CONLVSSTRARI*, eumque Cellarius in sua editione hic expresserat. At præter Bononiensem omnes scripti editique constanter: *oculis contrectari* vel *contractari*. Sic Tacitus 3. Ann. c. 12: *corpus contrectandum oculis*. Ouidius L. 6. Metam. 479: *pracontrectatque videndo*. At Clericus proxime ante *Art. Crit.* partem III. in addendis etiam Tacitum corrigendum censet: *CONLVSSTRANDVM*, et Ouidii *pracontrectat*, habere molliorem metaphoram putat, sed nihil agit; ita Lactantius, aliique boni scriptores haud raro scripserunt. Lactantius L. 2. Instit. c. 6. n. 6: *ut aurum oculis hauriant* - - *pocula insatiabilis contemplatione contrectent*. L. 5. 21. 10: *corpus OCVLIS manuque TRACTABILE*, et L. 7. 12. 2: *COMPREHENSIBILE corpus est et OCVLIS et manu*. Sulpicius Seuerus de Vita Martini c. 23: *curiosus tamen oculis aut digitis atrectata, non aliud quam vestis videbatur*. In antiquissimis meis

membranis legitur h. l. *ATTRECTA*, sed norunt doctiores, MSS. sæpe syllabam repetendam omittere. Sic vet. cod. Iureti in Paulini Petroc. Vita Martini L. 2. v. 49: *testa*, i. e. *restata*, et v. 177: *adtesta* pro *atrestata*. Iuuenius L. 1. Hist. Euang. 319:

Corporeisque oculis lumen tractare Ierenum.

Ita elegantissimus Schulting. ad Senecæ L. 1. Controu. p. 89. iunctim legit: *Putat enim, virginem esse se, sed contrectatam oculis et osculis omnium, et oculis contrectare censet esse aliquid a vulgo summotum*. Eadem notione *contingere*. Catullus Epigr. 65. extr. de nuptiis Pelei et Thetidos:

Nec se contingi patiuntur lumine claro.

Recte Muretus: *Nec patiuntur se in aperta luce videri*. Sic Barthius ad Statii Silu. L. 5. carm. 3. 275. verba:

-- fas mihi sit patrios contingere vultus,

exponit per *videre*. conf. Heumannii Parerga Crit. p. 147. sq. et quæ ex eiusdem epistola Walchius ad Lactant. p. 982. excitat, vbi verba ex Aur. Victoris Epit. c. 5: *genitalia vultu contrectabat*, grauius flagitium

Bbbb

tium

que percipi sensibus^t possunt. et tamen de illarum omnium ratione sic disputant, ut ea, quæ adferunt^u, probata, et cognita videri velint. Quid est tandem, cur nobis inuidiosum quisquam putet, si rationem corporis nostri inspicere^x et contemplari velimus? quæ plane obscura non est, quia ex ipsis membrorum officiis et vñibus partium singularum, quanta vi prouidentia quidque factum^y sit, intelligere nobis licet.

II. Dedit enim homini artifex ille^a noster ac parens Deus sensum^b atque rationem, ut ex eo adpareret, nos ab eo esse generatos, quia ipse intelligentia, ipse sensus ac ratio est. Ce-

tium (si Dionem et Suetonium conseras,) denotare, dixi in ceteris ad h. l. in Miscell. Lips. T. 3. pag. 164. In Panegyricis a Cellario editis Paneg. Nono c. 14. 2: CONTAGIVM VISVS effugere dicitur. Valer. Max. L. 4. c. 3. ext. 1; Pratori non solum manus a pecunia lucro, sed etiam oculos a libidinoso adpectu CONTINENTES esse debere. Ambrosius L. 1. Offic. c. extremo, nec solum animum, sed etiam OCVLOS CONTINENTES habere. Sic in plurimis Græcis Macarius Homil. XIII. Sect. 6. ext. καὶ ἔτε ἡ σκοτεινὴ γῆ τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς σώματος ὁραθῆναι, ἢ ΨΗΛΑΦΘΗΝΑΙ δύναται, ἔτε ἡ γῆ τῆς Θεότητος ἢ Φοτεινὴ ΨΗΛΑΦΑΤΑΙ ἢ ὁραταὶ τοῖς σαρκικῶς ΟΦΘΑΛΜΟΙΣ, Integer textus de oculis tantum agit. Philo de iudice f. m. 719: διότι ΟΦΘΑΛΜΟΙ ΜὲΝ ἐν ἕνυχάινεσι τοῖς γινόμενοις ΕΦΑΠΤΟΜΕΝΟΙ τρόπον τινὰ τῶν πραγμάτων. Bün.

t) percipi sensibus] Bon. Taxaq.

Pen. percipi sensu, i. e. ingenio, ratione, ut c. 2. 1. L. 1. Instit. 3. 15. L. 2. 5. 15. L. 3. 19. 20. L. 4. 4. 3. Bün.

u) quæ adferunt] Bon. Tax. Emm. Cant. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Cell. qua adferunt, hos sequor. vñ Ven. 1493-1515. Crat. Froben. et recentiores - - Walch. Heumann. asserunt. Bün.

x) inspicere] Bon. Tax. dispicere. Bün.

y) quidque factum] Vulgatum, quisque factus; Emman. et Goth. quidquid factum: lego quidque factum sit. Cell.

z) quidque factum sit] Reimman. quidque factus sit. vitiose. At Bonon. Tax. Pen. Ultr. Cauc. Emm. Goth. et ex editis Betul. et Cellar. quidque factum sit. Heumannus contendit legendum: quæque (pars) facta sit. Bün.

a) artifex ille] Szpe ille eleganter additur, ut c. 1. n. 11. et n. 7: a summo illo - artifice Deo. L. 6. Instit. 23. 4: aduersarius ille noster. Bün.

b) sensum] i. e. mentem, intellectum. vid. not. ad c. 1. 15: percipi sensu. conf. L. 6. 2. 8. Apuleius L. XI. Met. p. 279: ac dum religiosum scrupulum apud sensum mentem dispuo. Bün.

c) ratio-

Ceteris animantibus quoniam rationalem istam vim ^c ^d non attribuit; quemadmodum tamen vita earum tutior esset, ante prouidit. omnes enim suis ex se pellibus ^e ^f ^g textit, quo facilius possent vim pruinarum ac frigora sustinere^h. Singulis autem generibus ad propulsandos impetus externos sua propria munimentaⁱ constituit; ut aut naturalibus telis repugnent fortioribus; aut, quæ sunt imbecilliora, subtrahant se periculis pernecitate fugiendi; aut quæ simul et viribus et celeritate indigent, astu se protegant, aut latibulis sepiant.

Ita-

c) *rationalem istam vim*] Vetus codex habet: *uiam* ego legendum censeo *VIM*, ut intelligas potentiam intellectiuam vni homini datam. Et mox sequitur *uizam*, Erasmus.

d) *rationalem vim*] Lipf. l. 3. Reimmann. *rationabilem uizam*, ut c. 3. n. 12: *irrationabilem firmitatem*, et Epit. c. 25. fin. *irrationabilia, rationabiles*. Etiam MS. Cauci: *VIM*, quem et Erasmus cum Gymn. Torn. Betul. Paris. Gall. Spark. Walch. Heum. sequor. Bün.

e) *ex suis pellibus textit*] Ex MSS. Angl. est. *Cell*.

f) *suis ex se pilis*] Quidam habebant *pellibus* pro *pilis* -- Deinde non omne animal tectum est pilis, aut etiam pellibus. Quædam enim muniuntur testa - quædam concha, quædam corio, alia squamis, alia pennis, alia fetis, alia spinis, alia aculeis, alia villis, alia crustis, alia laminis etc. *Erasmus*.

g) *suis ex se pellibus*] Bon. Cauc. *Erasm.* MSS. et Frob. 1529. *Gymn.* Gall. et Spark. in textu: *suis ex se pilis*. Cellarius ex Anglicanis putauit se rectius edere: *ex suis pellibus*, quod Walchius impugnat legens: *suis pellibus textit*. Certe varia lectio in marg. ed. Cantabr. p. 458. haud accurata est, melius eadem in addendis: ex *Emman. suis pellibus*

textit exhibuit. Heumannus tentat: *exuuii et pellibus*. MSS. quinque Sparkii, Goth. tres Lipf. Reimmann. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Torn. Betul. Thomas. *Isæus: suis ex se pellibus*. Voculæ: *EX SE*, a doctis non debuissent hic sollicitari magis, quam sect. 8: *ea, quibus ex se armantur*. Quas uero hic *pelles* dicit, n. 8. uocat *naturalem corporis uestem*. Phrasis firmatur ex c. 7. 2: *uisera - superiecta PELLE CONTEXTIT*, quam *uel sola pulcritudine decorauit, uel seris adoperuit, uel squamis muniuit, uel plumis insignibus adornauit*. Vnde uides, Erasmus aliosque cum secutos sine causa hic esse argutos. Bün.

h) *frigora sustinere*] Bon. Tax. Pen. Ultr. Goth. *frigorum*, ut ad *vim* referatur. Lipf. Reimmann. et editi: *frigora sustinere*. Columell. L. 3. 2. 26: *quod frigora sustinet*. Bün.

i) *sua propria munimenta*] Huc pertinet Minuc. Fel. c. 17: *Quid animantium loquar aduersus se tutelam multiformem? alias armatas cornibus, alias dentibus, aptas, et fundatas (noster: subsultas) unguis, et spicatas aculeis, aut pedum celeritate liberas, aut elatione pinnarum?* Bün.

Bbbb a

k) in

- 4 Itaque alia eorum vel plumis leuibus in sublime suspensa^k sunt, vel suffulta vngulis, vel instructa cornibus: quibusdam in ore arma sunt dentes^l, aut in pedibus adunci vngues;
- 5 nullique munimentum ad tutelam sui^m deest. Si qua vero in prædamⁿ maioribus cedunt; ne tamen stirps eorum funditus interiret, aut in eam sunt relegata regionem^o, vbi maiora esse non possunt; aut acceperunt vberem generandi fecunditatem^p, vt et bestiis, quæ sanguine aluntur, victus suppeteret ex illis; et illatam tamen cladem, ad conseruationem
- 6 generis, multitudo ipsa superaret. Hominem autem, ratione concessa, et virtute sentiendi atque eloquendi data, eorum, quæ ceteris animantibus attributa sunt, fecit expertem; quia sapientia reddere poterat, quæ illi naturæ conditio denegasset: statuit^q nudum et inermem; quia et ingenio poterat armari, et ratione vestiri. Ea vero ipsa, quæ mutis
- 7 data, et homini denegata sunt, quam nobilitate homini^r ad

k) in sublime suspensa] L. 2. Inst. 9. 2: calum - in sublime suspendit. Bün.

l) arma sunt dentes] Apul. L. 8. Metam. p. 313: bestia armata dente vel cornu. Bün.

m) ad tutelam sui] Lipf. 2. 3. Reimmann. ad custodiam sui. ex glossa. Bün.

n) in prædam - cedunt] L. 2. 4. 5. Bün.

o) in eam sunt relegata regionem] Erasmus in ed. Frob. 1529. Gymn. Torn. Betul. Paris. 1561: in eam relegata sunt regionem. Rost. vitiose; religata. Goth. Lipf. Reimmann. et ab 1465-1524. Thomasius et seqq. in ea relegata sunt regione. Relegare valet amandare, ablegare; segregare. Sæpius cum datiuo iungitur. sic ex Virgilio Lact. 1. 17. 15. 16:

- - Secretis abna recondit
Sedibus, et nymphæ Egeria
nemoriquæ delegat etc.

Cicero L. 2. Tusc. 10: Non saua gens

terris relegata ultimis. In Epit. c. 9. n. 3. dixit noster, cur Hippolytum vel ad secretas sedes vel ad mulierem relegauit? vt edidi in genuino fragmento ad L. 7. c. 5. post num. 27: relegatus est (homo) in hunc communem orbem. Bün.

p) generandi fecunditatem] Lipf. tert. Ven. 1471. vtraque 78. generandi facultatem. Reimm. generandi facultatem vel fecunditatem. Melius Goth. Lipf. 2. Rost. Ven. 1493. 97. etc. generandi fecunditatem. Bün.

q) statuit] Forte, vt etiam Heumannus vult: et statuit legendum, vltima syllaba in præcedenti denegasset copulam et absorbit. Statuit hic est quod constituit. c. 8. n. 2: hunc ad celi contemplationem rigidum erexit, bipedemque constituit. de hoc statu recto plura in locis a me ad L. 2. 1. 14. citatis. Bün.

r) homini - faciant] Bon. Tax. in hominib; idque præfert Heumannus. Goth. Lipf. Reimm. omnesque editi:

ad pulchritudinem faciant, exprimi non potest. nam si homini ferinos dentes, aut cornua, aut ungues, aut unguilas, aut caudam, aut varii coloris pilos addidisset; quis non sentiat, quam turpe animal esset futurum, sicut muta, si nuda, et inermia fingerentur? Quibus si detrahas vel naturalem sui corporis vestem, vel ea, quibus ex se armantur; nec speciosa poterunt esse, nec tuta; ut mirabiliter, si utilitatem cogites, instructa; si speciem, ornata videantur. adeo miro modo consentit utilitas cum decore. Hominem vero, quem æternum animal atque immortale fingebat, non forinsecus, ut cetera, sed interius armavit; nec munimentum eius in corpore, sed in animo posuit; quoniam supervacuum fuit, quum illi, quod erat maximum, tribuisset, corporalibus eum tegere munimentis; quum præsertim pulchritudinem humani corporis impedirent. Unde ego philosophorum, qui Epicurum sequuntur, amentiam soleo mirari, qui naturæ opera reprehendunt, ut ostendant, nulla providentia instructum esse ac regi mundum; sed originem rerum infecabilibus ac solidis corporibus adsignant, quorum fortuitis concursibus uniuersa nascantur et nata sint.

Præ-

ti: homini. Lips. tert. et Reimm. hoc ordine: quam mirabiliter faciant homini ad pulchritudinem. Pro facere aliquoties valere eadem vi c. 3. 14: ratio tantum valet ad-ornandum hominem. c. 7. 9: Quum-hominis nuditas mire ad pulchritudinem valeat. Büin.

s) sentiat] Plures editi: sentit, idque præfert Heumannus, Bon. Tax. Pen. Lips. alter, Gothan. Reimm. Emm. Cant. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Erasmus in Froben. 1529. Gymn. sentiat. Ven. 1493. 97. sentier. Büin.

t) sicut muta] sc. turpia animalia essent. Büin.

u) quem æternum] Plures quidem scripti, Rost. et recentiores editi: quoniam, sed ne illud in vna sectione repetatur; edo ex Venet. 1472. vtraque 78. Pier. Parrh. Paris. Iunt.

Ald. Frob. Crat. Gymn. Heun. quem æternum. Büin.

x) impedirent] Reimm. impedisset. rectius. Lips. 2. impedisent. Büin.

y) reprehendunt] Lips. 2. 3. Reimm. reprehenderunt. Büin.

z) nulla providentia instructum] Lips. 2. et Reimm. structum. Eadem h. l. vis compositi, quod Goth. Lips. tert. et omnes editi præstant. Exempla congesi ad L. 2. Inst. 8. 50. (d) p. 229: mundum providentia instructum. Büin.

a) infecabilibus ac solidis corporibus] atomis. Cell.

b) concursibus] Lips. tert. Reimm. concursibus. Iterum c. 4. n. 13. concursiones fortuitas et alibi dixit. Büin.

c) nascantur et nata sint] Sic edo ex Goth. Lips. tert. Rost. Ven. 1472.

Bbbb 3 vtra-

11 Prætereo^d, quæ ad ipsum mundum pertinentia^e vitio dant, in quo ridicule infaniunt: id sumo; quod ad rem, de qua nunc agimus, pertinet.

1 III. Queruntur, hominem nimis imbecillum et fragilem nasci, quam^{a, b} cetera animalia nascuntur; quæ ut sunt edita ex vtero, protinus^c in pedes suos erigi et gestire discursibus, statim-

vtraque 78. Erasim. ed. Froben. 1529. Gymn. Betul. Heum. ubi alii: *nascuntur-nata sunt*. Bün.

d) Prætereo] Reimm. et ab anno 1465-1510. editi: *Præteera*, perperam. Primum ex meis editis Paris. 1513. PRAETEREO. Porro Erasmus in Froben. 1529. Gymn. Betul. et tum demum Thomafius et sqq. Facile ex verbis *id sumo* potuissent *prætereo* emendare. Thomas. in marg. ex Bononiensi, Isæus ex Bon. et Tax. in notis, Gallæus ex Vltr. confirmat. Bün.

e) *quæ ad ipsum mundum pertinensia*] Postremam vocem *pertinentia*, in editis primam Erasmus reddidit in Froben. 1529. tum Gymn. Torn. 1548. Betul. Paris. 1561. et porro Thomafius ex duobus Bonon. quibus Isæus MS. Taxaq. et Gallæus MS. Vltr. addit. Bün.

a) *nimis imbecillum-quam*] Hanc locutionis formam nescio, an apud ullum auctorem reperias. Licet *nimis quam* inueniamus pro *valde*. Neque enim est hic comparatiuum nomen. *Aequè quam* pro *aque atque* legimus. Hic *nimis quam* usurpauit pro *præ*, ut, *nimis imbecillum præ ceteris animantibus*. Mox iterum noue usurpauit hanc vocem: *statim quam pro simulatque*. Erasmus.

b) *nimis imbecillum-nasci, quam*] Sparkius quoque hanc loquendi formam vocat inusitatam. Reiherus quidem in suo Theatro Plauti *nimis*

quam cupio exponit *plus quam cupio*, sed significat potius *valde, admodum*. Plura etiam de formula *nimis quam* Gronouius ad Gell. L. 5. c. 14. p. 528. et Burmann. ad Quintil. L. 4. Inst. 2. p. 336. et Falsterus in Suppl. L. L. p. 230. Sed ea omnia nostrum locum non expediunt. Quia tamen constanter omnes scripti, in his Guelf. Goth. Lipsf. Witteb. Reimm. omnesque editi ita legunt, puto esse hic ellipsin, et *magis* subaudiendum pro more Lactantii: *Queruntur hominem nimis imbecillum et fragilem nasci, MAGIS quam cetera nascuntur*. Sic MSS. Bon. Tax. Pen. Goth. Lipsf. 3. Reimm. c. 19. 10: *Qui si delicatus ac tener in hac vita fuerit, quam ratio eius exposcit*. Adde, quæ de subintellectis particulis *potius, magis* obseruauit ad L. 1. Inst. 3. 7-11. et ad L. 3. 29. 10. Præteera solet noster singularis esse in vtu particulæ *nimis*, ita insolenter cum comparatiuo dixit de Opif. c. 9. 2: *si aliquid nimis propius admoens*. Heumannus credit, Lactant. scripsisse: *nimio magis imbecillum*. Terminationum trium adiectiuum *imbecillum* hic quoque agnouit et illustrauit Cortius ad Sall. lug. 1. 1. p. 405. Bün.

c) *ut sunt edita-protinus*] Eleganter *ut-protinus*, sicut in Cicero- ne, Cæsare et Liuiò: *ut-statim; ut-confestim; ut-continuo; ut-extemplo; ut-subito*. vid. Turf. de Part. ed. 2. Schwartz, p. 1099. sq. Bün.

d) *sta-*

statimque aeri tolerando idonea esse, quod^d in lucem natura-
libus^s indumentis munita processerint; hominem contra, nu-
dum et inermem, tamquam ex naufragio, in huius vitæ mi-
serias proiici et expelli; qui neque mouere se loco, vbi
sus est^e, possit; nec alimentum lactis adpetere, nec iniu-
riam temporis^f ferre. Itaque naturam non matrem esse
humani generis, sed nouercam^g: quæ cum mutis tam libe-
raliter se gesserit^h; hominem vero sic effuderit, vt inops et
infr-

d) *statim-idonea esse, quod*] Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Frob. et Gymn. *statim-idonea esse quam. Iterum noue*, inquit Erasmus, *vsurpauit hanc vocem statim quam pro simul atque. Non adspernarer quam Erasmo noue vsurpatam dictam voculam, memor nostrum. dixisse L. 7. Inst. 5. 21: non statim, quam natus est, vbi plura eius generis collegi, nisi hic rector esset particula causalis QVOD; habent enim Goth. Lips. Reimm. Paris. 1513. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomasius et hos secuti: statim-idonea esse, quod-processerint. Bün.*

e) *vbi effusus est*] Partus eleganter dicitur fundi, effundi. L. 3. Inst. 19. 23: locus, in quo quisque est effusus ex utero. Arnobius L. 2. p. 54: ex aluis fundimur atque emittimur matrum. Plura Grang. ad Iuuenal. 5. Sat. 142:

Sed tua nunc Mycale pariat licet, et pueros tres

In gremium patris fundat simul.

et Gronou. ad Phzdr. L. 3. fab. 15: *effundit sarcinam. Bün.*

f) *iniuriam temporis*] Columella L. 3. c. 16. 1: *aeris repugnat iniuria*, et L. 9. 1. 3: *iniuria pruina. Bün.*

g) *naturam-nouercam*] Naturam homini non esse nouercam, erudita præfatione Iac. Thomasius contra

Plinium docuit, quæ est in Collect. eius præfationum prima. conf. Senec. L. 2. Benef. c. 29. integrum. Bün.

h) *qua cum mutis tam liberaliter gesserit*] Reimm. *qua cum mutis tam liberalis gesserit. Mert. C. C. Goth. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Erasim. Frobeniana 1529. Gymn. qua cum mutis tam liberaliter gesserit, sine pronomine se. Gesserit, i. e. egerit. Sæpe hoc tempore gerere pro agere occurrit in scriptoribus. Singularis pro more hic est Betuleius, qui legit: *qua cum mutis tam liberaliter se egerit. Laudarem, si pronomen SE eiecisset, ita enim noster h. c. num. 10: male cum volucris egisse naturam. Grævio iudice ad Suetonii Claudium c. 29: non principem se, sed ministrum agit, p. 809. agere se principem, se ministrum latinis auribus est insolens et inauditum; nondum scio, quid Cel. Burmannus in sua editione de Suetonii loco censuerit; apud Iul. Capitolinum tamen in M. Antonino Philosoph. c. 26. lebo: Apud Aegyptios ciuem se egit et Philosophum. Heumannus sic tentat: cum in muta se tam liberaliter gesserit. Ciceronis est se gerere aduersus aliquem hoc vel illo modo, sanctissime, turpissime, perditæ etc. Insolenter vero dicum videtur (nisi legas qua quum mutis dandi casu), se gerere cum ali-**

infirmus et omni auxilio indigens, nihil aliud possit, quam fragilitatis suæ conditionem ploratu ac fletibus ominari ^{i. k.}, scilicet,

Cui tantum in vita ^l restet transire malorum.

- 3 Quæ quum dicunt, vehementer sapere creduntur, propterea quod vnusquisque inconsiderate suæ conditioni ingratus ^m est: ego vero illos numquam magis desipere ⁿ contendo, quam quum hæc loquuntur. Considerans enim conditionem rerum, intelligo nihil fieri aliter debuisse ^{o. p.}; vt non dicam ^{q.}, potuisse, quia Deus potest omnia; sed necesse est,

vt

quo, pro aduersus aliquem. Ita tamen Parrhaf. Ald. Crat. Fasit. Gryph. Torn. Thomafius, Isæus, Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. *qua cum mutis tam liberaliter se gesserit. Sine casu Seneca de Breuit. Vit. c. 2: Quid de verum natura querimus? illa benigne se gessit. et L. 1. Benef. c. 4: parum se græte gerere. Eutrop. 7.13.3: Rome se in imperio moderatissime gessit etc. Prætulit alteram scripturam sine pronomine SE. Bün.*

i) ac fletibus ominari] Deleui pronomen *iuis*, quod respuunt MSS. Cell.

k) fletibus ominari] Thomafius, Isæus, Gall. Spark. *fletibus suis ominari. Reimm. vitiose fletibus nominari. Goth. Lips. Angl. et ab 1465-1566. Cell. Walch. Heum. fletibus ominari. Retulit illud, inquit Erasim. ex præfatione Pliniana in libr. VII. et a supplicii vitam auspicatur. Bün.*

l) Cui tantum in vita restet] Versus Lucretii lib. 5. n. 228. Cell.

m) sua conditioni ingratus] Veteres Latini iungunt cum præpositione: *gratus, ingratus in, aduersus aliquem.* et sic Laët. L. 4. 11. 11: *ingratus in Deum populus.* At scriptores sacri et huius temporis sæpe cum dandi casu. Laët. L. 4. 3. 3: *cælestibus beneficiis ingratus.* Augustinus L. 1. Ciu. D. e. 1: *manifestis benefi-*

ciis redemptoris ingrati sunt. Sulpicius Seu. L. 1. Hist. c. 20: *tot tantisque beneficiis Dei ingratus.* Ael. Spartianus in Did. Iuliano c. 6: *ingratus tanto beneficio.* Heumanus reformat: *unicuique inconsiderato sua conditio ingrata est.* Nulla vola, nullum vestigium huius variationis in libris est. Bün.

n) magis desipere] Reimm. *magis decipere.* sæpe C et S in MSS. confunduntur. Pro *magis* Bon. et Cauc. *tam.* Opponuntur hæc prioribus n. 3. *vehementer sapere.* Bün.

o) nihil fieri aliter debuisse] Quod addunt vulgo, *quam factum est*, non habetur in MSS. Cell.

p) nihil fieri aliter debuisse. *vt*] Ald. Crat. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Isæus, Gall. Spark. plinius: *nihil fieri aliter debuisse, quam factum est, vt.* Sed absunt ab Vlter. Goth. Lips. Reimmann. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Erasmi Froben. Gymn. Cell. Non sunt tamen absõna, et ex silentio Thomafii, Isæi, ed. Cantabr. et Sparkii suspicor, in Bon. et Angl. MSS. illa verba legi. In Reimmann. *nihil fieri aliud debuisse.* Bün.

q) *vt non dicam*] L. 3. Inst. 13. 9: *vt non dicam stultus - certe arrogans.* Bün.

r) *sed*

vt illa prouidentissima ^{r.} maiestas id effecerit, quod erat melius et rectius. Libet igitur interrogare istos diuinorum operum reprehensores, quid in homine deesse, quia imbecillior nascitur ^{t.}, credant; num iccirco minus educeantur homines; num minus ad summum robur ætatis prouehantur; num imbecillitas aut incrementum impediatur, aut salutem: quoniam quæ desunt, ratio dependit ^{*. x. y.} At hominis, in- 6
 quiunt, educatio maximis laboribus constat, pecudum scilicet ^z conditio melior, quod hæc omnes, cum fetum ediderint ^a, non nisi partus sui curam gerunt. ex quo efficitur ^b,
 vt,

r) *sed necesse est, illa prouidentissima*] Ellipsis Goth. et Emman. codicibus comprobata: quod cum non caperent qui exscribebant, quod inferuerunt, cum *vt* subaudiendum sit. Cell.

s) *necesse est, vt illa prouidentissima*] Cauc. Lips. tres, Reimm. et ab 1465-1524. editi, item Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Thyf. Gall. Spark. *necesse est*, quod. Perperam et contra indolem latinam, nam post necesse est, vt sequi, certe subaudiri debet. Subaudiunt Mert. C. C. C. Goth. Emman. Erasmus in Froben. 1529. et Gymn. 1539. Cell. Walch. Heumann. legentes: *necesse est, illa*. Antiquiores codd. Bon. Tax. Pen. et Iseus legunt: *necesse est*, vt, quos expressi, vtraque posterior lectio est elegans, vt exemplis ex Lactantio ostendi ad L. 3. Inst. 12. 7. (i) p. 326: *necesse est, vt- pariat*. Bün.

t) *quid- deesse- nascitur, credant*] Bonon. *quid in homine deeset, quia imbecillior nasci credatur*. Bün.

u) *ratio dependit*] Hoc veteres libri: sequiores prauè *deprehendit*. Sensus est, *rependit, compensat*. Cell.

x) *ratio dependit*] Vetustus co-

dex habebat: *dependit*. Vtraque lectio tolerabilis: *deprehendit* pro *intelligit* seu *animaduertit*, et *dependit* pro *compensat*. Erasmus.

y) *ratio dependit*] Ven. 1471. 72. vtraque 78. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Thomas. Iseus, Gall. Spark. *deprehendit*. Betuleius, vt videtur, ex ingenio: *compensat*. Vetustus codex Erasmi, antiquus codex Colomesii, MSS. Ball. Emm. Cant. Goth. Lips. Reimm. Rost. Ven. 1493. 97. Pier. Frob. 1529. Gymn. 1539. Cell. *ratio dependit*. Walch. verba: *quoniam qua desunt, ratio dependit*, sunt glossema. Heumannus scribit: *rependit*, et inde putat factum: *deprehendit*. Sensus certe est: *rependit, repensat*, de quo plura ad L. 7. Inst. 1. 25: *Deo repensante, pro quo compensante subornarant*. Bün.

z) *scilicet*] ironice. Bon. Tax. *Pecudum scilicet atque armentorum*. Bodl. *pecudum scilicet armentorumque*. Bün.

a) *fetum ediderint*] vt n. 9. Lips. tert. Reimm. *fetum emiserint*. Arnob. L. 2. p. 54: *ex aliis fundimur atque emittimur matrum*. Bün.

b) *ex quo efficitur, vt*] Ira 4. 13: *quo efficitur, vt*. Bün.

vt, vberibus sua sponte distentis ^c, alimentum lactis fetibus ministraretur, et id, cogente natura, sine sollicitudine ^{d. e} adperant. Quid aues? quarum ratio diuersa est; nonne maximos suscipiunt in educando labores? vt interdum aliquid humanæ intelligentiæ habere videantur. nidos enim aut luto ædificant, aut virgultis et frondibus ^f construunt ^g; etiam ciborum expertes incubant ouis; et quoniam fetus de suis corporibus alere datum non est ^h, cibos cõuehunt, et totos dies in huiusmodi discursatione ⁱ consumunt; noctibus vero defendunt, fouent, protegunt. Quid amplius facere homines possunt? nisi hoc solum fortasse, quod non expellunt adultos, sed perpetua necessitudine, ac vinculo caritatis adiunctos habent. Quid? quod auium ferus multo fragilior est, quam hominis, quia non materno corpore ^{k. l} ipsum animal

c) *vberibus distentis*] ex Virgilio. Laët. 7. 24. 11. *distenta vbera*. Ouid. L. 13. Metam. 826: *vt vix sustineant distentum cruribus vber*. Bün.

d) *sine sollicitudine*] Interponunt vulgo *matrum*, quod glossema est, quia MSS. nihil interiectum habent. Cell.

e) *sine sollicitudine adperant*] Ita Goth. Lips. Reimm. et quinque MSS. Sparkii, atque ab 1465 - 1513. excusi. Erasmus: *sine sollicitudine matrum* legit, et *matrum*, inquit, *adiocimus ex fide votusti codicis*. Iam ante Erasinum adiecerant Aldus et Cratander; quos secuti Gymn. Fasit. Gryph. Torr. Ret. Thomas. Ifæus, Gall. Spark. Eiecit denuo Cellarius, nec reuocandam puto vocem. Cicero L. 2. N. D. c. 51: *in iis animalibus, qua lacte aluntur, omnis forte cibum matrum lactescere incipit: eaque, qua panno ante nata sunt, sine magistro, duce natura, mammas adperunt eorumque vbertate saturantur*. Bün.

f) *et frondibus*] Bon. Tax. *aut e frondibus*. Bün.

g) *nidos - construunt*] Hinc rectivs in Cicerone L. 2. N. D. c. 52: *cubilia sibi nidosque construunt, quam ed. vet. constituumt*. Bün.

h) *datum - est*] vid. not. ad L. 2. Inst. 1. 17. *nobis - datum est*. Bün.

i) *in - discursatione*] Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Ald. Crat. Fasit. Gryph. Thomas. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. *in - discursione*. Bodl. C. C. C. Emman. Cant. Goth. Lips. tres, Reimman. Sublac. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. Erasini Froben. Gymn. Torn. Betul. Cell. Walch. Heuman. *discursatione*, vt n. 20: *auium per aerem libera discursatio*. Seneca de Breu. Vit. c. 3: *officiosa per urbem discursatio*. Bün.

k) *quia non materno corpore ipsum animal*] MSS. et vet. ed. *materno corpore*, ex vulgatis extrusa verba, seruant, quamuis protinus eadem casu mutato repetantur. Cell.

l) *materno corpore*] Hæc proscribunt Bon. Cauc. Frob. Gymn. Thomas. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. Heumannus; in Ven. 1471. et Rost. *matrimonio corpore*. At Goth.

mal edunt; sed id, quod ^m materni corporis foru et calore tepefactum ⁿ, animal efficiat, quod tamen, quum spiritu fuerit animatum ^e, (id vero implume ac tenerum ^p) non modo volandi, sed ambulandi quoque vsu caret. Non ergo ^r ^r ¹⁰ ineptissimus sit, si quis putet male cum volucris egisse naturam ^s, primum quod bis nascuntur; deinde, quod tam infirmæ, vt sint quæsitis per laborem cibus a parentibus nutriendæ? Sed illi fortiora eligunt, imbecilliora prætereunt.

Quæ-

Goth. Lipf. Reimm. Emman. Cant. Subl. Ven. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Cell. agnoscunt. Bün.

n) sed id, quod] Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Crat. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. et seqq. sed quod. Plenius Anglicani septem, Goth. Lipf. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. Erasmi. Frob. 1529. Gymn. sed id, quod. Heumannus ex id quod effingit: ouum. At amant auctores neutrum in talibus. Columella L. 3. 2. 14. de vitium fetu: quippe et id, quod ediderunt, optime tueantur. Cicero pro Cluentio c. 11: Quod erat -- conceptum. c. 12: Quod conceperat, seruares. Apuleius Metam. 10. pag. 249: vt si sexus sequioris edidisset fetum, proinus quod esset editum, necaretur. Bün.

n) foru et calore tepefactum] Plures libri fetu, (factu) perperam; rectius Goth. Erasmius in Froben. Gymn. Torn. Betul. Isæus, Gall. Sparkius, Cell. etc. foru. adparet ex vocibus: calore tepefactum. L. 1. 12. 7: cuius (caloris) foru concipiuntur omnia. L. 2. 9. 22: materia corporis in humore est, anima in calore. quod ex auium fetibus datur scire, quos crassus humoris plenos nisi opifex calor fouerit, nec humer potest corporari, nec corpus animari. Bün.

o) quod tamen, quum spiritu fue-

rit animatum] Lipf. 2. quod tamen, quum spiritu faciat animatum. Lipf. tert. et Ven. 1471: quod tamen eo spiritu faciat animatum. Quum hic valet esse, licet: quod, etsi spiritu fuerit animatum, tamen, quam diu implume ac tenerum est, volandi ambulandi vsu caret. Bün.

p) id vero implume ac tenerum] Reimm. Id vere implume ac tenerum. Heumannus hæc pro glossemate habet, Erasmus in Frob. 1529. parentesi ea non incommode inclusit ad sensum iuuandum. Bün.

q) Non ergo ineptissimus] MSS. et Rom. non: editi recentiores num. Cell.

r) Non ergo] Ven. 1493. 97-1515. Crat. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Isæus, Gall. Spark. perperam: Num. ergo. At Goth. Lipf. Reimm. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. 1513. Erasmi Frob. 1529. et Gymn. 1539. Cell. Walch. Heum. Non ergo. Rectissime. Non pro Nonne; plura ad Epitome. Taurin. c. 136. 8: Non satius fuerat. Bün.

s) male cum volucris egisse naturam] Reimman. pro volucris in textu; at rectius in marg. cum volucris. vid. not. n. 2. cum mutis etc. L. 6. Inst. 12. 34: Qua tecum bene agent. Epit. 53. 8: te male secum arbitretur egisse. Seneca ad Marcianum c. 22: scies optime cum his agi. Columella 1. 7. 1: comiser ager cum colonis. Bün.

t) Deus

- 11 Quæro igitur ab iis, qui conditionem pecudum suæ præferunt, quid eligant, si Deus iis ^t deferat optionem *; utrum malint, humanamne * sapientiam cum imbecillitate, an pecudum firmitatem cum illarum natura ^y *? Quid optant?
- 12 quid eligunt? Scilicet ^a non tam pecudes sunt, ut non malint vel fragiliorem multo, quam nunc est, dummodo humanam; quam illam irrationabilem firmitatem. sed videlicet prudentes viri neque hominis rationem volunt cum fragilitate, neque mutorum firmitatem sine ratione. At nihil ^b ^c est

t) *Deus iis*] MSS. *hijs i. e. iis* ut paulo ante: *ab iis.* Büñ.

u) *optionem*] Lips. tert. et Reimman. *electionem*, ex glossa licet Senecæ sit epist. 92: *Si detur electio* Ven. prima 1478. prave: *opinionem.* Goth. Lips. 2. Rost. Ven. altera 1478 - 1515. etc. *optionem*: recte Lact. L. 1. Inst. 17. 12: *eique Iuppiter optionem deditet præmii, quod vellet postulandi.* Büñ.

x) *utrum malint, humanamne-an*] Goth. *utrum malint humanam sapientiam.* Cauc. Vlter. Lips. 2. Reimm. et ab 1465 - 1566. Cell. Walch. *utrum malint humanam sapientiam-an.* At antiquissimus Bonon. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. *utrum malint, humanamne sapientiam, an.* Sed Walchius, *quid, inquit, est: ne præcessit iam: utrum, cui respondet: an.* Immemor fuit hic Walchius loci Terentiani Eunuch. 4. 4. 54: *utrum sciamne, ane prædicem?* ubi Donatus Tertium *πλερέλιον*: *abundant enim aut utrum, aut ne: aut certe hoc fit, ut sit figura τμήσις.* Sic Ambrosius L. 3. Off. c. 5: *utrum sapiens, etiamsi isto utatur annulo, nobilissime peccare.* Büñ.

y) *cum illarum natura. Sed non tam*] MSS. sequor, abiectis spuriiis, *quid optant, quid eligunt, et Sed non tam,*

non scilicet non, ut vulgo legitur. Cell.

z) *Quid optant? quid eligunt?*] Vlter. Cauc. Goth. Lips. Reimman. et ab anno 1465 - 1566. verba: *Quid optant? quid eligunt?* non habent, et proscribunt Cell. Walch. Heumannus. Adoptarunt vero ea ex Bononiensi antiquissimo Thomasio, Isæus, Thyf. Gall. Sparkius, et recte ni fallor. Reconditus enim significatus verbi OPTANT, qui per ELLIGUNT exponitur, non mihi videtur a glosatore fluxisse. Cicero in Bruto c. 50: *Quando dubium fuisset apud patres nostros, eligendi cui patroni daretur optio, quin aut Antonium optaret, aut Crassum?* Büñ.

a) *Scilicet non tam pecudes*] Cellarius ex Lips. ediderat: *Sed non tam.* Bon. Angl. Goth. et ultra duo sæcula editi ab a. 1465 - 1685. non refragantibus Walchio et Heumanno: *Scilicet non tam pecudes.* Restitui *scilicet* eo facilius, ne illud sed n. 10 - 13. quater repeteretur. Büñ.

b) *quod nihil est tam repugnans*] MSS. *quod*, etiam editi antiquiores: vulgati alii *quare.* Cell.

c) *At nihil est tam-contrarium, quod unumquodque animæ*] Aldus, Crat. Fasit. Gryph. Torn. Bernl. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. ediderant: *quare nihil-contrarium, quod unumquodque.* Walchius alii, inquit, *quod, rectius forsan:* qua

est tam repugnans tamque contrarium, quod vnumquodque^d 13
 animal aut ratio instruat necesse est, aut conditio naturæ.
 Si naturalibus munimentis instruat, superuacua ratio est.
 quid enim excogitabit? quid faciet? aut quid molietur? aut
 in quo lumen illud ingenii ostendet, quum ea, quæ posunt
 esse rationis, vltro natura concedat? Si autem ratione sit¹⁴
 præditum; quid opus erit sepimentis corporis? quum semel
 concessa ratio naturæ munus possit implere, quæ quidem tan-
 tum valet ad ornandum tuendumque hominem; vt nihil po-
 tuerit maius aut melius^e a Deo dari. Denique quum et corpo-¹⁵
 ris non magni homo, et exiguarum virium^f, et valetudinis
 fit infirmæ; tamen; quoniam id, quod est maius, accepit, et
 instructior est ceteris animalibus et ornator. Nam quum¹⁶
 fragilis imbecillisque^g nascatur; tamen et a mutis omnibus
 tutus est; et ea omnia, quæ firmiora nascuntur, etiam si vim
 cæli^h fortiter patiuntur, ab homine tamen tuta esse non pos-
 sunt. Ita fit, vt plus homini conferat ratio, quam natu-¹⁷
 ra mutis; quoniam in illis nec magnitudo virium, neque fir-
 mitas corporis efficere potest, quo minus aut opprimantur a
 nobis, aut nostræ subiecta sint potestati. Potestne igitur¹⁸
 ali-

quod. Certe Erasmus edidit in Frob.
 1529. et Gymnicus 1539: *Quod nihil
 est tam - quod. Noua*, inquit Erasimus,
*loquendi figura. Pro eo quod erat:
 nihil est pugnantius. Cell. ex 2.*
 Lips. adde Reimm. *Quod nihil - con-*
trarium. Sed vnumquodque. Bon.
 Tax. Pen. Angl. Goth. et ab ann.
 1465 - 1510. editi: *Quod nihil - con-*
trarium, quod vnumquodque. Rost.
quod nihil - quam vnumquodque.
 Prætulit pleniorum lectionem edi-
 tionis certe bonæ Parisiensis 1513: at
nihil est - contrarium, quod (i. e. quia)
vnumquodque. Pari sensu Heuman-
nus ex ingenio: Sed nihil est tam
repugnans - contrarium, quod vnum-
quodque. Bün.

d) *Sed vnumquodque*] Sic vter-
 que Lipsiensis. Cell.

e) *maius aut melius*] Reimman.
 Rost. Ven. vtraque 1478. Paris. *ma-*
ius ac melius. Bün.

f) *exiguarum virium - sit*] Lib. 2.
 8. 67: *vires exigua. E contrario L. 2.*
 10. 1: *qua magnarum sunt virium.*
 Seneca de Prouid. c. 6: *magnarum*
virium animalia. Bün.

g) *imbecillisque*] Rost. Ven. vtra-
 que 1478. 93. 97. Pier. *imbecillusque*,
 de qua variatione sæpe ad nostrum
 dictum. ad rem ipsam conf. Senec.
 L. 2. Ben. c. 29. et L. 4. Ben. c. 18.
 Origen. contra Celsum L. 4. p: 415.
 Augustin. Tom. VII. Lib. 4. contra
 Iulian. Pelag. c. 12. Bün.

h) *vim cæli*] conf. c. 2. n. 2: *vim*
præternaturam. Bün.

i) *bo-*

aliquis, quum videat, etiam boues lucas ^{i. k} cum immanissimis corporibus ac viribus ^l seruire homini, queri de opifice rerum Deo, quod modicas vires, quod paruum corpus accepe-

i) *boues lucas cum immanissimis corporibus seruire*] MSS. Emman. et Goth. lucas, quod alii, qui non intellexerunt, in *vaccas* mutarunt. ad dentes, ne quid deesset, aut equos, Lips. leuiori corruptione *lupos*. Sed quæ horum omnium corpora immanissima? aut quando lupi seruiunt? Elephantes ergo lucæ boues. Varro lib. 6. cap. 3. de LL. *Lucas bos, elephas*. Lucretius lib. 5. v. 1301:

Inde boues lucas turrato corpore tetros

Anguimano belli docuerunt voluera Pæni. Cell.

k) *boues lucas cum immanissimis corporibus*] Debetur Erasmo huius loci restitutio. *Boues vaccas*, inquit Erasmus, quidam addiderunt equos, vtrumque mendose. Ex fide vetustissimi codicis restitui: *lucas boues*, siue *boues lucas*. Nam Varro indicat, elephantem olim fuisse vocatum *lucas* a *luco* clypeorum regionum auro fulgentium, siue quod in *Lucanis* primum Italis visum essent elephantem, quos Pyrrhus adduxerat. Bouem autem prisca vocabant quicquid esset ingens, inde *βυβαργος* dicebatur, qui multum ederet. Citatur et *Nævii* verficulus: *atque prius pariet locusta lucam bouem*. Alioqui quum boues dixisset, quid opus erat addere *vaccas*? Aut quid magni est, si *vaccæ* parcant homini? At nullum animal elephantem maius aut firmitus, et tamen hominis imperia patitur. Hactenus Erasmus. Alii libri valde variant. Vnus Vaticanus, Ven. vique 1478. Paris. Ald. Crat. Gryph. Torn. Bet. Isæus etc. *boues et vaccas, aut (al. et)*

equos cum immanissimis corporibus. Alius Vaticanus. *boues, equos cum*. Alii duo Vaticanus. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Betul. *boues et vaccas cum*. Guelf. alter: *boues, vaccas*. Lipsiens. tres, Reimm. *boues, lupos cum*. Alius Vaticanus, etiam Gothanus, quem prave Cellarius citat, *boues LVCCOS*, vocali quarta. Duo alii Vaticani, Penix, Cauc. Vlter. Guelferb. membr. Emm. Erasmi MSS. et ex edd. Froben. 1529. Gymn. 1539. Paris 1561. Tornæsi omnes, Cell. Walch. Heumann. *boues lucas cum*. Gall. Sparkius: *boues lucas aut equos*. Vnus Vaticanus: *boues lucanos cum*. Thomafius ex antiquo Bonon. *aut equos aut elephantem cum immanissimis corporibus*; Isæus autem ex Bonon. *Boues et vaccas aut elephantem cum immanissimis corporibus*. Emendationem Erasmi: *BOVES LVCCAS cum Cuicio*, Petro Ciacconio in libello de Inscriptione Columnæ Rostrate, And. Schotto L. 1. Nod. Cicer. c. 18. Gall. Sparkio, Cellario, Walchio. Heumanno, aliis merito comprobamus. Plura de *bobus lucis* Scaliger ad Varro; Lambinus et alii ad Lucretium; Lipsius L. 2. Elect. c. 4. Borchart. Hieroz. part. 1. L. 2. c. 23. Crenius in Animadu. Philol. et Hist. part. XVI. pag. 331. sq. Pitisc. in Lexico Antiq. Rom. T. 1. f. 291. Præter ceteros vberissime Cuperus de Elephantis dis. 2. c. 1. in Sallengr. Nouo Thesauro Ant. Rom. T. 3. f. 102. Bün.

l) *cum immanissimis corporibus ac viribus*] Bonon. Goth. Ven. 1472. vtraque 78. adprobante Thomasio addiderunt; *ac viribus*, quæ Heumannus

nus

ceperit ^m? nec beneficia in se diuina pro merito æstimat. ⁿ? quod est ingrati, aut ^o, vt verius loquar ^p, infani. Plato, 19 vt hos, credo, ingratos ^q r refelleret, naturæ gratias egit, quod homo natus esset; (quod et ipsum quale sit, non est huius materiæ ponderare ^r). Quanto melius et sanius, qui ^s sensit ⁿ, conditionem hominis esse meliorem; quam isti, qui se pecudes natos esse maluerint ^x. quos si Deus in ea forte ^y conuer-

nus *insititia esse non dubitat*. Mihi videntur genuina et opposita verbis, vbi n. 15. *corporis non magni homo et exiguarum virium dicebatur*; et n. 18. *modicas vires paruum corpus iterum coniungit*. Bün.

m) *acceperit*] Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Crat. Bet. Thomas. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. *accepit*. Cauc. Goth. Lipf. Reimm. Euiman. Cant. Subl. Rost. Ven. vtraque 1478. Paris. Erasmi Frob. 1529. Gymn. Cellar. Walch. Heum. *acceperit*. Bün.

n) *nec beneficia æstimat*] Lipf. 2. *vt beneficia*. Reimm. *vt beneficia pro eo merito extimet*. Heumannus credit, ante hac verba nonnihil verborum excidisse. Ego connecto ita: *Potesne aliquis queri - nec beneficia in se diuina pro merito æstimat?* qua ratione nihil abest. Bün.

o) *aut*] Eleganter Lipsiens. 2. 3. Reimm. *immo*, particula corrigendi. Bün.

p) *vt verius loquar*] Pro plurimorum loquamur scripsi ex Bon. Tax. Pen. Lipf. 2. 3. Reimm. Ven. 1472. vtraque 1478. *loquar*. Bün.

q) *Plato, vt hos, credo, ingratos*] Vulgatis libris præmittitur *Melius igitur*, quo abstinenscripti, et editi quoque vetustiores. Cell.

r) *Plato, vt hos, credo, ingratos*] Ven. 1472. vtraque 78. 93. 97. Paris. Iunt. Ald. Crat. - Spark. *Melius igitur Plato*. perperam, vt patet ex proximis: *quanto melius*. Proscripserunt

igitur rectius MSS. Erasmi, Emman. Cant. Goth. Lipf. Reimm. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. Cell. Walch. Heum. præferentes: *Plato, vt hos, credo*. Bün.

s) *quod homo natus esset*] vid. L. 3. Inst. 19. 17. Bün.

t) (*quod et ipsum - ponderare*)] Includi cancellis hæc verba, quippe aliena a MSS. Erasmi, Goth. Lipf. 2. 3. Reimm. Ven. 1471. et Rost. 1476. Heumanno mihi que videntur spuria. Bün.

u) *Quanto melius et sanius, qui sensit*] Iunt. Ald. / Crat. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomaf. - Spark. Cell. Walch. *Quanto - qui sensit*. Scribo cum Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Picr. Parrh. Paris. Erasino. in Froben. 1529. Gymn. et Heum. *Quanto - qui sensit*, in præterito ob præcedens: *egit*. Similis formula L. 2. 5. 24: *Quanto igitur Naso prudentius, quam illi, qui sapientia studere se putant, qui sentit etc.* Præsentis ibi alia est ratio. Bün.

x) *maluerint*] Bon. Tax. Cauci, Rost. Ven. 1472. vtraque 78 - 1510. Paris. Iunt. *maluerunt*. Goth. Lipf. Reimm. Aldus, Crat. Erasmus in Frob. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomaf. et seqq. *maluerint*. Coniunctiuum hic cum Heumanno congruentiorem puto, re ipsa enim id non maluerunt. Bün.

y) *forte*] Hoc rectum, non *forte*, vt in Goth. est. Bün.

z) *con-*

conuerteret^z animalia, quorum sortem præferunt suæ; iam profecto cupiant remigrare, magnisque clamoribus conditionem pristinam flagitent^a, quia non est tanti robur ac firmitas corporis, ut officio linguæ careas; aut auium per aerem libera discursatio^b, ut manibus indigeas. plus enim manus præstant, quam leuitas vsusque pennarum; plus lingua, quam
 21 totius corporis fortitudo. Quæ igitur amentia est ea præferre, quæ, si data sint, accipere detrectes^c?

I III. Iidem queruntur, hominem morbis et immaturæ morti esse subiectum^a. Indignantur videlicet, non deos se esse natos. Minime, inquit; sed ex hoc ostendimus, hominem nulla prouidentia esse factum, quod aliter fieri debuit.
 2 Quid si ostendero^b, id ipsum magna ratione prouisum esse, ut morbis vexari posset, et vita sæpe^c in medio cursus sui spatio rumperetur? quum enim Deus, animal, quod fecerat, sua sponte ad mortem transire cognouisset; ut mortem ipsam, quæ est dissolutio naturæ, capere posset, dedit

^z) conuerteret] Ita correxi ex Bon. et Goth. adprobante Heumanno; ubi ante editi: conuerserit. Bün.

^a) magnis clamoribus - flagitent] Rectius ob cupiant, quam Lips. 2. Reimm. flagitant. De vi phraseos vid. not. ad L. 4. 18. 5: violentis uocibus flagitare, not. (m) p. 506. conf. quæ, teste Gronouio, ex Pricæo ad Apuleii Apolog. p. 169. produxit Oifel. ad Gell. Noct. Att. L. 17. c. 6. p. 761. phrasis Plautina: clamore magno flagitare. Bün.

^b) aut auium - discursatio] Repete: non est tanti. Lips. 2. et Reimm. discursio. At plures scripti, editi uero omnes: discursatio. vid. not. n. 7. in discursatione. Obiter addo, uocem discursio, multis suspectam, certius probari posse ex Ammian. Marcell. L. 15. c. 4: discursionibus pratoris, et L. 31. c. 9: discursione rapida. Bün.

^c) detrectes] Reimm. detractes:

Sic de Opif. 1. 15: contractari et contractari legitur. Plura talia Broukh. ad Propert. L. 2. eleg. 2. 11. p. 102. et Bauldr. ad Laet. Mort. Perf. c. 38. Bün.

^a) hominem - subiectum] Bon. Tax. homines - subiectos. Bün.

^b) Quid si ostendero] Goth. ostendo. vid. 6. 14. 4: not. Bün.

^c) et uita sæpe] Goth. Vltr. Emm. Cant. Subl. etiam Roff. (secus ac Heum. uult) Ven. 1471. 72. utraque 78. 93. 97. Parrh. Iunt. et uita sua, omisso sæpe. Lips. et Cell. et uita sua sæpe. Noui quidem auctores haud raro SVVS pro EIVS ponere, at Lactantius uix vno altero loco eoque dubio sic legit. Hinc puto, ed. Paris. 1513. hic subornasse et uita eius. Legocum Ald. Crat. ERASMO in Froben. 1529. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thom. Isæo, Gall. Spark. Walch. et Heum. et uita sæpe. Bün.

^d) de-

dit ei fragilitatem ^d, quæ morti aditum ad disfoluendum animal inueniret. Nam si eius roboris fieret, vt ad eum morbus et ægritudo adire non posset; ne mors quidem posset, quoniam mors sequela ^e morborum est. Immatura vero mors quomodo abeset ab eo, cui esset constituta natura ^f? nempe nullum hominem mori volunt, nisi quum centesimum ætatis compleuerit annum. Quomodo illis in tanta repugnantia rerum ratio poterit constare? vt enim ante annos centum mori quisque non possit, aliquid illi roboris, quod sit immortale, tribuendum est. quo concesso, necesse est conditionem mortis excludi. Id autem ipsum cuiusmodi potest esse, quod hominem contra morbos et ietus extraneos solidum atque inexpugnabilem faciat? quum enim constet ex ossibus, et neruis, et visceribus, et sanguine; quid horum potest esse tam firmum, vt fragilitatem repellat ac mortem? Vt igitur

d) *dedit ei fragilitatem*] Reimm. *dedit et fragilitatem.* Sparkius recte: *non id, inquit, dedit Deus, quod homo contraxit.* Büñ.

e) *sequela*] Noto ad L. 7. 5. 20: *Ergo immortalitas non sequela natura.* Tertull. de Ieiunio c. 7: *Inedia mæroris sequela est - Per hanc mæroris sequelam et inediam - Ninive liberatur.* Büñ.

f) *constituta natura*] Erasmus: *matura*, inquit, reposuimus ex fide vetusti codicis. Adfectauit enim ἐνὸν/ωσέως gratiam in *immatura* et *matura*. Gallæus quoque ex MS. Cauci *matura* legit. etiam Sparkius: *sic (matura) legitur*, inquit, Gallæo referente in cod. Erasmi et MS. vet. a nostris autem abest, demto Bodleiano. Hac tamen lectio retinenda videtur, atque hoc sensu auguror effrenda: Concesso scilicet, quod volunt queruli homines porrecti, viuendi spazium illis præsmitum fuisse, nihilominus tamen ex natura rei id securu-

rum, quod intra terminos angustiores redigi posset, immo aliquoties necessario deberet. Heumannus quoque emendationem Erasmi *matura* tueretur. Angl. sex, Goth. Lips. Reimm. et editi ab anno 1465-1524. et porro Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomaf. Isaac, Cell. Walch. exhibent: *constituta* (Lips. 2. 3. *instituta*) *natura?* cui scripturæ ex falsa hypothese nostri fauent n. 7 - 8: *Quum homo sic formandus esset a Deo, vt mortalis esset aliquando, res ipsa exigebat, vt fragili corporeingeretur - natura conditio locum illi (morti) facit.* Accuratius Tertullianus de Anima c. 52: *Qui primordia hominis nouimus, audenter determinamus, mortem non ex natura secusam hominem, sed ex culpa, ne ipsa quidem naturali.* Nam si homo in morte directo institutus fuisset, tunc demum mors naturæ adscriberetur, -- ita non erit natura, quod ex oblationis potestate accidit per voluntatem, non ex instituti auctoritate per necessitatem. Büñ.

Cccc

g) ante

tur homo indissolubilis sit ante id tempus ξ , quod illi putant^b oportuisse constitui; ex qua ei materia corpus attribuent? fragilia sunt omnia, quæ videri ac tangi possunt. Superest, ut aliquid ex cælo petant, quoniam in terra nihil est, quod non sit infirmum. Quum igitur homo sic formandus esset a Deo, ut mortalis esset aliquandoⁱ; res ipsa exigebat, ut terreno et fragili corpore fingeretur. necesse est igitur, ut mortem recipiat^k, quandolibet^{l. m.}, quoniam corporalis est. corpus enim quodlibet solubile atque mortale est. Stultissimi ergo sunt, quiⁿ de morte immatura queruntur; quoniam naturæ conditio^o locum illi facit. Ita consequens erit, ut morbis quoque subiectus sit. neque enim patitur natura, ut abesse possit infirmitas ab eo corpore, quod aliquando solven-

g) *ante id tempus*] Rost. Venet. 1471-1515. Crat. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Isæus, Gall. Spark. *ante illud tempus.* Bon. Tax. Pen. Ultr. Lips. Goth. Reimm. Erasmus in Froben. 1529. et Gymn. Cellar. *ante id tempus.* Büñ.

b) *illi putant*] Lips. tert. nulli putant. Reimm. multi putant. Büñ.

i) *ut mortalis esset aliquando et per se ipsum mobilis semper; res.* Deus nostro dicitur L. 6. Inst. 25. 14. semper et stabilis, et immutabilis, et inconcusus. conf. not. ad L. de Ira 17. 14: *ille stabilis; Deo opponitur homo mortalis, mobilis, dissolubilis, fragilis, imbecillus, infirmus, quem nihil n. 5. contra morbos et icus ex-*

traneos solidum atque inexpugnabilem facere possit. Hinc Apuleius in Hermet. Trismeg. Adloc. ad Asclep. p. 95: *Nihil stabile, nihil fixum, nihil immobile, nec nascentium, nec terrenorum - Deus sua forma stabilitas est, nec alicuius impulsu nec loco moveri potest - Aternitas stabilis, immobilis, fixa etc.* Büñ.

k) *mortem recipiat*] i. e. mortis capax sit, ut mori possit. vide n. 2. Apud Senecam in Phœniss. Act. 1. v. 47. *Mortem recipere valet fortis animo mortem admittere*, vbi plura Gronovius, et in Obseru. L. 1. c. 17. Büñ.

l) *quandolibet*] Composite dixit pro quocumque tempore, et hoc nove. Erasmus.

m) *quandolibet*] i. e. ex n. 12: *in qualibet aetate. vna voce legendum. cuius generis c. 5. n. 10. utrolibet.* Büñ.

n) *Stultissimi ergo sunt*] Edd. fere omnes sunt addunt, quod nonnulli MSS. et Cell. omiserunt. Büñ.

o) *naturæ conditio*] Lips. 2. 3. Reimm. *natura conclusio.* Recepta recedat vid. n. 11. 12. 17. Büñ.

p) *quod*

endum est p. 9. Sed putemus fieri posse, quemadmodum 9
volunt, vt homo non ea conditione nascatur, qua morbo,
mortiue subiectus sit, nisi, peracto ætatis suæ spatio, ad vltimam
processerit senectutem. Non igitur vident, si ita sit consti- 10
tutum, quid sequatur *: hominem vtique cetero tempore x, y,
mori

p) quod aliquando soluendum est] Et heic vulgares libri nonnulla in-
teruiciunt, quibus et scripti et editi
veteres abstinerunt. Cell.

q) corpore, quod aliquando soluendum est] Ven. 1472. vtraque 78.
Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Erasim.
in Froben. Gymn. Fas. Gryph. Torn.
Bet. Thomaf. Isæus, Gall. Spark.
Walch. corpore, quod iccirco non soli-
dum firmumque natum est, vt ali-
quando soluendum sit. Succinctius
Goth. Lips. Reimm. Emm. Cant.
Subl. Rost. Cell. et Heum. corpore,
quod aliquando soluendum est. Büin.

r) vt homo non ea conditione nas-
catur, qua subiectus] In Pier. et
Parrh. NON excidit; Heuman. cen-
set, NON transferendum ita: vt ho-
mo ea conditione - non subiectus sit.
Bene quidem, at fere omnes vt edi-
mus, præter Lips. 2. 3. et Reimm.
MSS. in quibus pro qua non ineleg-
anter vt positum: vt homo non ea
conditione nascatur, vt - subiectus sit.
Pari modo n. 12: in ea conditione,
vt sit. Büin.

s) ad vltimam-senectute. Reimm.
ad vltimum-senectutis. L. 7. 14. 16.
dixit: fatigati et dilabentis mundi vlti-
mam senectutem. Büin.

t) Non igitur vident] Heumannus
non per nonne exponit; vt c. 3. 10. est
adnotatum. Büin.

u) quid sequatur] Heumannus le-
git: quod sequatur, vti in Reimm.
reperio. At Bon. Tax. Pen. Vltr.
Goth. Lips. Angl. et omnes omni-
no editi: quid sequatur. Vnde post

sequatur duo puncta posui, vt se-
quentia indicent responsionein. Büin.

x) omni vtique cetero tempore] Goth. ita. Rom. corrupte certo tem-
pore. Vulgati prauiores: hominem
vtique certo tempore. Cell.

y) hominem vtique cetero tempore
mori nullo modo posse] Bonon. Tax.
Lips. tert. et i. apud Gallæum cum
Gall. et Spark. ead. hominem vtique
certo tempore mori nullo modo posse
Pen. quid sequatur: vt cetero tem-
pore mori nullo modo possit. Recte ad
sensum sane; Goth. Cell. Walch. quid
sequatur: omni vtique cetero tempore
mori nullo modo posse. Einman. omni
vtique tempore mori non modo posse.
Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque
78. 93. 97: homini vtique certo tem-
pore mori nullo modo posse. Cauc. Parrh.
Paris. 1513. Ald. Crat. Erasimus in
Frob. 1529. Gymn. Fas. Gryph. Torn.
Betul. Isæus: hominem vtique nisi
certo tempore mori nullo modo posse.
Heumannus ita tentat: hominem ante
certum tempus mori nullo modo
posse, quia mox sequitur hoc nu-
mero: qui ante certum tempus mori
non potest. Recte quidem ratione
sensus, sed longius hæc abeunt a du-
cibus reliquorum; omnium adhuc
optime ex Gothano, Cell. et Walch.
ediderunt, ego, quoniam in melio-
ribus et pluribus voces: HOMINEM,
et in Pen. et Goth. CETERO, conii-
cio legendum: Non igitur vident -
quid sequatur: hominem vtique ce-
tero tempore mori nullo modo posse;
aut plenius: hominem omni vtique
Cccc 2 cete-

mori nullo modo posse. sed, si ^{a. b. c.} prohiberi ab altero victu potest, mori poterit. res igitur exigit, vt homini, qui ante certum diem mori non potest, ciborum alimentis, quæ subtrahi possunt, opus non sit. si opus cibo non erit, iam non homo ille, sed Deus fiet: Ergo, vt superius dixi, qui de fragilitate hominis queruntur, id potissimum queruntur, quod non immortales et sempiterni sint nati. Nemo, nisi senex, mori debet ^{d.} nempe ideo mori debet, quia Deus non est ^{e.} atqui mortalitas non potest cum immor-

cetero tempore mori nullo modo posse. Mens est Lactantii: Non igitur intelligunt, si vltima demum senectus vnicuique pro vitæ termino et mortis tempore sit constituta, quod inde consequatur, vt omni cetero (intermedio) tempore mortem præcipere, siue ante præstitutam illam vltimam senectutem mori non possit. VTIQVE hic valet nimirum, scilicet, vt in Epit. II. 2 - 4. Bün.

2) Sed si] Heumann. corrigit scilicet, si. At libri constanter Sed, si. Est noua Lactantii oppositio. Bün.

a) si prohiberi ab altero victu potest] Consentiebant quidem exemplaria, sed non video, quid sibi velit alter victus. Suspicio legendum: ab altero victu. Erasmus.

b) ab altero victu] Erasmi emendationem probo et confirmari video a nonnullis editis, qui in margine pro *τὸ altero, altero* legunt, nempe Antu. 1570. Geneu. Torn. sic etiam legendum esse censet Io. Cauci. Si vulgatam lectionem retineamus, quid significabit hoc, *altero victu*? nullum video sensum. MS. Lips. habet pro victu METVS, quam lectionem non probo. Gallaus.

c) ab altero victu] Nodum in scirpo Erasmus, Gallæus, Io. Cauci hic quæsierunt, ortus hic lapsus ex falsa constructione. Omnia plana si

recte ita construas: Sed si homo ab altero (alio homine) potest victu prohiberi, siue, vt statim sequitur, si ab altero s. alio ei ciborum alimenta subtrahi possunt, poterit mori. Scripti vero editique ante Erasmus omnes ab altero habent, editiones a Gallæo commemoratæ sunt recentiores et ex Erasmi Frobeniana 1529. et Gymnici ed. Iun. Erasmi notis propagatæ. Sparkius et Heumannus quidem mentem Lactantii perspexerunt, sed perperam Isæum, qui nihil hic attulit, accusarunt, quum Gallæum notare debuissent. Alterum vero significare *aliu*m nemo, puto, dubitauerit, ita e. g. Lact. L. 3. 23. 10: si homo ad conspectum alterius effugeretur. conf. Schulting. not. ad Senec. L. 2. Controu. 12. pag. 173. Bün.

d) Nemo, nisi senex, mori debet] Hæc per prolepsin Lactantius ex mente aduersariorum posuit, vt Heumannus recte monuit. Ven. 1472. vtraque 78. Iunt. Ald. Crat. Erasmi Frob. 1529. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Walch. Nemo enim, nisi senex, mori debet. At Bon. Pen. Goth. Lips. Reimm. Rost. Ven. 1493-97. Paris. Thomaf. Ifæus, Cell. Nemo, nisi senex, mori debet. Bün.

e) Nempe ideo mori debet, quia Deus non est] Hæc desunt in Goth. Lips.

immortalitate coniungi. si enim mortalis est in senectute; immortalis esse in adolescentia non potest, nec est ab eo conditio mortis aliena, qui quandoque ^f moriturus est; nec vlla immortalitas est, cui sit terminus constitutus. Ita fit, vt ¹² et immortalitas exclusa in perpetuum, et ad tempus recepta mortalitas, hominem constituat in ea conditione, vt sit in qualibet ætate mortalis. Quadrat & igitur necessitas vndique, nec debuisse aliter fieri ^{b. i.}, nec fas fuisse. Sed isti rationem sequentium ^k non vident, quia semel errauerunt in ipsa summa. Exclusa enim de rebus humanis diuina prouidentia, necessa- ¹³ rio sequebatur, vt omnia sua sponte sint nata. Hinc inuenerunt illas minorum seminum plagas ^{l. m} et concurfiones fortui-

Lipf. 2. 3. et Reimm. quæ sunt tamen necessaria. Forte offendit librarios, quod præcedens nemo ad ista: *nempe ideo mori debet*, non videbatur quadrare, sed vox nemo est diuidenda et hic intelligendum: *homo. Nempe ideo HOMO mori debet.* Adnotaui ad L. 3. Inst. 1. 17. (r) p. 574: *nemo rem ornatum ponderat, seu ornatum.* Bün.

f) *quandoque*] Ita libri i. e. *aliquando.* vide sis, quæ dixi ad L. 2. Inst. 10. 22. (r) p. 246. Liuius L. 21. c. 3: *Ne quandoque paruus hic ignis incendium ingens excuscitet.* Obseruent in MSS. minus versati obscuram notam s. abbreviaturam, vbi e. g. in Reimm. MSS. quæ denotat *quandoque.* Bün.

g) *Quadrat*] L. 7. 3. 17. c. 5. 2. not. Bün.

h) *nec debuisse aliter*] Quod vulgo adiiicitur *fieri*, tollo, alienum a MSS. Cell.

i) *nec debuisse aliter fieri*] MSS. Goth. Lipf. Reimm. Emman. Cant. Subl. Rost. Ven. 1493. 97. et Cellar. *fieri* eiciunt; at Ven. 1472. vtraque 78. Paris. Aldus, Crat. Erasmius in Frob. Gymn. Fas. Gryph. Tornæf. Betul. Thomæf. Ictus, etc. addunt,

et merito Heumannus tuetur ex n. 1: *quod aliter fieri debuit; c. 9. 4: nihil fieri aliter debuisse.* Alias *fieri* interdum subaudiri exemplis probaui ad L. 6. Inst. 10. 19. Bün.

k) *sequentium*] Lipf. 2. et Reimm. *consequentium.* At vide Epitomes c. 6. 7. (l) Bün.

l) *plagas*] Emendandum videtur mihi verbum hoc. Ego, quid rescribendum sit, non video. Heum.

m) *plagas*] Ita constanter omnes libri, nihilque hic emendandum. *Minorum seminum plaga* sunt *atomorum impulsiones.* Cicero de Fato hic expressus c. 10: *Epicurus declinatione atomi vitari fati necessitate temptat. Itaque tertius quidam MOTVS oritur extra pondus et PLAGAM, quum declinat atomis intervallo minimo.* Ibidem c. 20: *Declinat, inquit, atomus. Primum cur? aliam quamdam vim motus habebunt a Democrito impulsiones, quam plagam ille appellat.* Lucretius L. 2. v. 531:

Vndique pro telo plagarum con-
tinuato.

et L. 4. 188-190:

Que quasi triduntur --

-- sequenti concisa plaga. Bün.

- 14 fortuitas; quia rerum originem non videbant. In quas se angustias quum coniecissent; iam cogebat eos necessitas existimare, animas cum corporibus nasci, et item * cum corporibus extingui. adsumferant enim, nihil fieri mente diuina. quod ipsum non aliter probare poterant, quam si ostenderent esse aliqua, in quibus videretur prouidentiae ratio claudicare^o.
- 15 Reprehenderunt ergo ea, in quibus vel maxime diuinitas suam prouidentiam ^p mirabiliter expressit; vt ^q illa, quæ retuli, de morbis et immatura morte; quum debuerint cogitare,
- 16 re, his adsumtis quæ necessario sequerentur. Sequuntur autem illa, quæ dixi. si morbum non reciperet ^r; neque tectis neque vestibibus indigeret. quid enim ventos, aut imbres, aut frigora metueret ^s; quorum vis in eo est ^t, vt morbos adferant? iccirco enim accepit sapientiam, vt aduersus nocentia fragilitatem suam muniat. Sequitur, quod necesse est

n) et item] Lipf. 2. Reimm et iterum. At vt Cicero itemque, ita alii et item iungunt. Cato R. R. 98. Et item ligneam supellectilem si unges, non putresces. Spartianus in Seuero c. 2. Et imperio item successit. Et ipse iterum Lactantius Opif. 10. n. 10. et item manus. Bün.

o) ratio claudicare] i. e. deficere. Sic vbi Lucretius: claudicat ingenium, Lactantius L. 7. 12. 13: memoria defecit. Bün.

p) diuinitas suam prouidentiam] Mert. C. C. C. Emm. Cant. Vltr. Cauc. Goth. Lipf. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Parrh. Paris. 1566. Cell. diuinitatem suam prouidentia. Non male quidem, sed præfero Borton. Tax. et omnium fere MSS. Ifæi (i. e. Vaticanorum), tum Thomasi, ipsius Ifæi, Gall. Spark. (qui quoque in Bodl. optimo; Cott. et Ball. videtur inuenisse) Wach. Heum. Diuinitas suam prouidentiam. Diuinitas vero a nostro saepe ponitur pro Deo, vt ad L. 7. Inlt. 26. n. 17: te mini-

stro diuinitas vteretur, dixi; conf. ad de Mort. Perf. 48. 2: quidquid diuinitatis in sede calesci. Rost. h. l. est confusa lectio: diuinitatem suam debuerunt cogitare prouidentia mirabiliter expressit. illa interfecta ex sequentibus. Bün.

q) vt] valet exempli gratia. vid. de Ira c. 10. n. 7. not. Bün.

r) reciperet, - indigeret, - metueret] videlicet homo. Singulariter Goth. Lipf. Rom. Alii pluratiuo numero. Cell.

s) reciperet - indigeret - metueret] Perperam Ven. 1471 - 1515. Crat. Fal. Gryph. Thom. Ifæus, Gall. Spark. in plur. reciperent - indigerent - metuerent. Paris 1513. reciperent - indigerent - metueret. Rectius Goth. Lipf. Rom. immo et Rost. Erasmus in Frob. 1529. Gymn. Torn. Betul. in singulari ante Cell. Walch. Heum. reciperet - indigeret - metueret, quia sequitur accepit. Bün.

t) in eo est, vt] Lipf. 2. 3. Reimmann. in eo est, quod. Perperam. Bün.

n) Se-

est ^a, vt, quoniam retinendæ rationis causâ morbos capit; etiam mortem ^b semper accipiat; quia is, ad quem mors non venit ^c, firmus sit necesse est; infirmitas enim ^d habet in se mortis conditionem; firmitas vero vbi fuerit, nec senectus locum potest habere, nec mors, quæ sequitur senectutem. Præterea ^e, si mors certæ constituta esset ætati; fieret homo insolentissimus, et humanitate omni careret. nam fere iura omnia humanitatis, quibus inter nos cohæremus, ex metu et conscientia fragilitatis oriuntur. Denique imbecilliora et ^f timidiora quæque ^g animalia congregantur; vt, quoniam viribus tueri se nequeunt, multitudine tueantur ^h: fortiora vero solitudines adpetunt, quoniam robore viribusque confidunt. Homo quoque, si eodem modo haberet ad propulsanda pericula

^a) Sequitur necessario] Parrh. et Ald. ita. At MSS. Lipf. necesse: Goth. et Rom. necesse est, quod cum sequitur minus coheret. Cell.

^x) Sequitur, quod necesse est, vt] Parrh. Ald. et seqq. omnes cum Cell. Walch. et Heumanno: Sequitur necessario, vt. Bene quidem, vt n. 13. necessario sequebatur. n. 15. qua necessario sequerentur. c. 11: sequitur necessario. Sed abit illud longius nostro loco ab MSS. et antiquis editionibus. Nam Lipf. et Reimm. Sequitur necesse, vt. Goth. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Sequitur necesse est. Plenissime, et, yti puto, verissime Paris. 1513: Sequitur, quod necesse est, vt. Quia, QVOD exciderat, nec sequitur necesse est, dici poterat, dicendum enim erat. SEQVATVR necesse est, hinc Parrhasius, qui sæpius nouat, eumque secuti fecerant: Sequitur necessario, quam formulam in tribus conterminis sectionibus Lactantium toties repetiisse vix crediderim. Bün.

^y) etiam mortem] Lipf. tert.

Reimm. et mortem, eadem vi. Bün.

^z) ad quem mors non venit] Vulgati, ad quem morbus. Sed MSS. Angl. Lipf. Goth. et Rom. Parrh. edd. constantissime mors. Cell.

^a) mors non venit] Sic quoque Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Itæus. Bün.

^b) infirmitas enim] Pro editorum autem ex Reimm. enim posui, ob sequens vero. Bün.

^c) Præterea] Reimm. Propterea. Bün.

^d) imbecilliora et timidiora quæque] Rariora sunt exempla, vbi quisque comparatiuis iungitur. Iterum c. 14. 6: placidiora quæque, ad sectionem integram. conf. L. 3. 23. 9-10. Bün.

^e) multitudine tueantur] subaudiendum ex prioribus se, quod modo in priori modo in posteriori membro solet omitti. vid. not. ad L. 7. Inst. 12. 29: dissolui, et ad de Ira 20. 13. Bün.

cula suppetens robur *f*, nec ullius alterius & auxilio indigeret; quæ societas esset? quæ reuerentia inter se? quis ordo *b*? quæue *i* ratio? quæ humanitas? aut quid esset tetrius homine *k. l. m*? quid efferatius? quid immaniùs? Sed quoniam imbecillus est, nec per se *n* potest sine homine viuere; societatem adpetit, vt vita communis et ornatior fiat et tutior. Vides igitur *o*, omnem hominis rationem in eo vel maxime stare *q*; quod nudus fragilisque nascitur, quod morbis adficatur,

f) suppetens robur] Abest *suppetens* ab Lips. 2. valet: *sufficiens*, vt L. 6. Inst. 5. 7: *nisi conatus ac vires suppetant ambulandi*. Bün.

g) nec ullius alterius] Reimman. *nec nullus alterius*. Prius reliquorum. Sic L. 3. 4. 6: *vnus alterius*, et ibidem n. 4: *nec ulli alteri*. Bün.

b) qua reuerentia inter se? quis ordo?] Extruserunt hæc Lips. Reimman. Rom. Rost. Ven. 1471. 1493. 97. Cell. At agnoscunt Angl. etiam Gothan. (noto contra Cellarium). Ven. 1472. vtraque 78. Paris. 1513. Iunt. Ald. Crat. Erasmi Froben. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isæus, Gall. Spark. et Heumann. Quum in Pier. prauè pro *qua reuerentia esset, qua nutritia*. Parrh. inde finxit: *qua nutritia?* Bün.

i) qua societas esset? quæue ratio?] Sic MSS. Lips. et Goth. et ed. Rom. eiectis quæ vulgo interferuntur, *qua reuerentia inter se? quis ordo?* Cell.

k) tetrius homine] e MSS. est, efficacius sane ad sensum auctoris exprimendum, quum *deterius* aliorum. Cell.

l) tetrius homine] Ex fide vetusti codicis repofui: *quid esset tetrius?* sequitur enim, *quid efferatius?* Tetrum enim vocamus triste et inhumanum. Erasmus.

m) tetrius homine] Editi quidem ante Erasmus, et post eum Thom.

Isæus, etiam Lips. tertius et Reimman. MSS. *deterius homine*; sed Bonon. Tax. Cauc. Vlter. Emman. Goth. Lips. 1. 2. Frob. Gymn. Torn. Betul. Spark. Cell. Walch. Heum. *tetrius homine*. Ita requirunt voces: *efferatius-immaniùs*, et vsus Lactantii. Epit. 63. n. 3: *Quid tam horribile, tam tetrum, quam hominis trucidatio?* L. 1. Inst. 21. 10: *sam immanes- vt parricidium suum, id est tetrum atque execrabile-facinus sacrificium vacarent*. Bün.

n) per se] sequentia sine homine priora explicant. Epit. 31. 4: *diuina certe per se scire non potest-non potest igitur per se scire homo diuina*. vide sis meum indicem ad Castellionis Verf. Cod. S. Bün.

o) Vides igitur] Reimman. *Vide ergo*. Rost. prauè: *Vnde*. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Erasmi. Froben. 1529. Gymn. Cell. Walch. Heum. *vide*, imperandi modo. At vtraque Ven. 1478. Ald. Crat. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isæus, Gall. Spark. indicatiue: *Vides*. Prætuli, quia ita solet noster, e. g. de Ira 4. 14: *Vides igitur*. c. 10. 27. c. 13. 19: *Vides ergo*. Epit. c. 21. 1. Bün.

p) vel maxime] Addo *vel* ex Bon. Tax. Thomas. Isæo, Gall. Sparkio. Sic cap. 7. l. *vel minimo*. Bün.

q) rationem - stare] constare, vt n. 4. Bün.

r) aper-

tur, quod immatura morte multatur. Quæ si homini detrahantur; rationem quoque, ac sapientiam detrahi, necesse est. Sed nimis diu de rebus apertis ^r disputo; quum sit liquidum, ²³ nihil sine prouidentia nec factum esse unquam, nec fieri potuisse. de cuius operibus ^s vniuersis si nunc libeat disputare per ordinem, infinita materia est ^t. Sed ego de vno ^{*} corpore ²⁴ hominis tantum institui dicere; vt in eo diuinæ prouidentia potestatem, quanta fuerit, ostendam, his dumtaxat ^{*} in rebus, quæ sunt comprehensibiles et apertæ: nam illa, quæ sunt animæ; nec subiici oculis, nec comprehendi queunt. Nunc de ipso vase hominis loquimur ^u, quod videmus.

V. In principio, quum Deus fingeret animalia, noluit ea in rotundam formæ speciem ^a conglobare ^b atque colligere, vt et moueri ad ambulandum, et floctere se in quamlibet partem facile possent: sed ex ipsa ^c corporis summa produxit caput:

^r) *apertis*] Bonon. Tax. *apertis-sumis*. Bün.

^s) *de cuius operibus*] Lipf. 2. et Reimm. *de quibus operibus*. Bün.

^t) *infinita materia est*] Sic omnes libri et recte, ne quis, vt, non nemo putabat, corrigat: *eset*. vide not. ad L. de Ira 7. 12: *Longum est, si exsequi velim*. Bün.

^u) *de vno corpore*] i. e. de solo corpore. Præterea *de vno-tantum*, per pleonasmum. Bün.

^x) *dumtaxat*] Lib. 7. Inst. 8. 8. Opif. 5. 10. Bün.

^y) *de vase hominis loquimur*] MSS. Angl. Gothan. et vet. edd. Cell.

^z) *Nunc-loquimur*] Lipf. Reimman. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Gall. Spark. *Nunc loquamur*. Idem Heumannus præfert, vt scilicet coniunctiuus faciat transitum ad tractationem. At hoc demum facit noster c. 8. 1. Antiquiores Bon. Tax. Pen. Angl. Goth. Subl. Roff. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97.

Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Erasmi Froben. Gymn. Isæus, Cellular. indicatiue: *Nunc-loquimur*. Rectior, ni fallor, respectu præcedentium est indicandi modus, determinat enim et explicat his verbis distinctius propositionem siue thema libri huius, et ipsam demum tractationem de corpore hominis suscipit c. 8. n. 1. Bün.

^a) *forma speciem*] Lipf. 2. 3. Reimm. *formam speciemque*. Goth. editique omnes: *forma speciem*. Bün.

^b) *conglobare*] Lipf. 2. Reimman. *globare*. At Angl. Goth. Lipf. reliqui; et omnes editi *conglobare*. quo composito semper vititur. Bün.

^c) *vt et moueri-sed ex ipsa*] Sic omnes, præter Reimm. MSS. in quo: *vt ea moueri-sed ex ipsa*. Heumannus: *sed suum*, inquit, reuoco in locum, ita rescribens: *sed, vt et moueri-possent, ex ipsa*. Ego nihil aliter hic ordino. Bün.

Cccc 5

d) item

caput: item produxit^d membra quædam longius, quæ vocantur pedes; vt alternis motibus^e solo fixa perducerent^f animal, quo mens tulisset, aut quo petendi cibi^g necessitas provocasset. Ex ipso autem vasculo corporis quatuor fecit existantia^h, bina, posterius; quæ sunt in omnibus pedes: item bina capiti, et collo proxima, quæ varios animantibus vsus præbent. In pecudibus enim ac feris sunt pedes posterioribus similes; in homine autem manus, quæ non ad ambulandum, sed ad faciendum tenendumque^{i, k} sunt natæ. Est et tertium genus, in quo priora illa neque pedes neque manus sunt; sed alæ; in quibus pennæ^l, per ordinem fixæ^m, volandi exhibent vsus. Ita vna fictio diuersas species et vsus habet. Atque vt ipsam corporis crassitudinem firmiter

d) *item produxit*] Sic libri. Heumannus non dubitat Lactantium scripsisse: *produxit item*. Büin.

e) *alternis moribus*] Reimman. Rost. vitiose: *alterius*. Sæpe has voces confundi ostendi ad libr. de Ira c. 5. 3: *alternis*. Büin.

f) *perducerent*] Equidem Bonon. Tax. Pen. Vltr. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. *producerent*. At quia illud compositum bis præcesit, hic cum Angl. Goth. Lipsf. Parrh. Paris. Ald. Erasmo et reliquis seruo: *perducerent*. Büin.

g) *petendi cibi*] Reimm.; *petendi cibum*. Büin.

h) *exstantia*] Reimm. prae: *exarctantia*. c. 13. n. 5. *suris-exstantibus*. Büin.

i) *temperandumque*] Lipsf. Goth. Rom. sic. Vulgares *operandumque*. Cell.

k) *ad faciendum tenendumque*] Vltr. Cauc. Goth. Lipsf. Reimmann. Subl. Rom. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Paris. Betul. Cell. *ad faciendum temperandumque*. Rost. *ad faciendum reparandumque*. Parrh.

Junt. Ald. Crat. Erasmus in Froben. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Thomas. Isæus, Gall. Spark. conspirantibus Walchio et Heumanno: *ad faciendum operandumque*. Certe in scriptoribus sacris et vulgata, e. g. Prou. 21. 25. *manus operari*. item *operari manibus*, i. Cor. 4. 12. Eph. 4. 28. sæpe offendas; sed præstat lectio antiquissimorum MSS. Bonon. Tax. et Bodl. *ad faciendum tenendumque*. Sic de Opif. c. 10. 22: *manns - plano ac modice concavo sinu fixas, ut si quid tenendum sit, apte possit insidere, in digitos terminauit*. n. 23. *ne in tenendo cederet*. n. 24. *vnus (digitus) omnem tenendi faciendique rationem præcipue possidet*. Büin.

l) *pennæ*] Bonon. *pinna*, vt Minuc. Fel. c. 17: *elacione pinnarum*. adde quos Heumannus citat. Ennium apud Ciceronem L. 3. Off. cap. 29. et ad eum locum Mureti Var. Lect. L. 14. c. 3. Büin.

m) *per ordinem fixa*] cap. 10. 18. Büin.

ter comprehenderet, maioribus et breuibus ⁿ ossibus inuicem ^o colligatis, quasi carinam compegit, quam nos dicimus spinam ^p, eamque noluit ex vno, perpetuoque ^q osse formare, ne gradiendi flectendique se facultatem animal ^r non haberet. Ex eius parte quasi media costas, id est transuersa et plana ^s ossa porrexit in diuersum ^t; quibus clementer ^u curuatis, et in se velut in circulum pæne conductis ^x, interna viscera contegantur, vt ea, quæ mollia ^y et minus valida fieri opus erat, illius solidæ cratis ^z amplexu possent esse munita. In ⁶ summa vero constructionis eius, quam similem nauis carinæ diximus, caput collocauit, in quo esset regimen totius animantis. datumque illi hoc nomen est, vt quidem Varro ad Ciceronem ^a scribit, quod hinc capiant initium sensûs ac nervi. Ea vero, quæ diximus de corpore ^b vel ambulandi, ⁷ vel

ⁿ) maioribus et breuibus] Aliquoties comparatiuum et positiuum iunxit. vid. not. ad Epit. c. 62. (x) Bün.

^o) inuicem] elegantius sic plures, quam Emm. Lips. 2. Reimm ad inuicem, quod in Vulgata et Patribus frequens. Bün.

^p) spinam] Reimm. prae: sparmam. Bün.

^q) perpetuo] i. e. continuo. Sæpe Cæsar et alii hoc sensu. conf. Epit. c. 67. not. (f) Bün.

^r) facultatem animal] Bon. Tax. animal usum. Bün.

^s) plana ossa porrexit] Reimm. plena ossa protexit. Bün.

^t) in diuersum] c. 10. 24. Bün.

^u) clementer curuatis] c. 10. 21: deductum clementer a genis mensum. c. 13. 5. suris clementer exstantibus. conf. Cell. ad Plin. L. 5. ep. 6. 14. et ad Sil. Ital. L. 1. 274. Bün.

^x) conductis] Sic libri, Heuman. reductis conicit. Bün.

^y) mollia] Satis bene Bon. mollora. Bün.

^z) solida cratis] Lips 2. 3. Reimm.

man. soliditatis. His peius Rost. Ven. 1471. vtraque 78. solida ataris. Angl. Goth. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. Ald. et reliqui editi: solida cratis. Docte costarum crases Virgil. 12. Aen. 508. Transadigit costas et crates peboris ense. Ouid. L. 8. Met. 806: Pectus et a spine tantummodo crate teneri - L. 12. Met. 370: Qua (hasta) Laserum cratem perripit. Arnobius L. 3. pag. 107: Qua sub costis earumque sub cratibus cuses conegunt. Apuleius L. 4. Met. p. 148: perfracta diffisique crate costarum. vbi plura Beroaldus. conf. Sauaron. ad Sidon. Apoll. L. 3. ep. 13. p. 215. Vosf. L. 1. Anal. c. 43. Bün.

^a) Varro ad Ciceronem scribit] Non superest hoc scriptum. Cell.

^b) de corpore-producta] Libri de. Heumannus censet haud dubie legendum: e corpore, vt n. 1. ex corporis summa produxit. n. 2. ex vasculo corporis fecit quatuor exstantia. Sæpe tamen de pro ex in omnibus libris posuit. Bün.

c) por-

vel faciendi, vel volandi causa esse producta; neque nimium longis, propter celerem mobilitatem; neque nimium breuibus, propter firmitatem, sed et paucis et magnis ossibus constare voluit. Aut enim bina sunt; ut in homine; aut quaterna, ut in quadrupede; quæ tamen non fecit solida, ne in gradiendo pigritia et grauitas retardaret; sed cauta, et ad vigorem corporis conseruandum medullis intrinsecus plena; eaque rursus non æqualiter porrecta finiuit ^e, sed summas eorum partes crassioribus nodis conglobauit, ut et substringi neruis ^d facilius, et verti ^e tutius possent; unde sunt vertibula nominata. Eos nodos firmiter solidatos leni ^f quodam operculo textit; quod dicitur cartilago; scilicet ut sine attritu et sine sensu doloris aliquo flecterentur. eosdem tamen non in vnum modum informauit ^g. ^h Alios enim fecit simplices et in orbem rotundos, in iis dumtaxat ⁱ articulis, in quibus moueri membra in omnes partes oportebat, ut in scapulis, quoniam manus utrolibet ^k agitari et contorqueri necessarium est: alios autem latos et æquales, et in vnam

^e) porrecta finiuit, sed] Reimm. proiecta, sed. Bün.

^d) substringi neruis] Lipf. tert. abstergi neruis. Reimm. abstringi. Lipf. 2. adstringi. Gothan. et editi: substringi neruis. Dux posteriores rectiores. c. 7. 1: ossa nodata et adiuncta inuicem neruis alligauit et constrinxit. c. 10. 21. substricta neruis brachia. Quintil. in Procemio Inst. adstringi neruis suis debent. Bün.

^e) verti] Reimm. subverti. mox Lipf. 2. et Reimm. prauè: vertibilia. Bün.

^f) leni] Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Parrh. Paris. Erasim. leni (aut leui). Ald. Crat. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Isæus etc. leni. Sæpe hæc ob similes ductus n et u in MSS. confusa. Bün.

^g) informauit] Gothan. et Rom. sic. Vulgo: formauit. Cell.

^h) informauit] Reimm. reformauit. Ven. 1493. 97. Parrh. Paris.

Iunt. Ald. Crat. Erasim. in Froben. Gymn. Fas. Gryph. Gall. Spark. formauit. Gothan. Lipf. alter, Rost. Ven. 1472. vtraque 78. Cell. Heuman. informauit. Male, inquit Walchiüs, alii: informauit. At compositum scite pro simplici posuit, ut c. 8. n. 8: noluit Deus (aures) mollibus pelliculis informare. c. 12. 6: vtraque-coagulata informari. c. 19. 5: corporis informatio. Arnobius L. 2. p. 84. Anguium-genera, cuius rei causa vel informata vel prodita. Plura dedit Muncker. ad Hygin. Fab. 64. p. 112. Ipse Cicero aliquoties ita vsurpauit. Bün.

ⁱ) dumtaxat] c. 4. 24. not. Bün.

^k) utrolibet] Goth. Reimm. Rost. Ven. vtraque 1478 - 1510. Paris. utrumlibet. At Lipf. Ald. Crat. Erasimus in Froben. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. et seqq. utrolibet, recte. Bün.

l) cur-

vnam partem rotundos, et in his utique locis, vbi tantummodo curuari membra oportebat^l, vt in genibus, et in cubitis, et in manibus ipsis. Nam sicut manus ex eo loco, vnde oriuntur^{m. n.}, vbique versus moueri^o, speciosum simul et utile fuit: sic profecto, si hoc idem etiam cubitis accideret, et superuacuum esset huiusmodi^p motus et turpis. Iam enim manus amissa dignitate, quam nunc habet, mobilitate nimia proboscidi similis^q videretur, essetque homo plane angu-

l) *curuari membra oportebat*] Ven. 1472. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. male inserunt *curuari membra* in omnes partes oportebat. Incommodum ex prioribus repetita, quibus repugnat tantummodo. Absunt illa ab Gothan. Lipf. Reimm. Aldo, Crat. Erasmo et seqq. Bün.

m) *ex eo loco, vnde oriuntur, vbique versus*] Sic MSS. Vulgati eo omittunt: contra post *oriuntur*, addunt *a corpore*, quod superfluum. Cell.

n) *vnde oriuntur, vbique*] Ven. 1472. vtraque 78. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isæus, Gall. Spark. *vnde oriuntur* a corpore, *vbique*. addita Thyf. et Walchius defendunt, sed MSS. Angl. Goth. Lipf. Reimm. et Erasmi MSS. Rost. Ven. 1493. 97. Cell. et Heum. vt non necessaria proferunt. Erasmus a corpore, inquit, non erat in vetusto codice, et redundat, quis enim nescit manus oriri a corpore? Bün.

o) *vbique versus moueri*] Sic fere omnes, i. e. n. 10. in omnes partes: attamen Reimm. *vbique moueri*. Heumannus ex coniectura: *utroque versus*, vt n. 10. *utrolibet*, sed manus amplius quam in vtramque partem moueri possunt. Bün.

p) *huiusmodi*] Bon. Taxaq. Pen. *eiusmodi*. Bün.

q) *proboscidi similis*] Guelferb. membr. diuidunt et iungunt prae: *promisci dissimilis*. Guelf. alter, Goth. Lipf. tert. Emu. Cant. Erasmi MSS. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Gymn. *promuscidis similis*. Reimm. MS. *promuscidis similis*. Parrh. *promuscidi*, dandi casu. Ald. Crat. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thom. et seqq. prætulerunt: *proboscidi*. Sæpe vero libri in his variant. Veget. L. 3. de Re Mil. c. 24. ed. Mod. Col. 1580: *Centuria in Lucania gladio manum, quam promuscidem vocant, abscedit*. *Promuscidem* quoque ex MS. Vet. ad marginem ed. Dalechampii notat. Sed Harduinus *proboscidem* exhibet in Plin. L. 8. H. N. c. 7. pr. Omnium doctissime Salmasius ad Flor. L. 1. c. 18. 9. ed. Dukeri p. 183: *Gracum quidem, inquit, est προβοσκίς*; sed Latini veteres *sollemni mutatione B in M* pro eo magis dixerunt *promuscidem* vel *promuscidem*. *Es sic veteres legunt*. *Hanc eos mutationem ab Aëolibus suis potius mutatos crediderim, quibus frequens fuit aliorum βῆτα in μῦ vertere, et contra*. Sic igitur illis *προμοσκίς* dicta, qua aliis *προβοσκίς*. Inde Latinorum *Promuscis*. Rittershusius apud Gallzum *Proboscis*, inquit, *manus est elephantis, qua obuia submouere dicitur, ne quid obterat*, (Gall. et Walch. *prae obferat*)

guimanus ^{r.}, quod genus in illa immanissima ^t bellua ^a mirabiliter effectum est. Deus enim, qui providentiam et potestatem suam multarum rerum mirabili varietate voluit ostendere, quoniam caput eius animalis non tam longe porregerat, ut terram posset ore contingere, quod erat futurum horribile atque tetrum ^z; et quia os ipsum profusis dentibus sic armauerat, ut etiam si contingeret ^r pascendi tamen facultatem dentes adimerent: produxit inter eos a summa fronte molle ac flexibile membrum, quo prendere ^y, quo tenere quodlibet posset; ne rationem victus capiendi vel dentium prominens magnitudo, vel cervicis breuitas impediret ^z.

VI. Non possum hoc loco teneri, quo minus Epicuri stultitiam rursus ^a coarguam. illius enim sunt omnia, quae delirat Lucretius ^b. qui, ut ostenderet animalia non artificio ali-

rat) qua quum serpentis instar flexilis sit, ab hac elephantum anguimanum dixit Lucret. L. II. et V. - Isidorus L. 12. c. 2. - rostrum elephanti promusis dicitur, quo ille pabulum ori admovent, et est angui similis. Bün.

r) anguimanus] Quoniam anguis circummagit corpus in omnem partem: Ita dixit anguimanus, ut Ovidius dixit anguipedes. Nam inveniuntur angues anferinis, pedibus. autor Plinius. Erasmus.

s) anguimanus] Lucretius L. 2. 537. elephantos dixit anguimanos, ubi Creechius: manus elephanti proboscis tortilis, flexilis, serpentis in modum. Bün.

t) immanissima] Frequens epitheton de elephantis, hinc c. 3. 18. dixit: boues lucas cum immanissimis corporibus. Bün.

u) bellua] Elephantos καὶ ἑξοχὴν belluas scriptoribus dici, multis exemplis docuerunt Rupertus ad Flori L. 1. 18. 9. ed. Duker. p. 183. Græuius

ad eiusdem L. 2. 6. 49. p. 348. sq. Lindenbroch. ad Ammian. Marcell. L. 25. c. 6. p. 467. add. Plin. Hist. Nat. L. 8. c. 3. Bün.

x) horribile atque tetrum] Libenter has voces iungunt latini. dixi ad L. 2. Inst. 5. 23. (m) tetris atque horrentibus tenebris. Bün.

y) prendere] Lips. tert. comprehendere. Lips. 2. Reimm. comprehendere. Bün.

z) ne rationem impediret] Subl. Rost. Ven. 1471 - 1515. Crat. Erasim. Froben. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. ut rationem - non impediret. Walch. prave: ut - impediret. Lips. 3. nec rationem - impediret. Bon. Tax. Pen. Goth. Lips. 1. 2. Emm. et Paris. 1513. Cell. Heum. ne rationem - impediret. Bün.

a) rursus] Hæc vox abest a Goth. Lips. 3. et Reimm. sed vide c. 2. 10. Bün.

b) qua delirat Lucretius] Lib. 5. a versu 835. Cell.

c) sed

aliquo diuinæ mentis, sed; (vt solet,) fortuito esse nata; dixit, in principio mundi alias quasdam innumerabiles animantes miranda specie et magnitudine fuisse natas; sed eas permanere non potuisse, quod illas aut sumendi cibi facultas, aut coeundi generandique ratio defecisset. Videlicet, vt atomis suis locum faceret *d. e.*, per infinitum et inane volitantibus *f.*; diuinam prouidentiam voluit excludere. Sed quum videret, in omnibus, quæ spirant, mirabilem prouidentiam inesse rationem: quæ, malum, vanitas erat *g.*, dicere, fuisse ani-

c) *sed, (vt solet)*] Heumannus manifestum, inquit, mendum, lego: sed scilicet fortuito. Potuisset propius ductibus facere: sed videlicet; vt sæpe e. g. n. 12. c. 3. 12. L. 3. 16. 16. L. 5. 17. 15. c. 18. 5. L. 6. 18. 24. At omnes libri sed, vt solet; Ita solet Lib. 1. Inst. 12. 3: Stoici, vt solent. L. 7. 7. 2: vt academici solent. Posui cum ed. Paris. 1513. in parenthesis (vt solet). Bün.

d) *vt atomis suis locum faceret*] Vulgo addunt nonnulla verba, quæ nec in MSS. insunt, neque in ed. Rom. Et mox recentiores, in quibus nascendi ratio cessasset. Sed neque nascendi in vet. libris est. Cell.

e) *vt atomis*] Rost. Ven. vtraque 1478 - vsque ad ann. 1566. editi et Walch. vt et atomis. Sed Bon. Tax. Pen. Goth. Lips. Reimm. Thomas. Isæus et seqq copulam ET recte eiciunt. Bün.

f) *per infinitum et inane volitantibus*] Einm. Cant. Goth. Lipsiens. Reimm Subl. Rom. Rost. et Cellar. hæc verba proferunt, sed videntur Erasmus, Thomaf. Isæus, Gall. Spark. in suis MSS. inuenisse. certe habentur in Ven. 1472. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. et reliquis omnibus, et respondent stilo Lactantii L. 3. 17. 21: Non est prouidentia opus. Sunt enim semina per ina-

ne volitantia. de Ira 10. 13: siquidem per inane atomi volitant. Heumannus: per infinitum inane. Optime, sic Cic. L. 1. Fin. c. 6: atomosid est, corpora indiuidua propter soliditatem censet in infinito inani. Bün.

g) *qua, malum, vanitas erat*] Angl. Vltr. Goth. Lips. Reimm. et ab 1465 - 1524. editi, item Fasit. Gryph. Cell. quod malum vanitatis erat (Lips. tert. quid). Paris. quod vanitatis malum erat. Primus veram lectionem restituit Erasmus, sic scribens in Frob. 1529: Ex vetusto codice restitui: qua, malum, vanitas erat. Malum enim interiectionis vim obtinet, vt in illo Terentiano: qui, malum, alii. hoc non aduertens lector mutauit scripturam. Etiam Bon. Cauc. Gynn. Torn. 1548-1613. Bet. Antu. 1570. et in notis Thomafius, Isæus, Thyf. Spark. Walch. Heum. qua, malum, vanitas erat. Frequens hæc loquendi ratio in scriptoribus. Ita Cicero Or. 1. Philipp. c. 6: quam, malum, est ista voluntaria seruitus. L. 2. Off. 15: qua te, malum, inquit, ratio in istam spem induxit. adde pro Roscio Comædo in fine. Liuius L. 5. c. 54: qua, malum, ratio est. quæ imitatus est Gellius L. 12. N. A. c. 1: qua, malum, igitur ratio est. Seneca ad Marciam c. 3: qua enim, malum, amentia est. His proxima

ma

- animalia prodigiola, in quibus ratio nascendi cesasset ^b?
- 3 Quoniam igitur omnia, quæ videmus, cum ratione nata sunt; id enim ipsum nasci ⁱ, efficere nisi ratio non potest: manifestum est, nihil omnino rationis expers potuisse generari.
- 4 Ante enim prouisum ^k est in singulis quibusque fingendis, quatenus et ministerio membrorum ad necessaria vitæ vterentur; et quatenus adiugatis ^l corporibus elata ^m soboles, vni-
- 5 versas generatim ⁿ conseruaret animantes. Nam si peritus architectus, quum magnum aliquod ædificium facere constituit,

ma illa Curtii L. 8. 14. 41: *qua, malum, amentia te cogit; vbi conf. Pitiscum. Plinius L. 7. H. N. c. 55: Qua, malum, ista dementia est, iterari vitam morte? Hieronymus L. 2. adu. Ruffin. f. m. 212: Qua, malum, exsilia, quos iste carceres nominat? Plauto et Terentio hanc interiectionem esse frequentem exempla produnt a me excitata in adnot. ad Castellionis Dial. Sacr. L. 2. dial. 6. (r) p. 104. et ad Libr. 2. dial. 18. (d) p. 133. Bün.*

b) ratio nascendi cesasset] Emm. Vltr. Cauc. Goth. Lips. Reimm. et ab 1465-1586. editi vocem *nascendi* non habent; et Heumannus censet sequentia docere, *nascendi* esse spurium. Idem et ego diu credidi, interpretans: *in quibus ratio prouidentia cesasset?* vt Epit. 67. 7. *ratio*. At perpendens denuo verba: dicere, fuisse *animalia* prodigiola, *in quibus* ratio nascendi cesasset, video ea aperte opponi illis n. 1: qui dixit. animantes *miranda specie et magnitudine fuisse natas, sed eas permanere non potuisse, quod illas coeundi generandique ratio defecisset*. Repperunt voculam *nascendi* Ifæus, Gall. Sparkius, ex quibus Ifæus in variis: *male*, inquit, omisa est hæc dictio (*nascendi*) in aliquibus exemplaribus, qua legitur in Bon. Tax et aliis MSS.

optimis. Pro cesasset Bon. Reimm. et Lips. 2. cesaret. Bün.

i) id- ipsum nasci] das geboren werden selbst, vt L. 7. Inst. 3. 20. not. *ipsum esse. Bün.*

k) Ante enim prouisum est] Vltr. Aut enim. Cauc. Reimm. Rost. Ven. 1493-1515. et plures *Ant enim. Ven. 1472. An enim prouisum. Bon. Pen. Mert. C. C. C. Emm. Goth. vtraque Ven. 1478. Paris. 1513. Ifæus, Heumann. Ante enim prouisum. Scilicet alii illud ante mutarunt, putantes, in prouisum iam contineri; quum talis in nostro; pleonasmus sæpe occurrat. equidem n. 6. in prius prouidet, in ante prouidisse. prius ante a sequente quam pendet, sed sine illo c. 2. 2. ante prouidit. Cæsar L. 5. Gall. 33. pr. qui nihil ante prouidisset. Bün.*

l) adiugatis corporibus] Sic omnes. verbum alii ex Pacuio et Plinio probarunt; rariora ex Glosis antiquis: *abiusgare, abiusgare, abiusgus. Bün.*

m) elata soboles] Reimm. *data soboles. Heumann. ex coniectura: enata num edita, aut creata?* vt L. 7. 5. 14: *procreare sobolem. Bün.*

n) generatim] nach ihren Geschlechtern. dictio Lucretiana, c. g. L. I. 21. 230. 578. L. II. 665. 1089. Heum.

o) ante

ruit, primo omnium cogitat, quæ summa perfecti ædificii futura sit; et ante emetitur^o, quem locum leue pondus expectet; vbi magni operis^p statura sit moles, quæ columnarum interualla; qui, aut vbi aquarum cadentium decursus, et exitus, et receptacula; hæc, inquam, prius^q prouidet^r, vt 6
quæcumque sunt perfecto iam operi necessaria, cum ipsis fundamentis pariter ordiatur: cur Deum quisquam putet in machinandis^s animalibus non ante prouidisse, quæ ad viuendum necessaria essent, quam ipsam vitam daret? quæ utique constare non posset, nisi prius effecta essent, quibus constat. Videbat igitur^t Epicurus in corporibus animalium diuinæ 7
rationis solertiam; sed vt efficeret, quod ante imprudenter adsumserat^u, adiecit aliud deliramentum superiori congruens. Dixit enim, neque oculos ad videndum esse natos, neque au- 8
res ad audiendum, neque pedes ad ambulandum, quoniam membra hæc prius nata sunt, quam esset vsus videndi, et audiendi, et ambulandi; sed horum omnia officia^x ex natis ex-
stitisse. Vereor, ne huiusmodi portenta, et ridicula re- 9
futa-

o) ante emetitur] In Reimman. emetitur desideratur. Gothan. ante ementatur. Ven. prima 1478. ante emeciatur. Rost. Ven. altera 1478. 93. 97. Pier. ante emetiatur. Rectius Parrh. Paris. 1513. Ald. et seqq. ante emetitur. Bün.

p) magni operis] Bon. apud Isæ-
vm præue: *magnum oneris*. sic n. 6:
perfecto operi. L. 7. 1. 1: *fundamenta
firma et idonea - operi perferendo*.
Seneca ep. 55: *spelunca - magni operis*.
Plura Gronou. ad Liu. L. 21. c. 57. Bün.

q) hac, inquam, prius] Sic libri;
Heumannus tentat: *si hic, inquam*.
Non opus, vt si repetatur, quod sæpe
ita subauditur. vid. Broukhuf. ad
Propert. L. 2. El. 24. 12. p. 230.
hac vero respicit omnia prius dicta.
Bün.

r) prouidet] Rost. Erasim. Froben.
et Gyinn. Betul. *peruidet*. Ven. 1472.

utraque 78. Parrh. Paris. Iunt. Ald.
Crat. Isæus, Gall. Spark. *prouidet*.
Walch. *præue: peruidens*. Bonon.
Goth. Lips. Reimm. Ven. 1493. 97.
Cell. Heum. *prouidet*. Bün.

s) in machinandis animalibus]
Præpositionem in ex MSS. Sparkii,
Goth. Lips. 2. 3. Reimm. Ven. 1471.
72. utraque 78. 93. 97. et Paris.
1513. addidi; a Parrhasio, Iunt. Al-
do, Erasmo, aliisque recentioribus
neglectam. Sic n. 4. *prouisum in
singulis - fingendis*. Bün.

t) Videbat igitur] Lips. 2. et
Reimm. *Videbat enim*. Bün.

u) adsumserat] c. 4. 15: *his ad-
sumtis*. vide sis, quæ notauit ad L. 2.
5. 31. (2) p. 200. Bün.

x) horum omnia officia] Gothan.
Rost. Ven. utraque 1478. Paris.
Erasim. in Froben. et Gymn. *horum
omnium officia*. Bün.

Dddd

x) Ve-

futare, non minus ^a ineptum esse videatur. sed liber ineptire; quoniam cum inepto agimus, ne se ille nimis argutum putet. **10** Quid ^a ais, Epicure? non sunt ad videndum oculi nati? cur igitur vident? Postea, inquit, usus eorum adparuit. videndi ergo causa nati sunt; siquidem nihil possunt aliud, quam videre. item membra cetera cuius rei causa nata sint, ipse usus ostendit. qui utique nullo modo posset existere, nisi essent membra omnia tam ordinate ^b, tam **11** prouidenter effecta, ut usum possent habere. Quid enim, si dicas, aues non ad volandum esse natas, neque feras ad latuendum ^c, neque pisces ad natandum, neque homines ad sapiendum, quum adpareat ei naturæ officioque seruire animantes, ad quod est quæque ^d generata? Sed videlicet qui summam ipsam ^e veritatis amisit, semper erret necesse est. si enim

y) Vereor, ne non minus ineptum videatur] Lipf. tert. Reimm. perperam: Vereor ne non nimis. Erasmus Sermo, inquit, videtur imperfectus, nisi addas, quam dicere, aut simile quippiam. Sed salua et integra hic omnia. Pari modo de Irac. 10. 6: Vereor, ne non minus delirare videatur, qui hac puset refellenda: respondeamus tamen etc. conf. L. 7. 12. 31. conf. Rittershusium ad Sallianum de Gubern. Dei L. 1. p. 18. ed. Brem. not. p. 10. Bün.

z) Quid ais, Epicure? non sunt ad videndum oculi nati? Male vulgus, si non sunt, quæ conditio ignota antiquis. Cell.

a) non sunt ad videndum oculi nati? Ita quidem omnes nostri scripti editique ante Thomassium; non tamen adeo aspernanda lectio Thomassii, Thyf. Gall. Sparkii: Si non sunt ad videndum oculi nati, cur igitur vident? Nititur enim, teste Isæo in variis, auctoritate antiquissimicodici Bononiensis, immo et Lipf. vnius. Bün.

b) tam ordinate] Lipf. tert. et

multi editi, e. g. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Paris. et Cell. tam ordinata. At rectius Reimm. Parrh. Ald. Crat. Erasmus in Frob. Gymn. Gryph. Torn. Betul. Thomas. etc. tam ordinate. Confirmo ex L. 3. Inst. 17. 17: quomodo tam ordinate, tam disposito mundus effectus est. Bün.

c) aues-feras ad latuendum] etc. videtur respexisse ad illa Quintil. L. 1. Inst. c. 1. Sicut aues ad volatum, equi ad cursum, ad salutem fera gignuntur: ita nobis propria est mensis agitatio atque solertia. Bün.

d) est quæque] Ald. Crat. Gryph. Thyf. Gall. Walch. sunt quæque generata. At rectius Bon. Tax. Pen. Goth. Lipf. Reimman. Rost. Ven. 1471 - 1510. Iunt. Erasmus in Frob. et Gymn. Torn. Isæus, Spark. Cell. Heum. est quæque generata. Bün.

e) Summam ipsam] Pronomen præstant Bon. Tax. Pen. Cauc. Lipf. Goth. Reimm. et vtraque Ven. 1478. Isæus, Spark. vbi plures, e. g. Rost. Ven. 1493. 57. etc. ipsam non adderunt. Bün.

f) odo-

enim non prouidentia, sed fortuitis atomorum concursioni-
bus nascuntur omnia; cur numquam fortuito accidit, sic coi-
re illa principia, vt efficerent animal eiusmodi, quod naribus
potius audiret, odoraret *f* oculis, auribus cerneret? Si enim 13
primordia nullum genus positionis & inexpertum relin-
quunt *b. i.*; oportuit eiusmodi quotidie monstra generari, in
quibus et membrorum ordo præposterus, et vsus longe di-
uersus existeret. Quum vero vniuersa genera, et vniuer- 14
sa quoque membra *k* leges suas et ordines, et vsus sibi attri-
buitos tueantur: manifestum est, nihil fortuito esse factum,
quoniam diuinæ rationis dispositio perpetua *l* seruetur. Ve- 15
rum alias refellemus Epicurum: nunc de prouidentia, vt
cœpimus *m*, disseramus.

VII.

f) odoraret] Bon. quidem, Cauc. Goth. Reimman. Rost. Erasmus in Frob. Gymn. Torn. Betul. Walch. Heum. *odoraretur*, quod consue-
tius; at Lipsienses, Ven. vtraque 1478. 93. 97. Parrh. Paris. Aldus-
Cell. *odoraret*, forma actiua, quam seruauit, quia omnes scripti editique iterum c. 14. 7. *odorare* dixerunt. Bün.

g) positionis] i. e. situm, statum. L. 3. Inst. 17. 24: *vario ordine ac positione conueniunt*. Bün.

h) nullum genus positionis inexpertum] Male vulgo *inexpertum*, quod secus in libris vetustis est. Cell.

i) nullum genus positionis inexpertum relinquunt] Male, inquit Cellarius, vulgo *inexpertum*. Nollem, ita V. C. pronuntiasset, licet enim etiam Witt. Reimm. Rost. Ven. 1471. 1493. 97. Paris. et quædam aliæ *expertum* legant, tamen rectissime alii *inexpertum* et Ven. 1472. vtraque 78. Parrhas. Ald. Crat. Erasmus in Frob. Gymn. et plures recentiores INEXPERTVM præferunt. Confirmo ex libro de Ira c. 10. 40: *atomi*-nullam positionem relinquunt, quam non experiantur. vt verg *nihil expertum relinquere* vix

dici potest, ita sapiissime alterum occurrit. Virgilius L. 4. Aen. 415:
No quid inexpertum frustra moritura reliquit.

Ouidius Heroid. ep. 29. 42:
Ardor inexpertum nil finet esse meus.

Sæpe ita Curtius; L. 3. 6. 14: Nec Philippus quidquam inexpertum omisit. conf. Curt. L. 4. c. 4. 2. L. 5. 9. 7. et L. 9. 2. 27: *digni, qui nihil inexpertum, nihil metu omissum relinquatis*. Seneca ep. 101: *nullum relinquens inexpertum genus questus*. Omitto Liuium, et alios. Bün.

k) vniuersa quoque membra] Itarectius plurimi scripti et omnes editi, quam Bonon. *vniuersa quaque membra*. Bün.

l) dispositio perpetua] Postremam vocem neglexerunt Lips. 2. 3. Rost. Ven. 1493. 97. Heumannus ex coniectura: *perpetuo*. At Goth. Reimm. Ven. vtraque 1478. Parrh. Paris. et reliquæ editiones *perpetua*, i. e. continua, non interrupta, vt c. 5. 4: *ex uno perpetuoque ose*. Bün.

m) vt cœpimus] Reimm. *vt sepius* i. e. sæpius. Bün.

Dddd 2

a) soli-

VII. Deus igitur solidamenta^a corporis, quæ ossa dicuntur, nodata et adiuncta inuicem nervis adligavit atque constrinxit^b, quibus mens, si excurrere, aut resistere^c velit, tamquam retinaculis vteretur; et quidem nullo labore nulloque conatu, sed vel minimo^d nutu^e totius corporis molem temperaret, ac flecteret. Hæc autem visceribus operuit, ut quemque locum^f decebat, ut, quæ solida ossa^g, conclusa regerentur, Item visceribus ipsis venas admiscuit quasi riuosⁱ per corpus omne diuisos; per quas^k discurrens humor et san-

a) *solidamenta*] Non ex antiquioribus mihi innotuit, Lexica addunt Augustinum. Nostri præceptor Arnobius L. 2. p. 84. ed. 8. dixit *solidata ossa*. Büñ.

b) *nervis - constrinxit*] Ven. 1493. 97. Pier. *nervis - constrinxit*, consueta horum verborum confusione, ut hinc inde diximus. *constrinxit* rectum, vid. not. c. 5. 8. *nervis substringi*. Büñ.

c) *resistere*] i. e. *subsistere*, oppositum præcedentis *excurrere*. vid. not. ad Libr. de Ira c. 4. 13: *in extremo gradu resistit*. Büñ.

d) *sed vel minimo*] Particulam *vel* addo ex Emman. Lips. tert. Reimm. Erasmi in Frob. Gymn. Torn. Bet. Walchio, Goth. *vel nimio*. Nam *minimus* et *nimius*, *minus* et *nimis* sæpe confunduntur in MSS. vid. c. 6. 9. not. Sic de Opif. c. 4. n. 22: *rationem in eo vel maxime stare*. Cicero in Orat. c. 26: *Hoc in genere nervorum vel minimum, suavitatis autem est vel maximum* conf. Tursellin. de particulis ed. 2. Schwartzii p. 1057. Büñ.

e) *nutu*] Bon. Tax. *motu*. Etiam hæc voces sæpe male permutantur in libris. L. 7. Inst. c. 11. 7: *sine nutu et adminiculo animi*. Büñ.

f) *quemque locum*] Ven. vtraque *quemque locum*. Reimm. Rost. Ven. altera 1478. et plures, in his Cellar. *quemcumque*; at Bonon. Tax. Cauc.

Erasmi in Frob. Gymn. Torn. Bet. Isæus, Sparkius, Heum. *quemque locum*. Büñ.

g) *ut que solida ossa*] MSS. ita referunt: vulgati *qua solida essent*. Cell.

b) *ut, que solida ossa, conclusa regerentur*] Vterque codex Bonon. et Tax. Thom. Isæus, Gall. Sparkius, Heumann. *ut que solida essent conclusa regerentur*. exponit Thomafius: *qua solida essent i. e. ossa*. Lips. tert. et Reimm. Ven. 1493. 97. vti que *solida ossa, conclusa regerentur*. Rost. *ut que solida ossa conclusa regerentur*. Vtraque Ven. 1478: *ut que solida ossa conclusa regerentur*. Parrh. Bet. Torn. *utque* (i. e. vti que) *solida ossa conclusa regerentur*. Ald. Crat. Erasmus in Frob. Gymn. Glyph. *utque* (pro et vti) *solida ossa conclusa regerentur*. Singularis est Paris. 1513: quo *solida ossa conclusa regerentur*. Iterum c. 8. n. 8: *duris ac solidis ossibus*. Sola Cant. ed. vitiose: *solida essent*. Büñ.

i) *venas - riuos*] L. 7. Inst. 12. 23, Büñ.

k) *per quas*] Angl. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. 93. 97. Pier. Parrh. vitiose: *per que*. Goth. Lips. Ald. Crat. Gryph. Thomaf. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Cell. *per quos* sc. *riuos*. At Bon. Tax. vtraque Ven. 1478. Paris. 1513. Erasmus in Frob. 1529. Gymn.

sanguis vniuersa membra succis vitalibus ^l irrigaret, et ea viscera formata in eum modum, qui vnique generi ac loco aptus fuit, superiecta pelle contexit: quam vel sola pulchritudine decorauit, vel fetis adoperuit ^m, vel squamis muniuit; vel plumis insignibus adornauit, Illud vero commentum ³ Dei admirabile, quod vna dispositio, et vnus habitus innumerabiles animantium præferat ⁿ varietates, nam in omnibus fere, quæ spirant, eadem series et ordo membrorum est. Primum enim caput, et huic annexa ceruix: item collo ⁴ petus adiunctum, et ex eo prominentes armi, adhærens petori venter: item ventri subnexa genitalia: vltimo loco femora ^o pedesque. Nec solum membra suum tenorem ⁵ ac situm in omnibus seruant, sed etiam partes membrorum. nam in vno capite ipso ^p certam sedem possident aures, certam oculi, nares item, os quoque, et in eo dentes ^q et lingua. quæ omnia quum sint eadem in omnibus animantibus; tamen infinita et multiplex diuersitas figuratorum ^r res est, quod ea, quæ dixi, aut productiora, aut contractiora lineamentis varie differentibus comprehensa sunt.

Gymn. Torn. Betul. Walch. Heum. per quas sc. venas. Bün.

l) succis vitalibus] conf. Munckerum ad Fulg. L. 2. fab. 8. p. 77. sqq. Bün.

m) fetis adoperuit] Reimm. praeferat adaptauit. Betul. operuit. L. 7. 27. 7. adoperata. Bün.

n) animantium præferat varietates] Bon. Tax. Isæus: imaginis præferat varietates. certe n. 5. multiplex diuersitas figuratorum dicitur. Rost. Ven. 1471-97. Pier. Parrh. Ald. Iunt. Crat. animantium præferat varietates. Paris. 1513. animantium præferat VERITATES. Goth. Reimm. Cauc. Vltr. Erasim. in Frob. Gymn. Torn. Betul. Cell. Walch. Heum. animantium præferat varietates. noto ad L. 6. 18. 1. Bün.

o) femora] Bon. Tax. Cauc. femina. Bün.

p) in vno capite ipso] Heumannus vult ipso, quasi ex vno natam vocent deletam, habent libri omnes. Bün.

q) et in eo dentes] Scite ita Lips. Ingrata repetitione alii, et in ore: quidam, et in eo ore. Post paullo omnes nostri scripti figuratorum, non figurarum. Cell.

r) et in eo dentes] Etiam Reimm. et ante Cellarium Rost. Erasim. in Frob. 1529. Gymn. et in eo. Reliqui fere editi: et in ore. Bün.

s) figuratorum] Parrh. Iunt. Ald. Crat. Erasimus in Frob. Gymn. Gryph. Torn. Betul. Thomas. et sqq. figurarum, vbi septem Angl. Goth. Lips. Reimm. et ab 1465-1497. et Paris. 1513. Cell. figuratorum. Heumannò figurarum placet. Bün.

Dddd 3

2) in

6 sunt. Quid illud? nonne diuinum, quod in tanta uiuentium multitudine vnumquodque animal in suo genere et specie * pulcherrimum est? vt si quid vicissim de altero in alterum transferatur; nihil impeditius ad vtilitatem, nihil deformius ad * adsp̄ctum videri necesse sit; vt si elephanto cervicem prolixam tribuas, aut camelo breuem; vel si serpētibz pedes aut pilos addas, in quibus porrecti æqualiter corporis longitudo nihil aliud exigebat^x, nisi vt y. z maculis terga distincti^a, et squamarum læuitate subfulsi^{b.c}, in lubricos tractus sinuosis flexibus laberentur. In quadrupedibus autem idem opifex contextum spinæ a summo capite deductum, longius extra corpus eduxit, et acuminauit^d in caudam;

x) *in suo genere et specie*] Bonon. in sui generis specie. Pen Vltr. Cauc. Goth. Rost. in sui genere et specie. In Ven. prima 1478. verba in suo genere desunt. Reliqui vt edidi. Heum. et exponit etiam, daß schön anzusehen. Bün.

u) *nihil impeditius ad vtilitatem, nihil deformius ad adsp̄ctum*] Walch. exponit per ellipsin: quod ad vtilitatem - ad adsp̄ctum assinet. Lactantius sæpe eiusmodi adiectiua ita ponit hoc libro c. 8. 6: ad speciem nullus est perfectior numerus. c. 8. n. 13: quo nihil ad speciem foedius, ad vsum inutitius. c. 10. 6: ad vsum digitorum tractabilis. c. 10. 24: illud ad vsum miris modis habile. Ira c. 10. 4: quo nihil potest esse nec dispositius ad ordinem, nec aptius ad vtilitatem, nec ornatius ad pulchritudinem, nec maius ad molem. Libr. 1. Infit. 11. 35: ad vitam humanam vtile. Epit. c. 71. 4. - ad cibos vtile - ad potum salubre. Bün.

x) *exigebat*] Sic edo ex Bon. Tax. Isæo, quod Spark. et Heum. comprobant. Reimm. et reliqui exhibeat, quod valeret idem, quod n. 3. preferat. Bün.

y) *nisi vt maculis*] Abest vt a MSS. Cell.

z) *nisi vt*] Desideratur vt in Reimm. Rost. Ven. 1471. 1493. 97. quod Ven. vtraque 1478. Parrh. Paris. 1513. Iunt. Ald. et reliqui recte habent. Bün.

a) *maculis terga distincti*] Omnes terga, more Græcorum. Bün.

b) *squamarum læuitate subfulsi*] Ita libri. dubium an sincere. Cell.

c) *squamarum læuitate subfulsi*] Cellarius dubitat, an sincere. Sic vero omnes, in quibus meliori orthographia Parrh. Betul. et Torn. 1587. squamarum læuitate, per a. Ita quoque Heunannus, et sic corrigo c. 12. 12. Sic de Ira 10. 7: læuitudo. vt hic, læuitate - in lubricos tractus. Sic Plinius L. 2. c. 3. læuitate lubricum corpus serpentibus tribuit. Nec subfulsi debet esse suspectum. Noster c. 2. n. 4: subfulta unguulis. Ambrosius Hexaemer. L. 1. c. 7: vbi erat materia ista alarum subfulta romigiis? Hieronymus epist. ad Iulianum f. m. 207: regna calorum expeditos et alarum læuitate (h. l. Reichthelt) subnixos desiderant. Bün.

d) *acuminauit*] de hac voce consule Sauoronem, qui plura exempla collegit ad Sidon. L. 7. ep. 13. p. 435. et ad L. 8. ep. 1. p. 460. Bün.

e) mi-

dam; vt obscenæ corporis partes vel propter fœditatem te-
rentur, vel propter teneritudinem munirentur, vt animalia
quædam minuta, et nocentia e motu eius arcerentur a corpo-
re. quod membrum si detrahas f; imperfectum sit animal &
ac debile b. Vbi autem ratio et manus est; tam non est id
necessarium, quam i indumentum pilorum. adeo in suo
quæque genere k aptissime congruunt, vt neque nudo quadru-
pede, neque homine tecto excogitari quidquam turpius pos-
sit. Sed tamen quum l. m ipsa nuditas hominis mire ad
pulchritudinem valeat; non tamen etiã capiti congruebat n.
(quan-

e) *minuta, et nocentia*] Reimm.
præue *munisa*. inelius Lipsi. 2: *imi-
mica et nocentia*. Bün.

f) *si detrahas*] Parrh. Iunt. Ald.
Crat. Gryph. Torn. Betul. Thomaf.
Gall. Spark. *si detrahes*. male. rectius
Bon. Tax. Pen. Goth. Lipsi. Reimm.
et Rost. Venet. 1471 - 1497. Paris.
Erasmus in Frob. Ifæus, Cell. Heum.
detrahas, vt num. 6. *tribuas - addas*.
Bün.

g) *imperfectum sit - ac debile*] Re-
ctius sit MSS. et Rost. et plures, quam
nonnullæ editiones e. g. Ven. vtra-
que 1478. 93. 97. Parrh. Paris. *im-
perfectum sit*. Bün.

h) *debile*] i. e. mutilum, mancum,
siue, vt præcessit, *imperfectum*. vid.
not. L. 6. c. 9. 12. Bün.

i) *tam non est id necessarium, quam*]
Reium. præue: *tamen non est id ne-
cessarium, quasi*; neque recte Ven.
1472. vtraque 78. 93. 97: *tamen non
est id necessarium, quam*. Peius Parrh.
Iunt. Ald. Crat. Gryph. Torn. Bet. non
est id tam necessarium, quam. omni-
um vero rectissime Bon. Tax. Pen.
Goth. Lipsi. Rost. Paris. 1513. Erasim.
in Frob. Gymn. Thomaf. Ifæus et
sqq. *tam non est id necessarium, quam*.
Bün.

k) *in suo quaque genere*] Vltr.
Cauc. Lipsi. text. Rost. Ven. 1472.

vtraque 78. Parrh. Iunt. Ald. Crat.
Gall. Spark. *in suo quoque genere*.
rectius et elegantius Bonon. Goth.
Lipsi. 2. Reimm. Ven. 1493. 97. Pa-
ris. Erasmus in Frob. 1529. Gymn.
Torn. Bet. Ifæus, Cell. Walch.
Heum. *in suo quaque genere*. Cicero
sæpe *in suo quaque genere*, et in sin-
gulari L. 2. N. D. c. 32: *in suo quid-
que genere*. Idem sæpe eleganter imi-
tatus est Castellio in sua versione Co-
dicis sacri. Bün.

l) *quum tamen ipsa*] MSS. et Rom.
sic. Cell.

m) *Sed tamen quum ipsa - non ta-
men*] Cauc. Vltr. Goth. Lipsi. Reimm.
et ab 1465-1566, editi, et Cell. Walch.
Heum. *Quum tamen - non tamen*. De-
sidero adhuc alia exempla particula-
rum ita positarum, licet non damnem;
quia noster cum aliis alibi: *tametsi,
tamen etsi - tamen* posuit; *quum* vero
hic valet *etsi*. Scripsi ex Bon. Tax.
Ifæo, Gall. Sparkio: *sed tamen quum -
non tamen*. Sic Cicero in L. 4. ad
Fam. ep. 15. et L. 13. ep. 71: *Sed tam-
etsi - tamen*. Bün.

n) *non tamen etiam capiti congrue-
bat*] Addunt vulgo, *quanta enim in
eo futura deformitas esset ex caluitio
adparet: quæ desunt manu scriptis
et Rom.* Cell.

(quanta enim in eo futura deformitas esset, ex caluitio adparet °.) textit ergo illud pilo: et quia in summo futurum erat, quasi summum ædificii culmen ꝑ ornauit. qui ornatus non est in orbem coactus, aut in figuram pilei teres ꝑ factus, ne quibusdam partibus nudis esset informis; sed alibi effusus, alibi

o) *quanta enim in eo futura deformitas esset, ex caluitio adparet*] Goth. Lips. Reimm. et ab 1465 - 1513. excusi, et Cell. et Heumannus hæc describunt. Aldus, Crat. Gymn. Erasmus, Fas. Gryph. Torn. Bet. Thom. Isæus, Gall. Spark. Walch. receperunt. Ex silentio Erasmi, Thomastii, Isæi, Gallæi, Sparkii, etiam ed. Cantabr. colligo in eorum MSS. existare. etiam Salmasius in ep. de Cæsariet. et Coma p. 468. seruat. conf. Betul. adnotationem. inclusi verba intra cancellos. Bün.

p) *summum ædificii culmen*] Salmasius c. l. p. 468. adiecit. *summum* omisit, idque defendit Heumannus ex c. 10. n. 10: *caput totius diuini operis quasi culmen est*. Omittunt quoque *summum* Fas. Gryph. Torn. et Betuleius; in omnibus scriptis editisque reliquis lego: *summum - culmen*, et seruauit. Sic c. 8. n. 5. caput vocat *summum fastigium*, et liberter noster et alii uocabulis *culmen, fastigium*, addunt *summum*. Ita Liuius L. 1. c. 34. vocat caput *SVMMVM CVLMEN hominis*, et Lactantius Libr. 6. 13. 5: *ad summum culmen*. L. 6. 24. 30: *summum fastigium*. Bün.

q) *in figuram pilei teres factus*] Tametsi dissentiant exemplaria, tamen legendum arbitror *PILI*, priorē producta: globus rotundus est hausta teres. *PILVM* autem hastræ genus. Erasmus.

r) *aut in figuram pilei teres factus*] Erasmus secuti Gall. et Sparkius *PILI* ediderunt. MS. Bon. et Tax. *pila*, sed vitiose, inquit Gallæus,

an pila teres? Salmasius c. l. p. 469. legit: *in figuram pilei teretis*. *Pileus teres est*, inquit, qui Græcis *πίλος ὀκτανῶς*, ad formam caluae. cui undique adplicatus adheret, expressus, cui similes sunt capilli in rotundum tonsi, quos et *σκαφίς* nomine Græci nuncupans, i. e. *aluceoli rotundi*: etc. conf. p. 311. ibid. Reiciit hanc emendationem Salmasii Heumannus, subscribens Erasmo, adiuncta tamen alia correctione: *SED in figuram PILI teres factus*. *Inmis, scilicet auctor*, (ita pergit Heumannus,) *pilos capitis inde nomen accepisse, quod forma sunt tereti, sicut pila*. Retinui, ut est in septem Anglic. tribus Lips. Gothan. Reimm. et in ab 1465 - 1630. Cant. Cell. Walch. *aut in figuram pilei teres factus*. Quæ lectio in re cum Salmasiana conuenit. cap. 10. n. 21: *rigidum ac teres collum*. Bün.

s) *alibi effusus, alibi retractus*] Bon. et Isæus: *alicubi effusus, alicubi retractus*. Cauc. Emm. Goth. Salmas. MSS. Erasmus in Frob. 1529. Gymn. Torn. Betul. Isæus, Spark. Walch. *alibi effusus, alibi retractus*. Cum reliquis Cell. Heum. *alibi infusus, alibi retractus*. Recepti *effusus, ut n. 10: effusi ante aures capilli*. Seruius illa Virgilii L. 4. Aeneid. 509: *crines affusa sacerdos*, exponit *crines effusos habens*. conf. Gronou. ad Senecæ Thyest. Act. 2. v. 227. et Spanhem. ad Callimachi Cererem v. 5. p. 660. ubi exemplis docetur, *capillos effusos, diffusos, religatis, remodatis* opponi. Bün.

t) *cuius-*

alibi retractus pro cuiuslibet ² loci decencia. Fronis ergo ¹⁰
 vallata ² per circuitum, et a temporibus ² effusi ² ante aures
 capilli, et earum summæ partes ² in coronæ modum cinctæ ²,
 et occipitium omne contactum, speciem miri decoris osten-
 tant. Iam barbæ ratio, incredibile est, quantum conferat ¹¹
 ad dignoscendam corporum maturitatem, vel ad differentiam
 sexus, vel ad decorem virilitatis ac roboris; vt videatur omni-
 no non constatura ^c fuisse totius corporis ratio ^d, si quidquam
 aliter esset effectum.

VIII. Nunc rationem totius hominis ostendam; singu- ¹
 lorumque membrorum, quæ in corpore aperta aut operata ^a
 sunt, utilitates et habitus explicabo. Quum igitur statuis- ²
 set Deus ex omnibus animalibus solum hominem facere cæ-
 lestem, cetera vniuersa terrena; hunc ad cæli contemplatio-
 nem rigidum ^b erexit, bipedemque constituit, scilicet vt
 eodem

t) cuiuslibet] Bon. et Isæus: cui-
 usque. Bün.

u) vallata] Reimm. vitiose: nul-
 lata. Salmasius c. l. p. 468. sq. vela-
 ta. Vult, inquit, frontem crinibus es-
 se velatam, aures totas coopertas, oc-
 cipitium contactum. At Lips. Goth.
 et editi omnes vallata, vt c. 10. 2:
 palpebra-pilis in ordine stantibus val-
 lata. vbi plura. Bün.

x) a temporibus] Præpositionem
 a vtraque Ven. 1478. 93. 97. Parrh.
 Ald. Crat. Gryph. neglexerunt, quam
 Bon. Pen. Cauc. Vltr. Lips. Gothan.
 Reimm. Rost. Paris. Erasim. in Frob.
 Gymn. Betul. Thomaf. etc. recte ad-
 dunt. Bün.

y) effusi] Soltis Reimman. offusi.
 Neque hæc lectio mala. Bün.

z) summa partes] Salmasius per-
 peram ima partes. Summa hic sunt
 extrema. Bün.

a) in corona modum cinctæ] Reim-
 man. prae in corona modum tinctæ.
 vide not. ad c. 10. 27: papilla - orbi-

bus coronata, et ad L. 4. Inst. 26. 23:
 coronamus. Bün.

b) incredibile est, quantum conferat]
 Lips. 2. male conferr. c. 8. 6. illustra-
 vi elegantem formulam ad Lactant.
 L. 1. Inst. 15. 14. (b) p. 96. addo ex
 Cic. 2. N. D. 59. - incredibile est - quan-
 ta opera machinata natura sit. conf.
 Vechner. Hellen. ed. Heusinger. pag.
 136. Bün.

c) constatura - ratio] Ven. 1471. et
 Rost. prae constructa. At recte
 Reimm. et reliqui constatura. Quæ
 scriptura sæpe vindicata a doctis.
 vid. Barth. ad Claudian. p. 987. sq.
 Vosf. L. 3. Anal. c. 20. Duker. de
 Latin. Arisc. Vet. p. 387. Bün.

d) corporis ratio] Bon. Tax. Vltr.
 operis ratio. Bün.

a) aut operata] Gymn. aut etiam
 operata. c. 12. 1. et c. 14. 6: qua - in ope-
 ro latens. Bün.

b) rigidum erexit] vid. L. 2. 1. 17.
 Bün.

eodem spectaret ^{c. d.}, vnde illi origo est; illa vero depressit ad terram, vt quia nulla his immortalitatis expectatio est, toto corpore in humum proiecta ^{e.}, ventri pabuloque seruirent.

3 Hominis itaque solius recta ratio ^{f.} et sublimis status, et vultus Deo patri communis ^{g.} aut proximus, originem suam fectoremque testatur. Eius prope diuina mens, quia non tantum animantium, quæ sunt in terra, sed etiam sui corporis est sortita dominatum; in summo capite collocata, tamquam

4 in arce ^{h.}, sublimi ^{i.} specularum omnia et contuetur. Hanc eius aulam non obductam ^{k.} porrectamque formauit, vt in mutis animalibus; sed orbi et globo similem, quod orbis rotundi-

c) vt eadem spectaret, vnde] Refragantibus exemplaribus legendum arbitror: EODEM, vt aduerbio respondeat aduerbium: vnde. *Erasm.*

d) eodem] Licet omnes fere scripti editique: eadem habeant, legendum tamen ex Paris. 1513. et emendatione Erasmi: eodem -- vnde. et sic Betul. et Heumannus. Exempla pete ex Turfellino de Partic. ed. 2. Schwartz. p. 248. et p. 1074. Ven. prima 1478. prauè: scilicet in eadem spectaret. Frequens Cæsari, Nepoti, Liuiio eodem - vnde, et Ciceroni, Iustino, aliis: vnde - eodem. Rem ipsam multis locis excitatis illustravi ad Lact. Libr. 2. Inst. 1. 14. (x) p. 164. sq. Bün.

e) corpore in humum proiecta] L. 4. Inst. 17. 19. sic emendo: in terram toto et corpore et ore proiectum ventri et pabulo seruit. Bün.

f) hominis - recta ratio] i. e. erecta conditio, rectus status corporis humani. L. 2. 1. 18: quum ratio corporis recta sit. vid. not. ad L. 2. 1. 14. (x) p. 164. et ad L. 7. 9. 11. Bün.

g) vultus Deo patri communis aut proximus] Reimn. vultus communis ac proximus. Goth. communis ac proprius L. 7. Inst. 5. 6: homo - solus ira formatus est, vt oculi eius ad calum

directi, facies ad Deum spectans, vultus cum suo parente communis sit. conf. not. ad Epit. 70. 4. not. (h) Bün.

h) tamquam in arce] Sicc. 16. 4: tamquam in arce laboris. Expressit Ciceronem L. 1. Pusc. c. 10: Rationem in capite, sicut in arce, posuit natura. Apulcius in Apologia: regalis pars animi ratione pollem verticem hominis velut arcem et regiam iniecit. Ita emendo illa Ambrosii L. 1. Off. c. 18. ed. Episcopii Basil. 1567. f. 10. in quibus formæ apex QVASI IN ARCE (non, vt editum, in arca) quadam locatus. Suadent id omnia verba sequentia. Bün.

i) in arce sublimi] Sic edo ex Reimmann. et Paris. 1513. itaque Heumannus coniecit. Editi: sublimis sc. mens. Puto litteram sibilantem ex prima in specularum ortam. Bün.

k) aulam non obductam] Sic omnes libri; Heumannus ex coniectura: productam; quia sequitur, porrectam. Seruo: non obductam, i. e. non obteclam. Aulam eleganter vocat frontem et anteriorem capitis partem, quam alii minus accurate sinciput dicerent. Contra c. 7. n. 10: occipitium dixit coniectum sine obductum.

l) or-

tunditas ^l perfectæ rationis est, ac figuræ. Eo ^m igitur mens et ignis ille diuinus ⁿ tamquam cælo tegitur. cuius quum summum fastigium naturali veste texisset; priorem partem, quæ dicitur facies, necessariis membrorum ministeriis et instruxit pariter et ^o ornauit. Ac primum oculorum ^p orbes ⁶ concauis foraminibus conclusit ^q, a quo foratu frontem nominatam ^r Varro existimauit: et eos neque minus neque amplius, quam duos esse voluit, quod ad speciem nullus est perfectior numerus, quam duorum, sicut et aures duas, quarum duplicitas ^s, incredibile est, quantam pulchritudinem præferat ^{t. n}, quod tum pars ^x vtraque similitudine ornata est, tum et venientes ^y altrinsecus voces facilius colligantur. nam et forma ipsa mirandum in modum ficta, quod earum ⁷ fora-

l) orbis rotunditas] Bon. Tax. *omnis rotunditas*. Pro recepta c. 5. n. 10: *in orbem rotundos*. Bün.

m) Eo] sc. capite. Bün.

n) ignis ille diuinus] conf. c. 17. 2. illustrat multis Gatakerus ad Antonin. L. 4. §. 21. p. 141. Bün.

o) et instruxit pariter et] Sic omnes. vide not. ad L. 4. Inst. r. 1. hic addo Ouidii L. 4. Trist. 2. 13:

ET PARITER matres, ET quæ
sine crimine castos
Perpetua seruant virginitate
focos.

Sulpicius Seuer. Vit. Martin. c. 9: ET ostensus PARITER ET destructus est inimicus. Bün.

p) Ac primum oculorum] Bon. Pen. Vltr. Lipf. Goth. Reimm. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Cell. *Ac primum quod ediderant; sed quod* Subl. Rost. Ven. 1471-1515. Crat. Erasim. Gymn. Fas. Gryph. Betul. Isaacus, Heumanus recte proscribunt. Bün.

q) conclusit] Bon. inclusit vid. n. 16. Bün.

r) frontem nominatam] Reimm. *nominatum*. Constat veteribus etiam masculinum fuisse, sed vix credo ita Lactantium extulisse. Bün.

s) duplicitas] Ven. 1471. Rost. Thomas. in Antu. 1570. et 1587. et Thyf. praeue: *duplicitas*. Vltr. Cauc. Lipf. Reimmann. et fere omnes editi: *DUPLICITAS*. iterum c. 10. 8: *duplicitate*. Walchius quis, inquit, præter Lactantium vocem hanc posuerit, nescio. Ego quidem illam legi in Tertull. L. 5. adu. Marcion. c. 11: *quum duplicitas earum intercedit*. Bün.

t) quantam pulchritudinem præferat] Id est, *pra se ferat*, quod in vulgatis est. MSS. autem *praferat*, uti apud Plinium lib. 1. epist. 22: *qui sapientia studium habitu corporis praferunt*. Cell.

u) præferat] Elegantius Bon. Tax. Pen. Angl. Goth. Lipf. Reimmann. Subl. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Cell. Heum. *praferat*, ut n. 9. pro quo Rost. *perferat*. primum Parrhas. deinde Iunt. Ald. et seqq. plenius: *pra se ferat*. Primum vindicauit ad L. 6. Instit. 18. 1. Bün.

x) tum pars] Bon. Tax. Pen. et Reimm. *cum* (quum) *pars*. Bün.

y) venientes] Lipf. tert. Reimm. *aduenientes*. Bün.

z) no-

foramina noluit esse ^z nuda et inobsepta ^a; quod et minus decorum et minus vtile fuisset, quoniam simplicium cauernarum angustias præteruolare vox posset, et spargi ^b, nisi exceptam ^c per cauos sinus, et repercussu retentam ^d foramina ipsa combiberent ^e, illis similia vasculis, quibus impositis solent angusti oris vasa ^f compleri. Eas igitur aures, (quibus

^z) noluit esse] Edo ex Cauc. Vltr. Lips. 1. Ian. Gulielm. Betul. Isæo, Thyf. Gall. Spark. et ed. Cantabr. NOLVIT, vbi perperam ante Betuleium editi, et ex recentioribus Cell. Walch. Heum. VOLVIT ediderunt. Bün.

^a) inobsepta] Reimm. praeue: inobcepta. Ven. 1497: inobcepta. Nondum hoc adiectiuum inobseptus ex aliis obseruatum. Bün.

^b) et spargi] Hæc ab Emman. Cant. Rost. Ven. 1471. absunt. At in Ven. 1497. non, vt Heumannus vult, desunt, sed alieno loco vitiose sic posita: posset, nisi et supergi perc. Bün.

^c) exceptam] Pro omnium perceptam ex Bonon. cum Heumanno lego: exceptam. Bün.

^d) retentam] Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gryph. Betul. praeue retenta. At Bon. Tax. Pen. Vltr. Cauc. Goth. Lips. Reimm. et Rost. Ven. 1471-1497. retentam sc. vocem cum Erasino et recentioribus. Bün.

^e) foramina ipsa combiberent] Lips. Reimm. Witteb. Guelf 2. Rost. Ven. 1471-1515. et porro omnes editi foramina conueherent. Heum. ex coniectura continerent. Primus Guelf. membr. combererent. Vltr. comburent. Goth. COHIBERENT. Pen. COERGERENT. Cauc. CONIBERENT. Duo Bonon. Tax. et vetustus codex Iani Gulielmi CONBIBERENT. Optime sane conuenit cum sequentibus vo-

cibus: compleri, HAVRIENDIS auribus, HAVSI. et eleganter dicitur auris bibere, aure bibere. Plautus ex MS. Vatic. et Camerar. in Mil. Glor. 3. 3. 10: Postquam ADBIBERE AVRES meæ tuam moram orationis. Horat. L. 2. Carm. 13. v. 32:

Densum humeris bibit aure vulgus.

Perfius Satir. 5. 50:

Ne quidquam populo BIBV-LAS donaueris AVRES.

In Goth. cohiberent h cum ^b, vt sæpe, confusa, e. g. L. 2. Instit. 2. 16: fucum perhiberunt pro perbiberunt. Bün.

^f) angusti oris vasa compleri] Ian. Gulielmi, vt ad Plaut. Menæchm. Quæst. c. 4. extr. testatur, inuenit in MS. Lact. codice: ANGVSTIORES VASA, vnde acute facit ANGVSTI ORIS. Tu, inquit, meæ fide rescribe in tuo libro: ANGVSTIORIS VASA. Nam in mente Lactantio fuit Quintilianiani pulcherrimus locus: ut vascula oris angusti superfusam humoris copiam respuunt; sensum autem instillantibus vel etiam instillantibus complentur. Hæc emendatio placuit quoque Pareo et Almelouenio ad Quintilianum. Sane Gallæus etiam in Vtraiectino, et ego in membranis Guelferbytanis formæ maioris ANGVSTIORES VASA scriptum inueni. Hinc adplaudentibus Gallæo et Heumanno recepi in textum angusti oris. Bün.

g) in-

bus est inditum & nomen a vocibus hauriendis, (vnde Virgilius^b,

Vocemque his auribus hausi;

autⁱ quia vocem ipsam Græci αὐδὴν^k vocant ab auditu; per immutationem litteræ, aures velut *audes* sunt nominatæ) noluit Deus^l artifex mollibus pelliculis informare^m, quæⁿ pulchritudinem demerent pendulæ^o atque flaccentes^p; neque duris ac solidis ossibus, ne ad vsum inhabiles essent, immo-

g) *inditum nomen*] Ven. prima 1478: *indutum*. Rost. Ven. 1471. altera 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. *inductum*. Ald. Crat. Erasmus et seqq. *inditum*, vt c. 23. 6. Bün.

h) *vnde Virgilius*] Aeneid. 4. v. 359. Cell.

i) *aut quia vocem*] Veteres editi ab anno 1465 - ad 1566. *aut* neglexerunt, quod certe Bon. Tax. Pen. Vltr. Lipf. Goth. Reimm. et Isidorus L. II. Orig. c. 1. et in Lactantii editis primus Thomaf. tum Torn. 1587-1613. Isæus et reliqui addiderunt. Bün.

k) αὐδὴν] Ven. 1471 - 1510. et Paris. Erasim in Frob. et Gym. male: ἀκοήν, aut, vt Rost. spatio relicto vacuo. Rectius Aldus, Crat. Gryph. et seqq. αὐδὴν, vocem Betuleius illustrat ex Pnaorino αὐδαῖν, ἀνθρωπίνως λαλεῖν. Bün.

l) *noluit Deus*] Gymn. Torn. 1548. et nonnullæ alix prauè voluit. Bün.

m) *informare*] Walchius alii, inquit, *formare*. Quinam alii? certe mei scripti editique hic omnes *informare*, composito pro simplici eleganter posito, de quo dixi ad cap. 5. n. 9. *informauit*. Præter Ciceronem aliosque sæpe ita Arnobius, e. g. L. 1. p. 22: *Quis ipsum FINXERIT hominem, quis informauit?* Prudentius Apotheos. v. 304:

--- nec sine Christo
informasse patrem factura
plasma nouella.

et v. 693:

Norat enim lipso se informasse
figuram. Bün.

n) *quæ pulchritudinem*] Gryph. prauè: *vt pulchrisudinem*. Thomafius, Isæus, Gall. Sparkius, ne *pulchritudinem*. Non male, vti mox eadem ratione: ne - *inhabiles essent*. At Tax. Pen. Vltr. Cauc. Emm. Mert. C.C.C. Goth. Lipf. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471 - 1515. Crat. Erasmus in Froben. Gymn. Betul. Cell. Walch. Heun. *quæ pulchritudinem*. Bün.

o) *pendula*] Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. *pendulas et flectentes*, inclusis prioribus (*quæ pulchritudinem demerent*) vt construantur. *noluit informare pendulas*. At MSS. Goth. Lipf. Reimm. Aldus et seqq. *pendulæ: quæ pendula et flaccentes demerent pulchritudinem*. Bün.

p) *flaccentes*] Goth. Lipf. 2. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque; 78. 93. 97. Pier. Parrh. et Paris. *flectentes pro se flectentes, flexibiles*. Alii MSS. et Ald. Crat. Erasmus, Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thom. Isæus, reliqui: *flaccentes*. Notum ab *auribus flaccis, flaccitibus FLACCOS dictos*. Bün.

q) *aptam*

immobiles ac rigentes; sed, quod esset horum medium, excogitavit, ut eas cartilago mollior adligaret, et haberent aptam simul ^q et flexibilem firmitatem. In his audiendi tantum officium constitutum est, sicut in oculis videndi ^r. quorum præcipue inexplicabilis est ac mira subtilitas, quia eorum orbis gemmarum similitudinem præferentes, ab ea parte, qua videndum fuit, membranis perlucetibus textit ^s; ut imagines rerum contra positarum ^t, tamquam in speculo refulgentes ^x, ad sensum intimum penetrarent. Per eas igitur membranas sensus ille, qui dicitur mens, ea, quæ sunt foris, transpicit ^y: ne forte existimes, aut imaginum incurfione nos cernere, ut philosophi diserunt, quoniam videndi officium in eo debet esse, quod videt; non in eo, quod videtur: aut intentione aeris cum acie, aut effusione radiorum; quoniam, si ita esset, tardius, quam oculos aduertimus ^z, videremus; donec intentus aer cum acie, aut effusi radii ad id, quod videndum esset, peruenirent. Quum autem videamus eodem momento temporis; plerumque vero aliud agentes, nihilominus tamen vniuersa, quæ contra sunt posita, intueamur: verius, et manifestius est mentem esse, quæ per

q) aptam simul] Reimm. aptam sibi. Bün.

r) videndi] Repete officium. Eleganter Cicero L. i. diuin. 32: si sine oculis non potest exstare officium et munus oculorum. Bün.

s) textit] Lipf. tert. Reimm. textus Bün.

t) contra positarum] Reimm. compositarum. n. 11: qua contra sunt posita. Bün.

x) refulgentes] Reimm. relucentes. Bün.

y) qua sunt foris, transpicit] Lipf. 2: perspicit. Nihil nuto. Imitatur Lucretii L. 4. v. 272-279: foris transpiciuntur. Bün.

z) tardius, quam oculos aduertimus] Reimm. radius, quem oculis.

Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. et Paris. radium, quem oculis. Tax. Cauc. Vltr. Aldus, Crat. Erasinus, Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomaf. et recentiores: tardius, quam oculis aduertimus. recte quidem tardius, quam, sed pro ablat. oculis lego in accusatiuo ex Bononiensi, idemque censente Heumanno: tardius, quam oculos aduertimus. Ita Curtius L. 5. ed. in vl. Delph. num. 29: qui ut tandem aduertit oculos, adde Burmannum ad Ouid. L. 6. Metam. 180. p. 398: aduerto lumina. Incerta in Plinio phras: aduertere animo; nam alii MSS. animum. Incertior: aduertere aliquid oculis; certior: aduertere oculos ad aliquid. Bün.

z) per-

per oculos ea, quæ sunt opposita, transpiciat quasi per fenestras perlucente vitro^a, aut speculari lapide^e obductas. Et iccirco mens et voluntas ex oculis sæpe dignoscitur. Quod¹² quidem vt refelleret Lucretius, ineptissimo vsus est argumento^b. Si enim mens, inquit, per oculos videt; erutis et effosis oculis magis videret, quoniam euulsæ cum postibus fores plus inferunt luminis, quam si fuerint obductæ. Ni¹³ mirum ipsi, vel potius Epicuro, qui eum docuit, effossi oculi erant, ne viderent, effossos^c orbes, et ruptas oculorum fibras, et fluentem per venas sanguinem, et crescentes ex vulneribus carnes, et obductas ad vltimum cicatrices nihil posse lucis admittere, nisi forte auribus oculos^d similes nasci volebat^e. vt non tam oculis, quam foraminibus cerneremus. quo nihil ad speciem fœdus, ad vsum inutilius^f fieri potest.

Quan-

z) *perlucente vitro*] Pen. *quam lecepte*. Edo ex Bon. Tax. *perlucens*. Idem placuit Heumanno. confer. n. 9. *perlucensibus*, et c. 10. 2: *perlucens*. Seneca epist. 90: *vt speculariorum vsus*, *perlucente testa*, *clarum transmittentium vsus*. Bün.

a) *speculari lapide*] Lapis hic pellucidus in tenuissimas bractæas scissus fenestris indebatur. De hoc plena manu Pitiscus in Lex. Ant. Rom. T. 2. f. 326. Bün.

b) *Lucretius, ineptissimo vsus est argumento*] Non verba Lucretii, sed sententia verborum adfertur, desumpta ex lib. 3. v. 368. seq.

Præterea s̄ pro foribus sunt lumina nostra,

Iam magis exemtis oculis debere videtur

Cernere res animus, sublatis postibus ipsis. Cell.

c) *effossos orbes*] Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97: *effusus orbes*. Reëtius MSS. et Paris. Ald. et seqq. ediderunt: *effosus*, vt n. 12; *erutis et effosis oculis*. Bün.

d) *auribus oculos*] Lipf. 2. 3. et Reimm. *oculos naribus*. Bün.

e) *nasci volebat*] Ven. 1472. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Erasim. in Frob. Gymn. Fasit. Gryph. *volebant*. Præfert Heumannus *er*, quia præcessit: *viderent*, subaudit: *Lucretius atque Epicurus*. Betuleius vero antea legit: *videret*, et hic: *volebat*. Certe hic, licet ante *viderent*, MSS. Bon. Tax. Pen. Cauc. Vltr. Goth. Lipf. Reimm. Emman. Cant. Subl. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Cell. Walch. *volebat* sc. *Lucretius*, aut eius doctor *Epicurus*. Bün.

f) *ad vsum inutilius*] Editi fere omnes: *ad vsum inutilius*, quod Heumanno rectius; Bon. Tax. Pen. Vltr. Goth. Lipf. 1. 2. Emm. Cant. et tres MSS. Spark. *ad vsum*. Reimm. *vel vsum*. Lipf. tert. *vel ad vsum*. Thomasius *ad vsum* - inquit, *habens meliores codices, et sic legendum*. Nam VTILE vel INVTILE dicitur aliquid ratione vsus, cui aptum est vel ineptum. *ad vsum vero inutile latine non dicitur*. Ego quidem non dubito

- 14 Quantulum enim videre possemus, si mens ab intimis penetrabilibus capitis per exiguas cauernarum rimulas attenderet; ut si quis velit ^h transpicere per cicutam ^b, non plus profecto cernat, quam cicutæ ipsius capacitas comprehendat.
- 15 Itaque ad videndum membris potius in orbem conglobatis opus fuit, ut visus in latum spargeretur, et quæ in primori ^k
- 16 facie adhererent, ut libere posset omnia contueri. Ergo ineffabilis diuinæ prouidentiae virtus fecit duos simillimos orbem ^l, eosque ita deuinxit, ut non in totum conuerti, sed moueri tamen ac flecti cum modo possent: orbem autem ipsos humoris puri ac liquidi plenos esse voluit, in quorum media parte scintillæ luminum conclusæ tenerentur, quas pupillas nuncupamus, in quibus puris ac subtilibus cernendi sensus ac ratio continetur. Per eos igitur orbem seipsam mens intendit, ut videat; mira que ratione in vnum miscetur et coniungitur amborum luminum visus.

VIII. Libet hoc loco illorum ^a reprehendere vanitatem, qui dum volunt ostendere, sensus falsos esse, multa colligunt, in quibus oculi fallantur, inter quæ illud etiam, quod furio-

bito latine dici posse: *ad visum inutile*; sed tamen sequor MSS. cum Cellario. similia vid. not. ad Opif. 7. 6. Sic Cicero L. 1. Fin. c. 4: *quod - ad vsus ciuium non inutile*. Res eodem redit. Bün.

g) *ut si quis velit - cernat*] Omnes editi: *si quis vellet*. Correxì ex Reimm. *ut si quis VELIT*; sequitur enim: *cernat - comprehendat*. Vide similia a me adnotata ad Libr. de Ira 10, 7: *ut, si quis - VELIT -- non sinat*. Ut vero his locis valet *exempli gratia*. Bün.

h) *per cicutam*] cannam, calammum. Virgilius ecloga 2 v. 36.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis fistula.

Vbi Seruius: *Cicutæ est spatium, quod est inter cannarum nodos*. Cell.

i) *per cicutam*] cannam. noto ad c. 11. 7: *in cicutæ modum*. Bün.

k) *in primori*] Ven. 1471. et Rost. *in priori*. Vtraque Ven. 1478. 93. 97. Paris. peius: *in primiori*. MSS. Parrh. et seqq. recte: *in primori*. Bün.

l) *orbem*] Hinc oculi eleganter ita vocantur. conf. n. 9. n. 13. n. 17. alia exempla dant Sauaro ad Sidon. Apoll. L. 1. ep. 2. p. 8. Barthius ad Statii Theb. 1. 53. p. 20. Pari modo apud Sophoclem Oed. v. 1294. *κύκλοι* dicuntur oculorum orbem. vid. Spanhem. ad Callimachi Pallad. v. 87. p. 607. Bün.

a) *illorum* [reprehendere] Bonon. *Archesila reprehenderet*. Bün.

b) ni-

furiosis et ebriis omnia duplicia videantur. quasi vero eius erroris obscura sit causa. Ideo enim fit, quia duo sunt oculi. Sed quomodo id fiat, accipe. Visus oculorum intentione animi constat. Itaque quoniam mens, ut supra dictum est, oculis tamquam fenestris vitur; non tantum hoc ebriis aut insanis accidit, sed etiam sanis ac sobriis. nam si aliquid nimis propius ^b admoueas, duplex videbitur ^c. certum est enim interuallum ac spatium, quo acies oculorum coit. Item ³ si retrorsum auoces animum, quasi ad cogitandum; et intentionem mentis relaxes, tum acies ^d oculi vtriusque diducitur ^e, et singuli ^f videre incipiunt separatim. Si animum rursus intenderis, aciemque direxeris; coit in vnum, quidquid duplex videbatur. Quid ergo mirum, si mens, veneno ac ⁴ potentia vini disoluta, dirigere se non potest ad videndum, sicut ne pedes quidem ad ambulandum, nervis stupefcentibus debiles? aut si vis furoris in cerebrum saeuens concordiam disiungit oculorum? quod adeo verum est, ut luscis hominibus, si aut insani, aut ebrii fiant, nullo modo possit accidere, ut aliquid duplex videant. Quare si ratio adpa- ⁵ ret,

b) *nimis propius*] Erasmus in Frob. 1529. Gymn. Betul. *nimis prope*. Melius sane, sed qua, num ex MSS. an ingenio? Plinius L. XI. c. 37. sect. 54: *Neroni (oculi), nisi quum conuinceret, ad prope admota hebetes*. Scripti nostri et ab anno 1465 - ad 1524 editi; item Fasit. Gryph. Torn. Thomas. Iszus, reliqui: *nimis propius*. vide not. c. 3. n. 1. Columbus ad Laet. de Mort. Perfec. correctum vult: *nimio propius*. Audaculus aliquis forte tentaret: *si aliquid rimis (oculorum) propius admoueas, ut* n. 14: *si mens - per exiguas cauernarum rimulas attenderet*. Bün.

c) *duplex videbitur*] Apud Virgilium Aen. IV. 470. *demens Pentheus videt et solem geminum et duplicem se ostendere Thebas*: ad quem lo-

cum consulatur Taubmannus. Henmann.

d) *tum acies*] Bonon. Tax. Pen. tum. Hos sequor. Eodem sensu Goth. *tunc acies - tunc*. Lipsf. 1. 3. Reimm. *tamen*. Editi antea: *cum* (quum). Bün.

e) *diducitur*] Ven. prima *praeu ducitur*. Ven. 1493. 97. *peius dicitur*. in Sparkio omittitur hoc verbum vitiose. Goth. Reimman. Rost. Ven. altera 1478. Pier. Paris. Erasmus. in Frob. Gymn. *deducitur*. Nota confusione. At rectum: *diducitur*. vid. not. L. 4. 5. 1. *diduci*. Diducere h. l. idem quod n. 4. *disiungere*. Bün.

f) *et singuli*] Sic edo ex Bonon. et Taxaq. vbi edd. *tunc singulis*. Bün.

Eccc

g) *fal-*

ret, cur oculi fallantur *g*, manifestum est, non esse falsos sensus: quia aut^b non falluntur, si sintⁱ puri et integri; aut si falluntur, mens tamen non fallitur, quæ illorum nouit errorem.

- 1 X. Sed nos ad Dei opera reuertamur. Vt igitur oculi
 2 munitiores essent ab iniuria, eos ciliorum^a tegminibus oc-
 3 culuit, vnde oculos dictos esse, Varroni placet. Nam et
 4 ipsæ palpebræ, (quibus mobilitas inest, et palpitatio vocabu-
 lum tribuit;) pilis in ordine^b stantibus vallatæ^c, septum
 oculis decentissimum præbent. quarum motus adfiduus incom-
 prehensibili celeritate concurrens, et videndi tenorem non
 impedit, et reficit obtutum. Acies enim, id est membra-
 na illa perlucens, quam sicari et obarescere^{d, e} non oportet,
 nisi humore adfiduo tersa pure reniteat^f, obsolescit. Quid
 ipsa

g) fallantur] Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Erasim. in Frob. Gymn. Fas. Gryph. Torn. 1548. Bet. Thom. Isæus, Spark. male: *cur illi* (nonnulli: oculi) *falluntur*. At Bon. Tax. Pen. Cauc. Angl. Goth. Lipf. Rost. Venet. 1471. 72. vtraque 78. Cell. Heumann. *cur oculi fallantur*. recte. Bün.

b) quia aut] Sic edo ex Reimm. et sic Heumanno visum. Editi: *qui*. Posset esse: *quippe qui*. Bün.

i) si sint] Rost. 1476. Ven. 1493. 97. et Paris. *si sunt*. Bün.

a) eos ciliorum] Pronomen *eos* ex Goth. Angl. Rost. Ven. vtraque 1478-1515. Paris. Erasmo, Betul. Gallæo, Sparkio addidi. Omiserunt Fas. Gryph. Torn. Thom. Isæus, Cellarius, Reimm. præte: *eorum aliorum tegminibus occulti*. Vocabulum *cilium* notant Krebs. de Stilo Lact. p. 28. et Walch. Diatrib. p. 60. eo vsus aliquoties Plinius L. 2. sect. 57. et sect. 93. Bün.

b) in ordine] Illustrat Heumannus

ex Virg. 7. ecl. 20: *illos referabas in ordine Thyrsis*. Bün.

c) vallata] Eleganter, vt Cicero L. 2. N. D. c. 57: *munita - palpebra tamquam vallo pilorum*. Bün.

d) arescere] Sic MSS. Lipf. et Goth. Editi vero vet. Rom. Parrh. Ald. *obarescere*. Cell.

e) et obarescere] Cellarius ex Goth. et Lipf. ediderat *et arescere*; et sic in Reimm. MSS. inueni. At quia Anglicani, Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Erasim. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Isæus, Gall. Spark. præferunt *et OBARESCERE*, putauit, hoc compositum esse genuinum; nec auctis sum priora minus antiqua MSS. tot editionibus æque fere antiquis et ex antiquissimis MSS. sumtis præferre. Bün.

f) tersa pure reniteat] Bonon. *tersa reniteat*, teste Isæo; contra Thomastius ex Bon. *tersa pure reniteat*. Bün.

g) su-

ipsa superciliarum fastigia pilis breuibus adornata? nonne quasi aggeribus et munimentum oculis, ne quid superne incidat *s*, et speciem simul præstant? ex quorum confinio nasus exoriens, et veluti æquali porrectus iugo, vtramque aciem simul et discernit et munit. Inferius quoque genarum non indecens tumor, in similitudinem collium leniter exsurgens *h. i*, ab omni parte oculos efficit tutiores, prouisumque est ab artifice summo, vt si quis forte vehementior ictus extiterit, eminentibus *k* repellatur. Nasi vero pars superior vsque ad medium solida formata est; inferior autem cartilagine adhæret mollita *l. m*, vt ad vsum digitorum possit esse tractabilis.

g) superciliarum fastigia - ne quid incidat] Apuleius Libr. 1. Habit. Doctr. Plat. p. 10: *Superciliarum sepes bramuniunt oculos, ne desuper proueat, quod teneras visiones mollesque verturber.* Bün.

h) in similitudinem collium leniter exsurgens] Quamuis plures manu exarati *leniter* præferant: nialim tamen *leniter* legi, et hoc ex indole Latinitatis. Plinius lib. 5. epist. 6. sect. 14: *Villa in colle imo sita, ita leniter et ensim cliuo fallente consurgit, vt cum idscendere non putes, sentias adscendisse.* Et Calpurnius eclog. 7. v. 25: -- *et cliuos lene iacentes.* Cell.

i) leniter exsurgens] Reimm. *lenis exurgens.* Goth. Lips. tert. Ven. 1471. traque 78. Parrh. Paris. Ald. Crat. Brasim. in Frob. Gymn. Fas. Gryph. Corn. Thom. Isæus, Gall. Spark. Zellar. Walch. *leniter.* Emman. Cant. Rost. Ven. 1493. 97. Betuleius: *leniter.* Pari modo variant libri 1. 21. vbi alii *leniter.* Goth. *leniter impressa* diuisio, at plerique n. 27. *apilla - leniter eminentes.* Certum mihi est, in nostro numero quinto astantium expressisse Ciceronem x L. 2. Nat. D. c. 57. vbi mex edd. tiam nouissima Verburgii: GENÆ

deinde ab inferiore parte tutantur subiecta leuiterque eminentes. Etiam Seneca L. 3. Nat. Quæst. c. 28: *Nom magna mole se tollit: dum satis est illi, vt supra paria veniat,* LEVITER EXSVRGENS. Forte etiam in Cicero et Seneca LENITER legendum. Nam frequentissima harum vocum in scriptis editisque confusio. De elegantia vocum *lenis, leniter,* vide Cellarium ad Cæsar. L. 2. B. Gall. c. 29. 3. ad L. 7. 8. 9. c. 19. n. 1. et ad c. 83. 1. Bün.

k) eminentibus] *Mendum,* inquit Heumannus, an forte: *coniuentia.* Nullam hic in libris video variationem, omnes *eminentibus.* *Eminentia* hic dicuntur *superciliarum aggeres,* et n. 4: *genarum quasi colles,* quibus oculi munitiores et tutiores ab ictu fiunt. Vnde Cicero L. 2. N. D. c. 57: *Latent (oculi) et EXCELSIS (noster: eminentibus) vndique partibus sepiuntur - genæ, deinde ab inferiore parte tutantur subiecta, leuiterque eminentes.* Bün.

l) cartilagine adhæret mollita] MSS. ita: at diuidunt vulgares, *mollis ita.* Cell.

m) mollita, vt] Ed. Paris. 1513. in margine: *alius,* inquit, *legit mollis* Eccc 2

officia constituta: vnumⁿ ducendi spiritus; alterum capiendi odoris; tertium vt per eius cauernas purgamenta cerebri defluant, quas ipsas^o Deus quam mirabili, quam diuina^p ratione molitus est, vt tamen hiatus ipse nasi oris speciem non deformaret^q. Quod erat plane futurum, si vnum et simplex foramen^r pateret. at id, velut pariete per medium ducto, intersepsit^t atque diuisit, fecitque ipsa duplicitate^x pulcherrimum. Ex quo intelligimus, quantum dualis numerus^x,

vna

li ita. Puto alium Parisiensi editori dici Parrhasium, nam primum Parrhas. tum Iunt. Ald. Crat. Erasmi. in Frob. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thom. Isæus, Thyf. Gall. Spark. *mollis, ita vs.* At MSS. Goth. Lipf. Reimmann. Emman. Cant. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Cell. Walch. Heum. *mollis, vs.* Bün.

n) *unum - alterum - tertium*] vt Cicero L. 1. diuin. c. 30: *tribus modis - uno - altero - tertio.* vide quæ notauit ad L. 2. Inst. 17. 6. (c) p. 275. Bün.

o) *quas ipsas*] Reimmann. *præue: quam ipse.* Ven. 1472. vtraque 78. Iunt. Ald. Crat. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thom. Isæus, Thyf. Gall. Spark. *quas ipse.* At rectius Goth. Lipf. Emman. Cant. Subl. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Paris. Erasmus in Frob. Gymn. Cell. Walch. Heumann. *quas ipsas.* Bün.

p) *quam mirabili, quam diuina*] Reimmann. Ald. Crat. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. TAM *mirabili, quam,* vnde Heumannus tentat: TAM *mirabili, TAM diuina.* Goth. Lipf. Vltr. Emman. Cant. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Iunt. Erasmus in Frob. Gymn. et Cell. QVAM *mirabili, QVAM diuina*

na. Intelligo: QVAM - QVAM in sensu *admirandi.* Bün.

q) *deformaret*] Reimman. *diformaret.* Sic *definire et diffinire.* Bün.

r) *si simplex foramen*] Hæc MSS. codicum breuitas: alii, et recentiores, *si unum ac simplex.* Cell.

s) *si unum et simplex*] Voculas *unum et ex antiquissimis Bonon. et Taxaq. addiderunt Thomasius, Isæus, Gall. Spark. quas denuo proseripserunt Cell. Walch. et Heum. nec in Goth. Lipf. Reimm. Vltr. Cauc. Enm. nec editis ante Thomasi tempora habentur. Non putavi adeo aspernanda, quum n. 9: vna et simplici compage omnes præferant.* Bün.

t) *intersepsit*] Reimm. *intersepsit.* Bün.

u) *duplicitate*] vid. not. ad c. 8. 6. Bün.

x) *dualis numerus*] Fabri Thesau- ro vox *dualis* addenda, qua vsus Quintilianus L. 1. Inst. c. 5: *fuere qui nobis quoque adicerent dualem - quod vocant DVALE.* Glosf. Cyrilli: *δ्वιχός dualis.* Adde quoque ex iisdem glosfis *δ्वιχός dualiter, δ्वιχός duitas,* et ex interprete antiquiss. Irenei L. 1. c. 5. f. 49. ed. Grabii: *dualitas,* et ex c. 13. f. 77. conf. Falster. Subl. L. L. p. 104. Bün.

y) *nisi*

vna et simplici compage solidatus, ad rerum valeat perfectio-
nem. nam quum sit corpus vnum; tamen totum ex simpli-
cibus membris constare non poterat, nisi vt* essent partes vel
dextræ, vel sinistrae. Itaque vt pedes duo, et item* ma-¹⁰
nus non tantum ad vtilitatem aliquam vsumque vel gradiendi
vel faciendi valent; sed et habitum decoremque admirabilem
conferunt: sic in capite, quod totius diuini operis quasi cul-
men est, et auditus in duas aures, et visus in duas acies, et
odoratio^a in duas nares a summo artifice diuisa est, quia cere-
brum, in quo sentiendi ratio est, quamuis sit vnum, tamen
in duas partes, membrana interueniente, discretum^b est.
Sed et cor, quod sapientiae domicilium videtur, licet sit vnum,¹¹
duos tamen intrinsecus sinus habet, quibus fontes viui sangui-
nis continentur, septo intercedente diuisi: vt sicut in ipso
mundo summa rerum vel de simplici duplex, vel de duplici
simplex^{c. d} et gubernat et continet totum; ita in corpore de
duobus vniuersa compacta indissociabilem^e prætenderent^{f. g}
vni-

y) nisi vt] Heumanno locus men-
dofus videtur; habent omnes libri
nisi vt. Bün.

z) et item] Reimm. praeue: et
idem. vide sis, quæ notauit ad c. 4.
n. 14. Bün.

a) odoratio] Lips. 2. 3. Reimm.
odoratus, sed repugnat diuisa. Bün.

b) discretum] Lips. 2. 3. Reimm.
distinctum, ex glossa. Bün.

c) de simplici duplex, vel de duplici
simplex] Recte interpretatur Ant.
Thylius in postrema pagina suæ La-
ctantii editionis. *Intelligendum est,*
inquit, *de Deo patre et filio.* Con-
firmat hanc interpretationem ipse
Lactantius Inst. L. IV. 29. 1. quæ-
stionem tractans, *quomodo, quum*
Deum nos vnum colere dicamus, duos
tamen esse adseueremus, Deum Patrem
et Deum Filium. Vna, inquit n. 4.
utriusque mens, vnus spiritus, vna
substantia est. Heumannus.

d) in -- mundo summa rerum -- de
duplici simplex] Hæc de Deo patre
et filio interpretantur Thylius et
Heumannus; quæ mihi videntur
sumenda de DVOBVS PRINCIPALI-
BVS elementis IGNI et AQVA, ex
quorum DISCORDI CONCORDIA
MVNDVM CONSTARE ostendit vbe-
rius L. 2. Instit. 9, 15 - 27. adde ex
L. 2. c. 8. locum dubium in notis post
n. 6: *quorum mixtura et temperatione*
mundus et qua in eo sunt, vniuersa
constant. Certe non memini, Deum
a Lactantio alicubi SVMMAM RE-
RVM vocatum esse. Bün.

e) indissociabilem] Vox ex anti-
quioribus mihi ignota. Bün.

f) prætenderent] Defendi hoc non
potest. Lego: tenerent. Heumann.

g) prætenderent] Sic ad vnum
omnes libri, neque hoc corrigend-
um; prætenderent valet præferrent,
referrent, ostenderent. Sic c. 12. 9:

Eccc 3

hinc.

- 12 vnitatem. Oris quoque species et rictus ex transverso^b parefactus quam utilis, quam decens sit, enarrari non potest cuius vsus in duobus constat officiis, sumendi victus, et loquen-
- 13 di^{i. k.} Lingua intus inclusa, quæ vocem motibus suis in verba discernit^l, et est interpret animi^m, nec tamenⁿ sola potest per se loquendi^o munus implere, nisi acumen suum palato illiferit, nisi iuta^{p. q} vel offensione dentium, vel compressione labiorum. dentes tamen plus conferunt ad loquendum.
- 14 nam et infantes non ante incipiunt fari, quam^r dentes habuerint; et senes amisissis dentibus^s ita balbutiunt, vt ad infantiam reuoluri^t denuo esse videantur^u. Sed hæc ad homi-
- mi-

binc fieri, vt vnius tantum lineamentum pratendat. vbi vide notas. Bün.

b) ex transverso] rectius, quam Bon. ex aduerso. Bün.

i) sumendi victus, et loquendi] Sectione 13. plures scripti loquendi dant, non eloquendi, vt vulgatum est: nostri autem Lipsienses etiam hoc loco sect. 12. loquendi, vbi ceteri eloquendi. Cell.

k) et loquendi] Omnes ante Cellarium editi etiam Rost. 1476. licet aliter Heumannus tradat, habent et eloquendi. Cui Lipsiensibus Reimm. loquendi. Non raro eloqui idem valere, quod simplex loqui, exemplis docuit Munckerus ad Hygini L. 1. Mythol. p. 28. et ad Lact. Placidi Narrat. Fab. L. 6. fab. 1. p. 227. Bün.

l) in verba discernit] Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. in verba distendit. Goth. Lips. Reimm. Angl. Ald. Crat. Erasmus et seqq. in verba discernit. Bün.

m) interpret animi] L. 6. Inst. 18. 6. Bün.

n) nec tamen] Heumannus rescribit: non tamen; omnes vero: nec tamen, i. e. et tamen - non, vt L. 4. 15. 30. Bün.

o) per se loquendi] Cauc. et Subl. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Erasmus in Frob. Gymn. Fas. Gryph.

Torn. Betul. Thom. Gall. Spark. per se eloquendi. Bon. Tax. Pen. Emm. Goth. Lips. Reimm. Ictus, Cellar. Heum. per se loquendi, vt mox: ad loquendum. vid. n. 12. et loquendi. Bün.

p) nisi iuta vel offensione dentium] MSS. Lips. et Goth. nisi visa; quod nihil est. Rom. ed. nisi iuta, quod tenemus. Parrh. et Ald. ad iuta, quos ceteri secuti sunt, forte quia tritum magis vsu videbatur. Nec tamen insolens simplex. Tacitus lib. 14. cap. 4. incunte: Placuit sollertia, tempore etiam iuta. Cell.

q) iuta] Reimm. Ven. 1471. Rost. vita, quod vitium in MSS. Reimm. a rubricatore ortum, nam ductus in iuta et vita in MSS. iidem sunt. Reliqui ab 1472 - 1685: ad iuta. Bün.

r) non ante incipiunt fari, quam] Reimm. non incipiunt fari, quam, omisso anse. Bün.

s) amisissis dentibus] Reimm. dimissis. Lips. 2. 3. diuisis dentibus. Bün.

t) ad infantiam reuoluti] Lips. 3. et Reimm. ad infansiam resoluti. male. L. 7. Inst. c. 15. 16. quasi ad alteram infantiam reuoluta. L. 7. c. 22. 18: denuo ad uterum reuolui atque ad infantiam regredi. Bün.

u) videantur] Rost. Ven. 1471. vtraque 78. audiantur. Bün.

x) ad

minem solum pertinent, aut ad aues^x; in quibus acuminata et vibrata certis motibus lingua innumerabiles cantuum flexiones^y, et sonorum varios modos exprimit. Habet præterea et aliud officium, quo in omnibus, non tamen solo in mutis^z, utitur, quod contritos et commolitos dentibus^a cibos colligit, et conglobatos vi sua deprimit^b, et transmittit ad ventrem. Itaque Varro a ligando cibo putat linguæ nomen impositum. Bestias etiam potu^c adiuuat. protenta^d enim 17

ca-

x) ad hominem solum pertinent, aut ad aues] Sic libri. Heumannus tentat: *ad hom.* NON solum pertinet, SED ET ad aues. AVES Reimm. rubricator lepide mutavit in CIVES. Büñ.

y) cantuum flexiones] Ven. 1471. et Rost. *concinis flexiones*. prauè. Plinius L. XI. c. 51: *hinc tot cantus, molendi flexionesque*. Büñ.

z) quo in omnibus, non tamen solo in mutis] Vetus exemplar habebat: quo in hominibus, non tamen solo in mutis utitur. Hanc puto germanam fuisse scripturam. Nam si placet vulgata lectio, superest præpositio IN: quo in omnibus, sed tamen solo mutis utitur. Lingua utitur officio colligendi cibos, in omnibus mutis animantibus, sed hoc solo, quum in homine geminum præbeat usum. Erasmus. In Lips. 2. Rost. Ven. 1471. 72. utraque 78: *sed tamen solum*. Vnde Heumannus facit: quo non in hominibus solum sed etiam in mutis utitur. MS. Pen. *sed tantum solo*. Sæpe monui ad Lactantium voces OMNIBVS et HOMINIBVS confundi solere. Betuleius exprimentam curauit scripturam MSS. Erasmusiani; ego sic lego: *Habet præterea et aliud officium, quo in omnibus, non tamen solo in mutis, utitur*. aut, si maui: *in omnibus, sed tamen non solo in mutis utitur*. Quæ ita puto explicanda: Lingua præter ista officia, quibus in hominibus et au-

ibus utitur, habet etiam aliud officium, quo in omnibus utitur, dum inseruit sumendis cibis; NON TAMEN hoc modo vnum et solum præstat officium mutis, sed ea muta (bestias) ETIAM IN POTV ADIVVAT. Büñ.

a) contritos et commolitos dentibus] Paris. *contritos et conualutos dentibus*. Aptius Bon. *contritos et permolitos dentibus*. reliqui: *contritos et commolitos dentibus*. Vnum ex verbis a molendo hic rectum. Nam Cicero L. 2. N. D. c. 54: *dentibus mandisur, atque ab his extenuatur et MOLITVR* (sic melius Maffei liber, P. Manutio iudice, quam alii: *mollitur*) CIBVS. Molas excogitasse dentes imitari auctor est Seneca epist. 90. conf. de dentibus molaribus Goetzium de Pistrinis Veterum p. 141-143. Büñ.

b) deprimit] Hoc loco motus suspicor in Cicerone ita corrigendum L. 2. N. D. c. 54: *Is (stomachus) agitatione et moribus lingua quum DEPRESSVM (editi depulsum) et quasi destrusum cibum accipit, deglutit*. Büñ.

c) Bestias etiam potu] Erasmus in Frob. 1529. et Gymn. *Bestias et potu*: quod inde factum; quia antiqui libri, e. g. Paris. 1513. etiam pernotam: et scribunt. Reliqui: *etiam potu*. Mallem cum Heumatino: *Bestias etiam in potu adiuuat*. Büñ.

d) protenta] Rost. *portenta*. Rectius

Eeee 4

cauataque hauriunt aquam, eamque, comprehensam linguæ finu, ne tarditate ac mora effluat^e, ad palatum celeri mobilitate complodunt. Hæc itaque palati concauo^f tamquam testudine^z tegitur, eamque dentium septis^{h,i} Deus quasi^k muro circumuallauit^l. Dentes autem ipsos^m, mirabili modo per ordinem fixosⁿ, ne nudi ac restricti magis horrore, quam or-

na-

Etius Reimm. Ven. 1471. et reliqui: *prosentia*, vt L. 2. Inst. 4. 19: *prosentis manibus*. Bün.

e) *effluat*] Bon. *refluat*. Subl. Rost. Ven. 1471-1515. et reliqui ante Cellarium et Walch. *desluat*. Pen. Vlter. Emm. Goth. Lipf. Reimm. Cell. *effluat*. Bün.

f) *palati concauo*] Lipf. 2. et Reimm. *palato concauo*. Elegantius vero Goth. Angl. et Subl. Rost. Ven. 1471-1515. et reliqui: *palati concauo*, vt *concauum* neutrum habeat vim substantiui ex more veterum. Eleganter Prudentius, quum tyranni iusu Romano Martyri plectrum palati et faucium scituus tortor reuulsisset, tyrannus obstupefactus Hymn. X. Peristeph. 977. *Non posse*, inquit, INANI CONCAVO *verba exprimi, qua concrepare ligula moderatrix facit*. Sidonius Apollinaris, forte Lactantium exprimens, quoque dixit L. 8. ep. 9: *musicum PALATI CONCAVVM*. Sic Lact. de Opif. c. 15. 2: *spiritus cicuta concauo reperenssus*. Bün.

g) *tamquam testudine*] Reimm. prauè: *testitudine*. Iterum Prudentius H. 10. Perist. 932.

Qui fecit, ut vis vocis expresso intimo

Pulmone, et ORIS torta sub TESTVDINE etc.

ibidem v. 979: *vacuo SPECV*. Alia his similia, vt *antrum palati, camera palati*, sunt obseruata a Sauarone ad Sidon. L. 9. ep. 7. p. 548. Bün.

b) *dentium septis*] MSS. et Rom. *septis*: vulgo *sepiens*. Cell.

i) *dentium septis Deus*] Ven. vtraque 1478. Walch. prauè: *dentium ordine septis Deus*. Ven. 1493. 97: *dentium ordine Deus*. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Erasmus, Gymn. Fastel. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Thyf. Gall. Spark. *dentium ordine sepiens Deus*. At rectius Bon. Tax. Pen. Emman. Goth. Lipf. Reimm. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. Paris. 1513. Cell. Heum. *dentium septis Deus*. Bün.

k) *quasi*] Reimm. *samquam*. sed reliquorum *quasi* hic rectius; illud enim vix præcesserat; amat vero variationem. vid. L. 6. 2. 1: *quasi-samquam-velut*. Bün.

l) *muro circumuallauit*] Apuleius in Flor. p. 352: *verba-intra murum candentium dentium promere*. idem in Apolog. p. 277: *Sermo, qui, ut ait Poeta, præcipuus, e dentium muro proficiscitur*. vbi conf. Casaubon. pag. 9. Iterum Apul. L. 1. Habit. doct. Plat. p. 10: *lingua et dentium vallum*. Forte in Ciceron. L. 2. Nat. D. c. 59. legendum: *Deinde in ore sua lingua est, MVNITA* (editi: FINITA) *dentibus*. Bün.

m) *Dentes autem ipsos*] Adiciunt vulgo, *mirabili modo per ordinem fixos*; quæ verba desunt nostris MSS. et ed. primis. Cell.

n) *mirabili modo per ordinem fixos*] Licet recentiores scripti Angl. Goth. Lipf. Reimm. et ab 1465-1566. excu-

namento essent, gingiuis mollibus, quæ a gignendis dentibus nominantur, ac deinde labrorum tegminibus honestauit. quorum durities, sicut in molari lapide, maior est et asperior, quam in ceteris ossibus, ut^o ad conterendos cibos^p pabulumque sufficerent. Labra ipsa, quæ quasi antea cohærebant, 19 quam decenter intercidit^q? quorum superius sub ipsa medietate^r narium, lacuna quadam leui, quali valle signauit; inferius, honestatis gratia, foras molliter explicauit. Nam²⁰ quod attinet ad saporem capiendum, fallitur, quisquis hunc sensum palato inesse arbitratur. lingua est enim, qua sapes sentiuntur; nec tamen tota. nam partes eius, quæ sunt ab utroque latere teneriores, saporem subtilissimis sensibus trahunt. et quum neque ex cibo quidquam, neque ex portione minuatur; tamen inenarrabili modo penetrat ad sensum sapor eadem ratione, qua nihil de quacumque^s materia odoris

cusi hæc verba non habeant; et Cell. et Walch. denuo proscribant; tamen germana hæc est lectio Lactantii, quam præstant duo antiquissimi codices Bononienses et Taxaq. ex quibus Thomas. Isæus. Gall. Sparkius, Heumannus recte iudicarunt recipienda. Simili ratione noster cap. 5. 3: *penna PER ORDINEM FIXÆ. Bün.*

o) *ut ad conterendos*] Ediderant perperam Iunt. Ald. Crat. Gryph. Bas. 1556. Thomasius. in Antu. 1570. et 1587. Thyf. Gall. Cellarius: *aut ad conterendos*. Vbi recte Goth. Lips. tert. Reimmann. Angl. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Erasmi. in Frob. 1529. Gymn. Torn. Betul. Isæus, Spark. et editio Cantabr. Walch. Heumann. *ut ad conterendos* Falsus igitur est Isæus, in notis tradens, in omnibus edd. AVT legi. Bün.

p) *conterendos cibos*] Ven. 1497. prauè: *contenendos*, vnde peius Pier.

Parrh. *ad continendos*, quum scripti omnes et editi reliqui: *ad conterendos*, ut n. 16: *contritos cibos*. Bün.

q) *intercidit*] Reimmann. *intercidat*. Rost. Ven. 1471. 1515. immo omnes ante Cellarium editi sine littera sibilante: *intercidit* a *cædo*, longa penultima; non a *scindo*, penultima breui: *intercidit*; quod vsitatus et forte elegantius Cellario visum. Bün.

r) *medietate*] Reimm. prauè: *mediatè*. Cicero de vniuerso c. 7: *vix audeo dicere medietates, quas Græci μεσότητας ἀπὸκαλοῦνται*. Inueni quoque in Hygini Astron. L. 4. c. 14. p. 483: *medietate toni*. et Apul. de Mundo p. 57: *orbem terra in medietate constituens*. conf. Munckerum ad Fulgent. Mythol. L. 3. c. 6. p. 117. vbi et de consimilibus. add. Cellar. Antib. p. 131. et Cur. Post. p. 222. Bün.

s) *de quacumque*] Duo Bon. Tax. Isæus: *de quaque*. Bün.

21 ris capio decerpit t. u. z. 7.

Cetera quam decora sint, vir
ex-

t) *qua nihil de quacunque materia odoris deserpit*] Sic ambo Lipf. Alii *decerpit*, quod quum hærere minus videbatur, *capcio* fuit intrusum, quæ vox neque in scriptis Lipf. ac Goth. inest, neque in editis Rom. Parrh. Ald. *Deserpere* autem est sensim decerpi atque detrahi. *Cell.*

u) *de quacunque materia odoris captio decerpit*] habent libri impresfi: *de quaque materia odoris captio decerpit*. habet uterque codex S. Salvatoris. Est vero sensus, vt doceat, saporem inenarrabili modo penetrare ad sensus, eadem ratione, qua odor capitur sine vlla parte rei odorabilis. CAPTIO vero noue hic sumitur pro ipso actu capiendi, cum alias potius ad fraudes referatur. *Thomafus.*

x) *Qua nihil de quaque materia odoris capio decerpit*] Ita Bon. et Tax. pro eo quod in impresfis est: *qua nihil de quacunque materia odoris decerpit*. Nomine CAPIONIS vsus est, sicut Iurisconsulti, quum dicunt VSVSCAPIO; et Cato PIGNORIS CAPIO, iuncto vocabulo vel disiuncto, referente Gellio L. 7. c. 10. Frontinus L. 2. de Aquæ Duct. eoque nomine bis PIGNORIS CAPIO multæque dictio utique esto. Sic PIGNORVM CAPIO in L. 7. Cod. Theod. de Exactionib. et l. fin. cod. Cod. tit. de Distract. pignor. *Ifens.*

y) *de quacunque materia odoris captio decerpit*] Ven. 1471. vitiose: *de quacunque materia odoris DECREPIT*. Utraque Ven. 1478: *de quacunque materia odoris DECEPIT*. Inde pronum corrigere: *decedit*, vt c. 19. 2: *ex re tenuis nihil potest decedere*. Goth. Witt. Rom. Rost. Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Faf.

Gryph. Torn. Betul. Gall. Sparck. Walch. *de quacunque materia odoris decerpit*. Cellarius ex duobus Lipf. *de quacunque materia odoris DESERPIT*, i. e. auctore Cellario: *decerpitur atque detrahitur*. Heumannus Nemo, inquit, scio, *adsensierat Cellario, deserpit rescribenti pro DECERPIT*, quod est in omnibus MSS. cod. excepto illo Lipsensium pari, isemque in ead. omnibus. Latet veromen- dum in odoris, pro quo ODOR rescribe. Eidem odoris CAPTIO est manifesta correctio cuiuspiam pseudocritici veteris. Reimm. prauæ: *materia ad ois decerpit*, longius producta linea transversa in t, quasi: *decerpitur*. Mihi varia hic in mentem venerunt: modo tentauit: *de quacunque materia odoris DECERPITVR*, quod MSS. ita scribebant: *decerpit* aut *decerpit* aut *decerpit* 7. Ita Ambrosius ad Virgines Exhort. f. m. 104. *Nihil illi decerpitur. Quomodo enim minus potest, quod Christus donauit*. Modo diuisa voce: *qua nihil de quacunque materia odor is decerpit*. Modo: ODORIS VIS aut ODORA VIS *decerpit*. Sic Virgil. L. 4. Aen. 132. *odora canum vis*, quæ imitatus Io. Sarisberiensis Nug. Cur. L. 7. c. 19. p. 480: ODORA VIS *aut sagacius canum--ferarum latebras deprebendit*. Habent quidem ista alium sensum, sed quid impedit, quo minus vis odoris signet odoris sensum, vim odorandi? Tandem ex ODORIS CAPIO (vel CAPTIO) faciebam ODORATIO aut ODORISRATIO, leui mutatione. Tandem prætulit tamen in textu certiolem lectionem, quam habent duo Bononienses, et Tax. et Carci, immo et Erasmi vetus codex, et ipse in Froben. 1529. et in sua Istrus

ex-

exprimi potest. Deductum clementer^a a genis mentum, et ita inferius conclusum, vt acumen eius extremum signare videatur leuiter^e impressa diuisio: rigidum^b ac teres^c collum; scapulæ velut mollibus^d iugis a ceruice demissæ: valida et substricta^e nervis^f brachia: toris insignibus^g exstantium^b: lacertorum ingens robur^k: utilis, ac decens flexura^l cubitorum. Quid dicam de manibus, rationis ac sapientię ministris? quas sollertissimus artifex plano, ac modice

expresit: de quacunque materia odoris capio decerpit. Certe dixit Lactantius hoc capite sect. 7: officium CAPIENDI ODORIS. Nec alienus est a vocabulis iuris, exercitatus in forensi eloquentia, vt ex L. 1. c. 1. n. 8. 10-12. constat. Maior vero fides Isæo ex Bonon. CAPIO, quam Thomasio CAPPIO citanti. In notis ad Gell. L. 7. c. 10. ed. Gron. p. 399. additur: dominii capio, et notus integer titulus in ff. de capionibus. Sed vera hic odoraturus sagaci naso opus erit. Bün.

a) clementer] vid. not. ad c. 5. n. 5: quibus clementer curuatis. Bün.

e) leuiter] Solus Goth. leniter. vid. not. ad n. 5: leniter. Bün.

b) rigidum] i. e. rectum, erectum. notauit ad L. 2. Inst. c. 1. 17: rigidis ac stantibus. L. 2. 17. 9. et Opif. 8. 2. Bün.

c) teres] Reimmann. prauè: reuens. vid. c. 7. 9. Bün.

d) mollibus iugis] n. 19: inferius-foras molliter explicauit. Pari sensu paullo ante: clementer, leniter. Bün.

e) substricta nervis] Lips. 3. Reimm. prauè: subtracta. vide c. 5. n. 8. not. substringi nervis. Bün.

f) ad fortitudinem] i. e. ad robur. Bün.

g) toris insignibus] Ven. 1471. vtraque 78. et Rost. 1476: insignis toris, quasi adiect. trium termina-

tionum: insignis, a, um, vt inermus, a, um. Sed MSS. omnes et Ven. 1493. 97. Parrh. Paris. et sqq. insignibus, vt alibi semper, et recte. de toris conf. L. 1. Inst. 18. 5. Bün.

b) exstantium lacertorum] Hoc in MSS. est: in vulgatis extantium. Cell.

i) exstantium] Ven. prima 1478: extinctum. Ven. altera 78: extinctum Subl. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Erasmi. in Frob. Gynn. Fas. Gryph. Torn. Gall. Spark. extantum lacertorum, quam veram scripturam Heumanus censet. Ven. 1472: extantum. Duo Bonon. Cauc. Vlter. Emman. Goth. Lips. Reimm. et in editis primus Betuleius, tum Thomasio in notis; Isæus, Cell. Walch. extantium vel exstantium, vt n. 25. articulos exstantes. Bün.

k) ingens robur] Sic omnes, præter Bonon. duos, in quibus VIGENS robur, quod Thomasio defendit: de lacertis hominis, inquit, non dixisset ingens robur, quod potius leoni vel sauro, quam homini conueniret. Sed non inuenit adfecles, nec necesse fuit. In MSS. hæ voces ob similes ductus sæpe confunduntur. Bün.

l) flexura] Reimmann. prauè: fluxura. c. 13. 4: fluxuram - præbens. Bün.

m) infi-

tem & patens et rectum^b, quia plenum rationis a cælo datæⁱ, hu-
 27 mile aut indecens esse non debuit. Papillæ quoque leniter emi-
 nentes^{k-l}; et fuscioribus^m ac paruis orbibus coronatæⁿ, non ni-
 hil addunt venustatis, feminis ad alendos fetus datæ, mari-
 bus ad solum decus^o, ne informe pectus et quasi mutilum^p
 videretur. Huic subdita^q est planicies ventris, quam me-
 diam fere umbilicus non indecenti nota signat, ad hoc factus,
 vt per eum fetus, dum est in vtero, nutriatur.

I. XI. Sequitur necessario, vt de internis quoque visce-
 ribus

subiectum Paris. 1513: *adiectum*; at
 Bon. Tax. Pen. Angl. Vltr. Cauc.
 Goth. Lipf. Reimm. Subl. Rost. Ven.
 1471-493. Erasmus in Frob. Ifæus,
 Sparkius, Cell. Walch. Heum. *ab-*
iectum. conf. L. 2. Inst. 18. 6. et L. 7.
 9. II: vbi *ceteras animantes dicit pro-*
nis corporibus abiectas in terramque
prostratas. Büñ.

g) *hominis autem*] Fas. Gryph.
 Bet. Thom. Ifæus, Thyf. Gall. Spark.
hominis; respectu illis, quod præces-
 sit; At Goth. Lipf. Reimm. Emm. Subl.
 Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Crat.
 Erasmus in Frob. Gymn. Torn. Cell.
 Walch. Heum. *hominis*, gignendi ca-
 su. Büñ.

h) *et rectum*] Goth. et Reimm.
et erectum. Sed simplex est satis re-
 ctum, vt sæpe dictum, e. g. L. 7.
 Inst. c. 9. n. II. Büñ.

i) *data*] Edo ex Mert. Emman.
 Reimm. Erasim. in Frob. 1529. Gymn.
data sc. rationis. adprobat Heuman-
 nus. Alii libri ab 1465-1524. et por-
 ro Fas. Gryph. Betul. Thomaf. etc.
datum sc. pectus. Büñ.

k) *leniter eminentes*] Sic Goth. be-
 ne. Vide sect. 5. huius cap. adnotata.
 Alii hoc loco *leniter*. Cell.

l) *leniter eminentes*] Editi ab 1465-
 1685. *leniter*. Nec in MSS. Reimm.

litteræ n et u satis discernuntur. vid.
 not. n. 5. Büñ.

m) *fuscioribus*] Ven. 1471. Rost.
fuscioribus. Vtraque Ven. 1478. *fusi-*
oribus. Büñ.

n) *orbibus coronatæ*] Rost. *orbibus*
 COORNATAE. Minus hic ornate.
 Elegantius scripti editique reliqui:
coronata, i. e. *orbibus*, in modum co-
 rona cinctæ. Propertius L. 4. El. 4.
 v. 7. 8. - *Fontem vallo præcingit acerno,*
fidaque suggesta castra coronat humo.
 Lampridius in Alex. Seuer. c. 13: *Sol*
fulgido ambitu coronatus. Conf.
 Barth. ad Statii T. 1. p. 368. T. 2.
 p. 540. et 930. T. 3. p. 1203. et quæ
 dixi ad Lact. L. 4. Inst. 26. 23. (q)
 p. 540: *caput cingimus - coronamus*.
 Büñ.

o) *maribus ad-decus*] Cic. L. 3.
 Fin. 5: *quasi ad quemdam ornatum,*
vt - viris mamme asque barba. Büñ.

p) *mutilum*] Rost. *multile*. Ven.
 1471: *mutile*. Tandem Ven. 1478.
 vtraque INVITILE. Defendi quidem
 in notis ad Institut. vsum hunc pro
manco, mutilo; sed hic tuenda lectio
 MSS. et Ven. 1493. 97. Pier. Parrh.
 Paris. et reliquorum, MVTILVM ha-
 bentium. Büñ.

q) *subdita*] Lipf. 2. 3. Reimm. *sub-*
iecta. Büñ.

a) *foli*

ribus dicere incipiam. quibus non pulchritudo, quia sunt abdita, sed vtilitas incredibilis attributa est, quoniam opus fuerat, vt terrenum hoc corpus succo aliquo de cibis ac potibus aleretur, sicut terra ipsa imbris ac pruinis. Prouidentissimus artifex in medio eius receptaculum cibis fecit, quibus concoctis et liquefactis, vitales succos membris omnibus dispertiret. Sed quum homo constet ex corpore atque anima; illud, quod supra dixi, receptaculum soli^a corpori praestat alimentum; animæ vero aliam sedem dedit. fecit enim genus quoddam viscerum^b molle atque rarum, quod pulmonem vocamus^{c. d}, eumque non in vteri modum^e finxit, ne effunderetur semel spiritus^f, aut inflaret^f. ideoque plenum^g quidem viscus effecit, sed inflabile^b, atque aeris ca-

pax,

a) soli corpori] Goth. solo corpori, pro soli: vid. Vosl. Anal. L. 4. c. 6. p. 201. sq. nihil tamen muto. Bün.

b) quoddam viscerum] Bon. quoddam visceris. Bün.

c) pulmonem vocamus] Adiungitur vulgo sine veterum auctoritate, in quod spiritus reciproca vicissitudine commearat. Cell.

d) vocamus, eumque] Ita quoque Reinm. et ex editis meis Ven. 1471. et Rost. 1476. Contra Ven. 1472. vtraque 78 - 1515. Paris. Iunt. Crat. Erasmus in Frob. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. etc. addunt: vocamus, in quod spiritus reciproca vicissitudine commearat: quæ genuina credo; sed, vt Heumannus monet, post rarum ponenda. Bün.

e) in vteri modum] Heumannus ingeniose legit: in vtris modum, wie ein Schlauch. Libri tamen omnes, in vteri modum; vt L. 2. c. II. 1: terram - folliculos, ex se in uterorum similitudinem protulisse etc. Pulmo autem folli apte comparatur. Bün.

f) ne effunderetur semel spiritus, aut inflaret] Ediderant plerique: ne effunderetur simul spiritus aut simul inflaret. Ven. vtraque 1478. ne effun-

deretur simul spiritus aut inflaret IN-SIMVL. Goth. ne effunderetur semel spiritus, aut inflaret semel. Ex vetusto cod. Erasmus in Frob. 1529. et Gymn. ne effunderetur spiritus, aut inflaret semel. At Bonon. Tax. Pen. Vltr. Cauc. ne effunderetur semel spiritus aut inflaret. Simplex semel sufficit, vel in fine, vt Erasmus, aut, vt hic meliores scripti: ne effunderetur semel in priori parte, quod alios de suo addidisse puto. vide dicta ad de M. P. 18. 5: inter duos - inter quatuor pares; Præterea semel et simul sepe confundi dixi ad L. 3. Inst. c. 26. n. 10. (k) p. 401: vno semel impetu. Bün.

g) ideoque plenum quidem] Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Erasmi. in Frob. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomaf. ideoque ne plenum quidem. At Bon. Tax. Pen. Vltr. Cauc. Goth. Lips. Reimm. et septem Anglicani illud ne extrudunt, æque ac Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Lectionem vtramque Isæus putat tolerabilem, quia ab Aristotele VISCVS INANE; ab Galeno PLENVM vocatur. Bün.

h) inflabile] Reimm. Pier. prauæ:

in-

pax, vt paullatim spiritum reciperet, dum vitalis ventus per illam spargitur raritatem; et eundem rursus paullatim redderet, dum se ex illo explicat, ipsa enim vicissitudo ^{i. k} flandi, et spirandi respirandique tractus, vitam sustentat in corpore. Quoniam ergo duo sunt in homine receptacula, vnum aeris, quod alit animam; alterum ciborum, quod alit corpus ^{l. m}: duas esse per collum fistulas necesse est, cibalem ⁿ ac spiritalem ^o; quarum superior ab ore ad ventrem ferat, inferior a naribus ⁶ ad pulmonem. Quarum ratio et natura diuersa est. Ille enim qui est ab ore transitus, mollis effectus est, et qui semper clausus cohæreat sibi, sicut os ipsum; quoniam potus, et cibus, dimota, et patefacta gula, quia corporales sunt, spatium sibi transmeandi faciunt. Spiritus contra ^p, qui est incorporalis ac tenuis, quia spatium sibi facere non poterat, ac cepit viam patentem, quæ vocatur gurgulio. Is constat ex ossibus flexuosis ac mollibus, quasi ex annulis incicutæ modum ^q inuicem compactis et cohærentibus; paterque semper ⁸ hic transitus ^r. Nullam enim requiem meandi habere spiritus

ineffabile, vt Parrh. Ald. Crat. *ineffabile*. Torn. 1548. Paris. 1561. Bet. *instabile*. Ven. 1471. vtraque 1478. 93. 97. Erasim. Gymn. Thom. Ifæus, Spark. etc. *instabile*. Bün.

i) *ipsa enim vicissitudo*] Tolle quod vulgo addunt, *flandi*. Abest a libris scriptis. Cell.

k) *vicissitudo flandi*] Proscribunt Goth. Lips. Reimm. et Rost. *flandi*; addunt Ven. vtraque 1478-1515. et omnes reliqui, Heumanno adstipulante. Bün.

l) *quod alit corpus*] Et heic abiecinus ab aliis contra scriptorum fidem adiecta. Cell.

m) *alit corpus: duas*] Ita quoque quinque MSS. Sparkii, Reimm. Ven. 1471. Rost. vbi Ven. 1472. vtraque 78-1515. et plures: *alit corpus, vt flecti ceruix ac moueri facile possit*: quæ Heumannus pro Lactantianis habet. Bün.

n) *cibalem*] Dicit œsophagum Heumannus.

o) *spiritalem*] Arteriam dicit asperam. Heumann.

p) *Spiritus contra*] Einman. *barbare: econtra*. Bün.

q) *in cicuta modum*] Rost. Ven. 1471. vtraque 78: *in acute modum*. Reimm. MS. *in eundem modum*, corrupte; reliqui: *in cicuta modum*, etc. c. 8. 14. *transpicere per cicutam - cicuta capacitas*. c. 15. 2: *in patentem cicutam - cicuta concavo*. verbis in *cicuta modum compactus* respexit ad Virg. 2. Ecl. 3. *compacta cicuris fistula*. Bün.

r) *hic transitus*] Sic Bonon. Tax. Pen. Reimm. et Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Parrh. Erasim. vbi Paris. *semper hic transitus*. Ven. 1493: *id transitus*. Ven. 1497. Aldus, Crat. Gryph. *hinc transitus*. Bün.

s) *per-*

tus potest, quia is, qui semper comeat, demissa vtiliter de cerebro membri portione, cui vna nomen est, velut occurfu quodam refrenatur, ne aut teneritudinem domicilii cum impetu veniens, attracta pestilenti aura, corrumpat; aut totam nocendi violentiam internis receptaculis perferat. ideoque etiam nares breuiter sunt apertæ^{r. a.}; quæ iccirco sic nominantur, quia per eas vel odor, vel spiritus nare^x non desinit. Tamen hæc fistula spiritalis non tantum ad nares, verum ad os quoque interpretat^{r. a. a.} in extremis palati regionibus, vbi se colles^{b. c.} faucium spectantes vnam tollere incipiunt in tumorem. Cuius rei causa et ratio non obscura est. loquen-
di

s) *perferat*] Heum. *inferat* legit. Bün.

r) *nares breuiter sunt aperta*] Sic nostri codices. Contra editi inepte et *aperta*. Cell.

u) *nares breuiter sunt aperta*] Thomas. et Cant. ed. prauè: *breuite sunt et aperta*. Bon. Tax. melius: *breues sunt et aperta*. Bün.

x) *nares - nare non desinit*] Ita Festus et Isidorus Orig. L. II. c. 1: qui pro *nare* habet *manare*, sed hinc restituendus. *Isaus*. Post *desinit* MSS. Bon. Tax. Pen. Lipf. tert. Thomas. Hæus, Gall. Spark. addunt: *qua sunt huius fistula quasi ostia*; quæ cum Cell. et Heumanno, quippe aliena ab Goth. Reimm. Angl. et editis ab 1465-1566. proscribimus. Bün.

y) *interpretet*] Ita habent plerique codices antiqui. *interpretare* vero dixit, quia non recte tendit ad os, sed ad nares: ad os tamen patet aliquantulum, et habet ad ipsum aliquem meatum. Hoc quum non intelligeret scriptor, fecit: *iter patet*, quod plane nihil significat, quod ad rem facere possit. *Thomasius*.

z) *interpretet*] Et hoc e manuscriptis emendatum. Editum erat, *iter patet*. quod *Isaus* ita retinet, vt

antea *huius fistula* legi velit. Cell.

a) *interpretet*] Et si Lactantio frequenter sit phrasis: *iter patet*, *via patet*, *transitus patet*, vide n. 10-12 c. 16. n. 8. tamen nominatiuus *hæc fistula* repugnat, mutare vero in *huius fistula* cum *Isaus* est audaculum. Habent vero præter Bononienses etiam Tax. Pen. Emman. Goth. Lipf. et Sparkii MSS. et in textu primus *Isaus*, tum Sparkius, et seqq. *interpretet*. Bün.

b) *colles faucium*] Sic habent VII. Vaticani et alii plerique scripti et cusi. Impressi Romæ 1474. et Florent. Iunta habent: *folles*. Loquitur autem de TOLLIBVS, de quibus Festus: *Tolles tumor in faucibus* etc. vt infra Plinius Lib. II. etc. vnde et cogita, num forte legendum sit: TOLLES. Certe Cicero, vnde hæc mutatus videtur Lactantius, non metaphorico aliquo nomine, sed proprio vsus est L. 2. N. D. c. 34. dixit enim TONSILLAS etc. hæc *Isaus*.

c) *colles faucium*] Erudita quidem coniectura *Isei*, et frequenter C et T vt *Cimon*, *Timon* confunduntur; eique eruditiss. Io. Cauci et Gall. adsentiant. in Festo et ad eum in Scaliger et Dacerio ex gloss. TOLES.
F fff
TO-

di enim facultatem non haberemus, si, sicut^d gulæ iter ad os
¹¹ tantum, ita gurgulio ad nares tantum pateret^{e. f.} Aperuit
 igitur s³ viam voci diuina sollertia ex illa fistula spiritali; vt
 posset lingua ministerio suo fungi; et vocis ipsius inoffensum
 tenorem, pulsibus suis in verba concidere^{b.} qui meatus, si
 aliquo modo interceptus sit, mutum faciat necesse est. errat
 enim profecto, quisquis aliam causam putat, cur homines
¹² muti sint. Non enim, vt vulgo creditur, vinciam^k ge-
 runt linguam; sed ii vocalem illum spiritum per nares, quasi
 mugientes, profundunt^{l.} quod voci transitus ad os aut nullus
 omnino est, aut non sic patens, vt plenam vocem possit emit-
¹³ tere. Quod plerumque natura fit; aliquando etiam casu
 accidit, vt morbo aliquo hic aditus obseptus vocem non trans-
 mittat ad linguam, faciatque de loquentibus^m mutos. Quod
 quum acciderit; auditum quoque obstrui necesse est, vt quia
 vocem emittere non potest, ne admittere quidemⁿ possit.

1.0-

TOLAE, TOLIA, cum L simplici.
 MSS. nostri, in his Reinman. Rost.
 Ven. 1471. vtraque 78. Crat. Ald.
 Crat. Gryph. Betul. Thomas. etc.
 COLLES *faucium*. Ven. 1490. 93. 97.
 Pier. Parrh. Iunt. Erasmus in Frob.
 1529: *Folles faucium*. Bün.

d) *si, sicut*] Bon. Isæus: *si, vt.*
 Vltr. Cauc. Goth. Lips. Reimm. et
 editi ante Isæum: *si, sicut - ita*, vt
 L. 6. 21. 11. c. 22. 4. Heumanno ex *si*,
 vt factum videtur *sicut*. Id sane sæ-
 pe fieri cognoscas ex adnotat. ad L.
 6. Inst. 1. 10. et ad de Ira 18. 5. Bün.

e) *ad nares tantum pateret*] Dele-
 vi, quæ vulgo adiciunt, antiquis li-
 bris incognita: perinde ac clausulam
 sect. 8. Cell.

f) *tantum pateret. Aperuit*] Tho-
 masio et duobus Bononiensibus ad-
 didit: *pateret, nec procedens ex eo*
spiritus efficere vocem sine lingua mi-
nisterio posset. Aperuit. Quæ a Tho-
 masio, Isæo, ex Bon. et Tax. MSS.
 Gall. Sparkio sunt adoptata; a Cel-
 lario, Heumanno pro spuris habi-

ta; phrasis ipsa Lactantio non in-
 digna, vt ex n. 11. et L. 4. 8. 7. 8. pa-
 tet. Verba hæc ab Reimm. et ab
 1465-1566. editis absunt. Bün.

g) *Aperuit igitur*] Reimm. *Aperuit*
enim. Bün.

h) *concidere*] Rectius quam Goth.
 Reimm. *concedere*, a *concido*, media
 longa; Heumannus ex Cic. Part.
 Orat. c. 6. *concisionum verborum*
 commode huc aduocat. Bün.

k) *vinciam gerunt linguam*] Goth.
vinciam habent linguam, ex glosa.
 Reimm. prauè: *mutam*. vide notas
 ad Lact. 4. 15. 8. (u) *Mutorum linguas*
in eloquium - SOLVEBAT, et ad c. 26. 7.
 (k) p. 536. Bün.

l) *profundunt*] Lips. 3. Reimm.
perfundunt. Bün.

m) *de loquentibus*] *de pro ex*. Fre-
 quens hoc Lactantio et aliis, Our-
 dio, Floro, Iustino, quorum loca in-
 dicauit Burmannus ad Ouid. L. 1.
 Amor. 10. 8. p. 373. *Es quidquid ma-*
gno de Ioue fecit amor. Bün.

n) *ne admittere quidem*] Bonon.
 Tax.

Loquendi ergo causa patefactus est hic meatus. Illud quo-¹⁴
 que praestat, ut in lauacris celebrandis, quia nares calorem
 ferre non possunt, aer feruens ore ducatur; item si forte
 spiramenta narium frigoris pituita praecloserit; per os auram
 trahere possumus, ne, obstructa meandi facultate, spiritus
 stranguletur. Cibi vero in aluum recepti, et cum potus¹⁵
 humore permisti, quum iam calore percocti fuerint, eorum
 succus, inenarrabili modo per membra diffusus, irrigat vni-
 versum corpus et vegetat. Intestinorum quoque multipli-¹⁶
 ces spirae, ac longitudo in se conuoluta, et vno tantum sub-
 stricta vinculo, quam mirificum Dei opus est? nam ubi mace-
 ratos ex se cibos aluus emiserit; paulatim per illos internorum
 anfractus extruduntur, ut quidquid ipsis inest succi, quo cor-
 pus alitur, membris omnibus diuidatur. Et tamen nec¹⁷
 ubi

Tax. Thomas. Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. Heum. *ne auditum quidem admittere.* Penix MSS. quasi glossa: *ne audire quidem Emm. nec admittere quidem.* Goth. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Ald. Paris. Crat. Erasmus in Frob. Gryph. Torn. Betul. Isaac: *ne admittere quidem* sc. *vocem*, ut verba: *emittere vocem* - et *admittere* sibi elegantius respondeant. Bün.

o) *in lauacris celebrandis*] in balneis. Cell.

p) *ducatur; item*] Semicolon post *ducatur* posui, pro aliorum puncto; quia coherent. Bün.

q) *trahere possumus*] Correxì ex Bon. Vltr. Cauc. adficiente Heumanno: *possumus*, coniunctius pendet ab: *ut. ut ducatur: item - possumus.* Bün.

r) *obstructa*] Rost. prae: *obstructa.* Reimm. Ven. 1471. et plurimi: *obstructa.* Bün.

s) *ne spiritus stranguletur*] Edide-

rant Thom. in Antu. 1570. 1587. Thyfius et Cellarius male: *ne spiritus stranguletur.* Isaac: *ne obstructa meandi facultate spiritus* STRANGVLE-MVR. Idem in notis: *strangulemur*, ita legendum esse, *non strangulatur*, textus euincit. Scilicet credidit Isaac, *spiritus* esse gignendi casum; at salua omnia, si ita construas: *ne spiritus stranguletur obstructa meandi facultate.* Goth. Emman. Reimm. et ab 1465-1566. editi, Gall. Spark. ed. Cantab. Walch. Heumann. *spiritus stranguletur.* Bün.

t) *uno tantum*] Bon. Tax. Emm. Cant. Reimm. et ab 1465-1513- Erasmus in Frob. 1529. Gymn. et Isaac: *uno tamen.* Goth. Ald. Crat. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Gall. et *uno tantum.* Szep *tantum* et *tamen* in MSS. confusa, vid. c. 12. 2. *in una tamen.* Ortum vitium ex scriptura per notas *tm* et *tu.* quae *tantum*, *tamen*, *tandem* notare ex Baring. Clavi Diplom. in Compendiis f. 13. discas. Bün.

- ubi^{a. x.} forte obhæreant^y ac resistant^z, quod fieri poterat propter ipsorum voluminum flexiones, in se sæpe redeuntes, et fieri sine pernicie non poterat; oppleuit ea^{a. b.} intrinsecus crassiore succo, vt purgamenta illa ventris ad exitus suos facilius
 18 per lubricum^c niterentur^{d. e.} Illa quoque ratio subtilissima est, quod vesica, cuius vsum volucres non habent, quum sit ab intestinis separata, nec ullam habeat fistulam, qua ex illis vrinam trahat; completur tamen, et humore distenditur.
 19 Id quomodo fiat, non est difficile peruidere. intestinorum enim partes, quæ ab alio cibum, potumque suscipiunt; patientiores sunt, quam ceteræ spiræ, et multo tenuiores. Hæ
 20 vesicam circumplectuntur et continent, ad quas partes quum po-

u) *Es tamen necubi forte obhereant*] Libri veteres partim *ne cui* præ se ferunt; partim *ne qui*. Nostri Lips. et Goth. etiam *ne cui*: quod, quia ineptum est, littera auctum, aptissimum sensum reddit. Quod etiam Thom. in margine adnotauerat. Cell.

x) *necubi*] Goth. Lips. Witteb. Reimm. *ne cui*. Ven. 1472. vtraque 78. *ne ubi*. Rost. Ven. 1471. 93. 97. Piér. Parrh. Paris. Crat. Erasmi. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Spark. *ne qui sc. cibi*, et sic Heumannus legit. Bon. Tax. Cell. *necubi*. Forte: *ne cui forte obhareant*. vt Macrobr. L. 7. Saturn. ed. meæ c. 8. pr. *nec adhareat cuti ventris*. Bün.

y) *obhareant*] Lips. 2. Ven. 1471. et Ven. altera 1478. male: *oberrent*. Reimm. peius: *aberrent*. Witteb. pessime: *caberrent*. Ven. prima 1478: *oberrent*. Rost. *obhereant*. G. et reliqui recte: *obhareant*. Bün.

z) *resistant*] i. e. *subsistant*, clarum ex *obhareant*. vid. not. ad c. 7. n. 1: *resistere*, et ad c. 19. 4. *resistit*. hoc sensu. Bün.

a) *oppleuit ea*] Consentiebat lectio in vulgatis exemplaribus, sed

in exemplari manu descripto comperi veram lectionem: *OBLEUIT*. Sententia eadem apud Aristotelem et Plinium. *Erasmus*.

b) *oppleuit*] Eleganter Erasmi codex *obleuit*, quam lectionem adprobarunt Erasimus et Heumannus merito, in textum solus Betuleius recepit. Retinui tamen *oppleuit*, quod plurimi scripti, in his Goth. Lips. Reimm. Angl. et editi præter Betuleium omnes exhibent. Bün.

c) *per lubricum*] Sic omnes. *lubricum* in neutro, more veterum, eleganter ponitur pro *lubricitate*. Ita Plinius L. 2. ep. 3. *lubricum atatis*. Omitto plura. Bün.

d) *per lubricum niterentur*] Goth. Rom. Parrh. *niterentur*: alii *mitterentur*. Cell.

e) *ad exitus niterentur*] Vltr. Cauc. Lips. et ex editis Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Thyf. Gall. Spark. *mitterentur*. At Bon. Pen. Goth. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471-1515. Paris. Iunt. Crat. Erasmus in Frob. Gymn. Iſzus, Cell. Heum. rectius: *ad exitus niterentur*. Iterum c. 15. 2. *ad exitum nitens*. Bün.

potus et cibus mixta *f* peruenerint; finum *z* quidem crassius fit, et transmeat, humor autem omnis per illam teneritudinem *b* percolatur, eumque vesica, cuius æque tenuis subtilisque membrana est, absorbet et colligit, vt foras, qua natura exitum patefecit, emittat.

XII. De vtero quoque et conceptione *a*, quoniam de internis loquimur, dici necesse est, ne quid præterisse videamur. quæ quamquam in operto latent *b*; sensum *c* tamen atque intelligentiam latere non possunt. Vena in maribus, quæ semen *d* continet, duplex est, paullo interior, quam illud humoris obsceni receptaculum. sicut enim renes duo sunt, itemque testes; et venæ seminales duæ, in vna tamen *e* compage cohærentes: quod videmus in corporibus animalium, quum interfecta *f* patefiunt *z*. Sed illa dexterior masculinum continet semen, sinisterior femininum; et omnino *b* in toto

f) *cibus et potus mixta*] Sic omnes, et recte. vid. not. ad L. 4. Instit. 15. 17. (r) p. 487. Bün.

g) *finum*] Reimm. *finum*, nota confusione, de qua ad Epit. c. 21. (e) Bün.

b) *teneritudinem*] Lipsf. tert. Reimm. *teneritatem*. et si et ita latini, tamen prius est nostri. Sic n. 8. c. 12. 18: *teneritudinem - irrigaret*. L. 5. Inst. 4. 6: *ob stomachi teneritudinem*. Bün.

a) *De vtero quoque et conceptione*] Quæ hoc et sequenti capite de hominis formatione in vtero traduntur, multum plebeix opinionis tenent, quæ satius fuisset Lactantio, et castius etiam, tacuisse. Qui veriora rescire cupit, philosophos, naturæ scrutatores, consulat. *Cel.*

b) *in operto latent*] Reimmann. *in aperto*. quod aperte falsum et verbo contrarium. vid. c. 14. 6: *officia in operto latent*. conf. c. 8. 1. Eandem confusionem notauit ad L. 6. Inst. 7. 3. *arcantum - in operto* (d) p. 732. Bün.

c) *sensum*] Vox sequens *intelligentiam* explicat priorem. Saepe sensum pro ratione ponit noster. vid. not. ad c. 2. 1. Hinc non placet *sensus*, in plurali, vt Rost. et nonnullæ alix edd. Bün.

d) *semen*] Lipsf. 2. 3. Reimm. *femina*. Boll. *feminum rationem*. Goth. *feminum*, posterius est Plauti et sæpe Apuleii, e. g. L. 1. Doctr. Platon. p. 11. Bün.

e) *in vna tamen*] Plerique ediderant: *in vna tantum*, restituo ex Bón. Tax. Pen. Cauc. Vltr. Emman. Lipsf. tert. Reimmann. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. 1513. Heum. *in vna tamen*. notauit hanc confusionem ad c. 11. 16. Bün.

f) *interfecta*] Heumannus ingeniose *interfecta*; quia de anatomice loquatur; libri tamen omnes: *interfecta*. Bün.

g) *patefiunt*] c. 14. 6: *nec usus suos patefacta demonstrant*. Bün.

h) *et omnino*] Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Fasit. Ffff 3 Gryph.

- toto corpore pars dextra masculina est, sinistra vero feminina.
- 4 Ipsum semen quidam putant ex medullis tantum, quidam ex omni^{i. k} corpore ad venam genitalem confluere, ibique concrefcere. sed hoc humana mens, quomodo fiat, non potest
- 5 comprehendere. Item in feminis vterus in duas se diuidit partes; quæ in diuersum diffusæ ac reflexæ; circumplicantur^l, sicut arietis cornua. Quæ pars in dextram retorquetur, masculina est; quæ in sinistram, feminina. Conceptum igitur Varro et Aristoteles sic fieri arbitrantur. Aiunt, non tantum maribus inesse semen, verum etiam feminis; et inde ple- rumque matribus similes procreari; sed earum semen sanguinem esse purgatum^m: quod si recte cum virili mistum sit, vtraque concretaⁿ, et simul coagulata informari^o, et primum quidem cor hominis effingi^p, quod in eo sit et vita omnis^q
- et

Gryph. Torn. Betul. Thom. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. et ideo. At rectius Bon. Tax. Pen. Goth. Emm. Erasmus in Frob. Gymn. Cell. Heumann. et omnino. Error, vt recte Heumannus monet, ortus videtur ex compendiis, in quibus ^{oio} omnino; ^{io} ideo indicabat. vid. Baring. tab. 6. et 9. et ipsas vett. edd. Bün.

i) aiunt ex omni corpore] Ex MSS. castigatum, recisus superfluis. In ceteris etiam, quæ forte discordant cum vulgatis, scias nos eorundem veterum librorum fide vsos esse. Cell.

k) quidam putant ex medullis tantum, quidam ex omni corpore] Goth. Lipf. Reimmann. et editi ab 1465-1513. et denuo Cell. quidam aiunt ex omni corpore. At Ald. Crat. etiam Erasmus in Frob. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. plenius: quidam putant ex medullis tantum, quidam. Betuleius et Isæus in omisâ verba commentantur; neque hi aut reliqui defectum in suis MSS. indicant. Vnde subscribo Heumanno, iudicanti lo-

cum fecisse repetitionem 78 quidam omissionis istorum verborum. Bün.

l) circumplicantur] Verbum in Fabro ex solo Prudentio probatum, præter in nostro obseruavi quoque in Gell. L. 17. N. A. c. 9. Bün.

m) sanguinem esse purgatum] Multi editi. e. g. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. sanguine esse purgatum. Mert. C. C. C. Emman. Goth. Reimm. Ven. 1493-99. Parrhas. Paris. Iunt. Ald. Crat. Erasmus in Frob. Gymn. Cell. Heumann. sanguinem esse purgatum. Recte. Bün.

n) concreta] Ven. 1471. prauè: concreata. Bün.

o) informari] explico: in formam coire, formam suscipere sc. semina. Bün.

p) effingi] Lipf. 2. 3. Reimm. et pluri editi: confingi. At Bon. Tax. Pen. Vltr. Emman. Cell. Heumann. effingi. Bün.

q) vita omnis] Reimmann. Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Iunt. Crat. Erasmus etc. vita hominis, quod Heu-

et sapientia^r; denique totum opus quadragesimo die consum-
 mari. Ex abortionibus^r hæc fortasse collecta sunt. In au- 7
 um tamen fetibus primum oculos fingi, dubium non est:
 quod in ouis sæpe deprehendimus. Vnde fieri non posse ar-
 bitror, quin fictio a capite sumat exordium^t. Similitudi- 8
 nes autem in corporibus filiorum sic fieri putant: Quum se-
 mina inter se permista coalescunt, si virile superauerit, patri
 similem prouenire^u siue marem, seu feminam: si muliebri
 præualuerit, progeniem cuiusque sexus ad imaginem respon-
 dere maternam. Id autem præualeat e duobus, quod fuerit 9
 vberius. alterum enim quodammodo amplectitur ac in-
 cludit^x. hinc plerumque fieri^y, vt vnus tantum lineamenta
 prætendat^z. Si vero æqua^a fuerit ex pari semine permi- 10
 stio; figuras quoque misceri, vt soboles illa communis aut
 neutrum referre videatur, quia totum ex altero non habet;
 aut vtrumque, quia partem de singulis mutuata^b est. Nam 11
 in

Heumannus præfert. Bon. Tax. Pen. Vltr. Lipf. Goth. Emman. Cell. *vita omnis*. Bün.

r) in eo [-sapientia] hinc nostro *cordatus sapiens, excors insipiens*. Bün.

s) ex abortionibus] Reimn. ex *abortionibus*, vt Varronis, L. 2. R. R. c. 4. n. 14: *abortare ne abortet*. Reliquorum *abortionibus* elegantius et certius est Plauti aliorumque. Bün.

t) *sumat exordium*] vt L. 1. Inst. 2. 1: *principium sumere*. Macrob. Somn. Scip. L. 1. c. 18: *ab uno sumamus exordium*. Bün.

u) *prouenire*] Rost. *præue*: *provi-entis*. Cauc. Reimmann. Ven. 1471. vtraque 78. Pier. Parrh. et Ifæus: *prouehi*. Goth. duo, Lipf. Ven. 1493. 97. Paris. Ald. Crat. Erasinus et longe plures: *prouenire*. Bün.

x) *includit*] Ven. 1471. *cludit*. Bün.

y) *fieri*] Adiuunt Ven. 1471. 72. vtraque 78. Pier. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Erasinus in Frob. Torn. Bet.

Spark. Ifæus: *fieri solet*. At MSS. Goth. Lipf. Reimman. Rost. Ven. 1493. 97. Cell. et Heum. merito *solet* ciiciunt. Bün.

z) *prætendat*] Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gryph. Thomas. etc. *prætendant*; hinc Heumannus facit: *prætendantur* sc. lineamenta, nominandi casu. At omnes Lipf. Goth. Reimmann. Angl. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Paris. Erasim. in Frob. Gymn. et Cell. *prætendat*. rectissime: vt PROGENIES vnus tantum lineamenta (in accus.) *prætendat*, i. e. n. 8. *ad vnus tantum imaginem respondeat* n. 10. *vnium modo referat*. n. 11. *exprimat*. sic hoc verbo vsus c. 10. 11. *prætenderent*, vbi pariter Cell. Heumannus hoc verbi sollicitauit. Bün.

a) *æqua*] i. e. *æqualis*, vt not. ad L. 2. Inst. 8. 6. Liuius L. 21. c. 3. fin. *viuere æquo iure cum ceteris*. Bün.

b) *mutuata est*] Ven. 1471. et Rost. Ffff 4 imi-

in corporibus animalium videmus aut confundi parentum colores, ac fieri tertium neutri generantium simile; aut vtriusque sic exprimi, vt discoloribus membris per omne corpus
 12 concors mixtura^c varietur. Disparēs quoque naturæ hoc modo fieri putantur: Quum forte in læuam vteri partem masculinæ stirpis semen inciderit; marem quidem gigni opinatio est; sed quia sit in feminina parte conceptus, aliquid in se habere femineum, supra quam decus virile patiat, vel formam insignem, vel nimium candorem, vel corporis læuitatem^d, vel artus delicatos, vel staturam breuem, vel vocem gracilem,
 13 vel animum imbecillum, vel ex his plura. Item si partem in dextram semen feminini sexus influxerit; feminam quidem procreari; sed, quoniam in masculina parte concepta sit, habere in se aliquid virilitatis, vltra quam sexus ratio permittat, aut valida membra, aut immoderatam longitudinem, aut fuscum colorem, aut hispidam faciem, aut vultum indecorum, aut vocem robustam, aut animum audacem, aut ex his plu-
 14 ra. Si vero masculinum in dexteram, femininum in sinistram peruenerit; vtrosque fetus recte prouenire^e; vt et feminis per omnia naturæ suæ decus constet; et maribus tam
 15 mente, quam corpore robur virile seruetur. Illud vero ipsum quam mirabile institutum Dei^f, quod ad conseruationem

imitata est. Ven. 1497. *mutata est.* At MSS. et reliqui: *mutuata est.* recte. Büñ.

c) *concors mixtura*] Solus Bon. *discors mixtura.* Büñ.

d) *corporis læuitatem*] Plures, in his Angl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Cell. *corporis lenitatem.* Ven. 1493. .97. Paris. Iunt. Ald. Crat. Erasmus in Frob. 1529. etc. *lenitatem*, i. e. vt expresse Parrh. *lenitatem.* Mallem, si addicerent codices: ORIS *lenitatem*; nam vt opponuntur *forma insignis* et vultus indecorus; *nimium candor* et fuscus color; *artus delicati* et valida membra; *statura breuis* et immoderata longi-

tudo; *vox gracilis* et *vox robusta*; *animus imbecillus* et *animus audax*; sic ORIS LAEVITAS et HISPIDA FACIES sibi ex opposito responderent. *corpis* scribunt per compendium MSS, quod facile cum: *oris* confunditur. conf. not. ad L. 2. Inst. 4. 18: *Apollo lauis.* Büñ.

e) *recte prouenire*] Reimm. Ven. 1472. 93. 97. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gryph. et plures: *recte prouenire.* Rectius Bon. Tax. Pen. Goth. Lips. Angl. Subl. Rost. Ven. 1471. Paris. Erasmus in Frob. Gymn. Bet Cell. Heumann. *prouenire.* optime. Büñ.

f) *institutum Dei*] Lips. 1. 3. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93.

nem generum singulorum, duos sexus maris ac feminae machinatus est; quibus inter se per voluptatis illecebras copulatis, succisiua & soboles pararetur^b, ne omne genus viuientium conditio mortalitatis exstingueret. Sed plus roboris mari-
 bus attributum est, quo facilius ad patientiam iugi maritalis feminae cogerentur. Vir itaque nominatus est, quod maior in eo vis est, quam in femina; et hinc virtus nomenⁱ accepit. Item mulier, vt Varro interpretatur, a mollicie est
 dicta, immutata, et detracta littera, velut mollier. cui suscepto fetu, quum partus adpropinquare iam cepit, turgescentes mammae dulcibus succis distenduntur, et ad nutrimenta nascentis fontibus lacteis^k fecundum pectus exuberat. nec
 enim

93. 97: *constitutum Dei*. Paris. *quam mirabiliter constitutum est*. Parrh. *quam mirabile constitutum a Deo est*. Erasmi. *quam mirabile constitutum Deo*. Ald. Crat. Gryph. Torn. Bet. Thomas. - Spark. *quam mirabiliter institutum Dei est*. Goth. et vett. edd. est omittunt. Bün.

g) *succisiua soboles*] Valde variant libri in priori voce. Editi omnes *succesiua*. Witteb. MS. corrupte: *sbmccicia*. Reimm. *sb'u'icicia*, voce nihili. Goth. *substitutiua*. Bon. Tax. Pen. Cauc. *succisiua*. Ita recte Gal-læus corrigit corruptam Iſæi variam lectionem, quia Iſæus addiderat: *ab arborum furculis metaphora ducta, quibus succis alii renascuntur*. Credo Lactantium hic imitari Cyprianum de Zelo et Liuore c. 13: *tunc magis generasse delectat, si ad patrem lineamentis paribus soboles subficiua respondeat*. Vbi Pamelius: Sic rectius, inquit, *Cambron. cod.* cum Manutio, quam Morelius: *subseciua*, aut excusi. vulg. *subcidua*, aut vetus excusui et ceteri MSS. quatuor: *succidiua* seu *succediua*, aut vnus Morelli: *succesa*. *Subficiuum*, teste Non. Marcello, significat *secun-*

dum, sequens, succedens, succidaneum. Hinc Lucil. L. 28: *Propterea hac subficiua si quando voles opera*. Erasmi ed. Basil. habet: *subcisiua*. Bodl. 3: *SVCCISIVA*. Viêt. *succidiua*, ibidem Episcopus Oxon. f. 227. edidit: *soboles subficiua*, et Rigaltium codicum suffragiis destitutum *succesiua* voluisse monet. De orthographia, qua *succisiuus*, *subficiuus*, *subcisiuus*, *subseciuus* scribunt, disputant alii. In Arnobio L. 3. p. 104. occurrit: *rocidiua soboles*. Bün.

h) *soboles pararetur*] Editi cum Goth. *pareretur*, quod præfert Heumannus, et MS. Thomasi *pararetur* male putat legere. Reimmann. per notam: *paratur*: at Bon. Tax. Pen. Lips. tert. *pararetur* ego quidem præfero. Sic L. 6. 23. 17. *succesione parare*. Tertullian. *Monogam. c. 7: vicaria et quasi postuma soboles supparabatur*. Bün.

i) *hinc virtus nomen*] Cicero 2. Tusc. c. 17. extr. *adpellata est ex viro virtus - a viris virtus est mutua*. Bün.

k) *fontibus lacteis*] Plures editi: e. g. Rost. Ven. prima 1478. *lactis*. MSS. Bon. Tax. Pen. Cauc. Vltr. Emman.

enim decebat aliud, quam ut sapiens animal a corde ^l alimoniam ^m duceret. Idque ipsum sollertissime comparatum est, ut candens, ac pinguis humor ⁿ teneritudinem novi corporis irrigaret, donec ad capiendos fortiores ^o cibos et dentibus instruatur, et viribus roboretur. Sed redeamus ad propositum; ut cetera, quæ supersunt, breuiter explicemus.

XIII. Poteram nunc ego ipsorum quoque genitalium membrorum mirificam rationem tibi exposere, nisi me pudor ab huiusmodi sermone reuocaret. itaque a nobis indumento verecundiæ, quæ sunt pudenda, velentur. Quod ad hanc rem attinet, queri satis est ^a, homines impios ac profanos summum nefas admittere, qui diuinum et admirabile Dei opus, ad propagandam successionem ^b inexcogitabili ratione prouisum et effectum, vel ad turpissimos quæstus, vel ad obscenæ libidinis pudenda opera conuertunt, ut iam nihil aliud re sanctissima petant, quam inanem et sterilem voluptatem. Quid reliquæ corporis partes ^c, num carent ratione ac pulchritudine? conglobata in nates caro, quam sedendi officio apta; et eadem ^d firmior, quam in ceteris membris, ne premente corporis mole, ossibus cederet. Item feminum de-

man. Ven. 1472. et secunda 1478. fontibus lacteis, et sic forte voluit Reimmann. in quo: *lactes*. His gemina illa Minuc. Fel. c. 18: *ut ubera partu maturescence lactescunt, et ut tener fetus ubertate lactei roris adolescat*. Bün.

l) *[sapiens animal a corde]* vid. n. 6. Bün.

m) *alimoniam]* L. 7. 4. 17. not. Bün.

n) *candens, ac pinguis-humor]* Reimmann. male: *cadens*. Ouidius L. 3. Pont. 3. 97 - *lacteus humor*. Bün.

o) *fortiores cibos]* vid. not. ad L. 5. Inst. 4. 6 (r. s) et Wolfium ad Theophil. ad Autolyicum alicubi illustrantem vocem N. T. *σερεος* Bün.

a) *queri satis est]* c. 19. 7. *hoc dicere satis est*. Bün.

b) *ad propagandam successionem]* vide Munckerum ad Fulgentium p. 30. Bün.

c) *reliqua-partes]* Ven. 1493. 97. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gryph. Torn. Betul. etc. perperam: *reliqui corporis*. Rectius Bon. Tax. Pen. Ultr. Cauc. Lips. Goth. Reimm. Emman. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. utraque 78. Erasmus in Frob. et Gymn. Cell. Walch. Heumann. *reliqua corporis partes*. Bün.

d) *et eadem]* Sic libri. Heumann. tentat: *Est eadem*. Bün.

deducta et latioribus toris valida longitudo, quo facilius onus corporis ^{e. f.} sustineret; quam paullatim deficientem in angustum genua determinant; quorum decentes nodi flexuram pedibus ad gradiendum, sedendumque aptissimam ^g præbent. Item crura, non æquali modo ducta, ne indecens habitudo deformaret pedes; sed teretibus suris clementer exstantibus ^{h. i.} ⁶ sensimque tenuatis, et firmata ^k sunt et ornata. In plantis, vero

e) *onus corporis*] Per *onus corporis* intelligitur infans, quod alibi fusius inlustrauit. Walchius.

f) *onus corporis*] Monueram in Miscell. Lips. T. 3. p. 167. non conuenire Walchii expositionem huic nostro loco, hic enim *onus corporis* idem, quod n. 3: *corporis molem et pondus* denotare; ad quæ Walchius ægesit in iisdem Miscell. p. 366: *sententiam suam esse, quod per ONVS CORPORIS ALIBI intelligatur infans*. Ego vero adhuc nondum scio, ubi Celeb. Walchius fusius inlustrauerit per ONVS CORPORIS intelligi infantem. Scio quidem, ONVS in optimis auctoribus sæpe significare FETVS IN VTERO, quales, obseruante Barthio ad Statii Tomum II. p. 575. *onerum nomine MILLE LOCIS a Poetis, Ouidio præcipue, intelliguntur*. add. p. 1260. et ad Claudian. p. 40; scio quoque, talem fetum *intestinum pondus, onus uteri, sarcinam pragmatæonæ, uteri sarcinam, alui pondus, pondus uteri, genetricum pondus* a diuersis scriptoribus vocari, docente Elmenhorstio ad Arnob. L. 3. p. 113. Vix vero in vno loco scriptoris sæc. III. *onus corporis* pro fetu in utero deprehendi. Sed concedamus hoc, rarius *onus* eiusmodi in utero adhuc latens INFANS dicitur, ut in Plin. L. XI. H. N. c. 51: *Infantis in nascendo nulla (VOX) audisur, antequam totus emergat utero*. Ceteroquam infantem, dum gestatur, ONVS dici posse et dici per-

vulgatum est, nec magis disputatur, quam ubi ad Ouidio L. 13. Metam. pater humero latus VENERABILE ONVS, aut L. 2. Fast. vxor de mariti collo pendens DVLCCE ONVS, aut quoduis pondus et quæuis res, quæ gestatur, et portatur, *onus* vocatur. Hac occasione, dum cœpimus aliud agere, simul eluo maculam ex Sulpic. Seuer. Vita Martini c. 12. ubi edunt: *donec victi pondere corporis onus deponunt*. emendo ex meis vetustissimis membranis: VECTI CORPORIS ONVS deponunt. Büñ.

g) *flexuram - aptissimam præbent*] Bon. Tax. Cauc. Lips. 1. *flexuram - sedendumque aptissimum vsum præbent*. Büñ.

h) *suris clementer exstantibus*] leniter prominentibus. Silius Italicus lib. 1. v. 274.

Clementer crescente iugo.

Adde supra dicta ad libri huius cap. 10. sect. 5. et cap. 10. sect. 27. Cell.

i) *clementer exstantibus*] vid. not. ad c. 5. n. 5. c. 10. n. 5. n. 21. n. 27. et ad L. 6. Inst. 4. 6. Walchius, forte ut otium lectori faceret, adnotationem suam præter loca Quidii ex Fabri Thesauro in vocibus *clementer, molliter, exstare*, et nota Cellar. ad Plin. L. 5. ep. 6. composuit. Büñ.

k) *et firmata sunt*] Rost. Ven. 1471 - 1515. Paris. Crat. Erasmus, Gryph. Bet. et firma sunt. At Bon. Tax. Pen. Ultr. Cauc. Goth. Reimm. Cell. firmata sunt. Büñ.

d) in-

vero eadem quidem, sed tamen longe dispar, quam in manibus, ratio est: quæ quoniam totius operis quasi fundamenta sunt, mirificus eas artifex non rotunda specie, ne homo stare non posset, aut aliis ad standum pedibus indigeret, sicut quadrupedes; sed porrectiores longioresque formauit, ut stabile corpus efficerent planicie sua, unde illis inditum^l nomen est. 7 Digiti æque totidem, quot in manibus, speciem magis, quam usum maiorem^m præferentes; ideoque et iuncti, et breues, et gradatim compositi: quorum qui est maximus, quoniam illum, sicut in manu, discerni a ceteris opus non erat; ita in ordinem redactus est, ut tamen ab aliis magnitudine ac modo 8 interuallo distare videatur. Hæc eorum speciosa germanitasⁿ non leui adiumento nisi^o pedum firmat. concitari enim ad cursum non possumus, nisi, digitis in humum pressis, soloque nitentibus, impetum, saltumque capiamus. 9 Explicasse videor omnia, quorum ratio intelligi potest. Nunc ad ea venio, quæ vel dubia, vel obscura sunt.

1 XIII. Multa esse constat in corpore, quorum vim rationem-

^l) *inditum nomen*] Reimm. *inditum*. Vindicauit iam inditum ad huius libri c. 8. n. 8. Büñ.

^m) *speciem magis, quam usum maiorem*] Ven. utraque 1478: *speciem magisque usum maiorem præferentes*. Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Ald. etc. *speciem magis, quam usum præferentes*. At Bon. Tax. Pen. Vlter. Goth. Witt. Reimm. Ven. 1471. est Rost. *speciem magis, quam usum maiorem præferentes*. Addunt tam Græci quam Latini sæpe ad comparativum uoculam *magis*. Quintil. Declam. 5. *utrum stringam magis arctiore complexu*. Cicero pro Flacco c. 15: *aliis MAGIS GRAVIORIBVS ET MAIORIBVS*. Plura Bernegg ad Iustin. L. 3. c. 2. f. 7. et Vorstius ad Iust. L. 12. c. 11. 2. et ad Valer.

Max. L. 3. c. 7. Taubmann. ad Culic. v. 78. p. 57. Græuius ad Cicer. in Pison. c. 14. *potius optator*. Vosf. de Constr. c. 16. Vechner Hellenol. cum not. Heusingeri L. 1. p. II. c. 6. p. 167. sq. Büñ.

ⁿ) *speciosa germanitas*] Hoc uocabulum, inquit Reyherus, de *coniunctione digitorum in pedibus singulari metaphora usurpat Lactantius*. Idem uisum Walchio. Nam n. 7. *dixit -speciem -præferentes ideoque et iuncti*. Germanitas, fraternitas eadem ratione, qua latini *fratres, sorores*, sæpe uocant *omnia paria*, et uelut cognata et *sibi similia*. Büñ.

^o) *nisi*] Reimm. *præue: usum*. Rost. Ven. 1471. utraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris: *nixum* mox sequitur: *solo nitentibus*. Büñ. 9

a) mem.

nemque perspicere nemo, nisi qui fecit, potest. An aliquis enarrare se putat posse, quid utilitatis, quid effectus habeat tenuis membrana illa perlucens^a; qua circumretitur^b alvus ac regitur? Quid renum gemina similitudo? quos ait Varro ita dictos, quod riuic^c ab his obsceni humoris orientur, quod est longe secus; quia spinæ altrinsecus supini cohærent, et sunt ab intestinis separati. Quid splen? quid iecur? quæ viscera quasi ex conturbato sanguine videntur esse concreta? quid fellis amarissimus liquor^d? quid globus cordis^e? qui viuus sanguinis fons est? nisi forte illis credendum putabimus, qui adfectum iracundiæ in felle constitutum putant, paucis in corde, lætitiæ in splene. Ipsius autem iecoris officium volunt esse, ut cibos in aluo coquat amplexu et calefactu suo. quidam libidines rerum venerearum in iecore contineri arbitrantur. Primum ista perspicere acumen humani sensus non potest; quia horum officia in operto latent, nec usus suos patefacta demonstrant. nam si ita esset; fortasse placidiora^f quæque^g animalia vel nihil fellis omnino, vel minus

a) *membrana perlucens*] *peritonæum* interpretatur Betuleius et illustrat. Bün.

b) *circumretitur*] Editi fere omnes: *circumnectitur* in Reimm. utrumque hoc verbum desideratur. Recepti aptissimum verbum ex Bon. Tax. Pen. Emman. Vltr. Cauc. Goth. et Betuleii editione *circumretitur*. Video quoque Heumanno ita placere. Bün.

c) *quod riuic*] Plerique editi: *quasi riuic*. Ven. 1493. 97. Heum. *quia riuic*. At Bon. Tax. Pen. Vltr. Cauc. Erasimus in Frob. 1529. et Gymn. *quod riuic*. quod i. e. *quia*. Bün.

d) *quid globus cordis*] Adiciunt vulgo, *qui nunc sanguinis fons est*, quæ manu scriptorum auctoritate induximus. Cell.

e) *cordis, qui viuus sanguinis fons est?*] Cellarius: adiciunt, inquit, vulgo: *qui nunc sanguinis fons est*. At

ediderunt adhuc omnes ab anno 1465-1685: *qui VNVS (NON: nunc) sanguinis fons est*. At rectius Bon. Tax. et Heum. *cordis, qui viuus sanguinis fons: est?* ut c. 10. 11: quibus FONTES VIVI SANGVINIS continentur. Bün.

f) *nisi*] Cellarius vitiose: *nec forte*. Scripti editique omnes: *nisi forte*. Bün.

g) *placidiora - animalia*] Recte ita dici posse animalia, ostendi ad L. 6. Inst. 15. 3. (n. 1.) p. 780. sq. Bün.

h) *placidiora quæque*] Ita omnes iungunt h. l. ut c. 4. n. 19. *imbecilliora et timidiora quæque*. Cyprian. L. 3. ep. 10: *aduersarius forsioerem quemque magis adgreditur*. Valla Lactantium reprehendit ob pronomen *quisque* comparatiuo iunctum, sed defendit nostrum ex Cicerone et aliis Vossius de Construct. c. 16. p. 378. Bün.

i) *ti-*

nus haberent, quam feræ; timidiora plus cordisⁱ, salaciora plus iecoris^k, lasciuiora^l plus splenis habuissent. Sicuti igitur nos, sentimus, audire auribus, oculis cernere, naribus odorare^m: ita profecto sentiremus, nos felle irasci, iecore cupere, splene gaudere. Quum autem, vnde adfectus isti veniant, minime sentiamus; fieri potest, vt aliunde veniant, et aliud viscera illa, quam suspicamur, efficiant. nec tamen conuincere possumus, falsa illos, qui hæc disputant, dicere. sed omnia, quæ ad motus animi, animæque pertineant, tam obscuræ altæque rationis esse arbitror, vt supra hominem sit, ea liquido peruidere. Id tamen certum et indubitatum esse debet, tot res, tantaⁿ viscerum genera vnum et idem habere officium, vt animam contineant in corpore. Sed quid proprie

i) *timidiora plus cordis*] Et hic vulgaribus libris adiectum, *salaciora plus iecoris*, quæ perinde desunt libris vetustioribus Lips. Goth. Rom. Cell.

k) *timidiora plus cordis, salaciora plus iecoris*] Desunt quidem in Goth. Reimm. Ven. 1471. et Rost. verba: *salaciora plus iecoris*, eaque proseripit Cellarius, et aliena manu adiecta censet Heum. ob verba n. 5. *qui adfectum iracundia in felle constitutum putant, pauoris in corde, lascitia in splene*. Mihi vero illa, deprehensa in Ven. 1472. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. immo et Erasino in Froben. et reliquis omnibus ante Cellarianam editis plane genuina sunt; et ita respondent omnia verbis n. 4. et 5: *iracundia in felle, pauoris in corde, NB. libidinis rerum venerarum in IECORE. item verbis n. 7. felle irasci, IECORE CUPERE, et L. 6. Inst. c. 15. 4. ira (adfectus) in felle, LIBIDINIS IN IECORE, timoris in corde*. Causa omissionis verborum: *salaciora plus iecoris* non intellecta vis se-

quentis: LASCIVIORA fuit; scilicet putarunt *salaciora* et *lasciuiora* idem hic valere. Büx.

l) *lasciuiora plus splenis*] *Lasciuiora* hic significant *lasciora*, et respiciunt n. 4. verba: *Lascitia in splene*, vnde n. 7: *splene GAUDERE*, et in L. 6. Inst. c. 15. 4. *Lascitia adiectus in splene*. Vberius illustravi hunc significatum ad L. 1. Inst. c. 21. 49. (F) p. 148. sq. et in meo Indice Latin. Selectæ ad Castellionis Versionem Cædicis S. p. 119. Büx.

m) *odorare*] Ita hic omnes. conf. c. 6. 12. not *odoraret*. Büx.

n) *tot res, tanta*] Reimm. Rost. Ven. 1471-1515: *res tot, tanta viscerum*. Gryph. *res tot, tantaque viscerum*. Thomas. Isæus, Gall. Spark. *tot res, tot viscerum genera*. Bon. Goth. Cell. *tot res, tanta viscerum*, Heumannus ex ordine priori *res tot, tanta*, coniicit verba *res tot delenda*; quod aliquis τῶν *tanta* adscripserit *tot*, vel *i. e. tot*, vnde fictum *res tot*. *Tanta* vero sæpe nostro esse *tot*, tam multa, constat ex L. 1. Inst. 3. 21. not. Büx.

prie lingulis muneris^{o. p} sit iniunctum, quis scire, nisi artifex, potest, cui soli opus suum notum est?

XV. De voce autem quam rationem reddere possumus? Grammatici quidem ac philosophi vocem esse, definiunt^a, aerem spiritu verberatum: vnde verba sunt nuncupata. quod pe. spicue falsum est. Non enim vox extra os gignitur, sed intra, et ideo verisimilior est illa sententia, stipatum spiritum, quum obstantia faucium fuerit illisus^b, sonum vocis exprimere; veluti quum in patentem cicutam^c labroque subiectam dimittimus spiritum; et is cicutæ concauo^d repercussus, ac reuolutus a fundo, dum descendente occursum suo redit^e, ad exitum nitens, sonum gignit, et in vocalem spiritum resiliens per se ventus animatur. Quod quidem an verum sit, Deus artifex viderit^f. videtur enim non ab ore, sed

^{o)} Sed quid proprie singulis nervis sit iniunctum] Sic Goth. Rom. Parrh. Et Lips. hæc vestigia, quamquam obducta non nihil, tenent, quid proprie singulis verius. Aldus, quem vulgo sequuntur: Sed quid proprie muneris singulis sit iniunctum. Betuleius, sed quid proprii muneris. Bene, si ex antiquo sunt codice. Cell.

^{p)} Sed quid proprie singulis muneris] Rubric. Reimm. quid proprie singulis nervis, quæ vox secundum ductus fuisset: nervis. Nam Rost. Ven. 1471. 1510. Paris. Cell. Sed quid proprie singulis nervis. Perperam, de nervis enim iam egerat c. 5. 6. 8. c. 7. 1. Hic agit per totum caput de visceribus eorumque officio; vnde rectior lectio Aldi, Crat. 1521. 24. Erasmi in Frob. 1529. Gymn. Torn. Gryph. Paris. 1561. Betul. Thomas. Isæi, Gall. Spark. Walch. Heumann. sed quid proprie singulis muneris, (aut: sed quid proprie muneris singulis) id est, quid muneris vel officii singulis visceribus proprie iniunctum sit. Sic n. 5. secoris offi-

cium. n. 6. horum officia. n. 9: unum officium. Noster vero c. 10. 13. 16: loquendi munus-officium variat. Sic Liuius et Tacitus; iniungere munus. Columella: iniungere officium. conf. Gronou. ad Lit. L. 32. c. 3. Büñ.

^{a)} esse, definiunt] Heumanno videtur esse rectius abesse. At libri omnes addunt. Lips. 2. plenius: vocem esse dicunt et definiunt. Büñ.

^{b)} illisus] Reimm. illius. Ven. 1471. Rost. illisum, prauè. Büñ.

^{c)} in patentem cicutam] Respice libri huius cap. 8. sect. 14. Cell.

^{d)} cicuta concauo] Reimm. prauè: acute concauo. De neutro pro concauitate dixi ad c. 10. n. 17: palari concauo. Büñ.

^{e)} descendente occursum suo reddit] Sic Lips. Reimm. et edd. veteres omnes; at Emun. Goth. descendente cursu suo redit. Sparsii vero MSS. dum ad descendente occursum suo redit. Büñ.

^{f)} Deus-viderit] conf. L. 7. 8. 9. Büñ.

sed ab intimo pectore vox oriri. denique, et ore clauso, ex
 4 naribus emittitur sonus, qualis potest. Præterea et maxi-
 mo spiritu, quo anhelamus, vox non efficitur, et leui s et
 non coarctato spiritu, quoties volumus, efficitur. Non est
 5 igitur comprehensum, quomodo fiat, aut quid sit [omnino ^{b. i.}].
 Nec me nunc in Academiæ sententiam delabi putes, quia non
 omnia sunt ^{k. i.} incomprehensibilia. Vt enim ^m fatendum est
 multa nesciri, quæ voluit Deus intelligentiam hominis exce-
 dere; sic tamen multa esse ⁿ, quæ possint et sensibus percipi,
 6 et ratione comprehendi. Sed erit nobis contra philoso-
 phos integra disputatio. Conficiamus igitur spatium, quo
 nunc decurrimus.

XVI. Mentis quoque rationem incomprehensibilem esse,
 1 quis nesciat, nisi qui omnino illam non habet; quum, ipsa
 mens quo loco sit, aut cuiusmodi, nesciatur? Varia ergo a
 2 philosophis ^a de natura eius ac loco disputata sunt. Ac ego
 non dissimulabo, quid ipse sentiam, non quia sic esse adfir-
 mem,

g) Præterea et maximo spiritu - et leui] Betul. Præterea maximo - et le-
 vi. reliqui ante Cellarium: Præterea
 ex maximo - et leui. Vnde Heuman-
 nus vult: Præterea ex maximo - effi-
 citur ex leui. At MSS. Bon. Tax.
 Pen. Goth. Lipf. Reimm. Præterea
 et maximo - et leui. Bün.

b) aut quid sit omnino] Inklusum
 omnino abest a MSS. Angl. et Lipf.
 et ed. Rom. Cell.

i) quid sit omnino] Reimmann.
 Ven. 147f. et Rost. omnino omittunt;
 addunt vero, et recte, Goth. Ven.
 1472. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier.
 Parrh. Paris. Iunt. Ald. Erasmus etc.
 Bün..

k) non omnia sunt] Vtique rescri-
 bendum SINT. Non enim suam
 profert noster sententiam, sed Aca-
 demicorum. Heumannus.

l) non omnia sunt] Sic omnes
 scripti editique, mihi que, secus
 quam Heumanno visum, suam non
 Academicorum sententiam proferre
 Lactantius videtur. Bün.

m) Vt enim] Bon. prauæ: Et enim,
 nam sequitur Sic. Bün.

n) sic tamen multa esse] subaudi:
 fatendum est. vnde Reimm. prauæ:
 scit tamen. Bün.

o) spatium, quo-decurrimus] Omni-
 no malle cum Heumanno: spa-
 tium, quod, vt L. 7. 27. 1. aut in quo-
 -decurrimus. Sed libri constanter:
 spatium, quo. Lipf. 2. et Reimmann.
 spatium, quo decurrimus, omisso
 nunc. Bün.

a) a philosophis] Rectius quam
 Lipf. 2. Reimmann. de philosophis.
 Bün.

b) quan-

mem, (quod est insipientis in re dubia facere,) sed vt, exposita rei difficultate, intelligas, quanta sit diuinorum operum magnitudo. Quidam sedem mentis in pectore esse voluerunt. quod si ita est, quanto tandem^b miraculo dignum est, rem in obscuro ac tenebroso habitaculo sitam, in tanta rationis atque intelligentiæ luce versari? tum quod ad^c eam sensus ex omni corporis parte conueniunt, vt in qualibet regione membrorum præsens esse videatur. Alii sedem eius in cerebro esse dixerunt. et sane argumentis probabilibus vñ sunt, oportuisse scilicet, quod totius corporis regimen haberet^d, porius in summo, tamquam in arce corporis^e, habitare; nec quidquam esse *f* sublimius, quam id, quod vniuersum ratione moderetur, sicut ipse mundi dominus et rector in summo est. Deinde quod sensus omnis, id est audiendi et videntis et odorandi ministra membra *g* in capite sunt locata, quorum omnium viæ non ad pectus, sed ad cerebrum ferant: alioqui necesse nos esset tardius sentire, donec sentiendi facultas longo itinere per collum ad pectus vsque descenderet. Ii vero aut non multum, aut fortasse non errant. Videtur enim

b) quanto tandem] Bon. *quo tandem*. Bün.

c) tum quod ad] Bon. *Tunc cum ad*. Betul. *tum ad eam*. Lipf. 2. Pier. et Parrh. *tum quod eam*. Goth. Lipf. Reimm. Rost. Ven. 1471 - 97. Paris. Ald. Crat. Erasim. etc. *tum quod ad eam*. Heumannus supplet ex prioribus: *tum quanto miraculo dignum est*, quod. Bün.

d) scilicet, quod haberet] Lipf. 2. et Reimm. *oportuisse scilicet, totius corporis regimen habere*. Bün.

e) tamquam in arce corporis] Vocem postremam corporis Rost. Ven. 1471. 93. 97. Pier. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gryph. Torn. Betul. Thom. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. Walch. delent; at Bon. Tax. Pen. Vltr. Lipf. Reimm. Ven. 1472. vtraque 78.

Paris. 1513. Erasimus, Gymn. Cell. addunt. Bün.

f) nec quidquam esse] Reimmann. *nec quidquam est sublimius. perperam: nec quidquam esse*, intellige ex prioribus: *oportuisse*. Bün.

g) ministra membra] Sic omnes, etiam textus Reimm. MSS. at margin instrumenta membra: fere vt Cor-tius ad Sall. Catil. c. 6. p. 45. ex Lact. 7. Inst. 12. 12. volebat. Nihil hic mutandum. Eleganter forma adiectiuum: *ministra*, vt Ouid. ep. at. Heroid. 114:

Lumina propositi facta ministra sui.

Seneca ep. 92. *pr. partes ministras*, et ad Marciam c. 24: *vs ministras manus*. conf. Arnob. L. 2. p. 55. Ita Iuuen-cus L. 1. Hist. Euang. 993. p. 79. *seruulis manibus*. Bün.

Gggg

b) quam

enim mens, quæ dominatum corporis tenet, in summo capite constituta, tamquam in cælo Deus: sed quum in aliqua sit cogitatione, commeare ad pectus, et quasi ad secretum aliquod penetrare secedere, ut consilium, tamquam ex thesauro
 7 recondito, eliciat ac proferat. ideoque quum intenti ad cogitandum sumus, et quum mens occupata in altum se abdiditⁱ; neque audire, quæ circumsonant^k, neque videre, quæ
 8 obstant, solemus. Id vero siue ita est; admirandum profecto est, quomodo id fiat, quum ad pectus ex cerebro nullum iter pateat. si autem non est ita^l, tamen nihilominus admirandum est, quod diuina, nescio qua, ratione fiat, ut ita
 9 esse videatur. An potest aliquis non admirari, quod sensus ille viuus atque cælestis, qui mens vel animus nuncupatur, tantæ mobilitatis est^m, ut ne cum quidem, quum sopitus est, conquiescat; tantæ celeritatisⁿ, ut vno temporis puncto cælum omne collustrer^o; si velit, maria peruolet; terras et vrbes^p peragret; omnia denique, quæ libuerit, quamuis longe

b) quum in aliqua] Ven. 1493. 97. Iunt. Ald. Crat. Erasmus. Gryph. etc. quando in aliqua. At Bon. Tax. Pen. Cauc. Vltr. Goth. Lips. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. 1513. Cell. Heum. quum in aliqua. Reimm. quam in alia. Lips. 2: quasi in alia cogitatione. Bün.

i) in altum se abdidit] Plin. L. 3. ep. 3: Vita hominum altos recessus magnasque latebras habes. Bün.

k) qua circumsonans] Lips. 2. Reimm. male hæc omittunt. Bün.

l) si autem non est ita, tamen nihilominus] Ven. 1471. prauè: siue aut non, tamen. Goth. Reimmann. Rost. vtraque 78. prauè: si autem non est, nec tamen; at melius Ven. 1493. 97. Parrh. Siue autem non: hoc tamen nihilominus. Erasmus: si autem non: hoc tamen. Plenissime Bon. Tax. Vltr. Cauc. si autem non est ita, tamen. Hos expressi.

Emman. Spark. Cell. si autem non est, tamen. Quæ scriptura et ipsa bona. Bün.

m) mobilitatis est] Emman. et Walch. mobilitatis sit. Reliqui scripti editique: mobilitatis est. Bün.

n) tanta celeritatis] Egregie hæc illustrat Weitzius ad Prudent. p. 649. adde Cic. L. 1. Tusc. c. 19. et Senec. L. 2. Benef. c. 29. Ouid. L. 4. Trist. 2. 57. sqq.

Submotis - mente videbo.

Illæ per immensas spatiosas libera terras.

In cælum celeri peruenit illa fuga. Bün.

o) collustrer] Lips. 2. 3. Reimm. instrer. Bün.

p) terras et vrbes] Ex Reimmann. Rost. vtraque Ven. 1478. 93. 97. Parrh. et Paris. restitui ET, pro quo Aldus et seqq. AC inuixerant. At Ciceronis lectores facile concedent. Cic.

longe lateque submota sint, in conspectu sibi ipse constituat? Et miratur aliquis, si diuina mens Dei per vniuersas mundi partes intenta¹ discurrit, et omnia regit, omnia moderatur, vbique praesens, vbique diffusa; quum tanta sit vis ac potestas mentis humanae, intra mortale corpus inclusa²; vt, ne septis quidem grauis huius ac pigri corporis, cui illigata³ est, coërceri vlllo modo⁴ possit, quo minus sibi liberam vagandi facultatem quietis impatiens largiatur? Sine igitur in capite mens habitat, siue in pectore; potestne aliquis comprehendere, quae vis rationis efficiat, vt sensus ille incomprehensibilis aut in medulla cerebri hæreat, aut in illo sanguine bipartito⁵, qui est inclusus in corde? ac non ex eo ipso colligat, quanta sit Dei potestas, quod animus seipsum non videt, aut qualis, aut vbi sit; nec si videat, tamen perspicere possit, quo pacto rei corporali res incorporalis adiuncta sit? Siue etiam mentis locus nullus est, sed per totum corpus sparsa discurrit, quod et fieri potest⁶, et a Xenocrate, Platonis discipulo, disputatum est; siquidem sensus in qualibet parte corporis praesto est, nec quid sit mens, nec qualis, intelligi potest; quum sit natura eius tam subtilis ac tenuis; vt solidis visce-

Ciceronem, et plures aures ætatis haud temere AC ante vocales ponere. Bün.

q) *Et miratur aliquis*] Pari elegantia L. 3. 28. 10: *Et quisquam nobis inuidiam facit.* (not. f.) p. 412. Cyprianus L. 1. ep. 6: *Et audet quisquam dicere.* conf. Quintil. L. 9. Inst. c. 2. Bün.

r) *diuina mens Dei*] Sic omnes libri. Bün.

s) *intenta*] vid. not. ad L. de Ira c. 11. 14. Bün.

t) *intra-inclusa*] Minuc. Fel. c. 32: *intra vnam adiculam vim tantam aieftatis includam.* conf. not. ad L. 6. Inst. 20. 5: *intracoercere.* Bün.

u) *cui illigata*] Lipf. 2. 3. Reimman. *cui alligata.* vid. not. ad L. 7. Inst. 2. 8. Bün.

x) *vlllo modo*] Sic Goth. Lipf. Reimm. Editi ante Cellarium: *vlllo pacto.* Prius hic praefero, quia num. 11. sequitur: *quo pacto.* Amat vero copiam. In Ven. 1471. 493. 97. Pier. nullo. Bün.

y) *in - sanguine bipartito*] quem cordis duo isti sinus continent, de quibus c. 10. n. 11. Bün.

z) *quod et fieri potest, et*] Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Parrh. Paris. Ald. Cell. *et quod etiam fieri potest, et.* Vnde Heum. facit: *id quod etiam.* Gryph. Torn. Thomafius peius: *quod et etiam fieri potest, et.* Betul. Spark. *quod etiam fieri potest, et.* At omnium rectissime Lipf. 2. tert. Erasmus in Frob. 1529. et Gymn. Isæus: *quod et fieri potest, et.* Bün.

visceribus^a infusa, viuo et quasi ardenti sensu membrum omni-
 13 bus misceatur. Illud autem caue, ne vnumquam simile ve-
 ri putaueris, quod Aristoxenus^b dixit, mentem omnino nul-
 lam esse, sed quasi harmoniam in fidibus^c ex constructione^d
 corporis et compagibus viscerum vim sentiendi existere.
 Musici enim intentionem concentumque nervorum in integros
 14 modos sine vlla offensione consonantium harmoniam vocant.
 Volunt igitur animum simili ratione constare in homine, qua
 concors modulatio constat in fidibus; scilicet ut^e singularum
 corporis partium firma coniunctio, membrorumque omnium
 consentiens in vnum vigor motum illum sensibilem faciat, ani-
 mumque concinnet^f, sicut nerui bene intenti conspirantem
 15 sonum^g. Et sicuti in fidibus, quum aliquid aut interruptum^h
 aut relaxatum est, omnis canendi ratio turbaturⁱ et
 sol-

a) solidis visceribus] Bon. validis
 visceribus. Lips. tert. solis visceribus.
 quasi in opp. membrum omnibus. Bü.

b) quod Aristoxenus dixit] vide
 supra lib. 7. Instit. cap. 13. Cell.

c) sed quasi harmoniam in fidibus
 ex] Reimm. sed quasi harmoniam in
 fidibus et ex. Heumannus tentat: sed
 quasi, harmoniam in fidibus, sic ex,
 Bü.

d) ex constructione] Reimm. per
 compendium hoc modo: ex constructione,
 i. e. constructione. Bü.

e) scilicet ut singularum] Ald. Crat.
 Fas. Gryph. Thom. Thyf. Gall. Spark.
 id est, ut. Reimm. et Cellar. ut sin-
 gularum. At rectius Bon. Taxaq.
 Pen. Rost. Ven. 1472. vtraque 78. 93.
 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Erasim.
 in Frob. Gymn. Betul. Torn. 1587.
 Isæus, Walch. Henman. scilicet ut
 singularum. Bü.

f) faciat - concinnet] Reimmann.
 prae: facit - continet. Rost. faciat-
 continet. Ven. 1471. et 72: continet.
 Saepè in libris ista verba miscentur.
 Bü.

g) sicut nerui bene intenti conspi-
 rantem sonum] MSS. Goth. Lips.
 Witt. Reimmann. et plurimi editi
 cum Cell. et Walchio: sicut sunt
 nerui bene intenti ad conspirantem
 sonum. At vterque Bonon. et Tax.
 Cauc. et ex suo Erasmus in Frob.
 1529. Gymn. Thomas. Isæus, Gall.
 Spark. conspirante Heumanno:
 sicut nerui bene intenti conspirantem
 sonum. Rectissime, supple ex praecedentibus:
 faciunt, alias: efficiunt. L. 7.
 Instit. 13. 8: Aristoxenus negavit
 - animam, sed sicut in fidibus ex in-
 tentione nervorum EFFICI CONCOR-
 DEM SONVM. Cicero in Somn. Scip.
 hic sonus - varios - CONCENTVS EF-
 FICIT. Bü.

h) interruptum] Reimm. insentum.
 Lips. tert. Rost. Ven. 1471 - 1515.
 Paris. et plurimae edd. interceptum;
 aptius Bon. Tax. Vltr. Cauc. Emm.
 Goth. et in editis primus Betuleius,
 tum Cellarius et Heumannus: inter-
 ruptum. Bü.

i) turbatur] Reimm. perturbatur.
 Prius rectum, sequitur turbatur. Bü.

k) du-

soluitur; ita in corpore, quum pars aliqua membrorum duxerit vitium^k, destrui vniuersa, corruptisque omnibus atque turbatis, occidere sensum, eamque mortem vocari. Ve-
 rum ille, si quidquam mentis habuisset, numquam^l harmoniam de fidibus ad hominem transtulisset. non enim canere sua sponte^m fides possunt; vt sit vlla in his comparatio ac similitudo viuientis: animus autem sua sponte et cogitat et mouetur. Quod si quid in nobis harmoniæ simile esset; ic̄tuⁿ 17 mouereturⁿ externo, sicut nerui manibus, qui sine tractatu artificis^o, pulsuque digitorum muti atque inertes iacent. Sed 18 nimirum pulsandus^p ille manu fuit, vt aliquando sentiret; quia mens eius ex membris male compacta torpebat.

XVII. Superest de anima dicere; quamquam percipi ratio eius, et natura non possit. nec ideo tamen immortalem esse animam non intelligimus^q. quoniam quidquid viget mouetur.

k) *duxerit vitium*] Notior phrasia est *facere vitium*. Cicero Topic. 3: *Si adus ea corruerunt vitiumque fecerunt.* vid. c. 4. et Rhellican. Glan. dorp. et Brant. ad Cæsar. B. Hispan. c. 19: *turris ab imo vitium fecit.* Seneca Quæst. Nat. L. 6. c. 1: *nunc hæc pars facit vitium, nunc illa.* Büñ.

l) *numquam harmoniam*] Editi omnes: *non harmoniam.* elegantius Bon. Tax. Cauci: *numquam harmoniam.* Büñ.

m) *sua sponte fides*] Rost. Ven. 1471. hoc ordine: *sua fides sponte.* Büñ.

n) *ic̄tu moueretur externo*] Lips. 2. Reimm. *admoneretur. ic̄tu externo.* Büñ.

o) *sine tractatu artificis*] Sic edo. ex Bonon. et Taxaq. ad stipulante Heumanno. His proximi Vltr. Goth. Emman. Cantabr. siue Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. *sine tractu.* Witt. Reimm. Ven. 1493. 97. Parrh et Isq. *sine tactu.* notiori voce pro rariori substituta. *Tractare, tractabilis, tractatus* interdum idem, quod *tangere, tangibilis, tactus.* vide

Pierium ad Virg. L. 3. Georg. v. 522. ex cod Longobardico:

Pellis et ad tractum tractanti dura resistit.

conf. not. ad Laet. L. 7. Inst. c. 21. 2. et ad L. 5. Inst. 21. 10: *oculis manique tractabile.* Eleganter Grauius hoc sensu transtulit verba Luciani in Dial. quomodo historia conscribenda sit p. 627. T. L. in notis p. 987: *ἐπειὶ καὶ ἐκιδάριζε μὴ μαθῶν καὶ ἦυλαί, καὶ πάντα ἠπίστατο. οὖν δὴ μὴ μαθῶν ἐκ ἄν τι αὐτῶν χειροργεῖταιεν.* Alioquin, qui non didicisset, citharam pulsaret --- *haudquaquam aliquid ex illis tractet;* quum vltima interpres vertisset: *nihil eorum manu pulsare posset.* Büñ.

p) *pulsandus*] vid. Vorst. ad Valer. Max. L. 6. c. 2. 6. n. 6. et Duker. Latin. Vet. Iurisc. p. 147. Büñ.

q) *non intelligimus*] Addidi non ex Reimm. et omnibus editis, in Cellariana omisim; sed necessarium.

veturque per se semper, nec videri aut tangi potest; æternum
 2 sit necesse est. Quid autem sit anima, nondum inter philo-
 sophos conuenit^b, nec vñquam fortasse conueniet. Ete-
 nim alii sanguinem^c esse dixerunt, alii ignem^d, alii ven-
 tum^e; vnde anima, vel animus nomen^f accepit; quod græce
 ventus *ἀνεμος* dicitur; nec illorum tamen quisquam dixisse ali-
 3 quid videtur. Non enim, si anima, sanguine aut per vulnus
 effuso, aut febrium calore consumto, videtur extinguui; con-
 tinuo in materia sanguinis animæ ratio ponenda est, veluti si
 veniat^g in quæstionem, lumen, quo vtimur, quid sit; et
 respondeatur, oleum esse, quoniam consumto illo, lumen
 extinguitur; quum sint vtique diuersa, sed alterum sit alte-
 rius alimentum. Videtur ergo anima similis esse lumini, quæ
 non ipsa sit sanguis, sed humore sanguinis alatur^h, vt lumen
 4 oleo. Qui autem ignem putauerunt, hoc vñ sunt argu-
 mento: quod præsentem animam corpus caleat, recedente frige-
 scat. Sed ignis et sensu indiget, et videtur, et tactu combu-
 rit. Anima vero et sensu auctaⁱ est, et videri non potest, et
 non adurit. Vnde adparet, animam nescio quid esse Deo si-
 5 mile^k. At illi, qui ventum putant esse, hoc falluntur;
 quod

rium. Cellarius in fut. *intelligemas*.
 Bün.

b) *nondum inter philosophos conuenit*] Lege Gatakerum ad Antonin. Philos. Lib. 4. §. 21. pag. 140. sq. Bün.

c) *sanguinem*] Criticæ et Empedocli hoc tribuunt. Bün.

d) *alii ignem*] vid. Lact. L. 2. Inst. 12. 14. Cic. 1. Tusc. 9. et Weitz. ad Terent. Adelph. 3. sc. 2. p. 497. sq. Bün.

e) *alii ventum*] e. g. Anaxagoras et Anaximenes. Bün.

f) *vnde nomen*] conf. Dauisium ad Cic. 1. Tusc. c. 9. Bün.

g) *veniat in quæstionem*] Ven. 1493. 97. Pier. perperam: *eueniat*. Bün.

h) *alatur*] Plures *alitur*. Scribo

ex Goth. Lips. akero, Reimm. Ven. 1472. Betul. et Heumanno: *alatur*, ob præcedens *fit*. Bün.

i) *sensu aucta*] i. e. sensu prædita; præcesit oppos. *sensu indiget*. vid. not. ad L. 2. Inst. 5. 31: *sensibile esse*, quod sensu præditum *gignat*, et HABERE SENSVM, cuius pars SENSV AVCTA *fit*. add. Vorst. de Latin. selecta p. 133. sq. Ad Fabriani Thesauri *auctum* addo AVCTIFER et Cicerone apud Augustinum de Ciu. D. L. 5. c. 8. Bün.

k) *animam - Deo similo*] Scite Augustin. in Psalm. 62: *Quærens Deus in vita anima, anima vero vita corporis, sicut corpus viuere non potest absente anima, ita non nisi Deo præserte anima viuere valet*. Bün.

l) *quæ*

quod ex aere spiritum ducentes, viuere videamur^l. Varro ita^m definit: *Anima est aer conceptus oreⁿ, deseruesfactus in pulmone, temperatus^o in corde, diffusus in corpus.* Hæc aper-
tissime falsa sunt. Neque enim tam obscuram nobis huius-
modi rerum^p dico esse rationem, vt ne hoc quidem intelli-
gamus, quid verum^q esse non possit. An si mihi quis^r di-
xerit æneum esse cælum, aut vitreum^s; vt Empedocles ait^t,
aerem glaciatum; statimne assentiar, quia, cælum ex qua
materia sit, ignorem[?] sicut enim hoc nescio; ita illud scioⁿ.
Anima ergo non est aer ore conceptus; quia multo prius gi-
gni-

l) quod - viuere videamur] Bon. Tax. Lipf. 2. quod viuere videamur. Bün.

m) Varro ita] Pro nonnullarum edd. itaque habent Bon. Cauc. Vltr. Lipf. Reimmann. Bün.

n) conceptus ore] Lipf. 2. conceptus in ore. At in abest n. 7. Bün.

o) deseruesfactus in pulmone, tem-
peratus in corde] Subl. Rost. Ven. 1471. 93. 97-515. Paris. Iunt. Ald. Crat. Erasimus, Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Ifeus; Thyf. deseruesfactus in pulmone, tepesfactus in corde. Quum vero Vossius L. 2. de Idolatr. Gent. c. 83: *natura rei sic postulante legendum conseret: tepesfactus in pulmone, feruesfactus in corde*; talis viri auctoritate moti Gallæus et Sparkius eam emenda-
tionem in textum receperunt, et Heumannus, ego quoque, inquit, ad-
sentiar. *Ipse ve huic scriptura patre-
cinante.* Ego cum viris doctis anatomi-
cæ et rerum physicarum peritis nihil certè hic desinentibus tutius
putaui exhibere scripturam Bon. Tax. Pen. Vltr. Bodl. Cott. Mert. Ball. C. C. C. Emman. Guelf. Goth. Lipf. trium, Reimm. Ven. 1472. vtriusque 1478. et Cellar. DEFERUE-
FACTVS in pulmone, TEMPERA-
TVS in corde. Deseruesfactus hic,

vt in Catone et Plinio, vallet fer-
uesfactus. Bün.

p) huiusmodi rerum] Abest a Lipf. 2. Goth. Reimm. Cauc. Rost. Ven. 1493. 97. Parrh. Ald. Gryph. Torn. RERVM; sed addunt Bon. Taxaq. vtraque Ven. 1478. Erasim. in Frob. Gymn. Thomas. etc. Bün.

q) quid verum] Cell. quod verum. Goth. Rost. quid vero, vt in Reimm. vero, sed correctum: vere. Editi reliqui: quid verum. Lipf. 2. quod vere. Bün.

r) si quis] Bon. si quispiam. Bün.

s) aneum esse calum aut vitreum, vt Empedocles ait, aerem glaciatum] Sic quoque Reimm. Rost. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Parrh. Paris. At Emm. et Cant. vitreum, vt Empedocles, aut aerem. Bon. Cauc. Erasim. Gymn. Thomas. etc. vitreum, aut, vt Empedocles ait, aerem glaciatum. Bün.

t) vt Empedocles ait] Sic distin-
guitur in Lipf. Goth. Rom. De Em-
pedocle lib. 2. cap. 12. sect. 4. Cell.

u) ita illud scio] Scribendum, in-
quit Heumannus, *necessario: ITA NEC
ILLVD SCIO.* Sed omnes libri: ita
illud scio, et recte. Sensus est: Hoc
nescio, ex qua materia sit, illud ve-
ro scio, non esse calum aneum aut vi-
treum. Locus huic plane geminus
est

gnitur anima, quam concipi aer ore possit. non enim post partum insinuatur in corpus, ut quibusdam philosophis videtur; sed post conceptum protinus, quum fetum in utero necessitas diuina^x formauit, quia adeo uiuit intra viscera genitricis, ut et incremento augeatur; et crebris pulsibus gestiat emicare^y. Denique abortum fieri necesse est, si fuerit animal intus extinctum. Ceteræ definitionis partes eo spectant, ut illis nouem mensibus, quibus in utero fuimus, mortui fuisse^z videamur. Nulla ergo ex his tribus vera sententia est. Nec tamen in tantum falsos esse dicendum est, qui hæc senserunt, ut omnino nihil dixerint. nam et sanguine simul et calore et spiritu uiuimus: sed quum constet anima in corpore his omnibus adunatis; non expresserunt, proprie quid^{*} esset, quia tam non potest exprimi, quam uideri^{**}.

XVIII. Sequitur alia, et ipsa inextricabilis quæstio: idemne sit anima et animus, an uero aliud sit illud, quo uiuimus; aliud autem, quo sentimus et sapimus. Non desunt argumenta in utramque partem. Qui enim unum esse dicunt, hanc

est Arnobii Lib. 3. p. 110: *Ut enim si vitreus esse dicatur mundus, si argenteus, ferreus, uel ex fragili conglomeratus et fabricatus testa, non dubitemus falsum esse contendere, quamuis quæ sit eius materia, nesciamus, ita quum de specie agatur Dei, quam perhibetis, conuincimus non esse, etiamsi quæ sit, minus possumus explicare.* Bün.

x) necessitas diuina] not. L. 7. 5. 18. Bün.

y) crebris pulsibus gestiat emicare] i. e. exsilire, proflire ex utero, Anna Fabri ad Flor. L. 1. c. 18: *hostem rati, EMICANT.* Proprie, inquit, de piscibus, qui corpora saltu in aera subiiciunt, unde ad alia transfertur. Sic eleganter dicitur *cor micare, emicare*, i. e. salire, ut Heinsius ad Ouidium et Elmenhorst. ad Apu-

leii L. 11. Metam. p. 312. *ad siduo pulsa micanti corde.* Bün.

z) mortui fuisse] Ultr. Reimm. Rost. Ven. 1493. 97. Paris. nonnullæ aliz edd. et Cell. *mortui esse*; at rectius Lips. tert. Ven. 1472. utraque 78. Ald. Crat. Erasmi. in Frob. Gymn. Gryph. Torn. Betul. Thom. etc. *mortui fuisse*, ita requiritur *fuitus*. Bün.

*) non expresserunt, proprie quid esset] Recte Heumannus post *expresserunt*, interpunxit. conf. c. 149: *quid proprie - muneris sit inunctum.* Bün.

***) quam uideri] Rectissime Heumannus supplet: *quam non potest uideri.* unde confirmantur dicta ad Lib. 7. Inst. 9. 14: *sic uita sine luce.* Bün.

a) esse

hanc rationem sequuntur, quod neque viui sine sensu possit, nec sentiri sine vita; ideoque esse non posse^a diuersum id, quod non potest separari; sed quidquid est illud, et viuendi officium, et sentiendi habere rationem. Idcirco animum et animam indifferenter adpellant duo Epicurei^b et poetae. Qui autem dicunt esse diuersa, sic argumentantur: Ex eo posse intelligi, aliud esse mentem, aliud esse animam, quia incolumi anima mens possit extingui, quod accidere soleat insanis; item quod anima morte sopiatur, animus somno, et quidem sic^d, vt non tantum, quid faciat^e, aut vbi sit, ignoret; sed etiam verum falsarum contemplatione fallatur. Quod ipsum quomodo fiat, non potest peruideri; cur fiat, potest. nam requiescere nullo pacto possumus, nisi mens visionum imaginibus occupata teneatur. Latet autem mens oppressa somno, tamquam ignis obducto cinere sopitus; quem si paululum commoueris, rursus ardescit et quasi euigilat. Auocatur ergo simulacris, donec membra sopore irrigata vegetentur. corpus enim, vigilante sensu, licet iaceat immobile, tamen non est quietum; quia flagrat in eo sensus, et vibrat^f, vt flammam

a) esse non posse] Reimm. hoc ordine: non posse esse. Büñ.

b) duo Epicurei poeta] Alter est Lucretius, qui lib. 3. v. 137. ait:

Nunc animum atque animam dico coniuncta teneri.

Inter se, atque vnā naturam conscire ex se.

De altero non constat satis. Cell.

c) duo Epicurei poeta] Alterum istorum poetarum LVCRETIVM intellego, alterum autem HORATIVM: nam se de secta Epicuri fuisse testatur ipsemet Libro primo Carminum od. 24. et primo epistolarum ep. 4. ad Tibullum. Is autem ANIMAE atque ANIMI adpellatione indifferenter vtitur primo Carn. od. 3. L. 2. Serm. Sat. 3. et alibi. Ita et Cicero-nem locutum Macrobius ostendit.

Primo in Somn. Scip. 14. *Isæus*. Contra Heumanno non est dubium, præter Lucretium significari a Lactantio VIRGILIVM. Heumannum velina hic legas. Büñ.

d) et quidem sic] L. 3. 14. 13. Büñ.

e) quid faciat] Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78-1515. Paris. Iunt. Crata Gryph. Thomas. Isæus, Gall. Spark. quid FIAT, Heumanno adprobante. At Emm. Cant. Goth. Lipf. Reimm. Erasmus in Frob. Gymn. Betul. Thomas. Cell. Walch. quid faciat. Büñ.

f) donec membra-vegetentur] i. e. de Ira 17. 3: DVM membra [saturentur ac vigorem capiant. Büñ.

g) vibrat] i. e. huc, illuc mouetur. Sic de Lingua c. 10. 15: vibrata certis motibus lingua. Büñ.

- 6 flamma; et artus omnes ad se adstrictos tenet. Sed postquam mens ad contemplandas imagines ab intentione traducta est, tunc demum corpus omne resoluitur in quietem.
- 7 Traducitur autem mens cogitatione cæca, quum cogentibus tenebris secum tantummodo esse cæperit, dum intenta est in ea, de quibus cogitat; repente somnus obrepit, et in species proximas sensim ipsa cogitatio declinat. sic ea, quæ sibi ante oculos posuerat, videre quoque incipit. Deinde procedit ulterius, et sibi auocamenta inuenit, ne saluberrimam quietem corporis interrumpat. nam ut mens per diem veris visionibus auocatur, ne obdormiat; ita falsis nocte, ne excitetur. nam si nullas imagines cernat; aut vigilare illam necesse erit, aut perpetua morte sopiri. Dormiendi ergo causa tributa est a Deo ratio somniandi, et quidem in commune vniuersis animantibus, sed illud homini præcipue, quod quum eam rationem Deus quietis causa daret, facultatem sibi reliquit docendi hominem futura per somnium.
- 10 Nam et historiæ sæpe testantur, existisse somnia, quorum præsens et admirabilis fuerit euentus; et responsa vatum nostrorum ex parte somniis constiterunt.
- 11 Quare neque semper vera sunt, neque semper falsa, Virgilio teste, qui duas portas voluit esse somniorum. Sed quæ falsa sunt, dormi-

h) veris visionibus auocatur - ita falsis] Sic libri omnes et recte. vid. not. ad de Ira 17. 3. *auocaturque se falsis.* Bün.

i) nam si nullas] Bon. *Quæ si nullas.* Bün.

k) in commune] Reimm. *in communi.* At recepta recta, notavi ad Lib. 3. Inst. 25. 1. Bün.

l) sed illud homini præcipue] Heumannus mendum, inquit, manifestum, rescribo: *sed illud HOMINIS PRÆCIPVVM EST.* Plurimi libri: *homini præcipue*, repete ex prioribus: *tributum est.* Simili modo L. 2. Inst. 1. 17: *sed nobis proprie datum est.* Sola Gymnici editio, quæ in hoc libro non facile ab Erasmiانا abit,

habet: *HOMINI præcipuum*, num ex ingenio correctoris, an casu, an ex libro antiquo, non definio. Bün.

m) ex parte somniis] Sic Lips. Goth. Rom. Vulgo *somniis.* Cell.

n) ex parte somniis] Scripti quidem et vet. edd. ab 1465 - ad 1513. et Cellar. Walch. *ex parte somniis* (aut *somni, sompni*) at rectius Ald. Erasmus in Frob. Crat. Gymn. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isæus, Thyf. Gall. Spark. adprobante Heumanno: *ex parte SOMNIIS.* Bün.

o) qui duas portas] Goth. Lipf. 2: *qui duas partes*, at vera lectio: *portas.* Virg. 6. Aen. 894. sqq. *sumus gemina somni porta.* Bün.

a) ni-

miendi causa videntur; quæ vera, immittuntur a Deo, vt imminens bonum, aut malum hæc reuelatione discamus.

XVIII. Illud quoque venire in quæstionem potest; vtrumne anima ex patre, an potius ex matre, an vero ex vtroque generetur. Sed ego id meo iure ab ancipiti vindico. Nihil enim ex his tribus verum^a est, quia neque ex vtroque, neque ex alterutro seruntur animæ^b. Corpus enim ex corporibus nasci potest, quoniam confertur aliquid ex vtroque: de animis anima non potest; quia ex re tenui, et incomprehensibili nihil potest decedere^c. Itaque serendarum animarum ratio vni ac soli Deo subiacer.

Denique celesti sumus omnes semine oriundi:

Omnibus ille idem pater est,

vt ait Lucretius^d. nam de mortalibus non potest quidquam nisi

^a) nihil ex his tribus verum est] Vides, in toto hoc capite negari animæ per traducem propagationem, vnde falsum est, quod Ruffinus apud Hieron. L. 2. adu. Ruffinum f. 214. scripsit: *Legi quosdam dicentes, quod pariter cum corpore per humani corporis traducem etiam anima diffundantur, et hæc, quibus poterant, adfersionibus confirmabant, quod puto inter Latinos Tertullianum sensisse vel Lactantium fortasse, et nonnullos alios. Alii quod factas iam olim, s. e. sunt, quum omnia creauit Deus ex nihilo, nunc eas nasci iudicio dispenses in corpore. Hoc sentit Origenes et alii nonnulli Græcorum etc. Rectius Hieronymus f. 215. refutat Ruffinum: Quantum memoria suggestit, nisi tamen fallor, nescio, me legisse, Lactantium συσπειρομένην (al. ex traduce factam) animam dicere. Ceterum qui legisse se scribis, dic, in quo libro legeris, ne, vt me dormientem, sic illum mortuum calumniatus esse videaris. Lactantii opinionem*

cognoscas ex n. 5. c. 17. 7. L. 7. Inst. 5. 9-15. et L. 2. Inst. 10. 2. Bün.

^b) seruntur anima. Corpus] Cauc. Fasitel. Gryph. Torn. Betul. Thom. Gall. Spark. Cell. Walch. seruntur anima corporibus. Corpus. sine necessitate corporibus additum. Lipf. tert. neque ex alterutro seruntur anima et corpus. Corpus. Omnium optime. Bon. Tax. Pen. Enim. Cant. Goth. Reimm. Ven. 1493. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Erasimus in Frob. Gynm. Isaus, Heumannus: seruntur anima. Corpus. Ita quoque intenderunt Rost. Ven. 1471. vtraque 1478. prauè habentes: FERVTVR anima. Corpus. Corrigendus igitur Heumannus, qui corporibus in Rost. 1476. reperiri scripsit. Bün.

^c) decedere] Reimm. decidere. vid. L. 1. 3. 4: cui nihil decedere - possit. Bün.

^d) vt ait Lucretius] lib. 2. v. 990. Cell.

nisi mortale generari. nec putari pater debet, qui transfudisse^e aut inspirasse animam de sua^f nullo modo sentit; nec si sentiat, quando tamen, aut quomodo^g id fiat, habet animo comprehensum^h. Ex quo adparet, non a parentibus dari animas, sed ab vno, eodemque omnium Deo patreⁱ; qui legem, rationemque nascendi tenet solus; siquidem solus efficit^k. nam terreni parentis nihil est, nisi vt humorem corporis, in quo est materia nascendi, cum sensu voluptatis emittat, vel recipiat, et citra hoc opus^l homo resistit^m; nec quidquam

e) transfudisse] Heumannus legit: transfudisse se. Facile enim potuit se excidere. Nihil tamen noui se subaudiri, vide Vechnerum in Hel-lenol. ed. Heusinger. p. 120. ex Terentii Heautont. 4. 1. 48: Quid renuntiauit olim fecisse? sc. se. Büñ.

f) animam de sua] Ven. 1472. vtraque 78. Paris. 1513. Gryph. Torn. Betul. Isæo, Gall. Spark. Cell. animam de suo. Edo ex Emman. Cant. Goth. Lipf. 2. 3. Rost. 1476. (quod contra Heumannum moneo,) item Ven. 1471. 93. 97. Iunt. Ald. Crat. Erasino in Frob. Gymn. ed. Cartabr. et Heumanno adprobante: animam de sua. Büñ.

g) quando tamen, aut quomodo] Ita Bon. Tax. Goth. Lipf. 2. Reimm. et plures editi: at Penix: qua ratione tamen, aut quomodo. Cauci: quando aut quomodo. Lipf. tert. quando, aut quomodo, aut quemadmodum. Büñ.

h) habet animo comprehensum] Lipf. 2. habeat omnino comprehensum. Goth. et Cell. habet omnino. Editi ab 1465 - 1524. Betul. habeat animo comprehensum. Reimm. Eras. in Frob. 1529. Gymn. Gryph. Torn. Thom. Isæus, Gall. Spark. Walch. habet animo comprehensum. Büñ.

i) eodemque omnium Deo patre]

Reimm. et eodem omnium Deo patre. omnes vero: Deo patre. Heumannus, facile, inquit, apparet ita scripsisse Lactantium: omnium patre, Deo. Büñ.

k) si quidem solus efficit] Ita omnes, præter Bonon. Tax. si quidem solus EFFECIT. Reimm. sed quidem solus efficit. Heumanno hæc verba sunt glosseina; videntur oppositi verbis sequentibus n. 4: quia non ipsi faciunt. Büñ.

l) citra hoc opus] Vtraque Ven. 1478. Ald. Crat. Gryph. Betul. Torn. etc. prauè: CIRCA hoc opus (aut: circa hoc etiam opus), Bon. Tax. Pen. Cauc. Goth. Lipf. 2. Reimm. Rost. Ven. 1471. 72. 93. 97. Paris. Erasimus in Frob. Gymn. Isæus, Spark. Cellar. Walch. Heum. CITRA hoc opus (aut citra hoc etiam opus), rectè hætenus. Plures e. g. Goth. Lipf. 2. 3. Reimm. Emman. Rost. Ven. 1471. vtraque 1478. 93. 97. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Erasimus in Frob. Gymn. plenius: opus HVMO-RIS ISTIVS; quas duas voces Fas Gryph. Torn. Betul. et recentiores in his Heumannus, vt ab inepto interprete addita proscribunt. Büñ.

m) resistit - potest] Rost. resistit - potes. Resistit i. e. subsistit. plura ad L. 4. Inst. 19. 4. et de Opif. 7. 1. Büñ.

quam amplius potest. ideoⁿ nasci sibi filios optant, quia non ipsi faciunt. Cetera iam Dei sunt omnia; scilicet conceptus ipse^o, et corporis informatio^p, et inspiratio animæ, et partus incolumis, et quæcumque deinceps ad hominem conferuandum valent; illius munus est, quod spiramus, quod viuimus, quod vigemus. Nam præter quam^q quod⁶ ipsius beneficio incolumes^r sumus corpore, et quod victum nobis ex variis^s rebus subministrat; sapientiam quoque homini tribuit, quam terrenus pater dare nullo modo potest. ideoque et de sapientibus stulti, et de stultis sapientes sæpe nascuntur, quod quidam fato ac sideribus adsignant. Sed⁷ non est nunc locus de fato disserendi. Hoc dicere satis est, quod etiamsi astra efficientiam rerum continent, nihilominus omnia a Deo fieri^s, qui astra ipsa et fecit et ordinauit. Inepti ergo, qui hanc potestatem Deo detrahunt, et operi eius attribuunt. Hoc igitur Dei munere cælesti atque⁸ præclaro an utamur, an non utamur^{**}, in nostra voluit esse po-

n) ideo] Bonon. Thomaf. Ifæus etc. Et ideo. Bün.

o) conceptus ipse] Pro Fas. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Cellarii: ipse, ex Goth. Lips. Reimm. Subl. Rost. Ven. 1471-1515. et Erasmo in Frob. et Gymn. Ifæo, Gall. Spark. Heumanno edidi: conceptus ipse. Bün.

p) informatio] i. e. formatio, fictio. Bün.

q) præter quam quod] Goth. præter quod. Certe supra eaptum scribæ. vid. not. ad L. 3. Inst. 8. 13. præter quod omne animal doloris est fugiens. Bün.

r) incolumes sumus corpore] Parrh. Iunt. Ald. Crat. Fas. Gryph. Thomas. Ifæus, Thyf. Gall. Spark. probante Heumanno: incolumi-corpore. At Bon. Tax. Pen. Cauc. Vltr. Goth. Lips. Reimm. Emman. Cantabr. i. e. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Paris. 1513. Erasmus in Frob. Gymn. Betul. Torn.

1587. Cell. Walch. incolumes sumus corpore. Bün.

s) ex variis] Lips. 3. Reimm. ex necessariis. Bün.

t) quod etiamsi fieri] Ald. Crat. Gryph. Torn. Bet. Thomas. et eos secuti: quod etiamsi fieri CERTVM EST. Sed, inquit Heumannus, non erat addendum aliquid, sed omittendum. Eiciendum videlicet QVOD. Recte quidem Heumann. verba CERTVM EST proscibit; at Goth. Lips. Reimm. Angl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 90. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Erasmus in Frob. et Gymn. et Cell. recte: QVOD ETIAMSI nihilominus fieri, qui. Particula quod abundat, et quod etiamsi dictum, vt: quod si, quod vrinam, quod quum, quod ubi, et similia. Bün.

u) an utamur, an non utamur] Posterius membrum ex MSS. et Rom. restitutum. Cell.

x) an utamur, an non utamur] Bon.

potestate. Hoc enim concesso, ipsum hominem virtutis sacramento religauit, quo vitam posset adipisci 7. Magna est

Bon. Tax. Goth. *ut utamur*, quæ scriptura Heumanno videtur vera. Ven. 1493. 97. Parrh. Iunt. Ald. Crat. Erasim. in Frob. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Thomas. Iſæus, Gall. Spark. verba: *an non utamur*, omittunt; At Emm. Cant. Lipf. duo, Reimm. Pen. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. Paris. Cell. Watch. addunt Bün.

1) *quo vitam posset adipisci*] In MSS. Angl. Goth. Lipf. et edd. Rom. Parrh. Ald. adduntur multa, quæ in antiquissimis membranis Bonon. et aliis, a Thom. et Gall. laudatis, non leguntur, et Manichæismi errorem non obscure præ se ferunt, ideoque a recentioribus Thys. Gall. Spark. prætermisâ. Quorum exemplo, ne quid desit, minore heic caractere, ut in Lipf. codd. leguntur, recitamus: *Dedit ei et constituit aduersarium nequissimum et fallacissimum spiritum, quocum (1) in hac terrestri vita sine ulla securitatis reque dimicaret. Cur autem Deus hunc vexatorem grauem homini (2) constituerit, breuiter exponam. Ante omnia diuersitatem voluit esse, ideoque vulgo non aperuit veritatem, sed eam paucissimis reuelauit: qua diuersitas omne arcanum mundi continet. Hac est enim, que facit virtutem (3), que scilicet sine ipsa non modo esse (4), sed ne adparere quidem posset; quia virtus esse non poterit, nisi fuerit compar (5) aliquis, in quo superando vim suam vel exerceat vel ostendas. Nam ut victoria constare sine certamine non potest: sic nec virtus quidem (6) ipsa sine hoste. Ita quoniam virtutem dedit homini; statuit ei e contrario inimicum, ne vir-*

tus otio torpens naturam suam perderet. Cuius omnis ratio in eo est, ut concussa et labefacta (7) firmetur, nec aliter ad summum fastigium possit venire, nisi prudenti manu (8) semper agitata se ad salutem suam dimicandi tenore fundauerit (9). Noluit enim Deus hominem ad immortalem illam beatitudinem delicato itinere peruenire. Daturus ergo virtutem dedit hostem prius, qui animis hominum cupiditates et vitia immitteret: qui esset auctor errorum, malorumque omnium machinator (10): ut quoniam homines Deus ad vitam vocat; ille contra est, ut rapiat et traducat ad mortem. Hic est qui aut inducit, aut decipit eos, qui veritati student, aut si dolo et studiis non quiescit, virilem gerit animum (11), quo sublimium vigorem labefactare conetur, infanda dictu et execrabilia moliens: vexat, interficit, et tamen, ut prosternit multos, sic a multis vicibus prostratusque discedit. Hæ sunt quæ ab aliena manu inserta Lactantianis videntur. Cell.

2) *posset adipisci*] Quæ in notis exhibentur, absunt a Bonon. Caucii, et reiciuntur ab Thomasio, Gallzo, editore Cantabrig. Sparkio, quasi Manichæismum redolentia et minus comita. Iſæus contra, nec sine ratione, tota, inquit, oratio tum phrasi, tum sententia videtur Lactantiana, nam idem prope habet L. 6. c. 4. Sit, inquit, in omni hac vita, quia nobis aduersarium Deus seruauit, ut possemus capere virtutem. *Recepta quoque est ab optimis quibusque MSS. Tax. Pen. et octo Vaticanis (nam ceteri quatuor Vaticani hunc librum non habent), aliisque, quos diligenter in-*

est enim vis hominis, magna ratio, magnum sacramentum, a quo si quis non defecerit, nec fidem suam deuotionemque prodiderit; hic beatus, hic denique, vt breuiter finiam, similis

insexi: et impres. Ald. Florent. Comprobatur etiam ex textu ipso, ubi de sacramento virtutis dixerat, voluit enim hac oratione ostendere, quodnam esset illud sacramentum, et ita disseruit de permissione vitii contra virtutem, scilicet hæc permissio est illud sacramentum, de quo etiam L. 6. Inst. dixit in fine cap. sept. Hætenus Isaacus. Habetur quoque hæc oratio in septem Anglicanis, tribus Lips. Goth. Witt. Reimm. MSS. et in Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Erasmi Froben. Fasit. Gryph. Torn. Subiiciam varias lectiones numeris insignitas. Bün.

(1) *quocumq[ue]* Hoc melius, quam Reimm. Rost. etc. *cum quo.* Bün.

(2) *homini constituerit*] Goth. Reimm. Rost. etc. *generi hominum constitueris.* Bün.

(3) *qua facit virtutem*] Goth. *qua faciat esse virtutem.* Reimm. vtraque Ven. 1478. Betul. *qua facit esse virtutem.* Ven. 1493. 97. Parrh. Erasmus, Cell. *qua faciat virtutem.* Rost. *qua facit virtutem,* optime in sensu relatiuo ex more Lactantii, vt obseruauit ad L. 4. 29. 4: *quum pater filium faciat, et filius patrem, et L. 7. 9. 14. quod facit vitam.* Bün.

(4) *non modo esse, sed ne adparere quidem posset*] Parrh. Paris. *non modo non esset, se ne adpareret quidem.* Ald. Crat. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thomas. Isaacus, Thyf. Gall. Spark. Cell. Walch. Heumann. non modo NON esse, sed *ne adparere quidem posset.* Reimm. NON MODO ESSE, *sed ne adparere quidem* PQTUIT. Rost. Ven. 1471. vtraque 78. 93. 97. NON

MODO ESSE, *sed ne adparere quidem.* omnium rectissime Goth. Erasmus in Froben. et Gymn. NON MODO ESSE, *sed ne adparere quidem* POSSET. Sæpe in more Ciceronis, Liuii aliorumque NON MODO, pro non modo non sequentibus: *ne quidem,* ponit Lactantius. vide quæ notauit ad Epit. Taur. MS. c. 32. Bün.

(5) *compar*] ex arte gladiatoria. vid. L. 6. Inst. 18. 19. *comparem naçtæ.* L. 6. 20. 13: *comparem dari poscunt recentiores.* Bün.

(6) *sic nec virtus quidem*] Sic Goth. Lips. Reimm. et omnes editi, præter Crat. in quo: *sic ne virtus quidem.* Bene, nisi malis exponere: *sic et ne virtus quidem.* Bün.

(7) *labefacta*] Ven. 1493. 97. Erasmus in Froben. Gymn. *labefactata,* vt mox: *labefactare.* At Goth. Lips. Reimm. Rost. Ven. vtraque 1478. Parrh. et plures: *labefacta.* Bün.

(8) *prudens manu*] Parrh. Ald. Crat. Gryph. Isaacus: *irudens manu.* At Goth. Reimm. Rost. Ven. 1471. vtraque 78 - 97. Paris. Erasmus et plures: *prudens.* Bün.

(9) *fundauerit*] Reimm. præ: *fraudaauerit.* Isaacus ex Taxaq. *se-svdauerit,* quod non video, qui defendi possit. Goth. Rost. Ven. 1471. -1497. reliqui: *fundauerit.* Bün.

(10) *maiorum machinator*] Sic de M. P. c. 7. 1. Bün.

(11) *gerit animum*] eadem phrasit L. 6. Instit. c. 12. 41: *animum suum-geram.* Bün.

a) *neque fidem-deuotionemque prodiderit*] Lips. tert. Reimmann. Pen. *perdiderit.* Bonon. *prodegerit.* Goth. Subl. Rost. Ven. 1471. vtraque 78.

milis Deo sit necesse est. Errat enim, quisquis hominem carne meritor. nam corpusculum hoc, quo induti sumus, hominis receptaculum est. nam ipse homo neque tangi, neque adspici, neque comprehendi potest, quia latet intra hoc, quod videtur. Qui si delicatus ac tener in hac vita fuerit, quam ratio eius exposcit; si, virtute contempta, desideris

93. 97. Parrh. Paris. Ald. Crat. Erasim. in Froben. 1529. Gymn. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Iſæus et recentiores: prodiderit. Optime: L. 6. 17. 25: coacti Deum relinquere, ac fidem prodere. Epit. c. 56. fin. ex MS. Taurin. dum alterius vita parces, suam prodes. Bün.

b) nam ipse homo] Nam mens hominis, inquit Thomasius, lego ex antiquo codice, quia hic de mente-disputatur, et reuera illa est, qua neque tangi, neque adspici potest, quum ipse homo et tangatur et conspiciatur. Hoc vero rectius Iſæus, qui ait: Ego a vulgata lectione Taxaq. Penia et octo Vaticanorum, Aldina quoque, Florent: aliarum editionum non recedo. In illa enim permanet opinione, quod mens hominis sit IPSE HOMO, de qua late dixi ad cap. 3. libri 2. Instit. Rectissime: Conspirant cum Iſæi decem MSis tres Lipsiensis, Guelferbytani omnes, Anglicani omnes, Goth. Witteb. Reimmann. Subl. Rom. Rost. Ven. 1471. vtraque 78 - 1515. et reliquæ. Rem conficiunt loca gemina L. 2. 3. 8: quum ipsi ne hominem quidem videant, quem videre se credunt. Hoc enim, quod oculis subiectum est, non homo, sed hominis receptaculum est. et n. 9: Qui colunt simulacra, corpora sunt hominibus carentia. L. 5. Inst. 21. 11: Animus, in quo solo est homo. De Opif. 1. 11. (corpus) vas est, quodammodo fictile, quo animus,

id est, homo imple verus, continetur. Nec aliter Macrobius L. 2. Somn. Scip. c. 12: Anima, qui verus homo est, ab omni conditione mortalitatis aliena est. et paullo ante: Verum hominem ipsam animam esse testatur. Ergo qui videtur, non ipse verus homo est. Bün.

c) inira hoc, quod videtur] Lips 2. 3. et Reimmann. adiuunt: intra hoc animal homo, quod videtur. Quæ merito Goth. et editi omnes proscribunt. Bün.

d) Qui si delicatus ac tener in hac vita fueris, quam] Ven. 1493. 97. Parrhas. Paris. 1513: Qui si delicatus ac tener in hac vita aliter fuerit, quam; hoc ALITER, quum non quadraret, ediderunt Aldus, Crat. Erasimus in Froben. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. - Cell. Walch. Heumann. Qui si delicatus magis ac tener in hac vita fuerit, quam; at rectius illud magis proscribunt Bon. Tax. Pen. Guelferb. membranæ. Goth. Lips. 2. 3. Witteb. Reimm. Rost. Ven. 1471. 78. vtraque 78. conf. quæ notavi ad L. 3. Inst. 29. 10. (r) p. 417: ut res cunctas ex libidine (magis) quam ex vero celebret. et ad L. 1. Inst. 3. 7. (m) p. 17. et ad L. 5. Inst. 12. 10. (r) p. 630. conf. Vorst. ad Valer. Max. L. 1. c. 1. Munckerum ad Fulgent. Mythol. L. 3. p. 107. et Vechner. Hellenol. et Heusinger ad eam p. 138-140. sq. Bün.

e) pro-

deriis se carnis addixerit, cadet et premetur in terram^e. sin autem, vt debet^f, statum suum, quem rectum sortitus est^g, promte constanterque defenderit; si terræ, quam calcare ac vincere debet, non seruerit; vitam merebitur^h sempiternam.

XX. Hæc ad te, Demetriane, interim paucis, et obscurius fortasse, quam decuit, pro rerum ac temporis necessitate peroravi; quibus contentus esse debebis^a; plura et meliora lecturus^b, si nobis indulgentia cælitus venerit. tunc ego te^c ad veræ philosophiæ doctrinam et planius et verius^d cohortabor^e. Statui enim, quam multa potero, litteris^f tradere, quæ ad vitæ beatæ statum spectant^g; et quidem contra phi-

e) *premetur in terram*] Lipf. 2. male: *in terra*. Reimm. peius: *punitur in terra*. Bün.

f) *ut debet*] Lipf. tert. *ut decet*. Bün.

g) *quem rectum sortitus est*] Lipf. tert. et Reimm. *quem rectus recte sortitus est*. Editi ante Thomassium et Cellarius et Walchius: *quem rectum recte sortitus est*] Sed rectius illud recte proscribunt Bonon. Tax. Thomas. Ifæus, Gall. Spark. Heumannus. De *Statu* hominis recto dictum sæpius. conf. L. 2. 1. 14: *status rectus*. L. 7. 9. 11. Ira 7. 5. vbi plura congesimus. Bün.

h) *merebitur*] i. e. adipiscetur. Bün.

a) *debebis*] Lipf. duo, Reimm. Rost. Ven. vtraque 1478-1515. Paris. Gryph. Thomas. Ifæus, Gall. Spark. Cell. Walch. *debeas*. Emman. Mert. C. C. C. *debes*. Goth. vna littera prava: *debetis*. Optime Bon. Tax. Pal. Cauc. Lipf. vnus, Erasmus in Frob. 1529. Gymn. Betul. Torn. 1587-1630. Heumann. *debebis*. Bün.

b) *lecturus*] Goth. *locuturus*. Lipf. 2. 3. Reimm. C. C. C. Emman. Cant. i. c. Subl. Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 97-1515. Erasim. in Frob.

1529. Gymn. LATVRVS. Vltr. Lipf. l. Fasit. Gryph. Torn. Bet. Thomas. et seqq. *lecturus*. Bün.

c) *tunc ego te*] Fas. Gryph. Thomas. Thyf. Gall. *tunc ergo te*, idque Heumanno placet. Rost. Ven. 1472. vtraque 78-1515. Paris. Crat. Erasmus in Frob. Gymn. *tunc et ego te*. Bon. Tax. Pen. Vltr. Cauc. Goth. Lipf. Reimm. Emman. Subl. Rost. Torn. 1587-1630. Ifæus, Sparkius, Cell. Walch. *tunc ego te*. Bün.

d) *et planius et verius*] Heum. eiecto priori ET scribit ita: *plenius et uberius*. Receptam reperio in omnibus MSS. et editis, de hoc et similibus locis disputavi ad L. 4. Inst. 30. 14. (0) p. 566. Cicero L. 3. ad Famil. epist. 11. iunxit *planius et uberius*. Bün.

e) *cohortabor*] Goth. *exhortabor*. Bün.

f) *Statui enim, quam multa potero, litteris tradere*] Hi sunt septem libri Diuinarum Institutionum contra philosophos, quos hinc constat post librum de Opificio esse editos. Cell.

g) *spectant*] Goth. Lipf. tert. *exspectant*, nota confusione horum verborum in MSS. Bün.

H h h h

b) ad

philosophos; quoniam sunt ad perturbandam^b veritatem
 3 perniciosi et graues. Incredibilis enim visⁱ eloquentiæ,
 et argumentandi disserendique subtilitas quemuis facile dece-
 perit. quos partim nostris armis, partim vero ex ipsorum
 4 inter se concertatione sumtis reuincemus, vt adpareat, eos
 induxisse potius errorem, quam sustulisse. Fortasse mi-
 raris, quod tantum facinus audeam. Patiemurne igitur ex-
 stingui aut opprimi veritatem? ego vero libentius sub hoc
 5 onere defecerim. Nam si M. Tullius eloquentiæ ipsius
 vnicum exemplar ab indoctis, et ineloquentibus^k, qui ta-
 men^l pro vero nitebantur, sæpe superatus est: cur despere-
 mus, veritatem ipsam contra fallacem captiosamque facun-
 6 diam sua propria vi et claritate valituram? Illi quidem sese
 patronos veritatis profiteri solent. sed quis potest eam rem
 defendere, quam non didicit; aut illustrare apud alios, quam
 7 ipse non nouit^m? Magnum videor polliceri: sed cælesti
 opus est munere, vt nobis facultas ac tempus ad proposita
 8 persequenda tribuatur. Quod si vita est optanda sapienti:
 profecto nullam aliam ob causam viuere optauerim, quam
 vt aliquid efficiam, quod vita dignum sit, et quod vtilitatem
 legentibus, etsi non ad eloquentiam, quia tenuis in nobis fa-
 cundiæ riuus estⁿ; ad viuendum tamen adferat: quod est ma-
 9 xime necessarium. Quo profecto, satis me vixisse^o arbi-
 trabor, et officium hominis implese, si labor meus aliquos
 homines, ab erroribus liberatos, ad iter cæleste direxerit.

L. COE-

b) ad perturbandam veritatem Goth. Lipf. 2. 3: *ad turbandam*. satis bene, vt L. 3. Instit. 1. 1. *philosophis - turbantibus eam* (veritatem) *potius, quam illustrantibus*. Bün.

i) Incredibilis enim vis] Ven. vtraque 1478. 1493. 97-1515. Erasim. in Frob. Torn. Betil. Thom. etc. *incredibilis est enim; sed est* Goth. Lipf. Reimm. Emman. Subl. Rost. Cell. proscripterunt. Bün.

k) ineloquentibus] Alibi vocabu-

lum ineloquens non inueni. Quæ Krebsius p. 27. de Stilo Lact. vitiose citauit, Walch. æque prauè in Diatrib. p. 61. reddidit. Bün.

l) quia tamen] Heumannus scribit sine hæsitatione: *quis tamen*, et sic Reimm. legit. Bün.

m) quam ipse non nouit] Bonon. Tax. *quod ipse non nouerit?* Bün.

n) tenuis - riuus] L. 3. Inst. 1. 6. Bün.

o) vixisse] Lipf. 2. Reimmann. *fecisse*. Bün.

a) EPI-

L. COELII LACTANTII FIRMIANI

EPITOME

INSTITVTIONVM DIVINARVM

AD

PENTADIVM FRATREM.

PRAE-

a) EPITOME] Hanc epitomen, iam Hieronymi tempore maxima parte truncatam, ex antiquissimo Bibliothecae Regiae Taurinensis codice eruit et recensuit Cl. Christoph. Matthaeus Pfaffius, ex cuius disertatione praeliminari praecipua, quae ad codicis descriptionem pertinent, delibabimus. Continet istud volumen Firm. Lactantii Epitomen Institutionum divinarum ad Pentadium fratrem; Anonymi historiam synopticam de haeresi Manichaeorum; Fragmentum de origine generis humani; Quinti Iulii Hilariani Expositum de ratione Paschae et mensis; quasdam Origenis Presbyteri Homilias editas, et prima verba sermonis S. Augustini de Emerito, Donatista Episcopo. Omnia haec in membraria purissima atque egregie subacta scripta sunt litteris insignem atque venerabilem antiquitatem spirantibus, et, quas vocant, vncialibus siue quadratis, nec ligatis, verbisque nullo spatio distinctis, sed continuo fluxu euntibus. Adparet, codicem, etsi longe antiquissimum, ab inepto tamen et linguae Latinae ignaro fere librario scriptum esse. Praeter alia vitia per totum opus diffusa id docet inscriptio voluminis falsissima, titulosque huc non pertinentes ferens, ita enim ea habet:

IN HOC VOLVME INFRA
SCRIPTA CONTINENTVR:

LIBROS RAGNAPTO PRESBYTERO
EX SVO INGENIO DE ARCA
DOMINI VORGVSTI
ABBATIS

CONTINENTVR IN HOC COR
PORE DIVERSA DE OPIFICIO DEI
EPITOME FIRMIANI LACTANTII
DE FINE SAECVLI DE DIVINA PRO
VIDENTIA DE ORIGINE HVMANI
- - - - - ATIONE PASCHAE ET MENSIS
- - - - - DE LIB. EXODI ID EST DE
- - - - - AEMIA
- - - - - ATIQ

Atque haec eadem antiquissima manu scripta sunt, ceteris, quae adponere non posuimus, abscisis, falsissima tamen, vti prima libri inspectio docet. Quae enim de Opificio Dei inscripta videntur, ea Epitomen Institutionum divinarum exhibent; quae de divina providentia, historiam synopticam de haeresi Manichaeorum tradunt, adeo, ut quae librarius scripsit, ipse nesciusse videatur. Pertinuit hic codex olim ad Bibliothecam S. Columbani, titulum enim praefert: *Liber S. Columbani de Bobio*. Nec dubitat Cl. Pfaffius ex his Monasterii Bobiensis codicibus nostrum quoque elatum esse, maxime quum verba ista modo posita caractere a S. Columbani, qui saeculo sexto ad finem vergente vixit, et Monasterium Bobiense construxit, suo non proforsus ab-

Hhhh 2

luden-

PRAEFATIO ^b.

1 **Q**uamquam diuinarum Institutionum libri, quos iam pridem ad illustrandam veritatem religionemque ^c conscripsimus, ita legentium mentes instruant, vt nec ^d prolixitas pariat fastidium ^e, nec oneret vbertas; tamen horum tibi epitomen fieri, PENTADI frater ^f, desideras; credo, vt ad te aliquid scribam ^g, tuumque nomen in nostro
 2 qualicumque opere celebretur ^h. Faciam quod postulas, etsi difficile videretur ea, quæ septem maximis voluminibus explicata sunt, in vnum conferre ⁱ. Fit enim totum ^k et minus

ludente scripta sint, qui a litteris ipsius cœdicis, vtpote longe antiquioribus, et ad sæculum quintum, sattem initium sexti (si Alphabeto ab illustris viro Antonio Magliabechio e membranis antiquissimis eruto, atque a Ioanne Mabillonio Lib. V. de Re Diplomatica f. 354. tradito fides habenda sit) referendis maxime distat. Hæc et plura Pfaff. disc. prælim. ad h. l. §. 5-§. 9. quæ pergit §. 16: *In LXXII. capita librum distinximus, quorum priora LV. hætenus lucem non viderunt, - id vnum hic addimus, primum codicis nostri folium antiquitate ita detritum discussumque esse; vt maior præfationis pars legi amplius nequeat. Quo non obstante, qua decrant supplementum et restitimus, atque ita restitimus, vt nullum sit dubium, quin ista Firmianus noster scripserit. Ex spatiis enim residuisque litterarum rudibus, licet agnitiu difficillimis, fidelissime ista iudicauimus. §. 49. in monito: Quæ in specimine exhibentur, dimidiam fere partem tertiz paginæ conficiunt. Bün.*

b) Non extat in MS. vti nec capitulum tituli. Pfaffius.

c) in MS. *regionemque*. Pfaffius.

d) *instruant, vt nec*] Ediderat

Pfaffius: *instruant, ita informant, vt nec*. At testis est Anonymus Clerici p. 341. in MS. legi: *instruant ita, vt nec*. Hinc deleto hoc repetito ita edidi cum Heumanno: *instruant, vt nec*. Bün.

e) *pariat fastidium*] Sulp. Sever. Vit. Martin. c. 1: *Legentibus consulendum fuit, ne quod his pareret copia congesta fastidium*. Bün.

f) *Pentadi frater*] Non constat aliunde, quis fuerit hic Pentadius. conf. Pfaff. discert. §. 15. Fit alicuius Pentadii Notarii, cui cædes Galli cum aliis demandata, mentio apud Ammian. Marc. lib. 14. c. 11. et alius, de quo Muncker. ad Hygin. c. 106. p. 169. Bün.

g) *aliquid scribam*] Monente clar. Pfaffio addidimus ex MS. Taur. *aliquid*. Bün.

h) *nomen-celebretur*] Cic. 5. Fam. 12. pr. *nomen vt nostrum scriptis illustretur et celebretur suis*. Bün.

i) *in vnum conferre*] Treb. Pollio in Triginta Tyrann. c. 31: *in vnum volumen consuli*. Vopiscus in Aureliano c. 1: *in vnum libellum consuli*. Suetonius in Nerone c. 19: *Hæc in vnum consuli*. Bün.

k) *Fit - totum et minus. plenum*] Fleu-

Specimen Taurinensis.

NONCE IC MINERUA
 FRUGUR. NEC MARS
 LYRAM AM. NEC AS
 CLEPIUS ALIO JACTU
 SUSCIPIS IERGO SIN
 GULNON HABENT
 UIRIUM TEMD SPU
 TANDUS. AM QUIDE
 TOTOMI SE STRER
 FECTUS. LIS. IN PAS
 II.

Δ Β Χ Υ Ζ

Δ Β Γ Δ Ε Φ Χ Ψ Ω

nus plenum, quum tanta rerum multitudo (*in angustum*) coarctanda^l, sit, et breuitate ipsa minus clarum, maxime quum et argumenta plurima et exempla, in quibus lumen est probationum, necesse sit præteriri; quoniam tanta eorum copia est, vt vel sola librum conficere possint. Quibus sublatis, quid poterit (*utile*), quid apertum^m videri? Sed enitar, quantum res sinit, et diffusa substringereⁿ, et proluxa breuiare^o; sic tamen, vt neque res ad copiam, neque claritas ad intelligentiam deesse videatur in hoc opere, quo in lucem veritas protrahenda^p est.

CAPVT PRIMVM^a.

Prima incidit quæstio, siue aliqua prouidentia, quæ aut fecerit aut regat mundum. Esse nemini dubium est, si qui-

Heumannus in II. app. ad Sympof. p. 250. fin. addo inquit, mihi rescribendum videri: *Fiet enim MYTILVM. Etiam Davis. fiet.* At TOTVM non audeam corrigere, sensus saluus est, si coniunctionem ET interpretaris partim: *Fiet enim totum partim minus plenum - partim breuitate ipsa minus clarum.* Bün.

l) (*in angustum*) *coarctanda*] Seneca de Vit. Beat. c. 4: *exercitius modo latius panditur, modo in angustum coarctatur.* Lib. 7. Quæst. Nat. c. 27. extr. *non in angustum coniecta et arctata.* Lact. lib. 7. c. 16. 10: *dies in angustum coarctabitur.* Si fides Anonymo Clerici p. 342. verba: *in angustum*, non habet MS. Taur. vnde cancellis inclusi et aliis typis exprimenda curavi; alias non indigna Lactantio. Bün.

m) *quid poterit utile, quid apertum*] In MS. ita: *quid poterit - quid apertum.* vid. Clericus p. 342 - 343. Loco vacuo Pfaffius posuit *utile* ac poterit in potest mutauit. Sed manus est vacuum illud spatium, quam vt ei implendo sufficiat verbum: *uti-*

le. Hæc Heumannus, cui verba: *Quibus sublatis - videri* glosseina videntur. Forte, *quid poterit* perspicuum *quid apertum utile*, legendum. Bün.

n) *diffusa substringere*] Sic cap. 50: *rem immensam paucis, ut potero, substringam, libenter talibus vtitur.* Instit. 2. 10. 15. *strictim constringere.* Op. 1. 13. *summatim stringere.* Iustin. 43. 1. 2. *perstringere.* Seneca 7. Benef. 13. *breuiter perstringere.* ep. 70. *constringere et breuiter percurrere.* Sulpic. Seuer. 1. Hist. c. 1. *breuiter constringere.* c. 17. 6. *breuiter perstringere.* Bün.

o) *breuiare*] vide de hac voce Omeisium ad Iuvene. Hist. Euang. Lib. 4. v. 135. Lact. 1. 7. c. 16. n. 10. et Epit. c. 5. c. 27. etc. 71. et Sulpic. Seuer. L. 1. Hist. 1. *breuiata digessimus.* Bün.

p) *in lucem veritas protrahenda est*] Lib. 4. Instit. c. 27. n. 18: *qui error discussi potest et in lucem veritas protrahi.* Proprie Seneca lib. 7. Quæst. Nat. c. 25: *veniet tempus, quo ista, qua nunc latent, in lucem dies extrahat.* Bün.

a) Adnotabo ad singula capita, vnde

Hbhh 3

quidem omnium fere philosophorum, præter scholam Epicuri, vna vox, vna sententia est, nec fieri sine artifice Deo potuisse mundum, nec sine rectore constare. Itaque non solum a doctissimis viris, sed et omnium mortalium testimoniis ac sensibus coarguitur Epicurus. Quis enim de providentia dubitet, quum videat cælos terramque sic disposita^b, sic temperata esse vniuersa, vt^c non modo ad pulchritudinem ornatumque mirabilem, sed ad vsum quoque hominum, ceterorumque viuentium commoditatem aptissime conuenirent?
 4 Non potest igitur, quod ratione constat, sine ratione cœpisse.

CAPVT II.^a

1 **Q**uoniam certum est, esse prouidentiam^b, sequitur alia quaestio: vtrumne Deus vnus, an plures? quæ quidem multum habet ambiguitatis^c. Dissentiunt enim non modo singuli inter se, verum etiam populi atque gentes. Sed qui rationem sequetur, intelliget, nec dominum esse posse nisi vnum, nec patrem nisi vnum. Nam si Deus, qui omnia condidit, et idem Dominus, et idem pater est; vnus sit necesse est, vt idem sit caput idemque fons rerum. Nec potest aliter summa^d consistere, nisi ad vnum cuncta referantur, nisi vnus teneat gubernaculum, nisi vnus frena moderetur,
 4 regatque vniuersa membra, tamquam mens vna. Si multi sint in examine apum reges, peribunt aut dissipabuntur, dum
 Re-

vnde breuiata sint maxime, vt Epitome cum libris Institutionum sine vilo temporis dispendio eo facilius possit componi. Hoc cap. i. pertinet ad lib. i. c. 2. *Bün.*

b) *calos terramque sic disposita*] Optimi quique, licet præceserint masculinum et femininum, adiungunt plur. neutrum. Iterum c: 6. quum ipsi sexus et corporum copulatio - a deo DATA sint. plura notavi ad L. 4. Inst. 15. 16. *Bün.*

e) vt non extat in MS. *Pfaff.*

a) Cap. II. ad libr. I. Instit. c. 3. *Bün.*

b) *Quoniam certum est, esse prouidentiam*] Ab his verbis incipio secundum caput. Post plures annos adeptus Dauisii editionem, video ipsi idem placuisse. Vnde haud necesse est cum Heumanno legere: *Quare iam certe est.* *Bün.*

c) in MS. *ambiguitas.* *Pfaffius.*
 d) *summa*] *Pfaffius* ediderat: *verum summa.* Absert a MS. *verum*, teste Anon. Clerici p. 346. nec habent ipsæ institutiones L. 1. 3. 18: *non poteris summa*

Regibus incescit e magno discordia motu:

si plures in armento duces, tam diu præliabuntur, donec vnus obtineat^f: si multi in exercitu imperatores, nec pareri poterit a milite, quum diuersa iubeantur, nec ab iis ipsis vnitas obtineri, quum sibi quisque pro moribus^z consulat. Sic in hac mundi republica nisi vnus fuisset moderator, qui et conditor, aut soluta fuisset hæc moles^b, aut nec condi quidemⁱ potuisset^k. Præterea in multis non potest esse totum, quum singuli sua officia, suas obtineant potestates. Nullus igitur eorum poterit omnipotens nuncupari, quod est verum cognomentum Dei; quoniam id solum poterit, quod in ipso est; quod autem in aliis, non audebit^l attingere. Non Vulcanus sibi aquam vindicabit^{m.n}, aut Neptunus ignem, non Ceres artium peritiam, nec Minerua frugum, non arma Mer-

ma constare, vbi plura dedi. conf. de Ira c. 11. 3. Bün.

e) *Regibus incescit*] ex Virgil. 4. Georg. 68. Bün.

f) *obtineat*] i. e. vincat, victoriam consequatur. Hæc notio in Fabri Thesauro non deprehenditur. Est vero ipsius Ciceronis in Orationibus, et Lactantii lib. 3. c. 21. n. 4.^o is vsique obtineat, qui viribus VICE-RIT. Bün.

g) *pro moribus*] Anonymus Britannus defendit ex Lact. 5. c. 11. 9. et c. 16. 3. Lego: *pro viribus*. Vti Mela de Germanis antiquis L. 2. c. 3: *ius in viribus habens*. Nihil certius indicata emendatione, vti patet ex Epit. c. 59: *Tum sibi quisque consulens ius in viribus computare*. Idem sentit Dauisius in addendis p. 256. Heumannus rescribit: *potissimum*. Bün.

h) *fuisset hac moles*] Sic MS. teste Anon. Clerici p. 347. vnde eieci *omnis*, vbi Pfaff. *omnis hac moles*. Bün.

i) *nec condi quidem*] Mallet: *ne*

condi quidem, c ex sequenti voce repetitum: Emendauimus sæpe illud nec in aliis Lactantii locis, e. g. L. 2. 5. 25. sqq. Conspirat Dauisius. Bün.

k) *potuisset*] Pfaffius *omnino potuisset*. At teste Anon. Cler. a MS. abest *omnino*, vnde induxi. Bün.

l) *non audebit*] Ita MS. Pfaffius *nec audebit* ediderat. Bün.

m) Forfan legendum: *vindicabit*. Nam v cum b semper fere in codice nostro permutatur. Pfaffius.

n) *vindicabit*] Recte censuit Pfaffius, præcesit: *audebit*, sequitur: *suscipiet, torquebit*. et quis nescit, in lapidibus et antiquis libris V et B sæpissime permutari? Noster liber c. 34. *iudicauit pro iudicabit*. c. 38. *putauit pro putabit*, c. 47. *visificauit pro visificabit*, c. 50. *derogauit pro derogabit*. Contra c. 37. *repudiabit, probabit*, pro *repudiauit, probauit*, c. 40. *reuelabit* pro *reuelauit*, c. 48. *vocabit* pro *vocauit*, c. 51. *referuabit* pro *referuauit*. Immo in MS. teste Anon. Cler. p. 347. *vindicabit*. Bün.

curius, nec Mars lyram, non Iuppiter medicinam^a, nec Asclepius fulmen, facilius illud^b ab alio iactum suscipiet, quam ipse torquebit^c. Si ergo singuli non possunt omnia, minus habent virium, minus potestatis, is autem Deus habendus^d est, qui potest totum, quam^e qui de toto minimum.

CAPVT III^a.

Vnus igitur Deus est, perfectus, æternus, incorruptibilis, impassibilis^b, nulli rei potestatiue subiectus, ipse omnia possidens, omnia regens, quem nec æstimare sensu valeat humana mens, nec eloqui lingua mortalis. Sublimior enim ac maior est, quam vt possit aut cogitatione hominis aut sermone comprehendi. Denique, vt taceam de prophetis, vnus Dei prædicatoribus, poetæ quoque et philosophi (et vates^c) testimonium singulari Deo^d perhibent. Orpheus principalem Deum dicit, qui cælum solemque cum ceteris astris, qui terram, qui maria condiderit. Item noster Maro summum Deum modo spiritum, modo mentem nuncupat, eamque

^a) non Iuppiter medicinam] Laët. 4. 27. 12. Bün.

^b) illud] in specim. MS. illud, vt sæpe in MSS. inueni. Bün.

^c) torquebit] Virg. 4. Aen. 208. Iuppiter - quum fulmina torquet. Bün.

^d) habendus] Sic MS. teste Anon. Cler. p. 347. non vt Pfaff. putandus. Bün.

^e) in MS. pro non extat quam. Pfaffius.

¹) qui potest totum, quam qui de toto minimum] In ipso MSto legitur: qui potest totum, quam qui de toto minimum. Rectissime. subauditur: potius, h. m. Is autem Deus habendus est (potius), qui potest totum, quam qui de toto minimum. Eodem modo restitui lib. 1. c. 3. n. 7. Instit. Virtutis perfecta natura in eo potest esse (subintellige: potius), in quo totum est, quam in eo, in quo exigua

pars de toto est. Atque sæpius ita, vt ibidem notauit, potius aut magis in Lactantio subauditur; vt iam a. 1716. in Misc. Lips. T. 3. p. 138. et p. 167. probaui. Linius ex MSS. Gronou. in notis L. 28. 45: Carthago premium victoria erit, quam semiruta Brutorum castella. vbi intruferant premium potius. Consentit mecum Davivius et Anonymus Britannus; Heumanno perplacuit Pfaffii NON. Bün.

^a) Cap. III. ex lib. 1. Instit. c. 3. c. 4. c. 5. n. 1-14. Bün.

^b) impassibilis] Specimen MS. impassibilis per n. Bün.

^c) et vates] Hæc addidit Pfaffius ob c. 5. initium; aliena a MS. teste Anon. Cler. p. 348. Bün.

^d) singulari Deo] i. e. vni, h. l. c. 4. et c. 28. extr. notauit ad lib. 1. Instit. c. 4. extr. Bün.

^a) Cap.

que, velut membris infusam, totius mundi corpus agitare, item Deum per profunda cæli, per tractus maris terrarumque discurrere, atque ab eo vniuersas animantes trahere vitam. Ne Ouidius quidem ignorauit, a Deo instructum esse mundum, quem interdum opificem rerum, interdum mundi fabricatorem vocat.

CAPVT III.^a

Sed veniamus ad philosophos, quorum certior habetur auctoritas, quam poetarum. Plato^b monarchiam adserit^c, vnum Deum dicens, a quo fit mundus instructus^d et mirabili^e ratione perfectus. Aristoteles auditor eius vnam esse mentem, quæ mundo præsideat, confitetur. Antisthenes vnum esse dicit naturalem Deum, totius^f summæ gubernatorem. Longum est recensere^g, quæ de summo Deo vel Thales, vel Pythagoras et Anaximenes antea, vel postmodum Stoici, Cleanthes et Chrysippus et Zenon, vel nostrorum Seneca, Stoicos secutus, et ipse Tullius prædicauerint, quum hi omnes, et quid sit Deus, definire tentauerint, et ab eo solo regi mundum adfirmauerint^h, nec vlli subiectum esse naturæ, quum ab ipso sit omnis natura generataⁱ. Hermes, qui ob virtutem multarumque artium scientiam Trismegistus meruit nominari, qui et doctrinæ vetustate philosophos antecessit, quique apud Aegyptios vt Deus colitur, maiestatem Dei singularis infinitis adserens laudibus^k, Dominum et

Pa-

^a) Cap. III. ex lib. 1. c. 5. n. 15. sqq. c. 6.

^b) Vox Plato non extat in MS. Pfaffius.

^c) Plato monarchiam adserit] Recte additur Plato. lib. 1. c. 5. n. 23. Plato - monarchiam plane aperteque defendit. Quomodo hæretici vocabulo monarchiæ abusi sint, cognoscas ex Tertull. aduers. Praxeau. c. 3. vide Rigaltium ad h. l. Bün.

^d) instructus] vid. not. ad L. 2. Inl. 8. 50. mundum providentiâ instructum. Bün.

^e) et mirabili] Ex MS. addidit Anon. Clerici copulam et. Bün.

^f) MS. utius habet. Pfaff. Recte restituit V. C. Laet. lib. 1. c. 5. n. 18. Bün.

^g) Longum est recensere] rioto ad L. de Ira 7. 12: Longum est, si exsequi velim. Bün.

^h) et ab eo solo regi mundum adfirmauerint] Hæc verba, auctore Pfaffio, ex MS. Taur. hic addita. Bün.

ⁱ) ab ipso - generata] not. ad lib. 3. c. 14. n. 10. Bün.

^k) maiestatem Dei singularem infinitis. Hhhh 5

Patrem nuncupat, eumque esse sine nomine, quod proprio vocabulo non indigeat, quia solus sit, nec habere vltos parentes, quia ex se et per se ipse sit^l. Huius ad filium scribentis exordium tale est: Deum quidem intelligere difficile est, eloqui vero impossibile, etiam cui intelligere possibile est; perfectum enim ab imperfecto, inuisibile a visibili non potest comprehendi.

CAPVT V.^a

Superest de vatibus dicere. Varro decem Sibyllas^b fuisse tradit, primam de Persis, secundam Libysam^c, tertiam Delphida^d, quartam Cumæam^{e,f}, quintam Erythræam^g, sextam Samiam^h, septimam Cumanam, octauam Hellepontiam, nonam Phrygiamⁱ, decimam Tiburtem, cui sit nomen Albunæ^k. Ex his omnibus Cumanæ^l solius tres esse libros, qui Romanorum fata contineant, et habeantur arcani,

ce-

snitis adferens laudibus] Cl. Dauisius legendum olim credidit: *maiestatem - efferens laudibus*. At nihil mutandum, partim ob locum similem a Cl. viro adductum ex libro i. c. 6. n. 4; partim ob verba nostri capitis initialia: *Plato monarchiam adserit*; quæ idem valent, ac *singularem*, i. e. *unum Deum defendit*. *Adserere* est Lactantio eleganter *defendere*, cuius rei exempla plura dedimus ad Lact. lib. i. c. 1. n. 20. Hinc noster in loco, vnde epitome decerpta lib. i. c. 5. n. 23: *Plato - monarchiam - defendit*. Iterum Epit. c. 55. 5: *ADSERENTES et extollentes SVMMA LAVDE virtutem*; quo loco motum Dauis. p. 158. et in add. p. 256. sententiam mutasse nunc video. *Bün.*

l) *nec habere -- ipse sit*] Omisit hæc verba Anonymus Clerici p. 349. Quæ αβλεψία esse iure creditur. *Hermanns.*

a) Cap. V. ex lib. l. c. 6. et 7. *Bün.*
b) *Sibyllas* MS. ita et alibi semper scribitur. *Pfaffius.*

c) *Lybysam* MS. *Pf.*

d) *Delphida* MS. *Pf.*

e) *Cimæam* MS. *Pf.*

f) *Cumæam*] Quum in MS. sit: *Cimæam*. rectissime censuit Dauisius hic corrigendum: *Cimæmeriam*; nam *Cumana*, septimus locus hic datur. Plura dixi ad L. i. 6. 9: *quartam Cimmeriam*. *Bün.*

g) *Erythream* MS. *Pf.*

h) *Sammaiã* MS. *Pf.*

i) *Phrygiam* MS. *Pf.*

k) *Albunæ*] Sic in MS. teste Anonymo Clerici p. 350. *Pfaffius Albunæ* edidit. *Heumannus*. Est dandi casus *Albunæ* elegantior, sic solet vt L. i. II. 31-61: *Agésilao, Vrani*, in notis. *Bün.*

l) *Cumana*] MS. *Pfaff.* et lectio MS. recta erat, vide Dauis. vnde restitui. *Bün.*

m) Cy-

ceterarum autem fere omnium singulos existere haberique vulgo, sed eos Sibyllinos velut vno nomine inscribi, nisi quod Erythræa, quæ Troici belli temporibus fuisse perhibetur, nomen suum verum posuit in libro, aliarum confusi sunt. Hæ omnes, de quibus dixi, Sibyllæ, præter Cumæam ^{m. n.}, quam legi nisi a Quindecimviris non licet, vnum Deum esse testantur, principem, conditorem, parentem, non ab vlllo generatum, sed a seipso satum ^o, qui et fuerit a sæculis, et sit futurus in sæcula, et iccirco solus coli debeat, solus timeri, solus a cunctis viuentibus honorari. Quarum testimonia, quia breuiare non poteram, prætermisi, quæ si desideras, ad ipsos tibi libros recurrendum est. Nunc reliqua persequamur.

CAPVT VI. ^a

Hæc igitur tot ac tanta testimonia liquido perdocent, vnum esse regimen in mundo, vnam potestatem, cuius nec origo excogitari, nec vis enarrari potest. Stulti ergo, qui de concubitu natos putant deos esse, quum ^b ipsi sexus ^{c. d.} et corporum copulatio iccirco mortalibus a Deo data sint, vt per sobolis successionem genus omne seruetur. Immortalibus vero quid opus est aut sexu, aut successione, quos nec voluptas

m) *Cumaam*] MS. *Pfaffius*.
 n) *præter Cumaam*] in MS. *Cumaam*. nam et ita dicunt. vide Cellar. Notit. Orb. Ant. lib. 2. c. 9. p. 832. sq. et Muncker. ad Hygin. fab. 128. p. 196. Plura Drakenb. ad Sil. It. L. 8. 533. p. 435. et ad L. 13. 400. p. 661. *Bün*.

o) *[satum]* Anon. Clerici p. 350. in MS. legit: *factum*. Mihi prius placet. *Hannmann*.

p) *recurrendum est*] *Pfaffius* ediderat: *revertendum est*; sed MS. teste Clerici Anon. p. 350: *recurrendum est*, quod rectum Anonymo Britanno. Probo ex *Lact. L. 2. 10. 26*: *nunc ad hominis originem recurramus*. *Quintilian. Instit. Orat. L. 1. Proem. nunc necesse est, ad eos aliquando auctores recurrere*. *Cyprian*.

de Zelo et Liuore ed. Oxon. f. 222: *Ad caput eius atque originem recurramus*. *Bün*.

a) Cap. VI. ex Lib. 1. c. 8. *Bün*.

b) MS. habet *secum* pro *cum*. Sed adparet legendum esse: *cum*. A priori enim voce repetitum *se* deriuauit librarius. *Pfaff*.

c) MS. *ipsi*. *Pfaff*.

d) *ipsi sexus*] MS. *ipsi sexus*, num. plur. qui non debebat mutari. *Lact. 1. 8. 4*: *adparet, Herculem - Iouemque - homines fuisse, quoniam sunt ex duobus sexibus nati*. sæpius in plurali, Lib. 1. 6. 5: *duo sexus generandi causa instituti*. *Recepta sexuum diuersitate*, et n. 8: *duos esse sexus duorum*. adde n. 11. et n. 16. et lib. 6. 23. 2. *Bün*.

e) MS.

4 ptas^e, nec interitus attingit^f? Illi ergo, qui dii putantur, quoniam et genitos esse tamquam homines et procreasse constat, mortales utique fuerunt: sed dii crediti sunt, quod, quum essent reges magni ac potentes, ob ea beneficia, quæ in homines contulerant, diuinos post obitum honores consequi meruerunt, positisque & templis atque simulacris memoria eorum tamquam immortalium retenta est atque celebrata.

CAPVT VII^e.

1 Sed quum sit omnibus fere gentibus persuasum, deos esse;
 2 res tamen eorum gesta, quas tam poetæ quam historici tradiderunt, homines fuisse declarant. Hercules, per quæ tempora fuerit, quis ignorat, quum idem et inter Argonautas nauigauerit, et expugnata Troia, Laomedontem Priami patrem ob periurium interfecerit? Ab eo tempore paullo
 3 amplius, quam mille et quingenti computantur anni. Hic ne natus quidem honeste traditur, sed Alcimenæ adulterio genitus, et ipse vitiiis genitoris addictus nec feminis^b vnumquam nec maribus abstinuit, orbemque totum non tam gloriæ quam
 4 libidinis causa, nec tantum ad necandas belluas, quantum ad ferendos^c liberos peragrauit. Quumque esset inuictus, ab vna tamen Omphale triumphatus est, cui claua et spolio leonis^d tradito, indutus ipse feminea veste atque ad pedes mulieris abiectus, pensa, quæ faceret, accepit. Idem postea instinctu furoris elatus, paruos liberos et vxorem Megaram
 5 trucidauit. Postremo sumpta Deianyræ coniugis veste, quum dif-

e) MS. voluntas. Pfaff.

f) quos nec voluptas, nec interitus attingit] Eleganter iterum c. 33: ut nec mutum animal, nec corpus attingat. et ibidem: quia et pecudes attingit hoc duplex bonum. notauit ad lib. 2. Instit. c. 12. n. 9. et de Ira c. 7. n. 13. eodem sensu Epit. c. 33: hoc bonum etiam muta contingit. Bün.

g) MS. positique. Pfaffius.

a) Cap. VII. ex lib. I. c. 9. Bün.

b) addictus nec feminis] Ita recte

monente Dauisio correximus, remota interpunctione priori: additus. Nec. Bün.

c) ferendos liberos] procreandos. Bün.

d) spolio leonis] i. e. exuviis, pelle. Lucret. 5. 952:

Pellibus et spoliis corpus vestivo ferarum.

conf. Lucret. L. 4. 60. et Nonium Marcell. p. m. 484. Bün.

diffueret vlceribus; doloris impatiens, rogam sibi in Aetæo monte construxit, eoque se viuum cremauit. Sic efficitur, vt, etiamsi ob virtutem Deus credi potuisset, ob hæc tamen homo fuisse credatur f.

CAPVT VIII. a

Aesculapium Tarquitiu tradit ex incertis parentibus natum, et ob id expositum, atque a venatoribus collectum, caninis vberibus educatum, Chironi in disciplinam datum b. Hic Epidauri moratus est, Cynosuris, vt Cicero ait, sepultus, quum eset ictu fulminis c interemtus. Apollo autem pater eius non dedignatus est alienum gregem pascere, vt acciperet vxorem d, et dilectum puerum quum peremisset imprudens, gemitus suos inscripsit in flore e. Marti, viro fortissimo, adulterii crimen non defuit, siquidem catenis cum adultera vinctus spectaculo fuit. Castor et Pollux alienas sponsas non impune rapuerunt, quos Homerus non poetica, sed simplici fide mortuos sepultosque testatur. Mercurius, qui de stupro Veneris genuit Ardrogynum, deus esse meruit, quia lyram reperit et palæstram. Liber pater, debellata India, victor, quum Cretam forte venisset, Ariadnen f con- spexit in litore, quam Theseus et violauerat et reliquerat. Tum amo-

a) eoque] Legit Heumannus in eoque. Non muto, vid.; notas ad L. 1. 18. 6: QVO viuum seipsum COMBUSSERAT. Bün.

f) credatur] Davis. cornatur corrigi, hoc est, clare sensiatur et perspicue intelligatur. Bün.

a) Cap. VIII. ex lib. 1. c. 10. et c. 17. Bün.

b) Chironi in disciplinam datum] amat hanc phrasin elegantem. Sic lib. 3. c. 15. n. 16: huic vero: (Aristip- po) liberos in disciplinam datus. Gell. lib. 5. c. 10: Is (Euathius) in disciplinam Protagora sese dedit. Lact. Placid. lib. 8. fab. 3: quum fratri datus essee in disciplinam. Bün.

c) lege: fulminis. Errauit Librarianus, cum fluminis scripsit. Pfaff. vide lib. 1. c. 10. n. 1. et c. 19. n. 3. et 4. irrepsit quoque in Walchii editionem. Bün.

d) vt acciperet vxorem] Amasium Admetum ita vocat. vid. h. l. Davis. et Cell. ad Lact. 1. 10: 3. Bün.

e) gemitus suos inscripsit in flore] Inuitatur Otuidium Metam. 10. 215:

Ipse SVOS GEMITVS foliis IN-
SCRIBIT et Ai, Ai

Flos habet inscriptum.

De Hyacinthio agitur, quem Apollo disco ludens interfecit. Davis.

f) MS. habet Ariannam. Pfaff.

g) MS.

6. amore inflammatus, eam sibi in coniugium sociavit, et coronam eius, ut poetæ ferunt, inter astra signavit. Mater ipsa post fugam et obitum viri quum in Phrygia moraretur, vidua et anus formosum & adolescentem in deliciis habuit, et quia fidem non præstiterat, ademptis genitalibus, effeminavit. Ideo etiam nunc Gallis sacerdotibus gaudet.

CAPVT VIII.

1. Ceres vnde Proserpinam nisi de stupro genuit? vnde Latona geminos nisi ex crimine? Venus deorum et hominum libidinibus exposita, quum regnaret in Cypro, artem meretriciam reperit ac mulieribus imperavit, ut quæstum facerent,
 2. ne sola esset infamis. Ipsæ illæ virgines, Minerua et Diana, num castæ? Vnde igitur profiliuit Erichthonius^b? Num in terram Vulcanus semen^c effudit, et inde homo tamquam
 3. fungus^d enatus est? Aut illa cur Hippolytum, vel ad se cre-

g) MS. *formosum adolescentem*. Pfaß. sæpe hæc voces in antiquioribus MSS. ita scribuntur. conf. not. meas ad Symposium æn. XIII. vbi: *formunsa*, et Montfauc. Antiqu. Explic. Suppl. Tom. V. f. 87. *Bün.*

a) Cap. VIII. ex lib. l. c. 17. c. n. 7. ad n. 17. *Bün.*

b) *Erichthonius*] de hoc plura L. 1. 17. 11-14. Erichthonii duo præcipue celebrantur, vnus Dardani filius, Rex Troiæ: alter Athenarum Rex, Vulcano genitus, quando propter Minervam stuprare reluctanter, genitale semen in eius semur effudit, ex quo LANA ab Dea dextero et humi deiectione conceptus editusque est infans, dictus ab re Erichthonius τὸ ἔριον, lana, ἢ χθών, terra. Placet aliis, (in his Lact. c.l.) dictum esse ἀπὸ τῆς ἔριδος, καὶ τῆς χθονός, i. e. a lite et terra. Erichthonius hic et Erichtheus siue Erechtheus vocatus est. Innuit Eu-

stathius ad illud Homericum ex II. Iliad. rapsodia Hemistichium, quo factum pene ob oculos ponitur: Δῆμον ἐρεχθῆος etc. at Erichthonius, Erichthoniades patronymicum et per synopen Erichthonides. Blastus auctor ab Erechtheus, Erechtheides, et contracte Erechthides pro Atheniensi. Sunt tamen, qui diuersos volunt fuisse, Erichthonium et Erechtheum. quia Erechtheus Pandionis filius fuerit etc. Hæc ex rarissimo libro (ne claris. quidem Krausio viso in not. ad Manut. ep. p. 1037.) Iac. Taureli, cui tit. *Exquisitione Patronymia ap. Ald. Venet. 1565. 4. p. 41. 42. Bün.*

c) *Semen* non extat in MS. Pfaß.

d) *homo tamquam fungus*] Comitis Ludou. Ferd. Marfilii disc. de Generatione Fungorum Rom. 1714. recensetur in Act. Erud. Lips. 1715. Iun.: Adparet hic Lactantii genus. Sic lib. 7. c. 4. n. 3: *putant homines in omnibus terris atque agris tamquam*

cretas sedes, vel ad mulierem relegavit, vbi solus inter ignota nemora exigeret aetatem^f, et iam mutato nomine, Virbius vocaretur? Quid hæc significant, nisi incestum, quod poetæ non audent confiteri.

CAPVT X.*

Horum autem omnium rex et pater Iuppiter, quem tenere in cælo summam credunt potestatem, quid habuit pietatis^b, qui Saturnum patrem regno expulit, et armis fugientem persecutus est? quid continentiae, qui omnia libidinum genera exercuit^c? Nam idem Almenam^d Lædamque summis viris nuptas adulterio fecit infames, idem pulehritudine pueri captus, venantem ac virilia meditantem, ad femineos vsus^e violenter abripuit. Quid virginum stupræ commemorem, quarum multitudo quanta fuerit, filiorum numerus ostendit? In vna tamen Thetide abstinentior fuit. Erat enim prædictum, quod is, quem paritura esset, maior patre suo futurus esset. Pugnavit ergo cum amore, ne quis se maior

quam frugos esse generatos, et c. 7. d. 9: Erravit Democritus, qui versuculorum modo putavit homines effusos esse de terra. Irridet gentiles ita quoque nostri Præceptor Arnobius lib. 2. p. 46. Vtrumne illum tellus vlginis alicuius conuersa putrore, tamquam vermes animaverit, tamquam mures. Bün.

e) apparet legendum esse: relegavit. Pfaff. Sic MS. Colbert. c. 19. de Mort. Perf. inspirata pro insperata, et contra. delegati c. 21. pro deligati. et Epit. Taur. c. 33: derigantur pro dirigantur, c. 34: intellegi pro intelligi. vbi not. vid. Walch. h. l. servavit: relegavit. Bün.

f) exigeret aetatem] Paris. et Walch. edd. ageret; sed ex MS. damus auctore Pfaffio: exigeret, vt dixit ex Virgilio de eodem Hippolyto Lact. lib. 1. c. 17. n. 15 - solus vbi - ignobilis anum exigeret, atque nemo nefcit

Terentii et Ciceronis phrasin: *exigere aetatem.* Eadem vsus Plinius L. 7. H. N. c. 43: *in quibus quærendis sapientes AETATEM EXIGERENT.* Bün.

a) Cap. X. ex lib. 1. c. 11. Bün.

b) pietatis] ita certus correxi, vbi in Pfaff. et Walchii edd. potestatis erat. Nam lib. 1. c. 10. n. 10: nome (Iuppiter) a prima sua pueritia impius -? quum patrem regno expulit et fugavit. Docui et alibi, has voces in Lactantio confundi. Mecum faciunt Dauisius et Heumannus. conf. ad Epit. c. 69. Bün.

c) exorcuit] Lact. L. 16. 8: ea exorcere. reliqua. Bün.

d) Almenam] MS. cap. VII. rectius vocavit Alcimenam. conf. lib. 1. Inst. c. 11. n. 11. Bün.

e) ad femineos vsus] L. 1. 23. 3 ad vsus irrepudicas. Bün.

f) maxi-

ior nasceretur. Sciebat ergo, se non esse perfectæ virtutis, magnitudinis, potestatis, qui, quod ipse patri fecerat, timuit.

- 4 Cur igitur maximus optimus^f nominatur, quum se et peccatis contaminauerit, quod est iniusti ac mali, et maiorem timuerit, quod est imbecillis ac minoris^g?

CAPVT XI^a.

- 1 Sed dicit aliquis, ficta hæc esse a poetis. Non est hoc poeticum sic fingere, vt^b totum mentiare, sed vt ea, quæ gesta sunt, figura et quasi velamine aliquo versicolore prætexas. Hunc habet poetica licentia modum, non vt totum fingat, quod est mendacis et inepti, sed vt aliquid cum ratione
2 commutet. In imbrem se aureum vertisse dixerunt Iouem^{c, d}, vt Danaen falleret. Quis est imber aureus? Vtique aurei nummi, quorum magnam copiam offerens, et in sinum infundens, fragilitatem virginalis animi hac mercede corrumpit. Sic et imbrem ferreum dicunt, quum volunt multitudinem
3 significare telorum. Catamitum^e in aquila rapuit. Quæ est aquila? Legio scilicet, quoniam figura huius animalis insigne legionis est. Europam transuexit in tauro. Quis est taurus? Vtique nauis, quæ tutelam habuit, tauri specie figuratam.
4 Sic Inachi filia non vtiq; bos facta transiuit, sed eiusmodi nauigio iram Iunonis effugit, quod habebat bouis formam. Denique quum in Aegyptum delata esset, Isis est facta, cuius nauigium certo quodam die in memoriam fugæ celebratur.

CA-

f) *maximus optimus*] ordine inuerso: *optimus maximus*, mauult Davif. motus auctoritate Ciceronis 2. N. D. 25. et ipsius Lactantii L. 1. 10. 10; atque idem contextus verborum sequentium suadet. - Bün.

g) MS. *imbecilla minoris*. Pfaff. Propius ad MS. corrigo: *imbecilli ac minoris*. Sic iterum in Epit. c. 33: *utrique imbecilla sunt*. notauit ad lib. 1. Institut. c. 11. n. 16. et lib. 4. c. 22. n. 5. Bün.

a) Cap. XI. ex lib. 1. c. 11. Bün.

b) MS. *aut*. Pfaffius.

c) *Iouem* non extat. in MS. Pfaff.

d) *Iouem*] a Cel. Pfaffio additum, iudice Dauisio, potest facile intelligi; egit enim capite antecedenti de Ioue. Bün.

e) *Catamitum*] i. e. Ganymedem Lacl. 1. 11. 19-29. Bün.

a) Cap.

CAPVT XII.^a

Vides ergo, non omnia poetas confinxisse^b, et quædam^c præfigurasse^d, vt quum vera dicerent, aliquid tale numinis^e adderent iis, quos deos esse dicebant; sicut etiam de regnis^f. Quum enim dicunt, Iouem cæli regnum sorte tenuisse, aut Olympum montem significant, in quo Saturnum et Iouem postmodum habitasse veteres historiæ produnt, ad partem Orientis^g, quæ fit quasi superior, quod inde lux nascitur, Occidentis autem velut inferior, et ideo Plutonem inferos esse sortitum, mare vero cecidisse Neptuno, quod oram maritimam cum omnibus insulis obtinuerit. Multa sic poetæ colorant, quod qui nesciunt, tamquam mendaces eos arguunt, verbo dumtaxat^h; nam re quidem credunt, quoniam deorum simulacra sic fingunt, vt quum mares æ feminas faciant, et alios coniuges, alios parentes, alios liberos fateantur, poetis vtique adferantⁱ; hæc enim sine coitu et generatione esse non possunt.

CA-

a) Cap. XII. ex lib. I. c. 10. et 11. Bün.

b) MS. confixisse. Pfaffius.

c) et quadam] Lego sed quadam cum Dauisio. Bün.

d) præfigurasse] Mendosum hoc verbum suspicatur Clericus Biblioth. Ant. et Nou. T. XI. p. 195. citante Heumanno, qui, rescribo, pergunt, figurare ex Instit. L. I. c. II. 24. et 30. quid vero in præ lateat, non video. Hactenus Heumannus. Forte rectum. Nam ita Lact. L. 6. 20. 31. se quisque in illis imaginibus PRAEFIGVRAT. Germanis esset: vorstellen. Bün.

e) aliquid tale numinis] Non hic quadrat tale. num: aliquid falsi numinis? aut: aliquid fortasse numinis? Sic lib. I. II. 30: Non a poetis totum fictum est. Aliquid fortasse tra-

ductum - quo veritas inuoluta tegetur. Certe hunc locum hic in compendium redegit. Heumannus: tam. Bün.

f) sicut etiam de regnis] Cl. Davis. corrigit: Dicebant. SIC FIT. nihil præter interpolationem muto. sicut valet hic exempli gratia. Lib. I. c. II. 30: SICVT illud de sortitione regnorum. Aiunt enim, Ioui calum obtigisse reliqua. Bün.

g) aut partem Orientis] repete ex antecedentibus: significat. Bün.

h) verbo dumtaxat] repete: arguunt. Bün.

i) vt adferant] Recte censuit Dauisius hic legendum: vt adferant. Vt enim requirit coniunctivum. Heumannus legit fateantur. Poetis itaque adferunt. Bün.

CAPVT XIII. ^a

- 1 **S**ed omittamus sane poetas, ad historiam ^b veniamus, quæ
 2 simul et rerum fide et temporum nititur vetustate. Euhemerus fuit Mesfenius, antiquissimus scriptor, qui de sacris inscriptionibus veterum templorum et originem Iouis, et res gestas omnemque progeniem collegit, item ceterorum deorum parentes, patrias, actus, imperia, obitus, sepulcra etiam
 3 persecutus est. Quam historiam vertit Ennius in latinam ^c, cuius hæc verba sunt: *Hæc ut scripta sunt, Iouis fratrumque eius stirps atque cognatio. In hunc modum nobis ex sacra scriptione traditum est* ^d. Idem igitur Euhemerus Iouem tradit, quum quinquies orbem circumuisset, et amicis suis atque cognatis distribuisset imperia ^e, legesque hominibus ^f, multaque alia bona fecisset, immortalis gloria memoriaque adfectum sempiterna, in Creta vitam commutasse, atque ad deos abiisse, et sepulcrum eius esse in Creta, in oppido Gnosso, et in eo scriptum antiquis litteris græcis ΖΑΝΚΡΟΝΟΤ, quod est, Iuppiter Saturni. Constat ergo ex iis, quæ re-
 4 tuli, hominem fuisse, in terramque regnasse ^g.

CAPVT XIII. ^a

- 1 **T**ranseamus ad superiora, vt originem totius erroris deprehendamus. Saturnus cælo et terra traditur natus. Hoc
 vti-

a) Cap. XIII. ex lib. I. c. II. Bün.

b) *poetas. Ad historiam*] Minore distinctione lego: *poetas, ad historiam veniamus.* Bün.

c) *in latinam*] Dauif. *subaudi*, inquit, aut supple: *linguam.* Mallem in latinum. Cicero L. 2. Off. 24. fin. *quem nos e græco in Latinum conuertimus.* Augustin. de Ciu. D. L. 7. c. 26. fin. *totam de hac Euhemerus pandit historiam, quam Ennius in latinum vertit eloquium.* Idem Heumannus rescribit. Bün.

d) *traditum est*] Sic Lib. I. 14. 6. quoque legendum *traditum est*, vt

in notis ostendi. Restituit anonymus Britannus, ita distinguens: *cognatio. In hunc modum - traditum est.* Sic Quintilian. Lib. XI. Instit. c. 2. p. 985. *vt traditum est.* Bün.

e) *distribuisset imperia*] Eleganter. vide not. lib. I. Instit. c. II. n. 45. Bün.

f) *legesque hominibus*] Supplet Heumannus, *dedisset*, aut *reliquisset* ex L. I. II. 45. Bün.

g) *in terramque regnasse*] *In terramque* restituit Dauis. ex L. I. II. 44. et 13. II. add. L. I. II. 5. Bün

a) Cap. XIII. ex libro I. c. II. 12. et 13. Bün.

b) tra-

vtique incredibile est. Sed cur ita traditur^b, ratio certa est, quam qui ignorat, tamquam fabulam respuit. Saturni patrem Vranum fuisse vocitatum, et Hermes auctor est, et sacra historia^c docet. Trismegistus paucos admodum fuisse quum diceret perfectæ doctrinæ viros, in iis cognatos suos enumeravit^d, Vranum, Saturnum, Mercurium. Euhemerus eundem Vranum primum in terram^e regnasse commemorat his verbis: *Initio primus in terris imperium summum Cælus habuit, is id regnum una cum fratribus suis sibi instituit atque paravit f.*

Heic in cod. MS. plura deficiunt, duo certe, ut arbitror, folia. Nec vox PARAVIT tota exstat, sed solum PARA sub finem pagine. Sequitur:

hominum^f stultam benevolentiam et errorem diuinitas attributa sit.

CAPVT XX. e

Dixi de religionibus, quæ sunt communes omnium gentium. Dicam nunc de diis, quos Romani proprios habent. Faustuli coniugem Romuli Remique^b nutricem, cuius honori Larentinalia^c * sunt dicata, vulgari fuisse corpora quis ignorat? et iccirco Lupa nuncupata est, et in feræ specie

b) traditur] Lego tradatur cum Heumanno. Bün.

c) sacra historia] Euhemeris ab Ennio in latinum versa, c. 13. 4. Bün.

d) enumeravit] Rectius Dauisius censet: numeravit. Bün.

e) in terram regnas[se] corr. in terra, vt c. 13. fin. Bün.

f) Sunt eadem Ennii verba ex lib. 1. Instit. c. 13. f. 14. repetita, et ab hac cap. 13. sectione vsque ad lib. 1. Instit. c. 20. pr. desideratur Epitome. Bün.

g) hominum] Heumann. per hominum supplet. Bün.

a) Cap. XX. ex lib. 1. c. 20. Bün.

b) MS. Rem. q; Pfaffius.

c) MS. Larentali. Pfaffius.

*) Larentinalia] MS. non Larentinalia sed Larentali. ex secundis Pfaffii curis, ex quo propius singas: Larentalia. sic alii et Ouidius 3. Fast. v. 55. lqq.

Non ego te tanta nutrix Larentia gentis,

Nec taceam vestras, Faustule pauper, opes.

Vester honor veniet, quum Larentalia dicam,

Acceptus genis illa Decem-ber habet.

Plura Macrobi. 1. Saturn. c. 10. et Picticus in Lex. Ant. Rom. T. 2. f. 15. Bün.

- 3 cie ^d figurata. Faula quoque et Flora meretrices erant, quarum altera Hercules fuit scortum, sicut Verrius tradit, altera quum magnas opes corpore quæsiuisset, populum scripsit heredem, et ideo in honorem eius ludi Floralia celebrantur.
- 4 Tatius muliebri simulacrum in cloaca maxima repertum consecrauit, et Deam Cloacinam nuncupauit. Obsessi a Gallis Romani ex mulierum capillis tormenta ^e fecerunt, et ob id Veneri Caluæ aram templumque posuerunt, item Pistori Ioui, quod eos monuerat in quiete, ut ex omni fruge panem ^f facerent, et supra hostes iacerent, quo facto desperantes Galli, posse inopia Romanos subigi, ab obsidione disceserant.
- 6 Pauorem ac Pallorem Tullus Hostilius deos fecit. Colitur et Mens, quam, credo, si habuissent ^g, numquam colendam putassent. Honorem atque Virtutem Marcellus inuenit.

CAPVT XXI.^a

- 1 Sed et alios eiusmodi commentitios deos ^b senatus instituit, Spem, fidem, concordiam, pacem ^e, pudicitiam, pietatem, quæ omnia, quum in animis hominum esse vera deberent, intra parietes falsa posuerunt. Hos tamen, quamvis extra hominem in nulla sint omnino substantia, mallem potius coli, quam rubiginem; quam febrem; quæ non sacraanda sunt; sed execranda; quam fornacem cum suis fornacibus sacris; quam Stercutum ^d, qui fimo ^e pinguefacere terram

d) MS. *specie*, unde correximus prius: *speciem*. Pfaffius.

e) *tormenta*] funes, nervos tormentorum. notatum ad Lact. l. i. 20. 27. Bün.

f) *pacem* MS. Pfaffius.

g) *quam - si habuissent*] L. i. 20. 13. Bün.

a) Cap. XXI. ex lib. i. c. 20. Bün.

b) *alios deos*] Sequuntur sola feminina, et tamen hic et paullo post DEOS in mascul. vocat. Nimirum Latini, maxime Poetæ DEAS sæpe vocant DEOS. Bün.

e) *Spem, fidem, concordiam, pacem*] vide interpretes ad Iuuenal. i. Sat. 115.

Ut colitur Pax, atque Fides, Victoria, Virtus,

Quaque salutato crepitat Concordia nido. Bün.

d) *Stercutum*] Ita et alii MSS. vide lib. i. c. 20. sect. 36. Bün.

e) *qui fimo pinguefacere*] Ita apparet legendum esse, et si scripserit librarius: *fumo*. Pfaffius. Paris. et Walch. edd. *fumo* male retinuerunt. lib. i. c. 20 : n. 36. et *Stercusus*, qui *stercorandi*agri rationem primus induxit. Eadem confusio vocum a me notata ad de Opif. c. 11. 20: *fumum crassius*. Bün.

f) MS.

ram primus ostendit; quam deam Mutam, quæ Lares genuit, quam *f* Cuninam, quæ cunis infantium præest; quam Cacam, quæ ad Herculem de furto bouum detulit, vt occideret fratrem. Quam multa & sunt alia portenta atque ludibria, de quibus *3* piget dicere; Terminum tamen non libet præterire, quia ne Ioui quidem Capitolino cecidisse traditur, quum lapis esset informis. Hunc finium putant habere custodiam, eiquè publice supplicatur, vt *Capitoli immobile saxum*^b Romani imperii fines et conferuetⁱ et proroget.

CAPVT XXII. ^e

Has omnes ineptias primus in Latio Faunus induxit, qui et Saturno auo cruenta sacra constituit, et Picum patrem tamquam deum coli voluit^b, et Fatuam^c ^d Faunam coniugem sororemque inter deos conlocavit, ac bonam deam nominavit. Deinde Romæ Numa, qui agrestes illos ac rudes viros superstitionibus novis oneravit, sacerdotia instituit, et ^e deos familiis gentibusque distribuit, vt animos ferocis populi ab armorum studiis auocaret. Ideo Lucilius deridens ineptias istorum, qui ³ vanis superstitionibus seruiunt, hos versus posuit:

Terriculas f lamias, Fauni quas Pompiliique

In-

f) MS. *qua*. Pfaffius.

g) *Quam multa - - piget dicere*] Sine interrogatione hæc verba melius efferrî videntur, vt *quam multa* signent *valde multa*. notavi lib. 1. Instit. c. 5. n. 38: Dauisius nec hoc male, deleto verbo SVNT, legit: *quam multa alia*, vt *quam* regatur a comparatiuo *potius*, qua ratione *quam* hic sæpe repetitum. Bün.

b) *Capitoli immobile saxum*] Sic correxî ex lib. 1. 20. 38. vbi locus Virgîlii indicatus a Cellario. Bün.

a) MS. *deest et*. Pfaffius.

a) Cap. XXII. ex lib. 1. c. 22. et c. 17. sect. 2. sqq. Bün.

b) *et Picum patrem tamquam deum coli voluit*] Hæc verba in Parisiensî, Walchii, Dauisii, Heumannî edd.

non comparant, dedimus ope Pfaffii ex MS. Bün.

c) MS. *Fentan*. Pfaffius.

d) *Fatuam Faunam*] in MS. *Fentam Faunam*. Variant quoque libri in L. 1. 22. 9. et Arnobio L. 1. p. 20. et L. 5. p. 168. Bün.

e) et non est in MS. Pfaffius. Potest iudice Dauisio abesse. Sic Lact. 1. 22. 4: *Itaque pontifices, flamines, salios, augures creauit, deos per familias descripsit*; quod est h. l. distribuit. adde Flor. 1. 2: *Numa pontifices, augures, salios ceterosque per sacerdotia descripsit*. et vid. not. Dukeri p. 38. Bün.

f) *Terriculas*] vid. not. ad L. 1. Inst. 22. 13. Bün.

*Instituere Numæ, tremis has, hic omnia ponit,
Vt pueri infantes credunt, signa omnia abena s. b.
Viuere et esse homines, sic isti omnia ficta*

• *Vera putant, credunt signis cor inesse in abenis h. l.,
Pergula pictorum, veri nihil, omnia ficta m.*

- 4 Tullius quoque de natura deorum commentitios ac fictos deos queritur inductos, et hinc extitisse falsas opiniones, erroresque turbulentos, et superstitiones pæne aniles. Quæ sententia eo debet grauior comparari^m, quod hæc disseruit et philosophus et sacerdos.

CAPVT XXIII. ^a

- 1 **D**iximus de diis, nunc de ritibus sacrorum culturisque^b dicemus. Ioui Cyprio, sicut Teucus instituerat, humana hostia mactari solebat. Sic et Tauri Dianæ hospites immolabant, Latiaris^{c. d} quoque Iuppiter humano sanguine propitiatus est. Etiam ante Saturno^{e. f} sexagenarii homines ex per-

g) MS. aena. Pfaffius.

b) abena] MS. aena, et mox: in haenis. Hic requiritur trisyll alibi bisyll. locum habet. vide Muncker. ad Hygin. fab. 24. p. 63. de scriptura vocis agit Gell. Noct. Att. lib. 2. c. 3. Bün.

i) lege isti sic. Pfaffius. Et sic forte L. 1. 22. 13. corrigendum. Bün.

k) MS. inhaenis. Pfaffius.

l) in abenis] Sic recte ductu MS. restituit Pfaffius, et sic correximus L. 1. 22. 13. Bün.

m) omnia ficta] Sic correxi: vbi Paris. et Walch. picta. Vt ante: sic isti omnia FICTA VERA putant; nec aliter Lact. 1. 22. 11. Idem vidit Davifus addique recte: ficta, non picta veris opponi. Bün.

n) eo grauior debet comparari] i. e. eo grauior in comparatione cum aliis sententiis debet censer. lib. 1. c. 15. n. 17. de eodem Cicerone: Quod ipsius testimonium eo debet grauisi-

sim indicari, quod augurale habitis sacerdotium. Alii pro comparari dixissent computari, immo in libris alibi permutata. vide not. ad Lact. lib. 5. c. 3. n. 11. Hæc ante plures annos scripseram, quam vidi Davifum velle correctum computari. Bün.

a) Cap. XXIII. ex lib. 1. c. 21. Bün.

b) de -- culturisque] vide not. lib. 4. c. 28. n. 5. Bün.

c) MS. Latiaris. Pfaffius.

d) Latiaris] MS. Latiaris. quod, vt rectum, restitui. Inuenitur in MSS. Iureti, Puteani, Io. Cauci et Gothano Latiaris, in Lib. 1. c. 21. n. 3. vbi Casaubonus ex Porphyrio confirmat. adde Muncker. ad Fulgent. Virgil. Contin. p. 161. qui ad Iureti ad Symmach. lib. 1. ep. 9. remittit, et Cell. ad Minuc. Fel. c. 30. n. 4. et Pitisc. Lex. Ant. Rom. T. 1. f. 99; adde Dauis. h. l. Bün.

e) MS. Saturno. Pfaffius.

f) Etiam ante Saturno -- deici-

ba-

persona Apollinis de ponte in Tiberim deiiciebantur. Et eidem Saturno Carthaginienſes non modo infantes profecrabant^h, ſedⁱ victi a Siculis, vt piaculum ſoluerent, ducentos nobilium filios immolarunt. Nec illa his humaniora ſunt, quæ ſunt etiam nunc Matri magnæ atque Bellonæ, in quibus^k antiſtites non alieno ſanguine, ſed ſuo litant, quum amputatis^l, genitalibus a viris migrant, nec ad feminas tranſeunt, aut ſectis^m humeris deteſtabiles aras proprio cruore reſpergunt.

bantur] Scriptura MS. Taurinenſis ante Saturno, quod pace Clarif. Pfaffii dixerim, non debuit mutari ante Saturnum, in Pariſ. ed. neque enim vllus vumquam tradidit, ante Saturnum ſexagenarios de Ponte in Tiberim deiectos eſſe, ad ipſum enim Saturnum hæc pertinent, et ante ſignificat adverbialiter h. m. Saturno etiam antea homines in Tiberim pro ſacrificio deiiciebantur. Ita Lactant. lib. 1. c. 21. ſect. 6. et 7: Saturnus in Latio eodem genere ſacrificii cultus eſt: non quidem vt homo ad aram immolaretur; ſed vti in Tiberim de ponte Miluio mitteretur, quod ex reſponſo quodam (Apollinis) factitatum Varro auctor eſt, cuius reſponſi ultimus verſus eſt talis:

καὶ κεφαλὰς κρονίδη καὶ τῶ
πατρὶ πέμπετε Φῶτα

Quod quia videtur ambiguum, et ſax illi et homo iaci ſolet. ad rem conf. Schott. ad Senec. lib. 1. Controu. 8. p. 138. Ita vero et alibi ante adverbialiter proxime datiuo præmiſit. lib. 5. cap. 22. n. 14: Sicut dederat ante Iudæis. Vidit quoque Dauſius anno 1718. quum iam reſtituiſſem anno 1716. in Miſc. Lipſ. T. 3. p. 167. Bün.

g) ex perſona Apollinis] Rectius, iudice Dauſio, ex reſponſo Apollinis vt l. 1. 21. 7. Bün.

h) infantes profecrabant] Seruo: profecrabant. conf. c. 37. 5. Plura ad Lact. 3. 20. 16. et ad L. 4. 27. 5. et hic Dauſius. Bün.

i) et non exſtat in MS. Pfaffius. Antea editum: ſed et. Poſteſt ET, quia non exſtat in MS. abeſte: ſæpe enim ab ipſo Cicerone, quum non modo præceſſit, ſed, omiſſo etiam, et, ponitur. Conſenſu librorum lib. 10. Fam. ep. 6. extr. non modo dignitas nulla erit, ſed erit ſumma deformitas: et pro Lege Manil. c. 18: multo maxima parte non modo utilitatis, ſed dignitatis atque imperii caruit. ad Quir. poſt redit. c. 8: non modo non: infractio animo - ſed confirmato. Parad. 5. 2. non modo ſeruum, ſed nequiſſimum ſeruum - puſo. obſeruaui ad Lact. lib. 1. Inſtit. c. 9. n. 4. addo Popmam ad Cic. ad Attic. lib. 16. ep. 15. p. 765. et Lact. lib. 1. c. 10. n. 5. L. 4. c. 11. 3. L. 5. 17. 13. et lib. 6. c. 20. n. 33. de Mortibus Perſ. c. 10. n. 4. c. 15. n. 1. Bün.

k) in quibus] vid. l. 1. 21. 16. puta ſacris, quæ vox forte poſt his ex-cidit. Bün.

l) MS. iam putatis. Pfaffius

m) amputatis] Heumannus cum Anon. Brit. aut amputatis. Bün:

n) MS. ſectis umoris. Pfaffius.

gunt. Sed hæc crudelia. Veniamus ad mitia. Ifidis sacra nihil aliud ostendunt, nisi quemadmodum filium paruum, qui dicitur Osiris, perdiderit et inuenerit. Nam primo sacerdotes ac ministri, deorsum omnibus membris, rursusque pectoribus^o, plangunt, dolent, quærent, adfectum matris imitantes; postmodum puer per Cynocephalum inuenitur. Sic luctuosa sacra lætitia terminantur. His etiam Cereris simile mysterium est, in quo, facibus accensis, per noctem Proserpina inquiritur, et ea inuenta ritus omnis gratulatione ac tædarum iactatione^p finitur. Lampfaceni asellum Priapo mactant. Ea enim visa est aptior victima, quæ ipsi, cui mactatur, magnitudine virilis obsceni^q posset æquari. Lindos est oppidum Rhodi^r, vbi Herculis sacra maledictis celebrantur^s. Hercules enim quum boues aratori abstulisset atque immolasset, ille iniuriam suam^t conuiciis vltus est, eoque ipso sacerdote postmodum constituto, sanctum^u est, vt

iis-

^o) *tunsis-pectoribus*] L. 1. Inst. c. 21. 20. not. sacerdotes eius (Ifidis) deglabrato corpore sua pectora tundunt. Lamprid. in Commodus c. 9. Sacra Ifidis coluit, vt et caput raderet et Anubin portaret. Bellona seruiens vere exsecrare brachium præcepit studio crudelitatis. Ifiacos vero pineis vsque ad perniciem pectus tundere cogebat. Büñ.

^p) *tædarum iactatione*] Lib. 1. c. 21. n. 24: sacra eius ardentium tædarum iactatione celebrantur. Illustrat Gronou. ad Senec. Agamemn. Act. 2. v. 352. Dauisius vero nostrum castigat, neque gratulationem in Cereris sacris prorsus luctuosus locum habuisse docet. Büñ.

^q) *virilis obsceni*] obscenum virile est pars virilis, quæ etiam eleganter obscenum absolute dicitur, vti monstrat pluribus Burmannus ad Ouid. 6. Fast. 631. p. 420:

Hic inter cineres OBSCENI
forma VIRILIS.

Hunc locum hic Lactantius expressit. Idem L. 1. Instit. 21. 23: de obsceni magnitudine. Apuleius in Apol. p. 297: marina obscena. Pompon. Mela L. 3. c. 7. 30: pars nudi agunt, pars tantum obscena velati. Hoc sensu Arnobius L. 5. ed. in 8. p. 194: obscenitas. Büñ.

^r) MS. Rhodii. Pfaffius.

^s) MS. celebratur. Pfaffius.

^t) *iniuriam suam conuiciis vltus*] L. 1. 21. 34: iniuriam SVAM (sibi illatam) maledictis vltus est. Passius ita voce INIVRIA sæpe vititur, e. g. l. 2. 4. 23: *seuiunt, ne si deorum iniuriam non vindicauerint, ipsos expectant poena.* L. 5. 20. 9. Büñ.

^u) *sanctum est*] Cic. 2. Leg. 5: *quæque ita composita sanctaque essent, eas leges nominarunt.* pro Balbo c. 7: *qua lege videmus satis esse sanctum.* Tacitus L. 6. Annal. 16. 3: *duodecim tabulis sanctum.* Büñ.

^x) *firi-*

iisdem maledictis et ipse et alii postea sacerdotes sacra celebra-
rent. Cretici autem Iouis mysterium est, quomodo infans 10
aut subtractus sit patri, aut educatus. Capella præsto est,
cuius vberibus puerum Amalthea nutriuit. Idem etiam ma- 11
tris deum sacra demonstrant. Nam quia tum Corybantes ga-
learum tinnitibus et scutorum pulsibus vagitum pueri texerant,
nunc imago rei refertur in sacris, sed progaleis cymbala, pro
scutis tympana feriuntur*, ne puerum vagientem Saturnus ex-
audiat?'

CAPVT XXIII. *

Hæc sunt mysteria deorum. Nunc etiam originem religio- 1
num requiramus, vt et a quibus et per quæ tempora in- 2
stitutæ fuerint, eruamus. Didymus in iis libris, qui in- 3
scribuntur ἐξηγήσεως πινδαρικῆς^b, Melissea^c fuisse tradit Cre-
tensium regem, cuius filia fuerint Amalthea et Melissa^d, quæ
Iouem nutrierint caprino lacte ac melle^e. Hunc nouos ri- 3
tus ac pompas sacrorum introduxisse, et primum diis sacrifi-
casse, id est, Vestæ^f, quæ dicitur Tellus, vnde poeta 5:

primamque deorum

Tellurem,

et postmodum *deum matri*. Euhemerus autem in sacra 4
historia^b ipsum Iouem dicit, postquam imperium ceperit,
sibi

x) *feriuntur*] Ita pro *feruntur* in Pfaff. ed. legendum. Patet ex cita-
to Ouidii loco in Lact. 1. 21. 40: *Pars clypeos sudibus, galeas pars tundi-
dit inanes.* adde reliquos versus.
Bün.

y) *exaudiat*] *eleganter pro audiat.*
Bün.

a) Cap. XXIII. ex lib. 1. c. 22. et
c. 23. Bün.

b) MS. habet: ἐξηγήσεως πι-
νδαρικῆς, ex quo patet ignoran-
tia librarii Græca nescientis. Pfaff.

c) MS. habet *Mellisa*. Pfaffius.

d) MS. *Fellisa*. Pfaffius.

e) *lacte et melle*] His enim primis
infantes erant nutriti. vide I. B.
Cotelerium ad Barnabæ c. VI. *Da-
vis.* adde, quæ dixi ad L. 1. Instit.
22. 19. (t) p. 154. Bün.

f) *et primum diis - Vestæ*] Malim:
et diis sacrificasse, id est, Vestæ - et
postmodum *deum matri*. Sic enim,
opinor, sententia recte procedet et
ordine; alioqui vero perturbatior
videtur. vide Lact. Diu. Inst. 1. 22.
28. *Davis.*

g) *poeta*] Virg. 7. Aen. 136. Bün.

h) MS. *storia*. Pfaffius.

sibi multis in locis fana posuisse. Nam circuiens orbem, ut quemque ⁱ ^k in locum venerat, principes populorum amicitia sibi et hospitii iure sociabat. Cuius rei ut posset memoria seruari, fanum sibi creari ^l iubebat atque ab hospitibus suis annua festa celebrari. Sic per omnes terras cultum sui nominis seminavit ^m. Quando autem isti ⁿ fuerint ^p, facile colligi potest. Scribit enim Thallus in historia sua, Behum ^q regem Asfyriorum, quem Babylonii colunt, quique Saturni fuerit æqualis et amicus, antiquiorem fuisse Troico bello annis CCCXXII. et sunt ab Illo capto anni M. CCCCLXX. Vnde adpareret, non amplius quam M. DCCC. esse annos, ex quo ^r novis ^s deorum cultibus institutis, humanum genus inciderit in errorem.

CA-

i) i. e. quemcumque. Pfaffius.

k) ut quemque] Sic recte legi notauit ad lib. I. c. 22. n. 22. Büñ.

l) fanum sibi creari] Lib. I. c. II. n. 63. notauit. Büñ.

m) cultum sui nominis seminavit] Clericus Biblioth. A. et N. T. XI. p. 195. et Heumann. cultum sui NVMINIS corrigunt. Ipse Laët. L. I. 23. 26. ita: religionem cultus sui seminavit. conf. L. 4. 10. 3. L. 4. 25. 2. Büñ.

n) hospites innuit. Pfaffius.

o) isti] Non hospites Iouis, ut Pfaffius; sed ipsum Iouem et Melisea denotari puto. Dauisius. At hæc possunt coniungi. Nam HOSPITES quoque hic designari et amicos Saturni et Iouis, produnt sequentia de BELO. conf. lib. I. c. 22. et 23. Büñ.

p) fuerint] i. e. vixerint, ut apud Ciceronem, sic sæpe in Laët. h. I. c. 7. pr. Hercules per qua tempora fuerit quis ignorat. Libr. I. Instit. c. 9. n. 10: unde quo tempore fuerit, (Hercules) adpares. Lib. I. 22. 17: et

fuit (Orpheus) per eadem fere tempora, quibus Faunus. c. 23. n. 1: tempora colligamus, per qua fuerint illi, quorum memoria colitur. Lib. 2. c. 10. n. 12: siquidem Iouis temporibus fuit (Prometheus). Lib. 4. c. 5. n. 4: tempora, per qua quisque illorum (prophetarum) fuerit, diligentissime inquirere. Alia; Buclnerus ad Plin. L. 8. ep. 5. pr. Idem de Commut. Rat. dicendi c. 3. p. 56. de Metalepsi. Ita orditur Prudentius præfationem:

Per quinquennia iam decem
Ni fallor, fuimus; septimus
insuper

Annum cardo rotat, dum
fruihur sole volubili.
Büñ.

q) MS. Bellum. Pfaffius.

r) ex quo] vid. not. ad L. 7. 14. 4: multa millia seculorum, ex quo. Seneca epist. 115: qua (pecunia) EX QVO in honore esse cepit, verus rerum honor secidit. Büñ.

s) nobis extat in MS. littera enim v, semper fere per b exprimitur. Pfaffius.

a) Cap.

CAPVT XXV. ^a

Merito igitur poetæ commutatum esse aureum sæculum me-
 morant, quod fuerit regnante Saturno. Nulli enim tunc
 dii colebantur, sed vnum et solum Deum nouerant. Post-
 quam se terrenis ac fragilibus subiugauerunt, colentes ligna
 et æra et lapides, commutatio sæculi facta est vsque ad ferrum.
 Amisssa enim Dei notitia, et vno illo vinculo humanæ societa-
 tis abrupto, vastare se inuicem, prædari, ac debellare cœpe-
 runt. Quod si sursum oculos suos tollerent, ac Deum intue-
 rentur, qui eos ad adspæctum cæli sui que excitauit, numquam
 se curuos et humiles facerent terrena venerando, quorum
 stultitiam Lucretius grauitè inculcat, dicens:

Et faciunt animos humiles formidine diuum,

Depresfosque premunt ad terram,

qua reddunt ^{b. c.} Nec intelligunt quam vanum sit ea time-
 re, quæ feceris, aut ab his aliquod sperare præsidium, quæ
 muta et insensibilia nec vident nec audiunt supplicantem.
 Quid ergo maiestatis aut numinis habere possunt, quæ et fuc-
 runt in hominis potestate ne fierent, aut vt aliud fierent, et
 sunt etiam nunc. Nam et violari et furto sublabi ^d possunt, ⁷
 nisi illa et lex sepiat et humana custodia. Num igitur mentis
 suæ compos videri potest, qui talibus optimas ^e victimas cæ-
 dit,

^a) Cap. XXV. ex l. 2. capitibus 1 - 4.
 Bün.

^b) Hæc verba, quid sibi velint,
 diuinare non possum. Locus cubat
 in mendo. Pfaffius.

^c) *qua reddunt*] Datis. *quare ce-
 lunt, nec intelligunt.* Cleric. Bibl. A.
 et N. T. XI. p. 196: *in qua repunt,
 Heumann. Quare nec intelligunt* tentant.
 Ego coniiicio: *quare credunt,
 nec intelligunt*; nisi malis: *qua re
 produnt, nec intelligunt.* Bün.

^d) *furto sublabi*] Ita volente Pfaf-
 fio legendum, qui notam suam in
 Parisiensi deletam voluit; vnde in
 Paris. Walch. Dauisii edd. prauè:
sublati. Hæc illustres ex lib. 2. 4. 5;

*plerumque (nisi sua illis magnitudo
 subuenerit, aut custodia diligens sepe-
 rit,) in prædam furibus cedunt.* Heu-
 manno Pfaffii prior coniectura sub-
 trahi recta visa. Dauisius tentat:
*nam esse violati et furto sublati pos-
 sunt.* Bün.

^e) *optimas victimas cedit*] Forfan
 opimas legendum. Pfaff. Vt præfe-
 ram cum Pfaffio et Dauisio: OPIMAS,
 quomodo et Heumannus rescripsit,
 facit locus, vnde hæc breuiata, lib. 2.
 c. 4. n. 15: *his opimas et pingues ho-
 stias immolant -- his peplos et indu-
 menta pretiosa -- his aurum et argen-
 tum consecrant;* et lib. 6. c. 2. pr.
 Senec. Herc. Fur. IV. 922:

dit, dona consecrat, pretiosas vestes offert, quasi vti possint *f*,
 8 qui motu carent? Merito ergo Dionysius Siciliae tyrannus
 deos Graeciae, quum eam victor occupasset, spoliavit atque
 derisit, et post sacrilegia, quae admiserat, ad Siciliam prospe-
 9 ra navigatione remeavit, regnumque tenuit vsque ad senectu-
 tem, nec eum dii violati puniri *g* potuerunt. Quanto satius
 est, *h*pretis inanibus, ad Deum se conuertere, tueri statum,
 quem a Deo acceperis, tueri nomen. Idcirco enim *ἀνθρώπος*,
 10 quia sursum spectat, nominatur. Sursum autem spectat,
 qui Deum verum et viuum, qui est in caelo, suspicit, qui ar-
 tificem, qui parentem animae suae non modo sensu ac mente,
 11 verum etiam vultu et oculis sublimibus quaerit. Qui autem
 se terrenis humilibusque subternit, utique illud, quod est in-
 ferius, sibi praefert. Nam, quum ipse opus Dei sit, simula-
 crum autem opus hominis, non potest humanum opus diui-
 no anteponi, et sicut Deus hominis parens est, ita simulacri
 homo. Stultus *b* igitur et amens, qui adorat, quod ipse fa-
 12 bricauit. Cuius artificii detestabilis et inepti auctor fuit
 Pro-

- - VICTIMA haud vlla am-
 plior

Potest, magisque OPIMA
 maclari Iouis,

Quam rex iniquus.

vbi vide Delrium. et Oedip. II.
 303:

OPIMA sanctas victima ante
 aras stetit.

licet non nesciam, If. Vossum ad
 Melam lib. 3. c. 2. ex MSS. defende-
 re: ut hominem optimam et gra-
 tissimam diis victimam caderent, et
 in Minuc. Fel. c. 32: Qui hominem
 periculo surripit, optimam victimam
 cadit. et Fest. p. 308: Optatam hos-
 tiam, alii optimam adpellant eam,
 quam adilis trib. constitutis hostiis
 optat, quam immolari velit. Bün.

f) lege: vti eis possint. Pfaffius.
 eis potest abesse, iudice Dauisio.
 Bün.

g) nec eum dii violati puniri po-

tuerunt] Pfaffius correctum voluit
 punire, vbi in Parisiensi erat: puniri.
 Sed illud puniri rectum, si modo sit
 in. MS. Ita enim aliquoties Cice-
 ro, cuius exempla Abramus collegit
 ad Orat. pro Milone c. 13: cuius in
 inimicissimum multo crudelius etiam
 punitus es. confer Vos. de Analoga
 lib. 3. c. 5. p. 23. Dauisius confir-
 mat porro ex Nonii c. VII. §. 27.
 et 97. adde Apuleii Metam. L. 8.
 p. 207: Punita sum funestum nuptia-
 rum mearum pradonem. Plura Heu-
 fingerus ad Vechner. L. I. P. I. c. 8.
 p. 98. (d). Bün.

h) et sicut Deus - homo. Stultus]
 Heumanno iudice Anonymus Bri-
 tannus hunc locum feliciter emen-
 dat ita: et, si, ut Deus hominis pa-
 rens est, ita simulacri homo, stultus
 igitur. Dauisius ita interpungit: an-
 teponi. Et sicut - homo. Bün.

i) vi-

Prometheus, patruo Iapeto natus. Nam quum primum Iuppiter, summo potitus imperio, tamquam Deum se constituere vellet, ac templa condere, et quæreret aliquem, qui humanam figuram posset exprimere, tunc Prometheus extitit, qui hominis effigiem de pingui luto figuraret, ita verisimiliter, vt nouitas ac subtilitas artis miraculo esset. De- 13
nique illum et sui temporis homines, et postea poetæ, tamquam fictorem veri ac viui hominis prodiderunt, et nos, quoties fabrefacta signa laudamus, viuere illa et spirare dicimus. Et hic quidem auctor fuit fictilium simulacrorum. Sequentes 14
autem posteri et de marmore sculpsērunt, et ex ære fuderunt: deinde processu temporum ex auro et ebore accessit ornatus, vt non modo similitudines oculos hominum, verum etiam fulgor ipse præstringeret. Sic illecti pulchritudine, ac veræ 15
maiestatis obliti insensibilia sentientes, irrationabilia rationabiles^k, exanima viuentes colenda sibi ac^l veneranda duxerunt.

CAPVT XXVI.^a

Nunc refellamus eos etiam, qui elementa^b mundi tamquam 1
deos habent, id est, cælum, solem atque lunam, quorum
rum

i) *viuere illa et spirare*] Græuius ad Lucian. tom. 2. p. 900: *Signa viuere dicuntur et spirare, quum singulari artificis ingenio sic ficta sunt, vt videantur non statua esse, sed viua animantia.* Claud. IV. Consul. Honorii, quamuis ibi loquatur de vestibus acu pictis:

Vinit opus - -

Et variis spirat Nereia bacca figuris.
Videtur mihi Lactantius respexisse ad Virg. 3. Georg. v. 34:

Stabant et Paris lapides spirantia signa.

Ita etiam Arnobius L. 6. ed. in 8. p. 239. adde Morhof. Polyh. part. 1. lib. 3. c. 11. p. 657. et Barthium ad Claudian. de Laudibus Stiliconis lib. 4. v. 612. p. 353. 354. et ad Stat. 1.

Silu. III. v. 47. p. 102. ad 1. Theb. 547. p. 185. loco priori multa huius generis obseruauit. Bün.

k) *irrationabilia rationabiles*] Ita legimus, et ita Pfaffius voluit. Perperam in Paris. et Walch. ed. *irrationabiles.* lib. 2. Instit. c. 2. 17: *Adorant insensibilia, qui sentiunt; irrationabilia, qui sapiunt: exanima, qui viuunt; terrena, qui oriuntur e cælo.* Huc respexit. Nescio, vnde Heumannus sciat in MS. esse *irrationabiles.* Bitn.

l) MS. *ai.* Pfaffius.

a) Cap. XXVI. ex libro 2. c. 5. Bün.

b) *elementa*] i. e. partes principales, lib. 1. c. 5. n. 7. notauit. Bün.

c) *con-*

rum artificem non cognoscentes, ipsa opera mirantur et adorant. Qui error non imperitorum modo, verum etiam philosophorum est; siquidem Stoici vniuersa caelestia in deorum numero habenda censent, quia certos et rationabiles motus habent, quibus succedentium sibi temporum vicissitudines constantissime seruant^c. Non est igitur in his voluntarius motus, quia praestitutis legibus seruiunt^d, non proprio vtique sensu, sed opificio summi conditoris, qui illa sic ordinauit, vt inenarrabiles^e cursus et certa spatia conficerent, quibus dierum ac noctium, aestatis et hiemis alterna variarent. Quod si effectus eorum, si meatus^f, si claritatem, si constantiam, si pulchritudinem admirantur, intelligere debuerunt, quanto his pulchrior et praeclearior et potentior sit ipse conditor, atque artifex eorum Deus. Sed illi diuinitatem humanis visibus aestimauerunt, ignorantes nec aeternum esse posse, quod veniat sub aspectum; nec quod sit aeternum, posse oculis mortalibus comprehendi.

CAPVT XXVII.^a

Vnum et vltimum restat, vt, quoniam plerumque accidit, sicuti in historiis legimus, vt maiestatem suam dii ostendisse videantur per auguria, per somnia, per oracula, tum etiam poenis eorum, qui sacrilegia commiserant, doceam, quae ratio

^c) *constantissime seruant*] Lege *seruantur*, inquit Dauisius. At nulla hic opus mutatione. Tribuit enim ipsis astris, quod *SERVENT* motibus suis has temporum vicissitudines. Hinc mox: *Quibus dierum ac noctium* -- *ALTERNA VARIARENT*, et lib. 2. 5. 17: *quomodo in consuecendis itineribus constantiam suam seruant? nimirum Deus sic illa* -- *machinatus est, vt per spatia cali-decurrerent AD EFFICIENDAS succedentium sibi temporum VARIETATES.* Büñ.

^d) *praestitutis legibus seruiunt*] not. L. 2. 5. 14. Büñ.

^e) *inenarrabiles cursus*] Posit aliquis suspicari legendum: *inerrabiles cursus*, quia proxime sequitur: *et certa spatia.* conf. L. 2. c. 5. n. 12. Sane, quod post aliquot annos demum video, Dauisium omnino ita rescribendum probare. Sic Augustin. 7. Ciuit. Dei c. 15: *vbi constantior motus inerrabilem meatum fideribus praebet.* Büñ.

^f) *meatus*] eleganter, vid. not. lib. 3. c. 5. n. 2. Büñ.

^a) Cap. XXVII. ex lib. 2. c. 7. 8. vsque ad cap. 14. Büñ.

ratio id effecerit, ne quis etiam nunc in eosdem laqueos incidat, quos^b illi veteres inciderunt. Quum Deus pro virtute maiestatis suæ mundum de nihilo condidisset, cælumque luminibus adornasset, terram vero et mare complesset animabilibus, tum hominem, de limo ad imaginem similitudinis suæ figuratum, inspiravit ad vitam, posuitque eum in paradiso, quem conseruat omni genere fructiferi ligni, et præcepit ei, ne vna ex arbore, in qua posuerat ei^c, scientiam boni malique, gustaret, fore interminatus, vt vitam perderet, si fecisset, si vero mandatum seruaret, immortalis permaneret. Tum serpens, qui erat vnus ex Dei ministris, inuidens homini, quod esset immortalis effectus, illexit eum dolo, vt mandatum Dei legemque transcenderet. Et hoc modo scientiam quidem boni ac mali accepit, sed vitam, quam perpetuam Deus tribuerat, amisit. Eiecit ergo peccatorem de sancto loco, et in hunc orbem relegauit, vt victum quæreret per laborem, vt difficultates et ærumnas pro merito sustineret, ipsumque paradysum vallo igneo circumfudit, ne quis hominum ad diem vsque iudicii ad locum illum perpetuæ beatitudinis conareretur irrepere^d. Tum secuta^e est hominem mors ex Dei sententia, et tamen vita eius, licet temporalis esse cœpisset, in mille annis terminum sumisit, et id fuit humanæ vitæ spatium

b) id est: in quos. Pfaff. quod adprobat Heumann. At præpositio sollet in eiusmodi verbis interdum omitti. Sic Lactant. Placid. Narr. Fabul. lib. 1. fab. 10: *ne puella Iunonis iram incideret.* lib. 14. fab. 1: *amorem incidit.* notauit plura Munkerus ibid. p. 195. et p. 282. Vulcat. Gallic. in Auid. Basf. c. 2: *ipse sponte sine nostra crudelitate fatales laqueos incidit,* et Lips. sec. ad Lact. lib. 3. c. 18. n. 1: *inciderunt veritatem.* Plura ad Lact. 2. 7. 23. et L. 5. 7. 7. adnotauit. Bün.

c) in qua posuerat ei] Pronomen ei deletum vult Dauisius. Certe si-

ne hoc pronomine L. 2. 12. 16: *in qua posuerat insipientiam boni et mali.* Bün.

d) *conaretur irrepere*] Anonymus Britannus corrigit *irrumperere*, cui Heumannus adsentitur: atque haud raro *reperere* et *rumperere* in MSS. confundi, docet Drakenb. ad Sil. Ital. L. 13. 332. p. 656. in Lact. L. 2. 12. 19: *ne homo possat accedere.* Forte *irrepere* seruandum quasi *clanculario.* vid. Barth. ad Claudian. 1. Eutrop. 146. p. 1306. et interpretes ad Petron. c. 87. Bün.

e) *Tum secuta est*] *Tum* est ex MS. additum, monente Pfaffio. Bün.

f) *quò*

- tium vsque ad cataclysmi tempus. Nam post diluuium paullatim vita hominum breuiata, et ad annos centum viginti redacta est. Serpens vero ille, qui de factis diabolus, id est, criminator ^f siue delator nomen accepit, non destitit, 6 femē hominis, quem a principio deceperat, persequi. Denique eum, qui primus in hoc orbe generatus est, inspirato liuore ^{g·b}, in cædem fratris armauit; vt de duobus primogenitis hominibus alterum exstingueret, alterum faceret parricidam. 7 Nec quieuit deinceps, quo minus per singulas generationes pectoribus hominum malitiæ virus infunderet, eos ⁱ corrumpere, deprauare, tantis denique sceleribus obrueret, vt iustitiæ iam rarum ^k esset exemplum, et ^l viuerent homines ritu belluarum. 8 Quod Deus quum videret, angelos suos misit, vt vitam hominum excolerent ^m, eosque ab omni malo tuerentur. His mandatum dedit, vt se terrenis abstinerent, ne qua labe maculati honore angelico mulctarentur. 9 Sed eos quoque idem ille subdolos criminator, dum inter homines commorantur, illexit ad voluptates ⁿ, vt se cum mulieribus inquinarent. Tum damnati sententiâ ^o Dei, et ob peccata proiecti, et nomen angelorum et substantiam perdiderunt. 10 Ita diaboli satellites facti, vt habeant ^p solatium perditionis ^q suæ,

f) qui-diabolus, i. e. criminator siue delator nomen accepit] Vel legendum: nominari cæpit; vel potius: diaboli, id est, criminatoris siue delatoris nomen accepit etc. Dauisus. Placet posterius; sic lib. 2. 5-39: qua-Dei nomen accipere non possunt. Bün.

g) libere. MS. Pfaffius.

h) liuore] Ita recte correctum. conf. L. 2. 8. 4-5: suapte inuidia, samquam veneno, infectus est - Vnde adparet, cunctorum malorum fontem esse liuorem. Bün.

i) eos non extat in MS. Pfaffius. iudice Dauisio eos potest abesse. Bün.

k) MS. rerum. Pfaffius.

l) MS. sed. Pfaffius. Illud sed Dauisus seruat. Bün.

m) excolerent] Cic. 1. [N. D. 41: Cur deos ab hominibus colendos dicas, quum dii homines non COLANT. vbi Gronouius ex Ouid. 8. Met. 724: - - qui coluere, coluntur. Bün.

n) MS. voluntates. Pfaffius.

o) MS. sententiam. Pfaffius.

p) vt habeant] Sic Pfaffius ex MS. iussit resciri pro edito vt haberent, quod tamen rectius puto. Bün.

q) solatium perditionis suæ] L. 2. 14. 3-11: Sic eos diabolus ex angelis Dei suos fecit satellites ac ministros - Hi perditii per omnem terram vagantur et solatium perditionis suæ perdendis hominibus operantur. Bün.

r) Se

suæ, ad perdendos homines conuerterunt^r, quos vt tuerentur, aduenerant.

CAPVT XXVIII.^a

Hi sunt dæmones, de quibus poetæ sæpe in carminibus suis loquuntur, quos custodes hominum adpellat Hesiodus^b. Ita enim persuaserunt hominibus illecebris atque fallaciis suis, vt eosdem deos esse crederent. Denique Socrates habere se a prima pueritia custodem, rectoremque^c vitæ suæ dæmonem prædicabat, sine cuius nutu et imperio nihil agere posset. Adhærent ergo singulis, et sub nomine Geniorum³ aut Penatium domos occupant. His sacraria constituuntur; his quotidie libatur vt laribus; his honos datur tamquam malorum depulsoribus; hi a principio, vt auerterent homines a Dei veri agnitione, nouas religiones et cultus deorum introduxerunt; hi^d memorias regum mortuorum consecrari, templa constitui, simulacra fieri docuerunt, non vt honorem^e Dei minuerent, aut^f suum auerterent, quem peccando amiserunt^g, sed vt vitam hominibus eriperent, spem^h veræ lucis auferrent, ne homines, vnde illi exciderunt, ad immortalitatis cæleste præmium peruenirent. Iidemⁱ astrologiam⁵ pro-

r) Se non extat in MS. Pfaffius.

s) conuerterunt] In MS. se non habetur. Rectissime, vnde denuo cieci. *Vertere enim et conuersere sæpe absolute ponuntur.* Sallust. Bell. Catilin. c. 6: *Post ubi imperium regium, quod initio conseruanda libertatis atque augenda Reipubl. causa fuerat, in superbiam dominationemque conuertit.* c. 52: *na ista vobis mansuetudo et misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam vertet.* Bell. Iugurth. c. 85: *mibi bene facere iam ex consuetudine in naturam vertit.* Multis exemplis hæc loca confirmant Manutius, Riuus h. l. et Vechner. Hellenol. lib. 1. c. 6. p. 37. sq. et longe plures, adde Dauisium in nostro loco. Bün.

a) Cap. XXVIII. ex lib. 2. c. 14-16. Integrum hoc caput egregie illustrat Augustini tractatus de Diuinatione dæmonum. Operum T. 6. ed. Venet. f. 505. seqq. Bün.

b) Hesiodus] Oper. et Dier. v. 122. *Φύλακας θνητῶν ἀνθρώπων* adpellat. Bün.

c) MS. Rectorem quæ. Pfaffius.

d) MS. his. Pfaffius.

e) non vt honorem] Lib. 2. 16. 9-10. Bün.

f) MS. haust. Pfaffius.

g) amiserunt] Heumann. rescript: amiserant. Bün.

h) spem] forte: et spem. Bün.

i) MS. Idem. Pfaffius.

Kkkk

k) MS.

prodiderunt, et auguratum, et aruspicinam, quæ quum per se falsa sint, tamen ipsi, auctores malorum, sicea gubernant, sic temperant, vt vera credantur. Ipsi etiam magicæ artis præstigias ad circumscribendos^k oculos repererunt. (Illorum adspiratione fit, vt quod fit, non esse, et quod non fit, esse videatur^l). Ipsi necyomantias^{m. n.}, ipsi sortes et oracula^o, vt mentes hominum per ambiguos exitus mentita diuinatione deludant^p. In templis vero et sacrificiis omnibus præfentes adsunt, et prodigiis quibusdam fallacibus editis miraculum præsentium, sic homines circumueniunt, vt inesse numen simulacris et imaginibus credant. Irrepunt etiam corporibus^q, vt spiritus tenues, vitiatisque membris morbos conciant, quos sacrificiis votisque placati^{r. s.} postmodum relaxent; somnia immittunt, aut plane terrores^t, vt ipsi rogentur, aut quorum exitus respondeant veritati, vt venerationem sui augeant. Nonnumquam etiam in sacrilegos edunt aliquid vltionis, vt quisquis viderit, timidior ac religiosior fiat. Sic fraudibus suis obdlexerunt humano generi tenebras;

VT

k) MS. *circumscribendas*. Ita habet MS. quem in textu correximus. Pfaffius.

l) (Illorum - videatur)] Signa parentheseos ex mente Dauisii addidi. Egregie hæc illustrantur ex L. 2. 14. 10. Bün.

m) MS. *necyomantias*. Pfaffius.

n) *necyomantias*] Edidi vt in MS. legitur: *necyomantias*, pro Pfaff. emendatione: *necromantias*. notauit ad Laët. L. 2. 16. 1. Bün.

o) *inuenerunt* non extat in MS. Pfaff. Post verbum *oracula* deleuit *inuenerunt* Dauisius, et ex antecedentibus repetit: *repererunt*. recte. Bün.

p) *deludant*] Rectius: *deluderent*, ne in temporum peccetur rationem. Dauis.

q) *irrepunt - corporibus*] L. 2. 14. 14:

insinuans se corporibus et occulte - valetudinem viciant, morbos citant, somniis animos terrent, mentes furoribus quatunt. Bün.

r) MS. *placatis*. Pfaffius.

s) *placati*] Recte correxit Pfaffius L. 2. 16. 19: *videri volunt id PLACATI aueruisse*, et n. 13: *qua pericula-SACRIFICIIS PLACATI auerterunt*. Bün.

t) *plane terrores*] Nihil felicius emendatione Dauisii, plena terroris legentis, nam L. 2. 14. 14: *somniis animos terrent*, ita sequentia bene fluunt, vbi Heumanus: VTQVE CVM exitus responderit veritati, edebat ex ingenio. Exitus respondet veritati, verbis Plinii L. 7. Hist. Nat. c. 16: *veridico EXITV CONSECVTO*. Bün.

u) ve-

vt, oppressa veritate, summi ac singularis Dei nomen in obliuionem veniret *.

CAPVT XXVIII. *

Sed dicit^b quispiam: Cur ergo verus ille Deus patitur hæc fieri? An^c potius malos vel summouet vel exstinguit? Cur vero ipsi Δαίμονιαρχῆν^{d. e} a principio fecit, vt esset, qui cuncta corrumpere, cuncta disperderet. Dicam breuiter, cur hunc talem esse voluerit. Quæro, vtrumne virtus bonum sit, an malum? Negari non potest, quin bonum. Si bonum est virtus, malum est igitur e contrario vitium. Si vitium ex eo malum est, quia virtutem impugnat, et virtus ex eo bonum est, quia vitium adfligit, ergo non potest virtus sine vitio consistere, et si vitium sustuleris, virtutis merita tollentur. Nec enim potest vlla fieri sine hoste victoria. Ita fit, vt bonum sine malo esse non possit. Vidit hoc Chrysipus, vir acris ingenii, de prouidentia disserens, eosque stultitiæ redarguit^f, qui bonum quidem a Deo factum putant, malum autem negant. Huius sententiam interpretatus est Agellius in libris noctium Atticarum^g, sic dicens: *Quibus*

notæ

n) *veniret*] Dauisius, adproban- te Anon. Britanno: *venerit*. Serno cum Heumanno: *veniret*. Bün.

a) Cap. XXVIII. ex l. 2. c. 17. Bün.

b) *Sed dicit*] *Lege sed dicat*, vel *dicet*. Dauisius. Heumannus *dicet* edidit. Nam lib. 2. 17. 1: *Dicet aliquis: Cur ergo Deus hac fieri patitur.* conf. Epit. c. 11. pr. Sine vlla tamen variatione codicum legitur in presenti indicatiui. de Ira c. 16. 1: *Quæris quispiam, quæ sit ista materia? quum ibidem c. 15. 1. dixisset: Hic fortasse querat aliquis, unde ad hominem peccata peruenerint?* lib. 4. 26. 29: *Dicat fortasse aliquis, cur si - mori voluit, non - adfectus est?* lib. 1. 3. 14: *Dicat fortasse aliquis etc.* Rectius igitur DICIT et hic seruat. Bün.

c) *An hic idem est ac cur non.* Pfaffius. Cum Dauisio corrige A C NON, nisi ex loco gemino a me vix citato malis NEC, aut quin, quod valet *cur non*, vti ad Castellion. Dial. Sacr. L. 1. Dial. 9. (b) p. 26. dixi. Bün.

d) MS. archen. Pfaffius.

e) Δαίμονιαρχῆν] Omnino cum Dauisio legendum ipse Δαίμονιαρχῆν vel *Demoniarchen*. ex lib. 2. 14. 6: *unde Trismegistus illum Δαίμονιαρχῆν vocat*, et c. 16. 12. Anonymus Britannus et Heumannus ipsum Δαίμονιαρχῆν legunt. Bün.

f) *eosque stultitiæ redarguit*] vid. not. L. 3. 1. 15. Bün.

g) *Agellius in libris noctium Attica-*

Kkkk 2

non videtur mundus Dei et hominum causa institutus, neque res humana prouidentia gubernari, graui se argumento uti putant, quum ita dicunt: Si esset prouidentia, nulla essent mala. Nihil enim minus aiunt prouidentia congruere, quam in eo mundo, quem propter homines^b fecisse dicatur (Deus^{i. k}), tantam
 6 vim esse arumnarum et malorum. Ad ea^l Chrysippus quum in libro περὶ προνοίας quarto disfereret: Nihil prorsus, inquit, istis insulsus^m, qui opinantur bona esse potuisse, si non essent
 7 ibidemⁿ mala. Nam quum bona malis contraria sint, utraque necesse est^o opposita esse inter se, et quasi mutuo aduersoque^p ful-

sicarum] Ex lib. 6. c. 1. Gratulamur Lactantio et Cl. Pfaffio, quorum opera nunc Gellii locus in omnibus adhuc scriptis et editis ἀξέφαλος integritati est restitutus. Defuerunt enim hæc verba: Quibus non videtur -- vsque ad ea: hominem fecisse dicatur. Curavi ut diuersis litteris imprimerentur. Quod ad vocem Agellius attinet, in utramque partem disputant eruditi. vide I. A. Fabricii Biblioth. Lat. lib. 3. c. 1. p. 508 (a) et in indice eiusd. Bibl. voc. Gellius, et in Suppl. ad h. l. p. 233. Ant. Bynæus in Somnio, cuius verba Menckenius in scito scripto de Charlataneria Eruditorum p. 76. dedit, controuersiam hanc non tanti esse iudicat. Bün.

b) quem propter homines] Editi ante: propter quem homines. Lego: quem propter homines. Non enim homines propter mundum, sed mundum propter homines factum fuisse censebant Stoici. Davis. Rectissime. Sic Lact. L. 7. 1. 3. 4: Quod et ipsi (Stoici) fasentur alias, quum hominum causa predicant esse fabricatum. n. 13: At iidem Stoici hominum, inquit, causa mundus effectus est, et n. 15--18. et NB. integro capite quarto ibidem. Bün.

i) Deus non extat in MS. Pfaff.

k) Deus] Quia non extat in MS.

neque in Gellii libris legitur, rectius abest et subauditur: prouidentia. Bün.

l) Ad ea] editi Gell. aduersus ea. Aduersus ab iis olim subornatum, qui nescierunt dici: disputare, disferere ad aliquid significare aduersus aliquid. obseruavi ad Lact. lib. 6. Infit. c. 22. n. 1. ad voluptates - disputare. Defendit quoque Dauisius. Bün.

m) Nihil prorsus, inquit, istis insulsus] Vulg. in Gellio vel addunt vel mutant: sic pro insulsus habent: inspidius. Iac. Gronouius rectum iudicabat insubidius, quod Carrio lib. 1. Emend. c. 12. in membranis hic et alibi in Gellio sic inuenerat, et est sane ea vox supra vulgi captum, nisi Lactantii est antiquior auctoritas præferentis: insulsus. Eadem fere deprehendes apud Dauisium, qui addit ex Gell. L. 16. c. 12. iterum legi: Nihil potest dici insulsus. Bün.

n) Forſan legendum est iidem. Pfaffius. Nihil mutandum. IBIDEM Gronouius ex MSS. ad Gellium restituit, etiam Dauisius seruat. Anon. Brit. et Heum. iidem. Bün.

o) utraque necesse est] Vide Patr. Gron. ad Gell. c. 1. Bün.

p) aduersoque] Hanc scripturam idem pater Gronouius præfert. Bün.

q) Nul-

sulta nisi consistere. Nullum adeo? contrarium est sine contra- 7
rio altero. Quo enim pacto iustitia sensus esse posset, nisi es- 8
sent iniuriæ: aut quid aliud iustitia est, quam iniustitiæ priva-
tio? Quid item fortitudo intelligi potest, nisi ex ignavia adpo-*
sitione, quid continentia, nisi ex intemperantia? Quo item* 9
modo prudentia esset, nisi forte contraria imprudentia? Pro-
inde, inquit, homines stulti cur non hoc etiam desiderant, ut
veritas sit, et non sit mendacium. Namque? itidem sunt bona
et mala, felicitas et importunitas, voluptas et do-*
lor.

q) Nullum adeo contrarium est] Lego: Nullum adeo (vna voce) contrarium est, atque sic optimi Gellii libri, neque scriptura MS. Taurinensis repugnat, quantum ex specimine potest cognosci. Male Pfaff. Walch. Heum. a Deo. Bün.

r) notandum, vuculas sit, non, non exstare in MS. codice. Pfaffius.

s) Quid item fortitudo intelligi potest nisi] MS. huius libri et codices Gelliani constanter: Quid item fortitudo intelligi potest (Gell. posset) nisi. et mox iterum Taur. quid continentia, nisi ex intemperantia? Gronovio probatur quod olim editum: qui item fortitudo intelligi posset, nisi qui continentia, ut qui sit quomodo, quod sequitur. sequor cum Davisio antiquisf. codd.

* ex ignavia adpositione] Gellii libri: oppositione, et præcessit opposita. Facile hæ voces permutantur. vide Lact. lib. 6. c. 18 n. 18. not. Bün.

t) nisi] in MS. Pfaffius.

u) nisi ex intemperantia] In Gellio est: ex intemperantia sc. oppositione, quod si MSti nisi retinetur, repeti debet: intelligi potest. Satis recte. Bün.

x) nisi forte contraria imprudentia?] In Gellio legimus: nisi foret contra imprudentia? Lego: nisi foret contraria imprudentia. Bün.

y) MS. Nam qua. Pfaff. Recte Namque emendatum, sic habet Gellius. Bün.

z) felicitas et importunitas] Libentissime docti ultimam vocem, tamquam veram, a Lactantio accipient; quum in Gellio in omnibus adhuc editionibus regnet vox insolens: infortunitas; ab alio, qui vim vocis importunitas non nouerat; subornata. Glosf. Philox. f. 118: importunitas σκαλιότης. σκαλιός, ut constat, est: sinister, insaufus. Hætenus repeto, quæ iam Anno ClO IO CCXVI. edideram speciminis loco in Miscell. Lips. T. 3. Obs. 59. p. 168. eadem fere Davisius h. l. in ed. Cant. 1718. adfert, atque pergit: τὰ μὴ αἰσῖα vero σκαλιὰ nominari docet Eustathius. Pariter Festus: SCAEVAM -- scriptores in mala (re) ponere consueverunt, ut apud Græcos inuenitur positum. Huc etiam adprime facit, quod habet Isidorus Orig. Lib. X. col. 1077. IMPORTVNVS, inquietus, quia non habet portum, i. e. quietem. Quum igitur importunus proprie sit, qui portu caret; huiusmodi vero homines præ ceteris miseri sint et infortunari, factum est, ut IMPORTVNITAS pro infortunio, species nimirum pro genere poneretur. His omnibus addo egregium locum

lor^a. Alterum enim ex altero, sicut Plato ait, verticibus inter se con-
 10 trariis deligatum^b, stuleris unum^c, abstuleris vtrumque. Vides
 ergo id, quod saepe dixi^d, bonum et malum ita sibi esse con-
 11 nexa, vt alterum sine altero constare non possit. Summa
 igitur prudentia Deus materiam virtutis in malis posuit^e, quae
 iccirco fecit, vt nobis constitueret agonem, in quo victores
 immortalitatis praemio coronaret.

CAPVT XXX.^a

1 **D**ocui, vt opinor, cultus deorum non modo impios, sed
 etiam vanos esse, vel quod homines fuerint, quorum
 memoria post obitum consecrata sit; vel quod^b simulacra ipsa
 insensibilia et surda sint^c, quia sunt ficta de terra, nec oportere

Arnobii L. 7. p. 218: Si TRISTIA atque IMPORTVNA DII pellunt, si ea, quae sunt iuxta atque AMICA largiuntur, vnde sunt mundo tanti tamque innumerabiles MISERI? vnde tot INFELICES lacrimabilem vitam in EXTREMA SORTE ducentes? adde reliqua. Arnobio c. l. importuna, tristitia, laeta, calamitates, suprema necessitates, infelicia, misera, sunt synonyma. Nihilominus Heumannus, quia Gellium constet esse nouatorem verborum, retinet: INFORTVNITAS. mihi vero non placet frugibus inuentis βαλανοφραγείν. Bün.

a) voluptas et dolor] Et hic ordo prioribus melius respondet, quam in Gellii editionibus: dolor et voluptas. Bün.

b) deligatum] Vide iterum Gellium. Bün.

c) stuleris unum, abstuleris vtrumque] Ita etiam Gronouius inuenit in MS. Regio, quod vtique praefendum receptae in Gellio: sustuleris unum. Inuenio quoque in editione Venet. 1500. fol. si stuleris: idem vero valet quod: si sustuleris.

notauit ad Lact. lib. 3. Instit. c. 22. n. 6. Sic Treb. Poll. in Trig. Tyrann. in Regilliano c. 10. fin. Fortuna - et bonos principes sulis. Bün.

d) quod saepe dixi] Id non saepe, sed semel tantum dixit. Lege minima mutatione: quod supra dixi. Davisius. At dixit non hic quidem, sed in aliis suis libris saepe, qui Pentadio non erant ignoti, vnde ad IPSOS hos SVOS LIBROS eum ablegavit in Epit. c. 5. fin. Bün.

e) Deus materiam virtutis in malis posuit] Quae hic et in toto hoc capite disputat de origine et necessitate mali, bene refutauit Pfaffius in discl. prelim. §. 19. et §. 20. Eadem habet Lact. lib. 6. c. 15. n. 9: posuitque materiam vitiorum in adfectibus, virtutis in vitiis, quae profecto nulla erit, aut in vsu esse non poterit, si desint ea, per quae vis eius aut adparet, aut constat. vbi noto. Bün.

a) Cap. XXX. ex lib. 2. c. 18. et 19. et lib. 3. c. 1. et 2. Bün.

b) MS. quot. Pfaffius.

c) insensibilia et surda] Mallem vt c. 25: insensibilia et muta, aut: insensibilia et bruta, i. e. vt L. 2. 17. 8.

omni

tere hominem, qui debeat spectare cælestia, terrenis se subiugare^d; vel quod spiritus, qui eas religiones sibi vindicant, incesti et impuri sint, et ideo Dei sententia condemnati ceciderint in terram, nec fas esse in eorum ditionem venire, quibus potior fis^e, si Deum verum sequi velis. Superest, ut, quoniam de falsa religione diximus, etiam de falsa sapientia disseramus, quam philosophi profitentur, homines summa quidem doctrina et eloquentia præditi, sed longe a veritate summoti, quia nec Deum, nec sapientiam^f Dei cognoverunt.

Qui licet sint arguti ac disertissimi, tamen quia humana est eorum sapientia, etiam cum his congregari non verebor; ut adpareat a veritate mendacium, a cælestibus terrena facile posse superari. Quid sit philosophia hoc modo definiunt: Philosophia est amor vel studium sapientiæ^g. Non est ergo^h ipsa sapientia, quia necesse est, aliud esse, quod amat, aliud, quod amatur. Si studium est sapientiæ, ne sic quidem philosophia sapientia est. Sapientia enimⁱ res est ipsa, quæ quæritur, studium vero, quod quærit. Ipsa igitur definitio, vel nominis significatio declarat, philosophiam non esse ipsam sapientiam. Dicam, ne^k studium quidem esse sapientiam,

omni sensu caveant. Immo insensibilia et terra sint. Nam c. l. quod. o. l. c. quoniam TERRA SINT. Bün.

d) terrenis se subiugare] Hoc verbum illustravi ad L. 7. 15. 15. Bün.

e) quibus potior sis] quos vincas et superes. Vetus Poeta apud Cicer. Tuscul. Disp. L. 4. c. 32: Qui plus pollet, potiorque est patre. Lact. 2. 17: quibus, si iustitiam sequare, potentior esse possis ex Dauisio. nostri magister Arnob. 2. p. 55: Vellam-same, quamam sis hac ratio, per quam sumus potiores animalium generibus cunctis? et iterum Lact. L. 7. 27. 9: quasumque hic expotuntur, non sanzum negligat sed et fugiat, potiorremque animam suam iudicet, quam bona ista fallacia etc. et Epit. 66. pr. Bün.

f) MS. sapientia. Pfaffius.

g) Philosophia est amor vel studium sapientia] Philosophiam studium sapientia vocat Cicero Off. lib. 2. c. 2. et sapientia amorem Seneca epist. 89. ac Augustinus contra Acad. L. 2. c. 3. Dauisius.

h) Non est ergo] Anonymus Britannus aliquid excidisse credit, rescribens: Si amor est sapientia, non est ergo. Ipsi Heumannus adsentit, et ego. Suadent verba alterius partis: Si studium est sapientia. Bün.

i) MS. autem. Pfaffius. Placet Pfaffii emendatio Dauisio, Heumanno et mihi. Bün.

k) sapientiam. Dicam, ne] Dauisius ita distinguit rectius: Sapientiam. Dicam, ne studium. vid. L. 3. c. 2. 7. 8. Antea: Sapientiam, di-
Kkkk 4 cam

tiæ, quo sapientia non comprehenditur. Quis enim studere
 6 dicatur ei rei, quam nullo modo possit attingere? Qui
 medicinæ, aut grammaticæ, aut oratoriæ studet, studiosus
 eius artis, quam discit, dici potest, vbi didicit, iam Medicus,
 iam Grammaticus, iam Orator dicitur. Sic oportuit et studio-
 7 sos sapientiæ, postquam didicissent, sapientes nominari. Quum
 autem studiosi sapientiæ, quamdiu viuant, vocentur, adpa-
 ret illud studium non esse, quod^l ad ipsam rem, quæ studio
 petitur, non potest perueniri, nisi forte qui ad finem vsque
 vitæ vt sapiant student, apud inferos^m sapientes erunt. Omni
 autemⁿ studio subiacet finis. Non est igitur id studium re-
 ctum, quod non habet finem.

CAPVT XXXI.^a

1 Præterea duo sunt, quæ cadere in philosophiam videntur,
 scientia et opinatio, quæ si auferantur, tota philosophia
 corrui. Atqui^b vtrumque philosophiæ ipsi philosophorum
 2 principes ademerunt. Scientiam Socrates, opinionationem
 fustulit Zeno. Videamus, an recte. Sapientia est^c, vt Cice-
 ro

ro

cam no studium distinguebatur.
 Bün.

l) quod ad ipsam rem - non potest
 perueniri] Anonymus Britannus et
 Helmannus correxerunt: QVO AD
 ipsam rem. Malo tamen QVOD pro
 QVIA hic seruare. Nam in L. 3.
 Instit. 2. 7. 8: nec *quisisio recta est,*
 QVIA nihil potest inuenire. Ego ve-
 ro ne studiosos quidem sapientia phi-
 losophos esse concesserim, QVIA illo
 studio ad sapientiam non peruenitur.
 Bün.

m) apud inferos] Lib. 3. Inst. c. 16.
 n. 7: *Abicienda igitur omnis philo-*
sophia, quia non studendum est sa-
piencia, quod sine ac modo careat;
sed sapiendum est, et quidem mature.
Non enim nobis altera vita concedi-
tur, vt, quum in hac sapientiam
queramus, in illa sapere possimus; in

hac vtrumque fieri necesse est. Cito
inueniri debet, vt cito suscipi possit:
ne quid pereat ex vita, cuius finis
incertus est. Bün.

n) MS. Codex habet: *omnia au-*
tem. Pfaffius.

a) Cap. XXXI. ex lib. 3. c. 3. Bün.

b) MS. *Ad quin.* Pfaffius.

c) *videamus, an recte sapientia est.*

Ita male Pfaff. Walch. et Davis. edi-
 derant. Sine vlllo dubio ita hæc ver-
 ba sunt distinguenda: *Videamus an*
recte. Sapientia est. Priora verba
 sunt referenda ad Socratem et Zeno-
 nem, h. m. *Videamus, an recte, sc-*
scientiam Socrates, opinionationem sus-
tulerit Zeno. Confirmant extrema
h. c. Recte igitur a Socrate -- scientia
sublata est. -- Recte igitur opinatio a
Zenone sublata est. Alias debuisset
scribere: videamus, an -- sus, vt e. 32.
 CXX.

ro^d definiuit, diuinarum et humanarum rerum scientia. Quæ definitio si vera est, non cadit in hominem sapientia. Quis enim mortalium hoc sibi possit adsumere^e, vt diuina et humana scire se profiteatur? Humana omitto, quæ quamquam cum diuinis connexa sunt, tamen quia sunt hominis, concedamus, vt homo illa scire possit. Diuina certe per se scire non potest, quia homo est: qui autem scit illa, diuinus fit^f necesse est, ac propterea Deus. Homo autem nec diuinus, nec Deus est. Non potest igitur perscire^g homo diuina. Nemo ergo sapiens, nisi Deus, aut certe is^b homo, quem Deus docuit. Illi autem, quia nec dii sunt, nec a Deo docti, sapientes ergo, id est, diuinarum et humanarum rerum scientes esse non possunt. Recte igitur a Socrate atque Academicis scientia sublata est. Opinatio quoque non congruit sapienti. Id enim quisque opinatur, quod ignorat. Opinari autem scire te, quod ignores, temeritas ac stultitia est. Recte igitur opinatio a Zenone sublata est. Si ergo scientia in homine nulla est, et opinatio esse non debet, philosophia radicitus amputatur.

CAPVT XXXII.^a

Huc accedit, quod non est vniformis, sed diuisa in sectas, et in multas discrepantesque sententias dissipata statum non habet. Quum enim singulæ alias omnes impugnent^b et adfligant, nec sit aliqua ex iis, quæ non iudicio ceterarum, stultitiæ condemnetur^c, vtique, discordantibus membris, corpus

extr. videamus, an consentiant. et c. 33: videamus, an sit. Attamen hic non esse corrigendum: an-sapientia sit, vti ante Cl. Dauisio visum, ex prius dictis patet. et ipse Cl. vir in corrigendis p. 265. notat. Bün.

d) vt Cicero] Lib. 2. Offic. c. 2. conf. Laet. lib. 3. Instit. c. 13. n. 10. sqq. et h. l. c. 34. Bün.

e) adsumere] arrogare, vt L. l. 22. fin. et L. 6. 18. 11. Bün.

f) diuinus fit] noto lib. I. Instit. c. 11. n. 16. Bün.

g) perscire] Legendum: per se scire. Supra: diuina certe per se scire non potest, quia homo est. Dauis. Rectissime, id enim sæpe totidem fere verbis tradidit. Bün.

b) MS. his. Pfaffius.

a) Cap. XXXII. ex lib. 3. c. 4. 5. et 6. Bün.

b) MS. impugnet habet. Pfaffius.

c) stultitia condemnetur] L. 3. 4. 10: stultitia conuincuntur. Bün.

Kkkk 5

d) Phi-

2 pus omne philosophiæ ad interitum deducitur. Hinc Academia postmodum nata est. Nam quum viderent eius sectæ principes, omnem philosophiam, philosophis inuicem oppugnantibus ^d esse subuersam, susceperunt * aduersus omnes bellum ^e, vt omnia omnium dissoluerent, nihil ipsi adferentes, nisi vnum, nihil sciri posse. Ita sublata scientia, philosophiam veterem subruerunt. Sed ne ipsi ^f quidem philosophorum nomen retinuerunt, qui ignorantiam fatebantur, quia, nescire omnia, non modo philosophi ^g, sed ne hominis quidem sit. Ita philosophi, quia nihil munimenti ^h habent, mutuis se vulneribus extinguant, et ipsa tota Philosophia suis se armis consumat ac finiat ⁱ. At enim sola Physice labat. Quid illa moralis? Num aliqua firmitate subnixæ est? Videamus an philosophi in hac saltem parte consentiant, quæ ad vitæ statum pertinet.

CA-

^d) Philosophis inuicem oppugnantibus] Leg. Philosophis se inuicem oppugnantibus. idem visum Dauisio. vid. L. 3. c. 4. integro. Büñ.

* MS. subreperunt. Pfaffius.

^e) susceperunt - bellum] Recte ita Pfaffius correxit. L. 3. 4. 11. de Arcefila: armauitque se aduersus omnes. Büñ.

^f) ne ipsi quidem philosophorum nomen] Heum. putat legendum: ne ipsum quidem sc. nomen. At nihil mutandum est. Nam Lib. 3. 5. 5: quum - docuerit eos, nihil scire, ipse quoque nomen philosophi perdidit. Büñ.

^g) non modo philosophi, sed] Non modo positum pro non modo non. Iterum c. 36: Ergo non modo humana, sed ne caelestia quidem curas. notati ad lib. 5. Instit. c. 1. sect. 11. et c. 13. n. 5. et lib. 7. c. 9. n. 5. de Opif. c. 19. n. 9. in not. (f) Muret. Var. Lect. lib. 10. c. 7. Vechn. Hellenol. p. 82. sqq. Græuius ad Cic. Philipp. III. c. 13. et ad Attic. lib. 2. ep. 1. p. 166.

de Harusp. Respons. c. 17: quo non modo improbitas, sed ne imprudentia quidem possit insurare, et in Lact. l. 6. c. 24. n. 19: Itaque talis vir, inquit (Cicero), non modo facere, sed ne cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat praticare. add Lact. l. 4. 6. Quod si Dionys. Vosius in Cæsaris libr. 8. Gall. c. 33. n. 1. hæc considerasset, numquam librarii incuria aut imperitia alterum non omissum putasset in verbis: effugere non modo equitatum, sed ne legiones quidem possent. add. Dauis. ad h. l. et ad Cæsar. B. Gall. 2. c. 17. 4. et ad l. 3. c. 4. n. 4. p. 88. Vorst. ad Justin. l. 2. c. 1. n. 6. Büñ.

^h) MS. monimenti. Pfaffius. Frequens hæc vocum confusio. vide, quæ noto ad Lact. 7. 3. 25. Büñ.

ⁱ) extinguant - consumat ac finiat] Videtur post: finiat, excidisse: necesse est, aut corrigendum: extinguunt - consumit ac finit. conf. Lact. 3. 4. 9. 10. Büñ.

a) Cap.

CAPVT XXXIII.^a

Quod sit in vita summum bonum, quæri necesse est; vt ad
 illud vita omnis et actiones nostræ dirigantur^b. Quum
 de hominis summo bono quæritur, tale constitui debet, pri-
 mum, vt id ad hominem solum pertineat, deinde, vt animi
 sit proprium, postremo, vt virtute^c quærat. Videamus
 ergo, an summum bonum, quod philosophi determinant,
 tale sit, vt nec mutum animal, nec corpus attingat^d, nec possit
 sine virtute conquiri. Aristippus, Cyrenaicæ^e sectæ con-
 ditor, qui summum bonum esse censuit corporis voluptatem,
 de numero philosophorum, deque cætu hominum propellen-
 dus est, quia^f se pecudi comparauit^g. Hieronymi sum-
 mum bonum est nihil dolere^h, Diodori, dolere desinereⁱ.
 Sed ceteræ^k animantes dolorem fugiunt, et quum non dolent,
 aut dolere desinunt, gaudent. Quid igitur homini dabitur
 eximium^l, si bonum eius summum commune cum belluis iu-
 dicatur. Zeno summum bonum putauit, cum natura con-
 gruenter viuere. At^m hæc definitio generalis est. Omnes
 enim animantes cum natura congruenter viuunt, et est sua
 cuique natura. Epicurus animi adseruit voluptatem. Quid
 est voluptas animi, nisiⁿ gaudium, quo plerumque luxuriat
 ani-

a) Cap. XXXIII. ex lib. 3. capitib. mono, sept. et oct. Bün.

b) MS. *derigantur*. Pfaffius.

c) MS. *virtutem*. Pfaffius.

d) *mutum animal, nec corpus attingat*] Adparet vbique Ciceronis et Lactantii stilus. Ita paullo post h. c. hoc bonum etiam muta CONTINGIT et pecudes attingit. Deinde variat per: pertinet ad. Bün.

e) MS. *Cyrenaica*. Pfaffius.

f) MS. *qui*. Pfaffius. Posset qui manere pro: quippe qui. Bün.

g) *se pecudi comparauit*] de eodem L. 3. 8. 6: vt nihil inter eum pecudemque distaret. n. 8: idem sensu, quod anima rationis expertes. n. 10. quem a pecudibus ac belluis non sententia, sed lingua discreuit. Bün.

h) MS. *dolere*. Pfaffius.

i) *dolere desinere*] Ita Cl. Pfaffius correxit. In MS. *dolere*, iterum: aut *dolere desinunt* corrigendum: *dolere desinunt*. Bün.

k) *Sed cetera animantes dolorem fugiunt*] Heumannus omnino *sed et cetera* legendum credit. Hæc ex L. 3. 8. 10-13: *Privationem doloris -- Nam præter quod omne animal doloris est fugiens - Hoc - natura ipsa cunctis animalibus præstat*. Bün.

l) *eximium*] singulare, præcipuum. vid. not. ad L. 7. Inst. 9. 11. Bün.

m) MS. *ad*. Pfaffius.

n) MS. *si*. Pfaffius.

animus, ac relaxatur vel ad lusum, vel ad risum. Sed hoc bonum etiam muta contingit^o, quæ, quum pabulis saturata sunt, in gaudium et lasciuiam resoluuntur^p. Dinomachus et Calliphon^r honestam voluptatem probauerunt, sed aut idem dixerunt, quod Epicurus, vt corporis sit voluptas inhonesta, aut si corporis voluptates, alias turpes, alias honestas putauerunt, iam non est summum bonum, quod corpori adscribitur.

8 Peripatetici ex bonis animi, et corporis, et fortunæ summum bonum constant. Animi bona probari possunt. Sed si auxilio indigent ad complendam beatitudinem, vtrique imbecilla sunt. Corporis vero atque fortunæ non sunt^r in hominis potestate^s nec iam summum bonum est, quod aut corpori aut extra positis adsignatur; quia et pecudes attingit hoc duplex bonum, quibus opus est, vt et bene valeant, et victu non indigeant.

9 Stoici aliquanto melius sensisse creduntur, qui summum bonum virtutem esse dixerunt. Sed virtus non potest esse summum bonum, quoniam, si malorum laborumque tolerantia est, beata per se non est, sed efficere aut procreare^u sum-

o) *muta contingit*] Libro de Ira 7. 13: *qua nullum aliud animal attingit*. Bün.

p) *in gaudium et lasciuiam resoluuntur*] lib. 3. c. 10. n. 3: *oculis in lasciuiam resoluunt*. de Ira c. 7. n. 9: *oculos in lasciuiam resoluunt*. Bün.

q) MS. *Calliso*. Pfaff. Vide lib. 3. c. 7. n. 7. not. Bün.

r) *corporis atque fortuna non sunt*] Heumannus legit: *corporis atque fortuna bona non sunt*. At elegantius ex prioribus subauditur, maxime quum hic scetetur breuitatem. Bün.

s) MS. *potestatem*. Pfaff.

t) *non sunt in hominis potestate*] In MS. *in hominis potestatem*. Non recedendum ab MS. fide; est enim ipsius Ciceronis, cui Gellius lib. 1. Noct. Att. c. 7. indicauit: *in pradonum fuisse potestatem*. Qui plures et plura vult, adeat Gronou. ad Li-

uium lib. 2 c. 15. et Vorstium ad Valer. Max. lib. 1. c. 6. p. 46. Vechner. Hellenol. lib. 1. c. 16. p. 164. sq. Vosf. de Construct. c. 65. p. 584. Torrent. ad Sueton. August. c. 13. licet in ipso Suetonii loco malim Turnebum Casaubonum, et Gronouium sequi. Lactantius ipse dixit libr. 1. c. 18. sect. 18: *vinum atque fruges ante progeniem Cali atque Saturni fuisse in usum hominum*. vide ibid. not. et lib. 1. c. 3. n. 14. Goth. *id totum in unum consero, et in unum esse dico*. adde. Muncker. ad Hygin. fab. 41. p. 90. Bün.

u) *efficere aut procreare*] Lege cum Dauisio p. 258: *efficere et procreare*; nisi malis cum Anon. Britanno et Heumanno: *efficere ac procreare*. Alterutrum requirit L. 3. §. 32: *Non virtus - ipsa est summum bonum, sed effectrix et mator est summi boni*. Bün.

x) MS.

summum bonum debet; quia perueniri ad illud sine difficultate ac labore maximo non potest. At * vero Aristoteles 10 longe a ratione aberravit, qui honestatem virtuti copulavit, quasi aliquando virtus aut ab honestate secerni, aut turpitudini posset 7 adiungi. Eryllus * Pyrrhonius scientiam fecit summum bonum. Hæc quidem et hominis et animi folius est, sed potest sine virtute contingere. Nec enim beatus putandus est, qui vel auditu aliquid didicerit, vel parua lectione a cognouerit, nec est summi boni definitio, quia potest esse aut rerum malarum, aut certe inutilium scientia. Et, 12 si sit b bonarum et vtilium, quam labore sis adsecutus, summum tamen bonum non est, quia non propter se expetitur scientia, sed propter aliud. Nam iccirco artes discuntur, ut sint nobis aut victui, aut gloriæ, aut etiam voluptati, quæ utique c summa bona d esse non possunt. Ergo ne in Ethicis 13 ea e quidem philosophi regulam tenent, quandoquidem in ipso cardine, id est, in ea disputatione, qua vita formatur, inter se pugnant. Nec enim possunt paria esse aut similia præcepta, quum alii forment ad voluptatem, alii ad honestatem, alii vero ad naturam, alii ad scientiam, alii ad quærendas, alii ad fugiendas opes, alii ad nihil dolendum, alii ad patientiam malorum, in quibus omnibus, sicut superius ostendi, a ratione declinant, quia Deum nesciunt. 14

CA-

x) MS. ad. Pfaffius.

y) posset] Heumann. lege, inquit, posset. Ita sane L. 3. 8. 38: quasi vltima virtus posset esse, nisi honesta ac non. - desinat. Bün.

z) Eryllus] Lego: Herillus ex ipso Lact. 1. 7. 8: Herilli summum bonum est scientia. vbi plura. adde Dauis. ad Epit. p. 76. Bün.

a) parua lectione] Dauis. prima, i. e. priuata legendum putat. Heumann. propria. Cogitabam ego: parum, ut antea, aliquid. priuus vocabulum Lactantio alias inusitatum. nisi malis: PLVRA, ut Apul. Apo-

log. p. 325: *Multa fando, Maxime, audisti, etiam plura legendo didicisti, non pauca experiendo comperisti: versutiam tam insidiosam - negabis te umquam cognouisse.* Bün.

b) Et, sit sit - tamen] Si valet et si, tamesi. vide not. ad L. 7. 27. 10. Bün.

c) MS. utiqua. Pfaff.

d) summa bona] L. 3. 8. 26. not. Bün.

e) MS. Hetica. Pfaff. ut c. 35. iterum: ut prae interdum MSS. solent. Bün.

a) Cap.

CAPVT XXXIII. ^a

- 1 **V**ideamus nunc, quod, quid sit summum bonum, sit propositum sapienti summum bonum ^b. Ad iustitiam nasci homines non modo litteræ sacræ docent, verum etiam idem
- 2 ipsi philosophi nonnumquam fatentur. Cicero sic ait ^c: Sed omnium, quæ in doctorum hominum disputatione versantur, nihil est profecto præstabilius, quam plane intelligi ^d, nos ad iustitiam esse natos. Est hoc verissimum. Nec enim ad scelus nascimur, quum simus animal sociale atque commune ^e.
- 3 Feræ ad sæuitiam gignuntur. Aliter enim nequeunt, quam præda et sanguine victitare. Eadem ^f & tamen, etsi vltima fames ^b

VI-

a) Cap. XXXIII. ex lib. 3. c. 10. et 11. Bün.

b) *Videamus nunc, quod, quid sit summum bonum, sit propositum*] Ita correctum voluit Pfaff. ex MS. Quum antea legeretur: *Videamus nunc, quid sit summum bonum, quod sit proprium sapienti summum bonum*, vbi postrema duo verba Davisius et Heumannus inducta volebant. Bün.

c) *Cicero sic ait*] L. 1. Leg. 10. notavi ad Institut. Bün.

d) MS. *intelligi*. Pfaff. Ita puto in Hilarii Exposito de die paschæ et mensis §. 10. p. 239. in MS. esse: *intelligimus*. In typis est vitium. vide Morhof. Patauin. Liu. c. 3. Sic in Gell. Lib. 4. c. 2: *ita vsei* (i. e. vti) *intelligi recte possit*. Pariter meum MS. quod vnicum est in orbe, Reginonis auctoris manu consignatum, sæculo VIII. in ep. de Harmonica Institut. *supra memorata disputationi sub mediocri intelligentia credulitas adhibenda est*. Semper hic codex ita scribit: Neque aliter rarissimum OPVS CAROLI M. de Imaginibus a. 1549. 8. min. editum. Lutetiz p. 179. p. 240. Bün.

e) *commune*] i. e. cõme, et ad communia officia natum. Congesimus plura, et ita restituiimus Lactantium alibi L. 5. 22. 9. Iam incidi in egregium exemplum recentioris, nec inepti scriptoris, Io. Sarisber. de Nug. Curial. l. 4. c. 8: *Egregie Traianus, gentilium optimus Augustorum, arguensibus eum amicis, quod in omnes nimium, et ultra quam imperatorem deceat, communis esset, respondit: se salem velle imperatorem esse priuatis, quales imperatores sibi esse priuatus optasset*. Alia eodem sensu h. l. Dauisius dedit, quem vide. Bün.

f) MS. *eandem*. Pfaffius.

g) *Eadem*] Ita cum Anon. Britanno et Heumanno malo, quamcum Pfaffio et Dauisio: *Eadem*. Bün.

b) *vltima fames*] i. e. grauissima, maxima. Senec. Tranquill. c. 3: *vltimum malorum est, ex viuorum numero exire, antequam moriaris*. Alia Cuiac. lib. 3. Obseruat. c. 36. p. 132. add. Lact. L. 6. 11. 15: *ne homines copiosi -- subuenient vltimæ necessitati, quam L. 2. 1. 10: extremam mendicandi necessitatem dixit*. Bün.

i) MS.

urgatⁱ, nihilominus generis sui animalibus parcunt. Idem faciunt et aues, quas aliorum visceribus pasci necesse est. Quanto magis hominem, qui cum homine et commercio linguæ, et communione sensus^k copulatus est, parcere homini oportet, eumque diligere. Hæc est enim iustitia. Sed quoniam soli homini sapientia data est, ut Deum intelligat, et hæc sola hominis mutatorumque distantia est, duobus officiis obstricta est ipsa iustitia. Vnum Deo debet ut patri, alterum homini velut fratri. Ab eodem enim Deo geniti sumus. Merito ergo ac recte dictum est, sapientiam^l esse diuinarum et humanarum rerum scientiam. Oportet enim scire nos, quid Deo, quid homini debeamus, Deo scilicet religionem, homini caritatem. Sed illud superius sapientiæ, hoc posterius virtutis est, et utrumque iustitia comprehendit. Si ergo constat ad iustitiam nasci hominem, necesse est iustum malis esse subiectum, ut virtutem, qua est præditus, in usu habeatⁿ. Virtus enim malorum sustinentia^o est. Voluptates fugiet ut malum; opes con-

i) MS. *urgueat*. Pfaff. Ita solent MSS. in hac voce. vide Cellar. Orthogr. p. 155. Büñ.

k) *communione sensus*] quod est: *rationis*. L. 1. 3. 15. L. 2. 5. 15. L. 3. 19. 20. L. 4. 4. 3. L. 6. 2. 8. Opif. 2. 1-6. Apuleius L. XI. *Metam.* p. 279. *Ac dum religiosum scrupulum apud sensum meum dispuo.* Büñ.

l) MS. *sapientia*. Pfaffius.

m) *Merito - dictum est, sapientiam*] Hanc tamen sapientia definitionem supra repudiarat cap. 31. Non tamen ipse sibi repugnat, licet aliter statuat Cl. Pfaffius *Disfert.* §. 24. ibi enim contendit, hominem PER SE ad sapientiam peruenire non posse, si sit ea diuinarum et humanarum rerum scientia. HIC autem officium recenset eius, qui libris Θεοπνευσσις est instructus; nam iuxta Firmianum nostrum scientia ab ingenio venire non potest, nec co-

gitatione comprehendit. vid. L. 3. *Diui. Inffit.* c. 3. *Dausius*.

n) *ut virtutem - in usu habeat*] vide quæ notavi ad lib. 5. c. 22. n. 10. Büñ.

o) *sustinentia*] Est hæc vox eiusdem generis ac illæ, quas in Lactantio notamus lib. 3. c. 11. n. 9. cuius in Lexicis nulla, nisi ex vulg. interpr. auctoritas. Cyprian. Bon. Patient. f. m. 211. ed. Brem. *Quid opulentiam bonitatis eius et sustinentia - contemnis.* Ita ed. Oxon. ex MS. vbi ed. Gryph. *sustentionis* habet. Etiam Interpres Irenzi lib. 5. c. 28. f. 444: *hic est sustinentia et fides sanctorum.* ex Apoc. 13. v. 10. vbi vulg. vers. etiam membranzæ mex: *hic est patientia*, eadem mox Apoc. 14. v. 12. *perperam: hac est sapientia.* Interpres Irenzi aliquoties vocabulo Tertulliani *sufferentia* vsus est pro *patientia*. lib. 5. c. 32. f. 452. Büñ.

p) as

contemnet, quia fragiles sunt; (*at*) si habuerit^p, dilargietur, ut miseros seruet, honores non adpetet, quia sunt breues et caduci; iniuriam nulli faciet; si fuerit passus, non retribuet, et diripientem sua non persequetur. Nefas enim iudicabit^q hominem lædere, et si quis exstiterit, qui cogat desciscere a Deo, nec cruciatus, nec mortem recusabit. Ita fiet, ut eum necesse sit et inopem, et humilem, et in contumeliis, aut etiam cruciatibus viuere.

CAPVT XXXV. *

1 **Q**uis igitur erit fructus iustitiæ atque virtutis, si nihil habebit in vita nisi malum? Quod si virtus, quæ bona omnia terrena contemnit, mala vniuersa sapientissime^b perfert, ipsamque mortem pro officio suscipit, sine præmio esse non potest, quid superest, nisi ut^c merces eius immortalitas sola sit? Nam, si cadit^d in hominem beata vita, ut philosophi volunt, in eo solo non disidentes, cadit ergo et immortalitas. Id enim solum beatum est, quod incorruptum, 3 id solum incorruptum, quod æternum. Immortalitas ergo est summum bonum, quia et hominis, et animi, et virtutis est. Tantum ad hanc^e dirigimur, ad hanc capiendam nati su-

p) *at si habueris*] Sic ex secundis curis Pfaffii. Posset et in priori editione, iudice Dauisio, etiam hoc AT plane abesse. Bün.

q) MS. *iudicauit*. Pfaff. Recte restituit primus editor. vide quæ notati ad c. 2. n. 7. de confusione litterarum B. et V. Bün.

a) Cap. XXXV. ex lib. 3. c. 12-16. Bün.

b) *mala-sapientissime perfert*] Dauisius corrigit: PATIENTISSIME perfert. Sic interdum voces: *patientia* et *sapientia* in libris confundi paulo ante monui. conf. l. 3. 12. 7. 8. Iterum Lact. L. 6. 4. 17: *omnia-gra-ua patienter ferenda*. Ipse tamen

Cicero de Senect. c. 1: SAPIENTER ferre onus s. malum senectutis, sicut omnia. Tacitus L. 16. Annal. 9. 2: indignissimum casum sapienter tolerans. Bün.

c) *nisi ut merces-sit*] Leg. nisi ut merces sit. vid. Dauis. addend. p. 258. Nec Heumannus aliter. Bün.

d) MS. *sic ait in homine*. Pfaff. recte emendatum. vide lib. 3. c. 12. n. 17: *quod si cadit in hominem virtus, quod negare nullus potest, cadit et beatitudo - Si cadit beatitudo, ergo et immortalitas cadit in hominem, qua beata est*. adde not. lib. 3. c. 3. n. 11. Bün.

e) *et virtutis est. Tantum ad hanc diri-*

sumus. Iccirco nobis Deus virtutem, iustitiamque proponit, vt æternum illud præmium nostris laboribus adsequamur. De ipsa vero non mortalitate suo loco disseremus. Restat λογική philosophia, quæ ad beatam vitam & nihil confert. Sapientia enim non in sermonis ornatu^b, sed in corde atque sensu consistit^{i. k.} Quod si et physica superuacua est, et hæc logica^l, in ethica^m vero, quæ sola necessaria est, philosophi errauerunt, qui summum bonum^o nullo modo inuenire potuerunt: inanis igitur et inutilis omnis philosophia reperitur, quæ nec rationem hominis comprehendere, nec officium potuit munusque complere.

CAPVT XXXVI. a

Quoniam de philosophia dixi breuiter, nunc etiam de philosophis pauca dicam. Epicuri doctrina hæc est in primis, nullam esse prouidentiam. Et idem^c deos esse non ab-

dérigimur] Dauisius sic distinguit: virtutis est tantum. Ad hanc dirigimur. Hæc ita Lact. L. 7. 8. 1: Vnum est igitur summum bonum immortalitas, ad quam capiendam et formati a principio, et nati sumus. Ad hanc tendimus, hanc spectat humana natura, ad hanc nos prouehit virtus. Bün.

f) non mortalitate] Hoc est: immortalitate. Sic Cicero Fam. III. 12: non incundissimum nuncium pro incundissimo dixit; et non corpus pro incorporeo, Acad. Quæst. L. 1. c. XI. De re ipsa vide sis huius Epitomes cap. LXX. Dauisius. Heumanno absurda videtur scriptura, corrigenti: immortalitate. Bün.

g) vitam] non extat in MS. Pfaff.

h) non in sermonis ornatu] Logicæ tribuit sermonis ornatum. Nam secundum Lactant. L. 3. c. 13. n. 4. sqq. in LOGICA tota Dialectica et omnis loquendi ratio continetur. Alias noverat ipse Lactantius hæc discernere, nam mox c. l. subiicit: nos non

de Grammatico, aut Oratore, quorum scientia est, QVOMODO LOQVI DECEAT. reliqua. Bün.

i) consistit] non extat in MS. Pfaff.

k) consistit] Ita supplet Cl. Vir. Recte quod attinet ad sensum, sed potest subaudiri est; ita enim plane, vnde hæc contraxit, lib. 3. Instit. c. 13. n. 5: quia non in lingua, sed in corde sapientia est. conf. ep. c. 69. pr. At hæc sunt leuicula. Bün.

l) λογικά extat in MS. Pfaffius.

m) MS. Hetica. Pfaff. sic c. 33. Bün.

n) MS. que. Pfaff.

o) qui summum bonum] Legendum puto: quia summum bonum. Hinc enim philosophos in rebus ethicis labasse, supra probauit noster cap. XXXIII. Bün.

a) Cap. XXXVI. ex lib. 3. c. 17. et c. 18. Bün.

b) est in primis, nullam esse prouidentiam] Sic incidimus cum Dauisio. vid. Lact. 3. 17. 16. et alibi sæpe. Bün.

c) Et idem] Heumannus corrigat: LIII

At

- 2 abnuit. Vtrumque contra rationem. Sed ^d si sunt dii est igitur prouidentia. Aliter enim Deus intelligi non potest, cuius est proprium prouidere. Nihil, inquit, curat. Ergo
- 3 non modo humana^f, sed ne caelestia quidem curat. Quomodo igitur, aut vnde esse illum adfirmas? Exclusa ^g enim prouidentia curaque diuina, consequens erat, vt non esse omnino Deum diceres. Nunc eum verbo reliquisti, re sustulisti^h. Vnde ergo rerum natura est, si Deus nihil curat.
- 4 Semina, inquit, sunt minuta, quæ nec videri, nec tangi possunt, quorum coituⁱ fortuito et orta sunt omnia, et semper
- 5 oriuntur. Si nec videntur, nec vlla corporis parte sentiuntur, vnde esse illa scire potuisti? Deinde si sunt, qua mente^k conueniunt, vt aliquid efficiant? Si sunt læuia, cohærere non possunt; si hamata et angulata, ergo secabilia sunt. Hami enim et anguli exstant^l et possunt amputari. Sed hæc de-
- 6 lira et inutilia^m. Quid? quod idem animas extinguibiles facit,

At idem. Seruo Es, quod valet et tamen; vt sæpe et noster posuit. Bün.

d) Sed extat in MS. Pfaff.

e) Sed si sunt dii. MS. Sed si sunt dii. Debent enim hæc non tam vt causa intelligi; sed adloquitur Lactantius Epicurum, et ipsi hæc ex ipsius Epicuri doctrina opponit: Sed (Epicure) si sunt dii, est igitur prouidentia. Clarum est ex sequentibus: Quomodo - - adfirmas - diceres - reliquisti - - sustulisti. vnde esse illa scire potuisti? Hinc neque nam si sunt dii cum Pfaffio edendum putauit; neque cum Dauisio legendum: Vtrumque contra rationem; non sunt dii, si nulla est prouidentia; sed si sunt dii, est igitur prouidentia. Bün.

f) non modo humana] i. e. non modo non humana. notauit cap. 32. Bün.

g) Exclusa - prouidentia] L. 1. 2. 2. Deos exclusit. Bün.

h) verbo reliquisti, re sustulisti] Lactant. Ira c. 4. n. 7: M. Tullius a

Posidonio dictum refert, id Epicurum sensisse - - itaque verbis illum deos relinquere, re autem ipsa tollere. Bün.

i) coitu fortuito] i. e. concursu, vt Tertullianus: Si et atomi corpulentias de coitu suo cogunt. Bün.

k) qua mente] L. 3. 17. 27: quo scdere in car se, qua mente conueniunt. de Ira 10. 31: Quo consilio; qua ratione de confuso acervo se atomi congregauerunt. Bün.

l) exstant] i. e. eminent, prominent. Bün.

m) delira et inutilia] Dauisus inutilia exponit noxia, damnoſa, ex Plin. H. N. L. 22. c. 24: Mel - oculis per se INVTILE. Ac iterum de aqua multa: Transit in vinum - stomacho inutilissimum. Plura idem ad Hirt. B. Alex. c. 65 Heumannus adſentit docto illi viro, qui ANILIA rescriptit in Obseruat. Miscell. Crit. Vol. IV. p. 22. addit Cicero. L. 2. Diuin. c. 68: An tu censēs vllan̄i anum tam deliram futuram fuisse? Ego ex ductibus

facit, quem refellunt non modo philosophi omnes et publica persuasio, verum etiam responsa vatum, carmina Sibyllarum, ipsæ denique diuinæ voces prophetarum; vt mirum sit, existisse vnum Epicurum, qui cum pecoribus ac belluis sortem hominis æquaret. Quid Pythagoras, qui primus est philosophus nominatus, qui animas quidem immortales esse, in alia tamen corpora vel pecudum, vel auium, vel bestiarum commeari? Non satius fuerat, eas cum suis corporibus extingui, quam sic ad aliena damnari; satius omnino non esse, quam post hominis formam, vel suam, vel canem vivere? Et homo ineptus, vt fidem dicto adderet; seipsum Troiano bello Euphorbum fuisse dixit, quo occiso, in alias figuras animalium transiisse, post rem Pythagoram factum. O felicem, cui soli tanta memoria concessa est, vel potius infelicem, cui translato in pecudem non licuit nescire, quid fuerit. Atque vtinam solus delirasset. Inuenit etiam, qui cre-

bus scripturæ compendiosæ **INVTILIA** (i. e. **INVTILIA**) refingo: **FVTILLA**. Nam L. 3. Inst. 17. 28-29. de his Epicuri: *Quam multis coargui hac vanitas potest -- de homine* (Epicuro), *quo sano et vigente nullus aeger INEPTIVS DELIRAVIT.* Büñ.

n) *Quid Pythagoras - commeari*] Pfaffius ex ingenio addiderat: *commeari statuit.* Dauisius legit: *Quid Pythagoras, qui primus est philosophus nominatus, voluit animas quidem - commeari.* Büñ.

o) *statuit.* Nonne non extat in MS. nisi non. Pfaffius.

p) *Non satius fuerat*] Pfaff. Nonne ediderat. In MS. *Non satius.* Non enim sæpe ponitur pro *nonne* apud Lactantium et alios. Lact. de Opif. c. 3. n. 10: *Non ergo ineptissimus sit, si quis putet.* c. 7. n. 10: *Quid ais, Epicure? non sunt ad videndum oculi nati?* Seneca de Ira Lib. 2. c. 15: *Quid? non mitioribus animis vitia leuiora coniuncta sunt?* c. 33: *quid ille Priamus? non dissimulauit iram et*

regis genua complexus est? conf. c. 36. extr. lib. 2. de Benef. c. 12: *Non hoc est temp. calcare?* et c. 18. et epist. 20: *Non est autem vel ob hoc vnum amanda paupertas, quod, a quibus emeris, ostendit?* et mox: *Quid ergo? non licet diuitias in sinu posita contemnere?* Cicero sapius, e. g. Or. pro Quint. c. 26. *Quid hac festinatio significat? non vim? non scelus? non latrocinium? non denique omnia potius, quam ius, quam officium, quam pudorem?* Ita quoque in simili loco Lact. lib. 1. c. 21. n. 18. ex MS. Lips. 2: *non satius est.* Büñ.

q) *adparet postremo legendum esse, pro post rem.* Pfaffius.

r) *vel potius infelicem*] Henmanno valde credibile, Lactantium scripsisse: *vel potius o infelicem.* Sed et alibi in repetitione exclamandi particulam o prætermittit. L. 3. 20. 15: *o hominem scitram - dementem* L. 6. 10. 16: *o ingenia - miseris.* Büñ.

s) MS. *deliberasset.* Pfaffius.

crederent, et quidem indoctos^t homines, ad quos stultitiæ transiret hereditas.

CAPVT XXXVII. ^a

Post hunc Socrates philosophiæ tenuit principatum, sapientissimus etiam oraculo dictus, quia se fatebatur vnum scire, quod nihil sciret. Cuius oraculi auctoritate abstinere se physicos oportebat, ne aut quærent ea, quæ scire non poterant, aut scire se putarent, quæ ignorabant. Videamus tamen, an sapientissimus Socrates, sicut^b Pythius prædicauit. Vsurpabat hoc sæpe prouerbium, quod supra nos, idem et^c nihil ad nos pertinere. Iam excessit sententiæ^d suæ terminos. Nam, qui vnum se scire dicebat^e, aliud inuenit, quod tamquam sciens diceret; sed id frustra. Nam et Deus, qui vtiq; supra nos est, quærendus est, et religio suscipienda, quæ sola nos discernit a belluis, quam quidem Socrates non modo repudiavit^{*}, verum etiam derisit, per anserem canemque iurando, quasi vero per Aesculapium non posset, cui vouerat gallum? En sapientis viri sacrificium. Et quia eum profecrare^f ipse non potuit, amicos moriturus orauit, vt post se^g soluerent votum, scilicet, ne apud inferos velut debitor teneretur. Hic profecto et pronunciauit, quod nihil scierit, et probauit^b.

CA-

^t) *indoctos*] forte: *non indoctos*; aut, vt Dauis. *doctos*, quod eodem redit. Bün.

^a) Cap. XXXVII. ex lib. 3. c. 20. Bün.

^b) Forfan pro: *sicut* legendum est: *sit*, vt. Pfaffius.

^c) *idemus*] Hæc Pfaff. ex MS. adiecta voluit, absunt a Paris. Walch. Dauisii et Heumanni edd. Bün.

^d) *sententia*] Dauisius mallet: *scientia*. Bün.

^e) post *dicebat* supplendum forsan: *quod nihil sciret*. Pfaffius.

^{*}) MS. *repudiabit*. Pfaff.

^f) *profecrare*] Seruo verbum MS. de quo plura ad Lact. 3. 20. 16. et ad L. 4. 27. 5. Bün.

^g) *post se*] Dauisius corrigit: *prose*, ex L. 3. 20. 16. vbi plura. Seruo hic *post se*, i. e. post mortem suam. Seneca ep. 21: *Quoscumque in medium fortuna protulit, quicumque membra ac partes aliena potentia fuerant, bonum gratia viguit, domus frequentata est, dum ipsi steterunt: POST IPSOS cito memoria defecit*. Idem L. 3. de Ira c. 30: *Alios POST Pompeium (post mortem Pompeii) demum Pompeianos*. Plinius L. 7. in præf. (homini) *vni sepultura cura, atque etiam POST SE defuturo*. Suetonius in Domitiani c. 23. *beatiorum post se latioremq; portendi recipi statum*. Bün.

^b) MS. *probabit*. Pfaffius.

^a) Cap.

CAPVT XXXVIII. ⁶

Huius auditor Plato, quem *deum philosophorum*^b Tullius
 nominat, qui solus omnium sic philosophatus est, ut ad
 veritatem propius accederet; tamen quia Deum ignoravit, in
 multis ita lapsus est, ut nemo deterius erraverit, inprimis
 quod in libris civilibus omnia omnibus voluit esse communia.
 De patrimoniis tolerabile est, licet sit iniustum. Nec enim
 aut obesse cuiquam debet, si sua industria plus habet, aut
 prodesse, si sua culpa minus. Sed, ut dixi, potest aliquo
 modo ferri. Etiamne coniuges, etiamne liberi communes erunt?
 Non erit sanguinis vlla distinctio, nec genus certum, nec fa-
 milia, nec cognationes, nec adfinitates, sed sicut in gregibus
 pecudum confusa et indiscreta omnia, nulla erit in viris con-
 tinentia, nulla in feminis pudicitia. Quis esse in utrisque
 amor coniugalis potest, in quibus non est certus aut proprius
 adfectus? Quis erit in patrem pius, ignorans unde sit natus?
 Quis filium diligit, quem putabit alienum? Quin etiam
 feminis curiam reservavit^d, militiam, et magistratus, et im-
 peria^e permisit. Quanta erit infelicitas urbis illius, in qua
 virorum officia mulieres occupabunt? Sed hæc alias, latius.
 Zeno, Stoicorum magister, qui virtutem laudat, misericordiam
 quæ summa est virtus, tamquam morbum animi, am-
 putandam iudicavit, quæ et Deo cara est, et hominibus nec-
 cessaria. Quis est enim, qui aliquo in malo constitutus no-
 lit esse miserabilis, ac non desideret auxilia succurrentium,
 quæ ad opem ferendam non nisi misericordiæ adfectu^f ex-
 citan-

a) Cap. XXXVIII. ex lib. 3. c. 21-23. *Bün.*

b) *deum philosophorum Tullius*] L. 2. N. D. c. 12. *Bün.*

c) MS. *putavit*. Pfaffius.

d) *curiam reservavit*] Lego: *rese-
 ravavit*, quomodo quoque Dauisio,
 Anon. Anglo, Heumanno visum.
 quoque alibi talia in MSS. confusa.
 sic *observare* pro *obserare* in Libris
 Flori. vide Salmaf. Lips. Frœinsh. et
 Duker. L. 3. c. 6. p. 555. sq. *cons. Lact.*
 3. 22. 10. *Bün.*

e) *et magistratus, et imperia*] vide
 not. ad lib. 1. Inst. c. 11. n. 45. *Bün.*

f) *qua ad opem*] qui se succurren-
 tes. Mallet cum Dauisio, nisi hoc
 tale, quale, L. 6. 15. 1: *viuentium* ra-
 tio, quæ quæritur *affectibus*. de Ira
 7. 4: *Illarum* (pecudum) NATVRA
*- nec habet - commune cum celo, quod
 non INTVETVR. vbi Heumannus:
 QVATIVNTVR -- INTVENTVR ten-
 tabat. Bün.*

g) MS. *affectus*. Pfaffius.

- 8 citantur. Hanc^b ille licet humanitatem, licet pietatemⁱ vocet, non rem, sed nomen immutat. Hic est adfectus, qui soli homini datus est, vt imbecillitatem nostram mutuis adiuuentis leuaremus, quem qui tollit, ad vitam nos redigit
- 9 belluarum. Nam, quod dicit paria esse peccata, ex eadem immanitate est, qua misericordiam veluti morbum infectatur. Qui enim nullam facit differentiam delictorum, aut leuia magnis suppliciis adficienda censeat, quod est crudelis iudicis, aut graua paruis, quod est dissoluti; vtrumque reipublice
- 10 incommodum. Si enim summa scelera leuiter puniantur, audacia malis crescet ad facinora maiora, et si leuibis delictis poena grauior irrogetur, multi ciues, quoniam nemo esse sine delicto^k potest, in periculum venient, qui correpti possent esse meliores.

CAPVT XXXVIII. ^a

- 1 **I**lla vero leuia; sed ex eadem vanitate nascuntur. Xenophanes orbem lunæ decem et octo partibus dixit esse maiorem, quam hæc nostra sit terra. Itaque intra^b finem eius aliam terram contineri, quæ ab hominibus et omnis generis animalibus incolatur.
- 2 De Antipodibus quoque sine risu nec audiri, nec dici potest. Adseritur tamen quasi aliquid serium,

vt

b) Hanc] Anon. Britannus hunc tentauit, sc. adfectum. Sed merito Heumannus tuetur *hanc*; referunt enim Latini pronomen sepius ad consequens substantiuum. Sic statim: *hic est affectus*, pro: *hac misericordia est adfectus*. Plura ad L. 2. 13. 1. L. 4. 16. 11. L. 7. 1. 3. Bün.

i) pietatem] Nempe pietatis nomen etiam in operibus misericordia frequentatur, et εὐσέβειαν pro misericordia Græcorum etiam vulgus usurpat, vt monet Augustinus C. D. L. 10. c. 1. vid. Petr. Fabri Semestr. L. 3. c. 13. Ratio est, quia PIETAS ab Aeolico *ἠπίοτας* dicitur. Id autem

mansuetudinem et benignitatem denotat. Adi virum eximium Io. Clericum ad Pedonis Albinouani Eleg. 1. 3. *Dauisius*.

k) esse sine delicto] Hunc ordinem Pfaffius in nouis ad me monitis ex MSS. indicauit. Bün.

a) Cap. XXXVIII. ex lib. 3. c. 23. a sect. 12. et c. 24. c. 15. et c. 18. Bün.

b) terra. Itaque intra] Forte pro: *et ita* Anon. Britannus et Heumannus legunt: *terra: atque intra*. Rectius omnino; ego tentabam: *ibique intra*. L. 3. Inst. 23. 12: *et - intra* conuincum *luna finem esse aliam terram*, ET IBI aliud etc. Bün.

c) ha-

vt credamus esse homines, qui vestigiis nostris habeant e ad-
 versa vestigia. Tolerabilius Anaxagoras delirauit, qui nigram
 niuem dixit. Quorumdam non modo dicta, sed etiam fa- 3
 cta ridenda sunt. Democritus agrum suum a patre sibi reli-
 ctum deseruit, et pasua publica fieri passus est. Dioge- 4
 nes cum choro canum^d suorum, qui virtutem illam summam
 et exactam rerum omnium contemptum^{e, f} profiteretur, mendi-
 care victum maluit, quam honesto labore conquirere^h, aut habere
 ullam rem familiarem. Certe, vita sapientis exemplum esse 5
 viuendi ceteris debet. Si horum sapientiam omnes imiten-
 tur, quomodo stabunt ciuitates? Sed forsitan iidemⁱ Cy- 6
 nici exemplum verecundiae praebere potuerunt, qui palam cum
 coniugibus^k suis cubitauerunt. Nescio, quam possent virtu-
 tem defendere, qui pudorem sustulerunt. Non melior 7
 his Aristippus, qui, credo, vt amulae suae Laidi placeret,
 Cyrenaicam instituit disciplinam, qua summi boni finem in vo-
 luptate corporis collocauit, ne aut peccatis auctoritas, aut vi-
 tiis doctrina deesset. An illi fortiores magis sunt proban- 8
 di, qui vt mortem^l contempsisse dicerentur, voluntariam ne-
 cem

c) habeant] Sic pro MS. habent
 cum Heumanno lego. Bün.

d) canum] Cynicorum. Bün.

e) MS. contemptu. Pfaffius.

f) rerum - contemptum profiteretur]
 MS. contemptu. Sed recte Cl. Pfaffius.
 Ita Laët. lib. 6. c. 7. n. 6: eos autem,
 qui aut virtutem sequi volunt, aut
 contemptum rerum profitentur, per
 confractam quadam precipitiam trahit.
 Huc pertinet locus ex lib. 3. 23. 1: qui
 (minores philosophi) numquam sibi
 tam sapientes videri solent, quam quum
 pecunia contemptu gloriantur. conf.
 n. 6. c. 28. 10. Non moror Dauisium,
 hic Pfaffium arguentem. Bün.

g) profiteretur] Anonymus Britan-
 nus et Heumannus: profitentur. Non
 video necessitatem mutandi nume-
 ri. Bün.

h) conquirere] Heumannus credit,

vitiosam hanc scripturam, rescriben-
 dumque: eum - quarere, Nihil hic mu-
 tandum. L. 2. Inst. 12. 19: vt victum
 sibi labore conquirerent. vide sis meum
 indicem Latinit. Selectae ad Castel-
 lionis Verfion. Cod. S. Bün.

i) MS. idem. Pfaffius.

k) palam cum coniugibus] Postea
 tamen, Augustino teste L. 14. C. D.
 c. 20. a Cynicis fieri cessatum est plus-
 que valuit pudor - quam error etc.
 Dauisius in addendis p. 258. ita in-
 terpungit, et corrigit: sed forsitan-
 - praebere potuerunt. Atqui palam - cu-
 bitauerunt. Ego sumo particulam
 FORSITAN ironice, quomodo saepe
 particulis: scilicet, videlicet, nimi-
 rum etc. vititur. Bün.

l) MS. habet: qui et mortem; sed
 optime posuimus in textu: qui vt
 mortem. Pfaffius.

LIII 4.

m) nec

9 cem sibi intulerunt, Zeno, Empedocles, Chrysippus, Cleanthes, Democritus, et hos imitatus Cato: nec scierunt^{m. n.}, homicidii crimine teneri secundum ius legemque diuinam eum,
 10 qui se interfecerit? Deus enim nos in hoc domicilium carnis induxit, ille nobis temporale corporis habitaculum dedit, vt incolamus, quamdiu idem voluerit. Nefas igitur habendum est, sine Dei iusu velle migrare^{o.} Non est ergo vis ad
 11 hibenda^p naturæ. Scit ille, quemadmodum opus suum resoluat. Cui operi^q si quis manus impias adhibuerit^r, ac diuini opificii vincula dirruperit^{s. t.}, Deum conatur effugere, cuius sententiam nec viuus quisquam nec mortuus poterit euadere. Scelerati ergo^{u. x} et nefarii, quos superius nominaui, qui etiam docuerunt, quas causas habere debeat mors voluntaria; vt parum sit sceleris, quod homicidæ in semetipfos extiterunt, nisi ad hoc^y nefas et alios erudirent.

CAPVT XL. *

1 Innumerabilia sunt philosophorum dicta factaque, quibus eorum insipientia redargui possit. Itaque quoniam cuncta
 2 enumerare non possumus, pauca suffecerint. Satis est intelligi, philosophos neque iustitiæ, quam ignorabant, neque virtutis, quam mentiuntur, esse doctores. Quid enim do
 3 ceant, qui suam sæpe ignorantiam confitentur. Mitto Socrata-

m) nec scierunt] ita MS. Pfaffius.

n) nec scierunt] Sic MS. ante Davisium legebatur: *nescierunt*, puncto post *intulerunt* posito, aut interrogandi signo, quod post *interfecerit* fuit ponendum. Büñ.

o) velle migrare] Heumann. *emigrare* non dubitauit edere. Vltima in *velle* absorbit forte primam in *emigrare*. Büñ.

p) MS. *at hibenda*. Pfaffius.

q) *opus - Cui operi*] Cæsar's aliorumque more substantiuum repetit. Büñ.

r) *manus - adhibuerit*] Notius: *ad-tulerit, intulerit*. Büñ.

s) MS. *vincla dirruperit*. Pfaffius.

t) *dirruperit*] MS. *dirraumperit*. solent litteram caninam geminare veteres libri. Sic Glosf. Cyrill. *διαρρησσω, dirrumpto*. noto ad L. I. c. 18. 17. Büñ.

u) MS. non habet. *sunt*. Pfaffius.

x) *Scelerati ergo et nefarii*] Ediderat Pfaffius: *scelerati ergo sunt*, quod facile subauditur, quum abfit a MS. Büñ.

y) *ad hoc nefas - erudirent*] Szpe et eleganter Lactantius cum Cicero-ne: *erudire ad aliquid*. Büñ.

a) Cap. XL. ex lib. 3. c. 28. et 30. Büñ.

b) MS.

cratem, cuius est nota ^{b. c} sententia. Anaxagoras omnia circumfusa tenebris esse pronuntiat. Empedocles angustas ad inveniendam veritatem sensuum semitas esse. Democritus in profundo quodam puteo demersam veritatem iacere testatur, quam quia nusquam reperiunt, iccirco adfirmant, neminem adhuc exstitisse sapientem. Quoniam igitur nulla est (apud 5 Platonem Socrates dicit ^d) humana sapientia ^e, sequamur ergo diuinam, Deoque gratias agamus, qui eam nobis et reuelavit ^f et tradidit, ac nobis gratulemur, quod veritatem ac sapientiam caelesti beneficio tenemus, quam tot ingenii ^g, tot aetatibus requisitam ^h philosophiam nemo ⁱ potuit inuenire.

CAPVT XLII. ^a

Nunc, quoniam falsam religionem, quæ est in deorum cultibus, et falsam sapientiam, quæ est in philosophis ^b, refu-

b) MS. *mota*. Pfaffius.

c) *Mitto Socratem, cuius est nota sententia*] MS. *cuius est mota sententia*. Puto hæc ita explicari posse: Mitto Socratem, cuius sententia iam est disputata; siue de cuius sententia iam egi, scilicet capite 31. etc. 37. Ita Cellarius optime verba Senecæ in Lactantio lib. 3. Instit. c. 16. n. 14: *nondum mille anni sunt, ex quo initia sapientia mota sunt, explicauit: initia moueri esse, captum esse, primum de re disputari, dixi ibidem plura: nisi maheris: mota sententia, i. e. remota, eodem Epit. c. 37. Sic etiam in Statio nota pro mota fuit, teste Gronouio Obseruat. lib. 1. c. 15. Bün.*

d) *apud Platonem Socrates*] Non male Heumannus *ut addit: ut apud Platonem Socrates dicit*. Bün.

e) MS. *humanam sapientiam Deo*. Vocem tamen *Deo* librarius rursus deleuit. Pfaffius.

f) MS. *reuelabit*. Pfaffius.

g) *tot ingenii - requisitam*] dandi casu. vid. de Ira c. 9. 7: *tot faculis, tot ingenii aduersam - providentiam dixit*. Bün.

h) *quam tot ingenii, tot aetatibus requisitam philosophiam nemo potuit inuenire*] Ita Cl. Pfaffius correxit, atque ita *philosophia* hic esset ipsa sapientia christiana. vide quæ notauimus ad libr. de Opificio c. 1. n. 2. Sed videtur locus melius ita constitui: *quam* (sc. veritatem et sapientiam caelestem) *tot ingenii, tot aetatibus requisitam* PHILOSOPHIA NVM potuit inuenire? est enim in MS. philosophiam NVM, aut sine interrogatione: *requisitam philosophiam non potuit inuenire*. Sic lib. 3. Instit. c. 2. n. 8: *Quum tot temporibus, tot ingenii in* (veritatis et sapientie) *eius inquisitione contritis non sit comprehensa; adparet, nullam esse ibi* (penes philosophos) *sapientiam, et c. 30. n. 7: Quid sapientiam suscipere cunctamur, quam docti homines contritis in quarendo aetatibus numquam reperire potuerunt*. Idem fere censuit Danisius. Bün.

i) MS. *num pro nemo*. Pfaffius.

a) Cap. XLII. ex L. 4. c. 2. 3. et seqq. Bün.

b) *in philosophis*] *Lego: in philosophia*. Bün.

LIII 5

c) MS.

refutauimus, ad veram religionem sapientiamque veniamus. Et quidem coniuncte^c, quia cohærent, de vtraque dicendum est. Nam Deum verum colere, id est, nec aliud quidquam, quam sapientiam^d. Ille enim summus et conditor rerum Deus^{e, f}, qui hominem velut simulacrum suum fecit, iccirco vtique soli ex omnibus animalibus rationem dedit, vt honorem sibi tamquam patri^g, et tamquam domino referret, et hac pietate atque obsequio immortalitatis præmium mereretur. Hoc est verum diuinumque mysterium. Illis autem, quia vera non sunt, nulla concordia. Neque in philosophia sacra celebrantur, neque in sacris philosophia tractatur, et ideo falsa religio est, quia non habet sapientiam, ideo falsa sapientia^b, quia non habet religionem. Vbi autem vtraque coniuncta sunt, ibi esse veritatem necesse est, vt si quaeratur, ipsa veritas quid sit? recte dici possit aut sapiens religio, aut religiosa sapientia.

CAPVT XLII. ^a

1 **D**icam nunc, quid sit vel sapiens religio, vel sapientia religiosa. Deus in principio antequam mundum institueret, de æternitatis suæ fonte, deque diuino ac perenni spiritu suo filium sibi ipse progenuit incorruptum, fidelem, virtuti ac maiestati patriæ respondentem. Hic est virtus, hic ratio, hic sermo Dei, hic sapientia. Hoc opifrice, vt Her-
mes

e) MS. *coniuncta*. Pfaßius.

d) *id est, nec aliud quidquam, quam sapientiam*] Legendum: IDEM est, nec aliud quidquam, quam sapientiam. Dauis. Ita vero Anon. Britannus et Heumannus: Nam Deum verum colere, id est, nec aliud quidquam, sapientia. vid. Lib. 4. 3. 10: sapere nihil aliud est, quam Deum verum iustis ac piis cultibus honorare. Bün.

e) est non extat in MS. Pfaßius.

f) *Deus*] Verbum est, quod addidit Pfaßius, delendum, Deus cum

verbo *dedit* construendum; vnde ab Heumanno qui non fuit eiciendum. Lætatus sum, vbi postea vidi, Dauisum idem sentire. Bün.

g) *vt honorem - patri - referret*] Arbitror huic locum ita reformandum: vt honorem sibi, tamquam patri, et timorem, tamquam domino, referret. Probo ex lib. 4. c. 4. n. 1. 2. Bün.

b) MS. *sapientiam*. Pfaßius.

a) Cap. XLII. ex libro III. c. 6. et 7. Bün.

b) et

mes ait, et confiliatore, vt Sibylla, et præclaram^b et mirabilem huius mundi fabricam machinatus est. Denique ex omnibus angelis, quos idem Deus de suis spiritibus^c figuravit, solus in consortium summæ potestatis adscitus est, solus Deus nuncupatus. Omnia enim per ipsum, et sine ipso nihil. Denique Plato de primo ac secundo Deo non plane, vt philosophus, sed vt vates locutus est, fortasse in hoc Trismegistum securus, cuius verba de Græcis conuersa subieci: *Dominus et factor vniuersorum, quem Deum vocari^d existimavimus, secundum fecit deum visibilem et sensibilem. Sensibilem autem dico, non quod ipse sensum accipiat, sed quod insensum mittat^e et visum. Quum ergo hunc fecisset primum, et solum, et unum, optimus ei adparuit, et plenissimus omnium bonorum.* Sibylla quoque Deum dicit duces omnium a Deo factum; et alia, Deum Dei filium esse noscendum, sicut ea, quæ in libris^f posui, exempla declarant. Hunc prophetæ diuino spiritu pleni prædicauerunt, quorum præcipue *g*^h Solomon in libro Sapientiæ, item paterⁱ eius cælestium scriptor hymno-

b) et præclaram] Anon. Britannus et Heumannus ET tollunt, commode. Bün.

c) de suis spiritibus] Heumannus Lege, inquit, de suo spiritu, vt n. 1. At nihil hic mutandum, vt patet ex L. 4. 8. 9-10: et alios spiritus suos in angelos figurauit. Spiritus hic sunt spirationes. Bün.

d) vocari] Leg. vocare, gr. καλεῖν. Dauisium confidas. Bün.

e) in sensum mittat] Heumannus legit: sensum immittat. At Taurin. lectio exprimit græca in Lact. 4. 6-4: εἰς αἰθήρησιν ὑποπέμπει, vbi versio Lat. MS. Reimm. in sensum summittit (alii mittit). Aliis plane verbis, nec iis accuratis, Trismegisti locum vertit Apuleius in Adlocut. ad Asclep. p. 80: Dominus et omnium conformator, quem recte Deum dici-

mus, quem a se secundum fecerit, qui videri, et sentiri possit, eundem secundum sensibilem ita dixerim, non ideo, quod ipse sentiat (de hoc enim, an ipse sentiat, an non, alio discernimus tempore), sed eo, quod videntium sensus incurrit. Quoniam ergo hunc fecit ex se primum et a se secundum, visusque est ei pulcher, vtpote qui sit omnium bonitate plenissimus. Idem Dauisius hic obseruauit. Bün.

f) in libris] sc. Institutionum L. 4. 6. 5. Mox, vt Cl. Pfaffius ipse in aliquot locis nouæ nostræ editionis correxit, sic et hic in MS. Solomon haberi puto. Bün.

g) MS. præcipua. Pfaffius.

h) quorum præcipue] Sic de Ira 11. 8. Heumannus præcipuus legit. Bün.

i) Solomon - item pater] vid. L. 4. 8. n. 13. 14-16. not. Bün.

k) pro

hymnorum, ambo clarissimi reges, qui Troiani belli tempore CLXXX annis antecesserunt, hunc ex Deo natum esse testantur. Huius nomen nulli est ^k notum, nisi ipsi et patri, sicut docet Iohannes in Reuelatione. Hermes ait, non posse ⁹ nomen eius mortali ore proferri. Ab hominibus tamen duobus vocabulis nuncupatur, Iesus, quod est Saluator, et Christus, quod est Rex. Saluator ideo, quia est sanatio et salus omnium, qui per eum credunt in Deum. Christus ideo, quia ipse de caelo in saeculi huius consummatione venturus est; ut iudicet mundum, et resurrectione mortuorum facta, regnum sibi constituat æternum.

CAPVT XLIII. *

Sed ne qua forte sit apud te hæsitatio, cur eum, qui ante mundum ex Deo natus sit, Iesum adpellemus ^b, qui ante annos CCC. natus ex homine est, rationem tibi breuiter exponam. Idem est Dei et hominis filius. Bis enim natus est. Primum de Deo in spiritu ante ortum mundi, postmodum in carne ^c ex homine ^{d, e}, Augusto imperante, cuius rei præclarum et grande mysterium est, in quo et salus hominum, et religio summi Dei, et omnis veritas continetur. Nam quum primum scelerati atque impii deorum cultus per insidias dæmonum irreperunt, tum penes solos Hebræos religio Dei mansit, qui tamen non lege aliqua, sed traditum sibi per successiones cultum patrio more tenuerunt vsque ad id tempus, quo de Aegypto exierunt, Moysæ duce, primo omnium prophetarum, per quem illis lex est a Deo imposita ^f, qui ^{g, h} Iudæi sunt

^k) pro esse lege est. Pfaffius.

^a) Cap. XLIII. ex lib. 4. c. 7 - II.

Bün.

^b) MS. *appellamus*. Pfaffius.

^c) MS. *carnem*. Pfaffius.

^d) Hic recentior manus in MS. pro *homine* posuit *virgine*. Pfaff.

^e) *ex homine*] Recentior manus perperam in MS. pro *homine* posuit *virgine*. Ipse Lactantius L. 4. 12. 13: *quia ex homine natus est. antea n. 7:*

per virginem natum dixerat. Dauisius addit egregium locum ex August. C. D. L. 18. c. 46: Homo manifestus ex homine virgine. Bün.

^f) *lex - imposita*] Lib. 4. 23. 5. Cic. L. 1. Leg. 15: *si triginta illi Athenis leges imponere voluissent.* Bün.

^g) in MS. extat *his qui*. Pfaffius.

^h) *qui Iudæi*] MS. *his qui*. Vnde lego *ique*. Idem Dauisio visum. Bün.

ⁱ) MS.

sunt postmodum nominati. Seruierunt igitur Deo vinculis legis obstricti. Sed iidemⁱ paulatim ad profanos ritus aberrantes, alienos deos susceperunt, et derelicto patrio cultu, insensibilibus^{k-l} simulacris immolauerunt. Propterea Deus prophetas ad eos misit, diuino spiritu adimpletos, qui illis peccata exprobrarent, et pœnitentiam indicerent, qui secuturam ultionem minarentur, ac dēnunciarent futurum, si in iisdem delictis perseuerassent, vt alium mitteret nouæ legis latorem, et^m ingratoⁿ populo ab hereditate summoto, aliam sibi plebem fidelio-rem de extēris gentibus congregaret. Illi autem non modo perseuerarunt, verum etiam eos ipsos, qui mittebantur, interfecerunt. Itaque damnauit eos ob hæc facinora, nec adiecit vltērius prophetas mittere^o ad populum contūmacem, sed filium suum misit, vt gentes vniuersas ad gratiam Dei conuocaret. Nec illos tamen, licet impios et ingratos, ab spe salutis exclusit, sed ad ipsos potissimum misit, vt si forte paruissent, non amitterent, quod acceperant; si autem Deum suum non suscepissent, rum heredibus abdicatis, gentes in adoptionem venirent. Iusfit igitur eum summus pater descendere in terram, et humanum corpus induere; vt subiectus passionibus carnis, virtutem ac patientiam non solum verbis, sed etiam factis doceret. Renatus est ergo ex virgine sine patre tamquam homo; vt quemadmodum in prima natiuitate spiritali creatus ex^{p-q} solo Deo, sanctus Spiritus

i) MS. *idem*. Pfaffius.

k) Manus recentior correxit *insensibilibus*. Pfaffius.

l) *insensibilibus simulacris*] Manus recentior correxit: *insensibilibus*, cui videtur vox Lucretii *insensibilis* ignota fuisse; licet non negem, Lactantium vbiuis in Institutionibus vti voce *insensibilis*. vide L. 1. c. 11. n. 54. c. 20. n. 22. lib. 2. c. 8. n. 35. et 38. lib. 4. c. 1. n. 2. et propius ad h. l. lib. 6. c. 13. n. 13: *simulacra insensibilia colunt*. Bün.

m) MS. *us*. Pfaffius.

n) *et ingrato*] Hoc et cum Pfaffio, Dauisio et Heumanno præfero. Anonymo Britanno vt ex MS. placet. Bün.

o) *ves adiecit - mittere*] Hæc loquendi ratio respondet Hebræorum *BDN*, quod sæpe addunt; Lactantius vero ex LXX. videtur hæc imitatus esse. Bün.

p) MS. *est*. Pfaffius.

q) *creatus ex solo Deo, sanctus*] MS. *creatus est ex solo Deo sanctus*. Pfaff. ediderat: *creatus et ex solo Deo sanctus*. Lego cum Dauisio: *creatus ex solo*

tus factus est, sic in secunda carnali ex sola matre genitus, caro sancta fieret: vt per eum caro, quæ subiecta peccato fuerat, ab interitu liberaretur.

CAPVT XLIIII.ª

Hæc sic futura, vt exposui, prophetæ ante prædixerant. Apud Solomonem ita scriptum est: *Infirmatus est b uter-
2 rus virginis et accepit fetum, et grauata est, et facta est in mul-
3 ta miseratione mater virgo.* Apud Esaiam c sic: *Ecce vir-
4 go accipiet in uterum, et pariet filium, et vocabitis d nomen
eius Emmanuel, quod significat, nobiscum Deus.* Fuit
enim nobiscum in terra, quum induit carnem; et nihilomi-
nus Deus fuit in homine, et homo in Deo. Vtrumque
autem eum fuisse, a prophetis ante prædictum est. Quod Deus
fuerit, Esaias ita dicit: *Adorabunt te, et in te precabuntur,*
quo-

solo Deo, sanctus spiritus factus est; ob elegantem antithesin membri sequentis. Ipsam tamen, inquit Dauisius, loquendi rationem præstare nolim, licet interdum creandi et gignendi τὸ ἔργον καὶ τὸ γένεσθαι verbis eadem sit potestas assignata. vid. Petauium de Trin. L. 2. c. 1. §. 5. sqq. Ego non dubito, ipsam loquendi rationem præstare. Nam creare, procreare, gignere, generare nostro idem valent. vide sis L. 4. 13. 4 dicitur: a solo Deo patre generatus est - virginali utero PROCREATVS. add. L. 4. c. 8. 4-5. ad creandum - procreare - procreauit, et num. 3. Bün.

r) [sanctus spiritus factus est] Explicat Pfaffius in dis. prælim. §. 27. 28. addo et explico ex ipso Lactantio lib. 4. c. 6. n. 1: *Deus - antequam opus mundi adoriretur, SANCTVM et incorruptibilem et irreprehensibilem SPIRITVM GENVIT, quem FILIVM nuncuparet.* reliqua conf. lib. 4. c. 8. sect. 6-8: *quum sit et ipse spiritus.*

L. 4. c. 12. n. 2. c. 13. n. 5. et n. 12. Huc refer Cyprianum de Idolor. Vanit. ed. Oxon. f. 15: *carne spiritus sanctus induitur.* Bün.

a) Cap. XLIIII. ex lib. 4. c. 12. Bün.

b) [Infirmatus - virgo] Innot. ad L. 4. 12. 3. (f. g.) dictum, neque in verbis, neque in subornatis scriptis Solomonis hunc locum reperiri; Davisius, quia l. c. Lactantii in MSS. Oda, aut Psalmus XIX. commemoratur, hoc testimonium ex Psalterio Solomonis desumptum fuisse coniicit, plures vero quam duodeniginti a Cerdano, et Io. Alb. Fabricio in Cod. Pseud. T. S. p. 917. sqq. editos, olim exstitisse ex Nicephori Stochometris, qui versus numerat M M C, colligit. Bün.

c) MS. Esaiam. Pfaffius.

d) et vocabitis] Sic restituimus L. 4. Inst. 12. 4. Bün.

e) in MS. pro eum exstat Deum. Pfaffius. sed rectius enim. lib. 4. 13. 6. Bün.

f) in

quoniam in te Deus est^f, et nos nesciebamus, Deus Israel^g. Confundentur et reuerbuntur^h omnes, qui aduersantur tibi, et cadent in confusionem^{i.k}. Item Ieremias^{l.m}: Hic Deusⁿ noster est, et non deputabitur alius absque illoⁿ, qui inuenit omnem viam prudentiae, et dedit eam Iacob puero suo, et Israel^o dilecto sibi: Posthac in terris visus est, et cum hominibus conuersatus est. Item, quod homo fuerit, idem Ieremias⁶ dicit: Et homo est^p, et quis cognouit eum; Esaias^q quoque sic tradit: Et mittet eis Dominus^r hominem, qui saluabit eos, et iudicans sanabit eos. Item Moyses ipse in Numeris: Orietur stella ex Iacob, et exsurget homo ex Israel^s. Iccirco igitur quum⁷ Deus esset, suscepit carnem, vt, inter Deum et hominem medius^t factus, hominem ad Deum magisterio suo superata morte perduceret.

CAPVT XLV. °

Diximus de natiuitate. Nunc de virtute operibusque dicamus, quæ quum magna inter homines ac mirabilia faceret, videntes illa Iudæi, magica potentia fieri putabant, ignorantibus, ea omnia, quæ fiebant ab eo, prædicta esse a prophetis. Aegros et vario morborum genere languentes non medela^{b.c} aliqua, sed vi ac potestate verbi sui protinus roborabat,

f) in te Deus est] Plenius hic locus legitur L. 4. Instit. 13. 7. vbi lege; vnde Dauisius hic suppleuit: in te Deus est, et non alius Deus præter te, tu enim Deus es, et nos nesciebamus. Bün.

g) MS. Ifrabel. Pfaffius.

h) MS. reberebuntur. Pfaffius.

i) Forsan legendum est *confusio-nem*. Pfaffius.

k) in confusionem] MS. in *confu-sionem*. Prius, vt iam Pfaffius coniecit recte, firmatur ex L. 4. Inst. 13. 7. Bün.

l) MS. Hieremias. Pfaffius.

m) Ieremias] Respice dicta ad L. 4. Inst. 13. 8. not. (t. u.) p. 471. Bün.

n) absque illo] i. e. præter illum, nisi ille. vindicauit hunc significatum lib. 4. c. 13. n. 8. (x) p. 471. Bün.

o) MS. Israel. Pfaffius.

p) Et homo est] not. L. 4. 13. 10. (b. c.) Bün.

q) Esaias] sc. in LXX. Esaiæ c. 19. 20. noto ad L. 4. 13. 10. (e) p. 472. Bün.

r) et mittet eis Dominus] vid. L. 4. 13. 10. dicta. (f. g.) Bün.

s) Orietur-homo ex Israel] conf. L. 4. 13. 10. not. (i. k.) p. 473. Bün.

t) medius] elegantius, quam *mediator*. conf. not. ad L. 4. 25. 5. (m) p. 532. Bün.

u) Cap. XLV. ex lib. 4. c. 13-15-18. Bün.

b) MS. medella. Pfaffius.

c) non medela] MS. non medella: atque ita solent antiqui libri et inscriptiones. notauit Vorstius ad Valer. Max. lib. 2. c. 1. p. 81. et ad Instin.

rabat, debiles refanabat, claudos ad gresum erigebat, cæcis visum restituebat, mutis eloquium dabat, surdos inauribat^d, pollutos maculatosque^e purgabat, furiatis dæmonum incursum mentem propriam reponebat, mortuos aut iam sepultos ad vitam lucemque reuocabat. Idem quinque millia ^f hominum quinque panibus et duobus piscibus saturauit. Idem super mare ^g ambulauit. Idem in tempestate præcepit vento ut conuiesceret^h, statimque tranquillitas facta est: quæ omnia et in prophetarum libris, et in carminibus Sibyllinis prædicta inuenimus. Ob hæc miracula quum ad eum magna con-

Iustin. lib. 16. c. 2. n. 4. in antiquis inscriptionibus perpetuum fere esse: *querella* pro *querela*. Sic f. 376. et 536. in Glosf. Cyrill. *ἀνευ μέμψεως*, sine querella. Ven. 1497. ad Laët. lib. 2. c. 4. n. 6. sperare *insolkam* pro *inrebam*. Glosf. Cyrill. f. 534. *ὀραδίστα*, loquella. f. 573. *πυλδω*, sandella. f. 655. *ὀραδίστα*, loquella. conf. Falster. Supplem. Lat. Linguz. p. 296. et 354. Büñ.

d) *surdos inauribat*] Notanda vox *inaurire*, vix et aliis ante nostrum nota; in Gellio lib. 7. Noct. Att. c. 6. *animalia inaurita*, sensu contrario, sunt, quæ auribus carent; sed et ibi Nonii auctoritate Ios. Mercerus et Eronotius fere malunt: *inaudita*. Elegantius dixit Laët. lib. 4. Instit. c. 15. n. 8: *surdorum patefactis auribus insinuabat audirum*, etc. 26. n. 6: *patefecit aures surdorum*, et Arnob. lib. 1. p. 31: *surdorum auriculas retrurare*. Prudentius Peristeph. 10. 954. *surdus reddere audientiam*. Heumanus putat, esse fortasse Afrum vocabulum, ipsique nullo alio loco occurrit. Dauisio noster vocem hausisse videtur ex Italica Bibliorum versione. Idem ablegat ad Hilarium in Psalm. 53. et 54. At Hilario cc.

ll. *inaurire*, alio plane sensu, est *auribus percipere*. Hinc in Pl. 54. f. 118. ed. Veron. nouisf. *non cuiuscumque est innocentia, id postulare, ut orationem suam Deus INAVRIAT*, MOX ad verba: INAVRIRE *Dans orationem meam: ut inauriatur oratio*. Büñ.

e) *maculatos*] i. e. leprosos. L. 4. 26. 11-12. c. 15. 8: *pollutos et adpersos maculis repurgabas*. Büñ.

f) MS. *milia*. Pfaffius.

g) *super mare*] Priores supra ediderunt. Lego cum Heumanno *super mare* ex vulgato interprete Math. XIII. 26-29. Sic Hyginus fab. 14. ed. Munckeri p. 40: *Hic SVPER aquas sicco pede cucurrisse dicitur*. Plin. L. 7. H. N. c. 2: *SVPER ambustam ligni struem ambulantes non aduruntur*. Hilarius L. 10. Trinit. c. 23. f. 337: *ut calcet undas, et super fluctus eat et non degraueatur incensu, neque aqua insistentibus vestigiis cedant*. Apuleius L. 5. Metam. p. 171. *super fluctus marinos pinnis natat*. Ouidius L. 14. Metam. 50:

*Summaque decurrit pedibus
super aquora secis*. Büñ.

h) *conuiesceret*] Plin. L. 2. ep. 17. *quum ventus inquietus: qua uenti quiescunt*. Büñ.

i) et,

concurreret multitudo, et, vt eratⁱ, Dei filium, et a Deo mis-
sum crederet, repleti inuidia sacerdotes ac principes Iudæo-
rum simul ira concitati, quod eorum peccata et iniustitiam
coarguebat, coierunt, vt eum occiderent. Quod futurum

ante annos mille paullo amplius Solomon^k in Sapiaentia pro-
nunciauerat his verbis: *Circumueniamus^l iustum, quoniam in-
suauis est nobis, et exprobrat^m nobis peccata legis. Premit-
tit scientiam Dei se habere, et filium Dei se nominat. Factus
est nobis in traductionem cogitationum nostrarum, grauis est no-
bis etiam ad videndum, quoniam disformis est aliis vita illius,
et mutata sunt via illius. Tamquam nugaces æstimati sumus
ab illo. Continet se a viisⁿ nostris, quasi ab immunditiis, et
præfert^o nouissima iustorum, et gloriatur patrem Deum^p. Vi-
deamus ergo, si sermones^q illius veri sunt, et tentemus, quæ
euentura sunt illi. Contumelia et tormento^r interrogemus eum,
vt^t sciamus reuerentiam illius, et probemus patientiam illius.
Morte turpissima condemnemus eum. Hæc cogitauerunt et er-
rauerunt. Excæcavit enim illos stultitia eorum, et nescierunt
sacramenta Dei.* Harum igitur litterarum immemores,
quas legebant, incitauerunt populum tamquam aduersus im-
pium, vt eum comprehensum ad iudicium ducerent, mor-
temque eius impiis vocibus flagitarent^s. Intentabant au-

tem

i) et, vt erat] De hac elegantia

dictum ad lib. 1. Instit. c. 8. n. 4. Bün.

k) Solomon] Lego: Solomon. vide
c. 42. not. (f). Bün.

l) in Sapiaentia - Circumueniamus]
L. 4. 16. 7. 199. Bün.

m) MS. exprobat. Pfaffius.

n) MS. viuis. Pfaffius.

o) MS. præferet. Pfaffius.

p) gloriatur patrem Deum] Ita le-
gendum, vt dixi et restitui L. 4.
Inst. 16. 8. Idem Dauisius hic censuit.
Bün.

q) si sermones] i. e. vtrum sermo-
nes. notauit lib. 4. c. 16. n. 9. Bün.

r) MS. Contumelia et tormenta.
Pfaffius.

s) contumelia et tormento] Ita fa-
cilius ex MS. *consumelia et tormen-
ta*, quam *consumeliis et tormentis* cor-
rigi potuit. prius cum Dauisio rece-
pi; posterius est Pfaffii, Walchii,
Heumanni. vid. quæ noto ad L. 4.
16. 9. (q) p. 495. Gr. ὑβρεὶ καὶ βε-
σάνω. Bün.

t) MS. et. Pfaffius.

u) vocibus flagitarent] Denotat eo-
rum vehementiam et in petendo im-
portunitatem, more Ciceronis et
Lactantii. Lact. Opif. c. 3: *magnisque
clamoribus conditionem pristinam
flagitent*, et lib. 4. c. 18. 5. *succlamare
cæperunt et crucem eius VIOLENTIS*

M m m m

VOCI-

tem pro crimine* id ipsum, quod se Dei filium diceret, et quod legem solueret, curando homines in sabbato, quam ille se non soluere, sed implere dicebat. Quumque Pontius Pilatus, qui tum legatus in Syria^y iudicabat*, perspicere, causam illam ad officium Romani Iudicis non pertinere, misit eum ad Herodem Tetrarcham, permisitque Iudæis, ut ipsi legis suæ disceptatores^a essent, qui accepta sceleris potestate, addixerunt eum cruci^b, sed prius flagellis et palmis verberaverunt, spinis coronarunt, faciem conspuerunt^c, in cibum et potum dederunt ei fel et acetum, et inter hæc nulla vox⁹ eius audita est. Tunc carnifices sortiti de tunica eius et pallio, suspenderunt (eum^d) patibulo atque adfixerunt^e, quum postridie Pascha, id est, festum diem suum celebraturi¹⁰ essent. Quod facinus prodigia secuta sunt, ut intelligerent nefas, quod admiserant. Eodem namque^f momento, quo spiritum posuit, et terræ motus magnus, et deliquium solis fuit, ut in noctem dies verteretur⁸.

CA-

VOCIBVS FLAGITARE. Glosf. Philax.

Flagitauerit, μετά βουλήν ἀπειθήσῃ
Plura Pricæus ad Apulei. Apol. p. 169. ex quo Oiselius hausit, teste Gronou. ad Gell. N. A. L. 17. c. 6. p. 761. Arbitr. c. 92: non minore clamoris indignatione Girona flagitabat. vbi conf. Pithæum ed. Burm. p. 444. Sæpe Cyprianus in epistolis e. g. l. 2. ep. 11: qui clamoribus turbulentis promerens et flagitarent; L. 3. ep. 5: clamore violento flagitasset. Büñ.

x) *intentabant - pro crimine*] i. e. tamquam crimen. Sæpe Lactantius ita præpositione hæc vtitur. Büñ.

y) MS. *Syriam*. Pfaffius.

z) *legatus in Syria iudicabat*] vid. dicta ad L. 4. 18. 4. (c) p. 505. Büñ.

a) *ut ipsi legis suæ disceptatores essent*] Et hoc Ciceronis et Lactantii lib. 6. c. 8. n. 9: ille (Deus) huius inuentor, disceptor, lator. de Ira

c. 19. n. 9: *Deus est legis suæ ipse disceptor*. Büñ.

b) *addixerunt cruci*] Lego: *adfixerunt eum cruci*. Nam prius iam addixerant, quam flagellis et palmis verberarent. vid. Lib. 4. 18. 7 - 8. Büñ.

c) *faciem conspuerunt*] adnotauit ad L. 4. 18. 8. (r) p. 506. Büñ.

d) *eum* non extat in MS. Pfaffius. facile *eum* subauditur. Büñ.

e) *patibulo atque adfixerunt*] Heumannus scribit: *patibuloque adfixerunt*. Ita Lact. 4. 30. 7: *atque execrabili patibulo figeretur*. Crucem sæpe patibulum dici monui ad Castell. L. 4. dial. 17. not. marg. (h) p. 287. et Indic. Latinitatis Select. ad Castellionis version. Cod. S. p. 153. Büñ.

f) MS. *namque*. Pfaffius.

g) MS. *verteretur*. Pfaffius.

a) Cap

CAPVT XLVI.^a

Quæ omnia^{b. c} prophetæ sic futura esse prædixerant. Esai-
 as ita dicit: *Non sum contumax, neque contradico, dor-*
suum meum posui^{d. e} ad flagella, et maxillas meas ad palmas,
faciem autem meam non auerti a fœditate sputorum. Idem de
 silentio: *Sicut ovis^f ad immolandum adductus sum, et sicut*
agnus coram tondentibus & sine voce, sic non aperuit os suum.
 Item David in Psalmo xxxiii: *Congregata^g sunt in me flagella*
et ignoraueruntⁱ, dissoluti sunt, nec compuncti sunt, tentaue-
runt me, et striderunt super me dentibus suis. Idem de cibo
 et potu Psalmo^k lxxviii^l: *Et dederunt in escam meam fel, et*
in siti mea potum mihi dederunt acetum. Item de cruce
 Christi: *Et foderunt^m manus meas et pedes meos, dinumera-*
verunt omnia ossa mea; ipsi autem contemplati sunt, et vide-
runt me, diuiserunt vestimenta mea sibi, et super vestem meam
sortem miserunt. Moyses in Deuteronomioⁿ: *Et erit pen-*
dens vita tua ante oculos tuos, et timebis die et nocte, et non
credes vita tua. Item in Numeris? *Non quasi homo Deus^o sus-*
penditur, neque quasi filius hominis minas^p patitur. Item
 Zacharias^q: *Et intuebuntur in me, quem trafixerunt.* De
 solis obscuracione Amos^r ita dicit: *In illo die, dicit Dominus,*
 ecci-

a) Cap. XLVI. ex lib. 4. c. 18. et 19. et 21. Bün.

b) MS. *Quæ*. Pfaffius.

c) *Quæ omnia*] Lectio hæc MSS. præferenda Pfaffianæ: *Hæc omnia*. Bün.

d) MS. non habet *posui*. Pfaffius.

e) *dorsuum meum posui*] vid. L. 4. Inst. 18. 13. Bün.

f) *Sicut ovis*] L. 4. 18. 16. Bün.

g) *coram tondentibus sine*] Leg. ex L. 4. 18. 16: *coram tondentibus se sine*. Bün.

h) *Congregata*] Lib. 4. 18. 14. Bün.

i) *et ignorauerunt*] Sic c. l. restitui. Bün.

k) MS. non habet *Psalmo*. Pfaff.

l) *Psalmo LXXVIII*] Laet. 4. 18. 19. Bün.

m) *Et foderunt*] Ex L. 4. 18. 30: *effoderunt*. Attamen etiam Augustinus de Diuinatione Dæmonum in T. 6. Op. f. m. 512. c. 12: *Foderunt*. Bün.

n) *in Deuteronomio*] Laet. 4. 18. 29. Bün.

o) *Non quasi homo Deus*] vid. not. ad L. 4. 18. 29. vnde *minas patitur* correxi. Bün.

p) Forfan legendum est *minas*. Pfaffius. vide lib. 4. Instit. c. 18. n. 29. Bün.

q) MS. *Zaccharias*. Pfaffius.

r) *Zacharias*] vid. L. 4. 18. 30. Bün.

s) *Amos*] L. 4. Inst. 19. 3. Bün.

occidet sol meridie, et obtenebrabitur^r dies lucis, et conuertam dies festos vestros in luctum, et cantica vestra in lamentationemⁿ. Item Ieremias de ciuitate Hierosolyma, in qua passus est: *Et subiuit^s sol ei, cum adhuc medius dies esset, confusa^y est et maledicta, reliquos eorum in gladium dabo.* Nec frustra hæc dicta sunt. Siquidem post breue tempus Imperator Vespasianus Iudæos debellauit, et terras eorum ferro ignique depopulatus est, obesos fame subegit, Hierosolymam euertit, captiuos triumphauit^z, ceteris, qui reliqui fuerunt, terris suis interdixit, ne quando iis ad solum patrium reuertii liceret. Quæ a Deo, propter illam Christi crucem facta sunt, vt^a hoc in scripturis eorum Solomoni^b ante testatus sit, dicens: *Et erit Israel in perditionem, et in inproperium^{c,d} populo, et domus hæc erit deserta, et omnis, qui transiet^{e,f} per illam,*

r) obtenebrabitur] Sic restitui L. 4. Inst. 19. 3. Bün.

n) MS. *lamentatione*. Pfaffius.

s) *Et subiuit*] Sic lego L. 4. Inst. 19. 4. Bün.

y) *confusa est*] Legendum est: *confusa est*, vide Lact. lib. 4. c. 19. n. 4. et Cyprian. lib. 2. adu. Iudæos ad Quirinum §. 23. f. 408, et alios patres. Dauisius et Heumannus idem censent. Bün.

z) *captiuos triumphauit*] noto ad L. 4. 26. 28. Bün.

a) forsân legendum: *ita, vt*, Pfaffius.

b) *Solomoni ante testatus*] Legendum, inquit Dauisius, Solomon in nominandi casu. At non est mutandus dandi casus, Deus enim hoc Solomoni testatus est 1 Reg. VIII. 6. sqq. Lactantius tamen L. 4. 18. 32. hæc profert vt Solomonis verba. Res eodem redit. Heumannus corrigat: *vt Salomon est*. Bün.

c) MS. habet *inproperium* pro *opprobrium*. Pfaffius.

d) *et in inproperium*] MS. *et in*

inproperium, quod licet minus elegans, rectum tamen, et alibi in versione antiqua vsitatum. Cyprian. ad Demetrian. n. 21: *Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, et in similitudinem inproperii*. Irenæi interpr. lib. 4. c. 66. f. 364. *inproperium passa est*. et iterum Cypri. Exhort. Mart. c. 12. f. 385. et lib. 3. ad Quirin. c. 16. f. 423. conf. Falsteri Supplem. L. L. p. 156. notauit ad lib. 4. Instit. c. 18. n. 32. ex MS. Gothano. vide quoque, quæ de verbo *improperare* monet Duckerus Latinit. Iurisc. Veterum p. 112. et pag. 485. quo sæpissime vitur verbo vulgata et Cypr. lib. 4. ep. 6. ed. Erasmi, et de Exhort. Mart. ed. Pamel. c. 9. f. 391: *si improperatur vobis*. Pfaffius et reliqui in textu: *is opprobrium*, in notis prius Dauisius et Heumannus tuentur. Bün.

e) forsân legendum: *transibit*. Ita enim Lactantius infra c. 47: *qua nunquam transibit*. Pfaffius.

f) *qui transiet per illam*] Sic MS. nec possum Cl. Pfaffii coniecturæ hic

illam, admirabitur, et dicet: Propter quam rem Deus fecit terra huic et huic domus hæc mala, et dicent, quia dereliquerunt^b Dominum Deum suum, et persecuti sunt regem suum dilectissimum Deo, et cruciauerunt illum in humilitate magna, pro hoc^c importauit^k illis Deus mala hæc. Quid enim 9

hic accedere. *Transiet* positum: pro *transibit*, atque in hoc ipso loco Gochanus codex præfert: *transiet*; quam formam pluribus confirmavi ad lib. 4. c. 18. sect. 32. notatum quoque Lactantii aliorumque *exiet* lib. 4. c. 13. n. 20. et *prodient* ex lib. 7. c. 16. sect. 14. conf. Pamelium ad Cyprian. f. 537. Plures docti non recordati sunt huius formæ, alias non sollicitasent verbum inietur *ratio*, pro *inibitur*, in Cic. Orat. pro Lege Agrar. contra Rulhū, quæ est Or. XVI. cap. 25. sed merito contra Manutii, Lambin. Lauredan. Gruteri immutationes et hæsitaciones ex MSS. Palat. primo, Franci, et antiquissimis ead. defenditur a Grauiō. Hieron. aduersus Luciferianōs Tom. 2. f. 127; unde *ad me hunc introiet, quum oculus meus cæcus sit?* et Ambros. libro de Fide contra Arrianos c. 7: *ad te transiens*. Interpretis Irenæi lib. 2. c. 24. f. 150. et lib. 1. f. 16: *præteriet*, Grabius recte defendit, et f. 101: *non exies inde*, vt quoque in meis membranis antiquæ versionis Luc. 12. extr. et lib. 3. c. 12. f. 230: *exient et seruient mihi*. lib. 3. c. 20. f. 246: *periet infirmus*. vbi vide Fevard. et Grabium, et Summar. lib. 4. c. 6: *transient*. c. 8. *transiet terra*. f. 271. 279. 280. *exies cras*, f. 334. r. 37. Sic c. 59. f. 358: *quomodo homo transiet in Deum, si non Deus in hominem*. c. 67. f. 365: *unus apex non transiet a lege*. f. 366. Sec. Fevard. marg. et Vosf. MS. *ex Sion prodies lex*, pro quo substituerant:

procedet. lib. 5. c. 12. f. 416: *spiritus a me exiet* c. 30. f. 448: *non sine damno sales exient*. c. 35. f. 459. *terram et celum transiet*. Büñ.

g) MS. *domi*. Pfaffius.

h) MS. *derelinquerunt*. Pfaffius.

i) *pro hoc*] rectius: *propter hoc* δια τῆτο, vt L. 4. Inst. 18. 33. Büñ.

k) *importauit -- mala hæc*] vt lib. 4. c. 18. n. 33. Elegans Phrasif. Cic. 5. Tusc. c. 10: *hæc (mala) casus importat*. Pro Sextio c. 69: *Præstat in eandem illam reciderè fortunam, quam tantam importare meis defensoribus et conseruatoribus calamitatem*. adde lib. 1. de Orat. c. 9. et Schulting ad Senec. Suafor. 2. p. 24. et Gronou. ad Tacit. f. auct. dial. de Oratorib. c. 3. Sic quoque Cyprian. de Bono Patient. f. 367. n. 11: *quid mali impatientia importet, consideremus*. exhort. Mart. c. 10: *in persecutionibus nemo cogitet, quod periculum diabolus importet, sed immo consideret, quod auxilium Deus præstet*. ex his Cypriani locis sanandus est alius de Opere et Elemos. princ. *quum dominus adueniens sanasset illa, qua Adam portauerat vulnera*. Lege meo periculo: *importauerat*, primam syllabam vox *Adam* perdidit. et ad Phædr. lib. 1. fab. 28. v. 6. et Dispont. Collect. in Phædr. p. 205. Arnob. lib. 1. p. 1: *examina tanta macrorum mortalium importata sunt sculis*, et p. 3: *pestilentias - resque alias noxias - dii nobis important iniuriis vestris atque offensionibus exasperati*. Büñ.

Mmm 3

l) Quid

enim^l non mererentur, qui dominum, qui ad salutem^m ipsorum venerat, peremerunt?

CAPVT XLVII. *

Post hæc detractum patibulo^b corpus monumento condiderunt. Verum tertio die ante lucem, terræ motu facto, ac reuoluto^c lapide, quo sepulcrum clauerant, resurrexit. In sepulcro autem nihil nisi exuuiæ^d corporis sunt repertæ. Ipsum vero resurrecturum die tertio iam olim prophetæ fuerant prælocuti. Dauid in Psalmo xv. *Non derelinques animam meam ad inferos^e, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Item Osee^f: *Hic filius^g meus sapiens, propter quod nunc non resistetⁱ in contributione filiorum suorum, et de manu inferorum eruam eum. Vbi est iudicium tuum, mors, vbi est aculeus tuus?* Idem rursus: *Vniificabit^k nos post biduum die tertio.* Profectus igitur in Galilæam post resurrectionem; discipulos suos rursus, quos metus in fugam verterat, congregauit, datisque mandatis, quæ obseruari vellet, et ordinata Euangelii prædicatione per totum orbem, inspirauit in eos Spiritu-

l) *Quid enim - peremerunt*] Hæc sunt verba Lactantii, non Solomonis; vnde diuersas ab prioribus typis imprimendis curauit. Bün.

m) MS. *salute*. Pfaffius.

a) Cap. XLVII. ex Lib. 4. Inst. c. 19 - c. 21. Bün.

b) *patibulo*] c. 45. n. 9. (e) c. 51. 5. Prudentius H. 10. Peristeph. 641. *Cruce illa nostra est, nos patibulum ascendimus.* Bün.

c) *reuoluto lapide*] Tertullian. Apol. c. 21: *die tertia, concussa repente terra et mole reuoluta, qua obstruxerat sepulcrum.* Bün.

d) *exuuiæ corporis*] L. 4. Inst. 19. 7: *in sepulcro nihil repertum est, nisi exuuiæ, quibus inuolutum corpus incluserant.* Dauisius illustrauit ex Virg. L. 4. Aen. 496. et 651. Bün.

e) *ad inferos*] Noster L. 4. 19. 8.

Irenæus L. 3. c. 12. et Cyprian. Test. adu. Iud. L. 2. c. 24. habent *apud inferos*; sed Epitomes huiusce lectionem prætulerim, quoniam a recepta loquendi ratione longius abeat, et vocibus *εἰς ᾧδης*, quibus vsi sunt interpretes Græci Ps. XV. 10. accurate respondeat; sic enim ex MSto *Alex.* et Act. 2. 13. scribendum, non *εἰς ᾧδης*, vt vulgati. *Dauisius.*

f) *Osee*] vid. Lib. 4. Inst. 19. 9. Bün.

g) *est non extat in MS.* Pfaffius.

h) *Hic filius*] Pro Pfaffii et aliorum *hic est filius*, lego ex MS. Taur. et Lact. L. 4. Instit. 19. 9. et LXX. cum Dauisio: *hic filius.* Bün.

i) *non resistet*] i. e. non subisset. notati ad libr. 4. c. 19. n. 9. Bün.

k) MS. *uniificauit.* Pfaffius.

l) in

Spiritum sanctum, ac dedit eis potestatem mirabilia faciendi; ut in salutem hominum tam factis, quam verbis operarentur^l; ac tum demum quadragesimo die^m remeavit ad Patrem, sublatu-
 tus in nubem. Hoc Daniel propheta iampridem ostende-
 rat, dicens: *Videbam in visu noctis, et ecce in nubibus caeli ut
 filius hominis veniens et usque^{n. o.} ad antiquum^p dierum per-
 venit, et qui adstebant, obtulerunt eum, et datum est ei re-
 gnum, et honor, et imperium, et omnes populi^q, tribus^r, lin-
 gua^s seruient ei^t, et potestas eius aeterna, qua nunquam
 transibit, et regnum eius non corrumpetur.* Item David in
 Psalmo cix: *Dixit Dominus Domino meo: Sede ad dexteram
 meam, donec ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum.*

CAPVT XLVIII.

Quum igitur ad dexteram Dei fedeat, calcaturus inimicos
 suos, qui eum cruciauerunt, quando ad iudicandum or-
 bem venerit^b, adparet, nullam spem reliquam esse Iudæis, ni-
 si conuersi ad pœnitentiam, et a sanguine^c, quo se pollue-
 runt, abluti sperare in eum cœperint, quem negauerunt.
 Ideo sic dicit Hesdra^d: *Hoc pascha Saluator noster est et resu-*

gium

l) in salutem operaretur] vt L. 4.
 17. 1: operans in salutem. imitatur
 Cyprianum de Econom. in princ.
 *multa et magna sunt beneficia diui-
 na, quibus in salutem nostram Dei pa-
 tris et Christi larga et copiosa clemen-
 tia et operata sis et semper operetur.*
 Bün.

m) quadragesimo] Ante quinquage-
 simo die legebatur, supino librarii
 et edd. Paris. Wakh. et Heumannii
 errore; ex Actis c. 1. 3. et ipso La-
 ctantio lib. 4. c. 21. n. 1. et de Mort.
 Pers. c. 2. correxi; quadragesimo die.
 Bün.

n) in MS. et usque. Pfaffius.

o) et usque] copulam et ex MSS.
 et Lact. 4. 12. 12. et LXX. Dan. 7.
 13. restituendam putavi cum Dau-
 sid. Bün.

p) MS. anticum. Pfaffius.

q) MS. populis. Pfaffius.

r) et non extat in MS. Pfaffius.

s) tribus, lingua.] Eieci copulam
 et, quam Pfaffius sine necessitate ad-
 diderat, quippe alienam ab MS.
 Faur. et Lact. L. 4. 12. 17. et n. 19.
 et exemplaribus Alexandr. et Aldi
 in LXX. Bün.

t) MS. habet seruientes pro serui-
 ent ei. Pfaffius.

u) suppedaneum] Lego vtra voce
 cum Dauisio subpedaneum, aut sup-
 pedaneum, ex Lib. 4. 12. 17. Pfaffius,
 Wakh. Heum. sub pedaneum. Bün.

a) Cap. XLVIII. ex lib. 4. c. 18-
 20. Bün.

b) MS. venerat. Pfaffius.

c) MS. sanguinem. Pfaffius.

d) Hesdra] Leg. Esdras. de hoc lo-
 co vide Cellarium ad L. 4. Inst. 18.
 22. Bün.

Mmm 4

e) MS.

gium nostrum. Cogitate et adscendat in cor vestrum, quoniam habemus humiliare^e s eum in signo, et post hæc sperabimus^f in eum. Exheredatos autem esse Iudæos, quia Christum reprobauerunt, et nos, qui sumus ex gentibus, in eorum locum adoptatos, scripturis adprobatur. Ieremias ita dicit: Dereliqui^b domum meam, dimisi hereditatem meam in manus inimicorum eius. Facta est hereditas mea mihi, sicut leo in silva, dedit ipsa super me vocem suam, iccirco odiui eam. Item Malachias^{i-k}: Non est mihi voluntas circa vos, dicit Dominus, et sacrificium acceptum non habebō ex manibus vestris, quia a solis ortu usque ad occasum clarificabitur nomen meum apud gentes. Esaias quoque sic: Venio colligere^l omnes gentes et linguas, et venient, et videbunt claritatem meam. Idem alio^m loco ex persona Patris ad Filium: Ego Dominus Deus vocaviⁿ te in iustitiam, et tenebo manum tuam, et confirmabo te, dedi te^o in testamentum generis mei, in lucem gentium, aperire oculos cæcorum, producere ex vinculis alligatos, et de domo carceris sedentes in tenebris.

CAPVT XLVIII. *

Si ergo Iudæi a Deo reiecti sunt, sicut sacrarum scripturarum fides indicat, gentes autem, sicut videmus, adscitæ, ac de tenebris huius vitæ sæcularis, deque vinculis dæmonum liberatæ, nulla igitur alia spes homini proposita est, nisi veram religionem veramque sapientiam, quæ in Christo est, fuerit secutus^b, quem qui ignorat, a veritate ac Deo semper alie-

e) MS. *humiliare*. Pfaffius.

f) *habemus humiliare*] noto ad L. 4. Inst. 18. 22. (a. b) p. 510. Bün.

g) *sperabimus*] MS. *sperauimus*. Lego *sperabimus* ex L. 4. 18. 22. et græco LXX. Bün.

h) *Dereliqui*] L. 4. Inst. 20. 7. Bün.

i) MS. *Malachiel*. Pfaffius.

k) *Malachias*] De hoc loco ad L. 4. Inst. c. 11. 8. Bün.

l) *Venio colligere*] L. 4. Inst. 11. 10. Bün.

m) *Idem alio*] vid. L. 4. Inst. 20. 12. not. Bün.

n) MS. *vocabi*. Pfaffius.

o) *dedi te*] Has duas voces hic primum ex MS. damus Pfaffii iussu. Bün.

a) Cap. XLVIII. ex lib. 4. c. 28. et 29. Bün.

b) *nulla igitur alia spes homini proposita est, nisi - fuerit secutus*] Si priorem partem ita posuit noster, in sequentibus repræsentare debuit:

NISI

alienus est. Nec sibi de summo Deo, vel Iudæi, vel philosophi blandiantur. Qui Filium non agnouit^e; nec Patrem potuit agnoscere. Hæc est sapientia, et hoc mysterium summi Dei. Per illum se Deus et agnosci et coli voluit. Ideo³ prophetas ante præmisit, qui de aduentu eius prædicarent, ut quum facta essent in eo, quæcumque prædicata sunt, tunc ab hominibus et Dei filius et Deus crederetur. Nec tamen sic⁴ habendum est^d, tamquam duo sint dii. Pater enim ac Filius vnum sunt. Quum enim Pater Filium diligat, omniaque ei tribuat, et Filius Patri fideliter obsequatur, nec velit quidquam, nisi quod Pater, non potest utique necessitudo tanta diuelli^e, ut duo esse dicantur, in quibus et substantia, et voluntas, et fides vna est. Ergo et Filius per Patrem, et Pater per Filium. Vnus est honos utrique tribuendus tamquam vni Deo, et ita diuidendus est per duos cultus, ut diuisio ipsa compage inseparabili vinciatu^f. Neutrum sibi relinquet^g, qui aut Patrem a Filio, aut Filium a Patre secernit.

CAPVT L.

Supereff respondere etiam iis^b, qui putant, inconueniens fuisse, nec habere^c rationem, ut Deus mortali corpore indue-

NISI VT *veram religionem* - SEQVA-
TVR. Sic L. 4. Inst. c. 28. 1: *Adparet,*
nullam aliam spem vita homini esse
propositam, NISI VT - DEO SERVIAT.
Mihî ergo reponendum videtur:
nulla igitur vitæ vel salutis spes ho-
mini proposita est etc. Dauisius ha-
ctenus. Nihil muto, pari modo di-
xit L. 4. Inst. 19. 11: Nulla igitur spes
alia - homini datur, NISI CREDIDE-
RIT in eum et - SVSCEPERIT. Bün.
c) *Qui Filium non agnouit*] Lib. 10.
8. 19. c. 14. 7. Bün.

d) *Nec - sic habendum est, tam-*
quam] L. 3. 29. 1: *nec sic habendum*
est, tamquam sit in aliquo sensu. L. 3.
19. 12: Sic habent, tamquam illis num-
quam fuerit bene. L. 2. 3. 13: sic ha-

buerunt, tamquam nulla esset omnino.
Etiam in his eleganter expressit Ci-
ceronem de Nat. Deor. L. 3. c. 36.
Bün.

e) *non potest - necessitudo diuelli*]
L. 4. Inst. 29. 11: *fas non erat, plurali*
numero separationem tanta necessitudi-
nis fieri. Bün.

f) *ipsa vinciatu*] Heumann. *ipso-*
-vinciatu legit. Bün.

g) *relinquit*] Pfaff. *relinquet. Le-*
go cum Dauisio et Heum. relinquit,
quia sequitur: secernit. Bün.

a) Cap. L. ex lib. 4. c. 22. 24. Bün.

b) MS. is. Pfaffius.

c) *habere*] Dauisius legit: *habuis-*
se, ut ante: fuisse. Bün.

indueretur, vt hominibus subiectus esset, vt contumelias sustineret, cruciatus etiam, mortemque pateretur. Dicam, quod sentio, et rem immensam paucis, vt potero, substringam^d. Qui aliquid docet, debet, vt opinor, facere ipse, quæ docet, vt cogat^e homines obtemperare. Nam si non fecerit, præceptis suis fidem derogabit^f. g. Exemplis igitur opus est, vt ea, quæ præcipiuntur, habeant firmitatem, et si quis contumax extiterit; ac dixerit non posse fieri, præceptor illum præsentis opere conuincat. Non potest ergo perfecta esse doctrina, quum verbis tantum traditur, sed tum perfecta est, quum factis adimpletur^b. Christus itaque quum doctor virtutis ad homines mitteretur, vtique, vt doctrinæ eius perfecta esset, et docere et facere debuerat. Sed, si corpus hominis non induisset, non possetⁱ k facere, quæ docebat, id est, non irasci, non cupere diuitias, non libidine inflammari, dolorem non timere, mortem contemnere. Hæc sunt

d) paucis - substringam] In præfat. diffusa substringere. Büñ.

e) cogat] i. e. vehementer impellat, urgeat: vid. not. ad cap. 61. n. 1. et ad L. 4. Inst. 25. 5. Büñ.

f) MS. derogauit. Pfaffius.

g) fidem derogabit] Vt vitatus quidem dicunt præceptis fidem destrahere, sed hoc iuris verbo vsus est, et neque disputationi, neque auctoritati cuiusquam FIDEM DEROGARI oportuisse dixit Celsus Medic. L. 1. Præf. p. 8. Dauisius. Non adeo inusitatum, vt Dauisio visum est, phrasim fidem derogare. Ita Quintil. L. 9. Inst. c. 3: quum cura verborum DEROGAT adfectibus FIDEM. Apulcius in Apol. p. 303: accusatio, fidem derogaret. Cyprianus de Opere et Eleemos. ed. Oxon. f. 200: sterilibus DEROGAT FIDEM. Arnob. L. 3. p. 125: repugnantes sententias FIDEM ipsis rebus - DEROGARE. Mitto plura. In Plinio L. 26. Hist. Nat. c. 4. pr. ABROGA-

RE FIDEM, et iterum L. 28. c. 2. p. m. 561. ed. Hard. deprehendi. Büñ.

b) factis adimpletur] Cyprianus de Bono Patient. ed. Gryph. p. 355: Nec dominus tantum VERBIS docuit - sed ADIMPLEVIT et FACTIS. Büñ.

i) MS. posset. Pfaffius.

k) non posset] Pfaffius ediderat: non potuisset; sed MSS. Dauisius tuc-tur, nec rarum imperfectum pro plusquamperfecto in scriptoribus; vnde reuocauit. Büñ.

l) hæc sunt - virtutes] Anon. Britannus tentat: Hæc sunt - VIRTUTIS. Heumannus: Hæc sunt virtutes. Vterque satis bene; sed neutrum seruo et refero ad præcedentia: Hæc scil. τὸ non irasci, τὸ non cupere diuitias - τὸ mortem contemnere, sunt virtutes. Sic L. 7. Inst. 8. 3: Quid VOCE clarius - VENTO fortius - ODORE violentius? HAEC tamen - non cernuntur etc. Büñ.

m) MS.

funt utique virtutes, sed^m fieri sine carne non possunt. Ergo ideo incorporatus estⁿ, ut quum vincenda esse carnis desideria doceret, ipse faceret prior, ne quis excusationem de carnis fragilitate prætenderet.

CAPVT LI.º

Dicam nunc de sacramento crucis, ne quis forte dicat: si suscipienda illi mors fuerat, non utique^b infamis ac turpis^c, sed quæ haberet aliquid honestatis. Scio equidem multos, dum abhorrent nomen crucis, refugere a veritate, quã in ea^d et ratio magna sit et potestas. Nam quum ad hoc missus esset, ut humillimis^e quibusque viam panderet ad salutem, se ipse humilem fecit, ut eos liberaret. Suscepit ergo id genus mortis, quod solet humilibus irrogari^f, ut omnibus facultas daretur imitandi. Præterea quum esset resurrecturus, amputari partem corporis eius fas non erat, nec os infringi, quod accidit iis, qui capite plectuntur. Crux ergo potior fuit, quæ resurrectioni corpus integris^g ossibus reseruauit^h. His etiam illud acceditⁱ, quod passione ac morte suscepta sublimem fieri^k oportebat. Adeo illum crux

et

m) MS. *set.* Pfaffius.

n) *corporatus est.*] Sic Pfaffius correctum voluit ex MS. in editione Parisiensi, et Walch. et Heumann. est: *incorporatus est*, quod et ipsam patribus visitatum, sed merito Lactantii scriptura præfertur, qui ubi vis utitur simplici. vid. l. 4. c. 26. 26. Bün.

a) Cap. LI. ex lib. 4. c. 26. et 27. Bün.

b) MS. *utique.* Pfaffius.

c) Verba *esse debuisset* non extant in MS. Pfaffius ediderat: *turpis esse debuisset.* Elegantior vero est sermo, quum nihil additur; et ἀπό κοινῶς repeti debet *suscipianda fuisset.* Est hoc apud optimos quosque et Lactantium frequens. vide not. ad Lac.

lib. 6. c. 16. n. 2. Vidit quoque Davisius. Bün.

d) *in ea*] scil. cruce. Bün.

e) *humillimis*] infimæ fortis hominibus. Bün.

f) *irrogari*] ut c. 38. fin. *pœnam irrogare*, et L. 7. Inst. 14. 3. Cyprianus adu. Demetrianum ed. Gryph. p. 276: *incredulis aeterna supplicia irrogabit.* conf. Gronou. Obseru. Eccles. p. 15. sqq. Bün.

g) *resurrectioni corpus integris etc.*] ut L. 4. 26. 33: *ne lasum ac diuinitum corpus ad resurrectionem inhabile redderetur.* Quam debilem rationem Davisius merito explisit. Bün.

h) MS. *reseruabis.* Pfaffius.

i) MS. habet *accepit*, sed bene posuimus in textu: *accedit.* Pfaffius.

k) *sublimem fieri*] Io. III. 14. Bün.

l) *exten-*

et re et significatione exaltauit, vt omnibus maiestas eius ac virtus cum ipsa passione notuerit. Nam quod extendit in patibulo manus, vtique alas suas in Orientem Occidentemque porrexit^l, sub quas vniuersæ nationes ab vtraque mundi parte ad requiem conuenirent.

Quantum autem valeat hoc signum, et quid habeat potestatis, in promptu^m est, quum omnis dæmonum cohors hoc signo expelliturⁿ ac fugatur. Et sicut ipse ante passionem dæmonas verbo et imperio proturbabat, sic nunc nomine ac signo passionis eiusdem^o spiritus mundi, quando in corpora hominum irreperint^p, exiguntur, quum extorti et excruciatii ac se dæmonas confitentes verberanti se^q Deo cedunt^r. Quid ergo sperauerint de suis religionibus cumque sua sapientia Græci^s, quum videant, deos suos, quos eosdem dæmonas esse non negant, per crucem ab hominibus triumphari?

CAPVT LII.^a

Vna igitur spes hominibus vitæ est^{b.c}, vnus portus salutis, vnum refugium libertatis, si abiectis, quibus tenebantur,

l) extendit - manus - alas - porrexit] vid. L. 4. Inst. 26. 36. conf. Lipsium de Cruce L. 1. c. 10. Korth. Pag. Obrect. vbi de Cruce agit. Bün.

m) MS. promptum. Pfaffius.

n) omnis dæmonum cohors hoc signo expellitur] Commode Dauisius hic excitat Prudentii Cathemer. VI. 141. sqq.

- - - o tortuose serpens

Discede, Christus hic est:

Hic Christus est, liquece:

SIGNVM, QVOD ipse nosti,

Damnat tuam CATERVAM.

Præterea particula præsentis temporis NVNC: sic NVNC - EXIGVNTVR prodit, nondum sæculo TERTIO cessasse donum signo crucis expellendi dæmonas, licet aliud tradiderit Celeb. Schlichterus in den Hällischen Anzeigen Anno 1738. n. 23. Iam ita Lactantius L. 4. Inst. c. 27. 2. ITA NVNC-SIGNO PASSIONIS *excludunt.* add. L. 5. Inst. c. 21. 4-6. Bün.

o) eiusdem] Accedo Anonymo Britanno, pro *eiusdem* acute EIVS IDEM legenti. Ita L. 4. Inst. 27. 2: *Nam sicut ipse - ita nunc scētores EIVS EOSDEM spiritus - signo passionis excludunt.* Bün.

p) MS. irreperint. Pfaff. Poterat *irreperint* seruari. Bün.

q) verberanti se.] vid. L. 2. Inst. 15. 3-4. Bün.

r) MS. cadunt. Pfaffius.

s) cumque sua sapientia] Varie illud cum docti viri tentant emendare. Dauisius: *omnique sua sapientia.* Heumannus: *DEque sua sapientia.* Bün.

a) Cap. LII. ex lib. 4. c. 28. et lib. 5. c. 1. et 9. et 12. Bün.

b) Forfan legendum vita hominibus. Pfaffius.

c) spes hominibus vita est] Cl. Pfaffius vult: *vna spes vita hominibus est*

tur, erroribus, aperiant oculos mentis suæ Deumque cognoscant, in quo solo domicilium veritatis est, terrena et de terra ficta contemnant, philosophiam, quæ apud Deum stultitia est, pro nihilo computent, et ^d vera sapientia, id est, religione suscepta, fiant immortalitatis heredes. At enim ^e repugnant non tam veritati, quam propriæ salutis; quumque hæc audiunt, velut aliquod inexpiabile nefas detestantur. Sed ne audire quidem patiuntur ^f; violari aures suas sacrilegio putant, si audierint ^g: nec iam maledictis abstant, sed quantis possunt, verborum contumeliis insectantur, iidemque ^h, si potestatem nacti ⁱ fuerint, velut hostes publicos persequuntur, immo etiam plus quam hostes, quorum, quum bello victi fuerint, aut mors, aut servitus pœna est, nec ^k ullis post arma deposita cruciatus, quamvis omnia pati meruerint, qui facere voluerunt, et ^m inter mucrones locum pietas habet ⁿ. Inaudita est crudelitas, quum innocentia

est, gignendi casus: vita. Recte lib. 4. c. 28. n. 1. *adparet, nullam aliam spem vita homini esse propositam.* conf. c. 30. n. II. Bün.

d) MS. sed. Pfaffius.

e) MS. Adenim. Pfaffius.

f) *sed ne audire quidem patiuntur*] Perplacet mihi Heumanni emendatio: *sed ne AVDIVNT quidem PATIENTER.* Nam in libro 5. 1. 1. unde hæc breviata: *seque inexpiabili scelere contaminari - putet, si hac aut LEGAT PATIENTER, aut AVDIAT.* Forte *volunt* ante *violari* excidit, et legendum: *sed ne AVDIRE quidem PATIENTER volunt: violari.* Bün.

g) *violari - sacrilegio putant, si audierint*] Ità distinxī, quum in Pfaff. ed. distinctione puncti: *sacrilegio putant.* Si, connexio turbata esset. Apertum ex libri 5. 1. 1. iam dictis, Bün.

h) MS. idemque. Pfaffius.

i) MS. acti. Pfaffius.

k) MS. ullis. Pfaffius.

l) *nec ullis - cruciatus*] Quia in MS. *ullis*, dandi casus; id rectius puto; sensus est: *nec ullis talibus victis cruciatus a victoribus infertur.* Bün.

m) MS. et. Pfaffius.

n) *quamvis - - ET inter mucrones locum pietas habet*] Pro his ediderant Pfaff. et Walchii edd. *quamvis omnia pati meruerint - - ut inter mucrones - haberet;* quomodo autem illi, qui voluerunt facere siue efficere, *ut pietas locum haberet inter ipsos mucrones;* meruerunt omnia pati (sc. mala)? immo non meruerunt omnia pati, sed potius bono omni erant adficiendi. Iam anno 1716. in Misc. Lips. T. 3. p. 168. dixi, sanari hunc locum posse, si legas pro: *haberet, HABET;* servato ET, quod est in MS. h. m. *quorum* (hostium sc.) *quum bello victi fuerint, aut mors aut servitus pœna est, nec ullis post arma deposita cruciatus; quamvis omnia (mala, siue extrema supplicia) pati merue-*

ria * nec ꝑ victorum hostium conditionem meretur. Quæ
 tanta huius furoris est causa? Scilicet, quia ratione congre-
 di non queunt, violentia premunt, incognita causa tam-
 quam nocentissimos damnant, qui* constare de ipsa innocen-
 tia noluerunt. Nec satis putant, si celeriac simplici mor-
 te* moriantur, quos irrationabiliter* oderunt, sed eos ex-
 quisi-

metuerint, qui facere voluerunt (sc.
 ea mala omnia, licet non fecerint),
 ET (i. e. non modo post arma depo-
 sita, sed etiam) nihilominus inter
 mucrones locum pietas HABET. Con-
 firmati ibidem ex loco, vnde hæc
 repetuntur, lib. 5. c. 9. n. 3: *Ipsos iu-
 stitia sectatores pro hostibus ducant,
 immo vero plus quam pro hostibus?
 quibus, utique quum animas eorum
 et opes et liberos ferro et igni adpe-
 rant, tamen parcitur victis; ET EST
 LOCVS INTER ARMA CLEMEN-
 TIAE: aut, si adeo sauire placuit,
 nihil plus in eos fit, quam ut occidan-
 tur vel in seruitutem abducantur.*
 Pietas vero in nostro loco significat
 clementiam, vt ex dictis patet. Sic
 apposite Hieron. ep. 16. f. 121: *et in-
 ter cruentos gladios inuenit locum
 pietas.* Miror Dauisium, nisi forte
 legit meam emendationem in Misc.
 Lipsi: quippe quæ Dauisianam editio-
 nem aliquot annos anteuertit, reie-
 cta priori sua nota in addendis p. 258.
 adeo conspirare mecum. De phrasi
 facere mala vide Schuking. ad Senec.
 lib. I. contr. ad p. 90. p. 75. Bün.

o) *Inaudita-cruelitas, quum in-
 nocentia nec victorum hostium (der
 überwundenen Feinde) conditionem
 meretur* Ita interpungendum omni-
 no. Ante turbato sensu legebatur:
*Inaudita est crudelitas cum innocen-
 tia, nec victorum hostium conditio-
 nem meretur, qua.* Consentit nobis-
 cum Dauisius. Omnia plana ex lo-
 co paullo ante a me citato ex 5. 9. 3.
 Bün.

p) *nec victorum*] i. e. *ne victorum
 quidem.* Pro more L. 5. Inst. 13. 12:
*et exprimere illis gemitum nec ignis
 potest.* L. 5. 19. 33: *At illi infelices
 NEC ex sceleribus suis intelligunt.* L.
 6. 10. 15: *QUVM autem NEC multir-
 tudinem-viderent-sutam.* Bün.

q) MS. *que.* Pfaffius. Pro: *que*
 tanta Dauisius vult *que tanti.* At
 prius rectum. L. 1. 11. 12: *que tanta
 formido est paludis.* de Ira 17. 1.
que tanta est causa. Bün.

r) *qui constare*] Placet Dauisii
 emendatio: *quia, vt antea: quia ra-
 tione.* Bün.

s) *quia ratione congređi non queunt-
 quia constare de ipsa innocentia no-
 luerunt*] Hæc clariora fiunt ex L. 5. l.
 4-5. vbi fere his gemina hæc ver-
 ba: *Quum neque cognoscere, neque
 congređi audens-iccirco-vi geritur
 res-et quia student damnare tam-
 quam nocentes, quos vsique sciunt,
 innocentes.* CONSTARE DE IPSA
 INNOCENTIA NOLVNT. Hinc non
 puto, vt Heumannus, in verbis: *qui
 CONSTARE de ipsa innocentia no-
 luerunt,* graue mendum esse, nec
 subornandum, quos suam probare ipsi
 innocentiam noluerunt. Bün.

t) *simplici morte*] L. 5. 12. 12: *adeone
 apud vos perit innocentia, vt ne
 morte quidem simplici dignam iudi-
 cetis?* Bün.

u) *irrationabiliter*] Vox in scripto-
 ribus eccles. et Auumian. Marcell.
 et Mart. Capella non raro obuia.
 vide not. ad c. 61. epist. Bün.

x) *ex-*

quisitis cruciatibus lacerant, ut expleant^x odium, quod non peccatum aliquod, sed veritas parit^y, quæ iccirco male viventibus odiosa est; quia ægre ferunt, esse aliquos, quibus facta eorum placere non possunt. Hos omni modo cupiunt extinguere, ut possint libere sine teste peccare.

CAPVT LIII. ^a

Sed hæc facere se dicunt, ut deos suos defendant. Primum, ¹ si dii sunt, et habent aliquid^b potestatis ac numinis, defensione^c hominis patrocinioque non indigent; sed seipso^s utrique defendunt. Aut quomodo ab iis homo sperare auxilium potest, si ne suas quidem iniurias possunt vindicare. Stultum igitur et vanum, deorum esse vindices velle, nisi quod ² ex eo magis adparet diffidentia. Qui enim patrocinium ³ Dei, quem colit, suscipit, illum esse nihil^d confitetur^e: si autem ideo colit, quia potentem arbitratur, non debet eum velle defendere, a quo ipse est defendendus. Nos igitur recte ⁴ Nam quum isti defensores falsorum deorum aduersus verum Deum

x) *expleant odium*] phrasi Cicero- nis pro Milone c. 23. Bün.

y) *quod-veritas parit*] vid. L. 5.9. 6. c. 21. 1. et Epit. c. 64. fin. Bün.

a) Cap. LIII. ex lib. 5. c. 11. et 12. et c. 19. Bün.

b) MS. *aliquid*. Pfaffius.

c) MS. *defensionem*. Pfaffius. Recte correctum; sequitur enim *patrocinio- que*. Alias nemo nescit, dici quoque, licet rarius: indigere aliquam rem, casu accusandi. At ipse Lactantius auferendi casu in loco simili L. 5. 20. 2: *quasi vero si dii essent, indige- rent hominum auxilio*. Bün.

d) MS. *nihilo*. Pfaffius.

e) *illum esse nihil confitetur*] Ita Clar. Pfaffius emendauit; neque displicet, nisi malueris: *esse nihilo*, ut in MS. est, valere: *venire nullo pre- sio*, siue *esse nihili et nullius potentia*. De notione rariori, ubi *esse* idem est

ac *venale esse*, consulendi Ian. Gui- lielm. in Quæst. Pseudol. c. 3. et ad eundem Pfend. Taubmann. Act. 3. sc. 2. v. 19. p. 1003. et Gronouius de Pecunia Vet. lib. 4. c. 1. ex quo repetitum ad Cic. lib. 12. ad fam. ep. 13. in Græca edit. Præfero tamen: *esse NIHILI*, uti Dauisio, Anon. in Obs. Misc. Crit. et Heumanno placuit; sæpius enim nostrum ea phra- si uti dixi ad Lib. 1. Inst. 11. 16. (g) Bün.

f) *Nos igitur recte*] Heumanno hic videtur aliquid verborum exci- disse; at amat noster tales ellipses, e. g. Epit. 61. 2: *Neutri eorum rec- te*, quia. L. 6. 3. 9: *utrique ergo vere, sed tamen utriusque non recte*; quia n. 10: *Nos igitur melius et ve- rius*. conf. quæ noto ad L. 6. Inst. 11. 24: *ne isti quidem recte*. n. 11: *Illi ergo melius*. Bün.

g) *mi-*

Deum rebelles, nomen eius in nobis persequuntur, nec re, nec verbo repugnamus, sed mites, et taciti, et patientes perferimus omnia, quæcumque aduersus nos potest crudelitas machinari. Habemus enim fiduciam in Deo, a quo expectamus securam protinus vltionem. Nec est inanis ista fiducia. Siquidem eorum omnium, qui hoc facinus ausi sunt, miserabiles exitus & partim cognouimus, partim vidimus ^b. Nec vllus habuit impune ^d, quod Deum læsit, sed ^k qui sit ^l verus Deus, qui verbo discere noluit, supplicio suo didicit. Vellem scire, quum inuitos adigunt ad sacrificium, quid secum habeant rationis, aut cui præsent, quod faciunt. Si diis; non est ille cultus, nec acceptabile sacrificium, quod fit ingratis ^m, quod extorqueatur per iniuriam, quod eruitur per dolorem. Si autem ipsis ⁿ, quos cogunt; non est vtrique beneficium, quod quis ne ^o accipiat, etiam mori mauult. Si bonum est ^p, ad quod me vocas, cur malo inuitas, cur non

ver-

g) miserabiles exitus] Adparet Lactantius ex lib. 2. 4. 36: miserabiles exitus audiebat. Cic. 2. Diuin. c. 9: clarissimorum hominum - gravissimos exitus collegimus -- non igitur fatales exitus habuerunt. Io. Sarisb. 8. Nug. c. 18: qui tyrannorum atrocitates et exitus miseros plenus scribant. Bün.

h) vidimus] Lego vidimus cum Dauisio et Heumanno pro edito: videmus. Bün.

i) habuit impune] c. 55. pr. notavi ad libram de Mort. Persec. c. 2. n. 7. Bün.

k) MS. set. Pfaffius. Pro Pfaffii correcto ET reddidi sed, Dauisio et Heumanno adprobantibus. Bün.

l) qui sit] Heumannus: quis sit, inquit, rescribendum duxi pro: qui sit. At qui sit eleganter et sæpe dicitur: Iterum MS. Taur. Epit. 58. 1: qui sit iustissimus ritus. L. 1. Inst. 11. 25. Nesciunt, qui sit poetica licentia modus. n. 39: unde, qui sit adporet. L. 6. Inst. L. 11. Sicut, qui sit verus

Deus, ita qui sit verus cultus, ignorans. Adde N. Heinium ad Prudent. Apotheos. 418: qui sis, qui venias, et Emmenest. ad Virg. 1. Eclog. v. 19: qui sit, et ad Eclog. 2. 19: nec quæris, qui sim. Bün.

m) ingratis] vt L. 2. Inst. 10. 25: ingratis Epicurus eripiet. de qua voce conf. Gifanii Ind. ad Lucretium et Casp. Sciopp. Verosimil. L. 1. c. 20. p. 49. Bün.

n) cui præsent - Si diis; - Si autem ipsis] Hæc ex L. 5. 20. 5: Libert ex diis querere, cui potissimum præstare se puenit cogendo inuitos ad sacrificium, ipsisne, quos cogunt? - n. 6: An vero diis præstant? An non est sacrificium, quod exprimitur inuito etc. Bün.

o) MS. nec. Pfaffius.

p) Si bonum est] Ita recte Dauisius corrigit, quum priores edd. Pfaffii, Walch. et nuper Heumanni si bonum non est haberent; probatur emendatio ex lib. 5. 20. 11. Bün.

q) cur

verbis, sed verberibus?; cur non ratione, sed cruciatibus corporis. Vnde adparet, malum esse illud, ad quod non illicis volentem, sed trahis recusantem. Quæ stultitia est, consulere velle nolenti? An^r si aliquis prementibus malis ad mortem confugere conatur^r, num potes, si aut gladium extorseris, aut laqueum ruperis, aut præcipitio^r retraxeris, aut venenum effuderis, conseruatorem te hominis gloriari, quum ille, quem seruasse te putas, nec gratias agat, et te male secum arbitretur egisse, quod mortem sibi prohibueris optatam, quod ad finem, quod ad requiem malorum peruenire non sinueris^r? Beneficium enim non ex qualitate rei debet, sed ex^r animo eius, qui accipit, ponderari^r. Cur pro beneficio imputes, quod mihi maleficium est. Vis me deos tuos colere, quod ego mihi mortiferum duco. Si bonum est, non

q) *cur non verbis, sed verberibus*] Lib. 5. c. 19. n. 12: *verbis potius, quam verberibus res agenda est.* Büñ.

r) *An si- num*] Pleonasmus: *Annum mihi nondum ex aliis obseruatus.* Büñ.

s) *ad mortem confugere conatur*] Seruauit sciens atque prudens: CONATVR, licet *ad mortem confugere cogatur* in secundis curis Pfaßius correctum voluit. Videtur enim *conatur*, ratione sequentium talem CONATVM et mortem OPTATAM indicantium rectius. Ad mentem huius disputationis fere Senec. Phœniss. Act. I. 98. sqq.

Qui cogit mori
Nolentem, in æquo est quique prope-
rantem (i. e. conantem) impedit,
Occidere est, vetare cupientem mori.
Nec tamen in æquo est: alterius gra-
uius reor.

Malo imperari, quam eripi mortem mihi.

Laëtantium nostrum hic Dauisius refutat, tamquam minus recte philosophantem. Büñ.

t) *aut præcipitio retraxeris*] Heumannus præpositione addita: *a præcipitio retraxeris.* Büñ.

u) Ita habet MS. pro *sineris*. Pfaßius. Fortasse forma antiqua: SINERIS scriptum fuit pro *sineris*, cuius vocis litteræ N alius inscripsit V litteram, vnde tertius fecit: *sinueris*. monuit Donatus ad Terent. Andr. Act. 1. sc. 2. v. 17. et in MSS. inuenit Vosl. de Analogia lib. 30. 29. extr. Heumannus credit, Laëtantium scripsisse: SINIVERIS. Dauisius in sua correxit: SIVERIS, quod omnino præferendum. Büñ.

x) *ex animo*] Heumannus: *adiecti*, inquit, EX, quod in MS. non reperitur. Nescio vnde id Heumannus resciverit in MSS. non reperiri; certe Pfaß. et Dauisius iam exhibuerunt in textu; puto potius, ex Walch. editione EX typographi incuria excidisse. Büñ.

y) *ponderari*] L. 6. Inst. 12. 29: *Animus quaritur et propositus ponderatur.* Büñ.

NUM

z) *Vires*

non inuideo. Fruere solus bono tuo. Non est quod velis errori meo succurrere, quem iudicio ac voluntate suscepi.
 11 Si malum, quid me ad consortium mali rapis? *Vtere sorte tua*. Ego malo in bono mori, quam in malo viuere.

CAPVT LIIII. 6

1 Hæc quidem iuste dici possunt. Sed quis audiet, quum homines furiosi et impotentes^b minui dominationem suam putent, si sit^c aliquid in rebus humanis liberum. Atquin^d religio sola est^e, in qua libertas domicilium collocauit.
 2 Res est enim præter ceteras^f voluntaria, nec imponi cuiquam necessitas potest, vt colat, quod non vult. Potest aliquis forsitan simulare, non potest velle. Denique quum metu tormentorum aliqui aut cruciatibus victi ad execranda sacrificia consenserint, numquam vltro faciunt, quod necessitate fecerunt; sed, data rursus facultate, ac reddita libertate, referunt se ad Deum, eumque precibus et lacrymis placant^g, agentes non voluntatis, quam non habuerunt, sed necessitatis, quam pertulerunt, pœnitentiam, et venia satisfaciendis^h
 4 non negatur. Quid ergo promouet, qui corpus inquinat, quando immutare non potest voluntatem? Atenimⁱ homines inanis

a) *Vtere sorte tua*] Virgillii verba L. 12. Aen. 932. Heum.

a) Cap. LIIII. ex lib. 5. c. 13. et 19. et c. 20. et c. 11. et c. 9. Bün.

b) *furiosi et impotentes*] Dicuntur impotentes, qui in magna licentia non moderantur sibi, sed adfectuum serui quouis impelluntur motu, atque ita in se ipsos imperium nullum habent. vide Gronou. ad Senec. Const. Sap. c. 5. p. 399: vicinus impotens. Iustin. Lib. 5. c. 3. n. 6: singulis tyrannidis sibi impotentiam vindicantibus. Ipse Lactantius de Mort. Persl. c. 2. n. 7: Nero tyrannus impotens. adde Victorium ad Cic. fam. L. 10. ep. 1. p. 74. ed Græu. et not. ad Lact. l. 2. c. 4. n. 25. Bün.

c) *si sit*] Pfaff. Walch. *si sit*,

Lego cum Dauisio et Heumanno: *si sit*. Bün.

d) MS. *Atquin*. Pfaffius. Pro Pfaffii et reliquorum *atqui* restitui Taur. MS. *Atquin*, quod in antiquis MSS. fere perpetuum. vid. c. 57. (m) et quæ notauit ad L. 1. Inst. 4. 3. (e) p. 24. Bün.

e) *sola est*] Sine necessitate Dauisius: *sola res est*, putat legendum. Bün.

f) *præter ceteras*] i. e. præ ceteris. Idem sensus lib. 5. c. 19. sect. 23: nihil est tam voluntarium quam religio. Bün.

g) MS. *placat*. Pfaffius.

h) *satisfaciendis*] vide not. lib. 4. c. 17. n. 17. Bün.

i) MS. *ademin* pro *atenim*. Pfaff.

k) *ina-*

inanis cerebri ^k, si quem fortem ^{l. m. n} adegerint libare diis suis, incredibili alacritate insolenter exultant, et quasi hostem sub iugum miserint ^o, gaudent. Si vero aliquis, nec minis nec tormentis territus, fidem vitæ anteferre maluerit, in hunc ingenium suum crudelitas exserit, infanda et intolerabilia molitur, et quia sciunt, gloriosam esse pro Deo mortem, et hanc nobis esse victoriam, si superatis tortoribus ^p animam pro fide ac religione ponamus, et ^q ipsi enituntur ^r, ut vincant. Non adficiunt morte ^{r. s}, sed excogitant novos ⁶ inauditosque cruciatus, ut fragilitas viscerum doloribus cedat, et si non cesserit, differunt, adhibentque vulneribus curam diligentem, ut crudis adhuc cicatricibus repetita tormenta plus doloris immittant ^t, et hanc aduersus innocentes carnificinam

^k) *inanis cerebri*] vid. not. ad de Ira 10. 17. *quis hanc putet habuisse cerebrum?* Bün.

^l) *adparet legendum esse forte. et si secus habeat codex MS.* Pfaff.

^m) *si quem fortem adegerint*] Hæc sibi vehementer repugnant, nam eo fortes erant, quod ultima potius ferrent supplicia; quam diis falsis sacra facerent. Procul dubio rescribendum: *si quem FORTE adegerint.* Dauisius. Etiam Heumannus: *Quis non videat, ita (forte) scribendum esse pro MS. fortem?*

ⁿ) Nihil mutandum; FORTEM scripsit Lactantius. Patet ex libro 5. c. 12. n. 15: *Vidi ego in Bithynia præsidentem gaudio mirabiliter elatum, sanquam barbarorum gentem aliquam subegisset, quod VNVS, qui per biennium MAGNA VIRTUTE resisterat, postremo cedere visus esset.* adde n. 13. et 16. sequentia satis produnt, in hoc nostro capite repeti, quæ in lib. 5. c. 11. a sect. 12. ad sect. 19. Bün.

^o) *miserint*] Dauisius *miserant* legit. Bün.

^p) *superatis tortoribus*] L. 5. 13. 11-12. Bün.

^q) *et pro etiam h. l.* Bün.

^r) *enituntur, ut vincant*] L. 5. c. 11. 16. *Contendunt, ut vincant etc.* Bün.

^r) *MS. mortem.* Pfaffius.

^s) *Non adficiunt morte*] Ita emendauit Pfaffius. Nam *mortem adficere* plane aliud notat, quia vero in MS. est: *adficiunt mortem*, suspicor, olim scriptum fuisse: *Non adficiunt IN MORTEM.* Ita Tacitus lib. 4. Annal. c. 45: *Is (quidam agrestis nationis Terrestinæ) prætorum provincie L. Pisonem, præce incuriosum, ex improviso in itinere adortus, uno vulnere IN MORTEM ADFECIT;* cui locutioni fere similis ibid. c. 62: *quos principum cladis in mortem adfluxerat.* Contextus in nostro loco et lib. 5. c. 11. n. 11-16. non abhorret hanc lectionem. *In mortem adficere* vero est ita adficere, siue vulnerare, ut mors inde consequatur. Bün.

^t) *plus doloris immittant*] ex lib. 5. c. 11. n. 16. notauit ad libr. de Ira c. 18. n. 8. Bün.

Nnn a

m) MS.

cinam exercentes^x, pios vtique se et iustos et religiosos putant, (talibus enim sacris deorum^y delectantur) illos vero impios et desperatos^z nuncupant. Quæ ista est peruersitas, vt, qui torquetur innocens, desperatus atque impius nominetur, carnifex autem iustus piusque dicatur?

CAPVT LV. •

1 Sed recte ac merito puniri eos aiunt, qui publicas religio-
nes a maioribus traditas execrantur. Quid? si maiores
illi stulti fuerunt in fuscipiendis religionibus vanis, sicut iam
2 supra ostendimus, præscriberetur nobis, quo minus vera et me-
3 liora sectemur? Cur nobis auferimus libertatem, sed quasi
addicti alienis seruimus erroribus? Liceat sapere, liceat in-
quirere veritatem. Sed tamen, si libet maiorum defendere
stultitiam^c, cur impune habent Aegyptii, qui pectudes,
et omnis generis bestias pro diis colunt? Cur de diis ipsis
(mimi) aguntur^{d,e}, et qui eos facetius deriserit, honoratur?
Cur

u) MS. *exercent*. Pfaffius.

x) *exercentes*] Ob ingratum forum innocentes - *exercentes*, et quia in MS. *exercent* legitur, Dauisius corrigit: et DVM hanc aduersus innocentes *carnificinam exercent*. Bün.

y) *deorum*] Dauisius fidenter ponit: DII EORVM, vt L. 5. 10. 17: *Ad placandum Deum, quem colas, iis rebus opus est, QVIBVS ILLVM gaudere ac DELECTARI scias* etc. Optime. addo ex L. 5. 11. 18: *Hæc est deorum disciplina, ad hæc opera CVLTORES SVOS erudiunt, HAEC SACRA DESIDERANT*, sc. dii. Bün.

z) *desperatos*] dixi ad Lact. 5. 9. 12. Bün.

a) Cap. LV. ex lib. 5. c. 19. et 20. et c. 14. sq. Bün.

b) *sed quasi*] Malle cum Heum. et *quasi*. Sæpe vero *sed*, quod in MSS. scribitur *set*, atque et confunduntur; sic incunte c. 12. et *quasi*

præfigurasse positum: pro *sed quasi præfigurasse*. Bün.

c) MS. non habet *stultitiam*. Pfaffius. Mauult *Davis*. supplere: *religiones*, ex initio capitis, cui adfectio. Bün.

d) in MS. pro *jocantur* extat *aguntur*. Pfaff.

e) *cur de diis ipsis (mimi) aguntur*] Pfaffius correxerat edideratque cum Walchio: *iocantur*. At in MS. *cur de diis ipsis aguntur*. Optime. simplendum: MIMI, ex libro 5. Institut. c. 20. n. 12. et 13: *eos (deos) publice surpiterque derident, DE QVIBVS etiam MIMOS AGI cum risu et voluptate patiuntur. Qualis hæc religio - qua adoratur in templis, illudatur in theatris? et qui hæc fecerint, non parnas violati numinis pendunt, sed honorati etiam laudatque discuntur*. vide quæ ad h. l. et Epit. c. 63. notauimus, et Schott. ad Senec. b. Controu.

Cur audiuntur philosophi, qui aut nullos deos esse aiunt, aut si sunt *f*, nihil curare, nec humana respicere, aut nullam esse omnino, quæ regat mundum, providentiam *g*, disserunt *i*. Sed soli ex omnibus impii iudicantur, qui Deum, qui veritatem sequuntur. Quæ quum sit eadem iustitia, eadem sapientia, hanc isti vel impietatis vel stultitiæ crimine infamant, nec perspiciunt, quid sit, quod eos fallat, quum et malo vocabulum boni, et bono mali nomen imponunt. Plurimi *k* quidem philosophorum, sed maxime Plato et Aristoteles, de iustitia multa dixerunt, adferentes et extollentes eam summa laude virtutem, quod suum cuique tribuat, quod æquitatem in omnibus seruet, et quum ceteræ virtutes quasi tacitæ sint, et intus incluse, solam esse iustitiam, quæ nec sibi tantum conciliata sit *l*, nec occulta, sed foras tota promineat, et ad bene faciendum prona sit, vt quamplurimis proficit. Quasi *m* vero in iudiis solis, atque in potestate aliqua constitutis iustitia esse debeat, et non in omnibus. Atquin *n* nullus est hominum, ne infirmorum *n* quidem ac mendicorum, in quem iusti-

trou. 5. p. 117. monet, et alibi hanc vocem excidisse. Ita Iustin. Mart. Apol. 1. sect. 4. p. 9. ἄθλα δὲ καὶ τιμὰς τοῖς εὐφώνως ὑβρίζουσι τῆς τῆς (scil. θεῶς) τῆς εἰσε.
Dauis. et Heum. quoque a me sunt. Bün.

f) si sunt] Heum. si sint. Bün.

g) providentia extat in MS. Pfaff.

h) nullam esse omnino, quæ regat mundum, providentiam] In MS. providentia. Omnia bene habent, si ita distinguas: aut nullam esse omnino, quæ regat mundum providentiam, disserunt. Similia exempla sunt vbiuis obuia. Dauristius: ET nullam esse omnino censet legendum. Bün.

i) Lege: asserunt. Pfaffius. Mox sequitur alio sensu: asserentes; sed quia in MS. seruiatur: disserunt, et præcessit: aiunt, asserenda est Taurin. scriptura ex lib. 5. c. 20. n. 14.

et 15. vbi in eadem re: aiunt, disserunt, disseruntur. Immo asserere Lactantio numquam est adfirmare, sed seipper: defendere siue vindicare. notavi ad lib. 1. Instit. c. 1. n. 20. Bün.

k) Plurimi] Pfaffius, Walch. Dauis. primuli ediderunt. At Heumanus correxit: Plurimi. Probo. Typi errantes dederant istud anagramma. Ipse Lactantius L. 6. 5. 10: in plurimis philosophorum. L. 6. 17. 25: sicut philosophorum plurimi et maximi sepe fecerunt. Bün.

l) conciliata sit] vide dicta ad Librum de Ira 7. 13: cetera sibi conciliata sunt. Bün.

m) MS. Adquin. Pfaffius vid. c. 54. (d) pro Pfaffii etc. Atqui reposui MS. Atquin. Bün.

n) ne infirmorum quidem ac mendicorum] Rescribendum puto: ne infirmorum quidem ac mendicorum; nam infirmus habito ad corpus, non ad

- 7 iustitia cadere non possit. Sed quia ignorabant, quid esset, unde proflueret, quid operis haberet, summam illam virtutem, id est, commune omnium bonum paucis tribuerunt, eamque nullas utilitates proprias aucupari, sed alienis tantum commodis studere dixerunt. Nec immerito existit Carneades, homo summo ingenio et acumine, qui refelleret istorum orationem, et iustitiam, quæ fundamentum stabile non habebat, euerneret, non quia vituperandam esse iustitiam sentiebat, sed ut illos defensores eius ostenderet nihil certi, nihil firmi de iustitia disputare.

(CAP. I. *) CAPVT LVI. b

- 1 Nam si iustitia est veri Dei cultus, (quid enim tam iustum ad æquitatem, tam pium ad honorem, tam necessarium ad

opes facultatesque, respectu dicitur. *Danis.* Certe septus hæc voces confunduntur in MSS. notavi ad Lact. 4. 26. 30. ubi *infirmus* quoque rectius. Sic L. 3. 12. 19: *sam reges, quam infirmi.* Bün.

o) MS. *profluerent.* Pfaffius.

p) *quid operis*] vid. not. L. 5. 2. 10. *ad operis*, et L. 6. 5. 1: *quid operis.* add. Heusinger. ad Vechner. Hellenol. p. 200. (c). Bün.

q) MS. *communem.* Pfaffius.

r) *utilitates - aucupari*] noto ad de M. P. 9. 6: *aucupans exitus rerum.* Bün.

s) MS. *refellat storum.* Pfaffius.

a) Cap. I. 1: *Nam si iustitia est veri Dei cultus*] Ex hoc principio manifestum est, hunc librum abruptum esse, quem iam tum sua ætate Hieronymus Catal. scriptor. Eccles. vocauit: *acephalon.* Cuius nisi auctoritas moueret, dubitare posses, Lactantii esse, quia in plurimis manuscriptorum non reperitur. Certe in nullo eorum, quibus vsi fuimus aut ab aliis excerptos laudauimus, inest, neque in edito veteri Romano. Vir clarissimus Thomas Spark.

fatetur, inter Anglos libros, quos ipse non paucos tractauit, in solo Bodl. codice reperiri; Michael quoque Thomasius ex vno antiquo codice, Bononiensi credo, haud vulgaris adnotauit. *Impressis antiquioribus*, qui habent, duobus potissimum vsi sumus: alterum Iantis Parrhasius castigauit: alterum Aldus procudit Manutius. Principium fragmenti est a lib. V. cap. XVI. Priora omnia desiderantur. *Cellarius.*

b) Cap. LVI. ex lib. 5. 16. et 17. Hic incipit pars ea Epitomes, quæ ante hanc Clar. Pfaffii operam in aliis MSS. et editionibus tantum habebatur. Capita parenthesisibus iuclusa, et minores sectiones, quæ in margine a me sunt adpositæ, respiciunt ad Cellarii V. C. editionem, cuius textum quidem hic non potuimus sequi; ne Pfaffii opus diuelleretur, is notis vero Cellarii lectiones, sicubi ab iis, quæ Pfaffius notat, abit, et observationes retinuimus; in MSS. Tax. Pen. Guelpherb. Witteb. Rcimm. ut in pluribus aliis, Epitome hæc desideratur. Abest quoque

ad salutem, quam Deum agnoscere ^{c. d} vt parentem, venerari vt dominum ^{e. f}, eiusque legi aut præceptis obtemperare? nescierunt ergo iustitiam philosophi, quia nec ipsum Deum agnouerunt, nec cultum eius legemque tenuerunt ^g, et ideo refelli potuerunt a Carneade, cuius hæc fuit disputatio, nullum esse ius naturale, itaque omnes animantes, ipsa ducente natura, commoda sua defendere, et ideo iustitiam, si alienis utilitatibus consulit ^{h. i}, suas negligit ^{k. l}, stultitiam esse dicendam. Quod si omnes populi, penes quos sit imperium, 3 ipsique Romani, qui orbem totum possederint ^{m. n}, iustitiam sequi velint, ac suum cuique restituere, quod vi et armis occupauerunt, ad casus ^o et egestatem ^p reuertentur. Quod si fece-

que ab Rost. 1476. Ven. 1471. 72. Addiderunt vero sub corrupta inscriptione: NEPHYTHOMON vtraque Ven. 1478. 93. 97. et Paris. 1513. At sub vero *Epitomes* nomine Parrhasius, Iunta, Aldus et seqq. In restituenda hac reliqua parte Taurinensis et Bononiensis codices vtramque paginam facient; in subsidium editionibus melioribus vocatis. Bün.

c) cognoscere. ed. Pfaffius.

d) agnoscere] Sic Taur. et Bonon. vbi edd. cognoscere. Bün.

e) dominum ed. Pfaffius.

f) vt dominum] Sic editi rectius, quam Taur. MS. Pfaff. Walch. Heum. vt Deum. Prius confirmat Dauisius ex c. 59: metuere, vt dominum, diligere, vt patrem et L. 5. Inst. 18. 15. Bün.

g) verba: nec cultum eius legemque tenuerunt, non extant in editis. Pfaff. Hæc (nec cultum - - tenuerunt) ex antiquo libro Mich. Thomasius adiecit. In Parrh. et Ald. non leguntur. Cellar. Ex Thomasio repetiere Isæus, Gall. Thyf. Spark. Cantabr. et Cellarins; Priores Ven. vtraque 1478-1566. nondum habent. Bün.

h) consulat. ed. Pfaffius.

i) consulit] Editi omnes consulat. Bon. Taur. rectius consulit. Heumannus corrigit consular. Bün.

k) negliget. ed. Pfaffius.

l) negligit] Sic etiam Bonon. rectius, quam edd. negliget. Heumannus mauult negligat. Bün.

m) possedere. ed. Pfaffius.

n) possederint] Ven. prima 1478: possidere. Parrh. possederent. reliqui editi: possedere. At rectissime Taur. Bon. Iunt. Pfaff. seqq. possederint. Bün.

o) Ita recte edit. At MS. causas. Pfaffius.

p) ad casus et egestatem] Perperam MS. ad causas. vindicauit prius CASAS ad lib. 5. c. 16. n. 4. solent vero eiusmodi voces sæpe in MSS. confundi; ita de Mortibus Persec. c. 45. pro: casus irrepperat causa, vbi vide Baluzium. nisi malis ex scriptura antiquiss. codicis CAUSA effingere CAVLAS, vt ibidem annotauit. Pro priori CASAS Ouidius L. 2. Amor. 9. 17. 18.

Roma nisi immensum vires promosset in orbem,

Stramincis eset nunc quoque densa CASIS. Bün.

fecerint, iustos quidem ^q, sed tamen stultos iudicari ^r necesse est, qui vt aliis profint, sibi nocere contendant. Deinde, si reperiatur aliquis hominem, qui aut aurum pro auri-chalco, aut argentum pro plumbo vendat per errorem, atque id emere necessitas cogat^m, vtrum dissimulabit^r et emet parvo, an potius indicabit^r? Si indicabit^r, iustus vtique dicetur, quia non fefellit; sed idem stultus, qui alteri fecerit lucrum, sibi damnum ^e. Sed facile de damno est. Quid, si vita eius in periculum veniet, vt eum necesse^b sit aut occidere^c aut mori, quid faciet? Potest hoc euenire ^d, vt naufragio facto, inueniat aliquem imbecillem tabulæ inhærentem, aut, victo exercitu, fugiens reperiatur aliquem vulneratum equo insidentem, vtrumne aut illum tabula, aut hunc equo deturbabit, vt ipse possit euadere? Si volet iustus esse, non faciet; sed idem stultus iudicabitur, qui dum alterius vitæ parcat^f, suam proderit. Si faciet, sapiens quidem videbitur, quia sibi consulat, sed ^b idem malus, quia nocebit.

CA.

q) In editis est: *iustos dicimus quidem*. Pfaffius.

r) *iustos quidem*] Vtraque 1478. 93. 97: *iustos dicimus equidem*. Paris. 1513: *iustos esse dicimus equidem*. Parrh. Iunt. Ald. *iustos dicimus quidem*. At concinnius Bon. Taur. Pfaff. et sqq. *iustos quidem*. Bün.

s) ed. *iudicare*. Pfaffius.

r) *iudicari*] Sic Taur. et Bonon. Pfaff. et seqq. pro edd. *iudicare*. Bün.

u) MS. *cogit*. Pfaffius.

x) MS. *dissimulauit*. Pfaffius.

y. z) bis: *indicauit* MS. Pfaffius.

a) *qui alteri fecerit lucrum, sibi damnum*] Dauisius legit: *quia alteri*. vide de phrasi: *damnum facere* Dukkerum de Latinitate Iurisc. Veter. p. 373. Bün.

b) ed. *eum aliquando necesse*. Pfaffius.

c) *occidere*] Pier. Parrh. *occupare*. Etiam Isæus: quidam, inquit, codices habent *occupare*. Prouocat idem ad

Patritium in fragmenta ad Cic. L. 3. de Rep. *occupare* sc. tabulam aut equum, aut vt valeat *auertere*. Sed idem ex suo i. e. Bonon. præfert: *occidere*. Bene. Credo enim, illud *occupare* non e MSS. sed ex Ven. 1493. 97. prauo: OCCIPERE a Pier. et Parrh. factum. Bün.

d) ed. *euenire*. Pfaff.

e) *euenire*] MS. Taur. *venire*. id pro *euenire* poni dixi ad L. 3. Inst. 28. 6. At hic Bon. et edd. *euenire* præfero cum Dauisio et Heumanno. Bün.

f) *parcat*] Bon. *parcet*; vnde, quia editi *mox perdet*, Dauisius in futuro præfert: *parcet-prodet*. Bene. Bün.

g) ed. *perdet*. Pfaff. vide Dauisium, qui *prodet* legit et illustrat ex Ter. Heaut. III. 1. 70. et Seru. ad Virg. Aen: 4. 431. adde, quæ dixi ad L. 6. Inst. 17. 25. (i) p. 796. et ad de Opif. c. 199. Bün.

h) ed. *sed et*. Pfaffius.

a) Cap.

CAPVT LVII.^a

Acuta ista sane: sed respondere ad ea facillime^b possumus. 6
 Immutatio^{c, d} enim nominum facit, vt sic esse videatur.
 Nam et iustitia imaginem habet stultitiæ, non tamen est stultitia, et malitia imaginem sapientiæ, non tamen sapientia est. 7
 Sed^e sicut malitia ista in conseruandis vtilitatibus suis intelligens, et arguta^f, non sapientia, sed calliditas et astutia est, ita et iustitia non debet stultitia, sed innocentia nominari; quia necesse est et^g iustum esse sapientem, et eum, qui sit stultus, iniustum. Nam neque ratio, neque natura ipsa permittit, 8
 vt is, qui iustus est^b, sapiens non sit; quoniam iustus nihil vtrique facit, nisi quod rectum et bonum est, prauum et malum semper fugit. Quis autem discernere bonum et malum, 9
 prauum et rectum potest^{i, k}, nisi qui sapiens fuerit? Stultus autem male facit, quia bonum et malum quid sit, ignorat. Ideo peccat, quia non potest recta et praua discernere. Non potest igitur^l neque stulto iustitia, neque iniusto sapientia^{m, n}

conue-

a) Cap. LVII. ex lib. 5. c. 17. vtrique ad finem libri quinti. Bün.

b) ed. facile. Pfaffius.

c) ed. imitatio, Pfaff.

d) Immutatio enim nominum]

Vulg. imitatio, sed omnino vera est a nobis recepta, quam præstant Bonon. et Taurin. Vult auctor, iustitiam stultitiz nomine iniustam reuera stultitiam videri, quod factum est per hominum errorem, ignorantium cuiusque rei proprietatem. Itaque omnis hac quæstio non tam argumentis, quam definitione dissoluitur, vt ait noster Inst. Diu. L. 5. c. 17. 28. Quidius de Reined. Amoris v. 323:

Et mala sunt vicina bonis: errore

sub illo,

Pro vitio virtus crimina sepe tulit.

vide doctissimum virum Ios. Wassum ad Sallust. Catil. cap. LVI. Davissus. Scripturam Bonon. et Taur. Heumannus damnat et præfert vocem: imitatio; eique sequentia

verba. IMAGINEM-IMAGINEM videntur fauere. conf. ad rem L. 4. Inst. 2. 3. c. 5. 2. L. 5. c. 14. 2. sqq. c. 17. 1. sqq. et n. 28. c. 18. n. 11. L. 6. c. 7. 2. Bün.

e) sed non extat in MS. Pfaffius.

f) ed. pro et arguta, ponunt redargui videtur, quia. Pfaff. Vt Cl. Pfaff. edidit, ita Bonon. MS. habet, et sic Thomas. Iszus, Thyf. Gall. Spark. Cantabr. Cellar. Recte. Bün.

g) et deest in ed. Pfaffius.

h) MS. eset. Pfaffius.

i) MS. potest. Pfaffius.

k) potest] Editi poterit, at Taur. Bonon. et Dauif. potest. Bün.

l) Non potest igitur] Idem Mich. Thom. ex antiquo libro non potest addidit. Cellar.

m) in ed. ita: igitur neque stulto iustitiam, neque iniusto sapientiam conuenire. Ergo stultus non est. Pfaffius.

n) Non potest igitur neque stulto iustitia, neque iniusto sapientia conueni-

Nnnn 5

- 10 conuenire. Stultus igitur non est, qui nec tabula naufragum, nec equo saucium deiecerit, quia se abstinuit a nocendo, quod est peccatum: peccatum autem vitare sapientis est.
- 11 Sed vt stultus prima facie videatur, illa res efficit, quod extinguere animam cum corpore æstimant^{o. P.}, iccirco omne com-
- 12 modum ad hanc vitam referunt. Si enim post mortem nihil est, vtrique stulte facit, qui alterius animæ parcat cum dispendio suæ, aut qui alterius lucro magis quam suo consulit. Si mors animam delet, danda est opera, quo diutius commodiusque^{r. s.} viuamus: si autem vita post mortem superest æterna

na

uenire] Vitium est in voce *iusto* in Paris. et Walch. Legendum igitur cum MS. Bonon. in notis Thomas. Isæo, Gallæo et Sparkio: *Non potest igitur neque stulto iustitia*, neque INIVSTO (vna voce) *sapientia conuenire*; male Thysius, Cantabr. et Cellar. dederant: *Non potest --- iustitiam, neque iusto sapientiam.* Bân.

o) MS. *astimant*. Pfaffius.

p) *astimant*] Editi fere omnes: *existimant*; sed præfero cum Dauisio ex Taur. MS. *astimant*. eodem sensu noto ad L. 5. 21. 8. (x): *deorum ritus æstimant veros*; et ad de M. P. c. 29. 5. addit Dauisius Hygin. fab. 27. *astimans Hippotem esse* fab. 29: *Alcumena æstimans Iouem coniugem suum esse.* Bân.

q) *Si mors animam delet*] vid. L. 6. Inst. 9. 20-22. Bân.

r) MS. *quod iustius commodiusque* Pfaffius.

s) *quo diutius commodiusque viuamus*] Margo Thomasi, Torn. Betul. Paris. 1561. Walch. *quo iucundius commodiusque viuamus.* Ven. vtraque 1478. 1497. Pier. Parrh. Paris. Crat. Gymn. *quo iustius commodiusque*; sed corrigat ex ingenio Isæus, quem Gallæus, Sparkius, Dauisius sequuntur: QVO DIVTIVS com-

modusque. vellem Sparkius admonisset de Bodleiano. Certe prope ad Isæi mentem accedit ipsum MS. Taur. QVOD IVSTIVS, vnde vnica littera S exclusa habes: *quo diutius.* Confirmatur emendatio ex libro 5. c. 18. sect. 2. vnde hæc breuiata: *Si enim post mortem nihil sumus, profecto stultissimi est hominis, non huic VITAE consulere, ut sit quam DIVTINA et COMMODIS omnibus plena.* Sed non frustra est, quod MS. Taur. et antiquæ editiones seruant: IVSTIVS; vnde non ausim cum Isæo et Dauisio pronuntiare, *esse in voce IVSTIVS manifestum errorem et repugnare sententia*; legitur enim, rarius licet, *de tempore.* Gellius lib. 3. Noct. Attic. c. 10. (quem non obsecure in aliquot locis sequitur, vide c. 29. et c. 33.) ita habet: *qui iustissime sunt in vtero.* ad edit. Gronou. exponitur: *iusto admodum tempore.* Hoc sensu saltem IVSTIVS debet hic fumi, aut *diutius* verum est; vt respondeat voci, quæ sequitur: AETERNA; alteri: COMMODIVS opponitur BEATA. Ita Saturo ad Sidon. lib. 2. ep. 8. p. 134: INIVSTE sibi *iusta soluta*, exponit IMMATVRE. Heumannus hic fallitur, tradens IVCVNDIVS esse in vtroque MS. Bân.

s) MS.

na et beata, hanc vtiq̄ue corporalem cum omnibus terræ bonis iustus et sapiens contemnet, quia^s sciet, quale a Deo sit præmium recepturus. Tenemus igitur innocentiam; te-¹³ neamus iustitiam, subeamus imaginem stultitiæ, vt veram sapientiam tenere possimus. Et si hominibus ineptum videtur ac stultum, torqueri et mori malle^s, quam libare diis^{s. 7}, et abire sine noxa, nos tamen^s omni virtute omnique patientia fidem Deo exhibere nitamur. Non mors terreat, non^s do-¹⁴ lor frangat, quo minus vigor animi, et constantia inconcussa^b seruetur. Stultos vocent^{c. d}, dummodo ipsi stultissimi sint et^c hebetes, et cæci, et pecudibus æquales, qui non intelli-

gunt

s) MS. qui. Pfaffius.

u) ed. velle. Pfaffius.

x) ed. libere liceat, pro libare diis. Pfaffius.

y) et mori malle, quam libare diis, et abire sine noxa] Ita hunc locum restituit V. C. ex MS. Taur. cum plurimè, etiam Cellarius noster, legerent: et mori velle, quam libere liceat abire sine noxa. Vestigia veri sunt in Ven. vtraque 1478. 93-1497. et Pier. et mori vellet, quam libera dicit abire sine noxa. Paris. 1513: velle quam liberum esse et abire, sed rectissime MS. Taurin. Iterum confirmandum ex lib. 5. c. 18. n. 12: Docui, cur populus noster apud stultos stultus habeatur. Nam cruciari atque interfici malle, quam tura tribus digitis comprehensa in focum iactare, tam ineptum videtur etc. ibid. c. 13: stultosque arbitrantur esse, qui, quem habeant in potestate supplicia sua vitare (si libent diis sc.) nec aliter Minuc. Felix debet explicari c. 37. n. 3: quem dimissi præsertim habent in potestate. Nam, nisi libassent diis, non habebant Christiani in potestate dimitti. Adposite ad nostrum locum Tertullian. Apolog. c. 27: quidam demensiam existimant, quod quum possimus et sacrificare in presenti, et

illæsi abire, manente apud animum proposito, obstinationem salutis præferamus. Sine noxa, i. e. ILLÆSI, ex Tertullian. conf. Euseb. Hist. Eccles. lib. 8. c. 7. extr. *Ἰὺσαντας μὲν, ἐὰν βαδίζειν ἐπ' ἐλευθερίας.* Bün.

z) MS. tam. Pfaffius.

a) ed. nec. Pfaffius.

b) constantia inconcussa] Cyprianus de Habitu Virg. princ. inconcussi ad procellas et turbines sæculi stemus. Bün.

c) ed. notant, dummodo ipsi stultissimi sint et cæci. Pfaffius.

d) Stultos vocent] In Pfaffii nota typi errarunt, vt videtur, et legendum vt habent Ven. vtraque 1478. 93. Paris. Parrh. cum Cellario: Stultos notent, dummodo ipsi stultissimi sint et cæci. In MS. Bonon. ab initio habetur, vt in Taur. stultos VOCENT. Ven. 1497. stultos NOCENT, inuersa priori littera. Sequimur Taurin. et Bon. MSS. hunc iam Iſæus expreserat, non auditus a Thyſio, Gall. Spark. et Cellario. In Heumanno pro ed. 1472. legendum 1472. nam ed. 1472. non habet Epitomen. Bün.

e) ipsi stultissimi sint et] Voces: stultissimi sint et, ex edd. cum Dauſio et Heum. addidi. Bün.

f) ed.

gunt esse mortiferum, relicto Deo viuo, prosternere se atque adorare terrena, qui nesciunt, et illos *f. &* æternam pœnam manere, qui figmenta^b insensibilia fuerint venerati^{i. k.}, et eos, qui nec tormenta, nec mortem^l pro cultu et honore veri Dei
15 recusauerint^{m. n.}, vitam perpetuam consecuturos. Hæc est

fides

f) ed. ex illis. Pfaffius.

g) et illos æternam pœnam manere] Recte MS. Taur. et notauit Thomasius in margine ex Bonon. receperunt Isæus, Gallæus, Spark. et Cantabr. In Cellarij editione, æque ac in reliquis et Ven. 1478. corrupta lectio ex illis remanserat. Lact. lib. 6. c. 3. n. 5: *quid eas mercedis a Doo maneat.* Nisi MS. Taur. habuisset clare et illos, atque sequeretur ET EOS, ex verbis ex illis finxissem: et illis, quam constructionem Ciceroni Ferrar. Faern. Muret. Lamb. Græuius vindicant, et pluribus confirmauit Sanctius in Minerua lib. 2. c. 4. vide Græu. ad Cic. 2. Philipp. c. 5. Bün.

h) qui figmenta] Ita habent omnes libri, et textus requirit; nescio, vnde in Cellarij editione nec figmenta sit petitiu. Bün.

i) MS. adorati. Pfaffius.

k) fuerint venerati] Sic omnes editi. In MS. Taur. est: *fuerint adorati*, pro *adorauerint*. Perperam, inquit Dauisius, nec enim *deponentium* potestatem huic verbo tributam memini. Recte, licet Valer. Max. lib. 8. c. 1: *Animus fluctuatus est, pro fluctuauit.* vbi Vorstius plura et ad L. 1. 4. ext. 1. et L. 5. c. 1. et ad lib. 9. c. 5. n. 3. Ita Salmaf. ad Flor. lib. 2. c. 17. n. 11: *quum rex pronocatus fuisset ex omnibus libris restituit, pro pronocasset.* adde Muncker. ad Fulgent. p. 106. longe plura Vechner. Hellenol. lib. 1. c. 8. p. 98. sqq. Ducker. de Latin. Iurisc. Vet. pag. 353. Lips. ad Tacit. 1. Annal. c. 5.

Voss. de Analog. lib. 3. c. 5. et Græuius ad Cic. lib. 2. Att. ep. 17. pr. vbi quoque tradit in Valerio Max. lib. 8. c. 4. ext. 2. legi *adoratus est*, pro *adorauit*, sed ibi non adparet. Forfan respexit ad Val. lib. 4. c. 7. Darii mater Hephæstionem more Persarum ADVLATA tamquam Alexandrum salutauit; et Val. lib. 6. c. 3. ext. 2. Athenienses Timagoram inter officia salutationis Darium regem more gentis illius ADVLATVM capitali supplicio adfecerunt. In his enim locis Salmafius et Rupertus ADORATA et ADORATVM corrigunt; sed Gronouius, Vorstius, Torrenius receptam ex codicum consensu eodemque sensu defendunt. Celeberr. I. A. Fabricius quoque in suo Valerio cum plus viginti MSS. a Gudio collato constanter inuenit utroque loco: *adulata, adolara, adulatum, adolatum.* Bün.

l) MS. morte pro cultui. Pfaff.

m) MS. non recusauerunt. Pfaff.

n) qui nec tormenta, nec mortem --- recusauerint] MS. Taur. *qui nec tormenta, nec mortem --- non recusauerunt.* Vt duplex negatio vehementius neget, in quo omnes fere latini scriptores grecos imitantur. Sic Lactant. ex MS. Gothano lib. 7. Instit. c. 13. n. 9: *Quid Aristoxenus? qui negauit omnino nullam esse animam.* Ex aliis ostenderunt Vechner. Lib. 1. Hellenol. c. 35. Taubm. ad Plaut. Epidic. Act. 5. sc. 1. v. 57. et Bacchid. Act. 4. sc. 9. v. 114. Voss. de Construct. c. 61. Muretus ad Catull. epigr. 4. p. 10. Græu. ad Cic.

fides summa, hæc est vera sapientia, hæc perfecta iustitia. Nihil ad nos attinet, stulti quid homunculi sentiant. Nos iudicium Dei expectare debemus, vt eos postmodum, qui de nobis iudicant, iudicemus.

CAPVT LVIII. *

Dixi de iustitia, quid esset. Sequitur vt ostendam, quod sit ^b 16 verum sacrificium Dei, qui sit ^c iustissimus ritus colendi, ne quis arbitretur, aut victimas, aut odores, aut dona pretiosa ^{d: e} desiderari a Deo, a quo si ^f fames, si sitis, si algor, si rerum omnium terrenarum cupiditas abest ^g; non ergo vitur his ^b omnibus, quæ templis diisque ^{i: k} fictilibus inferun-

Cic. 3. Attic. ep. 7. p. 297. Dauies ad Minuc. Felic. c. 29. p. 169. Brouckhufius ad Propert. p. 149. n. 5. Sic Lact. 5. 17. 18: non eget, nec -- nec. Bün.

o) in ed. ita: *hac est fidelissima, hac est vera sapientia, hac perfecta iustitia. Nihil ad nos attinet, quid iudicent stulti, quid homunculi sentiant.* Pfaffius. Bonon. et Isæus: *hac est fideissima, hac est vera sapientia, hac perfecta iustitia.* Davius tentat: *hac est, vides, summa sapientia, hac perfecta iustitia.* aut: *hac est, vides, summa, hac est vera sapientia, hac perfecta iustitia* etc. Heumann. *Hac est fidei summa, hac est vera sapientia, hac perfecta iustitia.* Ego lego: *Hac est fides summa, hac est vera sapientia, hac perfecta iustitia.* Bün.

p) ed. iudicauerint. Pfaff.

a) Cap. LVIII. ex libr. 6. c. 1. et c. 2. Bün.

b) *quod sit verum*] Ita vt Taurin. Isæus, Gall. et Sparkius; quum Cellarius cum aliis: *quid sit.* mox idem Isæus et Sparkius et Gall. *qui iustissimus.* sed Cellar. cum aliis: *quis sit.* Sic Taurin. optime. nota-

vi ad c. 53. (l) Lact. L. 6. c. 1. extr. *sicut enim qui sit verus Deus, ita qui sit verus cultus ignorant.* Bün.

c) ed. *quis pro qui sit.* Pfaffius.

d) ed. *presentia,* Pfaff.

e) *dona pretiosa*] Editi ante Isæum et Cell. *dona presentia.* perperam. Bonon. Taurin. Isæus, Gall. Spark. Pfaff. Dauis. et seqq. recte: *dona pretiosa,* vt L. 2. 4. 9: *pretiosa munera,* et de Ira c. 21. 10. Bün.

f) MS. *quod si.* Pfaff.

g) MS. *adest.* Pfaffius.

h) ed. *iis.* Pfaff.

i) *aliisque* ed. Pfaff.

k) *diisque fictilibus*] Cellarius cum plerisque editis: *aliisque fictilibus,* sed *diisque fictilibus* ex MSS. Isæus et eum secuti Gall. et Spark. et ex Taurin. Pfaff. etc. præferunt. Seneca epist. 31. extr. *cogita illos (deos) quum propitiis essent, fictiles fuisse.* ad Heluiam c. 10. tunc per fictiles deos religiose iurabatur. In Bonani Museo Kircheriano, recensente Neuen Bücher: Saal V. Oeffnung p. 357. secundum Lactantium *homo fictilis* fingitur, qui commissa arcanata statim, vt fictile siue cadus litorius effundat. Sed talia in Lactantio

feruntur, sed sicut corporalibus corporalia¹, sic utique incorporali² incorporale sacrificium necessarium est. Illis autem³, quæ in usum tribuit homini Deus, ipse non indiget, quum omnis terra ipsius sit sub potestate⁴ P. 4, non indiget templo, cuius domicilium mundus est; non indiget simulacro, qui est et oculis et mente incomprehensibilis; non indiget terrenis luminibus, qui solem cum cæteris astris in usum hominis⁵ potuit accendere. Quid igitur ab homine desiderat Deus, nisi cultum mentis, qui est purus et sanctus? Nam illa, quæ aut digitis⁶ fiunt, aut extra hominem sunt, inepta, fragilia, ingrata⁷ sunt. Hoc est sacrificium verum, non quod ex arca, sed quod ex corde profertur; non quod manu, sed quod mente libatur. Hæc acceptabilis⁸ victima est, quam de seipso⁹ animus

tio nostro non leguntur. Forſan interpretem Statii, quem Lucretium plures vocant, intelligit. Egrege Broukhufius ad Propert. L. III. El. 1. 5: fictilibus crouere deis hac aurea templa Bün.

h) ed. corporala. Pfaff.

m) ed. incorporalibus. Pfaff.

n) autem non extat in ed. Pfaff.

o) et quum omnis terra in ipsius sit potestate] Et hoc ex illo antiquo codice emendatum est. Cell.

p) ed. et est omnis terra sub potestate ipsius. Pfaffius.

q) quum omnis terra ipsius sit sub potestate] Bonon. Thom. Isæus, Thyf. Gall. et Cellar. quum omnis terra in ipsius sit potestate; quod æque rectum. Bün.

r) ed. hominibus. Pfaffius.

s) in usum hominis] Pro editorum ab 1478-1698. et Cellarii: in usum hominibus, rectius Taurin. et ex eo editi: in usum hominis. Sic vnde hæc sumta, L. 6. Inst. 2. 3: qui in usum HOMINIS tam claram, tam candidam lucem dedit. et de Ira 13.

8. ex MS. Reimr. in usum hominis a Deo facta. Bun.

t) qua aut digitis fiunt] Heumanus corrigit: qua DIIS fiunt. At Taur. et omnes editi recte: qua aut digitis fiunt. Respiciunt illa L. 1. 20. 26: colunt ture ac summis digitis. L. 5. 18. 12: tura tribus digitis comprehensa in focum iactare. L. 5. 29. 29: in qua (superſtitione deorum) nihil aliud video, quam ritum ad solos digitos pertinentem. Bün.

u) inepta, fragilia, ingrata sunt non extat in ed. Et sequentia quoque paulo aliter in editis inueniuntur. Pfaffius. Verba: inepta, fragilia, ingrata sunt, iam ex Bonon. MS. receperant Thom. Isæus, Gall. Thyf. Spark. Cantabr. Cell.

x) acceptabilis] Est, inquit Krebs p. 29. inusitatum: at utitur Tertull. Orat. c. 7: pœnitentia demonstratur acceptabilis Deo, et aduers. Iudæos. L. c. 5. cor contribulatum acceptabile sacrificium Deo demonstratur, et alibi, immo patribus nihil frequentius. Bün.

y) MS. ipso. Pfaffius.

z) ed.

mus immolat * *. Nam quid hostiæ? quid tura? quid vestes? quid argentum? quid aurum? quid pretiosi lapides conferunt, si colentis pura mens non est? Sola ergo iustitia est, quam Deus expetit. In hac sacrificium, in hac Dei cultus est, de quo nunc mihi disferendum est, docendumque, in quibus operibus iustitiam necesse sit contineri.

(CAP. II) CAPVT LVIII. a

Duas esse humanæ vitæ vias nec philosophis ignotum fuit, nec poetis; sed eas utrique b. c. diuerso modo induxerunt. Philosophi, alteram industriæ, alteram inertiae esse voluerunt; sed hoc minus recte, quod eas ad sola vitæ d huius commoda retulerunt. Melius poetæ, qui alteram iustorum, alteram impiorum esse dixerunt; Sed in eo peccant, quod eas non in hac vita, sed apud inferos esse aiunt. Nos utique rectius, qui alteram vitæ e, alteram mortis, et hic tamen esse has vias dicimus; sed illa dexterior, qua iusti gradiuntur, non in Elysium fert f, sed in cælum. Immortales enim fiunt. Sinisterior ad tartarum, æternis enim cruciatibus addicuntur g iniusti. Tenenda b. i est igitur nobis iustitiæ via, quæ ducit ad vitam.

z) ed. *immolat*. Pfaffius.

*) *immolat*] MS. Taur. Pfaff. Walch. *immolauerit*. Nescio quid Heumannus velit, notans: MS. Th. *immolauerit*. Certe Thomasi MS. non potest esse. Hic enim et Isæus cum prius editis: *immolat*, et recte; nam ante: *profertur - libatur*. corrigas igitur in Heum. ed. MS. Taur. L. 6. Inst. 2. 13: *hic verus est cultus, in quo mens colentis se ipsam Deo immaculatasam victimam sistit*. Bün.

a) Cap. LVIII. ex lib. 6. c. 3. sqq. c. 10. et lib. 5. c. 19. extr. et lib. 5. c. 5. sqq. Bün.

b) *utrique*. MS. Pfaffius.

c) *utrique*] Sic ex Bonon. Isæus iam monuerat legendum et ipse receperat recte, non auditus tamen a Gall. Spark. Cellario. Rectum esse *utrique*, patet ex L. 6. Inst. 3. 9. Mi-

nus recte igitur Pfaffius et Walchius *utique*. Rectius Dauif. Heum. *utrique*. Bün.

d) ed. *quum eas ad solius vitæ*. Pfaff. Bonon. *quod eas*, quod Isæus receperat merito. Priores et Cellar. *quum*. Bün.

e) in MS. deest *alteram vitæ*. Pfaff. f) *in Elysium fert*] De eleganti phrasi ad L. 6. 3. l. Bün.

g) *cruciatibus addicuntur*] Sic quoque Bon. Gymn. Torn. Betul. Isæus, Gall. Spark. quum Cellarius cum Thomaf. Parrh. Crat. et Thyfio habeant: *abdicuntur*. Ven. 1497. et Pier. *abducuntur*. Sed prius præferendum ex MSS. Bün.

h) in ed. legitur: *Veneranda est nobis*. Pfaffius.

i) *Tenenda est - via*] Cellar. cum edi-

4 vitam. Primum autem iustitiæ officium est, Deum agnoscere ut parentem ^k, eumque metuere ut dominum, diligere ut patrem. Idem enim, qui nos ^l genuit, qui vitali spiritu animauit, qui alit, qui saluos facit, habet ^m in nos non modo ut pater, verum etiam ut dominus licentiam verberandi, et vitæ ac necis potestatem ⁿ, vnde illi ab homine duplex honos,
 5 id est, amor cum timore debetur. Secundum iustitiæ officium est, hominem agnoscere velut fratrem. Si enim nos idem Deus fecit, et vniuersos ad iustitiam vitamque æternam pari conditione generauit, fraterna utique necessitudine cohæremus,
 6 quam qui non agnoscit, iniustus est. Sed origo huius mali, quo societas inter se hominum, quo necessitudinis vinculum dissolutum est, ab ignoratione veri Dei nascitur ^{o, p}. Qui enim fontem illum benignitatis ignorat, bonus esse nullo pacto ^q potest. Inde est, quod ex eo tempore, quo diu multi consecrari ab hominibus colique cæperunt, fugata ^r, sicut poeta

editis: *veneranda*. MSS. Taur. Bon. et iam Isæus: *Tenenda*; et sic lib. 3. c. 13. n. 35: *si denique asperam illam vitam difficilemque tenemus, qua nobis ad beatitudinem patefacta est.* et n. 28. c. 15. n. 1. lib. 6. c. 4. n. 9. et c. 8. n. 4. c. 20. n. 15. *Bün.*

k) Deum agnoscere ut parentem] Dauisius illa: *ut parentem, superuacua putat, legens: Primum autem iustitia officium est, Deum agnoscere (i. e. existentiam credere) eumque metuere ut dominum, diligere ut patrem.* Nam si Deum diligo ut patrem, dubio procul ut parentem agnosco. Conformatis hæc emendatio loco, vnde hæc petita L. 6. Inst. 9. 1-16-24. Heumanus quoque reiecta Clerici coniectura: *UT PRÆSENTEM*, in Bibl. Ant. et Nou. T. XI. p. 200. Dauisio subscribit. *Bün.*

l) in ed. *is est enim, qui nos.* Pfaff.

m) *Idem enim qui nos genuit - facit, habet*] Sic edo. ex Bonon. cum Isæo et Dauisio. Ex Taur. qui exci-

dit. Post facit, comma ponendum.

n) *ut vitæ ac necis potestatem.]* lib.

4. c. 4. n. 11. *Bün.*

o) ed. *dissoluitur, est, quod ab ignorantia.* Pfaffius.

p) *dissolutum est, ab ignorantia - nascitur*] Habebant plures editi, etiam Cellarius: *dissoluitur, est, ab ignorantia - nascitur.* Qua lectione nihil ineptius; et clare monuerat Thomasius in notis: *dissolutum est, ab ignorantia veri Dei nascitur legendum est, testimonio antiquorum codicum, in qua oratione sensus est optimus et apertissimus, quum ex ea, qua est in libris impressis, nihil intelligi possit.* et recte Thysius in notis, Gallæus et Spark. in textu: *dissolutum est, prætulerunt.* Alii, ut Parrh. et Isæus, *dissoluitur abiectio est, seruant.* Sed præstat MSS. Taur. Bon. sequi. *Bün.*

q) *nullo pacto*] ante editi: *nullo modo.* *Bün.*

r) *est] deest in MS.* Pfaffius.

s) ed.

poetae ferunt^s, iustitia, direptum^r est omne foedus, 7.
 direpta^x societas iuris humani. Tum sibi quisque consulens^y
 ius in viribus^z computare, nocere inuicem, fraudibus adgre-
 di, dolis circumscribere, commoda sua aliorum incommodis^a
 adaugere, non cognatis, non liberis, non^b parentibus par-
 cere, ad necem hominum pocula temperare^c, obsidere cum
 ferro vias, maria infestare, libidini autem, quo furor duxe-
 rit^d, frena laxare, nihil denique sancti habere^e, quod non
 cupiditas infanda violaret. Quum haec fierent, tum leges 8
 sibi homines condiderunt pro utilitate communi, ut se in-
 terim tutos ab iniuriis facerent. Sed metus legum non sce-
 lera comprimebat, sed licentiam submouebat. Poterant enim le-
 ges delicta punire, conscientiam punire^f non poterant.

Ita-

5) ed. aiunt. Pfaffius.

2) ed. sic direptum. Pfaffius.

3) direptum est omne foedus, direp-
 ta] MS. Taur. direptum - direpta.
 Ita quoque in Reimm. et nonnullis
 antiquis editionibus lib. 5. c. 5. n. 13.
 inuenitur. vide not. et hoc loco
 Pier. Parrh. Crat. Gymn. direptum -
 direpta. Ven. 1497. quoque direptum
 licet post vitiose: directa. conf. L. 6.
 6. 21. Frequenter MSS. et edd. dire-
 ptum, direptum, diruptum confun-
 dunt. vid. Torrenium ad Val. Max.
 L. 8. 1. 10. not. 45. p. 701. Bün.

x) ed. direpta. Pfaffius.

y) quum sibi quisque consulere. Ita
 ed. Pfaffius.

z) ius in viribus computare] Lu-
 can. lib. 1. v. 175.

- - - mensuraque iuris
 Vis erat.

Ammian. Marcell. lib. 17. c. 12. p. 194:
 barbaris esse omne ius in viribus ad-
 suavit, et notante Lindenbr. Mela
 de Germanis lib. 3. c. 3: ius in viri-
 bus habent. Senec. Hippolyt. Act.
 II. 544. pro iure vires esse dixit. Bün.

a) MS. commodis. Pfaffius.

b) non parentibus] Sic Bon. Taur.

Pfaffius et seqq. ante Pfaffium edi-
 ti: nec parentibus. Bün.

c) ad necem hominum pocula tem-
 perare] Lib. 3. Instit. c. 8. n. 28. not.
 qui venena didicerit temperare. Bün.

d) quo furor duxerit] Cellar. cum
 nonnullis alijs habebat: quo furor
 eduxerit; sed MS. Taur. duxerit con-
 firmant Ven. 1493. 1497. Pier. Parrh.
 Paris. Iunt. Ald. Crat. Betul. Torn.
 Gymn. Paris. Isaacus: at in Ven. vtra-
 que 1478. q. o. furore duxerit frena
 lassare. Bün.

e) nihil sancti habere] Est phrasis
 Sallustiana, vti constat. Bün.

f) conscientiam punire] Heuman-
 nus in utroque, MS. inquit, est MV-
 NIRE; id, ni fallor, collegit V. C. ex
 silentio Thomasiae et Pfaffii, et ex
 textu eorum. Etiam vtraque Ven.
 1478. Paris. 1513. Ald. Crat. Fasit.
 Gryph. Torn. Betul. Thom. Gall.
 Spark. Cell. Pfaffius, Walch. Davi-
 sm: MVNIRE. sed Ven. 1493. 97.
 Pier. Parrh. Iunt. Isaacus et Heuman-
 nus conscientiam PVNIRE. Rectis-
 sime. Laet. de Ira c. 8. n. 9: Leges
 CONSCIENTIAM PVNIRE non pos-
 sunt, nisi aliquis desuper terror im-
 pen-

Oooo

pen-

9 Itaque quæ ante palam & fiebant, clam fieri cœperunt. Circumscribi etiam iura, siquidem ipsi præsidēs legum præmiis muneribusque corrupti, vel in remissionem ^{b. i} malorum, vel perniciem bonorum ^k sententias venditabant. His accedebant disensiones, et bella, et mutua deprædationes ^l, et oppressis legibus sæuendi potestas licenter adsumta.

CAPVT LX. ^a

10 In hoc statu quum esent humanæ res, misertus est nostri Deus, reuelauit se nobis et ostendit; vt in ipso religionem, fidem, castitatem, misericordiam disceremus; vt ^b errore vitæ prioris abiecto, simul cum ipso Deo nosmetipfos, quos impietas dislocauerat, nosceremus ^c, legemque diuinam, quæ humana cum cælestibus copulat, tradente ^d ipso Domino, sumeremus: qua lege vniuersi, quibus irretiti fuimus ^e, errores ^f cum vanis et impiis superstitionibus tollerentur. Quid igitur ^f homini debeamus, eadem illa lex præscribit, quæ docet, quicquid homini præstiteris, Deo præstari ^g. Sed radix iustitiæ, et omne ^h fundamentum æquitatis est illud, vt non facias,

pendeat ad cohibenda peccata. Alia est ratio in Epit. c. 63. in verbis: *Legibus vita nostra munitur.* Büin.

g) MS. *qua antea palam cœperunt circumscribi.* Pfaffius.

h) ed. *remunerationem.* Pfaffius.

i) *in remissionem malorum*] Alii codices (addo: *omnes ante Pfaffium editi*): *in REMUNERATIONEM malorum.* Certe grauius est flagitium, si iudices præmiis corrupti malos non impunitate solum, sed et remuneratione dignos statuunt, quam si a nuda malefactorum pœna liberent. MSti tamen Taurin. præferenda est lectio, quam abunde tuetur Cyprianus ad Donatum pag. 7. et ad Demetr. p. 190. *Dausius.*

k) ed. *justorum.* Pfaffius.

l) *deprædationes*] Ita omnes. vide not. ad cap. 71. Büin.

a) Cap. LX. ex lib. 6. c. 10-15. sqq. Büin.

b) *vt vsque ad nosceramus* non extat in ed. Pfaffius.

c) *vt errore -- nosceremus*] Hæc omnia ex Bonon. codice recepit Thomaf. quem secuti sunt Isæus, Thyf. Gall. Spark. Cantabr. et Cell. nisi quod pro *nosceremus* iterum habent *disceremus*, et Thomaf. in textu (non in notis) etiam Cellarius omittant: *simul cum ipso Deo.* Dausius, qui honorem restitutionis ISABO tribuit, ex Taurin. *nosceremus* et Bonon. repetito *disceremus* facit: *nosmet ipsos NOSCERE DISCEREMVS.* Büin.

d) MS. *tradentem.* Pfaffius.

e) ed. *sumus.* Pfaffius. *facimus* Bonon. etiam Isæus. Büin.

f) ed. *enim.* Pfaffius.

g) ed. *prestare.* Pfaffius.

h) *et omne fundamentum æquitatis*] Ita omnes libri. Conr. Rittersh. ad

cias, quod ^{i. k} pati nolis, sed alterius animum de tuo metiaris ^l. Si acerbum est iniuriam ferre, et qui eam fecerit, videtur iniustus; transfer in alterius personam, quod de te ^m sentis, et in tuam, quod de altero iudicas; et intelliges, tam te iniuste facere, si alteri noceas, quam alterum, si tibi. Hæc si ¹³ mente voluamus ⁿ, innocentiam tenebimus, in qua iustitia velut primo ^o gradu insistit ^p. Primum ^q est enim, non nocere, proximum ^{r. s}, prodesse. Et ^t sicut in rudibus agris prius ¹⁴ quam ferere incipias, euulsis sentibus, et omnibus ^{*} stirpium radicibus amputatis, arua purganda sunt ^x: sic de nostris animis

ad Saluian. in Analectis Obseruat. ad p. 71. (555) ed. Brem. p. 172. mallet: et omnis fundamentum aquitatis. Btin.

i) ed. vide, ut ne facias ulli, quod. Pfaffius.

k) ut non facias] Vtraque Ven. 1478: Unde ut ne facias. multi editi: vide ut ne facias, sed MS. Taur. Bonon. Ven. 1497. Pier. Thomas. et cum secuti cum Cellario delent vide. Büñ.

l) ed. metieris. Pfaffius. metiaris Bon. Isæus, Cellar. conf. c. 5. sect. 5. Büñ. m) ed. in. Pfaffius.

n) ed. voluimus. Pfaffius. o) ed. in primo. Pfaffius. Corrigit Dauisius in qua iustitiae velut primum gradus consistit. Büñ.

p) ed. consistit. Pfaffius. q) ed. primus. Pfaffius. r) ed. nocere proximo, sed officiose prodesse. Pfaffius.

s) Primum - - proximum] Hic locus adhuc in omnibus editionibus corruptus fuit. Plures, neque primum Marian. Tuccius, vti Heumanno visum, sed prius Parrhas. 1509. tum Ald. Crat. Gymn. Gryph. Betul. Torn. legebant: Primus - - non nocere proximo, sed officiose prodesse. Ven. 1478. 1497. et Pier. Primus - - non nocere proximo; SED OFFICERE; prodesse:

ex quo officere aliorum officiose factum videtur. Thomas. Isæus, Thyseus, Gall. Spark. Cant. et Cellar. primus - non nocere proximo, sed prodesse: Conr. Rittershusius videbat hunc locum corruptum esse, vnde ipse ad Saluian. loco cit. corrigebat: Primus est enim non nocere proximo, SECUNDVS officiose prodesse. Res virum Cl. non fefellit, sed merito amplectimur MS. Taur. scripturam, quam veram esse exinde quoque conspicitur, quod in Bononiensi est PRIMVM. Dauisius legit: PRIMVS PROXIMVS. Iterum Epit. c. 65. pr. Innocentia proxima est misericordia. De usu vocum primus - proximus conf. Turf. Part. p. 960. adde elegantem locum Senec. l. Ira c. 5: medicus PRIMO in leuibis viriis tentat - PROXIMVM est, ut modus proficiat. reliqua. idem Sen. ep. 2. fin: Quis sit diuiciarum modus, queris? PRIMVS, habere quod necesse est. PROXIMVS quod sat est. Ouid. L. 8. Metam. 345. sqq. Cuspis Echionio PRIMVM contorta lacerto vana fuit - PROXIMA longius it. Büñ.

t) Et sicut] In MS. Taur. sed, sic ut Pfaffius in curis secundis. Büñ.

u) omnibus stirpium radicibus] Sic lego cum Dauisio ex Bon. et Isæo. Reliqui: omnium. Büñ.

x) in ed. deest sunt. Pfaffius. Oooo a

a) Cap.

mis prius vitia detrahenda, et tunc demum virtutes inferendæ, de quibus seminatæ per verbum Dei fruges immortalitatis oriuntur.

CAPVT LXI. *

15 **T**res adfectus, vel (vt ita^b dicam) tres furia^c sunt, quæ in animis hominum tantas perturbationes cient^{*}, et interdum cogunt^{d. e} ita delinquere, vt nec famæ, nec periculi sui respectum (aut curam^f) habere permittant: ira^g, quæ vindictam cupit; auaritia, quæ desiderat opes; libido, quæ adpetit voluptates. His vitiis ante omnia^{b. i} resistendum est, hæc stirpes eruendæ, vt virtutes inferi^{k. l} possint. Hos adfectus Stoici

a) Cap. LXI. ex lib. 6. c. 19. c. 14-16. Bün.

b) in MS. deest *ita*. Pfaffius.

c) tres furia sunt] Ridicule Ven. vtraque 1478. 93. 1497. et Pier. tres furca sunt. Forfan ingeniosus corrector legerat in antecedentibus *de aruis purgandis*; hinc putauit FURCIS opus esse. lib. 8. Instit. c. 19. 4: Tres sunt adfectus -- propterea Poeta tres furias esse dixerunt. Bün.

*] perturbationes cient] Cellarius cum editis reliquis: *ciunt*. Sparkius *perperam ciunt*. Bün.

d) interdum cogunt] Laxius et ὑπερβολικῶς hæc ab Lactantio dici; intelligi vero per cogere nihil aliud, quam maxima vi vrgere, Iſæus tradit; idem vero impudentissime mentitur, quum Lutherum et Melanchthonem statuisse dicit *peccata esse inevitabilia, qua ab adpetitu atque ab adfectibus nostris proficiuntur*; sed vt Iſæus suam doctrinam de Libero Arbitrio posset defendere, necesse erat, vt Simoni Mago, Marcioni et Maneti illas hæresi pontificæ contrarios adiungeret; sed solet ita, vbi sectæ periculum est, nugari. Bün.

e) cogunt ita delinquere] Vehementer incitant et vrgent. Sic Virgi-

lius Aen. III. 56: *Quid non mortalia peccora COGIS Anris sacra fames*. Cyprianus de Mortal. p. 159: *Es quum eum (Iobum) vxor compelleres* etc. p. 162: *Pauore mortalitatis desertores COMPELLVNTVR*, vt redeant: gentiles COGVNTVR, vt credant. Adde epist. 11. 15. et Epit. Lact. c. 50. (c) et Grotium ad Luc. 14. 23. *Damissus*.

f) *aut curam*] Hæc verba absunt a MS. Taur. Pfaff. absunt quoque a Bononensi et editionibus eum ferutis Thomas. If. Gall. Thyf. Spark. Cant. Cellarii, et possunt sine vlllo periculo abesse. Ven. vtraque 1478. 93. 1497. et Pier. corrupte: *nec periculi sui respectu: tuta habere permittant*. Hinc puto illa, vt glossema proscribenda inclusi. diuersa scriptura. Bün.

g) MS. *iram*. Pfaff.

b) *ante omnia* deest in ed. Pfaff.

i) *ante omnia*] Habentur quoque in Bonon. Thomas. Ifzo, et seqq. editionibus. Bün.

k) *feri* est in ed. Pfaff.

l) *inferi*] Sic melius Taur. MS. Pfaff. et seqq. quam priores: *feri*. vid. c. 60. fin. et not. ad L. 6. Inst. c. 3. n. 13: *virtutes inferas - virtutes inferi*. Bün.

m) in

Stoici amputandos, Peripatetici temperandos putant. Neutri eorum recte; quia neque in totum detrahi ^{m. n} possunt, siquidem natura insiti certam habent magnamque rationem, neque diminui ^o, quoniam si mala sunt, carendum est etiam temperatis ^p et ^q mediocribus; si bona, integris abutendum ^r est. Nos vero neque detrahendos, neque minuendos esse ¹⁷ dicimus. Non enim per se mala sunt, quæ Deus homini rationabiliter ^s iniecit ^{t. u}; sed quum sint utique natura bona, quo-

m) in totum non extat in ed. Pfaff.
 n) neque in totum detrabi] Ex MS. restituit Pfaffius in totum. Re-
 cussime. Delectatur maxime hac formula Lactantius, quam scioli hinc inde corruerunt. lib. 2. Inst. c. 10. n. 24: *Potest occidere in totum, quia per partes occidit.* lib. 4. c. 1. n. 8: *sed adeo in totum sapientia occiderat.* lib. 7. c. 20. n. 7: *si non exstingui- biles in totum.* de Ira c. 21. n. 5: *non in totum prohibet irasci, sed prohibet in ira permanere.* de Opif. c. 8. n. 16: *non in totum conuerti, sed moueri tamen ac flecti cum modo.* lib. 1. Inst. c. 11. n. 30. ex MS. Gothano: *nihil igitur a poetis in totum fictum est.* Seneca epist. 31: *in totum iam per maxima actio viro turpe est etiam num deos fatigare.* ep. 72: *animus semel in totum sanatur.* Plin. H. N. lib. 35. c. 1: *pictura nunc in totum marmoribus pulsa.* Alia loca Harduin. ad Tom. 1. et 3. indicauit; sæpissime quoque Tertullian. Bün.

o) ed. minui. Pfaff.
 p) Carendum est etiam temperatis et mediocribus] Elegantem hanc MS. Taur. lectionem in Crat. Torn. 1547. et aliis paucis inuenio. Thomaf. Gall. Ifæus, Spark. et Cellari- vs: *carendum est etiam mediocribus.* Ven. vtraque 1478. 93. 1497. et Pier. Paris. *quoniam si mala sunt, carendum est, etiam temperandum medio- cribus.* Parrh. *carendum est, estque*

temperandum mediocribus. Bün.
 q) MS. etiam. Pfaff.
 r) integris abutendum] Sic Thy- sius, Spark. Gallæus, in meliorem partem sumto verbo, ut in Terentii prologo Andriæ. Betul. *utendum.* Parrh. tamen et Aldus: *adutendum.* Videant quibus scripti codices sunt. Cellar. Habent etiam. Ven. 1497. Pier. Crat. Tornæs. ex ed. Lugd. 1548. Ifæus, cum Parrh. et Aldo: *ADVTENDVM*, sed standum a MSS. Taur. et Bonon. quorum est: *ABV- TENDVM*. et solet Lactantius more Ciceronis pro *vis* ponere *abuti*, lib. 1. Instit. c. 6. n. 14: *sicubi testi- moniis earum fuerit abutendum.* de Ira c. 11. n. 15: *licet diuersis nominibus fuerint abusi.* Ciceronis loca collegit Doletus in Comment. L. L. f. 1679. conf. Barth. Aduers. lib. 19. c. 15. Bün.

s) rationabiliter] Vosius de Vi- tiis S. L. lib. 4. c. 35: *ne barbarum sit*, inquit, *meruo.* Probata vox iam est ex Hieronymo, sed noster locus præstat. Supra c. 52. oppositum: *ir- rationabiliter.* Vtramque lego in Hieron. Tom. 2. Op. f. 136. aduer- sus Luciferianos et f. 135. conf. Sul- pic. Seuer. et Ammian. Marcell. Bün.

t) ed. inseruit. Pfaff.
 u) insensit] Ita MS. Taur. et edi- tio Betuleii, in aliis est: *inse- ruit*, ut Cic. 2. Inuent. c. 53: *natu- ra ius est, quod non opinio genuit,*

quoniam ad tuendam vitam sunt attributa, male vtendo fiunt mala, et sicut fortitudo, si pro patria dimices^{x. y.}, bonum est, 18 si contra patriam, malum; sic et adfectus, si ad vsus bonos habeas^{z.}, virtutes erunt: si ad malos, vitia dicentur. Ira igitur ad coercionem^a peccatorum, id est, ad regendam subiectorum disciplinam data est^b, vt metus licentiam comprimat et compescat audaciam. Sed qui^c terminos eius ignorant^d, irascuntur paribus, aut etiam potioribus^{e. f.} Inde ad immania facinora profilitur: inde ad cades, inde ad bella con- 19 surgitur. Cupiditas quoque^g ad desideranda et conqui- renda vitæ necessaria tributa est. Sed qui nesciunt fines eius, insatiabiliter opes congerere^h nituntur. Hinc venena, hinc circum-

sed quaedam innata vis inseruit. Ven. 1478: rationabiliter conseruat; sed inseruit hic præferendum, præcesfit: natura insiti, reliqua etiam in seminandi significatu sunt accepta; fuit vero hoc conseruit pro conseruit obtrusum, alibi, notauit lib. 2. c. 12. n. 15. et lib. 5. c. 5. n. 10. in libro 6. c. 15. n. 9. est: ingenorauit. Bün.

x) aliter hic ed. sicut si fortissime pro patria dimices. Pfaff.

y) et sicut fortitudo, si pro patria dimices] MS. Bodlei. et sicut fortitudo si pro patria dimices, quod ad sequentia: si ad vsus bonos habeas, aptius. Taur. MSS. Pfaff. et sicut fortitudo, si pro patria dimicemus. Ante Pfaffium editi: sicut si fortissime pro patria dimices. Bün.

z) MS. habeat. Pfaff.

a) ad coercionem] Ita quoque Sparkius. plures editi et Cellar. ad coercionem. quod idem variant quoque codices ad Suetonium. vide Græu. ad Suet. August. c. 45. p. 792. in libro Fabricii ed. Lugd. 1548. adscriptum: ad correctionem, et hoc defendi potest, licet alterum, quod in libris est, minime sit mutandum. de Ira c. 17. n. 18: Ira necessaria est

ad prauitatis correctionem, et n. 21: ira ad correctionem vitiorum pertinet; sed ibidem n. 19: Sicut nos... coercere debemus: ita etiam peccata uniuersorum Deus coercere debet et c. 18. n. 12. lib. 6. c. 19. n. 6. Bün.

b) ed. est a Deo. Pfaffius.

c) ed. et pro sed habent. Pfaff. Sed qui Iesus ex Bonon. Bün.

d) ed. ignorat. Pfaff.

e) ed. irascitur paribus aut fortioribus. Pfaff.

f) irascuntur paribus, aut etiam potioribus] Recte: potioribus. Sic de Ira c. 18. n. 11: irascuntur paribus, aut etiam superioribus. Ita Seneca Ira L. 2. c. 34: Cum pare contendere anceps est: cum superiore furiosum; cum inferiore sordidum. Bün.

g) Cupiditas quoque] Editi ante Thomafium: Cupiditas ad. Thomafius et seqq. Cupiditas vero. A Bonon. MS. particula utraque abest; teste Iæzo. Bün.

h) opes congerere] Sic h. l. scripti editique omnes, vnde quoque prztuli. Lib. 6. 19. 10; ad congerendas opes. Bün.

i) ed.

circumscriptiones, hinc falsa testamenta^{i. k}, hinc omnia^l fraudum genera erupere^m. Libidinis autem adfectus ad procreandos liberos^{n. o} infitus et innatus est, sed qui limites eius in *P. 2* animo non tenent, vtuntur eo^r ad solam voluptatem. Inde illiciti amores nuptiæ^{s. t}, inde adulteria et stupra, inde omnes corruptelæ oriuntur. Redigendi sunt ergo isti adfectus intra fines suos, et in^u viam rectam dirigendi^{*. y}, in qua, etiam si sint^{z. x} vehementes, culpam tamen habere non possunt.

CA

s) ed. *testimonia*. Pfaff.

k) *testamenta*] Vnice vera hæc MS. Taur. lectio: antea in omnibus editis *testimonia*, quod hic ineptum. mox: *omnia--genera*, etiam præferendum. lib. 6. c. 19. n. 10. et c. 71. Epit. in princ. Bün.

l) ed. *omnium*. Pfaff.

m) *erupere*] Ex scriptis ad me Pfaffii notis pro 1. ed. *eruperunt*, et sic multi editi, vbi edd. vett. *erumpent*, præue. Bün.

n) ed. *filios*. Pfaff.

o) *liberos*] Solus Taurin. et Pfaff. et seqq. *liberos*. Priores omnes: *filios*. Notum sæpe antiquos filios pro liberis et vtriusque sexus sobole ponere. vid. Dauisius h. l. et ad Minuc. Fel. c. 31. p. 179. 180. Seruauit tamen *liberos*. Bün.

p) *in* non extat in ed. Pfaff.

q) *in animo*] Omnes ante Pfaffium editi *in* ignorant. Bün.

r) MS. *ut in eo*. pro: *vtuntur eo*. Pfaff.

s) MS. *inlicent amores*. Pfaff.

t) *inde illiciti amores*] Vtraque Ven. 1478. 93. 97. Pier. Parrh. et Paris. 1513: *inde illicita iam opes*; ex quibus veræ lectionis vestigiis; primum Parrhasius 1509. porro Marian. Tuccius in Iuntina; tum Aldus Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. et obnitente licet Thomasio in notis, etiam Thyf. Gallæus, Spar-

kius, Cellarius, immo et Pfaffius, et Walchius, melius quidem ad sensum contextus, sed pessime ad ductus priorum editionum finxerunt: *ILLICITAE NVPTIAE*. Quam lectionem quidem non damno, quasi *nuptia*, vt Thomasio vult (cui miror Dauisium accessisse), non possint dici *illicita*; nam multa in contrarium exempla ex Græcis et Latinis dedit Spanhemius ad Callimachum in Del. v. 240. p. 460. 461; sed ideo reiicio; quia vett. edd. *illicita iam opes* et MS. Taurin. *INLICENT AMORES* produunt ortum verum, qui est in antiquisf. Bonon. *Inde illiciti amores*. Et sic rectissime receperunt Isæus, Dauisius, Heumannus, atque sic postulat locus c. 63. n. 5: *de stupris et amoribus*. L. 6. Inst. 20. 27. loquuntur - de *AMORIBVS MERETRICVM*, qui sunt illiciti. Quid vero notius, Seruio id aliisque testantibus, quam *AMORES* ita vt hic sumi. Bün.

u) *in* deest in MS. Pfaff.

x) ed. *redigendi*. Pfaff.

y) *in viam rectam dirigendi*] Sic recte Isæus in margine coniecit, vt Taur. MS. habet. Ita Lact. 6. Inst. 16. 11: *dirigeretur impetus* (adfectus) *in viam rectam*, et L. 6. 17. 12: *adfectus - dirigamus in rectum*. Bün.

z) ed. *in qua et si sunt*. Pfaff.

*) *dirigendi, in qua, etiam si sunt vehementes*

(CAP. III.) CAPVT LXII.^a

- 1 **C**ohibenda est ira, quum patimur iniuriam, vt et malum comprimatur, quod ex certamine impendet, et vt^b duas maximas virtutes^c innocentiam patientiamque teneamus. Auaritia frangatur^d, quum habemus, quod satis est: Quis enim furor est, in his coaceruandis^{e-f} laborare, quæ aut latrocinio, aut furto^{g-h}, aut proscriptione, aut morte ad alios
- 2 necesse fitⁱ peruenire? Libido extra legitimum torum^k non euagetur, sed creandis liberis^l seruiat. Adperentia enim nimia voluptatis et periculum parit et infamiam^m generat; et (quod est maxime cauendum) mortem adquirit^{n-o-p} æternam.

mentes] Rectius credo ita ex Bon. Isæroque legi, aut, vt alii, *in quæstis sunt*, quam neglectis vocibus: *in qua sc. recta via*. Respondent hæc illis ex L. 6. Inst. c. 16. 9: *nam si libido extra legitimum torum non euagetur, licet sit vehemens, tamen culpa caret*. Bün.

a) Cap. LXII. ex lib. 6. c. 18. c. 12. extr. c. 23. et c. 20. sqq. Bün.

b) vt deest in MS. Pfaff. et vt Cell. et alii. mox: *et patientiam idem*. Bün.

c) *duas maximas virtutes*] L. 6. Inst. 18. 26. Bün.

d) *ed. frangitur* Pfaff. *frangatur* Isæus ex Spark. et Bonon. recte. Bün.

e) *ed. congerendis*. Pfaff.

f) *coaceruandis*] Ante Pfaff. editi, et nuper Heumann. *congerendis*. Puto copix causa hic scripsisse nostrum *coaceruandis*, nam cap. 61. iam dixerat *opes congerere*. Vide sis meam adnotationem ad L. 1. 1. 1: *struendis opibus*. L. 5. 1. 7. vsus verbo: *coacervare*, et L. 7. 14. 17: *coacervata*. Bün.

g) *aut furto* deest in MS. Pfaff.

h) *aut furto*] Absunt a Taur. Bonon. MSS. Thomasio et cum secu-

tis et Cellario; habent Tornæ. Be-tul. Paris: ac *aut furore* Ven. 1478. 93. 1497. Pier. Parrh. Paris. perperam. Bün.

i) *facile pro necesse* est in edit. Pfaff. Rectius Taur. Bon. Bodl. MSS. *necesse sit*. Bün.

k) *extra legitimum torum*] conf. L. 6. Inst. c. 16. 9. Bün.

l) *creandis liberis*] i. e. gignendis. conf. not. ad L. 4. Inst. 4. 11: *pater, qui creauit*. adde Dauisium ad Minuc. Fel. c. 23. p. 138. Burmann. ad Phædr. 1, 16. 9. p. 19: *si creauit liberos*. Torrenium et alios ad Valer. Max. 7. 7. 4. not. 25. p. 684. Bün.

m) *infamiam*] Præfero ex Bonon. Isæo cum Dauisio et Heumanno. Bün.

n) *ed. incurrit*. Pfaff.

o) *mortem adquiris*] Bodl. MS. quod Sparkius vidit: *adquiris*. Vulgati: *incurrit*. Cellarius.

p) *mortem adquiris*] Propius aberrarant vtraque Ven. 1478. 93. 97. et Paris. 1513. mortem ACCVRRIT, ex quo Parrh. Ald. et seqq. putarunt fingendum esse INCVRRIT, quum debuissent inde facere ADQVIRIT, vt est in Bon. Taur. Bodlei. Isæus, Spark. Cell. Pfaff. et seqq. Eodem sensu

nam. Nihil est tam⁹ inuisum Deo, quam mens incesta, et animus impurus. Nec hac sola voluptate abstinendum sibi quis^r putet, quæ capitur ex feminei corporis copulatione^t, sed et ceteris voluptatibus sensuum reliquorum; quia et ipsæ sunt vitiosæ, et eiusdem virtutis est eas contemnere. Oculorum voluptas percipitur ex rerum pulchritudine, aurium de vocibus canoris et suauitatibus^{*.*}, narium de odore iucundo, saporis de cibis dulcibus⁹, quibus omnibus virtus repugnare fortiter debet, ne his illecebris irretitus animus a cælestibus ad terrena, ab æternis ad temporalia, a vita immortalis ad pœnam perpetuam deprimatur. In saporis et odoris voluptatibus² hoc periculum est, quod trahere ad luxuriam possunt^a. Qui enim fuerit his deditus, aut non habebit ullam rem familiarem, aut, si habuerit, absumer, et aget postmodum vitam detestabilem. Qui autem rapitur^b auditu,

sensu simplex querere L. 4. Inst. l. n. 3: mortem sibi perpetuam quaesierunt. Büñ.

g) Nihil est tam] edd. Nihil est enim tam. Büñ.

r) ed. non habet quis. Pfaff.

s) sibi quis putet] Recte ex MS. Taur. quis, additum a Pfaffio. quis pro aliquis. conf. Turfellin. de Partic. ed. 2. Schwartz. p. 851. Büñ.

t) copulatione] Ira 15. 10. Büñ.

u) aurium vsque ad suasionibus deest in MS. pro suasionibus vero forsitan legendum: suauioribus. Pfaff.

x) et suauitatibus] Clare Pfaffius in notis dixit, desiderari in Taurin. MS. verba: aurium de vocibus canoris et suasionibus, vnde lapsus Dauisius, putans illa in Taurin. legi. Ven. vtraque 1478. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. etc. et SVASIONIBVS. Ven. 1493. 97. prauè: SVASIORIBVS MS. Bon. et SVAVITATIBVS, quam lectionem Thomas. Ifæus, Sarkius, tumentur. Dauisius tentat: de vocibus canoris et SVAVIORIBVS, quia vocem, inquit, suauem et canoram di-

xit Cicero in Bruto c. 66. Cyprianus de Zelo et Liure p. 221: Aures per canoram musicam tentat, ut soni dulcioris auditu soluat. Recte comparatiua cum positius non raro coniunguntur. Recte. Sic ipse Lactantius L. 7. 14. 12: minora et exigua, Opif. c. 5. n. 4: maiora et breuia iunxit. Heumannus ingeniose tentat canoris et SVAVISONIS. Seruo ex MS. Bonon. suauitatibus, vt L. 6. Inst. 21. 1: Aurium voluptas ex vocum et cantuum SVAVITATE percipitur. ibidem n. 4: oratio cum suauitate decipiens. L. 5. Inst. 1. 10: irretire-suauiate sermonis et carminum dulci modulatione currentium. Forte excidit: et (SERMONIS, CARMINVM etc.) suauitibus, vt n. 7. in fine h. c. sermonis suauitate capiuntur. Büñ.

y) ed. dulcioribus. Pfaff.

z) ed. voluptate. Pfaff.

a) ed. luxuriam poterit. MS. Bonon. teste Ifæo possunt, non, vt Thomassii margo: poterunt. Büñ.

b) rapitur auditu] Ita libri; Anonymus Britannus Heumanno ad-

vt taceam de cantibus, qui sensus intimos ^{*.c} ita sæpe deleniunt, vt etiam statum mentis furore perturbent ^{d.e}; compositis ^f certe ^{e.b} orationibus numerosisque carminibus, aut argutis ⁷ disputationibus ad impios cultus facile traducitur. Inde est quod ⁱ scriptis cælestibus, quia videntur incompta, non facile credunt ^{k.l}, qui ^m aut ipsi sunt disertis, aut diserta legere malunt ⁿ, non ^o quærent ^p vera, sed dulcia ^{q.r}: imo illis hæc videntur esse verissima, quæ auribus blandiuntur. Ita respuunt veri-

probante: CAPITVR, vt n. 7. et L. 6. 21. 3. 4. Bün.

^{*}) *intimos* non extat in ed. Pfaff.

^c) *sensus intimos*] Rectissime *intimos* addiderunt ex Bonon. Thomasius, Isæus etc. Cellar. et ex Taurin. MS. Pfaffius etc. Sic L. 1. Instit. 20. 26: *sensibus intimis*. Esse elegantiam Tullianam ad Minuc. Fel. c. 1: *intimis sensibus* Gronouius ostendit. Iterum Lact. 6. 21. 3: *ne capiamur iis, qua ad sensum intimum penetrant*. Bün.

^d) *statum mentis furore perturbent*] Cellar. et alii: *vt etiam status mentis furore perturbetur*. Priorem lectionem præstant Bonon. Taurin. Isæus, Pfaffius et seqq. rectissime. Bün.

^e) hæc paullo aliter leguntur in ed. Pfaff.

^f) *compositis orationibus*] Ita L. 6. Inst. 21. 4: *carmen compositum et oratio cum suauitate decipiens capit mentes*, more Ciceronis L. 1. Orator c. 12: *adferunt compositam orationem et ornatam*. in Oratore c. 61: *compositæ orationis insidiis*. Bün.

^g) MS. *certe*. Pfaff.

^h) *compositis certe orationibus*] Ven. vtraque 1478. 93. 97. Paris. *compositis cæteris orationibus*. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Torn. etc. *compositis certis orationibus*. Parrh. *compositis certis cantionibus*. at Bonon. Taur. Isæus, Pfaffius, Dauisius: *compositis certe orationibus*. Heu-

mannus tentat: *compositis arte orationibus pro artificiose*. Artificiofus, credo, quam verius. Non attenderunt editores plures elegantem usum particularum: VT pro *etsi*, *quamuis*, et CERTE pro notiori TAMEN, qua ratione omnia plana, maxime remota parenthesi praua. Cicero Lib. 2. Diuin. 33: *Etenim, vt sint auspicia* - - - *hæc certe*. etc. Or. Phil. 10. c. 2: *vt superiora omitam, hoc certe non tacebo*. Iterum Lactantius L. 3. Inst. 13. 9: *VT NON DICAM stultus, qui suum non videat errorem, certe arrogans est*. Bün.

ⁱ) *Inde est, quod*] Scite, vt L. 2. Instit. 16. 11. L. 5. 19. 28. Bün.

^k) ed. *creditur*. Pfaff.

^l) *credunt*] Vtraque Ven. 1478. 93. 97: *creduntur*. Quod quia non quadrabat, hinc Parrh. Ald. et longe plures correxerunt: *creditur*. At Bon. Taur. Paris. 1513. Isæus, Pfaff. Dauis. Heum. *credunt*. rectissime. Bün.

^m) ed. *quia*. Pfaff.

ⁿ) ed. *volunt*. Pfaff. etiam Bon. et Isæus: *malunt*. Bün.

^o) MS. *non*. Pfaff.

^p) *non querunt*] Reuocauit NON ex Bon. Taur. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Parrhaf. Paris. Ald. Crat. Gymn. et Isæo et Dauisio: ex Fast. et Gryph. nec in reliquis edd. venit. Bün.

^q) MS. *dubia*. Pfaff.

^r) *sed dulcia*] Scripti et editi ante Thomasius: *sed dubia*; εὐδύως Tho-

veritatem, dum sermonis suauitate ^{f. 2} capiuntur. Voluptas vero, quæ spectat ad visum, multiformis est. Nam quæ percipitur ex rerum pretiosarum pulchritudine, auaritiam concitat, quæ aliena esse debet a sapiente atque iusto: quæ autem capitur de specie mulierum, in alteram rapit * voluptatem, de qua iam superius locuti sumus,

(CAP. III.) CAPVT LXIII. a

Supereſt de ſpectaculis dicere, quæ quoniam potentiora ^b x sunt ad corrumpendos animos, vitanda ſapientibus et cauenda ^c ſunt; tum ^{d. e}, quod ad celebrandos deorum honores inuen-

Thomaſius reſtituit ſed *dulcia*. Nemo dubitauerit, attente lecturus L. 5. c. 1. n. 16. ſqq. L. 6. c. 21. 5. coll. L. 3. c. 1. 2. 3. Bün.

s) ed. *varietate*. MS. habet *ſuauitatem*, ſed bene habet textus. Pfaff-
t) *ſermonis ſuauitate*] Ita recte ex Bonon. Iſæus ediderat; et tamen cum prioribus Gall. Spark. Cellar. prauum *varietate* prætuleraut. Bün.

u) *in alteram rapit voluptatem*] Pfaff. quidem voluit, vt in editione prima Pariſienſi, quum legeretur *rapit*, corrigere *cadit*, et in notula MS. *capit* delerem; ſed, niſi me omnia fallunt, lectio *rapit*, quam Parrh. Ald. etc. Thomas. Iſæus, Spark. Betul. Cell. et plures habent, vera eſt, et Ven. vtraque 1478. 93. 1497. et Pier. *capit* corrigendum in *rapit*. Ita requirit verbum *conciſat*, nec voluptas cadit in voluptatem, ſed abducit. Eſt tamen in MS. Bonon. quoque *cadit*. Bün.

a) Cap. LXIII. ex lib. 6. c. 20. et c. 18. Bün.

b) *potentiora ſunt*] Edo ex Bon. cum Iſæo et Heumannò: *potentiora ſunt*. vide *potentiſſime* etc. lib. 6. c. 20. n. 9. Bün.

c) *cauenda*] Ven. prima 1478:

contenta; altera 1478. *contenda*. Ven. 1492. 97. Paris. *contemnenda*. Reliqui rectius legunt: *cauenda*. Bün.

d) MS. *tum*. Pfaffius.

e) *et cauenda ſunt totaliter*] *Dictionem TOTALITER expulimus, qua nec Lactantiana eſt, nec latina, nec in Bon. aut alijs MSS. recepta*. Iſæus. Bene. conf. lib. 2. c. 12. n. 20. not. Non agnoſcit eandem Sparkius, ſed Ven. vtraque 1478. 93. 1497. et Pier. Paris. *taliter* Parrh. *aliter*. Primum Ald. *totaliter*. MS. Taur. et *cauenda* SVNT TVM: ex quo ſingo: *cauenda* SVNT IN TOTVM. Prioribus litteris ex ductibus verbi SVNT repetitis. Frequens vero eſſe Lactantio elegantem formulam in *totum* oſtendi ad c. 61. ſiue c. 2. n. 16. in hoc capite 63. extr. *fugienda omnia ſpectacula*, et lib. 6. c. 20. n. 9: *tollenda ſunt nobis ſpectacula*, et ibid. n. 33. conf. Voſſ. de voce *totaliter* libr. 1. Vit. Seru. Lat. c. 25. et lib. 4. c. 35. Non ergo fides habenda Fabri Lexico nouiſ. ed. 1717. f. 2535. quum tradit, Lactantium Inſtit. lib. 6. *totaliter cauere* ſcripſiſſe. Placuit Heumannò mea coniectura. Dauſius tuetur Taurin. MS. *tum*, et ſic explicat: *duplex aſſertur ratio cur ſpecta-*

- 2 **venta memorantur.** Nam munerum *f* editiones Saturni
 festa sunt *s. k.* Scena Liberi patris est. Ludi vero Circenses
 Neptuno dicati putantur, vt iam qui spectaculis interest **i*,
 3 relicto Dei cultu, ad profanos ritus transiisse videatur. Sed
 ego de re malo dicere, quam de origine. Quid tam horribile,
 tam tetrum, quam hominis trucidatio? Ideo ferocissimis le-
 gibus vita nostra munitur *k. l.*, ideo bella execrabilia sunt.
 Inuenit *m* tamen consuetudo, quatenus homicidium sine bello
 ac sine legibus *n* faciat *o*, et hoc sibi voluptas, quod scelus
 4 vindicabit *** p.* Quod si interesse homicidio sceleris conscien-
 tia

spectaculis sit abstinendum. PRIMO,
 quia mensibus hominum corruppen-
 dis nata sint; DEINDE, quod falsis
 diis sint consecrata. Bün.

f) MS. numerum. Pfaffius.

g) MS. Saturni festa. Pfaffius.

h) Saturni festa sunt] Plerique
 Saturno facta. Cellar. facta sunt sc.
 munera. Sed MS. Taur. etiam Bon.
 et Ifæus, Saturni festa sunt. Satis be-
 ne. vtraque defendi potest ex lib. 6.
 c. 20. n. 34. et 35. Bün.

**)* ed. spectat vel interest. Pfaffius.

i) qui spectat vel interest] Codex
 Bodl. sic, vulgo: qui spectat vel inter-
 est. Cell. Praua lectio: qui spectat
 vel interest, præter antiquas etiam
 Ifæi, Gall. Sparkii editiones occu-
 pavit. licet, vt Taurin. sic Bonon.
 et Bodlei, habeant: qui spectaculis
 interest. Bün.

k) ed. mulatur. Pfaffius.

l) legibus vita nostra munitur]
 Ven. vtraque 1478. 93. 1497. et omnes
 fere: legibus vita nostra mulatur
 s. mulatur; sed Thomasius dicit:
 munitur legendum est testimonio
 codicum veterum; et hunc secuti sunt
 Ifæus, Gall. Spark. Cellar. et sic
 Taur. et seqq. Bün.

m) ed. inuenta. Pfaffius. etiam
 Bonon. inuenit. Pfaff.

n) sine bello ac sine legibus] Dau-
 sius tentat: sine bello NEC sine legi-
 bus; ab his enim, inquit, saltem per-
 mittebantur venationes ac munera.
 Ego nihil muto, credo autem hæc
 dici eo respectu, quo Romani, quod
 ait noster L. 6. Inst. 8. 4. per facia-
 les bella indicebant et LEGITIME,
 h. e. secundum LEGES suas iniurias
 faciebant. Bün.

o) ed. faciant et hoc vt scelus vin-
 dicent. Pfaffius.

***)* et hoc sit voluptas, quod, vt
 scelus, vindicent legibus] Ex vestigiis
 antiqui cod. Thom. restituit. Spark.
 vestigia presse secutus: vindicent
 cadibus. Vulgati: et hoc vt scelus vin-
 dicent. inutile. Cell.

p) et hoc sibi voluptas, quod scelus
 vindicabit] Ita MS. Taur. dedit. In
 Bonon. et hoc sit voluptas, quod sce-
 lus vindicant cadibus, quod Ifæus,
 Gallæus, Sparkius retinent. In plu-
 rimis, vt Tornæz. Betul. Crat. Parth.
 Gymn. et hoc vt scelus vindicent.
 Ven. 1497: et hoc vt scelus indicat.
 Pier. et hoc vt scelus indicat.
 Thomasi emendatio est audacior.
 Vnam litteram in Taurin. MS. im-
 muto, et distinctione sensum adiu-
 vo: et hoc sibi voluptas, quod sce-
 lus (sibi) VINDICAVIT. Præcessit

ria est, et eidem facinori spectator ^q obstrictus est, cui et admisor ^s; ergo et in his gladiatorum cadibus ^t non minus cruore perfunditur ^{*}, qui spectat, quam ille, qui facit: nec potest esse immunis a sanguine, qui voluit effundi, aut videri non interfecisse, qui interfectori et fauit ^x et præmium postulavit.

Quid scena? num sanctior? in qua comædia de stupris et amoribus ^y, tragædia de incestis et parricidiis fabulatur. 5
 Histrionum ^z etiam impudici gestus, quibus infames feminas imitantur, libidines, quas saltando exprimunt, docent. Nec minus mimus corruptelarum ^b ^c disciplina 6
na

in præt. inuenit et V et B sæpe in MS. Taur. confusæ. vide not. ad cap. 2. et in Bon. est *vindicauit*. Pari modo Anon. Britannus, quod ex Heumanno video, emendauit, nisi malis: *et hoc sibi voluptas* (vindictet), *quod scelus vindicauit cadibus*. Sequitur statim: *in his gladiatorum cadibus*. Dauisius ita legit: *quatenus homicidium sine bello, NEC sine legibus faciat, et hoc sibi voluptas (quod scelus! vel prob scelus!) vindicauit*. Tandem Heumannus: *INVECTA tamen CONSVETVDINE homicidium sine bello SALVISQVE legibus FACIUNT, et hoc FIT voluptas, quod VT scelus VINDICATVR LEGIBVS*. Exhibui lectionem MS. Taurinensis. Bün.

q) ed. *eodem facinore spectator obstrictus est, quo et admisor*. Pfaff.

r) *spectator obstrictus est*] Corrigo ex Bonon. et reliquis: *spectator obstrictus est*. et conf. lib. 5. 17. 13. L. 6. c. 20. n. 10. Bün.

s) *admisor*] Hanc vocem in antiquioribus non legi, inueni vero in August. Ciu. Dei lib. 7. c. 3: *seminis admisor*. *admisor* scilicet facinoris. Bün.

t) ed. *et his gladiatorum sceleribus*. Pfaffius.

u) *cruore perfunditur*] Pfaff. et Walch. *cruore perfunditur*. At non

dicunt ita Latini, lege igitur cum Bon. et editis: *cruore perfunditur*. lib. 6. c. 20. n. 26: *ne conscientiam perfundat vllus cruor*. lib. 7. c. 1. n. 25: *sancto cruore perfusi*. Ouid. 1. Metam. 157: *perfusa sanguine terra*. Tacit. Agric. c. 45: *nos innocenti sanguine Senecio perfudit*. *Profundere cruorem est effundere*. Bün.

x) ed. *fauet*. Pfaff.

y) MS. habet: *sturis et amoris*, sed bene in textu. Pfaffius.

z) ed. *histrionici*. Pfaff.

a) *Histrionum*] Sic rectius Taurin. Pfaff. et seqq. quam vett. edd. *istrionici*, vel *Histrionici*. Nam L. 6. 20. 29: *Histrionum impudicissimi motus*. Bün.

b) ed. *an non minus corruptela disciplinarum*. Pfaff.

c) *nec minus mimus corruptelarum disciplina est, in quo*] Ven. apud Vindelin. a. 1472. (non 1442.) qua vsus Rittershuf. in comm. ad Salvia. ed. Brem. p. 58. Vtraque Ven. 1478. 93. 97. Pier. Paris. 1513: *Non minus corruptelarum disciplinarum est, in quo*. Primum Parrhas. tum Iunt. Ald. Betul. Rittershuf. c. L. Heumann.: *ANNON MIMVS corruptela disciplinarum est, in quo*. Crat. Gymn. Gryph. Torn. *Annon minus corruptela disciplinarum est, in quo*

na^d est in quo^e fiunt per imaginem, quæ pudenda sunt^f, vt
 7 fiant sine pudore, quæ vera sunt. Spectant hæc adolescentes,
 quorum lubrica ætas^g, quæ frenari ac regi debet, ad vitia et
 8 peccata his imaginibus eruditur. Circus vero^h innocen-
 tior existimatur; sed maior hic furor est, siquidem mentes
 spectantium tanta efferuntur^{*} insania, vt non modo in con-
 uicia, sed etiam in rixas, nec non^{i.k} et prælia et contentiones
 sæpe

quo. Bonon. MS. et Thomas. Isæus, Gall. Spark. Cellar. NAM MIMVS CORRVPTELARVM disciplina est, in quo. Taurin. MS. NEC MINVS CORRVPTELARVM disciplina est, IN QVO. Pfaffius: Nec minus corruptelarum disciplina est, IN QVA. Dauisius legendum putat: NEC NON MIMVS corruptelarum disciplina est. Putauit illud MINVS absorbuisse ignotius MIMVS, posset et hoc ordine gratiori legere: NEC MINVS corruptelarum disciplina MIMVS est, in quo; aut non (i. e. nonne) MIMVS corruptelarum disciplina est. Satis alias apta lectio Bonon. et Thom. Nam mimus etc. Huc pertinet L. 6. Inst. 20. 30: Quid de MIMIS loquar, CORRVPTELARVM præferentibus DISCIPLINAM? Restitui vocem MIMVS etiam in Epit. 6. 55. (e) NAM in Bon. et Thomasio sumendum in sensu transitionis, vt alibi IAM. Notauit ad de Opific. 10. n. 26. Bün.

d) *corruptelarum disciplina*] Contr. Rittershusius c. l. recte quidem, sed demum post Thomasio, ita restituit atque subiicit: Neque certe MIMVS aliquas disciplinas siue artes corrumpit: sed ipse præfert disciplinam corruptelarum, hoc est, magisterium quoddam exercet, siue artem quamdam proficitur et factitat CORRVMPENDI ANIMOS HOMINVM. Addo, CORRVPTELAS nostro esse STVPRA et quæuis EMPVDICISSIMA FLAGITIA. vide L. 6. 19. 10. c. 20. 30. Ira. 18. 11. Bün.

e) *qua legendum puto, non quo.* Pfaff.

f) *ed. non sunt pro pudenda sunt.* Pfaff.

g) *quorum lubrica ætas*] Eleganter. Cicero L. 5. in Verr. c. 52. sect. 137: vt ætati maxime lubricæ atque incerta exempla nequitia parentis visa præberet. Ipsa verba fere Cypriani ex lib. 1. ep. XI. f. m. 26: quum ætas adhuc lubrica per omnia frenari ac regi debeat. Plinius L. 3. ep. 3: cui adolescenti in hoc lubrico ætatis præceptor quærendus, restorque. Iterum Cyprianus de Mortalitate ed. Gryph. p. 377: puari periculum lubricæ ætatis euadunt. Latini Parati Paneg. Theodof. c. 7: illo adolescentiæ lubrico vt non cadant, titubant. Bün.

h) *ed. pro vero habent non.* Pfaff.

*) *tanta efferuntur insania*] Ita quoque Bonon. et Isæus, quod præfero lectioni, quam Cellarius et alii habent: *feruntur insania*. Compositum probo ex lib. 6. c. 20. n. 32. et not. lib. 1. c. 21. n. 17. Bün.

i) *ed. nec non et.* Pfaff.

k) *nec non et*] Damnat cum Pfaffio Dauisius *nec non*, sed quia habent Bonon. et omnes ante Pfaffium editi, retineo cum Heumanno. Sæpe *nec non et* Virgilius, e. g. 1. Georg. 212. Varro L. 1. R. R. c. 6. Suetonius in Vespasiano, et Cyprianus, Minucius, Arnobius vtuntur. Bün.

l) in

sæpe confurgant ^l. Fugienda igitur omnia spectacula, vt 9
tranquillum mentis statum tenere possimus. Renunniandum
noxiiis voluptatibus, ne deleniti ^{m. n} suauitate pestifera, in
mortis plagas ^{o. p} incidamus.

CAPVT LXIII. °

Placeat ^{b. c} sola virtus, cuius merces immortalis est, quum 10
vicerit voluptatem. Superatis ^{d. e} autem adfectibus, et
perdomitis voluptatibus, facilis in comprimendis ceteris labor
est ei, qui sit Dei veritatisque sectator ^{f. g}: non maledicet vn-
quam ^{b. i}, qui sperauit ^{k. l} a Deo benedictionem; non peie-
rabit ^{m. n}, ne Deum ludibrio habeat, sed ne iurabit quidem, ne
quan-

l) in 'rixas-confurgant'] c. 61: ad
cades-ad bella confurgitur. Bün.

m) ed. delinisti. Pfaff.

n) delenisti] Merito hæc scribendi
forma ex Taur. prælata. vid. Bur-
mann. ad Buchanan. T. I. p. 179.
Bün.

o) ed. laqueos pro plagas. Pfaff.

p) in mortis plagas incidamus] Edi-
ti: in laqueos, vt lib. 2. c. 1: in la-
queos mortis incurrunt, et lib. 4. c.
26. n. 15: in laqueos aterna mortis
incurrunt. lib. 4. 30. 2: ne quando in
laqueos et fraudes aduersarii incidere-
mus. pro Taurin. est lib. 3. c. 1. n. 8:
ipsi se in plagas - - induxerunt. L. 2.
16. 19: plagas tendunt. Bün.

a) Cap. LXIII. ex lib. 6. c. 18. Bün.

b) MS. placeat. Pfaffius.

c) Placeat sola virtus] MSS. Taur.
et Bon. et Isæus. Dauisius, Heuman-
nus: Placeat, rectissime. Bün.

d) ed. suppositis. Pfaffius.

e) Superatis autem adfectibus] Hæc
Taur. scriptura confirmatur a Bon.
MS. pro editorum inepto: suppositis.
Bün.

f) ei, qui sit deest in MS. Pfaff.

g) labor est ei, qui sit Dei] Verba:
ei, qui sit, non leguntur in MS. Taur.

Forfan ita distinguendum: labor est.
Dei veritatisque sectator non maledi-
cet unquam. Anonymus Britannus
adprobante Heumanno: labor est
Dei veritatisque sectatori. Ven. vtra-
que 1478. 93. 97. Pier. sectaturus.
præue. Bün.

h) ed. inquam. Pfaffius.

i) unquam] Ita pleræque editio-
nes, illud Pfaffio notatum inquam
est in Torn. et Paris. 1561. Bün.

k) ed. expectabit. Pfaff.

l) qui sperauit a Deo benedictionem]
Plures ead. qui expectabit. Ven.
vtraque 1478. 93. 97: qui spectabit.
Nonnulli aiunt spectare pro exspe-
ctare, et contra expectare pro specta-
re interdum poni: sed vetus hæc can-
tilena, inquit Gronouius ad Senec.
Herc. Fur. v. 156. p. 15: mihi num-
quam probata. adde Muncker. ad
Hygin. Poet. Astron. I. c. 6. p. 350.
sq. et ad lib. 2. c. 21. n. 394. sq.
Lego cum Dauisio: sperabit, quia
B et V sæpe in Taur. confundun-
tur. Bün.

m) pro non peierabit, ed. hic vita-
bit. Pfaffius.

n) non peierabit] Isæus, Gallæus,
Spark. Cellar. hic non peierabit.
iisdem

- quando vel necessitate, vel consuetudine in periurium cadat.
- 11 Nihil subdole, nihil dissimulanter loquetur, neque abnegabit, quod sponderit^o, neque promitter, quod facere non possit, non inuidebit cuiquam, qui se suoque contentus^{p q} sit^r, nec detrahet, aut male alteri volet, in quem forsitan beneficia Dei proniora sunt. Non furabitur, nec omnino quicquam concupiscet alienum, non dabit in usura^{r t} pecuniam,
- 12 (hoc est enim de alienis^m malis lucra captare^{* y}) nec tamen negabit, si quem^{* a} necessitas coget^b mutuari. Non sit^c asper in filium neque in seruum: meminere, quod et ipse^d patrem habeat et dominum. Ita cum his agat, quemadmodum
- 13 dum secum agi vellet^{e f}. Munera superabundantia^g non acci-

iidem cum omnibus meis editis addunt post *peierabis* aut *uirabis*: *ne Deum ludibrio habeas*. Büin.

o) MS. *sponderis*. Pfaffius.

p) ed. *de suo pro se suoque*. Pfaff.

q) *qui se suoque consensus sit*] Rediissime ita MS. Taur. At Bonon. teste Thomasio et Isxo: *qui est de suo consensus*. Antea in omnibus erat, etiam Ven. 1478. et Cellario nostro: *qui de suo consensus*. Vossius de Constructione c. 14. putat, ablatiuum, quem *consensus* habet, regi a præpositione *DE*, et Cicronem in *Lælio* integre dixisse: *DE his communis vita contenta est*. Sed quainquam ita nonnullæ editiones, inter quas edit. Venet. 1506. fol. cum comment. P. Marfi, Gruterus tamen Grauius, Gronouius codicum fide exclusérunt præpositionem. Nec vniquam aliter Lactantius. iterum L. 5. 22. 8: *et suo consensus et paruo* L. 6. c. 18. 8: *debet suo esse contentus*. L. 5. 8. 7: *si didicissent et suo et paruo esse contenti*. Büin.

r) *sit* non extat in ed. Pfaff.

s) ed. *usura*. Pfaff.

t) *in usura*] Melius hic edd. *in usura*, uti clare patet ex L. 6. c. 18. n. 7-9: *non accipiat usuram, - nec inquinabit se huiusmodi questu*. Mal-

lem: *in usuram*, ut Heumannus, quia in vers. vulg. Psalms XV: *ad usuram*. Büin.

u) *de alienis deest* in MS. Pfaff.

x) ed. *captare*. Pfaff.

y) *lucra captare*] Ita editi melius, quam Taur. *capere*. vid. L. 6. *Inst.* 18. 8. ut hic *captare*, sic L. 1. *Inst.* 4. 5. *lucra desiderare*. Büin.

z) MS. *si qui si quem* ed. *si quidem*. Pfaff.

a) *si quem*] Ex Taurin. *si qui si quem* Dauisius optime facit: *si qui sit, quem*. Büin.

b) *coges* pro *cogit* est ex secundis curis Pfaffii. Büin.

c) ed. *erit* pro *sit*. Pfaff. non sit MS. Bonon. Heumannus hic *erit*, etiam in seqq. futurum præfert. Büin.

d) *quod et ipse*] Optime MS. alii quoque *quod*. Perperam in Cell. editione: *quo ipse*. Büin.

e) ed. *vellet*. Pfaff.

f) *agat - agi vellet*] Dauisius hic præfert: *agat - agi vellet*, quia a futuris ad subiunctiuam iam transierit, ut: *non sit asper in filium*. In Bon. *agat*. Büin.

g) *superabundantia*] Tertull. de Resurr. Carn. c. 34. *gratiam superabundas*, et Hieronymus sæpe in epi-

accipiat^b a tenuioribus; nec enim iustum est, augeri patrimonium locupletum per damna miserorum. Vetus præceptum¹⁴ est, non occidere, quod non sic accipi debet, tamquam iubeamur ab homicidio tantum, quod etiam legibus publicis vindicatur^k, manus abstinere. Sed hac^l iusione interposita^m, nec verboⁿ licebit periculum mortis^o inferre, nec infantem necare aut exponere, nec seipsum voluntaria morte damnare. Item non adulterare^r, sed hoc præcepto non solum¹⁵ corrumpere alienum matrimonium prohibemur^r, quod etiam communi gentium iure damnatur, verum etiam prostitutis corporibus abstinere. Supra leges enim Dei lex est: ea quoque, quæ pro licitis^s habentur, vetat, ut iustitiam consummet. Eiusdem legis est, falsum testimonium non dicere¹⁶, quod et ipsum latius patet. Nam si^t falsum testimonium mendacio nocet ei, contra quem dicitur, et fallit eum, apud quem dicitur^x, numquam igitur mentiendum est, quia men-

epistolis et alibi. Sic *supereminere, superexcellere*, illustrat Muncker. ad Fulgent. Mythol. Lib. 1. f. 9. p. 41. et ad Virgil. Continent. p. 153. Bün.

b) ed. *recipiet*. Pfaff. *non accipiat* Bonon. et sic Pfaffius correctum voluit. Bün.

i) *quod non sic accipi debet, tamquam*] Melius quam aliorum et Cell. *quod sic accipi debet, non tamquam*. lib. 6. c. 20. n. 15. Bün.

k) ed. *iubetur*. Pfaff. *vindicetur* Bonon. Pfaff.

l) pro *hac* ed. habent *sed nec*. Pfaff. *sed hac iusione*. Cellar.

m) *interposita*] Mendosum Heumannus hoc verbum esse credit. Lact. L. 3. Inst. 6. 17: *qua exceptione interposita*, ibidem n. 16: *exceptione facta*. Bün.

n) *Verbo*] Heumannus mallet SERVO legere pro *verbo*. Sed *salua* vox L. 6. Inst. 20. 16 - 21: *neque accusare quemquam crimine capitali*,

quia nihil distat, utrumne VERBO an ferro occidas etc. Bün.

o) MS. *mortis inferre*. Pfaffius, p) *periculum - inferre*] In MS. Taur. est: *periculum mortis inferre*, habet quoque Bonon. et secuti sunt, Isæus, Gall. Spark. Cell. Labitur Heumannus, scribens, *mortis* omissum in MS. Taurinensi. Bün.

q) *Item non adulterare*] Repete: *vetus præceptum est*. Bün.

r) ed. *prohibetur*. Pfaff. *prohibemur* quoque Bonon. et Isæus, at Parrh. prave: *prohibet*. Bün.

s) *pro licitis*] Ven. 1493. 97. prave: *pro lucris*. Bün.

t) ed. *si mendacium nocet ei, contra quem dicitur, et fallit eum, apud quem dicitur, numquam*. Pfaff.

u) *Nam si*] Sic Taur. Bonon. Idem quoque Bon. et Isæus. Cell. *si falsum testimonium mendacio nocet ei*. Bün.

x) *et fallit eum, apud quem dicitur*]

mendacium semper aut fallit aut nocet. Non est ergo vir iustus, qui etiam sine noxa in otioso ^{7.2} sermone mentitur. Huic^a vero nec adulari licet, perniciofa est enim ac deceptrix adulatio^b: sed vbique custodiet^c veritatem. Quæ licet sit ad præfens insuavis, tamen, quum fructus eius atque utilitas adparuerit, non odium pariet, (vt ait poeta,) sed gratiam.

(CAP. V.) CAPVT LXV.^a

Dixi de iis, quæ vetantur: dicam nunc breuiter, quæ iubentur. Innocentiæ proxima est misericordia. Illa enim malum non facit, hæc bonum operatur: illa inchoat iustitiam, hæc complet. Nam, quum imbecillior sit hominum natura quam ceterarum animantium, quas Deus et instructas ad inferendam^b, et munitas ad vim repellendam figurauit, adfectum nobis misericordiæ dedit^c; vt omne præsidium vitæ nostræ in mutuis auxiliis poneremus. Si enim facti^{d.e} ab vno Deo, et orti ab vno homine, consanguinitatis iure sociamur: omnem igitur hominem diligere debemus. Itaque non tantum

tur. Hæc in Taur. MS. et Pfaffii editione desiderantur; at sunt necessaria, et habent editi veteres. Bün.

y) ed. non est vir iustus, qui non sine noxa vitioso sermone. Pfaff.

z) qui non etiam sine noxa in otioso sermone] Vetusti libri scriptura. Vulgaris: qui etiam sine noxa vitioso. Cellar. est ergo vir iustus, qui non etiam sine noxa in otioso sermone mentitur habet codex antiquus. Mihi placent omnia, nisi quod vellem, negationem esse in principio: Non est ergo etc. nam in medio posita perturbat totam orationem, præfertim quum hic potius tractet de vitis, quibus visa hominum inquituratur, quam de virtutibus. Hæc Thomasius. Vides, Cellarium æque ac Isæum defendere scripturam Bonon. sed Thomasi notam accurate cum MS. Taur. conuenire, qui

sensus est omnium optimus; hinc edimus: Non est ergo vir iustus, qui etiam sine noxa in otioso sermone mentitur. Bün.

a) ed. Hinc. Pfaff.

b) adulatio] Isæus vitiose: aduerso. Bün.

c) ed. custodiat. Pfaff.

a) Cap. XLV. ex lib. 6. c. 10. fgg. Bün.

b) MS. ferendam. Pfaffius.

c) verba adfectum vtrque ad dedit desunt in MS. Pfaffius.

d) ed. facti. Pfaffius.

e) facti] Sæpe hæc voces in Lactantio consuta, et sæpe id monui. vide e.g. L. 2. Inst. 10. 14. not. d et f. hic facti cum Dauisio et Heilmanno præfero, quia repetita ex L. 6. Inst. 10. n. 3: quem (hominem) Deus finxit, et n. 19: a Deo factus est. Epit. c. 67: in fingendo homine. Bün.

f) et

tum inferre iniuriam non oportet, sed ne illatam quidem vindicare, vt sit in nobis perfecta innocentia. Et ideo ^f iuber nos Deus etiam pro inimicis precem ^z facere semper. Er-
 go animal commune atque confors esse debemus, vt nos in-
 vicem præstandis et accipiendis ^{b. i} auxiliis muniamus. Mul-
 tis ^{k. l} enim casibus et incommodis fragilitas nostra^m subiecta
 est. Spera^{n. x} et tibi accidere posse, quod alteri videas acci-
 disse. Ita demum excitaberis ad opem ferendam, si sumse-
 ris eius animum, qui opem tuam^o in malis^p constitutus im-
 plorat. Si quis victu indiget, impertiamus^{q. r}; si quis nu-
 dus occurrer, vestiamus^{s. t}; si quis^u a potentiore iniuriam
 sustinet, eruamus. Pateat domicilium nostrum peregrinis
 vel

f) Et ideo] Copula Et est ex Taur. Bon. et Ifzo; prius editi et Gall. Spark. Cell. Et neglexere. Bün.

g) precem] Gall. Spark. preces. At Taur. Bon. et editi plurimi: precem in singulari, quod Cypriano frequentissimum in de Oratione Domini. et alibi, vt iam Dauisius indicauit. Bün.

h) ed. recipiendisque. Pfaff.

i) et accipiendis] Editi ante Pfaffii tempora et Heumann. et recipiendis. Bon. Taur. Pfaff. Dauisius: et accipiendis. Sic, vnde hæc sumta, L. 5. 10. n. 24. 25: Nam qui se a præstando auxilio remouet, etiam ab accipiendo se remoueat -- auxilium præstare, vt possimus accipere. Bün.

k) ed. in multis. Pfaff.

l) multis-casibus-subiecta] Merito fide Taur. MS. Pfaffius eiecit minus latinum prius editorum: IN multis etc. nisi velis exponere in multis, in neutro, pro in multis rebus, casibus, dandi casu etc. conf. L. 6. II. 5. Bün.

m) nostra non extat in MS. Pfaff.

n) ed. speres tibi accidere, quod alteri accidit Pfaff.

*) Spera] vide Dauisium h. l. et quæ notauit ad Libr. de Ira c. 16. 8. Bün.

o) ed. opem tunc. Pfaff.

p) opem tuam in malis] Pfaffius ex Taurin. operam in malis. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Paris. opem tantum. Parrhas. opem tantum. Ald. et seqq. opem tunc. At Bonon. Ifæus, Gall. Spark. Dauisius, Heum. opem tuam, rectissime. c. 38: Quæ est; quæ aliquo in malo constitutus - non desideret auxilia succurrentium - ad opem ferendam. ad rem conf. L. 6. c. 10. n. 9. 10. Bün.

q) MS. impertiamus. Pfaff.

r) impertiamus] Merito hæc terminatio ex Taurin. a Dauisio ob elegans homæoteuton præfertur: impertiamus, vestiamus, eruamus; in editis solus Gymnicus ita dedit, postea Dauisius, Heumannus. Bün.

s) si vsque ad vestiamus in ed. non extat. Pfaff.
 t) Si quis nudus-vestiamus] Hæc ex Bonon. iam Thomafius, Ifæus, Gall. Spark. Cellarius addiderant recte; sed pro occurres editi ex Bonon. occurris; Dauisius mallet in præsentem occurris, vt indiget - sustinet. Bün.

u) si quis a non extat in MS. Pfaffius.

Pppp z

x) ed.

7 vel indigentibus tecto. Pupillis defensio, viduis tutela nostra non desit. Redimere ab hoste captiuos magnum misericordiae x. y. z opus est, ægros item pauperes a visere atque fouere. Inopes aut aduenæ b si obierint, non patiamur insepultos iacere. Hæc sunt opera, hæc officia misericordiae, quæ si quis obierit c, verum et acceptum sacrificium Deo immolauit d. Hæc litabilior e. f. victima est apud Deum, qui non pecudis g sanguine, sed hominis pietate placatur, quem Deus, quia iustus est, suamet b. i ipsum lege, sua et conditione prosequitur k; miseretur eius l. m. n, quem viderit mi-

ri-

x) ed. *magnanimitatis opus est, item ægros pauperes visitare atque fouere.* Pfaffius.

y) *magnum misericordia opus est*] Et hoc ex codice antiquo restitutum. Praue legebatur: *magnanimitatis opus est.* Cellar.

z) *magnum misericordia opus est*] Ven. vtraque 1478. 93. 97. Paris. 1513: *magnum numine opus est.* Suboluit Pagnasius vitium, hinc correxit: MAGNANIMI OPVS, quem Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. secuti; tandem ex Bonon. Thomas. Isæus, Gall. Spark. Cellar. et nunc ex Taurin. Pfaffius etc. *magnum misericordia opus est.* rectissime, vt L. 6. 12. 15: *captiuorum redemptio magnum - iustitia munus - proprium iustorum opus etc.* Bün.

a) pro aduena ed. habent *pauperes.* Pfaff.

b) *Inopes aut aduena*] Isæus tentabat: *Peregrinos aut pauperes*, vt L. 6. 12. 25. Sed lectio Taurin. verior. Bün.

c) pro *obierit* extat *perfecerit* in ed. Pfaff. Editorum *perfecerit* glossam sapit Dauisio. L. 6. 12. 24: *quod qui fecerit, hic viam hostiam Deo adquiret* etc. At L. 5. 13. 9. *officium-obire.* Bün.

d) *immolauit*] Ita Pfaffius correctum voluit. Paris. ed. et omnes re-

liquæ: *immolabit*, quod et ipsum tolerari potest. Bün.

e) *litabilior.* Ita correxit in MS. antiquissima manus. Pfaff.

f) *litabilior victima*] MS. Taur. ex antiqua correctione: *letabilior.* Ven. 1497. *letabilior.* Ven. vtraque 1478. 93. Pier. et Parrh. Paris. *letabilior victima.* vide ad lib. 1. Instit. c. 21. n. 25. dicta pro recepta. Bün.

g) ed. *pecudum.* Pfaffius.

h) MS. *suam et ipsum lege sua conditione.* Pfaff. etiam Ven. altera 1478. 93. 97. et Paris. *suam et ipsum lege.* Bün.

i) *suamet ipsum lege*] Ita recte Dauisius ex male diuisis MS. Taur. vocibus fecit. Bün.

k) *sua et conditione prosequitur*] Re-tius *prosequitur* ex Bononiensium Isæo, Dauisio, Heumanno lego: huc conf. L. 6. Inst. 12. 41: *cuicunque se legibus iudicabo.* Bün.

l) MS. eius. Pfaffius.

m) *Miseretur eius*] Hanc lectionem ipsa postulat latinitas; SOLVS enim GIGNENDI casus huic verbo iungitur. Cl. tamen Pfaffius, vulgatos codices secutus, edidit: *miseretur ei*; sed optimo MSto Taurin. repugnare non debuit. Dauisius.

n) *miseretur eius*] In MS. Taur. est: *miseretur eius.* quod editorum vtriusque 1478 - ad 1698: *miseretur ei,*

ricordem; inexorabilis est ei, quem precantibus^o cernit immittem. Ergo, vt hæc omnia, quæ Deo placent, facere possumus: contemnenda est pecunia, et ad cælestes transferenda thesauros; vbi nec fur effodiat^p, nec rubigo^q consumat^r, nec tyrannus eripiat^s, sed nobis ad æternam opulentiam, Deo custode, seruetur^{t.u.x}.

(CAP. VI.) CAPVT LXVI.*

Fides quoque magna iustitiæ pars est: quæ maxime a nobis, qui nomen fidei gerimus^b, conseruanda est, præcipue in re-

ei, omnino præferendum, maluit tamen Cl. Pfaff. receptam ei retinere; nam et cum datiuo, hoc maxime tempore, solebant iungere. de Mort. Perf. c. 23. n. 8: *Atquin homo pius miserus est illis.* Cyprian. Test. lib. 3. n. 1. ad Quirin. f. 418. pr. *Qui pauperi miseretur, Deo fenerat.* in libro ad Demetrian. n. 19. f. 330. not. 52. (ed. Oxon. f. 194.) lectio incerta est. Despauterius in Comm. Gramm. f. 266. et Sanctius in Minerua p. 194. datiuum tuentur ex Senec. Vit. Beat. c. 24. sed et hic Pinciani libri et quinque Gruteri: *huius miseror*: atque ita reliqua quoque loca Voffio de Construct. c. 39. merito inspecta sunt. Alia plura loca pro datiuo ex versione antiqua adfert Munkker. ad Hygin. fab. 58. p. 106. ad verba; *Cui* (sed Berkel. MS. cuius) *Venus misera est.* Sic Hieron. Epist. ad Rusticum f. 221: *vt omnibus miseretur.* Vers. antiqua apud Irenæum lib. 1. c. 4. f. 47: *vt vniuersis misereatur.* lib. 3. c. 19. f. 244: *cui ipse miserus est.* c. 37. f. 264: *ei vero, qui seductus est, -- miserus est.* lib. 4. c. 34. f. 328: *qui miseretur pauperi.* Commendamus de hac re Thom. Bangii iam rariores Obseruat. Philolog. lib. 2. p. 1000-1003. et 1434. ed. Hafn. 1640. 8. Bün.

^o) *precantibus*] Ven. vtraque 1478: *peccantibus.* prauè. Bün.

^p) ed. *fur non effodiet.* Pfaffius.

^q) *rubigo*] Bonon. *arugo, Aerugo* legatur, an *rubigo*, parum refert. A priore stat Sedulius: *Non mordax arugo vorat, non tineæ sulcat.* A posteriore vero Lactantius L. 6. Inst. 12. 35: *vbi non furem pradonemque (puto pradonemue) timeas, non rubiginem, non tyrannum.* Sic et Cyprianus de Hab. Virg. p. 97. licet βρωτων alibi *comesturam* reddat. Respicitur ad Matth. VI. 19. 20. *Davisus.*

^r) ed. *consumet.* Pfaff.

^s) *eripiet.* in ed. Pfaff.

^t) ed. *seruabitur.* Pfaff.

^u) *effodiat - consumat - eripiat - seruetur*] Sic Bonon. quoque. Bün.

^x) *Deo custode, seruetur*] Exprimit Cyprianum de Opere et Eleemos. ed. Oxon. f. 205: *in tuto ponitur hereditas, quæ Deo custode seruetur.* Bün.

^a) Cap. LXVI. ex lib. 6. c. 23. Bün.

^b) *qui nomen fidei gerimus*] scil. πιστοι, fideles dicti. L. 7. Inst. 26. 9: *regi - mysterium quam fidelissime oportet, maxime a nobis, qui nomen fidei gerimus.* Bün.

religione ^{c. d.}, quia Deus prior est et potior ^{e. f.}, quam ^{g.} homo.
 2 Et si est gloriosum pro amicis, pro parentibus, pro liberis, id est, pro homine suscipere mortem, et qui hoc fecerit, diurnam memoriam laudemque consequitur: quanto magis pro Deo, qui potest æternam vitam pro temporali morte præstare?
 3 Itaque quum inciderit eiusmodi ^{h.} necessitas, vt desciscere ^{i.} a Deo, atque ad ritus gentium transire cogamur: nullus ^{k.} nos metus, nullus terror inflectat, quo minus traditam nobis fidem custodiamus. Deus sit ante oculos, sit in corde; cuius interno ^{l. m.} auxilio dolorem ^{n. o.} viscerum, et adhibita corpori tormenta superemus ^{p.}. Nihil tunc aliud, quam vitæ immortalis præmia cogitemus. Ita facile, etsi dissipandi ^{q.} (aut vrendi ^{r.}) artus fuerint, tolerabimus vniuersa ^{s.}, quæ in nos tyrannicæ crudelitatis ^{t.} amentia molietur. Postremo ipsam mortem non inuiti, aut timidi, sed libentes ^{u.}, et interriti subire

c) ed. *religionem*. Pfaff.

d) *in religione*] Ita quoque Ven. 93. 1497. Pier. Parrh. Paris. Crat. Itæus rectius, quam Ven. vtraque 1478. Ald. etc. Gall. Spark. Cell. *in religionem*. Büin.

e) ed. *potentior*. Pfaff.

f) *potior*] Optime. vid. not. ad c. 30. (c) Büin.

g) *quam* non est in MS. Pfaff.

h) *eiusmodi*] Ita Taur. vbi edd. *huiusmodi*. Büin.

i) ed. *discedere*. Pfaffius.

k) *nullus nos metus*] in ed. Parisiensi Pfaffii erat: *nullos*, vitio typorum; vnde correxi ex reliquis. conf. M. P. 16. 8. 9. anto quoque Bonon. *desciscere*. Büin.

l) *in eterno*. Ita correxit manus antiqua in MS. Pfaff.

m) *interno*] Hoc in Taur. MS. corruptum: *in eterno*. Dauisius *interno* confirmat ex Ephes. 3. 16. et 2 Cor. 4. 16. Büin.

n) ed. *dolor*. Pfaffius.

o) *dolorem viscerum* -- *superamus*]

Recte ex MS. Taur. At in Heum. editione vtraque lectio: *dolor - superemus*, confusa. Büin.

p) *superentur* ed. Pfaff.

q) *dissipandi aut vrendi*] Duabus vltimis vocibus caret Taurin. et sunt, vt opinor, glossema 78 *dissipandi*, quapropter nos cas vncis inclusimus. Medea quidem Ouidio et Ciceroni fratris sui membra dissipasse dicitur, sed alius ibi sensus est. *Dauisius*. Rectius hic *Dauisius* aduocasset ex de Mort. Persl. c. 21. n. 6: *quorum artus quam dissipantur*, et ex L. 5. Inft. 13. 14: *Ecco sexus infirmus et fragilis eras dilacerari se toto corpore vrique petitur*. Büin.

r) *aut vrendi* deest in MS. Pfaff. ante editi: *etiamsi*. Büin.

s) *vniuersa* non extat in ed. Pfaff.

t) *dominationis pro crudelitatis* habent ed. Pfaff. *dominationis* Heumannus. ex c. 54. pr. præfert. Büin.

u) *libentes*] Sic rectius ex Taur. Pfaffius et Dauisius; præcesserant enim

ire nitamur, vt qui^a sciamus⁹, quali apud Deum gloria simus^a fururi^a, triumphato seculo ad promissa venientes^{b,c}, quibus bonis, quanta beatitudine breuē hęc pœnarum mala et huius vitæ danina pensemus. Quod si facultas huius gloriæ^d decrit, habebit fides etiam in pace^e mercedem. Teneatur ergo in omnibus vitæ officiis, teneatur in matrimonio. Non enim satis est, si aut^f alieno toro, aut lupanari abstineas. Qui habet coniugem, nihil quærat extrinsecus, sed contentus ea sola casti et^g inuiolati cubilis^{i,k} sacramenta custodiat. Adulter est enim Deo et incestus^{l,m}, qui, abiecto iugo, vel in libe-

enim: inuiti-rimidi; sequitur: in-
terrisi. et sic olim recte Torn. Be-
tuleius, a sequentibus non auditi. Bün.

x) vt qui pro quum. ed. Pfaffius.

y) vt qui sciamus] Taur. Pfaff.
quum scimus. malleum cum Dauisio
quum sciamus. Ven. vtraque 1478.
93. 97. Paris. Ifæus: vt sciamus.
Parrh. Iunt. Ald. et sqq. vt qui sci-
mus. Ifæus ex Bon. citat: vt scia-
mus, at forte accuratior hic Tho-
masius in margine ex Bonon. dat:
vt qui sciamus, et ita Heumannus.
Sane haud vulgaris vsus formulæ
vt qui cum coniunctiuo fugit edi-
tores. Iustinus Lib. 2. c. 11. 16: ca-
dunt sternuntque omnia, VT QUI
SCIANT, se pugnare non spe victoria,
sed in mortis ultionem. Plura Mun-
ckerus ad Hygin. fab. 73. pag. 124. Bün.

x) ed. sumus. Pfaff.

a) gloria simus futuri] Bon. Ven.
vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh.
Paris. Ifæus: gloria sumus futuri.
Ald. Crat. Gymn. Gryph. Torn.
Betul. Gall. Spark. Cell. gloria su-
mus futuri. MS. Taurin. et Pfaff.
SIMVS FVNCTVRI, quæ phrasis
Dauisio suspecta, corrigenti: gloria
simus FRVITVRI aut FRVCTVRI. Le-
go cum Heumanno: simus futuri. Bün.

b) triumphato vsque ad venientes
non extat in MS. Pfaff.

c) triumphato seculo ad promissa
venientes] Hęc a codice Taur. aliena
Dauisio e margine videntur in
orationis seriem irrepisse. Puto esse
genuina. Nam L. 6. 23. 39: hic ser-
uam triumphabit. Bün.

d) huius gloriæ] sc. martyrii. vide
Dauisium h. l. Bün.

e) in pace] ecclesia a vexatione
hostium libera. Bün.

f) aut non extat. in ed. Pfaff.

g) in ed. carnem castiget. Pfaff.

h) contentus ea sola casti et inuiolati] Plures edd. contentus ea sola
carnem castiget, inuiolati cubilis sa-
cramenta custodiat. Ifæus ex Bon.
contentus ea sola carnem castiget, ca-
sti et inuiolati. Quod monachi desi-
pientis additamentum vocat Dauisius,
a MS. Taurin. merito eiechum.
Scilicet ex CASTI ET FICTUM: CA-
STIGET, et tunc carnem præmissum.
Certe Ven. vtraque 1478. 93. 97.
Parrh. Paris. contentus ea sola CA-
STIGET INVIOLATI, omisâ voce:
carnem, quam Aldus et seqq. addunt
ante Pfaffium omnes. Bün.

i) MS. cubili. Pfaff.

k) cubilis] vide not. ad de Mort.
Pers. c. 38. 5. Bün.

l) Adulter enim Deo est perinde
atque incestus, ita ed. Pfaff.

m) Adulter est enim Deo et ince-
stus]

- 8 liberam, vel in seruam peregrina voluptate luxuriat. Sed sicut femina castitatis vinculis obligata est, ne aliud* concupiscat: ita vir eadem lege teneatur, quoniam^o Deus virum et uxorem^p vnius corporis compage solidauit^r. Ideo præcepit, non dimitti uxorem, nisi crimine adulterii reuictam^r: vt numquam^s coniugalis fœderis vinculum, nisi quod perfidia ruperit, resoluatur. Illud quoque ad consummandam pudicitiam iungitur^t, vt non modo peccatum absit^u, verum etiam cogi-

12-

[*fus*] Ven. vtraque 1478. 93. 97. Paris. *Adulter enim Deo et pro incestus.* Correxerit Parrh. *Adulter enim Deo est pro incesto.* Ald. Crat. Gymn. *Adulter enim Deo est PROINDE atque INCESTV.* Fasit. Gryph. Torn. Bet. vsque ad Pfaff. *Adulter enim Deo est, PERINDE atque INCESTVS.* Tum Pfaffius ex Taurin. et seqq. *Est enim Deo et incestus.* Hinc cum Dauisio feci: *ADVLTER est enim Deo et incestus.* Bün.

n) *ne aliud concupiscat*] Legas oportet, inquit Dauisius, *ne ALIVM*, nempe virum, *concupiscas*; vel: *vt ne alium concupiscas*, quo propius accedas ad MS. Bonon. qui dat: *et ne alium.* Etiam Heumannus scribit *ALIVM.* At vtraque Ven. 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Torn. Bet. *ET NE ALIVD concupiscas.* Reliqui Thomas. Gall. Spark. Cell. et Pfaffius: *ne aliud concupiscas.* Recte, vt paullo ante: *NIHIL querat.* Sic L. 6. 23. 7. qui abstineret *ALIENO.* n. 26: *ne libido cogeret viros ALIVD adpatere.* Plura dixi ad Lib. 6. Inf. 16. 9. (r) *adpatit aliena.* Bün.

o) *quoniam Deus*] Ita MS. *quia Deus* Isæus, Spark. *quo Deus* plures editi. *Et quo interdum est, quia.* Restituit *Iac. Gronouius* V. C. *Cicero* ni lib. 1. Inuent. c. 11. p. 47. et *Turfell* p. 1152. Nisi *quoniam* fide MS. Taur. antiquisf. niteretur, pronum esset in gratiam eorum, quibus non

placet^o *QVO*, ex *QVO* formare *QVOD*, littera *D* facile ex sequente prima littera in *Deus* potuit perire. Bün.

p) *ed. quo Deus et viro uxorem.* Pfaff. Ita quidem Aldus, Crat. Gymn. Gryph. Torn. Betul. Thom. Cellarius, Bonon. Isæus, Spark. *QVIA Deus et viro uxorem.* At Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. 1513: *quo Deus EX viro uxorem vnius corporis compage solidauit.* At Taurin. rectissime. Bün.

q) *solidauit*] Sic omnes. num *afociauit, copulauit?* vid. Lib. 6. c. 23. n. 15-25-33. Bün.

r) *reuictam* extat in ed. Pfaffius. *reuictam* Cellar. et alii nonnulli recte ex Bonon. et Isæo nota ad L. 7. 1. 26. Bün.

s) *vt numquam*] Sic ex Bonon. Isæo, Dauisio. Nam Pfaffius, nihil de Taurin. MS. mouens, habet vulgg. *at numquam.* Mox in edd. ante Thomasiū voces: *quod perfidia* desunt. Bün.

t) *Illud quoque ad consummandam pudicitiam iungitur*] Dauisius corrigit: *INIUNGITVR.* At nullibi *noſter iniungere* in sensu *præcipiendi* posuit, hinc mallet: *ADIUNGITVR, i.e. additur.* Ita enim, vnde hæc breuiata, L. 6. 23. 33. ex MS. Bon. *ADDVNTVR illa: non tantum adulterium esse visitandum, sed etiam cogitationem.* Bün.

u) MS. *obſit.* Pfaff.

x) *quam*

ratio. Pollui enim mentem quamvis* inani cupiditate, manifestum est. Itaque iustum hominem, quod sit secus, nec facere oportere, nec velle. Purganda est igitur conscientia, quam Deus peruidet, qui falli non potest. Emaculetur* omni labe pectus, ut templum Dei esse possit, quod non auri, nec eboris nitor, sed fidei et castitatis fulgor illustrat.

CAPVT LXVII.*

Sed enim hæc^b omnia difficilia sunt homini, nec patitur conditio fragilitatis^{c, d}, esse quemquam sine macula. Vltimum

x) quamvis inani cupiditate] Ita editi; Pfaffius legendum censet: *quavis inani cupiditate*. respice ad lib. 6. c. 23. n. 34-37. Bün.

y) MS. *ita iustum hominem, quod sit secus nec facere*. Pfaff.

z) *Cupiditate manifestum est. Itaque iustum hominem, quod sit secus, nec facere oportere, nec velle*] Cl. Pfaff. exoletas editiones sequutus, edidit: *ustum hominem, qui scit se nec facere*. Sed hanc mendam ope libri Bonon. iamdudum sustulerat Isæus, (at iam ante Isæum Thomasius in Antu. 1570. et 1587.) et lectionem a me restitutam firmat etiam Taurin. Ceterum locus hic ab interpunctione laborat; saltem enim sic distinguas oportet: *inani cupiditate; manifestum est itaque, iustum hominem* etc. At quum vetustissimus ille MS. repræsentet: *cupiditate ita iustum hominem; OCYVS REPONE: inani cupiditate: Ita iustum hominem, quod sit secus, nec facere oportere, nec velle*. Voces: MANIFESTVM EST, explendæ, sicut rebantur, orationis inferferant librarii. *Dausius*. Ante Thomasius omnes editi: *ustum hominem, QVI SCIT SE nec facere*. Heumannus tentat: *ATQVI iustum hominem, quod SIBI NON LICET facere, OPORTET nec*

velle. Celebr. Pfaffius in curis secundis MSS. ad me misit: *post IVSTVM HOMINEM supple, inquit, EXISTIMO*. Nescio, utrum ex MS. Taur. an ex ingenio. Bün.

*) ed. *emaculetur* Pfaff. Longe aptius hic Taurinensis et Isæus ex Bonon. exhibent *EMACVLETVR*. sequitur enim: *LABE. Labam latini emaculare, eluere, non emacuare dicunt*. Contrarium: *labe maculari*. Epit. c. 27: *ne qua labe maculati honore angelico multarentur*, et L. 6. 23. 36: *est corpus nulla sit labe maculatum*. Bün.

a) Cap. LXVII. ex lib. 6. c. 24. et c. 25. et lib. 7. c. 2. 3. Bün.

b) *Sed enim hæc*] Hoc ordine in MS. legi, Pfaffius in curis secundis monuit. Rariorum particularum iuncturam illustravi ad Castell. Dial. L. IV. Dial. 17. Ouid. 13. Met. 141: *Vix ea nostro puro. Sed enim quia resulit Aiax*.

Plura Drakenb. ad Sil. Ital. L. 10. 593. p. 534. et ad Lib. 13. 129. p. 643. Corrigendæ itaque Parisiensis, Walchii et Dausii edd. *sed hæc enim exhibentes*. Bün.

c) *natura* non extat in MS. Pfaff.

d) *fragilitatis*] Vtraque Ven. 1478. 93. 97. et ante Thomasius reliquæ, et Pfaff. Walch. *fragilitatis*

num ergo remedium illud est, vt confugiamus ad pœnitentiam, quæ non minimum locum inter virtutes habet, quia sui correctio est; vt quum forte aut re, aut verbo lapsi fuerimus, statim resipiscamus, ac nos *f* deliquisse fateamur, oremusque a Deo veniam, quam pro sua misericordia non negabit, nisi perseuerantibus *s* in errore. Magnum est pœnitentiæ auxilium, magnum solatium. Illa est vulnerum peccatorumque sanatio: illa spes, illa portus salutis *b*: quam qui tollit, viam vitæ sibi amputat, quia nemo esse tam iustus *12* potest, vt nunquam sit ei pœnitentia necessaria. Nos vero, etiamsi nullum sit peccatum, confiteri tamen debemus Deo *i-k*, et pro delictis *l* nostris identidem deprecari, gratias agere etiam in malis *m*. Hoc enim *n* semper obsequium Domino deferamus. Humilitas enim cara *o-p* et amabilis Deo est, qui

natura. Sed delent *natura* Taur. Bonon. Thomas. Gall. Spark. Cell. et Dauisius, qui recte pro *natura* rescribit: *nostra*. Nam vtraque vox per notas scripta parum differt. conf. c. 65: *multis-incommodis fragilitas nostra subiecta est*. L. 6. Inst. 24. 9. cui (necessitati) *fragilitas nostra subiecta est*. Bün.

e) ed. aut. Pfaff.

f) ac nos] Sic Bon. Taur. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. et denuo Isæus, Pfaffius et seqq. At Aldus et seqq. etiam Gall. Spark. Cellar. minus recte: *aut nos* Bün.

g) ed. *perseuerabimus*. Pfaff. etiam Bon. *perseuerantibus*. Bün.

h) *illa portus salutis*] conf. L. 6. 24. 9. Cicero Orat. 12. Philipp. c. 3: *Optimus est portus pœnitenti mutatio consilii*. Bün.

i) non extat in ed. Deo, sed in MS. inuenitur. Pfaff.

k) *confiteri tamen debemus Deo, et*] Male editiones plurimæ, etiam Gallæus, Sparkius, Cellarius omise-

runt DEO; his peius vtraque Ven. 1478. 93. 97. Pier. Parrh. et Paris. *confiteri NON debemus, et*. At rectissime Taur. Bonon. ISAEVS, Pfaffius, Dauisius, Heumannus: *confiteri tamen debemus DEO, et*. Bün.

l) *pro delictis*] Plures edd. etiam Cell. *debitis*. At elegantius Bon. et Isæus, adficiente Dauisio: *pro delictis*. Dicit noster peccata, crimina, delicta, vulnera, errores etc. at *debita*, quod sciam, nusquam. Bün.

m) *gratias-in malis*] vid. not. ad L. 6. 25. 14. Bün.

n) *enim* non extat in MS. Pfaff. *enim* abest a Cellario, Isæo et MS. Bonon. Bün.

o) *tam chara*. ed. Pfaff. *tam* abest a Ven. 1497. et Pier. Bün.

p) *humilitas enim cara-est*] Sic vtraque Ven. 1478. 93. 97. Pier. Paris. æque vt Taurin. Pfaff. et seqq. Pro qua lectione Parrh. Ald. et seqq. etiam Cellarius male: *humilitas enim TAM cara*. Bün.

qui cum ^q magis suscipiat peccatorem confitentem, quam iustum superbum, quanto magis iustum suscipiet confitentem, eumque in regnis caelestibus faciet pro humilitate sublimem^r. 14 Hæc sunt, quæ debet^r cultor Dei exhibere: hæc sunt victimæ, hoc sacrificium placabile^v: hic verus est cultus, quum homo mentis suæ pignora in aram^z Dei confert. Summa illa maiestas hoc cultore lætatur: hunc ut filium suscipit^b, eique præmium^c immortalitatis impertit^e; de qua nunc mihi disferendum est, et arguenda persuasio eorum, qui extinguere animas cum corporibus arbitrantur^f. Qui, quia nec Deum sciebant, nec arcanum mundi perspicere^g poterant, ne hominis

q) ed. *ut cum angelis suscipiat peccatorem confitentem, quem in regnis caelestibus faciat pro humilitate sublimari*. Pfaff.

r) *qui quum*] Sic Bonon. Taur. utraque Ven. 1478. 93. 97. Pier. Paris. Isæus, Gall. Spark. Cell. Pfaff. et seqq. Pro *qui, quum* subdiderant Parrh. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Torn. Bet. quia antea TAM CARA mutarant: VT CVM ANGELIS suscipiat peccatorem confitentem, quem in regnis. Pro quibus PRIMVM Thomæ ex Bononiensi, et secuti Isæus Gall. Spark. Cell. reddiderunt: *qui quum MAGIS suscipiat peccatorem confitentem, QVAM IUSTVM SUPERBVM, QVANTO MAGIS IUSTVM SUSCIPIET CONFITENTEM eumque in regnis caelestibus FACIET*. Bün.

s) *sublimem*] Ita ex Bonon. Isæus, Gall. Spark. Cell. et ex Taurin. Pfaffius et seqq. elegantius, quam Ven. utraque 1478. 93. 97. Thomæ: *sublimari*. de quo verbo Cell. in Curis p. 239. et Borrichius in Vindiciis p. 227. Bün.

t) ed. *debet*. Pfaffius.

u) *qua debes*] pro Taur. et Pfaff. *debeat*, cum reliquis omnibus rescripti: *debet*. Bün.

x) MS. *hac*. Pfaff.

y) *sacrificium placabile*] L. 4. Inst. 28. 7. Bün.

z) MS. *iram*. Pfaff.

a) *in aram Dei*] Rectissime correxit Pfaff. Sic L. 6. 25. 29: itaque IN ARAM DEI - *iustitia imponitur, patientia, fides, innocentia, castitas, abstinencia*. Bün.

b) ed. *suscipit sibi*. Pfaff.

c) MS. *idoneum præmium pro quia donum*. Pfaff.

d) *eique præmium - impertit*] MS. Bonon. cum Isæo, Gall. Sparkio: *suscipit, eique donum immortalitatis impartitur*. In MS. Taurinensi non, ut Heumannus putat, *quia donum*; sed *suscipit, IDONEVM PRAEMIVM immortalitatis IMPERTIT* legitur; unde erudite Dauisius facit: *suscipit, EI DIVINVM PRAEMIVM immortalitatis impertit*. Nam L. 7. 1. 3: *diuinum præmium beatitudinis perpetua*, et c. 5. 15. et Epitome exeunte *præmium immortalitatis* dixit. Sic L. 7. 14. 2-3: *eterna vita præmium - caelestis præmium*, item c. 21. 8. c. 27. 1. Retinui *præmium*, vocem *idoneum ex donum*, ut variam lectionem puto ortam; licet et *idoneum præmium*, ut L. 7. 14. 3: *ut et iustis MERCES DIGNA solvatur*, dicere potuerit. Bün.

e) ed. *impartitur*. Pfaff.

f) ed. *putauerunt*. Pfaff. *arbitrantur*. Bonon. Bün.

g) MS. *perspicere*. Pfaff.

h) ed.

14 minis quidem animæque rationem comprehenderunt. Quo-
modo enim possent sequentia peruidere *b. i.*, qui summam
non tenebant *k. l.*? Negantes igitur esse vllam^m prouidentiam,
16 vtique Deum, qui fons et caput rerum est, negauerunt. Se-
quebatur, vt ea, quæ sunt, aut semper fuisse dicerent, aut sua
sponte esse nata, aut minorum seminum conglobatione con-
creta. Semper fuisse non potest *n. o.*, quod et est, et visui subia-
cet *p.*; ipsum enim esse sine aliquo initio non potest. Sua spon-
te autem nihil nasci potest, quia nulla est, sine generante *q. r.*

na-

b) ed. *sapientia prouidere.* Pfaff.

i) *sequentia peruidere*] Bonon. Ifæus et Cellar. *sequentia prouidere.* Bün.

k) MS. *qui summam non tenebant.* Pfaff.

l) *sequentia peruidere, qui summam non tenebant*] Eiusdem cod. antiqui est, quem Thom. laudat. *Summam* interpretatur Deum et eius prouidentiam: *sequentia* hominem atque animæ rationalis naturam. Cellar. In MS. Taurin. *qui summam non tenebant. recte summam, vt cap. 7. n. 1. siue c. 69. pr. in cod. Taur. dicam nunc, qua sit illa summa, vbi noto. conf. lib. 7. Instit. c. 6. n. 9. et c. 7. n. 1. et clare patebit: SVM-MAM scripsisse Lactantium, et quid per eam intellexerit. Sic loco gemino de Opificio c. 4. n. 12: istirationem sequentium non vident, quia semel errauerunt in ipsa summa. Sequentia, inquit Dauisius, vocantur hominis animæque ratio; in Dei vero causarumque, propter quas mundus factus est, agnitione summam ponit Lactantius noster. Bün.*

m) ed. *Negantes ergo prouidentiam, vtique Deum, qui fons et caput eius est.* Pfaff. *Negantes ergo esse vllam prouidentiam, vtique Deum, qui fons et caput rerum est* MS. Bonon. Thomas. Ifæus, Gallæus; Contra: *negan-*

tes ergo nullam, per duplicem negationem, legunt Ven. vtraque 1478-93. 97. Pier. et Paris. 1513. Tandem Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. et Betul. Negantes ergo prouidentiam, vtique. Bün.

n) ed. *dici non potest; quia quicquid est, esse sine aliquo initio non potest.* Pfaff.

o) *Semper fuisse non potest*] Ven. vtraque 1478. 93. 97. Paris. prauç: *Semper fuisse dici potest.* Reliqui ante Pfaff. *semper fuisse dici non potest, quia quicquid est, esse sine aliquo.* Ex quibus et MS. Taur. Dauisius facit: *semper fuisse non potest, quia quicquid est et visui subiacet, ipsum esse sine aliquo initio non potest.* Bün.

p) *quod et est et visui subiacet*] Veltigia huius antiquæ et veræ cætionis sunt in Ven. vtraque 1478-93. 1497. et Pier. et Paris. *quod testes vi subiacet, ipsum enim esse. vide L. 7. 1. 7-9. etc. 3. n. 20. not. Heumannus verba: et visui subiacet, omisit. Bün.*

q) ed. *ratione.* Pfaff.

r) *sine generante*] Quia veteres editi dant: *sine ratione*, Sparkius legendum coniecit (addo, et Heumannus) *sine generatione.* Sed a Bonon. et Taurin. omnino standum. Nam *generans* nostro tam late patet, quam Græcis γενων, vid. L. 4. Instit.

c. 4.

natura. Semina vero^s principalia quomodo esse poterunt, quum et semina ex rebus^t oriantur, et vicissim res ex seminibus? Nullum igitur semen est, quod originem non habet*. Sic factum est, vt quum putarent, mundum nulla¹⁷ prouidentia generatum^{x.*}, ne hominem quidem putarint aliqua ratione generari. Quod si nulla esset in fingendo homine ratio versata, immortalem igitur animam^{y.*} esse non posse. Alii^a vero ex aduerso et Deum esse vnum, et ab eo¹⁸ mundum factum, et hominum causa factum^{b.c}, et animas esse immortales existimauerunt. Sed quum vera sentirent, huius tamen diuini^d operis atque consilii, nec causas, nec ratio-

c. 4. 6. et L. 6. 10. 3. Illis autem γεννω̄ν idem valet ac ποιω̄ν, κτισ̄ζων, δημιουργω̄ν, τεκταινω̄μενος. Hæc Dauilius, qui illustrat vberius ex Platone et Hierocle. Bün.

s) *Semina vero*] Cell. et alii: *Semina enim*. At prius ex Taur. Bon. Isæo rectum. Mox recte quoque Bon. Isæus, Gall. et Spark. quum et semina ex rebus, nam sequitur: et vicissim res ex seminibus. Male vet. edd. et Cell. *semina exordiis*. Bün.

r) ed. *exordiis*. Pfaffius.

u) ed. *habeat*. Pfaff. *habet*. Ven. 1493. 1497. Bün.

x) MS. *generatum*. Pfaffius.

*) *nulla prouidentia generatum*] MS. Taur. *nulla prouidentia generatum*. Eleganter, et ita vult vox sequens: *generari*, aut, vt Isæus vult, *generatum*, iterum. *Generare* vero est idem ac *creare, facere*, vt multis Laëtantii locis, ad lib. 3. Instit. c. 14. n. 10. docuimus. Sic ipsum MS. Taur. iterum Epit. c. 4: *quum ab ipso sit omnis natura generata*. Bün.

y) hæc paullo aliter leguntur in ed. Pfaff.

z) *immortalem igitur animam esse non posse*] Verissima hæc lectio Taurin. ab Pfaffio, Dauilio, Heu-

manno recepta. In antiquis edd. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Paris. 1513. exciderat negandi particula: *immortalem igitur animam esse posse*, quod quum falsum cernerent posteriores, Parrh. Ald. etiam Cellarius inde fecerunt: *mortalem igitur animam esse posse*. Bün.

a) *Alii*] sc. Stoici. Bün.

b) ed. *mundum et hominem esse factum, et animas immortales existimauerunt*. Sed quum ea senserunt, ii tamen diuini. Pfaffius.

c) *et hominum causa esse factum*] Et hoc Thom. ex antiquo codice restituit. Parrh. *et hominem esse factum*. Cellarius. Thomasium secuti Isæus, Gall. Sparkius, nunc ex Taurin. a Pfaffio etc. confirmata. Sed esse a Bon. Thomasioque hic abest, etiam a Taurinensi, a quo additur post: *animas*. Bün.

d) *Sed quum vera sentirent, huius tamen diuini*] Sic optime Taurin. Pfaff. et seqq. vbi Ven. vtraque 1478. 93. 97. Paris. *Sed quum ea senserunt, huiusmodi non tanti diuini operis*. Inde fecerunt Parrh. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Gall. Spark. Cell. *Sed quum ea senserunt, ii tamen diuini operis*, licet

rationes, nec exitus perspexerunt, vt omne veritatis arcum consummarent, atque aliquo^e veluti fine concluderent.
 19 Sed quod illi facere non potuerunt, quia veritatem perpetuo^f non tenebant, nobis faciendum est, qui eam cognouimus, Deo annuntiante.

CAPVT LXVIII. *

20 Consideremus igitur, quæ ratio fuerit huius tanti tamque^b immensi operis fabricandi. Fecit Deus mundum, sicut Plato existimauit, sed cur fecerit^c, non ostendit. *Quia bonus, inquit, et inuidens nulli, fecit, quæ bona sunt.* Atqui videmus,
 21 in rerum natura et bona esse et mala. Potest ergo^d existere peruersus aliquis, qualis fuerit^e ἄθεός ille Theodorus^f et Platoni respondere: *Inmo quia malus est, fecit, quæ mala sunt.* Quomodo illum redarguet? Si, quæ bona sunt, Deus fecit; vnde igitur tanta^h mala eruperunt, quæ plerumque etiam prævalent bonis? *In materia, inquit, continebanturⁱ.*
 22 Si mala, ergo et bona, vt, aut nihil fecerit Deus, aut si bona^k l

tan-

cet paullo melius ex Bonon. iam Ixus dedisset: *sed quum ea senserint, huius tamen.* Bün.

e) aliquo non est in ed. Pfaff.

f) perpetuo] i. e. in continua serie. de Opif. 5. 4: *perpetuo esse.* Bün.

a) Cap. LXVIII. ex lib. 7. c. 4. Bün.

b) tamquam MS. Pfaffius.

c) ed. fecit. Pfaff. fecerit MS. Bodl. et Cell. recte. Bün.

d) ergo deest in MS. Pfaff.

e) fuerit] Sic omnes. lego: *fuit.* Bün.

f) MS. Theodorus. Pfaff.

g) ἄθεός ille Theodorus] vide de Ira Dei c. 9. n. 7. Cell.

h) Tanta mala] i. e. tot. Tanta abest a Bon. Ixzo et Cell. habent plures. Bün.

i) Continebantur. Bona igitur]

Hæc oratio vsque ad sect. 29: *Stoici aiunt, accipienda sunt tamquam ab impio Theodoro prolata contra Platonem, quam adducit Lactantius, non adprobat. Suam autem sententiam in sequenti capite declarat. Cell.*

k) MS. Si mala, ergo et bona, vt aut nihil fecerit Deus, aut si bona tantum. Pfaff.

l) continebantur. Si mala ergo et bona, vt aut nihil fecerit Deus, aut si bona] Ita rectius MS. Taur. et Dauisius, cuius lectionis vestigia supersunt in corruptis antiquis Ven. vtraque 1478. 93. 97. Paris. 1513: SI MALA IGITVR et mala (voluerunt: bona), vt aut nihil fecerit Deus, aut si bona tantum. Inde Parrhas. Ad. Crat. Gymn. Betul. Tornes. Thomas. Cell. Pfaffius, Heumann.

Bona

tantum fecit, æterniora sunt mala, quæ facta non sunt, quam bona, quæ habuerunt exordium. Finem igitur habebunt, quæ aliquando cœperunt, et permanebunt, quæ^m semper fuerunt. Mala ergo potiora sunt. Si autem potiora esse non²³ possunt, ne æterniora quidem possuntⁿ. Ergo aut vtraque semper fuerunt, et Deus otiosus: aut vtraque ex vno fonte fluxerunt. Est enim^o conuenientius^{p^q}, vt Deus omnia fecerit potius, quam nihil. Ergo secundum sententiam Platonis^r idem^s Deus et bonus est, quia bona fecit^t, et malus, quia mala. Quod²⁴ si fieri non potest, adparet non ideo factum esse a Deo mundum, quia bonum est mundus^{n. x}. Omnia enim complexus est^v bona

Bona igitur et mala, aut nihil fecit Deus. Si bona. Ex Bonon. Isæus, Gall. Spark. *Si mala ergo et bona, aut nihil fecit Deus, aut si bona tantum.* Bün.

m) qua deest in MS. Pfaffius.

n) ne æterniora quidem possunt] Vel legendum: esse possunt, vel, quod malim: ne æterniora quidem sunt. Dauisius. Sed nihil hic addendum, nihil mutandum esse, ostendent exempla a me ad Libr. de Mort. Perf. 16. 9. Bün.

o) Est enim] Dauisius mauult: Est autem. Nonnumquam enim valet vero, autem. Bün.

p) ed. conueniens. Pfaff.

q) conuenientius] Sic ex Bonon. recte iam ediderat Isæus, quem Gall. Spark. Cell. non audierunt. Bün.

r) secundum sententiam Platonis] Ita loquitur noster, non quod opinetur, hanc reuera fuisse Platonis sententiam; sed vt ostendat, quomodo, data Platonis hypothefi, ratiocinari possit Theodorus, cuius h. l. personam gerit Laëtantius etc. Dauisius.

s) ed. ideo. Pfaff.

v) bona fecit] Rectius sic Taur. Torn. Pfaff. Dauisius, quam alii: facit. Bün.

u) esse mundum, quia mundus bonus est. Quoniam enim complexus est. ita edit. Pfaff.

x) non ideo factum esse a Deo mundum, quia bonum est mundus] Ita edo ex Taurin. cum Pfaffio et Dauisio. His proximi Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Paris. Parrhas. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Torn. et Betul. non ideo factum esse mundum, quia mundus bonus est. At pessime Thomastius, Isæus, Gall. Spark. Cellarius: adparet a Deo factum esse mundum, quia mundus bonum est, contra mentem Laëtantii, vt obseruat Dauisius, Platonem hic confutantis. Bün.

y) Omnia enim complexus est, bona et mala] Sic Taurin. sic et ex Bonon. primus edidit Isæus. Impressi vett. habent: quoniam enim complexus est. Cellarius autem: quoniam complexus est bona et mala. Libet interrogare: πῶς σοι φέρεις ἐκπεπόνηται; adparet a Deo factum esse mundum, quia mundus bonus

bona et mala, nec fiet * a propter se quicquam, sed pro-
 25 pter aliud. Domus enim b ædificatur non ad hoc solum,
 vt sit domus, sed vt suscipiat et tueatur habitantem. Item
 nauis fabricatur, non ad hoc c, vt nauis tantum d videatur, sed
 vt in ea possint homines nauigare. Vasa item e fiunt, non vt
 26 vasa sint solum, sed vt capiant, quæ sunt vsui necessaria. Sic
 et mundum Deus ad vsum aliquem fecerit necesse est. Stoi-
 ci aiunt, causa hominum f factum esse g: et recte *. Homi-
 nes enim fruuntur his omnibus bonis, quæ mundus in se con-
 tinet. Sed ipsi homines cur facti sint, aut quid in illis utili-
 tatis habeat fabricatrix illa rerum h. i prouidentia, non expli-
 27 cant. Immortales esse animas idem Plato adfirmat: sed cur,
 aut quomodo, aut quando, aut per quem immortalitatem ad-
 sequantur, aut quod sit omnino k tantum illud mysterium,
 cur ii, qui sunt immortales futuri, prius mortales nascantur;
 dein-

nus est. Cur autem bonus est mun-
 dus? Quoniam complexus est bona et
 mala. Nisi fallor, absurditatem iam
 vides, in quam lapsus est vir alio-
 quin eruditus. In eodem etiam lu-
 to hæsitant Gallæus et Sparkius,
 Isæus secuti; quod minus equidem
 miror. Dauisius. Heumanno, qui
 Cellarii, lectionem exhibet, valde
 mendosus hic locus est, ex quo nec
 ego me expedio; nec puto Dauisium
 eum plane explicasse. Bün.

2) MS. fiet. Pfaff.

a) nec fiet propter se quicquam] MS. Taur. nec fiet. vide sequentia et lib. 7. Instit. c. 4. n. 4: Nihil est, vt opinor, quod sit propter se ipsum factum; sed quicquid omnino fit, ad vsum aliquem fieri necesse est. cetera. Dauisius legit: nec fit. Recte. Bün.

b) enim deest in MS. Pfaff. abest quoque ab Bonon. Isæo, Gall. Cell. Bün.

c) ad hoc deest in MS. Pfaff. ad hoc abest ab Isæo, Gall. Cell. Bün.

d) tantum deest in ed. Pfaff. Bo-

non tantum addit, et Lact. 7. 4. 5. Bün. e) autem. ed. Pfaff. a Cell. et aliis nonnullis vtrumque abest, addit ipse Lact. 7. 4. 6. Bün.

f) causa hominum] Hoc ordine Taurin. et editi ab 1478- ad 1563. et Pfaffius, et Heumannus, pro quo sine necessitate Thomafius, Cellar. Dauisius: hominum causa. Bün.

g) esse deest in MS. Pfaff.

*) et recte] de eleganti vsu harum vocularum dixi ad L. 6. Instit. 25. 12. Bün.

h) Hæc paulo aliter expressa sunt in ed. Pfaff.

i) aut quid in illis utilitatis habeat fabricatrix illa rerum prouidentia] Editi ante Thomafium: aut quid in illis habeat illa fabricatrix prouidentia. Thomafius et sqq. aut quid in illis utilitatis habeat illa rerum fabricatrix prouidentia. conf. L. 7. c. 5. n. 7. Bün.

k) ed. quidnam tantum. Pfaff. aut quodnam sit omnino tantum illud mysterium. Bon. et Isæus. Bün.

l) ed.

deinde, decurso temporalis ^{l. m} vitæ spatio, atque abiectis fragilium corporum exuviis, ad æternam illam beatitudinem transferantur, non comprehendit. Denique, nec iudicium Dei, nec discrimen iusti et iniusti explicavit: sed, quum animas, quæ se sceleribus immerferint ^{p. 9}, hætenus ^r condemnari putavit, vt in pecudibus renascantur, et ita peccatorum suorum luere pœnas, donec rursus ad figuras hominum reuertantur, et hoc fieri semper, nec esse finem ^{t. t} transmeandi: ludum mihi ^u, nescio quem, inducit, somnio ^x similem, cui nec ratio vlla, nec Dei gubernatio, nec consilium aliquod inesse videatur.

CA-

l) ed. temporis, Pfaff.

m) *decurso temporalis vita spatio*] Bodl. cod. *temporalis. excusi temporis. Cellar. Sic lib. 7. c. 5. n. 14: peracto temporalis vita spatio. conf. n. 16. et n. 24. et sæpius etiam ex Bon. Iſæus et Taurin. Pfaff. etc. Bün.*

n) *sed quum*] Ita Pfaffius in curis secundis MSS. suppleri iussit; vnde apodosis incipit: *ludum etc. Bün.*

o) *se non exstat in MS. Pfaff.*

p) ed. *immerferint. Pfaff.*

q) *se sceleribus immerferint*] Parrh. Iunt. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. Gall. Spark. Cellar. *immerferint. perperam et illatine. At Bon. Taurin. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Paris. Pfaffius et seqq. qua se sceleribus immerferint. MS. Taur. non habet se, et solet sæpe in eiusmodi verbis prætermitti, vt obseruauimus lib. 1. c. 21. n. 23: postquam precipitanis Leucothea. et lib. 7. c. 12. n. 30: migrare animas et insinuare nouis. In Bonon. tamen et reliquis plene: qua se sceleribus immerferint. et iterum Lact. lib. 2. c. 14. n. 3: in calum ob peccata, quibus se immerferant, non recepti. Lib. 6. 4. 20: alios immoderatis libidinibus IMMERGIT. Mi-*

nuc. c. 25: *simplicitatem substantie sue onusti et immerſi vitiis perdiderrunt. Bün.*

r) *hætenus condemnari*] i. e. cætenus, s. in tantum, lib. 4. c. 26. n. 6. not. non igitur expressit Lactantiū mentem Krefl. p. 29. quum *ad tempus* referri a nostro putauit. *Bün.*

s) ed. *citra* habent pro *esse. Pfaff.*

t) *esse finem*] Sic recte Bonon. Taur. Iſæus, Gall. Sparkius et Pfaffius, Dauif. Heumannus; et prae vtraque Ven. 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. CIRCA *finem*; Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Bet. Thomas. et Cellar. CITRA *finem*; tolerari facilius potuisset, si edidissent: ET *citra*. At optimum: ESSE *finem. Bün.*

u) *ludum mihi*] Recte Dauifio *mibi* hic *παράλαειν* videtur. Plura dedi ad L. 6. Inſtit. 12. 12: *Tu mihi - circumcurſes. Bün.*

x) *somnio similem*] Thomafius Thyf. Gall. Spark. Cell. SOMNO; at Bon. Taur. Ven. vtraque 1478-1515 Paris. Crat. Gymn. Gryph. Torn. Betul. Iſæus, Pfaffius et seqq. *somnio similem*, vt L. 7. 3. 24: *ad similitudinem cuiusdam vanissimi somni. Bün.*

(CAP. VII.) CAPVT LXVIII.^a

- 1 **D**icam nunc quæ sit illa summa ^{b. c.}, quam ne ^d ii quidem, qui vera dixerunt, collatis in vnum causis atque rationibus ^{e.} * connectere potuerunt. Factus a Deo mundus, vt homines nascerentur: nascuntur autem homines, vt Deum patrem agnoscant, in quo est sapientia; agnoscunt ^{f. g. h.}, vt colant, in quo est iustitia; colunt, vt mercedem immortalitatis accipiant; accipiunt immortalitatem, vt in æternum ⁱ Deo seruiant. Videsne, quemadmodum sibi connexa sint ^k et prima cum mediis, et media cum extremis? Inspiciamus ^l singula, et videamus vtrumne illis ratio ^m subsistat ⁿ. Fecit

a) Cap. LXVIII. ex lib. 7. c. 5. 6. et 8. sqq. Locum huic nostro geminum deprehendi in Orientio lib. I. Commonit. distich. 30. sqq. quem ob elegantiam hic repeto:

Nascimur; vt Dominum celi seruaque marisque

Queramus toto peruigilles studio. Quarimus; vt quis sit, qualis vel quantus, agat quid?

Possumus vero noscere iudicio. Noscimus; vt digna compertum laude colamus.

Vt vitam tribuat perpetuam; colimus. reliqua. Bün.

b) summa MS. Pfaffius.

c) *Dicam nunc qua sit illa summa*] Sic Thom. ex antiquo illo codice. Vulgo: *sententia*. Possis coniuncta intelligere *summa sententia*. Respice cap. 6. sect. 18. Hæc Cell. Etiam MS. Taur. *qua sit illa summa*. vox *sententia* ex glossa est. vide not. c. 67. et clare Taurin. MS. *summa*, et sic Isæus dederat. Sic Senecæ lib. 2. Controu. 12. p. 195: *hac et alia in hanc summam*. Gronouius p. 195. ex MSS. vindicauit, vbi antea: *hac et alia in hanc sententiam*. Bün.

d) ed. nec. Pfaff. recte MS. Bün.

e) ed. *fictionibus*. Pfaff. recte *rationibus* ex MS. vide lib. 7. c. 7. u. l. Bün.

*] *rationibus*] Ven. prima 1478: *FACIONIBVS*, quum inde sequentes debuissent facere *RATIONIBVS*, fecerunt altera Ven. eiusdem anni 1478. 93. 97. Paris. *factionibus*; sed ingeniosius scilicet Parrhas. finxit: *FICTIONIBVS*, et sic Ald. Crat. Gymn. Fasit. Gryph. Torn. Betul. Thom. Gall. Spark. Cell. propagarunt; at Bon. Taur. et Isæus: *RATIONIBVS*. Bün.

f) hæc verba vsque ad *vt* desunt in ed. Pfaffius.

g) *agnoscunt, vt colant*] Isæo et Sparkio auctoribus *agnoscunt* repetendum, quod exciderat. Cell.

h) *agnoscant, in quo est sapientia; agnoscunt*] Egregie ita ex Taurin. Pfaffius lacunam expleuit; nam in omnibus ante editis verba: *in quo est sapientia, agnoscunt*, desiderabantur. Bün.

i) *aterno* MS. habet pro *in æternum*; sed bene habet noster textus. Pfaff. recte, vt L. 7. c. 6. 1. 7: *in perpetuum seruiamus*. et c. 26. 5. Bün.

k) MS. *sunt*. Pfaff.

l) ed. *inspiciantur*. Pfaffius.

m) quoque deest in MS. Pfaff. Editi: *ratio quoque*, sed eieci. Bün.

n) *ratio subsistat*] vid. not. ad L. 7. 3. 25. Recte Pfaffius in notis ad

me

cit. ^{o. p} Deus mundum propter hominem. Hoc qui non vider, non multum distat a pecude. Quis cælum suspicit, nisi homo? quis solem? quis astra? quis omnia? Dei opera miratur, nisi homo? Quis colit terram? quis ex ea fructum capit? Quis nauigat mare? Quis pisces, quis volatilia, quis quadrupedes habet in potestate, nisi homo? Cuncta igitur propter hominem Deus fecit: quia vsui hominis ^{r. s} cuncta cesere. Viderunt [†] hoc philosophi, sed illud, quod sequitur, non viderunt, quod ipsum hominem propter se fecerit. Erat enim consequens, et pium, et necessarium, vt, quum hominis causa tanta opera ^{m. x} molitus sit, quum tantum illi honoris ^y, tantum dederit ^{m. a} potestatis, vt dominetur ^{b. c} mundo; homo ^{d. e} agnosceret

me misis: *subsistat*, id est, *constet*. Bün.

o) ergo deest in MS. Pfaffius.

p) *Fecit Deus*] Sic MS. Taur. melius quam editi: *Fecit ergo Deus*. Bün.

q) *omnia* deest in ed. Pfaff.

r) ed. *hominum*. Pfaff.

s) *vsui hominis*] Rectius ad mentem nostri singulari numero Taurinensis, quam ante editi: *hominum*. L. 7. Inst. 4. 2: *Stoici aiunt, HOMINVM causa mundum esse fabricatum: quamquam in hoc ipso non mediocriter peccant, quod non HOMINIS causa dicunt, sed HOMINVM. VNIVS enim SINGVLARIS adpellatio totum comprehendit humanum genus*. L. 7. 14. 13: *qua IN VSVM HOMINIS molitus est Deus*. et L. 1. Inst. 5. 28: *qua IN VSVM HOMINIS Deus fecit*. Heumannus pluralem retinuit: *hominum*. Bün.

t) ed. *recte ergo viderunt philosophi*. Pfaff. *recte ergo hoc viderunt*. Cell. Bün.

u) MS. *tanta opera*. Pfaffius.

x) *tanta opera molitus sit*] Ita ex Taur. omnino legendum. Recte Dauisius monuit, nullum scriptorem idoneum tali ratione, vt in vulg.

(*tantam operam moliri*) esse locutum. Confirmo ex Lib. 7. II. 5: *corpus- quacumque OPERA MOLITVR*, et ibidem c. 5. n. 11: *praclava mundi opera molitus est*. L. 2. Inst. 8. 68: *tanta opera molitus*. Sequitur suum Tullium L. 1. Nat. D. c. 19: *nulla opera molitur*. Miror omnes editiones priores, in his Cellarium, et hic Pfaffium et Wakhium *tantam operam* retinuisse. Heumannus recte *tanta opera* praeferebat, fallitur, credens in Taurin. MS. *tantam operam* reperiri. Bün.

y) *tantum illi honoris*] Bonon. et Isaac: *tantos honores*. Bün.

z) ed. *tantum illi potestatis tribuerit*. Pfaff.

a) *dederit*] Sic etiam vtraque Ven. 1478. 93. 97. et Paris. 1513. Bün.

b) *in* deest in ed. Pfaff.

c) *dominetur mundo*] Bonon. Taur. Pfaff. et Dauisius: *dominetur in mundo* praeferebat; et reliquae omnes et Heumannus: *dominetur mundo*, quod, quia latius patet, praetuli. L. 7. Inst. 4: *tantumque illi honoris tribuit, vt praeficeret uniuersis*. Bün.

d) *vs* deest in ed. Pfaff.

e) *homo agnosceret*] Deleui praemissis

ret Deum^f, tantorum beneficiorum auctorem, qui et ipsum & fecit mundum propter ipsum, eique cultum et honorem debitum redderet. Hic Plato aberrauit: hic perdidit, quam primum arripuerat, veritatem, quum de cultu eius Dei, quem conditorem rerum ac parentem fatebatur, obticuit; nec intellexit, hominem Deo pietatis^{b-i} vinculis esse religatum, vnde ipsa religio nominatur, et hoc esse^{k-i} solum, propter quod^m animæ immortales fiant. Sensit tamen æternas esse: sed non per gradus ad eam sententiam descendit. Amputatis enim mediis, incidit potius in^{n-o} veritatem, quasi per abruptum aliquod præcipitium: nec vltius progressus est, quoniam casu, non ratione verum inuenerat^p. Colendus est igitur Deus, vt per religionem, quæ eadem iustitia est, accipiat homo a Deo immortalitatem; nec est vllum aliud præmium piæ mentis: quæ, si est inuisibilis, non potest ab inuisibili Deo, nisi inuisibili^q mercede donari.

CA.

misum ET (et homo agnosceret) ex Taur. a Pfaff. et Dauif. additum; coherent enim; vt homo agnosceret. Bün.

f) ed. Dominum. Pfaff.

g) et ipsum deest in ed. Pfaff.

h) ed. potestatis. Pfaff.

i) pietatis vinculis esse religatum]

Ita suspicabar olim legendum, in quo me codex Taurin. confirmavit; quum antea in meis omnibus perperam esset: potestatis vinculo; mouebat maxime lib. 4. c. 28. n. 3: Hoc VINCULO PIETATIS obstricti Deo et religati sumus, vnde ipsa religio nomen accepit. et ibid. sect. 12: Diximus, nomen religionis a VINCULO PIETATIS esse deductum, quod hominem sibi Deus religauerit et pietate constrinxerit. Mirum, priores editores, etiam Heumannum potestatis propagasse. Similis confusio obseruata ad c. 10. (b) et L. 7. Inst. 26. n. 12. Bün.

k) ed. est. Pfaff.

l) et hoc esse] Sic quoque Bon. et Ifæus. Bün.

m) MS. quid. Pfaffius.

n) ed. incidit in totius rei veritatem. Pfaff.

o) incidit potius in veritatem] Casu Plato incidit in veram de immortalitate animarum sententiam: non per veras consequentias argumentorum. Cell. potius in veritatem. ita recte MS. Bon. If. Gall. Spark. et nunc ex Taur. Pfaffius et seqq. Priores Ven. vtraque 1478. 93. 97. Paris. incidit TOTIVS in veritatem. Parrh. incidit INTOTIVS veritatem. Ald. Crat. Gymn. Gryph. incidit totius rei veritatem. Tandem Torn. Betul. incidit IN totius rei veritatem. Tot variationes ex confusione P et T in MSS. similibus ortæ. Bün.

p) ed. casu ad eam, non ratione peruenerat. Pfaffius.

q) nisi inuisibilis deest in MS. Pfaffius.

a) Cap.

CAPVT LXX. a

Plurimis vero argumentis colligi potest, æternas esse animas. Plato ait^b, quod per seipsum^c semper^d mouetur, neque principium motus habet^e, etiam finem non habere^f; animum autem hominis per se semper moueri: qui^g, quia sit^h ad cogitandum mobilis, ad inueniendum solers, ad percipiendum facilisⁱ, ad discendum^k capax, et quia^l præterita teneat, præsentia comprehendat, futura prospiciat, multarumque rerum et artium scientiam complectatur, immortalem esse; siquidem nihil habeat in se terreni ponderis labe concretum^m. Præterea ex virtute ac voluptateⁿ intelligitur æternitas animæ. Voluptas omnibus est communis animalibus^p, virtus solius est hominis; illa vitiosa est, hæc honesta; illa secundum naturam, hæc aduersa naturæ, nisi anima immortalis est.

Vir.

a) Cap. LXX ex Lib. 7. c. 8. c. 14. Bün.

b) Plato ait, quod per seipsum] In Phædro p. 1221. Platonis verba latine reddidit Cicero Tuscul. L. I. c. 23. Dauius.

c) MS. habet ipsum pro se ipsum; sed non mutandus est textus, quem posuimus. Pfaff.

d) semper non exstat in editis. Pfaff.

e) quod per seipsum semper mouetur, neque principium motus habet, etiam finem non habere] Ita Isæus ex MS. Bonon. recte censuit legendum; quem secuti sunt Gall. et Spark. Bün.

f) ed. motus neque finem posse habere. Pfaff.

g) ed. non habet qui. Pfaff.

h) qui, quia sit] Sic Taur. MS. et Pfaffius; at Dauius mauult: quem quia, ob constructionem. Heumann. hinc, quia. Bün.

i) ad percipiendum facilis] L. 7. Inst. 22. 19. Bün.

k) MS. dicendum. Pfaff.

l) ed. ut qui. Pfaff. et quia Ven. 1493. 1497. et Pier. quoque, quod

hic præfero. respice de ut quis c. 66. not. (y) Bün.

m) terreni ponderis labe concretum] Ita quoque Ven. 93. 1497. Pier. Crat. Betul. Paris. Thomas. sed Cellarius cum Ven. vtraque 1478. Galæo, Isæo, Spark. inmo et Bonon. MS. de terreni ponderis labe. conf. de, Ira 10. 45. Bün.

n) an pro ac habent ed. Pfaff.

o) ex virtute ac voluptate] Sic Sparkius suspicatus est, ut clare habet Taurin. MS. et ex eo editi: scilicet a contrario argumenta immortalitatis de voluptate sumit. vid. L. 7. Inst. 9. 15. sqq. virtus - magno argumento est, immortales esse animas. ibidem c. 10. pr. Transeamus - ad ea, qua VIRTVTI REPVGNANT, ut etiam ex his immortalitas anima colligatur. Male ergo plures: an voluptate. Bün.

p) ed. omnis communis. Pfaff.

q) Voluptas omnibus est communis animalibus] Editi, in his Gall. Spark. Cell. voluptas omnis communis animalibus. Isæus rectius ex Bonon. omnibus communis. At rectissime

10 Virtus enim pro fide, pro iustitia nec egestatem timet, nec exsilium metuit, nec carcerem perhorrescit, nec dolorem reformidat, nec mortem recusat; quæ, quia naturæ contraria sunt, aut stultitia est virtus, si et commoda impedit et vitæ nocet: aut si stultitia non est, ergo anima immortalis est, et ideo præsentia bona contemnit, quia sunt alia potiora, quæ post dissolutionem corporis adsequatur. Illud autem maximum argumentum immortalitatis est, quod Deum solus homo agnoscit. In mutis nulla suspicio religionis est, quia terrena sunt in terramque prostrata. Homo ideo reclusus adspicit cælum, vt Deum quærat. Non potest igitur non esse immortalis, qui immortalem desiderat. Non potest esse

Taur. Pfaff. Dauis. Heum. *omnibus est communis.* Bün.

r) et nec in ed. nec in MS. existat. Pfaff.

s) *pro iustitia*] Restituo et, inquit Heumannus, e codice Taurinensi. At in Taurinensi ET quoque desideratur, addiderat ex ingenio Pfaffius; proscribit Dauisius, ob non infrequens asyndeton. Bün.

t) *quæ contraria*] *quæ scilicet egestatem non timere nec mortem recusare.* Bün.

u) *natura contraria sunt*] Vitiose in editis legitur *natura*. Ifæus, etiam Torn. Betul. ante Ifæum *natura*, et post eos Gall. et Sparkius ediderant, vnde Cellarius male *natura* cum vulgo seruauit: nunc ex Taurin. Pfaff. Dauis. *natura contraria*, et tamen in Heumanno *natura* in hæsit. n. 9. dixit: *aduersa natura.* Bün.

x) *post dissolutionem corporis*] Editi ante Pfaff. *post dissolutionem sui corporis.* Pfaffius incertum, nunc ex MS. *post dissolutionem corporis sui.* At Bonon. Ifæus, Gall. Spark. Cell. Dauis. Heum. *sui delent.* Bün.

y) ed. autem. Pfaffius.

z) *illud autem maximum argumentum immortalitatis est*] Taur. Pfaff. *illud etiam maximum argumentum immortalitatis, sine est.* At Bon. Ifæus, Gall. Spark. Cellar. Heum.

illud autem est, quæ lectio Dauisio non incommoda dicitur. Bün.

a) *quod Deum*] Ven. vtraque 1478. 93. 1497. Pier. Parrh. Ald. Crat. *quo Deum.* At Bon. Taurin. Fasit. Gryph. etc. *quod. recte.* Bün.

b) ed. *quia terrena prospiciunt, homo.* Pfaff.

c) *terrena sunt in terramque prostrata*] Ven. vtraque 1478-1515. Paris. Crat. Gymn. Gryph. Torn. et. et Cell. *quia terrena prospiciunt.* Bonon. et in notis Thomasius, intertu Ifæus, Gall. Spark. *quia terrena prostrata iacent.* MS. Taur. Pfaff. Dauis. Heum. adprobantibus: *quia terrena sunt in terramque prostrata, vt Lib. 7. c. 9. n. 11. dixit: ceteras animantes pronis corporibus abiectas in terramque prostratas.* Bün.

d) ed. an. Pfaff.

e) ed. ergo esse mortalis. Pfaff.

f) *Non potest igitur non esse immortalis*] Sic optime Taur. Pfaff. Dauis. Heum. vbi olim vtraque Ven. 1478-1515- vsque ad Betul. *Non potest ergo esse mortalis.* Thomasius, Ifæus, Gall. Spark. Cell. *Non potest igitur non esse immortalis.* Sed sequitur: *NON potest esse solubilis.* Bün.

g) *qui immortalem desiderat*] MS. Taur.

esse solubilis, qui cum Deo et vultu et mente communis^b est. Denique caelesti elemento, quod est ignis, homo solus vitur.¹² Si enim lux per ignem, vita per lucem: adparet eum, qui usum ignis^{i. k} habet, non esse mortalem; quoniam id^l illi proximum, id familiare^m est, sine quo non potest nec lux nec vita constare. Sed quid argumentis colligimus, aeternas¹³ esse animas, quum habeamus testimonia diuina? Id enim sacrae litterae ac voces prophetarum docent. Quod si cui parum videtur^{n. o}, legat carmina Sibyllarum, Apollinis quoque Millefii responsa consideret; ut intelligat, delirassee Democritum, et Epicurum, et Dicæarchum, qui soli omnium mortalium^p, quod est evidens, negauerunt. Confirmata immortalitate,¹⁴ superest docere^q, a quo, et quibus, et quomodo, et quando^r tribuatur? Quum certa et constituta diuinitus tempora compleri cœperint, interitum^s et consummationem rerum^t fieri necesse est, ut innouetur a Deo mundus. Id vero tempus

Taur. Ven. vtraque 1478. et Pfaff. qui immortalitatem desiderat. At Bon. Ven. 1493. 97. Pier. Parrhaf. Paris. Ald. Crat. Gymn. Gryph. Torn. Bet. Thom. Isæus, Cell. Davis. Heum. qui immortalem desiderat; optime. Nam præcessit: ut Deum querat, et, vnde hæc breuiata, Lib. 7. Inst. 9. 12: adparet, animam - manere in sempiternum, quia Deum, qui sempiternus est, et querit et diligit. Bün.

b) qui cum Deo et vultu et mente communis] Sic omnes libri. Heumannus corrigit: cui cum Deo et vultus et mens communis est; quam emendationem melius, quam ex Opif. 8. 3. confirmare potuisset ex L. 7. Inst. 5. 6: quod vultus cum suo parente communis sit. Bün.

i) Denique - adparet eum, qui usum ignis habet, non esse mortalem] Frigidum hoc argumentum est Pfaffio in dis. prælim. §. 36. Lactantius noster aliquoties illud serio vsit.

lib. 2. Instit. c. 9. n. 25. et c. 12. n. 14. et lib. 7. c. 9. n. 13. Dauisius quia usum ignis habeat corrigit, cui repugnant Anonymus Britannus et Heumannus, et Lib. 7. Inst. 9. 14: vnde adparet hominem, qui eo (igni) vitur, immortalem etc. Bün.

k) MS. qui habeat usum ignis, sed bene textus noster. Pfaff.

l) id deest in MS. Pfaff.

m) proximum - familiare] vt L. 7. 9. 10. fin. Bün.

n) ed. videatur. Pfaff.

o) parum videtur] Sic Bon. Taur. Pfaff. Dauisius; at reliqui: videatur. Bün.

p) mortalium deest in MS. Pfaff.

q) superest docere] alii dicere, cum Cellario, sed in MS. Bonon. quoque docere. Bün.

r) ed. a quo ei tribuatur. Pfaffius. vide pro MS. Taur. c. 68. n. 27. et c. 73. 74. Bün.

s) ed. et interitum. Pfaffius.

t) rerum non est in MS. Pfaffius.

Q999 4

u) ed.

pus* in proximo est, quantum de numero annorum, deque signis, quæ prædicta* sunt a prophetis y, colligi potest. 15 Sed quomodo sint* innumerabilia, quæ de fine sæculi, et conclusione^{a. b} temporum dicta sunt, ea ipsa, quæ dicuntur, nuda ponenda sunt, quoniam, vt testimoniis vtamur, immensum est. Si quis illa desiderat, aut nobis minus^c credit, adeat ad ipsum^d sacrarium^e cælestium litterarum, quarum fide instructus^{f. g} errasse philosophos sentiat, qui aut æternum esse hunc mundum, aut infinita esse annorum millia putauerunt, 16 ex quo fuerit instructus. Non dum enim sex millia completa sunt, quo numero consummato, tunc^b demum malum omne tolleturⁱ, vt regnet sola iustitia. Quod, quatenus euenturum sit, paucis explicabo.

(CAP. VIII.) CAPVT LXXI.^a

1 Hæc autem a prophetis, sed et^{b. c. d} vaticiniis, futura dicuntur. Quomodo ceperit mundo finis vltimus propinquare, ma-

u) ed. *tempore*. Pfaffius. optime MS. cum quo Bon. Isæus, Gall. Bün.

x) MS. *prædicata*. Pfaff.

y) *quæ prædicta sunt a prophetis*] Ita quoque ex MS. Bon. Isæus, Gall. et Spark. Perperam plurimi: a *philosophis*. vide sect. 15. seq. et cap. seq. pr. quæ ad librum de Opif. c. 1. n. 2. monuimus, huc non pertinent. Bün.

z) *sint* deest in MS. Pfaffius.

a) ed. *consummatione*. Pfaffius.

b) *et conclusione*] Ita cum MS. Taur. codex Bonon. Pfaff. Dauif. Heum. bene. lib. 7. c. 25. n. 3: iam propinquare summum illum conclusionis extrema diem. et c. 17. in vnte: imminente iam temporum conclusione. ibidem c. 14. 17: extrema conclusio. Non male tamen plures editi *consummatione*. L. 7. 14. 15. et c. 15. 4: in extrema temporum consummatione. Bün.

c) MS. *novissimus*. Pfaffius.

d) *ipsum* deest in ed. Pfaff.

e) *ad-sacrarium cælestium litterarum*] i. e. ad arcana cælestium litterarum vt lib. 7. c. 15. n. 1. eodem sensu lib. 7. c. 3. n. 14: *sacrarium veritatis nec attingere, nec videre potuerunt*. Bün.

f) ed. *instructior*. Pfaffius.

g) *instructus*] i. e. instructus, conditus. Bün.

b) *rum* ed. Pfaff.

i) MS. *tollatur*. Pfaff.

a) Cap. LXXI. ex lib. 7. c. 15. et c. 16. c. 17-19. Bün.

b) *a Prophetis et a vaticiniis* ed. Pfaff.

c) *Hæc autem a prophetis*] Caute, quæ sequuntur, sunt legenda. Vaticiniis enim fabulæ et somnia sunt admista. Cellar.

d) *Hæc autem a prophetis*] Ven. utraque 1478. 93. et 97: *Hæc autem PROBATE, SED A vaticiniis*, hinc Parrh. Paris. Iunt. Ald. vsque ad Cellarium: *Hæc a prophetis* (Isæus et Cell.

malitia inualeſcet, omnia vitiorum et fraudum genera crebreſcent, iuſtitia interibit, fides, pax, miſericordia, pudor, veritas non erit, vis et audacia præualebit, nemo quicquam habebit, niſi manu^e partum, manuque deſenſum^f. Si qui² erunt boni, prædæ ac ludibrio habebuntur. Nemo pietatem parentibus exhibebit, nemo infantis aut ſenis miſerebitur, auaritia et libido & vniuerſa corrumpet. Erunt cædes et ſanguinis effuſiones. Erunt bella non modo externa et finitima, verum etiam inreſtina. Ciuitates inter ſe belligerabunt, omnis ſexus et omnis ætas arma tractabit^{b. i.} Non imperii dignitas conſeruabitur, non militiæ^k diſciplina, ſed more latrocinii deprædatio^l et vaſtitas^m fiet. Regnum multiplicabitur, et decem viri occupabunt orbem, partientur, deuorabunt^{n. o. p.} et

Cell. autem addunt) ET A vasis. Lego: Hac autem a prophetis, sed et vasis. Repetuntur hæc ex lib. 7. c. 18. n. 1: hac ita futura esse, quom propheta omnes ex Dei spiritu, tum etiam vates ex instinctu demonum cecinerunt. nisi velis: sed et a vasis.

e) MS. manu. Pfaff.

f) nisi manu partum manuque deſenſum] Reſtituo leſionem MSS. vbi Pfaff. male partum ediderat. vid. not. meas ad Lact. 7. 15. 9: nisi aut quaſitum (i. e. partum) vel deſenſum manu. Manu, i. e. vi, inde paullo ante: vis et audacia præualebit. Plura talia, vbi manu parta, manu capta, pro vi ponuntur, collegit Dukerus ad Flor. t. c. 1. 10. p. 25. Etiam Daviſius manu partum tuetur, vbi cum reliquis Cell. et Heumann. male partum retinent. Büñ.

g) et deest in ed. Pfaff. recte ET additum. Büñ.

h) MS. tractabit. Pfaff.

i) tractabit] Reuocauit ex antiſiſtino MS. Taur. ſingularem tractabit; vbi, quod recte monet Daviſius, tractabunt editores ad vnum omnes conſuetudinis latinorum ſcri-

ptorum minus gnari inuexerant. Sic hoc capite: vis et audacia præualebit; auaritia et libido vniuerſa corrumpet -- deprædatio et vaſtitas fiet. Büñ.

k) non militia diſciplina] ex lib. 7. c. 17. n. 9. vitioſe in Cell. ed. malitia diſciplina. Büñ.

l) deprædatio] Sic omnes h. l. nec opus dubitatione aut immutatione. Ita Mathert. in Panegy. Iuliano diſt. c. 1: deprædatione barbarica. Saluianus lib. 5. de Gubern. p. 97. ed. Brem. quibus rem deprædatio tulit, vitam tollat exactio. Et iterum Lact. Epitom. c. 59: mutua deprædationes. Andr. Schottus in Seneca patre lib. 2. Controu. 9. ad p. 151. coniecit, legendum forte eſſe: non inſaniſſimum deprædationem malum, quia in MSS. pro diſpendiorum erat deprædiorum; ſed valde dubium, an Senecæ ætas hanc vocem ferat. Büñ.

m) ed. vaſtatio. Pfaff. vaſtitas: quoc MS. Bonon. et Iſæus. Beno. Büñ.

n) et non exſtat in MS. Pfaff.

o) MS. deuorabunt. Pfaff.

p) occupabunt orbem, partientur, deuorabunt. Büñ.

et⁹ existet alius^r longe potentior ac nequior, qui tribus ex eo número^{s. t} delebit, Asiam^{*} possidebit, et^x, ceteris in potestatem suam^y redactis et adscitis^{z. a}, vexabit^b omnem terram. Nouas leges statuet, veteres abrogabit, rempublicam suam faciet, nomen imperii^c sedemque mutabit. Tunc erit tempus infandum et execrabile, quo nemini libeat viuere^d.
 4 Denique in eum statum res cadet, vt viuos^{e. f} lamentatio, mortuos gratulatio sequatur. Ciuitates^g et oppida interibunt, mo-

mo-

deuorabunt] Sic MS. Taurin. codex, quem cum Dauisio exprimere maluimus, vt sit ἀσύνδετον nostro non infrequens; alii omnes: et partientur et vorabunt. Simile asyndeton statim sequitur; et L. 7. c. 16. 4. vbi tamen pro vulgg. n. 3: disperdent et committent et vocabunt. Bün.

g) et non exstat in MS. Pfaff.

r) alius non est in ed. Pfaff.

s) ex eo numero deest in MS. Pfaff.

t) ex eo numero] Non sunt in MS. Bonon. immo nec in Taurin. vt Pfaffii notæ emendatæ nunc docent, vnde Dauisius et Heumannus hic corrigendi. Adiunt vero in editis et L. 7. Instit. 16. 3. Bün.

u) Asiam possidebit] Sic ipse Pfaff. ad me corrigendum scripsit, et facile patet ex L. 7. Inst. 16. 3. Bün.

x) et non est in ed. Pfaff.

y) ed. potestate sua. Pfaff. MS. merito præfertur. Bün.

z) abscisis vorabit omnem, ita ed. Pfaff.

a) et adscitis] Ita quoque cum Taurin. MS. Bonon. Itæus vero prauæ: a scisis; corr. adscitis. incommo- dum est aliorum abscisis. Sic in Epit. c. 49: in consortium adscitus est. Tacit. Histor. lib. 3. c. 47: adscitis gentibus. et ita requirit lib. 7. c. 16. n. 3: tribus ex eo numero delebit, qui tunc Asiam oblinebunt, ad-

sumetur in societatem a ceteris. Sulpic. Seuer. i. Hist. 44. 3: regibus in societatem belli adscitis. Bün.

b) vexabit - terram] Rectius, quam prius editi omnes: vorabit. Nam L. 7. Inst. 16. 4: VEXABIT orbem. Bün.

c) nomen imperii] i. e. formam imperii Laet. 7. 16. 4: immutato nomine atque imperii sede translata. Formulam nomen imperii doctè vindicat et illustrat Curtius ad Sallust. Catil. 6. 6. p. 45: nomen imperii regium habebant, i. e. imperii forma erat regia, et ad c. 2. l. p. 9: in terris nomen imperii id primum fuit. Bün.

d) in MS. desunt verba quo nemini libeat viuere. Pfaff.

e) omnes deest in MS. Pfaff.

f) viuos] Heumannus: omnes viuos. omnes, inquit, addimus e MS. Taurin. At enim Pfaffius in notis dicit, omnes deesse in M^oSto, et quia eadem vox aliena a Bonon. Thomasio, Itæo, Gall. Sparkio, Cellario, sam cum Dauisio denuo eiiciendam putauit. Bün.

g) Ciuitates] Gryph. Thomas. Thys. Gall. Spark. Cell. perperam: ciuitas, in singulari, vbi rectius Bon. Taur. Ven. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Ald. Crat. Gymn. Torn. Betul. Itæus, Pfaff. et seqq. rectissime: ciuitates. L. 7. 16. 5: Eruentur - ciuitates atque interibunt. Bün.

h) modo

modo ferro, et igni^b, modo terræ motibus crebris, modo aquarum inundationeⁱ, modo pestilentia et fame. Terra nihil feret, aut frigoribus^{k.l} nimis, aut caloribus sterilis. Aqua omnis partim murabitur in cruorem, partim amaritudine^m vitiabitur; vt nihil sit nec ad cibos vtile, nec ad potumⁿ salubre. His malis accedent etiam^{o.p} prodigia de cælo, ne quid desit hominibus ad timorem. Cometa crebro adparebunt. Sol perpetuo pallore^{q.r} fuscabitur. Luna sanguine inficietur^{s.t}, nec amissæ lucis damna reparabit^u. Stellæ omnes decident, nec temporibus sua ratio constabit^x, hieme atque æstate confusis^y. Tunc et annus, et mensis, et dies breuiabitur. Et hanc esse mundi senectutem ac defectio-

nem

h) modo ferro et igni] Pfaffius et Dauisius modo ferro, modo igni. At quia noster alique ea non solent disiungere, et hic omnes priores editi, etiam Thomas. et Isæus exhibent: modo ferro ET igni, illam copulam ET pro modo reuocauit cum Heumanno. Sic L. 5. g. 3: ferro et igni. Maxime huc pertinet. L. 7. 16. 5: ciuitates - interibunt non modo ferro atque igni. ibidem c. 17. 11: ferro ignique. Büñ.

i) aquarum inundatione] In L. 7. 16. 5: eluuie aquarum. vid. not. ad L. 7. 3. 25. Büñ.

k) ed. rigoribus. Pfaff.

l) frigoribus] Prius editi rigoribus, vt L. 2. Inst. 8. 62. At in L. 7. Inst. 16. 6: nunc frigoribus. Potuit copiz causâ, vt sæpe, rigoribus hic posuisset. Büñ.

m) MS. amaritudinem. Pfaff.

n) MS. potu. Pfaff.

o) ed. accedent prodigia hominibus ad timorem. Pfaff.

p) His malis accedent] Ven. vtraque 1478-1515. Paris. Crat. Gymn. Gryph. Torn. 1548. Betul. et Cell. male: His malis ACCIDENT. At Bon. Taur. et iam Torn. 1587-1630. Isæus, Gall. Spark. et nunc Pfaffius etc.

accedent. recte. Præterea ex Taurinensi Pfaffius restituit maioribus litteris hic expressa verba: accedent ETIAM prodigia DE CAELO, NE QUID DESIT hominibus ad timorem. conf. L. 7. c. 6. 8. et n. 11: ac ne quid desit. Büñ.

q) ed. squalore. Pfaffius.

r) perpetuo pallore fuscabitur] Pro minus nota notioem vocem subdiderant priores editi omnes: perpetuo squalore fuscabitur. In L. 7. Inst. 16. 8. dixit: sol in perpetuum fuscabitur. Commodè Dauisius adfert ex Plinii L. 2. H. N. c. 80: Fiunt prodigijs et longiores solis defectus - totius anni pallore continuo. Büñ.

s) ed. lunam color sanguinis obumbrabit. Pfaff.

t) luna sanguine inficietur] Longe elegantius sic MS. Taurin. et ex eo editi libri, quam ante excusi: lunam color sanguinis obumbrabit. In L. 7. Inst. 16. 9: luna perpetuo sanguine obfusa. Büñ.

u) MS. reparauit. Pfaff.

x) nec temporibus - ratio constabit] L. 7. 16. 9: non erit homini promptum, rationem temporum agnoscere. Büñ.

y) MS. confusi. Pfaff.

z) ed.

nem Trismegistus elocutus est. Quæ quum euenerint ^{z. a}, adesse tempus sciendum est, quo ^b Deus ad commutandum sæculum reuertatur. Inter hæc autem mala exsurgit ^c rex impius, non modo generi hominum, sed etiam Deo inimicus. Hic reliquias illius prioris ^d tyranni ^e conteret, cruciabit, vexabit, interimet. Tunc erunt lacrymæ iuges, luctus ^{f. g} et gemitus perpetes ^b, et ad Deum ⁱ casæ preces: nulla requies a formidine, nec somnus ad requiem ^{k. l}. Dies cladem, nox metum ^{m. n} semper augebit. Sic orbis terrarum pæne ad solitudinem, certe ad raritatem ^o hominum redigetur. Tunc et ^p impius iustos homines, ac dicatos ^{q. r} Deo persequetur, et

z) ed. *venerit*. Pfaff.

a) *Qua quum euenerint*] Editi ante male: *venerit*; non enim ad mundi senectutem, sed *mala* verbum pertinet; vnde optime Dauisius obseruauit, hæc referre verba Hermetis, producta a Lactantio L. 7. c. 13. n. 4: *ἐπὶ τὴν δὴ τὸν α γένηται* etc. Bün.

b) MS. *quod*. Pfaff.

c) *exsurgit*] MS. Bon. *exsurgit*. placet quodque Heumanno. Vindiciuæ L. 5. 22. 17: *aduersarius exsurgit*. In reliquis: *serget*. Bün.

d) MS. *prioribus* Pfaffius.

e) *reliquias illius prioris tyranni*] vide dicta ad L. 7. Inst. 17. 2. Bün.

f) editi habent: *tunc etiam lacryma, luctus*. Pfaff.

g) *Tunc erunt lacryma iuges, luctus et gemitus*] Ven. utraque 1478. 93. 97. Pier. et Paris. 1513: *Tunc ETIAM lacryma, LVGES et gemitus*. Ex LVGES quum debuissent facere IVGES fecerunt LVCTVS, vnde Parrhas. Aldus - Betulcius, vsque ad Cellarium. Vereor, ne LVCTVS sit vox subornata; nam L. 7. Inst. c. 16. 12. tantum: *Plorabunt et gement*. Biin.

h) *perpetes*] Ven. utraque 1478. 93. 97: *prapotes*. Parrh. *prapotens*.

Paris. *prapetes*. Tandem Aldus et seqq. *perpetes*. recte. L. 7. Inst. 26. 4: *per. annos septem perpetes*. Bün.

i) ed. *ad eum*. Pfaffius. Bon. If. Gall. Spark. et *ad Deum*. Cellarius cum vulgo: *ad eum*. Bün.

k) ed. *ad formidinem aut somnus ad quietem*. Pfaffius.

l) *nulla requies a formidine, nec somnus ad requiem*] Sic elegantius Taurin. Pfaff. et Dauis. quam priores omnes: *nulla requies ad formidinem, nec (al. aut) somnus ad quietem*. L. 7. Inst. 16. 12: *Ne nox quidem requiem timori dabit, nec ad oculos somnus accedet*. Sic Aurelius Victor. Epitom. c. 16. 3: *AB armis nusquam QUIES erat*. Bün.

m) MS. *metum*. ed. *metus*; sed adparet legendum esse *metum*, si ista comparemus. Pfaffius.

n) *metum*] Sic non est in Taurinensi, vt Heumannus tradit, sed ita prauum TECVM correxit Pfaffius, adprobante fere Dauisio. Editi in plur. *metus*. conf. L. 7. 16. 12. Bün.

o) *certe ad raritatem* deest in ed. Pfaff.

p) *et* deest in ed. Pfaff.

q) *deditos* est in ed. Pfaff.

r) *dicatos Deo*] Ven. utraque 1478.

et se. coli iubebit vt deum. Se enim dicet esse Christum^t, cuius erit aduersarius. Vt credi ei possit^t, accipiet potestatem mirabilia faciendi, vt ignis descendat de caelo^u, vt sol resistat^u a cursu suo^u, vt imago, quam posuerit, loquatur. Quibus prodigijs illiciet^o multos, vt adorent eum, signumque eius in manu aut fronte suscipiant. Et qui non adorauerit, signumque susceperit, exquisitis cruciatibus morietur. Ita ferre duas partes exterminabit, tertia in desertas solitudines fugiet. Sed ille vecors, ira implacabili^{b. o} furens, adducet i^o

exer-

93. 97. Paris. 1513: DIVITES Deo. Parrhasius inde Iunt. Ald. vsque ad Cellarium: DEDITOS Deo. Heumannus in DIVITES vestigia, vt putat, verze scripturæ inueniens fingit: DEVOTOS. Potuisset sane ita scribere; sed optime Bonon. Taurin. et ex editis SOLVS Iſæus ante Pfaffium, tum hic ex Taurin. et Dauisius: DICATOS Deo. Miror, nec Iſæum a Thyſio, Gall. Sparkio, Cellario, nec Pfaffium et Dauisium ab Heumanno fuisse auditum. Audianus Lactantium et Cyprianum. Lact. L. 5. Inst. 1. 7: DICATAS DEO mentes, et Cyprianus L. 3. ep. 25. ed. Gryph. p. 201: DICATIS DEO hominibus. Contra Demetrian. p. 268: Dei seruos et maieſtati ac NOMINI eius DICATOS persecutionibus flagellatis. de Exhort. Mart. p. 462: nos DICATI DEO et DEVOTI viuimus. His alia ex eodem Dauisius addit. Bün.

s) ed. Deum pro Christum habet. Pfaffius.

r) ed. quum sit Antichristus: qui vt aduersari ei possit. Pfaff. Idem in curis secundis monuit legendum esse: vt credi EI POSSIT; quum prave in Paris. editione fuisset: vt credi ea possint. Bün.

u) ed. de. Pfaff. Lego cum editis: de, vt L. 7. 17. 5. Bün.

x) MS. resistat. Pfaff.

y) vt sol resistat. In MS. Taurin. et vtraque Ven. 1478. 93. 97. Paris. 1513: resistat, i. e. consistat, subsistat. Saepe ita Cicero, Terentius, Seneca, alii. conf. not. ad Lact. lib. 4. c. 19. n. 9. de Ira 4. 13. de Opif. c. 7. n. 1. c. 19. n. 4. quod ad rem pertinet lib. 7. c. 17. n. 5: iussit solem a suis cursibus stare. Ex Parrhasio DESISTAT omnes editiones, etiam Pfaffii inuasit, at Dauisius et Heumannus resistat. recte. Bün.

z) suo non exstat in ed. Pfaffius. recte svo additum. vid. 7. Inst. 17. 5: a suis cursibus. Bün.

a) alluciet ed. Pfaff. allucere in L. 7. 17. 5. Bün.

b) ed. proteruia. Pfaff.

c) vecors, ira implacabili furens. Vtraque Ven. 1478. et Paris. 1513: vetere via implacabili furens. Ven. 1493. 97. peius: vetere via implacabili. hinc Parrhas. et ex ea natæ edd. Ald. Crat. Gymn. Fas. Gryph. Torn. Betul. ille proteruia implacabili furens. Thomaf. Thyf. Gall. Spark. Cell. vecors proteruia implacabili furens. At Bonon. Taurin. et primum Iſæus, tum Pfaffius, Dauisius, Heumannus: vecors ira implacabili furens. Rectissime. Nam L. 7. 17. 10: inflammatus ira. conf. de Mort. Perf. c. 10. 4. Bün.

d) ed.

exercitum, et obsidebit montem, quo iusti confugerint. Qui quum se viderint circumfesos, implorabunt auxilium Dei voce magna, et exaudiet eos Deus ^{d. e.}, et mittet ^{f.} eis liberatorem.

CAPVT LXXII.^a

- 11 **T**unc cælum in tempesta nocte ^{b. c.} patefiet, et descendet Christus in virtute magna, et anteibit ^{d.} eum claritas ignea, et vis ^{e. f.} inæstimabilis angelorum, et extinguetur omnis illa multitudo impiorum, et torrentes sanguinis current, et ipse ductor effugiet, atque exercitu sæpe reparato, quartum prælium faciet, quo captus cum ceteris omnibus ^{z. b.} tyrannis, 12 tradetur ^{i.} exultioni. Sed et ipse dæmonum princeps, auctor et machinator malorum, catenis (^{igneis} ^{k. l.}) alligatus, custodiæ dabitur; vt pacem mundus accipiat, et ^{*} vexata rotæ

d) ed. et audiet eos Deus, et immitet. Pfaff. pro MS. est lib. 7. c. 17. n. 11. Bün.

e) exaudiet eos Deus] Sic ex Bon. et Isæo cum Dauisio et Heumanno lego. In Taur. desideratur: Deus. Bün.

f) mittet] Prius editi male: immitet. Nam L. 7. 17. 11: et exaudiet eos Deus, et mittet regem magnum de calo. Bün.

a) Cap. LXXII. ex lib. 7. c. 20. c. 24. c. 26. et c. extr. Bün.

b) ed. in tempesta nocte. Pfaff.

c) in tempesta nocte] Sic MS. Taur. sed pro editis lib. 7. Instit. c. 19. n. 2: Tunc aperietur calum medium in tempesta et tenebrosa nocte. conf. not. ad libr. 3. Inst. 18. 5. et de Mort. Perf. c. 30. n. 4. Bün.

d) ed. antecedit. Pfaff. etiam Bonon. anteibit. Bün.

e) ed. virtus. Pfaff.

f) vis inæstimabilis] Editores priores: virtus; at ex Taurinensi, Pfaffio, Dauisio, Heumanno vis placuit, i. e. multitudo. Lact. L. 1. Inst. 16. 7: quum hominum vis incredibili-

lis, numerus sit inæstimabilis. L. 7. 5. 15: infinita vis animarum. L. 7. 4. 11: tantam vim naticum et viperarum cum Cicerone dixit. Ira 10. 11: qua tanta vis atomorum, vt moles tam inæstimabiles ex tam minusis conglobarentur. Attamen L. 7. Inst. 19. 5: et virtus angelorum tradet etc. Sed amat noster copiam. Bün.

omnibus non exstat in ed. Pfaff. ^{b)} cum ceteris omnibus] Vulgg. cum ceteris tyrannis. Bonon. cum omnibus tyrannis. Vtramque lectionem coniunxit Taurin. et merito quidem. vide nos ad Minuc. Fel. c. 5. Pari modo vnuerfos omnes dixit Agellius N. A. L. 19. c. 12. et Cyprianus Epist. 22. p. 48. Dauisius.

i) traditur MS. Pfaff.

k) ignei: deest in MS. Pfaff.

l) catenis (igneis) alligatus] Includi: (igneis), quia neque in Taurinensi MS. nec in L. 7. Instit. 24. 5. hoc epitheton legitur; Dauisius plane eiecit. Bün.

*] ut pro et exstat in ed. Pfaff. et vt. Cell. ed. Bün.

saeculis ^m terra requiescat. Pace igitur parta ⁿ, compresso- 13
 que omni malo, ^r ille iustus et victor, iudicium magnum
 de viuis et mortuis faciet super terram, et viuentibus quidem
 iustis tradet in seruitium ^o gentes vniuersas, mortuos autem
 ad aeternam vitam suscitabit, et in terra cum iis ^p ipse regna-
 bit, et condet sanctam ciuitatem, et erit hoc ^q regnum iusto-
 rum mille annis. Per idem tempus et ^r stellae candidiores 14
 erunt, et claritas solis augebitur, et luna non patietur dimi-
 nutionem ^s. Tunc descendet a Deo pluuia benedictionis ma-
 rutina et vespertina: et omnem frugem terra sine labore ho-
 minum procreabit. Stillabunt mella de ^t rupibus, lactis 15
 et vini fontes exuberabunt. Bestiae deposita feritate mansue-
 scent, lupus inter pecudes errabit innoxius, vitulus cum leo-
 ne pascetur, columba cum accipitre congregabitur, serpens
 virus non habebit, nullum animal viuet ex sanguine. Omni-
 bus enim Deus copiosum atque innocentem victum ministra-
 bit

m) *vexata tot saeculis*] Edd. ante Thomasio, in his Tornesianae neglexerant voculam TOT, quae merito a Thomasio et seqq. est addita, nam L. 7. c. 19. 8: *requiescet orbis, qui per tot saecula peruisis seruitutem*. Bün.

n) MS. *parata*. Pfaff. et MS. Ietio elegans. Sic *pace comparata* lib. 1. c. 10. n. 10. Bün.

o) *seruitutem* ed. Pfaff.

p) ed. *his*. Pfaffius.

q) *hoc* deest in ed. Pfaffius.

r) *et* deest in MS. Pfaff.

s) *diminutionem*] In MS. est: *diminutionem*, Pfaffii secundis curis testibus. Sic inuenio in Glosf. Cyrill. f. 452: *ἐλάττωσις* *deminutus*, *deminucio*, et f. 458: *ἐκλεψις ἡ- λίσ ἢ σελήνης*, *doliquium*, *deminutus*, *defectus*, *defectio*; vbi *deminutus* vox quartae declinat. addenda Fabri Lexico. *Diminutiones* vero *luna* iterum elegantius dicuntur a

Lactantio lib. 2. c. 5. n. 19. quam ab aliis *decrementa*; quam vocem nollem suppositam a Cl. Pfaffio pro elegantiori *detrimenta*; quae clare legitur in MS. Hilariani Expof. de die Paschae et mensis p. 221. §. 3: *crementa detrimenta que dierum ac noctium colligebat*. et p. 223. §. 4: *ut dies ac nox crementa et detrimenta alterna vice susciperent*. ibid. §. 2. extr. p. 219. MSti *desinisse* eommode retineri potuisset. Sic Gell. lib. 4. c. 2: *Labeonem refert - hisce verbis desinisse*. Neque audiendus Locherus, qui in Fulgent. Myth. lib. 2. c. 19. pro *detrimenta* itidem subornabat *decrementa*; licet Augustinus minus scite: *lunaribus incrementis atque decrementis* de Ciuit. Dei lib. 5. c. 6. dixerit. Bün.

t) *stillabunt mella de*] Ouidius L. 1. Metam. 112:

Flauaque de viridi stillabunt ilico mella. Bün.

- 16 bit^{a. x.} Peractis vero mille annis, ac resoluto ꝑ dæmonum principe, rebellabunt gentes aduersus iustos, et veniet innumerabilis multitudo ad expugnandam sanctorum ciuitatem. Tunc fiet vltimum iudicium Dei aduersus gentes^{a. a.} Concutiet enim a fundamentis suis terram, et corruent ciuitates, et pluet super impios ignem cum sulphure et grandine, et ardebunt, et se inuicem trucidabunt. Iusti vero sub terra paullisper latebunt, donec perditio gentium fiat, et exibunt post diem tertium, et videbunt campos cadaueribus opertos.
- 17 Tunc fiet^{b. c.} terræ motus, et scindentur montes^{d.}, et subsident valles in altitudinem profundam^{e.}, et congerentur in eam^{f.} corpora mortuorum, et vocabitur nomen eius πολυάνδριον^{g. b.}. Post hæc renouabit Deus^{i.} mundum, et trans-

for-

u) ed. dabit. Pfaffius.

x) *Deus victum ministrabit*] Optime sic MS. Taur. et Bon. et Pfaff. Dauis. Heumannus: Prius editorum dabit ex glosa est. ministrare et subministrare aliquoties noster ita vtitur. conf. not. L. 1. Inst. 4. 6: quem (cibum) Deus subministrasset. conf. L. 5. 14. 17. not. Deus victum subministrat. Lips. alter et Reimman. ministrat. conf. de Opif. 19. 6. Bün.

y) *resoluto*] i. e. denuo soluto. L. 7. 26. 1: soluetur denuo, et custodia emisus exibit. Bün.

z) ed. delendamque sanctorum gentem. Concutiet. Pfaffius.

a) *ad expugnandam sanctorum ciuitatem. Tunc fiet vltimum iudicium Dei aduersus gentes*] Hæc verba in omnibus prioribus edd. ita erant mutilata: *ad expugnandam delendamque sanctorum gentem. Concutiet.* Bün.

b) ed. fiens. Pfaffius.

c) *fiet terra motus*] In Taur. Ven. prima 1478. Pfaff. et Dauis. fiet: Prætulit Heumannus editorum reliquorum pluralem: fiens, ex cap. 71. n. 4: terra motibus crebris. At L. 7. Inst. c. 26. n. 2: concutiet terram quam validissime, et a motu eius scindentur montes, vnde lectio

Taur. scindentur confirmatur. Bün.

d) ed. scindent se montes, et subsident in latitudine vallis profunda. Pfaff. scindentur Syria montes. Dauisius corrigit. Bün.

e) *subsident valles in altitudinem profundam*] Rectissime in altitudinem profundam. MS. Taur. Perperam editiones antea: subsident in latitudine vallis profunda. Scilicet dubitarant hic æque quam alibi editores, num altitudo profunda dici posset hoc modo. Vindicauit ad Lact. 6. 4. 4: precipitatus in altitudinem profundam cadat. Dauisius censet, ex hac Epitoma liquere in L. 7. Init. 26. 2. legendum quoque: subsident VALLES. Ego vero cum Heumanno puto, etiam hic in Epitoma corrigendum ita: SVBSIDENT COLLES. Ita etiam Iuuenius L. 1. Hist. Evang. 317: SVBSIDENT COLLES, vallis complebitur omnis. Bün.

f) ed. ea. Pfaffius.

g) MS. Polyandrium. Pfaffius.

h) πολυάνδριον] MS. Polyandrium, latina scriptura, quæ et alibi in hac voce obseruata ab Elmenh. ad Arnob. lib. 6. p. 194 p. 175. seq. Bün.

i) Deus deest. in ed. Pfaff.

k) ed.

formabit iustos in figuras ^k angelorum; vt immortalitatis veste ^l donati, seruiant Deo in sempiternum. Et hoc erit regnum Dei, quod finem non habebit ^m. Tunc et ^p impii resurgent, non ad vitam, sed ad pœnam. Eos quoque ^r secunda resurrectione facta, Deus excitabit, vt ad perpetua tormenta damnati, et æternis ^s ignibus traditi, merita pro sceleribus suis supplicia ^t persoluant.

EPILOGVS.

Quare, quum hæc omnia ^u vera et certa sint, prophetarum ^v omnium consonanti ^w adnuntiatione prædicta, quum eadem Trismegistus, eadem Hystaspes ^x, eadem Sibyllæ cecinerunt.

k) ed. figuram. Pfaff.

l) ed. immortalitatis. Pfaff.

m) immortalitatis veste] Taur.

MS. et Pfaff. immortalis veste. At melius prius editi, Dauisio et Heumanno comprobantibus: immortalitatis veste. Ille ex Cypriano de Bono Patientiæ p. 213. indumentum immortalitatis obseruat. Bün.

n) verba hæc et hoc, vsque ad habebis, non exstant in ed. Pfaff.

o) Et hoc - non habebis] Hæc verba omnia Pfaffius ex Taurin. restituit. Bün.

p) ed. enim pro et. Pfaff.

q) ed. eosque. Pfaff.

r) Eos quoque] Sic Bonon. Taur.

Thomas. Ifæus, Gall. Spark. et Cellarius; Dauisius defendit vulgatam: quemadmodum, inquit, dant impressi veteres, ad eandem enim rem spectant hæc et priora. At in impressis veteribus omnia hic alia; ita enim Ven. vtraque 1478 - 1515. Paris. Crat. Gymn. Gryph. Torn. Betuleius exhibent: EISQUE SECUNDA RESURRECTIO FACTA DEVM excitabit. Quæ merito ex Bon. et Taur. emendantur. Heumannus repetito vltima syl-

laba ex voce pœnam legit: Nam eos quoque. Bün.

s) ed. damnet æternisque. Pfaff.

t) supplicia non exstat in ed. Pfaffius.

u) supplicia] Optime hæc vox ex Taurin. addita. Idem Taur. et Bonon. et Ifæus, Pfaffius, etc. melius: persoluant; reliqui, etiam Gall. Spark. et Cellarius: soluant. vide not. ad L. 7. Inst. 14. 3: supplicia pendens. Bün.

x) ed. Hæc omnia vera, omnium consona administratione prædicta. Pfaffius.

y) consonanti adnuntiatione] Forte, vt solet, hic propter copiam sermonis dixit auctor consonanti, vt est in Taurin. Pfaffio et Dauisio; alias Bonon. Ven. vtriusque 1478 - 1515. etc. consona Laëtantio non indignum. Sic L. 1. Init. c. 4. 1: pari et CONSONA voce prædixerunt. In editis Ifæus quoque, Gall. Spark. Cell. adnuntiatione; priores vero omnes in textu præc. administratione. Bün.

z) MS. Hystaspes. Pfaff. recte MS. Hystaspes, vt docui ad lib. 7. 15. 19. et L. 7. c. 18. 2. Bün.

nerint^{a, b}, dubitari non potest, quin spes omnis^{c, d} vitæ ac salutis in sola Dei religione sit^e posita. Itaque nisi homo Christum^f susceperit, quem Deus ad liberationem misit atque misurus est^g, nisi summum Deum Christum^h cognoverit, nisi mandata eius legemqueⁱ seruauerit, in eas incidet⁸¹ pœnas, de quibus locuti sumus. Proinde fragilia, contemnenda sunt, vt solida consequamur; spernenda terrena, vt cœlestibus honoremur^{k, l}; temporalia fugienda, vt ad æterna⁸² veniamus^m. Erudiat se quisque ad iustitiam, reformet^{n, o} ad

a) ed. concinerint. Pfaff.

b) cocinerint] Sic Bonon. Taur. Iſæus, Pfaffius, Dauisius, Heumannus, vbi priores editi omnes, etiam Cellarius: concinerunt aut concinerint. male. vide, quæ de eleganti vsu verborum canere, præcinere, dixi ad L. 4. Inst. 4. n. 3. (l) p. 25. Bün.

c) ed. cura spes omnes vita. Pfaff.

d) quin spes omnis vita ac salutis sit posita] Ita iam ex Bon. Iſæus recte ediderat, etiam Gall. et Sparkius; et tamen Cellarius editionum ante Thomastium excusarum scripturam retinuerat h. m. posest. Cura, spes omnes vita ac salutis in sola religione Dei sint (al. sunt) posita. Bün.

e) ed. sunt. Pfaff.

f) Christum non est in ed. Pfaff.

g) ed. ista non habent, sed: nisi summum Deum per eum, qui misus est, cognouerit. Pfaff. atque misurus est ex Taur. Pfaff. addidit. Bün.

h) summum Deum Christum] Christum vix summum Deum vocaret noster; is enim a recta fide tantum aberat, vt quum reliquos Patres Ante-Nicænos tuendos susceperit Cl. Georg. Bullus, Lactantio se patronum noluerit præstare. Vide Defens. Fid. Nic. sect. 2. et 3. Quid igitur? nisi locum data opera corripuerit Librarius Orthodoxus, excidit præpositio, legendumque: nisi

summum Deum PER CHRISTVM cognouerit; vel, vt Bonon. et alii Codices: nisi summum Deum per eum cognouerit. Aut hoc, aut illo modo relcribas necesse est. Dauisius. Pro cognouerit Heumannus legit agnouerit, vt n. 5. Deum agnoscat. Bün.

i) ed. legesque. Pfaff.

k) Ita MS. sed ed. oneremur. Pfaff.

l) vt cœlestibus honoremur] Ita quoque Ven. vtraque 1478. 93. 97. et Paris. Voci spernenda opponitur; quamquam alibi onerare elegans de honore, vt Iustin. lib. 5. c. 4. n. 13: diminis eum honoribus onerant, et Salust. Bell. Iugurth. c. 12. n. 2: promissis onerat, quod Vrsinus ex duobus Taciti locis illustrat. Plura Pitisc. ad Curt. lib. 5. c. 4. n. 12. Premiis cœlestibus honorari. Cyprianus aliquoties dixit, vt Dauisius docet. Bün.

m) ed. veniamus, Pfaff. Prætulit cum Dauisio et Pfaffio ex Bonon. et reliquis veniamus, vbi Taur. et Pfaffius: fugiamus. Bün.

n) ed. firmet. Pfaffius.

o) reformet ad continentiam] Bon. formet ad continentiam. Hinc Dauisius: SE formet ad continentiam, vt L. 6. 23. 21: Vnusquisque - formet se ad verecundiam. Lib. 4. 24. 1: qui vitam - ad iustitiam formet. c. 26. 25: qui - formaret homines ad innocentiam. adde ex Lib. de Ira 2. 2: formati

ad continentiam, præparet ad agonem *P. 9*, instruat ad virtutem; vt si forte aduersarius indixerit bellum, nulla vi, nullo terrore, nullis cruciatibus a recto et bono depellatur, non se substernat insensibilibus figmentis, sed verum et solidum Deum rectus agnoscat, abiiciat voluptates, quarum illecebris anima sublimis deprimitur ad terram, teneat innocentiam, prosit quamplurimis, incorruptibiles sibi thesauros bonis operibus acquirat, vt possit, Deo iudice, pro virtutis suæ meritis, vel coronam fidei, vel præmium immortalitatis adipisci.

L. COE-

masi ad veri Dei cultum. L. 6. 1. 9. 6: ad probitatem iustitiamque formetur. At et altera lectio Taur. MS. bona; sic Cyprian. de Zelo et Liuore ed. Gryph. p. 351: ad viam vita aeterna vestigiis salutaribus reformare. Bün. p) præparet ad agonem. deest in MS. Pfaff.

q) *præparet ad agonem]* Desunt in MS. Taurin. at habent alii MSS. et edd. Saepe hac voce de martyribus et confessoribus vitur Cyprian. epist. 10. ed. Oxon. f. 21: *Mappalicus (martyr) inter cruciatu suos Proconfuli diceret: Videbis cras agonem. Agon celestis exhibitus et Dei seruus in agonis promissis certamine coronatus est. vid. vltima verba: de corona fidei. Bün.*

r) *ed. dirvellatur. Pfaff.*

s) *ed. cognoscat. Pfaff.*

t) *acquirat]* Sic scripti editique. Dauisius tentat: ANQVIRAT, i. e. diligenter et summo studio querat, vt euitetur τρωτότης: *Acquirat, vt possit adipisci. Certe alibi in nostro hæc verba confusa ostendi ad Lact. L. 3. Inst. 13. 11. (8) p. 395. Bün.*

u) *vel coronam fidei, vel præmium immortalitatis]* Ita omnes codices scripti et editi. Heumannus: *Lego, inquit, coronam fidei et præmium.*

At particulæ disiunctiue VEL - VEL hic omnino retinendæ. *Corona fidei* respicit martyres et confesores (hinc ante: *præparet ad agonem*); *præmium vero immortalitatis* reliquos pios et fideles. Patet ex lib. de Mort. Perf. c. 1: qui gloriosa CONFESIONE sempiternam sibi CORONAM pro FIDEI suæ meritis quasierunt. Neque aliter sumendus locus L. 4. 25. 10: *qua virtus perfecta et omnibus numeris absoluta CORONAM VINCENTIBVS (puta: martyribus et confessoribus) et MERCEDEM NOBIS (reliquis piis) immortalitatis imperit. Hinc de Donato de M. P. 16. 5-11: nouies aduersarius gloriosa CONFESIONE VICISTI - quum tibi parata esset VICTRIX CORONA - integra tibi pro virtutibus tuis et MERITIS in regno Dei reseruat. Mecum facit Dauisius, explicationem confirmans ex Cypr. ep. 58. ed. Oxon. (ed. Erasim. L. 4. ep. 6.) quando persecutiones fiunt, tunc dantur CORONAE FIDEI, et ep. 60. de Nouatianis p. 143: quum constet, si occisi eiusmodi extra ecclesiam fuerint, FIDEI CORONAM non esse, sed penam potius esse perfidia. De formula præmium immortalitatis vid. not. ad Epit. c. 67. Bün.*

Rrrr a

a) LV-

LVCII CAECILII ^{a. b} FIRMIANI LACTANTII

LIBER

AD DONATVM ^{c. d} CONFESSOREM

DE

MORTIBVS ^{e. f. g} PERSECVTORVM.

Audi-

a) LVCII CAECILII] Hic liber ignotus ante, quam Stephanus Baluzius V. C. ex vetustissimo codice bibliothecae Colbertinae produxit: neque in alio adhuc repertus est. Praescribitur: *Lucii Caecilii, Incipit liber ad Donatum confessorem de mortibus persecutorum*: nec vero dubitat, qui primus edidit, Lactantii Firmiani esse, quia etiam in alio regiae, et vno Colbertinae bibliothecae antiquo codice Lactantiani libri praeserant, non, ut vulgo, *L. Caecilii*; sed *Lucii Caecilii*: et filius ceteris eiusdem auctoris conueniat: etiam Donato confessori dedicatus sit, ad quem de Ira Dei liber inscriptus est. Accedit, quod Hieronymus de Script. eccles. testatur, Lactantium scripsisse *de persecutione librum unum*. Quod vero *Lactantii* nomen in laudato codice non adpareat, putat inscitia describentis factum esse, qui breuitate vsurus, ut in pluribus MSS. Lactantii factum, quae nec Caecilii nec Caecilii nomen habent; quod proximum erat, exscripserit, neglecto quod praecipuum erat et auctoris proprium. *Cell.*

b) LVCII CAECILII] Doctissimus N. Nurrius, qui ex MSto hunc librum denuo edidit, Lactantio plane abiudicat, quem Cl. Pfaffius quoque in sua ad Epitomen Lact. dissertatione sequitur: sed aliis, in his V. V. C. C. I. A. Fabricio et Heumanno in *Act. Erud. Lips. An. 1711.*

p. 470. sqq. Baluzii rationes videntur multo probabiliores; a quibus nec ego dissentio; vitia vero et hiatus in hoc libro frequentes non auctori Lactantio, sed imperito librario recte imputantur: Nurrii rationes partim c. l. sunt excusae, partim modeste a nobis suis locis examinabuntur. Hic, quod ad nostri scriptoris nomen attinet, Nurrius p. 127-133. statim ex omisso in MSto Lactantii Firmiani nomine colligit, hunc librum non esse Lactantii, idque eo magis, quia librarii soliti sint, in titulis et auctorum nominibus maiorem, quam in ceteris, diligentiam adhibere. At vero non potuit Nurrius, tamquam in antiquis MSS. versatissimus, nescire, non raro librariorum lapsus in ipso auctoris nomine et titulo deprehendi. Nonne hinc Lactantius noster in MSS. modo Lactantius Firmianus; modo Firmianus, qui et Lactantius; modo Lucius Caecilius Firmianus; modo constanter, teste Baluzio, in MS. codice 1975. bibl. Colbert. *Lucius Caecilius Firmianus Lactantius*, et in cod. 3736. Bibl. Reg. *Caecilius Firmianus* vocatur? Ut vero in Lactantii libris *Caecilius* et *Caecilii* variant, ita luculentum etiam exemplum inueni in Cicer. Orat. pro Milone c. 14. pro *Luc. Caecilii* alii legunt: *Luc. Caecilii*, notante Graeuius in variis lectionibus, et *L. Caecilii* scripturam Nic. Abram. e societate Iesu

Specimen e
LXXII. CECIII.

TM. COTILESS

MADIVIT dñs orationes
Mei uo cons

tesione sepu P
his omib; aduersarius restituit
ecclā. rursū ex fugu vnaio
sū: micā dñi fabricar loceta.
na & cruenta imperia res c.
si discussio trisansari tēporis n
Lacifica: iuno noftatæ tēp
& obicca lux refulsit. nunc
ros celesti auxilio subleuauit
pioꝝ conspiratione deterfit
plum sc̄m euerterant ruina
ficauerant. celestib; plagis
psuder. Seruic quide. f&gr
nas eoꝝ dñs ut eders in eos
posteri discerent & dñm esse
sup lita impus ac psecute
tificari placuit. ut om̄s
turi sunt scirent q̄ten' u
dis delendisq; nominis sui
ē: si a printipio ex quī o
tqb; p̄ om̄s in eos celestis iu
Extremis tēporib; tiberu d
a iudeis cruciatus ē. Post diē
resurrexiss& die t̄cio cōgreg

h
b
n
p
u
s
t
a
F
r
e
t
h
l
i
l
i
r
i
a
a
c
S
e
f
e
m
i
n
t
a
l
q
u
M
l
i
p
r
c
r
i

N
b
r
e
q
u
f
e
r
V.
m

A Vdiuit Dominus orationes tuas, Donate carissime, quas, et in conspectu eius, per omnes horas tota die fun-

Iesu ad h. l. tuetur; et Gronovius ad Gell. Noct. Att. lib. 4. c. 2. in MSS. *Celius Sabinus* pro *Cacilius* inuenit, et vbi Harduin. lib. 2. Plin. c. 33. pr. habet: *C. Cacilio*, editio Francof. 1608. legit: *C. Celio*, licet perperam. Adde alia a Cl. Walchio in diatr. ad Lact. obseruata. Cl. Pfaffius, cuius librum Nurrius procurauit, in disert. praelimin. §. 13. p. 17. parum dubitat dicere, Lucium Caelium Lactantio a recentioribus solum libraribus nimis saepius, vt par est, sapientibus additum. Sed Baluzius ad libr. de Mortibus Persec. p. 7. ed. Bauldr. fatetur, quod L. Caelius Firmianus semper scribatur in codice regio 3735. eoque vetustissimo et optimo. Deinde eadem ratione, qua disputatur, libraribus saepe aliquid addere, dici potest, libraribus saepius aliquid omittere; immo saepius nomina omisisse aut immutasse, quam noua sine ratione addidisse verosimile est, et multis exemplis, vel ex solis I. A. Fabricii Bibliothecis Graeca et Latina, demonstrari potest. Sed Nurrius p. 321. inquit: quaerendus alius libri alicuius titulus, in quo proprium ac peculiare nomen auctoris omittatur. At illud a nomine haecenus factum nouimus. Immo vero Cantelius, qui Iustinum edidit in usum Delphini, testatur ad nomen Iustini in libro Antonii Arnoldi eum dici Iustinum FRONTINVM, quamquam ipse, vt in codice antiquo Medicez Bibl. Longobardicis litteris scripto vocatur, M. IVNIANVS Iustinus praeferat; licet et IVNIANI nomen aliis ignotum fuit. Quis nescit elegantissimas *Cornelii Neposis* vitas Imperatorum per aliquot saecula

venditatas sub *Aemilii Probi* nomine? Instat Nurrius p. 132. neminem vnumquam indicare posse, a quo Lactantius Lycii Caelii siue Lucii Cecilii DVMTAXAT nominibus adpellatur, aut citetur; multo minus in alicuius libri ab eo scripti titulo inueniri: sed non potuerunt ita adpellare aut citare, qui verum nomen norant; nec vnus negligentissimae librarii error transiit statim ad alios; et quis nobis persuadet, alios olim huius libri codices eodem modo, quo Colbertinum fuisse inscriptum? Praeterea neque Nurrius, neque alij demonstrant vnumquam, nec demonstrare possunt, fuisse aliquem Lucium Cecilium, qui librum de Mortibus Persecutor. scripserit. Denique, quis potest definire librum istum, ex quo librarius MS. Colbertini suum descripsit, non fuisse simili modo, quo ille Colbertinus, glutine aliquo aut aliis fordibus in titulo oblitum quo factum, vt scriba verum nomen penitus omiserit. Nec sane ita grauis hic lapsus librarii imperiti in omisso Lactantii nomine censi potest, quum ipse Nurrius, vir tanti ingenij, tantae doctrinae errore, saepius repetito, in sua ad Cecilium disertatione non modo sibi persuaserit, Eutropium graece scripsisse, vt patet ex p. 219. 215. 222. 226. 227. 260. 285. 294. 300. 302. sed nec dubitauerit vera, i. e. latina Eutropii verba, pro Sylburgii interpretis, vt vocat eum, versione habere, et Eutropii l. II. c. 2. *vir probe moratus* corrigere, secundum graecum textum, qui tamen est Praenii Metaphrastz: *vir ipsi virtute similis*. p. 304. 305. 337. et p. 340. *Bib.*

Rrrr 3

c) AD

fundis ; ceterorumque fratrum nostrorum , qui glo-
rio-

e) AD DONATVM CONFESSO-
REM] Vide libri huius cap. 16. et 35.
Cell.

d) AD DONATVM] Etiam liber
de Ira ad DONATVM. Num hic
idem, an alius, non liquet, vt vero
hic, DONATE *carissime*; sic de Ira
22. 1. pari modo vocatur. *Bün.*

e) DE MORTIBVS PERSECVTORVM] Gentinum titulum esse credo
Nurrio in disert. c. 2. art. 2. p. 130.
sq. nec tamen propterea, quod ille
contra Baluzium voluit euincere,
alius fuit liber Lactantii, quem Hieronymus
citauit sub titulo: *de persecutione.* Nam vt
non raro in ipsis Manuscriptis aliis libri diuer-
fis, aut paullo immutatis, aut etiam
duplicatis titulis inscribuntur, quod
iterum celeb. Fabricius in Biblio-
theca graeca et latina multis locis de-
monstrauit: sic idem in libris La-
ctantii et a Lactantio citatis probare
possum. Lactantii vnus liber a mul-
tis inscribitur tantum: *de Opificio
Dei*; sed alii codices, in his Gothar-
nis cum Hieronymo, inscribunt
gemino titulo: *de Opificio Dei vel
Formatione hominis.* Contra pro-
genuino titulo libri quarti Institut.
de Vera Sapientia MS. Lipsiensis
tert. exhibet: *De Vera Philosophia.*
Deinde apud omnes fere inuaher-
at Ciceronis vocare Quaestiones
Tusculanas, quas Lactantius recte
l. 3. c. 13. sect. 14. dixerat: *Disputa-
tiones Tuscul.* vt Dauiesius docuit
in noua disputationum editione.
Quam inepte Epitome Lactantii in
vnico codice Taurinensi inscripta
sit, Cl. Pfaff. in disert. praelim.
§. 6. ostendit, de quibus ad eum li-
brum dixi: immo ipse Hieronymus
non in nostro tantum libro no-
men citat paullo aliter, sed et alibi;

tuius iterum exempla in Eusebii ti-
tulo ab Hieronymo aliisque diuer-
se dicto exhibuit Fabric. Bibl. Gr.
l. 5. c. 4. p. 33. not. k. et alibi. Quid?
quod Hieronymus non obscure ex
hoc ipso nostro libro nomulla ver-
ba adducere videtur; vt ostendo
ad cap. 50. sect. 7. ex loco Nurrio
non ignoto. Sed instat Nurrius
p. 146. Lactantium solere suis in li-
bris alios citare, quos iam edide-
rat, aut deinceps elucubrare medi-
tabatur; nullibi vero Lactantium
hunc librum de Mort. Perf. etiam
optimis datis occasionibus citasse.
Sed hoc argumentum infirmum esse,
inde probari potest, quod nec
citauerit Lactantius librum, quem
Nurrius diuersim putat ab Hiero-
nymo inscriptum: *de Persecutione,*
cum non minus saepe eius citanda
ocasio fuerit, cum tamen Lactan-
tio Nurrius abiudicare non potuit
nec voluit. Scripsit praeterea Lactan-
tius *ad Asclepiadem libros duos*, at
vbi Lactantius illos citauit? sed for-
tasse non habuit occasionem citan-
di? immo habuit, nam l. 7. c. 4. n.
17. ita de eo scripsit: *Optime Ascle-
piades noster de Prouidentia summi
Dei disserens, in eo libro, quam
scripsit ad me*; deinde quoque ad
Demetrianum, suum auditorem, *epi-
stolarum duos libros* scripsit, sed nul-
libi eos citat, ne in libro quidem
de Opificio Dei, quem ad eundem
Demetrianum scripsit; vt non di-
cam de Lactantii *Symposio, Hodep-
nico, Grammatico, Epitome, Episto-
lis ad Probum, ad Seuerum*, quos
numquam in veris libris Lactantii
citatos inuenies; et tamen eos recte
Lactantio tribui nemo sanus negat.
Ego vero admitar et hic, quantum
instituti ratio permittet, Lactan-
tiana

riosa confessione ^b sempiternam sibi coronam, pro fidei suæ meritis, quæserunt¹. Ecce, addetur his omnibus aduersarius ^{k.1}; et, restituta per orbem tranquillitate, profligata

tium Lactantio vindicare. In genere librum hunc et titulum egregie illustrant lib. 4. Institut. c. 27. sect. 5-9: *adegerunt principes in furorem, ut expugnarent Dei templum, seque vero sacrilegio contaminarent, quod grauissimis persequentium pœnis expiaretur.* (Conf. cum h. l. de Mort. Perf. c. 10. tot.) L. 5. Inst. c. 23. tot. *Quicquid aduersum nos mali Principes moliantur, fieri ipse permittit. Es tamen iniustissimi persecutores, quibus Dei nomen contumeliis ac ludibrio fuit, non se putent impune laturos.* reliqua. conf. cum de Mort. Perf. c. 1. addas L. 5. c. 11. n. 15. et de Mort. Perf. c. 16. n. 4. et L. 5. c. 2. n. 12. et L. 6. c. 17. n. 6. et Epit. MS. Taur. c. 53: *Eorum omnium, qui hoc facinus ausi sunt, miserabiles exitus partim cognouimus, partim videmus. Nec ullus habuit impune, quod Deum lasit, et qui sit verus Deus, qui verbo discere noluit, supplicio suo didicit.* Bün.

f) DE MORTIBVS] Pluralis non est contra vsum Latii. Cicero de Fin. 2. c. 30: *praclare mortes imperatoria.* Seneca de Tranquill. c. 8: *mortes, agrotationes.* Tacitus an. 6. c. 29: *promptas mortes.* Cell.

g) de Mortibus] more Lact. L. 1. c. 19. n. 6: *et vulnera et mortes.* L. 7. c. 19. n. 11: *mortes dua.* vbi de plurali plura dixi, cuius facile vel centum exempla conferre possem. conf. Senecam de Clem. L. 1. c. 4. c. 18. et c. 25. Cic. L. 1. Nat. D. c. 42. Burm. ad T. 2. Ouid. p. 790. Bün.

h) gloriosa confessione] vt c. 16. n. 5. not. Bün.

i) in conspectu etc.] *Qua sequuntur,*

hac insecto quodam glutine deleta sunt. Nurr. vestigia videntur aliter velle ac Baluzius dedit et reliqui. Nam voci eius arctissime iunguntur litteræ:

*ejus conf. - - - m' - - - sim m - - -
quis gloria fessione septu - - - pfidei - - -
arris quæser;*

Sed hæc nemo sine meliori codice potest eruere. Alias hæc, vt a Baluzio edita, conueniunt cum Lact. Epit. exeunte: *pro virtutis meritis coronam fidei adipisci.* querere hic idem, quod adipiscere, adipisci. conf. L. 7. 14. 2: *non immortalitatem sibi, sed mortem quæserunt.* Præterea constanter Lactantius *quæserunt*, etiam in simplici verbi notione. vid. L. 3. 28. 2. c. 30. [4. L. 5. 5. 1. Bün.

k) *addetur his omnibus aduersarius]* addetur paganus vltor et coercitor, *Columb.* vel, diabolus ceteris tyrannis, *Cuper.* Sed nec paganorum antea, neque, nisi in titulo, persecutorum mentio: et *his omnibus* haud facile alio, quam ad *proces* Donati et fratrum, referri potest. Quamobrem alii *abdetur*, in abyssum scilicet, diabolus: alii *arctetur*. Illud vestigiis propius: hoc planius ad sensum. Toinard. *adteritur*, quod longius abest; nec *additur* in MS. sed *addetur*. Cell.

l) *Ecce, addetur his omnibus aduersarius]* Varie hunc locum tentarunt viri docti, quorum emendationes in Bauldrii editione videas. In MSto ita scriptum est: *Ecce addqz tsf omib; aduerfarus*, vnde Cl. Heumannus fingit: *Ecce deletis omnibus aduersariis.* vide A&T. Erud.

Rrrr 4

Lipf

ta^m nuperecclesia rursus exurgit, et maiore gloria templum Dei, quod ab impiis fuerat euersum, misericordia Domini
fa-

Lipf. 1711 p. 470. et, qua pluribus persequitur, in Parergis Criticis p. 29. et 30. censet, Baluzium et Nurrium male accepisse adiectum signum diuise syllabæ pro compendio finalis syllabæ *tur*: atque ita ex vna reliquas quoque corruptiones ortas, confirmat suam emendationem ex fine capitis, vbi rursus meminit auctor: *delatos a Deo esse nominis sui hostes*. Ingeniosam emendationem ob perspicuitatem libens ceteris præferrem, sed, vt dicam quod res est, vir doctissimus Baluzium et Nurrium hic frustra accusat, recte enim formam ζ exposuerunt per *tur*: quod enim Heumannus putat esse signum diuise syllabæ in fine versus, in eo labitur, nullibi enim signa diuise syllabæ in hoc Colbertino codice (vti nec in multis aliis) deprehenduntur in fine versuum, quod vel ex solo specimine MSti Colbertini cognosci potest, vbi legitur in fine secundi versus: *ad Dona tum* incipit tertius versus; et in fine versus 8. *fuerat euer sum* incipit nomus versus, et sæpius. litteræ *h s* vero syllaba *tis*, vt fere est in nostris excusis, scribitur, neque ita *t* supereminet, vt *h*. Ipse quoque Heumannus non amplius pro signo diuise syllabæ habet, licet *deletis omnibus aduersariis* tueatur. Quid si legas: *Ecco deletur* (aut *aboletur*) *his omnibus* (sc. orationibus) *aduersariis* (in MS. est *aduersariis*), id est, *diabolus*. hunc enim Lactantius solet aduersarium absolute dicere in hoc libro, vti Cuperus et Bauldri confirmant ex c. 16. n. 5. et ita quoque Lactant. L. 6. c. 4. n. 17. c. 23. 4. L. 7. c. 27. n. 16. de Opif. c. 1. n. 7: *ille colluctator et aduersarius noster*. conf. Epi-

tom. extr. et de Mort. Perf. c. 52. n. 5. Cl. Miegius in litteris ad virum summum Gerh. de Mastricht sic de h. l. scripsit: *Lego: additur nobis omnibus aduersarius*, id est, Magistratus Rom. qui nobis antea alienus fuit, iam nostrarum sit partium, quod quidem in sequentibus innuere videtur, quando dicit: *Excitant enim Deus principes, qui tyrannorum nefaria et cruenta imperia resciderunt*, *Addi* autem hoc sensu sumi, patet ex notissimo illo: *Tencreis addita Iuno*. Hæc Miegius. De loco Virg. lii 6. Aen. v. 90. non sum sponsor. vox *addita* enim hic inimicum et infestum aliquid notat, secundum Seruium, Pierium, Cerdam, Ruzvim h. l. et Nic. Abram ad Cicer. pro P. Sextio c. 31. Melius quadraret L. 8. Aen. v. 301:

Saluo vera Iouis proles, docus adidite diuis.

Ita Græcum $\pi\rho\sigma\tau\theta\epsilon\sigma\iota\alpha\gamma$ ex Aët. 2. v. 41. c. 5. v. 14. notum. Ipse illustris a Mastricht ita rescripsit: Ingeniosa et forte vera est vna explicatio, sed non video necessitatem, quare futurum *mutes* in præsens et pro *his* velis legi *nobis*. Potest salva tua explicatione retineri lectio: *Addetur his*, nempe orationibus, a Deo etiam *aduersarius* noster, siue is Senatus Rom. siue alius quicumque, i. e. eam gratiam faciet nomen commotum orationibus, vt concilietur nobis *aduersarius*. Hoc de futuro sperat Lactantius. Senatus enim, quum ista scriberet, adhuc erat *aduersarius*, pauci in eo Christiani. Bün.

m) *profligata ecclesia*] Orof. L. 7. c. 21: *quatenus ad profligandas ecclesias edicta Decii cucurrerunt*. Bün.

2) Ex-

fabricatur. Excitauitⁿ enim Deus principes, qui tyrannorum nefaria et cruenta imperia resciderunt, et humano^o generi prouiderunt, vt iam, quasi discusso transacti^p temporis nubilo^q, mentes omnium pax iucunda et serena lætificet. Nunc, post tantæ^r tempestatis violentos turbines, placidus^s aer et optata^t lux refulsit. nunc placatus seruorum suorum^u [pre-

n) Excitauitⁿ Deus principes] Constantinum et Licinium. cap. 48. *Coll.*

o) resciderunt, et humano generi] Lego resciderunt et humano. Vestigia^q et superfunt in specimine MS. Bün.

p) quasi discusso transacti temporis nubilo] In MS. quasi discusso trista n^rarii temporis nubilo. Forſan legendum: quasi discusso tristi nefarii temporis nubilo. litteræ *si* et *a* non multum discrepant in MS. sic *p* et *f* sibi fere respondent: linea transuersa in *f* et alibi prætermiſſa, vt in specimine in *ps*uderunt pro *prof*uderunt. *tristi* bene conuenit cum *nubilo*, et oppositis vocibus *iocunda* et *lætificet nefarium tempus paci* opponitur. Obiraſcor mihi, quod post decem demum annos Celeberr. Heumannii Poeciles T. III. L. III. Epistolam IIII. mihi humaniſſime inſcriptam, et a diligentiſſimo auditore meo Hermanno Dieterico Poertnero mihi monſtratam, primum viderim, atque tum maxime deprecor meam adhuc prætermiſſam gratiarum actionem. Ex ea video meam emendationem Viro Celeberr. non ſatiſfacere, cenſenti in MS. TRIS compendioſe pro TEMPORIS ſcriptum fuiſſe. adde reliqua. At ne vllum quidem ſcio exemplum poſteriorum ſæculorum, multo minus eius ſæculi, quo antiquiſſ. hic Colbertinus codex ſcriptus eſt, vbi vox TEMPORIS per TRIS notetur. vid. Baring. p. 13. et 14. Paulo ante in

MS. vitioſe *reſtituto*. Et ita ſæpius ex breui ſpecimine ſumma ſcribæ ignorantia adparet, qua factum, vt multis locis vix ſanabilis hic liber videatur. conf. ad rem Cypr. de Lapiſſo pr. *In lætiam mentes redeunt, et tempeſtate preſura ac nube diſcuſſa tranquillitas ac ſerenitas refulſerunt*. Bün.

q) nubilo] Sic etiam alii: Tertull. adu. Iudæos c. 1: *nubilo quodam veritas obumbratur*. Apulei. Lib. XI. Metam. p. m. 260: *Noctis ATRAE fugato NVBILO ſol EXSVRGIT aureus*. Bün.

r) Nunc, poſt tanta tempeſtatis violentos turbines] MS. *poſtas a t. v. t. Lego: nunc poſt atra tempeſtatis violentos turbines*. Adprobarunt meam emendationem Criticum Anonymus et Heumannus. Virg. 5. Aen. v. 693. 59: *effuſis imbribus atra tempeſtas ſino more furis*. Bün.

s) optata lux] In ſpecimine MS. Colbert. eſt: *obſcūta lux*, num obſcūta? non ignoro alias illa Virg. 4. Aen. 619: *optata luce fruatur*. Bün.

t) ſeruorum ſuorum] Cl. viro Io. Columbo in mentem venit *precibus excidiſſe*, quod adprobauit vir ampliſſimus Giſb. Cuperus. *Coll.*

u) nunc placatus - ſublenuis] Cuperus cum Columbo: *nunc placatus ſeruorum ſuorum* (addunt PREEBVS) *Deus - ſublenuis*. Columbi correctio illuſtratur ex Epit. c. 54: *Deumque precibus placant*. Heumannus pro PLACATVS, quod in MS to

Rrrr 5

vnicō

[precibus] Deus iacentes et adflīctos^z caelesti auxilio subleuauit. nunc merentium lacrymas, extincta impiorum conspiratione, deterfit. Qui aduersati erant^y Deo, iacent; qui

unico est, ex ingenio scribit: MISERTVS. Mihi omnia sana et plana, si transposita voce Deus legas: nunc placatus Deus seruorum suorum iacentes et adflīctos caelesti auxilio subleuauit. Seruorum suorum pro exseruis suis. Horat. 2. Serin. 2. 60. sq. Ille repotia natales aliosue DIERVMS FESTOS albatas celebret. Büin.

x) iacentes et adflīctos] in MS. iacentes vt adflīctos. Büin.

y) Qui aduersati erant Deo, iacent] Ita Baluzius correxit, quam phrasin inuenio in Hieron. ep. ad Saluian. f. 229: aduersati sunt Deo. In MS. h. m. deterfito EMI illustrati erant dō iacent. N. Heinsius coniciebat: qui illustrauerant Deo, iacent. Sed vellem ó πρῶτον nobis ex aliis probasset compositum illustrare. mihi occurrebat aut: qui illudauerant Deo, iacent. Et hoc quidem verbum Lexicis incognitum, sed Gronouius ex optimis tribus codicibus et membranis Carrioni visis Gellio L. 1. c. 7 restituit: menda sua illudabant, Gellium vero Laetantius diligenter legit, vt ex Epit. c. 29. et aliunde constat: aut: oblitati erant Deo. Bauldrius ingeniose transponit: qui illuserant Deo strati iacent. Durius videtur If. Vosf. qui insultati erant Deo. Placet, quoad meliora dantur, Græuii emendatio: qui insultauerant Deo, iacent. Confirmo ex Lact. L. 5. c. 23. n. 2. qui locus huic plane geminis: Punientur iudicio Dei, qui, accepta potestate supra humanum modum fuerint abusi, et INSVLTAVERINT etiam Deo superbius, eiusque nomen aeternam vestigiis suis subiecerint, im-

pie nefarieque calcandum, n. 1. ibid. priorem coniecturam illustrat; quibus nomen Dei consummelia ac ludibrio fuit, et lib. 5. c. 2. n. 2: duo exstiterunt ibidem, qui iacenti atque abiecta veritati, nescio, utrum superbius an importunius insultarent. Eadem ratione Cyrillus libr. VIII. adu. Iulianum voce Græca κατορχόμενος vsus videtur de Porphyrio, qui dicitur τῆς χριστιανῶν θρησκείας μονορχῆ κατορχόμενος, verto: Christianorum religioni tantum non insultans in quo Siberum, in Antiquit. Eccles. apud Lipsienses versatissimum virum, mecum video convenire, in Miscell. Lips. T. 1. p. 332. Sic Iustin. L. 2. c. 10. n. 10: vt nec victor insultauerit sc. victo, nec victus doluerit, et L. 5. c. 7. pr. dux Lacedæmoniorum rebus feliciter gestis fortuna hostium insultat, et clarissime L. 9. 4. 3: Atque ita inter tacitam letitiam et dolorem hostium temperauit, vt neque apud suos EXSVLTASSE, neque apud VICTOS INSVLTASSE videretur. hic locus facit, quo minus cum Freinshemio in indice priorem locum per exultare in Iustino exponam. adde Min. Fel. c. 37. n. 1. Nunc, quia Criticus Anonymus docet in MS. esse: qui vi illustrati erant, Deo, fingo elegantem oppositionem leui mutatione: qui vi illos strauerant, deo iacent. ti et u in MS. specimine Nurrii habent fere eandem faciem: illos vero, quos iacentes et adflīctos Deus subleuauerat, vis tyrannorum strauerat, Deo autem iudici iacent, quip-

qui templum sanctum euerterant, ruina maiore* ceciderunt: qui iustos excarnificauerant, caelestibus plagis et cruciatibus meritis nocentes animas profuderunt. Serius quidem, sed grauius ac digne* distulerat enim pœnas eorum Deus, ut ederet in eos magna et mirabilia exempla, quibus posteri discerent, et Deum esse vnum, et eundem mortem, digna ultione^b, superbis et impiis ac persecutoribus inrogare^c. De quo exitu - - - - -^d e testificari placuit, ut omnes, qui procul moti fuerunt, vel qui p - - - - - turi sunt^f s; sci-

pe a Deo potissimum deiectioni. Vnde in genuino fragm. Lactantii post L. 7. 26. fin. a Deo malos summa potestate DEIECTOS dicit et mox ibid. profigati iacent. Cic. 2. Catil. 1: iacet ille nunc prostratusque est. Bün.

x) euerterant, ruina maiore ceciderunt] In MS. legitur: ruina maioris ceciderunt. Rectum puto: maioris ut dixit: Deo iacent: sic ruina MAIORIS scil. Dei, ceciderunt. Ipsi templum Dei euerterant, hinc ruina Dei maioris, siue diuina oppressi ceciderunt; sic mox caelestibus plagis. Omnes enim hic pœnas a Deo inflictas dicit. Virgilius 1. Aen. 129: Fluctibus oppressos Troas calique ruina scripsit. Ponitur quoque ruere pro impellere, euertere. Bün.

a) Serius quidem, sed grauius ac digne] Ex MS. hæc verba primum addidit Nurrius, in quo corrupte: seruis quidem, sed grauius ac digne destruerat. Ex quo recte NURRIUS: serius, et Baluzius: distulerat. conf. de Ira c. 20. n. 13. et lib. 1. Inst. 1. n. 15: quanto serius, tanto vehemētius. reliqua. Legerem pro seruis: Sero id quidem. MS. sepe it, quis, pro: id, quid, sic manet positum ubique. Bün.

b) et eundem mortem, digna ultione, superbis et impiis ac persecutoribus inrogare] Multum hæc abeunt a MS. in quo: et eundem successe signa

iud. --- suspitua impus ac placuoribus inrogare. addit Nurrius: dua; aut tres littera in huiusce linea sine deleta sunt. Ac ibi legendum videtur: eundem iudicem, aut forte digno iudicio. Heumannus in Act. Erud. Lips. 1711. p. 470. transpositis vocibus: eundem iudicem iudicium digna supplicia impiis. Suspiciabar: et eundem iudicem digna iudice supplicia: (lector idem Critico Anonymo tot post me annis visum) nisi malis: et eundem iudicem digna videlicet supplicia, aut denique: et eundem iudicem digna viderent supplicia impiis ac persecutoribus inrogare. Nam vox in fine versus attrita sine apicibus litteris impositis: iud. inter v et u vero nulla in hoc codice differentiâ. Bün.

c) mortem-inrogare] MS. inrogare, ut Epit. 51. not. (f) genus mortis inrogare. Bün.

d) De quo exitu - - - - -] ex-cidit forsan tyrannorum, aut nomen simile. Cell.

e) De quo exitu - - - - -] Lingo: De quo exitu eorum testificari placuit. Nam post exitu in MS. vnum verbum et initium verbi TES-tificari amputata sunt. Bün.

f) qui p - - - - - turi sunt] qui post nos futuri sunt. Cuper. post-hac aberratur. Columb.

g) qui p - - - - - turi sunt] ibi

scirent, quatenus virtutem ac maiestatem^b suam in - - - - - dis delendis que^{i. k} nominis sui hostibus Deus summus ostenderet - - - - - est^{l. m}, si a principio, ex quo est ecclesia constituta, qui fuerunt auctoresⁿ - - - - - et, quibus pœnis in eos cœlestis iudicis seueritas vindicauerit^o, exponam.

II. Extremis temporibus TIBERII CAESARIS, vt scriptum legimus, Dominus noster Iesus Christus a Iudæis cruciatus^a est, post diem decimum^b kalendarum Aprilis, duobus Gemini-
nis

Ibi vnum verbum et sequentis initium eodem modo (nempe in fine versus) ablatum est, et legendum videtur: *postea futuri*. Nurr. ita quoque Allix. Lego: *ut omnes, qui procul moti (sic MS.) fuerunt, vel qui post nos futuri sunt*. Bün.

b) *virtutem ac maiestatem*] Has voces quoque iunxit Lib. 4. 9. 3. Bün.

i) *in - - - - - dis delendis que*] in perdendis. Cell.

k) *in - - - - - dis delendis que*] In MS. litteræ initiales remanserunt: *in e - - - - - dis delendis que*. Forte vt Allixio, Bauldrío, Nurrio, visum: *in exstinguendis*, vt n. 4. et c. 46. n. 1. aut: *in excidendis delendis que*, vt c. 2. n. 6. Mox ostenderit legendum recte censet Bauldr. etfi in MS. ostenderet. Bün.

l) *ostenderet - - - - - est*] ostenderet. Recte autem et ordine sermo meus processurus est. *Columb.*

m) *ostenderet - - - - - est*] Scio certissime, omnes, qui hic voluerunt supplere lacunam, errasse. Meam coniecturam dabo, tentent peritiores. In specimine legitur: *ostenderet Vine ꝑa - - - - - e* relicto in fine versus post litteras ꝑa spatio octo fere litterarum. Ex his fingo: Nunc iam satis est, si a principio, ex quo est ecclesia constituta, qui fuerint per-

secutores illius (solum i in MS. est) exponam. Sic Lact. L. 4. 27. 1: *Nunc satis est huius signi potantiam exponere*. Bün.

n) *auctores - - - - -]* tantorum scelerum, vel persecutionis. Cell.

o) *pœnis in eos - vindicaueris*] Iterum Lact. 2. 4. 24: *in sacrilegos vindicauerunt*. L. 2. 16. 11: *in sacrilegos bene vindicauit*. Bün.

a) *cruciatus est*] Hoc verbo vsus Lib. 4. 16. 5: *de eo cruciando*. ibidem c. 22. 6: *Deum ab hominibus esse cruciatum*. Epit. c. 48. pr. *quos eum cruciauerunt*. Bün.

b) *post diem decimum*] In Lact. L. 4. c. 10. n. 18: *ante diem septimam*; sed ostendi ad eum locum plus quam viginti codices MSS. habere: *ante diem decimum*. Quam discrepantiam nullam importare repugnantiam credit Baluz. ad h. l. et in epistola ad H. Norisium ed. Ultr. p. 114. sqq. Baluzium auctores notarum ed. Oxon. et Cantabr. secuti sunt, et approbavit Clericus Art. Crit. part. 2. S. 1. c. 10. n. 5. p. 242. Meretur quoque legi Phil. Muncker. lib. 2. de intercalatione c. 1. p. 87. vbi *post et ante diem decimum kalendarum, vnum eundemque diem decimum indicare, quasi scriptum esset: die decimo ante kalendaras demonstrat*. Alii putant, librarium post hic pro ante sup-

nis consulibus^c. Quum surrexisset die tertio, congregavit discipulos, quos metus comprehensionis^d eius in fugam verterat, et diebus quadraginta cum his commemoratus, aperuit corda eorum, et scripturas interpretatus est, quæ usque ad id tempus obscuræ atque inuolutæ fuerant: ordinavitque eos et instruxit ad prædicationem dogmatis ac doctrinæ suæ, disponens testamenti noui solemnem disciplinam. Dein officio repleto^e, circumuoluit eum procella nubis, et subtractum oculis hominum rapuit in cælum. Et inde discipuli, qui tunc erant undecim, adsumtis in locum Iudææ proditoris Matthia et Paulo, dispersi sunt per omnem terram ad euangelium prædicandum, sicut illis magister Dominus imperauerat, et per annos xxv, usque ad principium Neroniani imperii, per omnes prouincias et ciuitates ecclesiæ fundamenta miserunt^f. Quamque iam Nero impera-

ret

supposuisse, nec displicet Nurrio, sed requirit alius codicis auctoritatem; id saltem negari nequit, et alibi in libris ante et post confusa esse. Ita sane deprehendi in Lactantio L. 2. Inst. c. 5. n. 2. ubi plurimorum: ante annos, in MS. C. C. C. erat: post annos. An vero, ut Nurrius vult p. 159. paullo ante verba: EXTREMIS TEMPORIBVS, a Lactantii opinione prorsus aliena sint, et cum eius verbis c. l. pugnent, iudicent alii. Büñ.

c) duobus Geminis consulibus] Vide Inst. lib. 4. cap. 10. sect. 18. et quæ ibi notauimus. Cell.

d) comprehensionis] Notandus vsus passiuus, qualis est in Irenzi interpr. lib. 3. c. 18: nondum venerat hora adprehensionis eius, quod substantiuum in nullis Lexicis deprehenditur idem alio sensu lib. 4. c. 76. f. 381: firmior est et indubitata subiactiuum adprehensio, quam ea, quæ est ex suspitione coniectura. Nuper Fabro ex Cælio Aurel. inserta. Ex verbis

prioribus n. 2: quos metus iterum adparet Lactantius Epit. c. 47: discipulos - quos metus in fugam verterat, congregauit. Büñ.

e) Dein officio repleto] In MS. Dein officio repleto, recte. Alibi dixit complere. L. 6. 1. 1: Quod erat officium suscepti muneris - compleuimus. At de Mort. Perf. c. 17. 4: anno repleto. Prius editi: Quo anno. Büñ.

f) ecclesie fundamenta miserunt] Quis, inquit Nurrius p. 135: bona latinis auctor vniquam dixit emittere fundamenta? is certe non est Lactantius, qui melius scripsit: FUNDAMENTA ECCLESIAE VBIQUE IECERVNT, citat in margine Lact. L. 4. Inst. c. 21. p. 422. ed. Gall. Cl. Heumann. in Act. Erud. Lips. c. l. p. 472. putat librarium pro iecerunt vitiose scripsisse miserunt. Immo Nurrius lapsus est: in Lactantii enim libris omnibus, etiam Gallæi editione, qua vsus est, legitur non iecerunt, sed posuerunt. Phrasin veroc fundamenta mittere Columbus re-

ret &^b, Petrus Romam aduenitⁱ, et editis quibusdam miraculis, quæ

Et confirmauit ex Sidon. Apollin. L. 2. ep. 11: *Neque iam semel MISSA FVNDAMENTA corantia amicitia, diuersis honorum generibus exstruere cesforem.* Nostro loco quoque similes inueni apud Hieron. in vita Hieronionis f. 247: *non prius abire passus fuit, quam futura ECCLESIAE LINEAM MITTERET,* et Ambros. lib. 1. Offic. c. 29: *Ecce mitto lapidem in fundamentum Zion, id est, Christum in fundamentum Ecclesia, quod mox exponit: Paulus fundamentum posuit Christum.* etiam Interpr. Irenæi lib. 3. c. 28. f. 258: *ego mitto in fundamenta Sion lapidem pretiosum.* Ita quoque Cyprianus Erasmi lib. 2. adu. Iudæos c. 16. fol. 192. pro quo Pamolius f. 405: *immitto in fundamenta membranæ mez versio. antiquæ huius Iesaiiani loci: mittam in fundamentis Syon lapidem angularem,* vbi in Rom. 9. v. 33. et 1. Petr. 2. v. 6: *pono in Sion lapidem,* et Hieron. lib. 9. in Iesaiam c. 28. T. 5. f. 118. 119. *in fundamenta - lapidem missurum se esse dicit: et membranæ iterum Iobi 38. pr. Ponebam fundamenta terra, quis demisit lapidem angularem eius.* in Hebr. וַיִּסְּדֵם *iscis pro dimisit.* LXX. ὀβελῶν. immo elegans Seneca epist. 52. dixit: *Alterius adificii fundamenta lasarunt in mollem ac fluidam demissa humum.* Non minus raræ phrasæ eiusdem Senec. Consol. ad Marc. c. 2: *Bene legerat nullis cesura ponderi fundamenta,* secundum optimos et plures MSS. quod non concexit Pal. tert. qui supposuit notius: *IECERAT,* potuisset, si opus fuisset, corrigi propius Ciceronis exemplet: *EGERAT,* et *fundamentum* *figere.* Nat. Quæst. 3. c. 27: *Omne fundamentum in lubrico figitur. vbi firmamentum. va-*

riant libri. Etiam Curtius L. 5. sect. 4: *triginta pedes in terram currium FVNDAMENTA DEMISSA sunt.* paulo ante n. 2. *innoluita fuerant.* Cell. correxit cum Bohorello et Bauldr. vbi in MS. *fuerunt.* conf. L. 3. Inst. c. 20. n. 1. not. Biss.

g) *Quumque iam Nero imperaret, Petrus Romam*] Ergo non secundo Claudii anno, vt tradit ex Chron. Euseb. Baronius, Romam venit, neque annos ibi XXV. præfedit ecclesiaz. Adde Baluzium h. l. et Valesium in H. E. lib. 2. c. 16. *Cell.*

b) *quumque iam Nero imperaret, Petrus Romam*] Nequicquam Nurrius p. 170. sqq. hunc locum cum antiqua fabula toties explosa de Romano Petri per XXV. annos pontificatu nititur conciliare. Ait, *nostrum non dixisse aut sumprimum nec antea vnuquam illuc venerit, sed id non poterat dicere, quia auctor huius libri non potuit diuinari, fore, vt post sua tempora Pontificii nonnulli duplicem Petri aduentum Romanum confingerent: dixisset vero sine vilo dubio, si suo tempore credidissent, ante Neronem iam Petrum Romæ primum fuisse.* Ait præterea Nurrius, Cecillii s. Lactantii testimonium non debere Eusebii, Hieronymi aliorumque veterum auctoritatibus anteponi. Sed nonne Cecillii s. Lactantii est maior antiquitas, quam illorum, quos ipse nominat? Ii ipsi tamen veteres numquam statuerunt duplicem aduentum, Pontificatus vero Petri Romano per XXV. annos, vti Caucius accurate docuit, *repugnat historia Apostolica, repugnans epistola Paulina totiusque vita S. Petri cursus; repugnans illis, qua ex antiquitate oriuntur, difficultates, nullis sophismatum fucis soluen-*

da;

quæ virtute ipsius Dei, data sibi ab eo potestate, faciebat, conuertit multos ad iustitiam, Deoque templum fidele ac stabile collocauit. Qua re ad Neronem delata, quum animaduerneret, non modo Romæ, sed vbiq̃e quotidie magnam multitudinem deficere a cultu idolorum, et ad religionem nouam, damnata vetustate^k, transire, vt erat execrabilis ac nocens tyrannus, profiliuit ad excidendum cæleste templum, delendamque iustitiam; et primus omnium^l persecutus Dei seruos, Petrum cruci adfixit, et Paulum interfecit^m. Nec tamen abiit impuneⁿ.

Re-

da; repugnant denique veterum testimonio, Originis præcipue et Laëtantii, item Petri Episcopi Alexandrini, sub Diocletiano martyris; quid multa? ex antiquitate res tam clare elucet, vt vi veritatis adacti causam hanc ecclesiæ suæ aperte deseruerint Valesius, Henschenius, Papebrochius, Baluzius, Norisius, Pagi-us, Toinardus, in re chronologico-ecclesiastica viri principes. vide omnino Cauci Scriptor. Eccles. Histor. Litter. Sæc. 1. part. 1. et 2. f. m. 3-8. vbi in specie nostrum locum contra Schelfstratenium ita vindicat, vt veritatis amans iis possit acquiescere. Quæ sequuntur de miraculis, recte explicauit Nurrius de veris. conf. Lib. 7. c. 17. n. 1. et 2. Bün.

i) Romam aduenit] Ouid. 1. Trist. 10. 41: *A quibus ADVENIAT Milesida sospes ad urbem.* Bün.

k) ad religionem nouam damnata vetustate] Præter doctorum in h. l. notas legi meretur Kortholt. Pagan. Obtrect. lib. 1. c. 1. vbi erudite ex antiquitate demonstrat, Christianis religionis nouitatem a paganis obiectam, eam tamen reuera esse antiquissimam, quamquam Christiani non abhorruerint a religionis nouæ adpellatione sano sensu accepta. conf. Laët. L. 4. c. 21. n. 2. Bün.

l) primus omnium] vide Bauldr. et Nurri. p. 194. et maxime Piti-

scum ad Sueton. Neron. c. 16. 3. in MS. *persecutus in integrum hunc locum iudicio Nou. Erudit. Relation. p. 150. et p. 472. erudite inquisiuit Dom. des Vignoles in VIII. Tomo Histoire Critique de la Republique des Lettres n. 2. et IX. Tomo n. 6. Bün. m) et Paulum interfecit] quia Romanus ciuis, quem cruci adfixi nefas erat. Euseb. H. E. 2. c. 24. Paulum ait τὴν κεφαλὴν ἀποτμήθησθαι. Cell.*

n) nec tamen habuit impune] Ante Nurrium abiit impune omnes, quod Cuperus illustrauit. adde Popmann ad Cic. L. 14. ad Attic. ep. 1. p. 523. et Senec. Herc. Fur. Act. 1. 27: *non sic abibunt odia.* Sed Nurrius testatur, in MS. esse: *nec tamen habuit impune.* et iterum MS. c. 90. n. 2: *quia semel HABUIT IMPVNE,* verissime. Ita solet Laët. Epitom. c. 53: *nec vllus habuit impune, quod Deum lesit.* et c. 55: *cur impune habens Aegyptii.* Recte quoque ex MSS. Riuus Faernus alique Terentio vindicarunt. Etmich. Act. 5. sc. 2. v. 133 *credin, te impune habiturum,* et sc. 6. v. 18: *siquidem istuc impune habueris.* Schulting. his Terentii locis ductus in Senec. Controu. L. 3. c. 23. p. 286. malebat: *impune se id habere maluisse.* Sed idem sensus esse potest, quem V. C. voluit, licet id non addatur. Bün. o) ve-

- 7 Respexit enim Deus vexationem^o populi sui. Deiectus itaque fastigio imperii, ac deuolutus a summo tyrannus impotens, nusquam repente comparuit^p, vt ne sepulturae quidem^r locus in terra tam malæ bestiae adpareret. Vnde illum quidam deliri^r credunt esse translatum ac viuum reseruaturn^s, Sibylla dicente^r, matricidam profugum a finibus esse venturum, vt, quia primus persecutus est, idem etiam nouissimus persequatur, et antichristi præcedat aduentum, - - - nefas est credere^u, sicut duos prophetas viuos esse translatos, in vltima - - - - - initium^x: y Christi sanctum ac sempiternum, quum descen-

o) vexationem] i. e. persecutionem. Adparet et hic Lactantii stilus L. 5. c. 23. n. 3: *populi sui vexationes - soleat vindicare.* conf. L. 5. 13. 5. Bün.

p) nusquam repente comparuit] Vt L. 5. 3. 9: *repente in iudicio non comparuit.* I. 3. 18. 5: *quum repente non adparuisset.* Bün.

q) vt ne sepultura quidem locus] At summi, a fautoribus per longum tempus honorati, meminit Suetonius Nerone extremo: et *exsequiarum* eius humiliter sepultarum, Eutropius in Vitellio. Cell.

r) quidam deliri] In MS. legitur, *quidam deleri?* Nurrio p. 199. vltima littera o inquinata et correctâ videtur. Sed ita in antiquis libris hæc vox interdum scribitur. Sic Glosf. Cyrill. f. 567: *παράγρημα*, *Dolorus* silicernium, et f. 568: *παράληρημα*, *Dolorus*, *silicernium*. et Glosf. Philox. f. 64: *deleras ληρεῖ*, *dolorus ληρῶν*, *παράληρος*. Bün.

s) credunt esse translatum ac viuum reseruaturn] Fabula, cuius origo non obscura. Plures enim Pseudonerones fuere. Primus in insula Cytho, Tacit. 2, Hist. c. 8. alter, cui

nomen Terentio Maximo, *Zonaras in Tito*: tertius sub Domitiano, viginti annis post Neronis mortem, *Sueton. Neron. extr.* Nam varius super exitu eius rumor, pluribus vivere eum fingentibus, credentibusque. *Tacit. d. l. Cell. add. Sulpic. Seuer. H. S. L. 2. c. 88. sq. et Dial. 2. c. 14.* Bün.

r) Sibylla dicente] vid. Nurrio. p. 200. Bün.

u) aduentum - - nefas est] supple, quod nefas est credere. Cell.

x) in vltima - - initium Christi] in vltima etate. *Initium Christi* videtur initium millenarii esse, quod Lactantius variis locis adstruxit. Cell.

y) in vltima - - initium] Ibi duo aut tria verba abrasa sunt, teste Nurrio. Num de millenario hæc intelligenda sint, incertum, quia locus mancus, et dubitat Bauldr. quia sequitur *sempiternum*. Nurrius occasionem captat fingere, hunc locum Lactantio esse contrarium, sed nihil, tandem inquit, *certi aut explorati definire audeamus*, quoniam *hiatus et mutilus est locus*, vnde concidit coniectura. vide, num hæc ex parte sanari possent ex Epit. c. 42. extr. Bün.

z) enim

descendere cœperit, - - - - - pronuntiant^z; eodem modo etiam Neronem venturum putant, - - - - - curfor †^x diaboli ac præuius sit venientis ad vastationem terræ, et humani generis euerfionem.

III. Post hunc, interiectis aliquot annis, alter non minor tyrannus^{a. b} ortus est; qui quum exerceret inuisam dominationem, subiectorum tamen ceruicibus incubauit^c quam diutissime^d, tutusque regnauit, donec impias manus aduersus Dominum tenderet. Postquam vero ad persequendum iustum populum, instinctu dæmonum, incitatus est, tunc traditus in manus inimicorum luit pœnas. Nec satis ad vltionem fuit, quod est interfectus domi^e; etiam memoria nominis eius erasa est. Nam quum multa mirabilia opera fabricasset, quum Capitolium aliaque nobilia monimenta fecisset, senatus ita nomen eius persecutus est, vt neque imaginum, neque titulorum eius^f, relinqueret^g vlla vestigia^h; grauis-
mis

z) quum descendere cœperit -- pronuntiant] præcessuros pronuntiant. Cuper.

†) venturum putant, --] qui futurus præcurfor. Idem.

*) putant curfor] Spatiũ ibi vacuum nihil aliud olim exhibuisse videtur, nisi qui præcurfor. Nurr.

a) alter non minor tyrannus] Domitianus. Cell.

b) alter non minor tyrannus] Domitianus Tertulliano in Apol. c. 5. portio Neronis de crudelitate, et de Pallio c. 4. Subnero dictus. Adde Baluz. et Columb. Nurr. ex omisso Domitiani nomine p. 135. et 202. vult euincere, non esse hunc Lactantii librum et stilum; sed nemo adhuc hæc aliter interpretatus est, nec aliter potuerunt ob contextum, quam de Domitiano interpretari, vnde ipsum nomen potuit sine periculo omitti, quia Domitianum vitis coloribus descripsit. Bim.

c) ceruicibus incubauit] L. 7. Instit. c. 19. n. 1: capto mundo cum magnis latronum exercitiis incubauit. Bim.

d) incubauit quam diutissime] Non autem plures annos, quam quindecim, imperauit. Nec incubauit absonum Latinis. Plinius lib. 11. cap. 16. de apibus: nisi incubauere. Ascenius Pedianus in Verr. de præf. urb. quasi iam probauerit, possessionem esse eum, qui incubauit. Cell.

e) quod est interfectus domi; etiam memoria] Cuperõ videtur ita incidendum, interfectus. Domi essiam. Cell.

f) vt neque imaginum, neque titulorum eius] Sueton. cap. vlt. et Plin. Panegy. c. 52. Cell.

g) relinqueret] MS. relinquerent, præte. et mox MS. grauisissime decretis, quod defendi potest, sed Baluzii emendatio placet doctis. Bim.

h) vestigia] L. 5. 6. 4: nullum in his vestigium iustitia. de Ira 7. 10: S 5 5 4 reb

4 mis decretis etiam mortuo notam inureret, ad ignominiam sempiternam. Rescisis igitur actis tyranni, non modo in statum pristinum ecclesia restituta est, sed etiam multo clarius ac floridius enituit: securisque temporibus, quibus multi ac boni principesⁱ Romani imperii clauum regimenque tenuerunt, nullos inimicorum impetus passa^{k. l.}, manus suas in orientem

tem

religionis in mutis, nec vestigium aliquod. Mox Criticus Anonymus et Heumann. AC ignominiam legendum censent. Bün.

i) *boni principes*] Perperam Tullius Lactantium hic insinuat mendacii, recte propterea castigatus a Bauldrio et Nurrio p. 206. Lactantii sententia probatur ex Zosimi L. I. c. 7. Postquam c. 6. de Domitiano sublato a liberto egisset. addit c. 7. pr. *Ab hoc tempore viri boni (ἐν τοῦτον ἀνδρες ἀγαθοί) principatum adepti, Nerva, Traianus, et post eum Adrianus, et Antoninus Pius, et par illud fratrum Verus atque Lucius, multa vitiosa correxerunt.* Lact. lib. 7. c. 26. in notis habet egregium locum, qui perperam suspectus, hic adfert lucem egregiam: *Vnus ex omnibus existitisti (Constantine), qui principum virtutis et sanctitatis exempla praberet, quibus antiquorum principum gloriam, quos tamen fama inter bonos numerat, non modo aequaret, sed etiam, quod est maximum, praterires. Illi quidem natura fortasse tantum similes iustis fuerunt.* reliqua. Bün.

k) *nullos inimicorum impetus passa*] Cur autem Traiani, Marci, Seueri persecutiones posthabuit? an quia leuiores fuerunt? Sat graues illas historiae narrant, quamuis minus atroces superioribus. An quia instituto non conueniebant, quod fatali morte illi principes extincti sunt? Quod enim cetera boni et honesti

erant, ac viles reipublicae, beneficium numen communi persecutorum poena exemptos illos voluit. Non etenim malitia, sed praepostero amore deorum Christianos affligi permiserunt. Cell.

l) *nullos inimicorum impetus passa*] Bauldrius *nullos impetus* exponit: *inanis, leuioris momenti impetus*, aut emendat: *nonnullos*, i. e. pauculos nec valde graues; multa erudita dubia contra hunc locum mouet Nurrio p. 208-212. Sed an ex iis possit confici, hunc librum perperam Lactantio adscribi, iudicent alii. Non est ignotum, Lactantium et alios more oratorum interdum hyperbolice scribere, quo haec nostra verba non minus referri posse puto. vid. not. ad c. 14. n. 7. putes nostrum ita cepisse verba Tertull. Apolog. c. 5: *Ceterum de tot (post Domitianum) exinde principibus ad hodiernum diuinum humanumque sapientibus edite atque quem debellatorem Christianorum. At nos e contrario edimus protectorem (Marc. Aurelium); subiicit: leges (contra Christianos) Traianus ex parte frustratus est, vetando inquiri Christianos, quas leges nullas Hadrianus, nullus Vespasianus, nullus Pius, nullus Verus impressit.* adde Melitonem in Euseb. Hist. Eccles. L. 4. c. 26. ab Nurrio quoque citatum; ex quo Nurrius potuisset cognoscere, ita et alios locutos: nam non tantum dicit, nullas leges ab Imperatoribus contra Christianos post Do-

tem occidentemque porrexit^m: vt iam nullus esset terrarum angulus tam remotusⁿ, quo non religio Dei penetrasset; nulla denique natio tam feris moribus viuens, vt non suscepto Dei cultu ad iustitiæ opera mitesceret. Sed enim postea longa pax rupta est.

III. Existit enim post annos plurimos^a execrabile animal DECIVS, qui vexaret ecclesiam; (quis enim iustitiam, nisi malus, persequatur?) et quasi huius rei gratia prouectus esset ad illud principale fastigium^b, furere protinus contra Deum cœpit, vt protinus caderet. Nam profectus aduersum Carpos^c, qui tum Daciam Mœsiamque occupauerant, statimque circumuentus a barbaris, et cum magna exercitus

Domitianum vsque ad Antoninum latas, sed quod NVMQVAM antea factum, persecutionem NVNC patitur piorum genus. τὸ γὰρ εἰδὲ μήποτε γινόμενον νῦν διώκεται τὸ τῶν θεοσεβῶν γένος. Hyperbole, illustratur ex eodem Melitone c. l. Inde ab principatu Augusti nihil aduersi, sed contra omnia prospera ex omnium voto reipublica accidisse, vsque ad Antoninum. Bün.

m) manus suas in orientem occidentemque porrexit] Quis non agnoscit Lactantium L. 7. Inst. c. 15. n. 15: Manus suas in totum orbem terrarumque porrexit. Tertull. aduersus Iud. c. 7: Christi regnum et nomen vbique porrigitur, vbique creditur, ab omnibus gentibus (supra enumeratis (eodem capite 7.) colitur, vbique regnat, vbique adoratur. Et Iust. L. 39. cap. 5. n. 3: iam fortuna Rom. se porrigere ad orientalia regna cœperat. Propius Ouidius 4. Trist. 9. 9, 10: Sim licet extremum, sicut sum misus in orbem, nostra suas istuc PORRIGET ira MANVS. add. Burmann. ad Quintil. Declam. 13. 6. p. 279. Bün.

n) nullus - angulus tam remotus] Lact. L. 4. c. 12. n. 20. et c. 26. n. 35. vnde Baluzius hunc locum emendavit, quum in MS. legeretur: nulla denique Dei natio. Miror Nurrium hic nihil de MSti lectione notasse, quum in præfatione profiteatur, se diuerfas lectiones etiam minoris momenti transcribi curasse; vt singula quaque verba, quæ in hoc codice scripta sunt, comperta omnibus fierent. Videtur Dei ex antecedente aut consequente versu scribæ errore repetitum. vid. c. 14. n. 2. Bün.

a) post annos plurimos i. e. centum quinquaginta et paullo amplius. Nurrius p. 213. Bün.

b) prouectus esset ad illud principale fastigium] Adparet Lactantius ex L. 7. Inst. c. 25. extr. ad Constant. Te providentia summa diuinitatis ad fastigiium principale prouexit. Bün.

c) aduersum Carpos] Populos transdanubianos, Scythas siue Sarmatas supra Daciam. Ptolem. 3. 5. quos a Carpate monte dictos vult Cluuerius: de quibus ad Eutropii 9. 15. extr. et ad Zofimi 1. 20. pr. aliquid diximus. Cell.

parte deleris, nec sepultura quidem potuit honorari ^{d-e}; sed exutus ac nudus, vt hostem Dei oportebat, pabulum feris ac volucris iacuit.

V. Non multo post VALERIANVS quoque, non dissimili furore correptus, impias manus in Deum intentauit ^a, et multum, quamuis breui tempore, iusti sanguinis fudit. At illum Deus nouo ac singulari pœnæ genere adfecit, vt esset posteris documentum, aduersarios Dei semper ^b dignam scelere suo recipere mercedem. Hic captus a Persis, non modo imperium, quo fuerat insolenter vsus ^c, sed etiam libertatem, quam ceteris ademerat, perdidit, vixitque in seruitute turpissime. Nam rex Persarum Sapore, qui eum ceperat, si quando libuerat ^d aut vehiculum adscendere, aut equum, inclinare sibi Romanum iubebat ac terga præbere, et imposito pede super dorsum ^e eius, illud esse verum dicebat, exprobrans

^d) nec sepultura quidem potuit honorari] In barbarico inter paludes victus, et cum exercitu deletus. *Epist. Victoris. Cell.*

^e) nec sepultura quidem] Lego cum Bauldr. et Græzio: *ne sepultura quidem.* Bün.

^a) manus in Deum intentauit] MS. *manus in Deo intentauit.* Similia exempla in hoc aliisque Lactantii libris notata. c. 21. extr. c. 29. n. 2. c. 39. n. 3. Liuius L. 3. c. 47: *Virginius intentans in Appium manus.* Tacit. cum dandi casu lib. 4. Hist. c. 41: *nec desistit Senatus manus intonsare Vocula.* Lactant. 4. 24. 7: *mortem intentatam non metuere.* Mox inepte scriptum in Colbert. *singulari propens genere.* Vnde Criticus Anon. *propens pœna genere.* Heumanus: *prorsus pœna facit.* Bün.

^b) semper dignam] in MS. *semper dignam,* teste Critico Anon. et recte. Ante editi: *sepe dignam.* Bün.

^c) quo fueras insolenter vsus] MS.

quod - - vsus. vti cum accusatiuo vid. Voss. de Construct. c. 22. p. 408. Bün.

^d) si quando libuerat] In MS. *libueris,* sed recte correctum. Bün.

^e) imposito pede super dorsum eius] In MS. *Supra. Nurrius p. 136: Quis umquam, inquit, phrasin huic similem in veris Lactantii libris animadvertis? Eam proferat, si libet, accedimus. At certe Bauldrius facetur, primo nulla huius commatis: imposito pede super dorsum eius, sibi occurrise exempla, nisi in vulgata S. Scriptura interpretatione, quam quidem Lactantiano stilo similem esse, nemo umquam dixerit. Ego vero dico, Lactantium non abhorreere ab stilo antiquæ versionis, et phrasin huic similem in veris Lactantii libris bis animadverti L. 4. Inst. c. 14. n. 8: *Imponite cidarim mundam super caput ipsius. et ibid. et posuerunt cidarim super caput eius. eodem modo Cypr. 2. ad Quirin. c. 13. Sic Liuius L. 44: ca-*
pito*

brans ei cum risu^f, non quod in tabulis aut parietibus Romanis pingerent. Ita ille dignissime triumphatus, aliquamdiu vixit, vt diu barbaris Romanum nomen ludibrio ac derisui esset. Etiam hoc ei accessit ad pœnam, quod quum filium haberet imperatorem; captiuitatis suæ tamen ac seruitutis extremæ^b non inuenit vltorem; nec omnino repetitus estⁱ.

Postea

pute super marginem scuti posito fopitos stare. et versio antiqua Iosua XI. v. 24: Ponite pedes vestros super colla eorum. et Irenæi interpretat. lib. 3. c. 12. f. 232. imponere iugum super ceruicem. ita quoque membranz meæ Act. 15. Sed Petron. Satyr. p. m. 95: ruptos crines super pectus iacentis imposuit. et p. 98: vultum super ceruicem Gytonis amabiliter ponente. et sæpius c. 35. Hygin. lib. 150. p. 221: cali fornicem super humeros imposuit. fab. 152: montem super eum imposuit. fab. 277: super hostias molam salsam imponere. Si vero quis vrgeat, in MS. esse: supra dorsum, ei quoque opponimus, Celsum L. 3. c. 19: Supra præcordia imponere, qua reprimunt, cataplasma-za. Petron. c. 31: tomacula supra craticulam - posita. Apic. Art. Coquin. lib. 4. c. 4. n. 3: Pisanam impones supra ignem calidum; quod ipse lib. 5. c. 5. effert: imponis super ignem calidum. Egrege illustrat nostrum Lactantii locum Broukhuff ad Propert. L. I. el. 1. 4. ex Curt. IX. c. 7: PEDEM SVPER CERVICEM IACENTIS IMPOSUIT. Bün.

f) illud esse verum dicebat, exprobrans ei cum risu, non quod pingerent] Satis plana sunt hæc verba, si subintelligas aut ἀπό κοινῆς repetas: esse verum, hoc m. et imposito pede super dorsum eius, exprobrans ei cum risu, illud esse verum dicebat, non (esse verum id) quod in tabulis aut parietibus Romani pingent.

rent. Frequentes eiusmodi locutiones in Lactantio; nisi putes a librario verba transposita. Nec est incommoda sententia duorum Collegarum Cl. Cl. in A. E. L. 1711. p. 472; et Heumanni, qui NON vculam putant esse intrusam ab imperito librario. Ellipticam locutionem illustrat Cic. de Harusp. Respons. c. 18. pr. Non ignovis, mihi crede, non. repete ignovis. Rem ipsam multis illustrat Barth. 2. Theb. Statii. v. 713. p. 632-637. Bün.

g) in tabulis aut parietibus] Mos fuit principum gesta in tabulis pingi, et in parietibus illustrari. Capitulinus in Maximino c. 12: Iussis tabulas pingi ita, ut erat bellum ipsum gestum; et ante curiam proponi, ut facta eius pictura loqueretur. Et Parthicam Seueri victoriam δημοσίου προαφαις, publicis picturis propositam, tradit Herodianus lib. 3. cap. 9. extremo. Et sic haud dubie aliorum quoque principum non tantum gesta, quam vota sæpe representata fuerunt: vbi adulatio quoque suum adiecit, victos Parthos et pedibus conculcatos confingens. Cell.

h) seruitutis extrema] i. e. summa, maxima. vid. Cortium ad Sall. Iug. 3. 3: extrema dementia, p. 420. Bün.

*i) nec omnino repetitus est] Doctisf. Nurr. hunc locum nimis extendit; quum p. 216. 217. scribit: nec ab vilo umquam repetitus est. Sed Pollio CONTRA Ceciliæ nostri opinio-
nem*

- 6 Postea vero quam^k pudendam vitam in illo dedecore finiuit, derepta est ei cutis^l, et exuta visceribus pellis, infecta rubro colore, vt in templo barbarorum deorum, ad memoriam clarissimi triumph^m, poneretur, legatisque nostris semper esset ostentui, ne nimium Romani viribus suis fiderent, quum ex-
 7 viuas capti principis apud deos suos cernerent. Quum igitur tales pœnas de sacrilegis Deus exegerit, nonne mirabile est, ausum esse quemquam postea, non modo facere, sed etiam cogitare aduersus maiestatem singularis Deiⁿ, regentis et continentis vniuersa?

- 1 VI. AVRELIANVS, qui esset natura vesanus et præceps, quamuis captiuitatem Valeriani meminisset, tamen oblitus sceleris eius et pœnæ, iram Dei crudelibus factis^a lacesiuit. Verum illi ne perficere quidem, quæ cogitauerat, licuit, sed
 2 protinus inter initia sui furoris^b extinctus est. Nondum ad

nem tres nobis repræsentat epistolas, quibus Bersoldus, (forfan Nurr. voluit Belsoldus aut Velsoldus) Baserus, (ed. Balerus, scripti Balenus, Belenus, Velenus) et Artabandes Reges libertatem Valeriani a Sapore postulauerunt. Quamobrem hæ epistolæ Cecilio incompertæ omnino videntur; nisi probaueris, nihil aliud eius verbis significari, quam ipsum a NVLLO nomine Romano aut Romanis subdito fuisse repetitum. Quid si simplicissime exponas de filio, de quo vnice præcescit, vt subintelligatur pronomen, vti sæpe: non inuenit vltorem (eum), nec (ab eo) repetitus est. Bün.

^k) Postea vero quam] eleganter, vt L. 4. 15. 27: ante obierunt, quam. ibidem n. 30: postea vero animaduersa sunt, quam etc. Bün.

^l) derepta est ei cutis] Omnes direpta. Lago: derepta est ei cutis. Sæpe hæc in libris confunduntur et a doctis corriguntur. vide N. Hein-

sum ad Ouid. 1. Amor. el. 5. et 14. et ad 3. Metam. 52. p. 174. Græu. ad Cic. in Verr. L. 2. c. 7. p. 583. et ad Or. pro Sulla c. 1. p. 211. Lambin. L. 4. in Verr. c. 50. Gronou. ad Senec. Agamemn. Act. 3. v. 693. p. 578. et ad Hercul. Oetæum. Act. 4. v. 1262. p. 678: derepta cute; ita quoque mauult Celeb. P. Burmannus ad Buchanan. Frat. Frater. T. 2. p. 298: Sic cute derepta etc. Bün.

^m) clarissimi triumph] In MS. karissimi triumph, recte: non charissimi, quod Nurr. habet. Bün.

ⁿ) singularis Dei] Et hic se prodit Lactantius, cuius loca ad lib. 1. Inst. c. 4. extr. collegimus. Bün.

^a) crudelibus factis] Vt lib. 5. 1. 7: errores - crudelibus factis coaceruant. Bün.

^b) inter initia sui furoris] Eusebius H. E. lib. 7. cap. 30. paratum iam et edictis contra Christianos subscribentem (τοῖς κατ' ἡμῶν γραμμα-

ad prouincias vltiores cruenta eius scripta peruenerant, et iam Cænofrurio^{c. d.}, qui locus est Thraciæ, cruentus ipse humi iacebat, falsa quadam suspicione ab amicis suis interemtus. Talibus et tot exemplis coerceri posteriores tyrannos oportebat. at hi non modo territi non sunt, sed audacius etiam contra Deum confidentiusque fecerunt^{e.}

VII. DIOCLETIANVS, qui scelerum inuentor et malorum machinator^a fuit, quum disperderet omnia, nec a Deo quidem manus potuit abstinere. Hic orbem terræ, simul et auaritia et timiditate^b, subuertit. Tres enim participes^{c. d.} regni sui fecit, in quatuor partes orbe diuiso^e, et multiplicatis exercitibus, quum singuli eorum longe maiorem numerum mi-

σιν ὑποσημειώμενον) diuinam ait vltam vindictam esse. Quæ causa est, cur Sulpicius Seuerus hanc persecutionem prætermiserit, qui vt denarium numerum, vulgo creditum compleret, quartam Hadriano dedit, diremtam a Traiani, cui adhærebat, persecutione. Cell.

c) Cænofrurio, qui locus est Thraciæ] inter Byzantium et Heracleam ad mare. Eutrop. 9. c. 9. Cell.

d) Cænofrurio] Scripsimus per a non α, vt editi perperam. Græcis enim καινὸν φράσιον, i. e. nouum castrum significat Cænofrurium. Cell. Notit. Orb. Antiq. L. 2. c. 15. p. 1315. et Nurr. p. 219. Büñ.

e) contra Deum -- fecerunt] Proba est locutio. conf. cap. 5. fin. Auctor de B. Africano c. 55: omnes arma capiunt, contraque regem facere non dubitant. adde Cælium in epist. ad Ciceronem lib. 10. Att. post. epist. 9: contra Victorem Casarem facere. Cyprian. L. 4. ep. 2. p. 225. ed. Gryph. contra Deum facere et diabolo seruire compellunt. Büñ.

a) malorum machinator fuit] Li-

benter vitur hac phrasi Laët. Sic L. 7. c. 24. n. 5: princeps demonum, qui est machinator omnium malorum, catenis vincietur. et Epitom. c. 8. n. 12: demonum princeps auctor et machinator malorum. Büñ.

b) simul et auaritia et timiditate] De vtroque Diocletiani vitio cap. 8. sect. 2. consulatur. Timiditatis autem fuit, quod tres in consortium imperii adsciuit. Cell.

c) Tres enim participes regni] Maximianum Herculum augustum, et cæsares Constantium Chlorum et Maximianum Galerium. Cell.

d) participes] sc. successu temporis. vid. Cuper. Büñ.

e) in quatuor partes orbe diuiso] Orientem regebat Diocletianus: Italiam et Africam Maximianus Herculus: Transalpinas prouincias Constantius cæsar: Illyricum et Thraciam Galerius Maximianus. Diocletiani sedes regia erat Nicomedia Bithyniæ: Herculi Mediolanum: Constantini Augusta Trevirorum: Galerii Sirmium Pannoniæ. Cell.

militum habere contenderent, quam priores principes habuerant, quum soli rempublicam gererent. Adeo maior esse cœperat numerus accipientium, quam dantium, vt enormitate^f indictionum consumptis viribus colonorum, desererentur agri, et cultura verterentur in filuam. Et, vt omnia terrore completerentur, prouinciæ quoque in frustra concisæ, multi præfides^h et plura officiaⁱ singulis regionibus ac pæne iam ciuitatibus incubare, item rationales^{k. l} multi, et magistri, et vicarii præfectorum^m, quibus omnibus ciuiles actus admodum rariⁿ, sed condemnationes tantum et proscriptioes frequentes, exactiones rerum innumerabilium, non dicam, crebræ, sed perpetuæ, et in exactionibus iniuriæ non ferendæ.

f) *enormitate indictionum*] id est, tributorum. vid. Baluz. et Cuper. Pro *enormitate* in MS. legitur *inhormitate*. Sic MSS. Prudent. apud Heinsium Hymn. post Iekim. VIII. v. 64: *corpus ineruans*, pro aliorum, *eneruans*, p. 15. et 16. et Apotheos. v. 400: *inergima* pro *energima*, p. 71. et L. 2. Syllab. v. 143. iterum: *ineruans*, p. 129. adde Salmaf. ad Script. Hist. Aug. in Ael. ver. c. 1. Morhof. de Patauinit. Liu. c. 3. p. m. 496. Daumium in Prefat. ad Paulin. Petrocorium; Munckerum ad Fulgent. Mytholog. lib. 1. c. 1. p. 29. et Vosf. lib. 4. Vit. S. L. c. 11. p. 698. Bün.

g) *prouincia quoque in frustra concisæ*] Ex hoc videmus originem multiplicationis prouinciarum, quæ aliunde non clare cognoscebatur. Numerum notum prouinciarum exhibent Notitia Imperii vtriusque, et alia notitia Episcopatum, et Liddellus prouinciarum Schonhousii, quem nuper cum Sexto Rufo edidimus, et in occidentali imperio ipse Sextus Rufus siue Rufus Festus. Cell.

h) *multi præfides*] i. e. prouinciarum rectores. Bün.

i) *et plura officia*] *officarii* ed. Oxon. et Cant. *fixæ officiales*, siue ii, qui officii funguntur, sæpe dicuntur *officia*; vt *seruicium* pro *seruis*, *matrimonium* pro *uxoribus*. alia dabit Columbus. Bün.

k) *rationales multi*] procuratores principum. Lampridius in Alexandro cap. 45: *procuratores*, id est, *rationales*. Cell.

l) *rationales*] Qui olim dicebatur Procurator Cæsaris, Rationalis posteriore æuo adpellabatur; vt habet Pignor. de Seruis p. 335. procurator fisci et patrimonii Cæsaris sic dicitur. vide Pirisc. Lexic. Antiq. Roman. T. 2. f. 597. et in: Procurator Cæsaris f. 540. adde Baluz. et Columb. et Lactant. c. 12. n. 2. h. l. Bün.

m) *magistri et vicarii præfectorum*] Nurr. p. 225. ablegat ad Constantini M. Leg. 2. de iure fisci, et Godofredi in eam notas, illiusque et Pancirolli obseruat in notitiam dignitatum. Bün.

n) *ciuiles actus - rari*] i. e. ciuiles priuatasque causas vix admittebant. conf. Cuper. Bün.

o) *Nec*

dæ. Nec quoque ^{o. p.} tolerari possunt, quæ ad exhibendos ⁵ milites spectant^r. Idem infatigabili auaritia, thesauròs numquam minui volebat, sed semper extraordinarias opes ac largitiones congerebat^r, vt ea, quæ recondebat, integra atque inuiolata seruaret. Idem quum variis iniquitatibus immensam ⁶ faceret caritatem, legem pretiis rerum venalium statuere conatus est. Tunc ob exigua et vilia multus sanguis effusus, nec venale quidquam metu^t adparebat, et caritas multo deterius exarsit, donec lex necessitate ipsa, post multorum exitium, solueretur. Huc accedebat infinita quædam cupiditas ædificandi, non minor prouinciarum exactio, in exhibendis operariis et artificibus, et plaustris omnibus^{*,} quæcumque sint fabricandis operibus necessaria. Hic basilicæ^{*,} hic circus, hic moneta^{*,} hic armorum fabrica, hic vxori ⁷ do-

o) *Nec quoque tolerari*] In MS. Hæc vel Hec, quod sententiæ repugnat. *Cell.*

p) *Nec quoque tolerari possunt*] MS. *Hæc quoque.* Pro hac lectione substituitur *nec quoque.* At quorsum illud? Annon iam in superioribus de indictionibus occasione militum locutus est? Clarum est quid velit, potuisse equidem hæc adhuc tolerari, si eius animus infatigabilis hic substituisset. Mieg. ad illustr. van Mastricht; qui Miegii sententiam approbavit. *Bün.*

q) *ad exhibendos milites*] id est, alendos. Iustinus 9. 2: *alimentis exhibere*, et 11. 10. 9. ac 22. 1. 3. vitam exhibere, i. e. tolerare. Papinianus lege 54. D. de donat. inter vir. et vx. *quum per omne tempus matrimonii sumptibus suis vxorem et eius familiam vir exhiberet.* Adde leg. 34. D. de negot. gestis. *Cell.* Exhibere Heumanno est stellen, vt n. 8: *operarios exhibere, Arbeiter anschaffen.* *Bün.*

r) *spectant*] MS. *expectant.* Sed alibi ad Lact. notatum, non posse hæc latine idem valere. *Bün.*

s) *opes-congereve*] Et hæc phrasia Lactantii, vt ad Epitomen notauit. *Bün.*

t) *metu*] i. e. ex metu, vt aliquoties noster. Heumannus delet vocem, aut legit: *tum.* *Bün.*

u) *et plaustris omnibus, quacumque sint*] Omnino, vt Græuius et Tollius censent legendum: *et plaustris omnibusque, quacumque.* *Bün.*

x) *Hic basilica-- hic filia*] Non mutandum in *hinc*, vt vult doctiss. Gale. Sunt hi tituli et prætextus indictionum, cum exclamatione quadam auctoris. *Mastricht.*

y) *hic moneta*] ædificium, officina monetæ eudendæ et obsignandæ. Ammianus lib. 22. cap. 28: *aram in moneta, quam regabat, recens locatam eueris.* Et Sidonius Apollinaris Carm. 23. de Narbone. v. 40:

*Portis, porticibus, foro, theatro,
Delubris, capitolis, monetis.*

Adde eundem lib. 4. epist. 1: *moneta disciplinarum*, id est schola, per translationem. Lege 3. C. Th. de falsa moneta: *In monetis tantum nobris eudenda pecunia studium frequentetur.* *Cell.*

z) *moneta*] pro officina. vox Germanica

domus, hic filia. Repente magna pars ciuitatis exceditur.
 Migrabant omnes cum coniugibus et liberis, quasi vrbe ab ho-
 10 stibus capta^b. Et quum perfecta hæc fuerant cum interitu
 prouinciarum, non recte facta sunt, aiebat; alio modo fiant.
 Rursus dirui ac mutari necesse erat, iterum fortasse casura.
 Ita semper dementabat^{c, d}, Nicomediam studens vrbi Romæ
 11 coæquare. Iam illud prætereo, quam multi perierint pos-
 sessionum aut opum gratia. Hoc enim vsitatum, et fere lici-
 12 tum consuetudine malorum. Sed in hoc illud fuit præci-
 pu-

manica Münze, vtrumque etiam notat. vid. Lindenbr. ad Ammian. Marcell. L. 22. c. 11. p. 354. Sauar. ad Sidon. c. 23. v. 41. p. 181. et Pitisc. L. A. R. T. 2. f. 220. b. Bün.

a) magna pars ciuitatis exceditur] Nicomedia deseritur. Sunt, qui parte legi volunt: quidam exciditur. Cell.

b) vrbe ab hostibus capta] Quia ita est in MS. Baluz. Nurr. aliisque, deserui Columbi et Cell. editiones, in quibus: vrbe hostibus capta, licet ea alibi satis possit defendi. Bün.

c) dementabat] insaniebat. Glosf. vet. Dementas, ἐξίσησι. At Lactantius lib. 4. cap. 27. sect. 12: dementis. et Lucretius lib. 3. v. 465:

-- dementis enim, deliraque factur. Cell.

d) ita semper dementabat, Nicomediam] Quid si legamus: Ira semper emendabat Nicomediam, studens vrbi Romana coaquare. Miege. ingeniose mutat in: emendabat, si haberes fauentem codicem MSS. Nunc nollem sollicitare, nec etiam cum quibusdam mutarem: dementabatur. Isto tempore deponentia sæpius in neutra degenerabant; si quid mutandum, leuissime mutarem: dementabit, vt olim, nunc dementiebat. Verbum familiare etiam ante La-

ctantii tempora Tertull. Apolog. c. 13: vt aliter dementire videatur, qui sacras turres peruolat, et de Anima. vid. Pamel. Lucret. et Giphani indicem. Est dementire, de mente exire, siue insanire. Vtitur et eo Lactant. in Institutionibus. G. van Mastricht. Respice notam meam ad lib. 4. Inst. c. 27. n. 12. emendare urbem non memini latinos dicere, licet emendare ciuitatem, i. e. ciues, Ciceronis sit, quod quam diuersum sit, quilibet videt. Respicit vox dementabat, vt alii quoque viderunt, ad insanam siue infinitam ædificandi cupiditatem, de qua sect. 8. Cic. L. 9. ad Attic. ep. 9. extr. sed eius dementias caue contemnas, quod Bosius recte interpretatur: sumtus immensos factos in ædificando et exornando Lanuuii. Aetiuo sensu interpres antiquus Irenæi lib. 1. c. 20. de Simone Mago f. 94: intruatur eum, propter quod multo tempore magicis suis dementasset eos. Etiam membranz meæ vers. latin. Act. 8: attendebant eum propter hoc, quod m. t. qd' magicis suis demētasset eos. Mart. Capell. L. 8. p. 272. desipere vel dementare. (al. dementire) cœpisti. Glosf. Philox. f. 65: dementat ἐξίσησι, et f. 66: dementas ἀφρο- vci. Bün.

a) fra-

puum, quod vbiicumque cultiorem agrum viderat, aut ornatius ædificium, iam parata domino calumnia et pœna capitalis, quasi non posset rapere aliena sine sanguine.

VIII. Quid frater eius^{a-b} MAXIMIANVS, qui est dictus I Herculius? non dissimilis ab eo^c. nec enim possent in amicitia tam fideli cõherere, nisi esset in vtroque mens vna, eadem cogitatio, par voluntas^d, æqua^e sententia. Hoc 2 solum differebant, quod auaritiæ minori altero fuit plus f-g, ma-

a) *frater eius*] non natura, sed consortione imperii, quia Maximianus Herculius in societatem imperii adlectus a Diocletiano est. Adde cap. 20. sect. 3. Cell.

b) *Quid frater eius*] Ita Mamert. in Paneg. I. Maximinio Herculio dicto c. 1: *Re vera, Sacratissime Imperator, merito quis te tuumque fratrem (Diocletianum) Romani Imperii dixerit conditores.* Vbi Cellarii notas consulas, et ibid. c. 4. pr. maxime c. 9. totum. c. 10. n. 6. et Paneg. II. c. 7. sect. 5. sqq. incerti Epithalam. Maximiano et Constantino c. 8. sect. 5. c. 11. l. 4. Eumen. Constantin. c. 15. l. 6. add. Cuper. pag. 140. 141. Bün.

c) *non dissimilis ab eo*] Infolens constructio. Forte corruptus locus; nam in fine h. c. dixit: *dissimilis ceterorum.* Bün.

d) *par voluntas*] perperam ed. Walch. *par voluptas.* Bün.

e) *aqua*] i. e. æqualis. vide indicem. Bün.

f) *quod auaritia minori altero fuit plus*] Locus male prauatus. in quo restituendo, post varias opiniones, nobis Græuius, vir summus, placet, qui ad hunc modum scripsisse Lactantium existimat: *Hoc solum differebant, quod auaritia maior in altero fuit, sed plus timiditatis: in altero vero minor auaritia, sed plus animi, non ad benefaciendum, sed*

ad male. Maior auaritia cum timiditate Diocletiano erat, cap. 7. sect. 2. Herculius vero minus auarus, at animosior ad mala, eadem opulentiorum, et corruptionem virginum. Cell.

g) *quod auaritia minori altero fuit plus*] Hæc periodus est, contaminatissima, puto primum verbum sic legi posse: *Auaritia minor in altero fuit, plus libidinis, maiori vero minus.* Quod *libidinis* vocem hic substitutam, ideo facio, quia, dum in sequentibus hanc institutam differentiam succincta criminum Herculii descriptione probare vult, antequam Constantium his dissimilem dicat, eius etiam libidinis mentionem faciat, iam *libido in homine pestifera.* Miege. Si ex MSS. haberes additam vocem *libidinis*, aut si lacuna esset indicata in MS. probari posset ingeniosa insertio vocis: *libidinis.* Nunc est paullo audacior, maxime in sensu emphatico Lactantii, quem miror interpretes non obseruasse. *Vult enim, altero tanto Herculum a Diocletiano superatum auaritia; ut altero sit adverbialiter positum, uti alterum altero plus est, altero tanto plus.* G. van Mastricht. Minus, quam reliqui interpretes, scopum videtur adsecutus Nurrus p. 280. vbi maiorem Herculio auaritiam hoc loco tribui putat, id sane hic auctor

maiori vero minus, sed plus timiditatis; plus vero animi,
 3 non ad bene faciendum, sed ad male. Nam quum ipsam
 imperii sedem teneret Italiam, subiacerentque opulentissi-
 mæ prouinciæ, vel Africa, vel Hispania^b, non erat in custo-
 diendis opibus tam diligens, quarum illi copia suppetebat.
 4 Et quum opus esset, non deerant locupletissimi senatores,
 qui subordinatis iudiciisⁱ adfectasse imperium dicerentur,
 ita ut effoderentur adfidue lumina senatus^k. Cruentissimus
 5 fiscus male partis opibus adfluebat. Iam libido in homi-
 ne pestifero^l non modo ad corrumpendos mores^m, quod
 est

Et or non credidit, uti ex c. 7. n. 2. n. 5: *insatiabili auaritia* patet, quæ de Diocletiano agunt. Sed Nurrius videtur Baluzium hic secutus, cuius tamen et Sparkii rationes maxime nituntur verbis ex Actis S. Mauricii et sociorum eius ab Eucherio conscriptis, ubi Hercules describitur, *ferus animo*, AVARITIA CRUELIS; nolo vero te nescire, membranas meas antiqua manu eleganter scriptas multo conuenientius habere hoc modo: *Maximianus cesar usu quidem milicie bellis aptus, sed dolorum specialis cultor, ferus animo, auaricia ANXIVS, OPERE crudelis, libidini deditus, ceterisq; vicis obfessus furebat.* Deinde, quinquam Hercules Diocletiani voluntati plerumque obsecundauerit, non tamen Hercules minor et Diocletianus maior dici hic possunt, quemadmodum Nurrio visum; duo enim Imperatores erant pares, et maiores, ut Diocletianus et Hercules; duo vero Cæsares dicebantur minores. Probatur ex cap. 18. n. 5. et 6: *ut duo sint in republica maiores, qui summam rerum teneant. Item duo minores, qui sint adiumento, pari modo.* Similis fere stilius L. 3. 7. 4: *In illa priori parte ut periculi minus, ita plus difficultatis est - hic ut periculi plus, ita minus difficultatis.* Bün.

b) opulentissima prouincia, vel

Africa, vel Hispania] Aurelius Victor Schotti de illa orbis per Diocletianum diuisione: *quasi partis imperio, cuncta, qua trans Alpes Gallia sunt, Constantio commissa; Africa Italiaque Hercules.* Cuius vero Hispania? Dodvvelus V. C. Disfert. Cyprian. XI. sect. 75. Constantio adiudicat, quia trans Alpes sita, nec memorata in portione Herculi. Quod si est, suspecta verba, *vel Africa vel Hispania*, tamquam post nostrum adfuta. Si vero genuina sunt, tum disiunctio vel non caret suspitione, cum copulanda fuissent prouinciarum ita, *Africa et Hispania.* Sin de alterutrius minoribus prouinciis opulentissimas interpretari velis, patrio casu dicendum fuisset *vel Africa vel Hispania.* Cell. Verba: *vel Africa vel Hispania* sunt Heumanno glossema. Bün.

i) iudiciis] i. e. indicibus. vid. Grævium h. l. Sic *matrimonia* pro vxoribus. L. 3. Inst. 21. 4. - 10. Bün.

k) *effoderentur - lumina senatus]* De Roma Lact. 7. Inst. 25. 8: *ne tyrannus - lumen illud effodiat.* ubi plura, quibus Cuperum adde. Ita ut h. l. ordine transposito valet ut ita siue hoc modo. Bün.

l) *pestifero]* Lego cum Heinsio, Græu. Heum. *pestifera.* Bün.

m) *ad corrumpendos mores]* Ita MS.

et

est odiosum ac detestabile; verum etiam ad violandas primorum filias. Nam quacumque iter feceratⁿ, auulsæ a conspectu parentum virgines, statim præsto. His rebus beatum se iudicabat; his constare felicitatem imperii sui putabat, si libidini et cupiditati^o malæ nihil denegaret. Constantium prætereo, quoniam dissimilis ceterorum fuit, dignusque, qui solus orbem teneret.

VIII. Alter vero MAXIMIANVS^a, quem sibi generum Diocletianus adsciuerat, non his duobus tantum, quos nostra tempora senserunt, sed omnibus, qui fuerunt, malis peior. Inerat huic bestię naturalis^{b.c} barbaries, efferitas^d a Romano sanguine aliena. Non mirum, quum mater eius transdanuuiana, infestantibus Carpis^e, in Daciam nouam, transiit amne, confugerat. Erat etiam corpus moribus congruens, status^f cellus, caro ingens et in horrendam magnitudinem diffusa et inflata. Denique, et verbis, et actibus,

et defendit Nurrius pag. 281. conf. Bauldr. p. 75. Præfero: *mares*. Hoc scelus maxime detestatus est L. 6. Inst. 23. 9-10. et L. 1. 10. 11-12. Opponit Nurrius gradationem, sed pari modo a maiori ad minus progreditur L. 1. Inst. 4. 3. vid. ex Perizonio not. (k) p. 25. *Bün.*

n) *quacumque iter fecerat*] Eadem verba L. 4. c. 15. 6. et L. 5. 17. 18. *Bün.*

o) *cupiditati*] i. e. auaritiæ; more Lactantii L. 1. Inst. 20. 25. L. 5. 6. 1. *Bün.*

a) *Alter vero Maximianus*] Galerius, cui cognomen Armentario fuit. *Cell.*

b) *naturalis barbaries*] Quia in Dacia noua haud longe a Serdica natus, *Eustrop. 9. 14.* matre transdanubiana. Dudum enim barbari illas trans Danubium partes infederant, vbi Traiani Dacia Romanis colonis exulta fuerat. *Cell.*

c) *naturalis*] *Heum. natalis* corri-

git. *Seruo: naturalis*. Sic Iul. Capitol. in Maximini c. 20. *Senatus Maximini et NATVRALEM et necessariam CRVDELITATEM timens*. Vim *τῆ naturalis* egregie Casaubonus ad Perf. Sat. 2. p. 225. illustrat. *Bün.*

d) *efferitas*] Omnes legendum censent: ET FERITAS, nec Nurrius diffidilis est p. 303. Semper Lactantius *alibi feritas*, e. g. L. 5. 11. 7-10. Sic Florus 1. c. 22. pr. *Inerat quadam adhuc ex pastoribus feritas*. Cyprianus Exhort. Mart. *crudelitas eius aue feritas*. *Bün.*

e) *infestantibus Carpis*] Cap. 4. sect. 3. Adde Aurel. Victor. in Diocletiano. *Cell.*

f) *status cellus*] Nurrius cum nonnullis p. 303. retinet lectionem MS. *statu cellus*. At hic rectius: *status cellus*. Patet ex contextu, adde Columbum, et quæ dixi ad L. 7. c. 9. n. 11. *Bün.*

g) *con-*

- et adsp̄ctu, terrori omnibus ac formidini fuit. Socer quoque cum metuebat acerrime, cuius timoris hæc fuit causa.
- 5 Narseus rex Persarum, concitatus domesticis exemplis & aui sui Saporis, ad occupandum orientem cum magnis copiis inhiabat.
- 6 Tunc Diocletianus, vt erat in omni tumultu metriculosus animique disiectus ^{b. i.}, simul et exemplum Valeriani ^k timens, non ausus est obuiam tendere, sed hunc per Armeniam misit, ipse in oriente subsistens, et aucupans ^l exitus rerum.
- 7 Ille insidiis suis barbaros, quibus mos est cum omnibus suis ad bellum pergere, multitudine impeditos ^m et sarcinis occupatos, non difficiliter oppresfit: fugatoque Narseo rege, reuersus cum præda et manubiis ingentibus, sibi adtulit superbiam, Diocletiano timorem.
- 8 In tantos namque fastus post hanc victoriam eleuatus ⁿ est, vt iam detractaret ^o cæsaris nomen. Quod quum in litteris ad se datis audisset ^p, truci vultu ac voce terribili exclamabat: QVOVSQVE CAESAR?
- 9 Exinde insolentissime agere cœpit, vt ex Marte se procreatum ^q et

g) *concitatus-exemplis*] En Lactantium L. 6. 23. 31: *exemplo ipso concitata*. Bün.

h) *animique disiectus*] Columbus mauult *deiectus*. Cell.

i) *animique disiectus*] Forte: *animique deiecti*, vt Ouidius L. 1. de Pont. 3. 26. *animum iacentem dixit*. Nifimalis: *animoque defectus*. Heumann. *animique incertus*. Similia Cerda dedit ad Virg. 3. Georg. 289: *animi dubius*. Bün.

k) *exemplum Valeriani*] a Persis capti, et in seruitutem abducti. *Supr. c. 5*. Cell.

l) *aucupans exitus*] Lact. L. 5. Inst. 22. 22. *per rumorem aucupata*. Epit. c. 55. *aucupari utilitates*. Auctor de Bello Afric. c. 3. 5. - *occasionem aucupabatur*. Lexicis addi potest ex Orof. L. 5. c. 4. *aucupator* et ex eiusdem L. 5. c. 19. *aucupatio*. Bün.

m) *impeditos*] In MS. imperite legitur: *imperitos*. Bün.

n) *eleuatus*] Heumannus *elatus* tentat. Pro recepta est quodammodo Arnob. L. 2. p. 56. *typho et arrogantia subleuatus*. Bün.

o) *detractaret*] Sic etiam cap. 10. sect. 15. dixit. Cell.

p) *in litteris ad se datis audisset*] Audisset Diocletianus ex litteris Galerii. Cell. inmo Galerius audisset siue vidisset. Bün.

q) *vs ex Marte se procreatum*] Imitatus Diocletianum, qui se Iouium; et alterum Maximianum, qui Herculium, quasi a diis progenitoribus, adpellauerunt. De Galerio Epit. Victoris c. 57. *Is insolenter adfirmare ausus est, matrem more Olympiadis, Alexandri Magni creatricis, compressam dracæno, sarnos concepisso*. Cell.

et videri et dici ^r vellet, tamquam alterum Romulum; ma-
luitque Romulam matrem ^s stupro infamare ^t, vt ipse diis ori-
vndus videretur. Sed differo de factis eius dicere, ne con- 10
fundam tempora. Postea enim quam ^a nomen imperatoris
accepit, exuto socero ^x, tum demum furere cœpit et contem-
nere omnia. Diocles, [sic] enim ^y ^z ante imperium voca- 11
batur, quum rempublicam talibus consiliis et talibus fociis e-
verteret, quum pro sceleribus nihil non mereretur; tamdiu
tamen summa felicitate regnavit, quamdiu manus suas iusto-
rum sanguine non inquinaret. Quam vero causam perfe- 12
quendi habuerit, exponam.

X. Quum ageret ^a in partibus orientis, vt erat pro ti- 1
more scrutator rerum futurarum; immolabat pecudes, et in
iecoribus earum ^b ventura quærebat. Tum quidam mini- 2
stro-

^r) *se procreatum - videri et dici vel-
let*] Vindico hunc archaismum ad
c. 14. n. 3. Büñ.

^s) *Romulam matrem*] Mater Ga-
lerii Romula, vnde Romuliano op-
pido nomen. Epit. Viñt. Cell.

^t) *matrem - infamare*] Eleganter
iudice Broukhuisio ad Propert. 3. 9.
28: *Iuppiter infamat seque suamque
domum.* Lact. de Ira 17. 6: *censuram
- acerbitatis nomine infamant.* Epit.
c. 55. *hanc stultitia crimine infamant.*
conf. Iustin. L. XI. c. 11. 6. Büñ.

^u) *Postea enim quam*] Sic c. 5. n. 4.
postea vero quam. L. 4. Inst. c. 15. n. 30.
postea vero animaduersa sunt, quam.
Büñ.

^x) *exuto socero*] i. e. Diocletiano
purpura et imperio priuato. Büñ.

^y) *Diocles enim ante imperium vo-
cabatur*] Nurrius putat, hæc non
redolere Lactantii stilum, neque co-
hærere p. 136. sed satis bona est con-
nexio, si legas cum Cuperio et Cel-
lario: *Diocles sic enim ante imperi-
um vocabatur.* Facile sic potuit scri-
bz excidere. conf. c. 19. n. 5. Immo

Nurrius sibi non satis constat, nam
p. 220. ipse fatetur, *hunc locum plu-
ribus mutilum et hiulcum*, nec immer-
rito forsan videri, nam ibi, *vt sensus
et aliqua verborum connexio esset, le-
gendum utique videbatur; Diocletia-
nus autem, qui ante imperium Dio-
cles vocabatur: sed quis sine alio co-
dice manuscripto adfirmare audeat,
hæc esse veragenuinaque Cecilii nostri
verba?* Bene. Nihil itaque contra
Lactantium potest confici, si locus
merito videtur mutilus. conf. M. P.
c. 19. 5. Büñ.

^z) *Diocles [sic] enim ante impe-
rium*] Inclusum sic versiones addide-
runt, sine quo, aut simili, male sa-
nus locus est. Cell.

^a) *Quum ageret*] Amat hanc locu-
tionem hoc sensu Lact. L. 4. c. 27.
n. 1. vbi eadem res, et L. 4. c. 23. n. 2.
Büñ.

^b) *immolabat pecudes et in iecori-
bus earum*] Ita Cell. et Nurr. Vel-
lem Nurrius monuisset in notis,
num ex emendatione, an ex MS.
Sane Baluzius et hunc secuti Columb.
Can-

strorum^c, scientes Dominum^d, quum adfiterent immolanti, imposuerunt frontibus suis immortale signum^{e. f.} quo factò, fugatis dæmonibus, sacra turbata sunt. trepidabant aruspices, nec solitas in extis notas videbant^g, et, quasi non litas-

ferent

Cantabr. Spark. Bauldr. Walch. habent in iecoribus EORVM, non EARVM; licet Bauldr. et Borehellus, quia desperabant de masculino, correctum velint in: earum. At inueni quoque pecus cum adiect. masc. in Saluian. de Gubern. D. L. 7. ed. Brem. p. 135: in morem eorum pecudum, qui maris gregum appollantur, feruida libidinis debacchatione grassantes. Ad h. l. Conr. Rittersh. p. 219. Nota, inquit, pecudem genere masculino rareretur poni. Bün.

c) *Tum quidam ministrorum*] Accurate huic loco respondent, quæ lib. 4. Inst. c. 27. toto leguntur, neque vquam Nurri. omni sua opera p. 187. sq. hanc conuenientiam obscurabit. Ministri non sacrificiorum, sed Diocletiani, iique in Christum credentes fuerunt. Difficultatem, quam Bauldrius mouet, vix tanti esse puto. Quis enim vquam credet, sacrificiorum ministros proprie sic dictos dominum simul sciuisse seu Christianos fuisse? Ministri scientes Dominum nihil amplius quam immolanti Diocletiano aut sacrificanti dominis adfiterunt. Bün.

d) *scientes Dominum*] L. 3. 29. c. 15: qui Deum sciunt, vt L. 7. Inst. 20. 6. qui dominum sciunt. Bün.

e) *imposuerunt frontibus suis immortale signum*] Signum crucis, de cuius in prima ecclesia vsu noster lib. 4. cap. 26. 27. Prudentius hymno ante somnum, sub finem: Tertull. de corona c. 3. extr. Cell.

f) *imposuerunt frontibus suis immortale signum*] vid. quæ notauimus ad Lact. L. 4. c. 26. n. 39. Nurrius ad hæc verba Cecilii p. 183. locum Lactantii plane peruertit, quum ita

scribit: *Illud porro crucis signum iam a Cecilio nostro, quam a Lactantio idcirco immortale vocatur; non solum quia dæmonibus est inexpugnabile, et ab eis vinci numquam potuit, SED ETIAM QVIA, vt ait Lactantius, SALVTI est omnibus, qui signum sanguinis, id est crucis, qua sanguinem fudit, in sua fronte conscripserint.* Hic sane Nurrius satis prodit, quam vere et candide ipse in citandis patrum verbis versetur nonnunquam; vt vero cognoscas, grauissime errare Nurrium, quum signum crucis ideo immortale dictum fingit, QVIA salutis sit omnibus, qui illud in sua fronte conscripserint, subiiciam integrum Lactantii locum ex L. 4. c. 26. sect. 38. et 39: *Hebraei soli signo sanguinis sui fuerunt, non quia cruci pecudis tantam in se vim gerebat, vt hominibus salutis esset; sed imago fuerat rerum futurarum. Agnus enim candidus sine macula Christus fuit, id est innocens et iustus et sanctus, qui ab iisdem Iudæis immolatus salutis est omnibus, qui signum sanguinis, id est, crucis, qua sanguinem fudit, in sua fronte conscripserint.* Vides quomodo Nurrius contra Lactantii mentem, salutem, quæ a Christo vnice pendet, signo crucis adscripserit. Melius sane fecisset, si, quæ Bauldrius hic modeste notauerat, tamquam inexpugnabilem veritatem agnouisset, quam quod suam doctrinam negantes heterodoxos homines et falsis sectæ suæ erroribus circumuentos vocaret. Commendamus ad hanc rem Rittershus. lect. sacr. lib. 5. cap. 14. Bün.

g) *nec solitas in extis notas videbant*]

sent^b, sæpius immolabant. Verum idemtidem maectatæ 3
 hostiæ nihil ostendebant, donec magister ille aruspicum Ta-
 gis^c, seu suspicione, seu visu, ait, accirco non respondere sa- 4
 cra, quod rebus diuinis profani homines interesent. Tunc
 ira furens^d, sacrificare non eos tantum, qui sacris ministra-
 bant, sed^e vniuersos, qui erant in palatio, iussit; et in eos,
 si detractasent, verberibus animaduerti, datisque ad præpo-
 sitos litteris, etiam milites cogi ad nefanda sacrificia præcepit;
 vt, qui^f non paruisent, militia soluerentur. Hactenus^g 5
 furor eius et ira processit, nec amplius quidquam contra le-
 gem aut religionem Dei fecit. Deinde, interiecto aliquan- 6
 to tempore^h, in Bithyniam venit hiematum, eodemque tunc
 Maximianus quoque Cæsar, inflammatus scelere, aduenit,
 vt ad persequendos Christianos instigaret senem vanumⁱ 7,
 qui iam principium fecerat^k. Cuius furoris hanc causam
 fuisse cognoui.

XI. Erat mater eius deorum montium cultrix^l, mulier 8
 ad-

bant] Vid. Broukhuf. ad Tibull. 2.
 3. 13 - 14. *Presentat aruspex, lubrica
 signavit quon Deus extra notis. Ha
 nota quom abesent, dorum habebat-
 tur.* Bün.

b) non litansens] Vide not. ad L. 4.
 27. 3: *sacra nullo modo litant.* Bün.

c) Tagis] Rectius alii: Tages. Bün.

d) ira furans] MS. *ira furori.* Num
 ira FVRERE? sc. coepit. At Epit. c.
 71. extr. *ira implacabili furens.* Bün.

e) non eos tantum - sed] Ponit hic,
 vt alibi, sed pro sed etiam, vt cap. 15.
 c. 26. 5. c. 33. 7. Plura ad Epit. 23.
non modo - sed vincti, ex MS. Bün.

f) vt, qui] MS. ET qui. Hinc
 Heum. *et qui - solid.* Bün.

g) Hactenus] i. e. in tantum, eo
 usque. More Lactantii notauit ad L.
 4. 26. 6: *Non hactenus vis illa - opera
 ta est.* Bün.

h) interiecto aliquanto tempore]
 MS. *interdicto aliquanto tempore.* be-

ne correctum interiecto. c. 14. n. 6:
*quonderim diebus interuictis. de voce
 aliquantus vide Cell. ad Eutrop. L. 4.
 c. 11. n. 6. et maxime ad Brouiar.
 Sexti Rufi c. 16. vbi V. C. vindicat.
 In Vegetio L. 3. c. 23: aliquanta ci-
 uitates significant aliquos, item in
 Ael. Spartian. Adrian. c. 7. alia loca
 vid. apud Barth. in Aduers. f. 1239.
 Aliquanto tempore quoque dixit Api-
 cius lib. 1. c. 5. p. 15.* Bün.

i) senem vanum] Diocletianum.
 Coll.

q) senem vanum] sc. Diocletia-
 num. Elucet Lactantii stilus lib. 3.
 c. 18. n. 16. *videlicet senex vanus -
 finxit.* Bün.

r) principium fecerat] Lælius quo-
 que lib. 24. c. 24: *Principium coniu-
 rationis factum ab Harenocina Gelonis
 filia nuptiis.* Cell.

s) deorum montium cultrix] Omnia
 hæc prauata et conturbata sunt, quæ
 Tttt lau-

admodum superstitiosa. quæ quum esset, dapibus sacrificabat pæne quotidie, ac vicariis suis epulas exhibebat^b. Christiani abstinebant, et, illa cum gentibus^c epulante, ieiuniis hi et orationibus infistebant. Hinc concepit odium aduersus eos, ac filium suum, non minus superstitiosum, querelis muliebribus ad tollendos^d homines incitauit. Ergo, habito inter se^e per totam hiemem^f consilio, quum nemo admitte-

laudatus Græuius ita censet restituenda: *Erat mater eius dea montium cultrix. Qua quum esset mulier admodum superstitiosa, sacrificabat pæne quotidie, et dapibus ac epulis suis vicarios exhibebat.* Dea montium fuit Cybele. Mæcenas apud Diomedem lib. 3. p. 514. ed. Putsch.

Ades, inquit, o Cybele, fera montium dea.

Aut Diana, quæ etiam montibus errare dicitur. Exhibebat, id est alebat, vt cap. 7. sect. 5. Cell.

b) *qua quum esset - epulas exhibebat*] In MS. *qua cum esset, dapibus sacrificabat pæne quotidie, ac vicariis suis epulis exhibebat.* Quæ Nurrius p. 305. ita circumscribit: *Erat mater Galerii deorum montium cultrix, qua mulier admodum superstitiosa quum esset, sacrificabat pæne quotidie dapibus, qua diis montium offerbantur ac vicariis suis, hoc est, iis, qui vices eius gererant, aut vicariis suis, hoc est, his, qui inhabitabant in vicis, ubi sacrificabat, ex iisdem dapibus exhibebat epulas, quibus abstinebant Christiani.* Hæc Nurrius. *Qua quum esset*, expono: *qualis quum esset*, siue, *quum ita superstitiosa esset.* *Dapes* hic rem diuinam notant; *dapes* enim erant deorum, *epula* vero hominum, vt iterum Nurr. ex Seruio et Festo. In Festo voc. *daps* pro *daptice* et *dapticum*. in MS. Leid. teste Manckero ad Fulgent. L. 1. p. 34. legitur *dapsice* et *dapticum*. In nostro

loco *exhibebat* non potest valere *alebant*, vt Cellario nostro visum; nisi constructio mutetur h. m. ac *vicarios suis epulis exhibebat.* conf. Vorst. et Bongars. ad Iustin. lib. 9. c. 2. n. 7. Legendum vt nostra editio habet: *VICARIIS suis exhibebat*, i. e. dabat, præbebat, vt Lampridius in Heliogab. c. 19: *exhibuit Palatinis ingentes dapes.* Iul. Capitol. in Antonino Pio c. 11. *nec vllum sacrificium per vicarium fecit, nisi quum ager fuit.* Placet mihi quoque vt Græuius, Tollo, Heumanus: *VICANIS*; sequitur enim: *illa cum gentibus epulante*; quæ plures potius conuiuas, quam vnum atque alterum *VICARIVM* indicare videntur. Bün.

c) *cum gentibus*] i. e. *gentilibus*, vt Laët. 2. 13. 12. *Sic aberrantes a notitia Dei, gentes esse ceperunt.* Bün.

d) *ad tollendos homines*] Breuis, inquit Bauldr. locutio, et illustrat ex Iustino. Sed ita solet Laëtant. L. 4. Instit. c. 16. n. 5: *consilium de eo tollendo cruciandoque ceperunt.* Bün.

e) *inter se*] Inter Diocletianum et Galerium, quod facile colligitur ex n. 8. n. 6. n. 4. et ex c. 10. extremo, vt non sit, quod Nurr. p. 137. tamquam caligine conspersum notet; pronomina vero sæpius ad remotiora referri, non puto Nurrium ignorasse. Bün.

f) *per totam hiemem*] Hyperbolice, vt ostendi ad c. 14. n. 7. Bün.

s) se-

teretur, et omnes de summo statu reipublicæ tractari arbitra-
rentur, diu senex furorcius & repugnauit, ostendens quam
perniciosum esset, inquietari orbem terræ, fundi sanguinem
multorum. Illos libenter mori ^b solere. Satis esse, si pala-
tinosⁱ tantum ac milites ab ea religione prohiberet. Nec ⁴
tamen desistere ^k potuit præcipitis hominis insaniam. Pla-
cuit ergo amicorum sententiam experiri. Nam erat huius ⁵
malitiæ: quum bonum quid facere decreuisset, sine consilio
faciebat, vt ipse laudaretur: quum autem malum, quoniam
id reprehendendum sciebat, in consilium multos^l aduocabat,
vt aliorum culpæ^m adscriberetur, quicquid ipse deliquerat.
Admissi ergo iudices pauci, et pauci militares, vt dignitate ⁶
antecedebant, interrogabantur. Quidam proprio aduersus
Christianos odioⁿ, inimicos deorum et hostes religionum pu-
blicarum tollendos esse censuerunt, et, qui aliter sentiebant,
intellecta hominis voluntate, vel timentes, vel gratificari vo-
lentes, in eandem sententiam congruerunt^o. Ne sic qui- ⁷
dem

g) *senex furori eius*] Diocletianus
furori cæsaris Galerii. Cell.

h) *libenter mori solere*] Egregie il-
lustrat Korthold. Pagan. Obtrekt.
L. 3. c. 10. et 11. hanc Christianorum
pro religione moriendi προθυμίας.
Laët. L. 5. c. 17. n. 24. Epit. cap. 6.
n. 5-1. Bün.

i) *palatinos*] i. e. qui in palatio de-
gebant et ad palatium pertinebant.
Bün.

k) *desistere*] Ita MS. seruat, teste
Nurrio p. 229. nec est cur Tollius
malit: *flectere*. Bün.

l) *multos aduocabat*] Bauldr. ma-
lebat: *alios aduocabat*, quia sequitur
aliorum et pauci. Nurrius defendit
multos p. 230. quod pauci ex vno, et
pauci ex alio ordine iudices adsumti
multos efficiant. Erat quoque deli-
beratio hæc de Christianis adhuc se-
creta, nec magnus arbitratorum nume-
rus illico admitti poterat. Bün.

m) *vt aliorum culpa adscriberetur*]

Diocletianus enim, vt Eutropius L.
9. cap. 16. ait, *moratus callide fuit*
qui seueritatem suam aliena inuidia
veller explorare. Cell.

n) *proprio aduersus Christianos odio*]
L. 5. c. II. n. 10. *suo proprio aduersus*
istos odio. in MS. Colbert. *perpe-*
ram: proprium aduersus Christianos
odium. illustrat et reliqua ex eodem
Laët. loco Baluzius. Idem in prima
editione: *et qualiter sentiebant*, addit
Bauldrius, ita in MS. reperiri, sed
mendose, vti primus viderit et mo-
nuerit ipsemet Baluzius; sed nullibi
reperio, vbi monuerit Baluzius, et
Nurrius potius testatur in MS. esse:
vt qui aliter. Bün.

o) *in eandem sententiam congru-*
erunt] Adparet Lactantius ex L. 2.
4. 3: *in vnâ sententiam congruans*
diuissio. Prope Apul. L. 10. Me-
tam. *Sententia pares cunctorum stilis*
ad vnum sermonem congruentibus.
Bün.

Tttt *

p) no

dem flexus est imperator, vt accommodaret ad sensum; sed deos potissimum consulere statuit, misitque aruspicem ad Apollinem Milesium. Respondit ille, vt diuinæ religionis inimicus. Traductus est itaque a proposito; et, quoniam nec amicis, nec cæsari, nec Apollini poterat reluctari, hanc moderationem tenere conatus est, vt eam rem sine sanguine transigi iuberet, quum cæsar viuos cremari vellet, qui sacrificio repugnassent.

XII. Inquiritur peragenda rei dies apertus et felix; æ potissimum Terminalia^a deliguntur, quæ sunt a. d. vii. kalendas Martias^b; vt quasi terminus imponeretur^c huic religioni.

*Ille dies primus leti^d, primusque malorum
Causa fuit,*

quæ et ipsis et orbi terrarum acciderunt. Qui dies quum illuxisset, agentibus consulatum senibus ambobus octauum et septi-

p) *no sic quidem*] Ita recte corrigunt Columb. et Cell. at Baluz. Nurr. reliqui: *nec sic quidem*. Büñ.

q) *ad Apollinem Milesium*] Vide lib. 4. cap. 13. sect. 11. Cell.

a) *Terminalia*] Terminus deus erat Romanis, Lactant. lib. c. 20. extr. et Flor. 1. c. 7. Terminalia festum illius dei. Cic. Philipp. 12. c. 10. et ad Attic. lib. 6. principio. Cell.

b) *a. d. VII. Kal. Mart.*] Plenè Nurrius et alii: *ad septimum Kalendas Martias*. Büñ.

c) *vt quasi terminus imponeretur huic religioni*] Quis, inquit Bauldrius, cum auctore terminum imponere, pro: *finem imponere* usurpauit? respondit Græuius: *Quamuis terminum imponere forte nemo dixerit, vt finem imponere, patet tamen, Lactantium hoc loquendi genere ad ludere ad vocem Terminalia, quibus hac persecutio cepta est. Quum videret autem, id loquendi genus esse durius, illud emolliit vocula quasi*. Hactenus Græuius. Sed ite-

tum in hac phrasi agnoscitur Lactantius, ita enim inuenio in L. 4. Inst. c. 19. n. 10. *Et ideo Sibylla imposturum esse morti terminum dixit post tridui somnum*. Pari modo simplici vsus est Apulei L. 4. Metam. p. 147. *Et ille quidem dignum virtutibus suis vita terminum posuit*. Eutropius L. 4. c. XI. n. 5. et 6. qui quod n. 5. dixerat: *quum iam belli finem posurus esset*, n. 6. effert: *belloque terminum posuit*. Et Lact. iterum L. 7. c. 2. n. 1. dixit: *vt iniustum hoc seculum -- terminum sumas*, pro: *finem sumas*. sic terminum habere lib. 7. 5. 17. et c. 10. 11. quibus adde Burmann. ad Phædri L. 5. pr. p. 230. Solet alias Nurrius Bauldri dubia plurima repetere, vt euincat, hunc auctorem minus latine scripsisse, sed hunc locum sicco pede præterit, quum p. 233. optimam occasionem haberet. Büñ.

d) *ille dies primus leti*] Virgil. Aeneid. 4. v. 169. Cell.

e) *se-*

septimum^e, repente, adhuc dubia[†] luce, ad ecclesiam^f profectus^z, cum ducibus et tribunis et rationalibus venit; et re-
 vullis foribus, simulacrum Dei quæritur: scripturæ repertæ
 incenduntur: datur omnibus præda^b, rapitur, trepidatur,
 discurritur. Ipsi vero in speculis (in alto enim constituta
 ecclesia ex palatio videbatur) diu inter se concertabant, vtrum
 ignem potius supponi oporteret. Vicit sententia Diocle-
 tianusⁱ, cauens, ne magno incendio facto pars aliqua ciuitatis
 arderet. Nam multæ ac magnæ domus ab omni parte cinge-
 bant. Veniebant igitur prætoriani, acie structa^k, cum se-
 curibus et aliis ferramentis, et immissi vndique, tamen illud^l
 editissimum paucis horis solo adæquarunt.

XIII. Postridie propositum est edictum, quo cauebatur,
 vt religionis illius homines carerent omni honore ac dignita-
 te, tormentis subiecti essent, ex quocumque ordine ac gradu
 venirent, aduersus eos omnis actio valeret^a; ipsi non de in-
 iuria

e) *semibus ambobus octauum et septi-
 mum*] Diocletiano octauum; Maxi-
 miano Herculo septimum consula-
 tum, anno Christiano vulgari
 CCCIII. Cell

*) *adhuc dubia*] Sic Plinius L. 6.
 ep. 20: *adhuc dubius dies*. Bün.

f) *ad ecclesiam*] xdem Christiani
 conuentus, templum Christianum
 in vrbe Nicomedia. atque ita non
 tantum scriptores christiani illorum
 temporum, sed ipsi etiam de Chri-
 stianis profani hoc vocabulo vtun-
 tur. Zosimus lib. 5. cap. 24: λά-
 θρα τοίνυν φλόγα τῆ ἐκκλησία
 νυκτὸς ἐμβαλόντες -- ἦτε γὰρ
 ἐκκλησία κατεφλέγετο πᾶσα,
 συνεδαπανᾶτο δὲ ταύτη καὶ
 τὰ ἐχόμενα τῶν οἰκοδομημα-
 τῶν. Cell.

g) *profectus*] In MS. *pfectus*, quod

est *profectus*. Sed Spark. editor Can-
 tabr. Cuperus, Columbus, Allix.
 Burnetus, Gale, Bauldr. et Nurr.
 p. 134. etiam Heumannus consen-
 tiunt legendum: *profectus*. Diocle-
 tianus enim cum Galerio Maximinia-
 no erat in palatio n. 3. Bün.

h) *datur omnibus præda*] Heum.
 rescribit; *caetera sunt omnibus præda*.
 Bün.

i) *Vicit sententia Dioclesianus*] Alias
 Liuius L. 29. 20: *vicit senten-
 tia Q. Metelli*, et Liu. L. 20. 6. et L.
 30. 7: *hac sententia vicit*. Bün.

k) *acie structa*] Virg. 9. Aen. v. 42:
Neu struere audent aciem. Bün.

l) *tamen illud editissimum*] Non
 coheret *tamen*, pro quo varii varia
 supponunt, *tandem*, *templum*, *fa-
 num*, *temenos* Græcum, *tusamen*.
 Verum hic locus mutilus potius,
 quam corruptus nobis videtur. Cell.

a) *omnis actio valeret*] Sic cum
 Cupero, doctissimo viro, edo, licet
 T t t t 3 scri.

iuria, non de adulterio, non de rebus ablatis agere possent; libertatem denique ac vocem non haberent. Quod edictum quidam ^b, etsi non recte ^c, magno tamen animo deripuit ^d et conscidit, quum irridens diceret, victorias Gothorum et Sarmatarum propositas ^{e. f.} Statimque productus, non modo extortus, sed etiam legitime coctus ^{g. h.}, cum admirabili patientia postremo exustus est.

XIII.

scriptum *caleres* non plane sit intolerabile. *Actio*, forensis, accusatio, ut *agere*, quod sequitur, est iure agere, accusare. *Cell.*

b) *quidam*] Reticuit Lactantius huius martyris nomen, non, quod priuatus aut de plebe fuerit, quæ opinio ex voce QUIDAM Baluzio et aliis suborta est. vnde hæc cum Eusebio in Hist. Eccles. lib. 8. c. 5. pugnare visa, qui ait, quod fuerit *ἐν ἀσκήμων τις, ἀλλὰ καὶ ἄγαν κατὰ τὰς ἐν τῷ βίῳ νενομισμένας ὑπεροχὰς ἐνδοξοτάτων*. Sed omisit, quod vel fatis notus esset omnibus, vide Nurr. p. 179. et 180; vel, quæ mea est sententia, ideo noluit nominare, quia Lactantius recte iudicauit, virtum istum NON RECTE fecisse, quum illud edictum deripuit et conscidit; nam, inquit Lactantius L. 5. Institut. c. 20. n. 10. *quum tam nefanda perpetimur, ne verbo quidem reluciamur, sed Deo remittimus rationem.* conf. ibid. not. Lactantius vero et alibi QUIDAM adhibet de non obscuro. L. 2. c. 7. n. 20: *Antronius QUIDAM, qui Dionys. Halic. ut ibidem ostendi, vocatur οὐνὴς ἐν Ὀρσανῆς.* Nihil etiam hodie frequentius, quam, ubi aliquem refutamus, aut aliquid improbamus, eius nomen reticere. *Bün.*

c) *etsi non recte*] quod contra Eusebium lib. 8. cap. 5. notandum, qui iudat, ut diuino zelo factum. *Cell.*

d) *deripuit*] Lego: *deripuit*. vide not. ad c. 5. 6. *Bün.*

e) *victorias Gothorum et Sarmatarum propositas*] Gloriabantur illi principes victarum gentium titulis. Ridet ergo hic homo, quod innoxii et inermibus Christianis bellum indicerent, fortius facturi, si furorem in imperii hostes, male domitos, conuerterent. *Cell.*

f) *victorias -- propositas*] Sic corrigunt Columb. Cell. sed Baluzius, Nurr. alii: *propositas*. Patet vero ex cap. 12. n. 2. scribam *pra* et *pro* interduum confudisse; vnde et ipse, nisi textus, ut Grauius et Bauldr. visum, hic est huius, malim: *propositas*, vti sect. 1. et cap. 35. n. 1. Inest vero verbis martyris acerbitas quædam ironica, quam diuersis, nec incommodis tamen modis, interpretes explicant. quod vero ob varias expositiones locum hunc tenebricosum vocet Nurrius p. 177. in eo frustra est; nam, ut omittam. Lactantium noluisse commentarium aut glossam in hæc martyris verba scribere, nihil frequentius est eiusmodi ironiis in Ciceronis aliorumque libris itidem varie expositis; num ergo et illorum loca tenebricosa? *Bün.*

g) *legitime coctus*] forsitan lentissimo scripsit. *Coctus* autem est aslatus in craticula. Adde cap. 21. sect. 7. 8. *Cell.*

h) *legitime coctus*] Baluzius exponit,

XIII. Sed cæsar^a non contentus est edicti legibus, aliter Diocletianum adgredi parat^b. Nam vt illum ad propositum crudelissimæ persecutionis impelleret, occultis ministris palatio subiecit incendium, et quum pars quædam conflagrasset, Christiani arguebantur velut hostes publici, et cum ingenti inuidia^c simul cum palatio Christianorum nomen^d arde-

nit secundum leges, quas Augusti tulerant. At, inquit Nurrius p. 178. quia hic martyr initio persecutionis Diocletiani necatus fuisse traditur, probandum erat, datam tunc esse legem, qua Christiani lento igne cremarentur. siquidem Cecilius hanc a Galerio postea latam memorat c. 21. Quis autem antea potuit prefato sensu recte scribere, martyrem, data a solo tantum quodam iudice sententia, COCTVM LEGITIME? Columbus legitime coctus exponit: coctus legitimo sive consueto - culinaribus tractantibus more, adprobante Cupero. Optime. Alii cum Galeo, Cellar. Walch. corrigunt: LENTISSIME. Nurrius porro p. 179. negat latine dici: LEGITIME COCTVS. Contra hunc in Miscell. Lips. T. 3. p. 177. probaui, Plinium L. 23. H. N. c. 2. dixisse: Experimentum est LEGITIME COCTAE (fæcis vini), vt refrigerata linguam tactu videatur vere. Heumannus hoc aspernatur, et magna, inquit, fiducia scribo: LENTO IGNE; vt c. 21. 7: lentis ignibus. Frequens quidem hæc formula, et in Apicio de re culinaria sæpius obvia, e. g. L. 1. c. 1. L. 2. c. 2. L. 4. c. 2. c. 5. L. 5. c. 3. c. 4. c. 5. L. 6. c. 9. L. 7. c. 4. etc. Sic Senec. Thyest. IV. 765: viscera LENTIS stillant CAMINIS. ibid. V. 1061: illa LENTIS IGNIBVS stillare iussit. At non frustra est, quod ipse codex MS. exhibeat: LEGITIME coctus, a quo sine necessitate non abundum; nam Eusebius quoque L. 8. Hist. Eccl. c. 6. post memoratam c. 5. eandem histo-

riam a Ruffino, quo destitutor, vberius explicatam de Martyre eodem tempore Nicomedie prius extorto hæc commemorat: Reliquia corporis ipsius NB. κρεῶν ἐδωδίσμων δίχην, RITV, IN MOREM, IN MODVM CARNIVM, QVAE AD CIBVM PARANTVR, igne asata sunt etc. Nonne hoc idem. quod LEGITIME COCTVS, Germ. recht gekocht, recht gebraten. Doctissime igitur interpres Dioscoridis L. 5. c. 132. verba: σημεῖον τῆς ΔΕΟΥΣΗΣ καύσεως, transtulit: Experimentum est LEGITIMAE vstionis. Coctus quid sit, discite ex Prudent. Peristeph. v. 406. vbi Laurentius ad præfectum dicit: COCTVM est (latus) deuora, et in Romano v. 488: Summa pellis ignis obductus COQVIT. De Laurentio Ambros. 1. Off. c. 41: Quum Laurentius illuso tyranno impositus super craticulam exureretur, ASSVM est (Prudent. coctum est), inquit, versa et manduca. Alia non protrita de vsu vocis LEGITIMVS Burmannus ad Petron. c. 21. p. 71. obseruauit. Bün. a) Sed cæsar] Galerius, nondum Augustus. Cell.

b) adgredi parat] c. 36. 6: facere parabat, eleganter. vid. Gronou. ad Liu. 2. c. 56. Bün.

c) cum ingenti inuidia] Tollius cum delet. Bauldr. sum. Videtur scribere errore ex antecedentibus repetitum. Ciceronis est: res ardet inuidia. Bün.

d) Christianorum nomen] Heumannus

debat, illos e, consilio cum eunuchis habito, de extinguendis principibus cogitasse, duos imperatores f̄ domi suæ p̄ne viuos esse combustos. Diocletianus vero, qui semper se volebat videri e astutum et intelligentem, nil potuit suspicari; sed ira inflammatus b, excarnificari omnes suos protinus præcepit. Sedebat ipse i atque innocentes igne torrebat k: item iu-

mus corrigit: *Christiannum nomen*. Ita quidem L. 5. 2. 4: *contra religionem nomenque Christiannum*. conf. Tertull. Apol. c. 1. sed et MS. lectio recta. Lact. 4. 21. 4: *Iudeorum nomen*; et iterum de Mort. Perf. 46. 2: *Christiano: um nomen*. Bun.

e) *illos cogitasse esse combustos*] Sunt, qui putant, desiderari verbum finitum, vnde infinitiui regantur; sed antiqua elegantia verbum dicebat, sc. Galerius, aut dicebant, scil. hostes Christianorum subaudiendum. conf. c. 18. n. 8. Sic optimi MSS. Seneca 7. Benef. c. 30: *Nec desit: Nescio quid est, quod eum ferre non potuit, ubi imperiti: nec desit, qui dicat: nescio, ediderant*. vid. Gronou. ad h. l. p. 866. sq. adde Muncker. ad Hygin. Fab. 14. p. 47: *Ille abnuis; sed potius Iasonem fieri oportere* (sc. dixit). Bun.

f) *duos imperatores*] Hyperbole, inuidiæ augendæ causâ. Vnus enim in palatio imperator augustus erat, Diocletianus; Galerius tantum cesar. Coll.

g) *qui semper se volebat videri astutum*] Vsitator, inquit Bauldrius, loquendi ratio erat: *qui semper volebat videri astutus*. At est iste Archaismus Lactantio valde frequens. c. 9. 9: *ut ex Marte se procreatum et videri et dici vellet*. L. 1. Inst. 18. 5: *nec sanari se voluit, nec senem fieri*. L. 2. 8. 44: *talis est, qualem se esse voluit*. L. 2. 14. 8: *custodes se videri voluit*. L. 5. 12. 1: *istos se esse ac prudentes videri voluit*.

ibid. n. 6: *verum se esse malis*; et n. 9. conf. L. 6. c. 4. 22. et c. 12. n. 12. Sen. Vit. Beata c. 22: *esse se procerum, vult*. Plura ex Plauto, Terentio, Cicerone, Sallustio, Liuiio Græuius ad Cic. pro Archia c. 5: *semper se Heraclessem esse voluit*. Bun.

h) *ira inflammatus*] Sic L. 7. 17. 10. mox MS. *cepit*; forte olim: *excarnificare -- cepit*, vt n. 4: *torrebat*, siue ipse, siue per alios. Seneca quoque Controu. L. 2. Contr. 13. p. 199. ed. Gron. *Instabat tyrannus; torrebat*. et mox: *quid amplius dicam?* TYRANNVS TORREBAT etc. Bun.

i) *Sedebat ipse*] vt iudex, ex mente G. van Mastricht. Sic L. 5. Inst. 9. 17: *si iudices sedent*. L. 6. 18. 12: *sedet -- iudex*. Quintil. 6. Inst. 2: *Iudex sedens*. Bun.

k) *igne torrebat*] Malim *torquebat*, quia adhuc de tortura loquitur. *Megims*. Sed torturam non perficere solebat iudex vel imperator, sed carnifices, quare præcedit. *Excarnificari suos protinus præcepit*. Ipse sedebat, i. e. iudicem agebat, inquirendo, interrogando. Sedere enim est iudicis. Volebat, vt se confiterentur Christianos, etiam innocentes torrebat, aut iubebat torreri igne. Est ille frequens in tortura, maxime tyrannia. Si ex disciplina nostra corrigendum, legerem: *torrebat*. Hoc erat iudicium in contumaces, et qui confiteri nolebant *torrere*. Ita Proconsul in L. 9. §. 3. ff. de Offic. Proc. *Comminari etiam potest*,

iudices vniuersi, omnes denique, qui erant in palatio magistri, data potestate, torquebant. Erant certantes¹, quis prior aliquid inueniret. nihil vsquam reperiebatur; quippe quum familiam cæsaris^m nemo torqueret. Aderat ipse et instabat, nec patiebatur iram inconsiderati senisⁿ deflagrare. Sed quindecim diebus interiectis, aliud rursus incendium molitus est. Id celerius^o animaduersum; nec tamen auctor adparuit. Tunc cæsar, medio hiemis^p, profectioe parata, prorupit, eodem die contestans fugere se, ne vius arderet.

XV.

potest, et terrere filium a patre oblatum, qui non, ut oportet, conuersari dicatur. G. a Masfricht. mox in MS. torquebantur. praue. Bün.

1) Erant certantes] Criticus Annon. et Heum. torquebant, certantes. Prius dictum per macrologiam, vt Plaut. *bibentes esje*, pro bibere. Plura Buchner. de Commutata Rat. dicendi c. 21. p. 326. Bün.

m) familiam cæsaris] i. e. Galerii ministros, seruos. Bün.

n) iram inconsiderati senis deflagrare] iram Diocletiani deseruescere seu languescere. Sic Liuius 40. cap. 8: *Spes animam iubilat, deflagrare iras vestras.* Tacitus Hist. 2. c. 29: *deflagrante paulatim seditio.* Alibi *deflagrare* est penitus igne absumi. *Inconsideratus* autem senex dictus, quia, astutus cetera, imponi sibi a Galerio passus fuerat. Celi.

o) Id celerius] Ex MS. Baluz. Nurr. et alii, sed celerius. Columb. Cellar. Heum. id celerius. Bün.

p) medio hiemis, profectioe parata, prorupit] Et hunc locum Nurrius accutat p. 137. et explicat p. 138. et p. 239. Galerium medio hiemis tempore clam parauisse omnia ad suam fugam siue profectioem necessaria. Sed debet Nurrius hanc explicationem Bauldrio, cuius ea omnia sunt.

Non vero opus est ea longius petita. Dixit quidem c. 11. n. 3. Diocletianum et Galerium inter se per totam hiemem, nullo alio admisso, consilium habuisse, et nullum tamen est dubium, multos omnino dies Terminalia siue d. XXIII. Februar. antecessisse. Fuerunt enim alii postea primum ad certum diem aduocandi, in quo Diocletianus moras quaesuit, deinde sententiæ exploratæ. Tum deos consulere statuit, postea aruspicem (non cursorem) ex Bithynia per Mysiam min. Phrygiam min. Mysiam mai. Acoliam, Lydiam et extremam Ioniam ad Apollinem Milesum misit. Quantum temporis, putas, proficiscendo et redeundo dandum fuisse? Tum demum inquiritur rei peragendæ dies aptus et felix, et Terminalia, quæ et ipsa post aliquam saltem dies, demum futura, delinguntur num igitur mensis Ianuarius saltem iam consciebat totam hiemem? Dicitur potius per hyperbolen c. 11. n. 3: *per totam hiemem*, et iterum hyperbolice: *medio hiemis*. h. m. Tunc Cæsar medio hiemis, siue hiemis vi et frigore adhuc sæuente, profectioem parauit celeriter et prorupit. conf. c. 45. n. 2. et n. 3. Sic hyperbolice cap. 33: *per totam ciuitatem*, vt ipse Nurrius p.

Tttt 5

329.

1 XV. Furebat ergo imperator iam non in domesticos tantum, sed^a in omnes; et primam omnium filiam Valeriam,
 2 coniugemque Priscam^b, sacrificio pollui coegit. Potentissimi quondam^c eunuchi necati, per quos palatium et ipse ante constabat^d; comprehensi presbyteri ac ministri^e, et sine vlla probatione ad confessionem^f damnati, cum omnibus suis deducebantur^g.
 3 Omnis sexus et ætatis homines ad exustionem rapti; nec singuli, quoniam tanta erat multitudo, sed gregatimⁱ.^k circumdato igni ambiebantur^l; domestici, alligatis

329. concedit. et not. ad c. 3. n. 5. Bün.

a) sed] i. e. sed etiam. not. c. 10. n. 4. Bün.

b) filiam Valeriam, coniugemque Priscam] Hæ, Diocletiani filia et coniux vel christianæ fuerunt, vel illis fauerunt. Cuper. ad cap. 50. laudatæ a nostro cap. 50. 51. Cell.

c) Potentissimi quondam eunuchi necati] Hæc est Baluzii emendatio a Nurrio confirmata. p. 239. sq. in MS. est: potentissimi eda. Forte voluit: edam i. e. condam, vt pro quondam MSS. solent. Bün.

d) per quos palatium et ipse ante constabat] h. e. quorum opera et consilia palatio, immo et ipsi erant salutaria. Heum. forte: quos palatium REXISSE ante constabat. Bün.

e) ministri] i. e. Diaconi. Bün.

f) probatione ad confessionem] In MS. ad confesione, inde Nurr. fingit p. 249: ac confesione, nec displicet eiusdem: ob confessionem. Sic Tertull. de Fuga in Persec. c. 9: de vinculis vel insulis, quibus OB CONFESSIONEM, non ob fugam, nominis continebantur, ad Ecclesias scribebant. a priori parum abit Tollii, Galei, Critici Anonymi, Heumannii aliorumque emendatio: aut confessione. Bauldrius corrigit: sine vlla PROLATIONE (siue mora) ad con-

fessionem (siue martyrimum) damnati. Bün.

g) deducebantur] ad supplicium, vt Plinius lib. 10. epist. 97. sect. 3. perseverantes duci iussit. Vide quæ nos ibi; et adde nostrum c. 40. sect. 4. Cell.

h) deducebantur] Melius: ducebantur. conf. Lact. 4. 18. 7. Bün.

i) sed gregatim] Cum Cl. Tollio sed: scriptum erat et gregatim. Cell.

k) sed gregatim] Seruat quidem Nurr. p. 27. et gregatim, sed certa est emendatio Galei, qui putauit tō et ex set pro sed ortum; sane ex specimine MS. Colb. patet, librarium et alibi s& i. e. set pro sed scripsisse. Ita c. 1. s& grauiser ac digne; et nihil frequentius in antiquis diplomatibus deprehendi. Bün.

l) ambiebantur] Quo minus cum Columbo et Heumanno legam amburebantur, facit ipse Lactantius 4. 13. et 14. vbi Titio ex igne EIECTVS indicat vim AMBURENDI, et exponitur per EXTRACTVM foco torrem SEMIVSTVM et extinctum non plane combustum. Nostro igitur amburere minus, quam comburere. Immo et ille locus Lactantii 7. 21: perstringentur et amburentur ab igni, non significat: comburentur; agit enim de iustis, sed non plane iustis,

vt

gratis ad collum molaribus mari mergebantur. Nec minus 4
in ceterum populum persecutio violenter incubuit. nam iudices per omnia templa dispersi, vniuersos ad sacrificia cogebant. Pleni carceres erant: tormentorum genera inaudita 5
excogitabantur; et, ne cui temere ius diceretur ^m, aræ ⁿ in secretariis ac pro tribunali ^{o. p} positæ, vt litigatores prius sacrificarent, atque ita causas suas dicerent, sic ergo ^q ad iudices

vt subiicit, atque ideo igne examinandis et stringendis. Bün.

m) ne cui temere ius diceretur] i. e. ne ab vlllo iudice alicui Christiano, qui nulla prorsus ratione audiendus erat, ius temere diceretur. Rem quippe omnino temerariam censebant, si quis vmquam Christianus ad causam suam quolibet modo dicendam ab vlllo iudice admitteretur. Nurr. p. 243-

n) ara - pro tribunali] Docte hæc illustrauit M. Tob. Wagner in disq. de Aris in Curiis et pro Tribunali apud Romanos positis Lipf. 1732. p. 22. sqq. p. 35. Bün.

o) ara in secretariis] Secretarium locus erat, in quo iudices causas examinabant, cuius vela diduci et fores aperiri oportebat, et plures intromitti, quum publice sententia erat dicenda. Lege 2. C. Th. de Officio rectoris prouinciæ: *Iudex non in recessu domus de statu hominum vel patrimoniorum sententiam refert; sed apertis secretarij foribus, intro vocatis omnibus etc.* Et lege vlt. C. Th. de Denuntiatione: *nec decet publica diu secretaria prestolari, id est, sententiam ex secretario iudicis expectare.* Adde Cod. Iustin. leg. 3. de off. diu. iudic. et leg. 2. de prox. sacr. scriu. Chrysofomus in Matth. 17. hom. 57. p. 617. τοῖς δικασαῖς, ὅτ' ὄν δημοσίᾳ κρήνῳσι, τὰ περιπετάσματα συνελκύσαντες

οἱ παρασῶτες, πᾶσιν αὐτοῖς δεκνύουσιν, quum publica sententiam iudices prolaturi sunt, velamina statores contrahunt, vt ab omnibus videantur. Amiano lib. 15. cap. 19. dictum *secretum iudiciale.* Cell.

p) in secretariis ac pro tribunali] Hæc iungit, quoniam secretarium siue conclaue, in quo iudices reorum causam expendebant ac statuebant sententiam de tribunali pronuntiantem, erat tribunali proximum, immo velo sæpius tantum disiuinctum vid. Pitisci Lex. Antiq. Rom. Tom. 2. f. 715. Habebant etiam templa secretaria sua apud Christianos. vid. Vorst. ad Sulpic. Seuer. ep. 1. p. 355. et dialog. 2. c. 1. p. 430. et cap. 8. p. 450. idem est eidem c. 2. *secretum* p. 431. adde Iuretum ad Paullin. Petroc. de vita Martin. lib. 5. v. 496. et Valef. et Lindenbr. ad Ammian. Marcell. lib. 15. c. 7. p. 97. et 98. Saronem ad Sidon. L. 1. ep. 2. p. 14. Bün.

q) sic ergo] Heumannus corrigit: *sicque.* At Lactantius et veteres non solent particulis monosyllabicis, nisi forte duabus que connectere. Hinc non obque, sed vt Cicero 5. Fin. 15. ita Lactantius L. 5. l. 11. de Ir. 9. 7. c. 13. 8. *ob eamque causam.* Sicque me alicubi legere non memini, nec sonat. Bün.

r) ad

6 ces, tamquam ad deos, adiretur^r. Etiam^r litteræ ad Maximianum^s atque Constantium commeauerant, vt eadem facerent. Eorum sententia, in tantis rebus, expectata^s non erat. Et quidem senex Maximianus libens paruit per Italiam,

7 homo non adeo clemens. Nam Constantius, ne dissentire a maiorum^x præceptis videretur, conuenticula, id est, parietes, qui restitui poterant, dirui passus est, verum autem Dei templum, quod est in hominibus, incolume seruauit.

1 XVI. Vexabatur ergo vniuersa terra, et, præter Gallias^a, ab oriente vsque ad occasum, tres acerbissimæ bestię læuebant.

2 *Non, mihi si lingua centum^b sint, oraque centum,
Ferreæ vox, omnes scelerum comprehendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina^c possim,*
quæ^d iudices per prouincias iustis atque innocentibus intulerunt.

r) *ad deos adiretur*] iterum Lactant. lib. 4. 3. 4: *per quos vsique ad deos non aditur.* vbi noto. Imitatur suum Ciceronem libr. 2. de Legibus: *ad diuos aduento caste.* De locutione: *adire deos*, adi N. Heinsum et personatum Gorallum Io. Clericum ad Albinouan. eleg. 1. v. 291. p. 65. et 66. Bün.

s) *Etiam*] Vna voce MS. non vt editi: *Et iam.* Bün.

t) *ad Maximianum*] sc. Herculum. Mox sequitur *senex Herculinus.* Bün.

u) *expectata*] MS. *spectata.* Sæpe hæc in libris permutari perperam, ad diuersa Lactantii loca est obseruatum. conf. Epit. 64. Bün.

x) *ne dissentire a maiorum præceptis*] *Maiorum*, i. e. Augustorum. In diuersa abeunt Bauldr. h. l. et Nurr. p. 245. sq. et p. 382. Nurrius mallet: *maioris* legere. i. e. *Diocletiani*; nisi putes, Diocletianum (quoniam sciebat, Herculum libentem pariturum

n. 6.) illius nomen late aduersus Christianos legi inscriptis. quid si verba: *a maiorum præceptis*, sumamus de patrum religione, Constantio et aliis posteris tradita? *ne videatur ab antiqua religione abire et cum Christianis conspirare*; id vero egregie illustrari potest ex Lact. L. 2. c. 6. L. 7. L. 11. et 12. et L. 5. c. 19. n. 3. Bün.

a) *præter Gallias*] quibus Constantius, miti ingenio princeps, tum præerat. Cell. præter; i. e. *exceptis Gallis.* Bün.

b) *Non, mihi si lingua centum*] Virgilius verba lib. 6. v. 625. Cell.

c) *nomina possim*] MS. *possum*, atque ita Picrius in antiquis præne omnibus in Virg. reperit, quod non inuenustum ipsi visum; nec aliter Hieron. ep. ad Pammach. ed. Erasim. f. 163. et ad Oceanum Epitaph. Fabiellæ f. 199. citat. Vnde recepi. Bün.

d) *quæ indices*] *scribe quas*, inquit Spark.

runt. Verum quid opus est illa narrare, præcipue tibi, Donate carissime, qui præter ceteros ^e tempestatem turbidæ persecutionis expertus es? Nam quum incidisses in Flaccinum præfectum, non pusillum ^f homicidam, deinde in Hieroclem ex vicario præsidem, qui auctor et consiliarius ad faciendam persecutionem ^g fuit, postremo in Priscillianum, succesorem eius; documentum omnibus inuictæ fortitudinis præbuiti. Nouies enim tormentis cruciatibusque ^h variis subiectus, nouies aduersarium gloriosa confessione ⁱ vicisti. nouem præliis Zabulum ^k cum satellitibus suis debellasti; nouem victoriis sæculum ^l cum suis terroribus triumphasti ^m.

Quam

Spark. *neque enim: pœna nomen alienis inferre, potest esse latini commatis.* Etiam Heumannus QVAS. Recte, nisi neutrum potius ad totam rem est referendum, ita vt *scelera et pœnas* complectatur. præterea nomina hic valet genera, quam vocem ob primam breuiem non potuit ponere. Sic in Epit. c. 31: *Suscipit id genus mortis, QVOD solet humilibus irrogari, et sæpe L. 4. 26. 29-30. mortis genere adficere.* Præterea et alibi, e. g. L. 6. 15. 1: *Hac naturalis esse omnium viventium RATIO demonstrat, QVAE (ratio) iisdem QVATITVR defectibus.* Ir. 7. 4: *illarum NATVRA - nec habet quidquam commune cum celo, quod non INTVETVR.* Bün.

^e) præter ceteros] i. e. pra ceteris. Ita sæpius Lactantius. notzui ad libr. l. c. 7. 1. Bün.

^f) non pusillum homicidam] Sic c. 3. pr. alter non minor tyrannus. Hic imitatur Petron. Sat. c. 29. *pyxis aurea non pusilla.* Admodum incongrue veteres ecclesie doctores locum Ef. 7. 13. vertebunt pro martyribus: *non pusillum vobis certamen cum hominibus, quoniam Deus præstat agonem.* vid. Cypr. ep. 10. ed. Oxon. f. 20. et L. 2. adu. Iud. c. 9. Bün.

^g) auctor ad faciendam persecutio-

nem] Iterum de eodem L. 3. Instit. c. 2. n. 12: *Alius - - qui erat tum e numero iudicum, et qui auctor imprimis faciende persecutionis fuit, et de Mort. Perf. c. 31. n. 1. Bün.*

^h) Nouies enim tormentis cruciatibusque] Cl. vir H. Dodvvelus Disf. Cypr. XI. num. 88. seq. obseruat ex Eusebio, vix ternos quatuordecimque per annum dies supplicii Christianorum, diuersis temporibus captorum, destinatos fuisse, videlicet publicorum munerum ac ludorum dies, maxima populi, vndique aduolantis, frequentia celebratos. Hinc est, quod Donatus sub tribus præsidibus nomies tantum tormentis fuerit obiectus, ter fortassis sub singulis. Cell.

ⁱ) gloriosa confessione] vt c. 1. n. 1. sæpe ita Cyprian. e. g. ep. 6. f. 13: *puros etiam vobis gloriosa confessionis sociavit diuina dignatio.* Bün.

^k) Zabulum] diabolum, vt sæpe apud ecclesiasticos. Sic *zeta* pro *dieta*: et *Zarrhytus*, Hipponis vrbis cognomen, pro *Diarrhytus*. Cell.

^l) Zabulum] noto ad L. 2. Inst. c. 14. n. 1. add. Heusinger ad Vechæer. Hellenol. p. 21. (5) Rosweyd. not. ad Paullini Nol. epist. 1. n. 2. p. 27. Bün.

^m) sæculum cum suis terroribus tri-

- 6 Quam iucundum illud spectaculum Deo * fuit, quum victo-
rem te cerneret, non candidos equos °, aut immanes^p ele-
phantos^q, sed ipsos potissimum^r triumphatores curru tuo
7 subiungentem s. t? Hic est verus triumphus, quum dominato-
res

triumphasti] Lact. Epit. c. 6. n. 5. triumphato saculo. L. 4. Inst. c. 26. n. 28. ut - mortem cum suis terroribus triumpharet. L. 6. c. 23. n. 39: hic terram triumphabis. Epit. MS. Taur. c. 46: captiuos triumphans. c. 51. extr. deos triumphari. conf. L. 6. c. 17. n. 25. et 26. Trebell. Poll. de XXX. Tyrann. c. 30: quod mulierem tamquam ducem triumphasset - Zenobiam triumphando si vicisse ac triumphasse feminam non est decorum. adde Weitzium ad Dracont. Hexaemer. in indice: Triumphare, et Vorst. ad Sulpic. Seuer. ep. 2. n. 7. p. 360. Bün.

u) Quam iucundum illud spectaculum Deo] Minuc. Fel. c. 37: quam pulcrum spectaculum Deo, quum Christianus cum dolore congregatur. Cypr. de lapsis f. 277: repugnastis fortiter saculo, spectaculum gloriosum prabistis Deo. conf. eiusd. L. 4. ep. 6. f. 91. ed. Basil. Senec. Prouid. c. 2: Ecce spectaculum dignum, ad quod respiciat intentus suo operi Deus. Iterum Cypr. L. 2. ep. 4: immotaque et inconcussa fide stabiles quotidie spectaculum Deo de vestris virtutibus exhibetis, et epist. 6: o quale illud fuit spectaculum Deo, quam sublima, quam magnum, quam Dei oculis acceptum. Bün.

o) candidos equos] Albi equi curribus triumphantium iungebantur. Tibullus L. 1. El. 7. 9:

As se victrices lauros, Mesfalla,
gerentem

Portabas niueis currus oburnus
equis.

vid. Statium h. L. p. 313. ed. Græu. maxime Broukhusium p. 144. Apul. in Apolog. p. 288: triumphantibus

quadrigas albas. Plora Rupertus ad Florum p. 109-111. Bün.

p) immanes elephantos] hoc proprium quasi epitheton. vide not. ad Opif. 3. 18: boues lucas cum immanissimis corporibus. Op. 5. 12: immanissima bellua. Bün.

q) elephantos] vid. Baluzium h. l. Pitisci Lexic. Ant. Rom. T. 1. f. 709. maxime Cuperum de elephantis in Sallengre Thef. Antiq. Rom. Ipsos scriptores de Triumpho Fabricius in Bibliogr. Antiqu. c. 17. §. 10. p. 541. sq. indicauit. Bün.

r) potissimum] Ita vititur Lactantius hac vocula L. 2. 3. 17. et L. 1. 11. 54. Bün.

s) curru tuo subiungentem] Ex summi viri Nic. Heinsii perspicacitate. Scriptum erat curru tuo subiungentem, dure ac contra usum Latinitatis. Subiungere autem cum curru vocabulo ex indole linguæ componitur. Virgil. eclog. 5:

Daphnis et Armenias curru subiungere tigris
Instituit.

Infra tamen noster cap. 23. sect. 5. etiam censui subiungas. Cell.

t) curru tuo subiungentem] Sic Heinsius emendauit, vt Lact. L. 6. Inst. 17. 13: iuncto curru. et frequenter alii, in his Hyginus fab. 27: in curru iunctis draconibus. Fulgentius Mythol. L. 1. c. 27. pag. 62. 63: si quis duas feras sibi dispares suo curru iungeret - ad curruum leonem et aprum iunxerunt - duas feras suo curru subiungat. In MS. est subiungentem, vt Hieronymus in epist. 6. III. 77. ed. Basil. lasciuia iumentum frenis

res dominantur*. victi enim tua virtute ac subiugati sunt, quandoquidem nefanda iusione contempta; omnes adparatus ac terriculas* tyrannicæ potestatis fide stabili et robore animi profligasti. Nihil aduersus te verbera, nihil vngulæ^γ, nihil ignis, nihil ferrum, nihil varia tormentorum genera valuerunt. Adimere tibi fidem ac deuotionem* nulla vis potuit. Hoc est, esse discipulum Dei, hoc est militem Christi^α, quem nullus hostis expugnet, nullus lupus de castris cælestibus rapiat, nullus laqueus inducat^β, nullus dolor vincat, nullus cru-

frenis inedia subiugare, et alibi Lactantio hoc verbum valde frequens, e.g. L. 3. Inst. 8. 19. L. 5. 6. 2. L. 7. 15. 15. c. 24. 4 de Ira 13. 13. de Mort. Perf. 34. 3. etc. conf. Falster. Suppl. L. L. p. 329. *Bün.*

u) *dominantes dominantur*] passive. vid. not. ad L. 7. Inst. 15. 5. addi potest hoc deponens passiuè positum Vechnero de Hellenolexia egregie ab Heusingero V. C. aucto, L. 1. p. 1. c. 9. *Bün.*

x) *terriculas*] terriculamenta. vid. Nonium Marcellum. Huc referunt multi Lucilianos versus apud nostrum lib. 1. Instit. Diu. c. 22:

*Terriculas, Lamias, Fauni quas
Pompiliique*

Instituere Numa:

verum in libris est *terricolas*: Huetius *terricolas*, ex Tertulliano adu. Valentin. c. 3: *Lamia turres. Coll. dixi ad L. 1. Inst. 22. 13. (k) Bün.*

y) *ungulæ*] vid. not. ad Lactant. 5. Inst. 13. 9. Figuram in Magio de Equileo et Gallonio de Cruciat. Martyrum. *Bün.*

z) *fidem ac deuotionem*] Has voces libenter iungit. vid. not. ad L. 5. 19. 26. *Bün.*

a) *hoc est, esse discipulum Dei, hoc est, militem Christi*] Adparet facile, inquit Heumannus, ita scriptum fuisse a Lactantio: *hoc est, esse militem*

*Christi. Caue, credas. Esse subaudiendum ex prioribus, vt L. 6. Inst. 16. 10: sed iracundum esse morbus est, cupidum, libidinosum. repete, non adde: ESSE. Epit. 68. not. Sæ potiora esse non possunt, ne ateriora quidem possunt. Seneca L. 3. Benef. 18: Potest feruus iustus esse, potest fortis, potest magnanimus. L. 2. Quæst. Natur. c. 59: Inuicti esse possumus, inconcussi non possumus. vbique esse ex prioribus subintelligendum. *Bün.**

b) *quem - nullus laqueus inducat*] Ita codex vnicus. Tolius: *induat*, adprobante, Heumanno, qui subiicit, me in Misc. Lips. T. 3. p. 157. ne vnum quidem locum protulisse, quo *laqueus* dicatur *aliquem inducere*. At Heumannus ne vnum quidem locum hic protulit, nec forte proferet, quo *laqueus* dicatur *aliquem INDVERE*. Non aliter, inquit Gronouius ad Senecæ Herc. Fur. V. 1312. *loquebantur, quam induere se telo, ferro, vel in telum - Nam indui aliqua, vel in aliquam rem sese aut partem sui: item, induitur is, cui nocetur: induitur res, qua nocet. addit Burmannus ad Quintilian. L. 5. Inst. 7. p. 380: INDVCVNTVR in laqueos fallacis et blanditiis, sed INDVVNTVR incauti etc. Ego hic nullus *laqueus inducat* interpretor: quem nullus*

10 cruciatus affligat. Denique post illas nouem gloriosissimas pugnas, quibus a te Zabulus victus est, non est ausus vltius congregari tecum ^c, quem tot praeliis expertus est non
 11 posse superari. Et quum tibi parata esset victrix corona, desit amplius prouocare; ne iam ^d sumeres, quam licet non acceperis in presenti, tamen integra tibi pro virtutibus tuis et meritis in regno Domini reseruatur ^e. Sed redeamus ad ordinem rerum.

1 XVII. Hoc igitur scelere perpetrato Diocletianus, quum iam felicitas ab eo recessisset, perrexit statim Romam, vt illic vicennalium ^a diem celebraret, qui erat futurus a. d. duodecimum kalendas Decembres. Quibus solemnibus celebratis, quum libertatem populi Romani ferre non poterat, impatiens et æger animi ^c, prorupit ex vrbe impendentibus kalendis Ianuariis, quibus illi tronus consularis deferebatur.
 3 Tredecim dies tolerare non potuit, vt Romæ potius, quam Rauennæ, procederet consul: sed profectus hieme, saeuiente frigore ^d, atque imbribus verberatus, morbum leuem ac perpetuum traxit ^e; vexatusque per omne iter, lectica plurimum

ve-

nullus laqueus (blanditiarum, oblectamentorum) decipiat, versutibus Laqueus hic translate sumitur, vt Opif. 1. 7: *Aduersarius - hac omnia, qua ILLICERE (inducere) possunt, pro LAQEIS habet - offensacula pedibus læuenter opponit.* conf. L. 6. 22. 5. et c. 23. 6. sic *inductus* L. 1. 11. 38. et L. 3. 1. 10. *inductus* et *deceptus* variat. Multis exemplis illustrauit Brouckhufius ad Tibull. 1. 7. p. 101: *Semper, vt inducas, blandos offers mihi vultus.* Büñ.

c) *congregari tecum*] conf. L. 7. 27. 16. Büñ.

d) *ne iam*] Hetmannus *ne eam*. Forte obsequens: *in presenti*, prius rectum. Büñ.

e) *in regno Domini*] Editi: *in regno Dei*; at Criticus Anon. e MS. *in regno Domini.* Büñ.

a) *vicennalium diem*] vicennalium votorum, pro viginti annorum, quo vltus erat, impetio soluendorum. Nummo Alexandri augusti VOTIS VICENNALIBVS COS. III. quamuis ibi tantum suscepta vicennalia vota, in solutione decennalium, significantur, quod ex alio nummo liquet. nam et initio imperii nonnumquam vota ampliarunt Aurelii Probi nummo

VOTIS X PROBI AVG. ET XI. Col. b) *vicennalium*] vid. Interpretes, etc. 31. n. 7. Büñ.

c) *æger animi*] Sic sæpe Liu. vid. Gronou. ad Liu. 6. c. 10. et Heusingerum ad Vechn. p. 287. Büñ.

d) *sæuiente frigore*] vt L. 2. 1. 10: *sæuiente vento.* Büñ.

e) *morbum traxit*] An sic Latini loquuntur.

vehebatur. Sic æstate transacta, per circuitum ripæ strigæ s. Nicomediam venit, morbo iam graui insurgente.

loquantur, trahere morbum, pro: incidere in morbum, videant peritiores. Trahere morbum iis est morbum producere, protrahere, vt sit diuturnior; vt: trahere obsidionem, bellum, iter. Mihi syllaba videtur excidisse, et secundum emendate scribentium consuetudinem scripsisse quoque Lactantium: morbum leuem ac perpetuum CONTRAXIT. Græui etiam Boherell. et Toll. contraxit feribi volunt, et ita mallet. Sed parum differt hæc locutio ab illa Senecæ de Tranquill. Animi c. 7: in pestilentia curandum est, ne corruptis iam corporibus et morbo flagrantibus adsideamus, quia pericula trahemus, adflatuque ipso laborabimus. Noster iterum c. 33. 4: vndique medici nobiles trahuntur, pro: contrahuntur. Columella L. I. c. 6. n. 20: maturitatem trahunt. Paulo ante, pro ac perpetuum, mallet cum Galeo, Tollio, Boherello, Critico Anon. Heumanno: ut perpetuum. Bü.

f) per circuitum ripa striga] Vox vltima prauata Baluzio ex Istrica, id est Danubianæ, (quod etiam Nic. Heinso visum,) vt sit iter, quod in Antonini Itinerario per ripam a Viminatio Nicomediam describitur: Dodwelli autem vox integra est et genuina, vsu et origine gramatica, quæ frontem sonet, sicut scamnum latus, vt itidem lines seu prætentura prouinciarum, per Danubium in ripa, significetur. Vide disertationem eius. Cell.

g) per circuitum ripa striga] Cl. Walchius videtur in Dodwelli sententia acquiescere, at Nurr. p. 251. pluribus, inquit, non persuasit (Dodwellus), Diocletianum agrosantem longa et periculosa navigatione per

catarrhas Danubii et Ponti Euxini procellas Nicomediam ad urbem adpulisse. Alii igitur censent, Diocletianum eo, quem notauimus, morbo laborantem Rauenna Nicomediam deportatum pedestri itinere, non via quidem breuiori, qua difficilius erat, sed longiori atque faciliiori per Danubii ripam. Tota itaque difficultas in nomine striga versatur. Eam autem in codice MS. corruptam esse arbitrantur. At quomodo corrigenda sit, diuersa prorsus sunt illorum opiniones. Quidam (Th. Spark.) enim reponendum suspicantur: Strigonæ: alii (Vosius) Phrigiæ; alii Histricæ vel Histricæ, alii (Baluzius, Heinsius, Græuius, Boherell. Galeus) demique Istricæ, i. e. Danubianæ. Nam Danubius alio nomine, uti omnes norunt, Ister vocatur. Si autem Diocletianus Danubii ripam peragrauit, hæc posterior opinio aliis certe videtur verisimilior. Danubius quippe ibi nomen Ister fortiter, ubi, versus ostia atque iccirco Nicomediam vergit. Hactenus Nurrus, qui non obscure Toinardum h. l. p. 367. ed. Bauldr. est secutus: nec possum diffiteri, plurimorum opinionem, qui ripa Istrica corrigunt, multo simpliciore forsan et veriore esse; attamen Dodwelli sententiam commendat eruditio, ipsa manus scripturæ, et, quod minus verisimile videtur, ineptissimum imperitissimumque librarium vocabulum, cuius omnes significationes sunt satis reconditæ, potuisse substituere; videas de iis Pitisc. Lex. Antiqu. Romæ. f. 866. conf. c. 8. sect. 6. et Cellar. ad verba Mamertini prim. Panegy. dicti Maximiano Herculo: per sacrum Istri limi-

- te^b. quo vtrumqueⁱ se premi videret, prolatus est tamen, vt circum, quem fecerat, dedicaret anno post vicennialia repleto.
- 5 Deinde ita languore oppresus^k, vt per omnes deos pro vita eius rogaretur^l, donec Idibus Decembribus luctus repente in palatio, mœsticia et lacrymæ, iudicum trepidatio et silentium.
- 6 Tota^m ciuitate iam non modo mortuum, sed etiam sepultum dicebant; quumⁿ repente mane postridie peruagari fama, quod

vi-

tem. Et Eumen. pro restaurat. Schol. c. 18. f. 4: *Istri limite*. Bün.

b) *grauis insurgente*] Criticus Anon. adprobante Heumanno scribit: *gravi urgente*. Si quid corrigendum, propius ductibus MS. legerem: *morbo iam GRAVIUS URGENTE*, vt c. 33. fin. *vi doloris urgentis*. Cicero de Fato c. 9: *qui mortifero morbo urgeatur*. Horatius Art. Poet. 453: *morbis regius urget*. Celsus L. 2. c. 4: *morbo urgente*, et sæpius. Sequitur enim: *quo se PREMI*. At INSURGENTE bene indicat vim et incrementum morbi, et est rarius, quam vt ab imperito librario subornatum videatur. Sic Ouidius L. XI. Metam. 530;

Vastius insurgens decima ruit impetus vnda.

Horatius Epod. 10. 7: *Insurgat aquilo*. Vbiqve verbum *insurgere* in Virgilio, Silio, Seneca, etiam in Lactantio vehementiam signat. Lactantius mox dicit, morbum in *dementiam* degenerasse; de *insanis* vero Celsus L. 3. c. 18: *alii insurgunt et violenter quadam manu faciunt*. Bün.

i) *quo vtrumque*] Sic emendant MS. quodcumque Heinsius, Græuius, Columbus, alii. Bün.

k) *languore oppresus*] Heumannus est *oppresus* scribit. sæpe, maxime in hoc libro, est omittit. Bün.

l) *pro vita eius rogaretur*] Hoc sequendi genus male reprehendi a

Scioppio, hic quoque locus declarat et Phædrum optimæ, aut que proxima erat optimæ, ætatis scriptorem absoluit barbarie et plebitatis nota, quam ei adfricat, qui (quia lego) dixit, *dammum band recusant, tantum pro visa rogant*. Lactantius enim supra suæ ætatis captum castigatus est scriptor. Quid? quod ipse Cicero sic loquitur in Orat. ad Quirites de reditu suo: *denique ipse ad extremum pro mea vos salute non rogauit solum, verum etiam obiecit*. hæc Græuius. Pari modo Lact. iterum h. l. c. 34. n. 5: *debeant Deum suum orare pro salute nostra, et respubl. ac sua*. Sæpe Hieronym. dixit: *rogare pro aliquo*. e. g. Tom. 2. f. 178: *rogabunt pro eo*. f. 184: *pro lapidantibus rogabat*. Bün.

m) *et silentium*. *Tota*] Criticus Anon. acute, iudice Heumanno, ita distinguit: *et silentium tota ciuitate*. Iam. At, ni fallor, *trepidatio et silentium* ad iudices solos referenda. Horum enim domesticorum ac iudicum vultus alacritate mutati. Quid? quod silentium in tanta vrbe vix locum habebat, multi enim erant animo alieno, et nouarum rerum cupido. n. 7. 8. c. 18. 3. Bün.

n) *dicebant, quum*] in MS. forte abest distinctio, hinc lego: *dicebant eum, repente - peruagari - mutari sc. cepit*, vt c. 19. 4-5: *hesitare - mirari scil. ceperunt*. Bün.

o) *sta-*

viueret, domesticorum ac iudicum vultus alacritate mutari. Non defuerunt, qui suspicarentur, celari mortem eius, do-
nec cæsar veniret, ne quid forte a militibus noueretur. Quæ
suspicio tantum valuit^o, vt nemo crederet eum viuere, nisi
kalendis Martiis prodisset, vix agnoscendus, quippè qui anno
fere toto ægritudine tabuisset. Et ille Idibus Decembri-
bus morte sopitus^{p. 9}, animam receperat, nec tamen totam.
Demens enim factus est, ita vt certis horis insaniret, certis
resipisceret.

XVIII.

o) *tantum valuit*] Criticus Anon. et Heumannus. *tantum inualuit*. optime. Blin.

p) *morte sopitus*] Malim morbo. nam additur animam recepisse, quod morte sopitorum, id est vere mortuorum, non est. Laudatissimo Grævio videtur legendum *pro mortuo*. Cell.

q) *morte sopitus*] Cellario placet: morbo sopitus; Bauldrio: *morti sopitus*; Quid Walchius voluerit ex corrupta hic scriptura, siue in textu, siue in nota, non potest definiri; Heuman. ita ille - *mortuus habitus*. Græuius corrigebat: *pro mortuo sopitus*. Elegantissime sane, vt in similibus sæpe Cicero L. 5. in Verr. c. 54: *Sic ille adfectus, illinc sum pro mortuo sublatum, breui postea est mortuus*. et L. 4. in Verr. c. 15: *quum iam pro damnato mortuoque esset*. Pro P. Sextio c. 37. quum dixisset: (Sextium) *multis vulneribus acceptis ac debilitato corpore contrucidato se abiectis EXANIMATVS, neque vlla alia re ab se mortem, nisi opinione mortis depulsi*. Subiicit c. 38: *primumque RESIPISSET* -- si P. Sextius, qui pro occiso relictus est, occisus esset. et Abram. h. l. Cæsar L. 3. de Bell. Ciu. c. 109. n. 5: *alter -- per suos pro occiso sublatum*. Cyprian. L. 4. epist. 10. f. 97. ed. Bas. *Ipse semiuscularius et lapidibus obrutus, et pro mortuo derelictus*; et sæpe ipse La-

stantius L. 5. Instit. c. 9. 3: *quum ipsos iustitia sectatores pro hostibus ducant: immo vero plus quam pro hostibus?* et lib. 6. c. 21. n. 5: *diuinarum litterarum simplicem communemque sermonem pro sordido adspersantur*. et L. 3. c. 20. n. 7: *pro falso refellat*. et L. 1. c. 11. n. 22: *pro falso repudiant*. adde lib. 3. c. 11. 14. c. 12. 7. c. 18. 12. c. 19. 3. c. 20. 7. c. 26. 5. Nurrius defendit *morte sopitus*. p. 252. his verbis: *Quid vero si Cælius minus proprio locutus significare voluerit maximum animi deliquium, quo Diocletianus omni sensu vitali aliquamdiu priuatus est, atque adeo tamquam morte siue morti sopitus? Et certe, ille hic prosequitur: Animam receperat, nec tamen totam: Sensus idem est. At si Nurrii sententia valere debet, tamquam, aut similia particula non subaudiri potest; sed potius in textum recipi debet. Olim mihi videbatur: forte sopitus, aut, ob litterarum in MS. conuenientiam, mente sopitus. conf. de Opif. c. 18. n. 4. 5: Sunt sopiti, absolute voce posita, animi deliquio oppressi. Sed malim: MORTE QVASI SOPITVS. Adparet clare Lactantii stilius ex L. de Opif. c. 18. n. 3: *quia incolumi anima mens posse extinguui, quod accidere solet insanis; item quod anima inorte sopiatur, animus somno. et cæc. 8: perpetua morte sopiri*. Bün.*

Vvvv 2

a) ca-

XVIII. Nec multis post diebus cæsar aduenit ^a, non ut patri gratularetur ^b, sed ut eum cogeret ^c imperio cedere ^d. Iam conflixerat nuper [cum] Maximiano ^e sene, eumque ruerat iniecto armorum ciuilium metu. Adgressus est ergo Diocletianum, primum molliter et amice, iam senem esse dicens, iam minus validum et administrandæ reipublicæ inhabilem, debere illum requiescere post labores. Simul et exemplum Neruæ proferebat, qui imperium Traiano tradidisset. Ille vero aiebat ei ^f, indecens esse, si, post tantam sublimis fa-

a) cæsar aduenit] Maximianus Galerius. *Coll.*

b) non ut patri gratularetur] Tocco de restituta valetudine. Non filius erat Galerius, sed gener Diocletiani: filius tamen dici potuit, quia cæsares augustis instar filiorum erant. *c. 20. sect. 3. Coll.*

c) ut eum cogeret] Ex hoc loco et toto colloquio satis patet, Diocletianum inuitum deposuisse imperium. Tolloius quidem Lactantio *sect. 7.* non habuit fidem, quod lacrimabundum describit Diocletianum, sed eum Bauldrius refutauit recte, et licet quoque Nurrius *p. 258.* nihil certi statuat: merito tamen christiano, et maxime æquali huic historiæ scriptori, et in eadem vrbe agentis olim, credimus: Immo Aurelius Victor quoque in *Cæsariis c. 39.* non ausus est pro certo tradere, Diocletianum sponte se abdicasse imperio, quum ita scribit: (Diocletianus) *curam R. P. abiicit - et quamquam aliis alia estimantibus veri gratia corrupta sit; nobis tamen videtur excellenti natura ad communem vitam spreto ambitu descendisse.* vnde *Nurr. p. 257.* Victoris locum minus accurate exposuit, nullibi Victor dixit: *FALSAM ALIORVM esse opinionem; verba: VERI GRATIA CORRVPТА est vnice ve-*

ram sententiam non posse ob varias opiniones certo definiri indicant; vnde subiungit, quid sibi videatur probabile in tanta diuersitate. Præterea opinioni Victoris, quod VALENTIOR, et Eumenii Paneg. Constantini §. XV. verbis, quod *sponte imperium posuerit* Diocletianus, merito opponitur Auctor Paneg. Epithalam. Maximiano et Constantino præsentibus dictus *c. 9. sect. 5. de Diocletiano: Sed tamen utcumque fas fuerit, eum principem, QVEM ANNI COGERENT, AVT VALETVDIO DEFICERET. receptus canere.* Bün.

d) ut eum cogeret imperio cedere] Ita Bahuz. correxit, quem omnes sunt secuti. in MS. *ut eum cogeret imperium credere,* et iterum MS. *sect. 6: si ipse credere noluisset est n. 2. extr. imperium - tradidisset. c. 19. n. 3: imperium validioribus tradere.* vnde et hoc loco paullo propius legas: *imperium - tradere,* nisi et credere tolerari potest. Bün.

e) cum Maximiano] Tolloius *cum* debemus. Bün.

f) aiebat ei, indecens. - et] Legotum Columbo, Toinardo, Heumanno: *aiebat et indecens,* ob sequentia: *et minus tutum.* Sic in præf. Epit. *si - et minus plenus - et minus clarum.* Bün.

g) sibi

fastigii claritatem, in humilis vitæ tenebras decidisset: et minus tutum, quod in tam longo imperio multorum sibi odia quaesisset *g. b.* Nerua vero vno anno imperanteⁱ, quum pondus et curam tantarum rerum vel ætate vel insolentia ferre non quiret, abiecit gubernaculum reipublicæ^k, atque ad privatam vitam redisse, in qua consenuerat. Verum si nomen imperatoris cuperet adipisci, impedimento nihil esse, quo minus omnes AVGVSTI nuncuparentur. At ille^l, qui orbem totum iam spe inuenerat^{m. n.}, quum inde sibi aut nihil^o præter nomen, aut multum^p videbat accedere; respondit, de-

g) sibi odia quaesisset] acquisiuisset, inuictus etiam. Respice cap. I. sect. 1. Cell.

h) sibi odia quaesisset] i. e. acquisiuisset. c. 1. n. 1. L. 4. Instit. c. 1. n. 3: *mortem sibi quaeserunt*, et L. 7. c. 14. n. 3. et lib. 5. c. 1. 24: *qui et magnam sibi gloriam ex artis oratoria professione quaesierat*. Ita Vell. Paterc. Iustinus et alii. vide Bernegg. ad Iustin. 2. c. 3. pr. add. Inst. lib. 6. c. 3. n. 8. et lib. 8. c. 2. n. II: *imperium quaesitum, ne quaesitas opes ardisterent*, et lib. 38. c. 5. n. 7. Hic expressus Ouidius 2. Trist. 1. 87: *Ergo hominum quaesitum odium mihi carmine*. Immo Sallustius Iug. 33: *neque aliud fasigando, nisi odium querere*. vbi plura Cortius p. 420. et ad Iug. 4 3: *gratiam querere*, p. 424. ad Cat. 1. 3. p. 6. Sic Colum. præf. L. 1. n. 14. bis posuit: *forsiter armis quaeserat - quaesitas fines*. Bün.

i) Nerua -- imperante] *Nerua - imperantem* ob syntaxin legunt Columbus, Boherellus, Tollius, Toi-nardus, Heumannus. Recte. Bün.

k) gubernaculum reipublicæ] vt L. 1. 1. 14: *gubernaculum reipublicæ - teneas*. Bün.

l) At ille] cæsar Galerius. Cell.

m) iam spe inuenerat] MS. ex quo

Baluzius expressit: *ipse inuenerat*. Consentiumt eruditi in *spe*: non autem in altero, cui vel *inbiauerat* substituunt, vel *inuaserat*. Sensus omnium idem. Cell.

n) iam spe inuenerat] In MS. *iam ipse inuenerat*, ex quibus Galeus: *iam spe inbiauerat*, quod a litterarum ductibus abit longius. Bauldr. et Cell. *iam spe inuenerat*, quod ille exponit: *sperabat iam, se totius orbis imperium inuenisse*; Proximè ad MS. nec incommode Græu et Vosf. *iam spe inuaserat*. Ita fere Sallust. Iugurth. c. 20. fin. *totum eius regnum iam animo inuaserat*, et Valer. Max. L. 4. c. 7. extern. 2: *Alexander totum terrarum orbem spe complexus*. Heumannus tentat: *iam spe praeceperat*. Forte verba: *orbem totum* I PSE (aut per se) INVENERAT, dicunt idem, quod legimus c. 21. n. 1: QVEM (orbem) SIBI PATEFECERAT. vbi de eodem Galerio; sed datur lectori optio. Bün.

o) aut nihil] Heumannus hoc prius aut eiectum vult, ego seruo. vide not. ad L. 6. Inst. 15. 15. Bün.

p) aut multum] Lege: *aut non multum*, vel: *aut haud multum*. excidit negandi particula. paullo ante abest a MS. inde Bün.

debere ipsius dispositionem in perpetuum conseruari, vt duo sint in republica maiores^q, qui summam rerum teneant; item duo minores^r, qui sint adiumento. inter duos^s facile posse concordiam seruari, inter quatuor pares nullo modo. Si ipse cedere^t noluisset, se sibi consulturum, ne amplius minor et extremus esset. Iam fluxisse annos quindecim, in Illyricum^u vel ad ripam^x; Danuuii relegatus cum gentibus barbaris luctaretur^z, quum alii intra laxiores et quietiores terras delicate imperarent. His auditis senex languidus, qui iam et

q) duo sint in republica maiores] duo augusti imperatores. Cell.

r) item duo minores] duo cæsares, qui et potestate et dignitate minores erant augustis. De quo discrimine Hist. Antiqua in Diocletiano et Herculio p. 143. consulatur. Cell.

s) inter duos] scil. pares, Bauldrío monente, Broukhufio adprobante ad Propert. II. Eleg. 24. 12. p. 230. Büñ.

t) cedere noluisset] MS. credere noluisset. vid. n. l. not. Büñ.

u) annos quindecim, in Illyricum] Bauldr. annos quindecim (quibus) quum in Illyricum quo dicit Nurr. p. 306. post annos quindecim in MS. prætermisum putat ex quo (non male), vel ex quibus (at hoc illatine), aut quid simile; sed posset posuisse more poetico, vt Sil. Ital. L. 2. v. 514: *Luctantem fatis, petis inflammata Saguntibus*; nisi quum paullo longius esset dilatatum. Lego igitur: *quindecim, quum*, quod in MS. scribitur cum ob vltimam syllabam vocis quindecim neglectum. Büñ.

x) vel ad ripam] MS. id est ad ripam Danuuii. Nurr. p. 307. „hæc, ait, „fortassis explicationis causâ a Cæcilio, ipsis, quæ refert, Galerii verbis subiecta sunt. Baluz. et alii deinceps scriptum maluerunt;

„vel ad ripam; ita vt Galerius significare voluerit, relegatum se fuisse „vel in varias Illyrici regiones, vel „ad Danubii ripam, qua videlicet „Illyricum ab aliis prouinciis disteminabatur. De illius finibus si „plura scire aueas, Cellarium adire „poteris Not. Orb. Ant. T. 1. p. 382. sq. (in edit. Lips. est p. 604. sq.) Büñ.

y) Danuuii] Sic prima editio, vt cap. 9. *Transdanuuiana*. Nam et Traiani nummo DANVVIVS. Mox princeps editio *luctaret*. Cell.

z) luctaretur] Ita habet MS. optime. Non tamen cum Tollo aut Bauldrío (de MS. illis non constabat) debet dubitari de verbo *lucto* et *relucto*; Nam quum Tollo censuisset: potius: *luctaretur*; subiicit Bauldr. sane. Sic c. 11. prope finem, *reluctari, vt omnes loquuntur: non reluctare, quo nemo unquam usus, quod sciam*. Sed tu vide exempla verbi actiui *lucto* et *relucto* in Vosf. L. 3. Analog. c. 7. p. 39. et eadem in Taubmann. ad Plaut. p. 1481. et Riuio aliisque ad Terent. Hecyr. Act. 5. sc. 3. v. 31. et Fulgentio Virgil. Contin. p. 143. Muncker. vindicauit: *periculo reluctat*, et p. 164: *arma reluctans*, et p. 165: *reluctansque in bonis*. Büñ.

et Maximiani senis litteras^{a. b} acceperat, scribentis quæcumque locutus fuisset, et didicerat augeri ab eo exercitum, lacrymabundus, fiat, inquit, si hoc placet. Supererat, vt communi consilio omnium^c cæsares legerentur. Quid opus est consilio,

a) *senex languidus, qui iam et Maximiani senis*. Diocletianus iam Herculi litteris didicerat, quæcumque Galerius cum ipso Herculo locutus fuerat. Cell. in MS. teste Critico Anon. iam et Maximiani, inde ipso et Heumanno adprobantibus recipi. Büñ.

b) *qui iam et Maximiani senis litteras acceperat*. Vel unicum, sunt Nurrii verba p. 139. hoc exemplum etiam per uicacioribus persuadere poterit, hunc librum ea scribendi ratione esse compositum, ut aperte clamet, alium omnino, quam Lactantium, se habuisse parentem. Sed audiamus verba, quæ Nurrio obscura vitâ, vt ipse subiicit: *His auditis senex languidus, qui iam Maximiani litteras acceperat, scribentis quæcumque locutus fuisset. Quis, oro te, (pergit Nurrius) hic Maximianus, et qua locutus erat?* Sed me sponfore credas, Nurrium causa cadere certissime, quum hunc locum accusat obscuritatis. Aut aliud, aut in tenebris egit. V. C. Sunt hic omnia prona, plana, facilia, et nullæ tenebræ, nisi quas Nurrius obfudit; quum malâ fide vocem hic maxime necessariam: SENIS, prætermittit, quam MS. et eius omnes editiones habent. Quum igitur clarissime dicat: accepisse Diocletianum litteras Maximiani SENIS? plane non erat quod Nurrius quæreret: *quis, oro te, hic Maximianus?* Est, vti vidisti, Maximianus Herculi, alibi quoque Senex ad differentiam Maximiani Galerii dictus; hoc ipso capite 18. ineunte: *Iam consi-*

xerat nuper (cum) Maximiano Senex, et c. 15. l. 6: et quidem senex Maximianus libens paruit, et c. 29. 3: Senex Maximianus tertiam quoque fugam moliebatur, et n. 5. Sed si vel maxime vox SENIS non adesset; tamen clarum, (quoniam cum Maximiano Galerio colloquebatur) litteras nullius, nisi Maximiani Herculi fuisset, qui scripsit quæcumque secum Galerius fuisset locutus. Sed iterum quærit Nurrius, *qua locutus erat?* Sed ex antecedentibus satis colligi potest, fuisset eiusdem generis, quæ locutus erat cum Herculo, ac quæ nunc Diocletianus ex Galerio audiebat; quod sane ipse Nurrius p. 282. perspexit. Büñ.

c) *communi consilio omnium*. Quorum, inquit Nurrius p. 140. omnium? Iterum sibi fingit Nurrius ambiguitates. At uti sect. 4. omnes Augusti nuncuparentur. Galerius distincte sect. 5. exponit per quatuor pares. Ita dilucidius etiam hæc ipsa sect. 8. verba: *necesse illis duobus placere, quicquid nos fecerimus, docent, ne posse quidem aliter communi consilio omnium exponi, quam: communi consilio et Imperatorum et Cesarum cunctorum.* Diuersis temporibus hunc librum interpretans meminî, iuuenes quindecim annorum hic ne hæsitasse quidem, sed per se nullo monitore ea verba intellexisse. Notes quoque voces: *communis omnium, libenter iungi a Lactantio bonorum exemplo. sic. c. 23. n. 1: Communis luctus omnium, et Epit. c. 55: commune omnium bonum.* Büñ.

lio^d, quum sit necesse, illis duobus placere, quidquid^e nos fecerimus? Ita plane^f. Nam illorum filios nuncupari neces-
 9 se est. Erat autem Maximiano [filius] Maxentius, hu-
 ius ipsius Maximiani s.^b gener, homo perniciosæ ac malæ men-
 tis, adeo superbus et contumax, vt neque patrem, neque so-
 cerum solitus sit adorareⁱ; et iccirco vtrique inuisus fuit.
 10 Constantio quoque filius erat Constantinus, sanctissimus ado-
 lescent^h, et illo fastigio dignissimus, qui insigni et decore ha-
 bitu corporis, et industria militari, et probis moribus, et co-
 mitate singulari, a militibus amaretur, a priuatis et optaretur.
 Eratque tunc præfens^m, iam pridem a Diocletiano fa-
 ctus

d) *Quid opus est consilio*] Galerii verba, Diocletiani deliberationem, cum ceteris communicandam, respiciens. *Cell.*

e) *illis duobus placere, quidquid nos*] duobus, Herculio et Constantio, quidquid nos, Diocletianus et Galerius, fecerimus. *Cell.*

f) *ita plane - necesse est*] Particulæ *ita plane*, vti Baluz. quoque vidit, aperte produnt stilum Lactantii. respice ad Lact. L. I. II. 9. L. 2. c. 6. n. 9. Continetur verò his verbis, respon- sio, Diocletiani nomine ab huius libri auctore prolata, quod ob Bauldrii notam hic notandum, qui sua nota 35. p. 143. rem totam magis im- plicat, quam explicat. *Bün.*

g) *Huius ipsius Maximiani*] Diocletiani gener fuit Maxentius, Herculii filius. *Cell.*

h) *Maxentius - vtrique inuisus fuit*] Ex hoc loco confirmatur, emenda- tio Annæ Fabri in Epit. et Victor. c. 40: *Is Maxentius* (non, vt editi,) *Maximianus*) *carus nulli umquam fuit, ne patri aut socero quidem, Galerio.* Sed eundem errorem iam ante Arman Balth. h. l. notauit. conf. Cuper. p. 174. Nurr. p. 290. sqq. *Bün.*

i) *adorare*] honorare; aut plus omnino, propter fastum Diocletia-

ni. Eutropius 9. c. 16: *regia consuetu- dinis formam inuexit, adorarique se iussit; cum ante eum cuiuslibet salutarentur.* Adde Aurel. Victorem. *Cell.*

k) *sanctissimus adolescens*] integerimus, innocentissimus. Paganorum etiam elogium. Cicero Philipp. 13. cap. 9. Octavianum Cæsarem dixit *sanctissimum adolescentem*: et Velleius lib. 2. cap. 53. Pompeium *virum sanctissimum.* *Cell.*

l) *sanctissimus adolescens*] Quod conuenit cum Lact. L. I. c. 1. n. 13. et 14: *vt eadem iustitia, qua iuuenis ex- orsus es, gubernaculum resp. etiam senex tenens.* conf. L. 7. Inst. 26. n. 11. et 15. *Bün.*

m) *Eratque tunc præfens*] Vide Nurrii dubia in sua diss. p. 256. p. 259. 260. p. 388-391. quibus Bauldrius ex parte respondet not. 45. et n. 49. p. 145. Maximum argumentum ponit Nurrius in verbis Anonymi ad Ammian. ed. Gronou. p. 712. qui tradiderit, *Seuerum et Maximinum factos fuisse Cæsares* CONSTANTINO NIHIL TALE NOSCENTE. Sed submitto doctis meam opinionem, anne Anonymi, Valefiani verba hunc admittant sensum: *Galerium ideo prius Seuerum fecisse Cæsarem, quod us- set ignobilis moribus et ebriosus, quum*

Con-

Etus tribunus ordinis primi. Quid ergo fiet^{n. o}? Ille, in- 11
quit, dignus non est p. 1. Qui enim me priuatus contempsit,
quid faciet, quum imperium acceperit? Hic vero^{r. s} et ama-
bilis est, et ita imperaturus, vt patre suo melior et clemen-
tior iudicetur. Ita fiet^{r. s}, vt ego non possim facere, quæ
velim. Eos igitur oportet nuncupari, qui sint in mea pote-
state, qui timeant, qui nihil faciant, nisi meo iusfu. Quos 12
ergo

Constantinus eiusmodi vitia non nosceret, sed longe ab iis esset, tamquam sanctissimus adolescens et probis moribus. Subiiciam ipsa Anonymi verba: (Galerius) annos imperauit XVIII. Seuerus Caesar IGNOBILIS et MORIBVS et NATALIBVS, ERRIVS, et OB HOC (ebrietatem maxime) *Galerio amicus*; Hunc ergo et Maximimum Galerius Casares fecit. Constantino NIHIL TALE noscente; et mox sequitur de Galerio apud Anonymum: *Galerius sic obriosus fuit, vt iuberet remulensus* etc. Id enim nemo facile negabit, nosse, noscere, peritum esse, non raro de vitiis dici, atque hinc princeps Nurrri argumentum non ininus incertum, quam ipse anonymus auctor: licet id bis p. 260. et p. 389. p. 391. ac si potius fidem mereatur, inculet. Baluz. in Anonym. excerptis legendum censet: CONSTANTIO nihil tale noscente, quod et ipsum cum historia egregie conuenit. sed vid. ipsum ad c. 18. et c. 19. de toto hoc Anonymi loco; quod vero Zosimus tradit. L. 2. c. 8: qui IAM FACTI erant imperatores, Constantius et Maximianus, Galerius, Casares adpellauere Seuerum et Maximimum, id nemo facile credit. Præterea non est, quod doctis. Nurr. p. 931. putet, nostrum auctorem sibi ipsi repugnare, quod, quum Constantinus adfuisse dicatur, quum Cæsares collocti sunt, aut saltem ex aliis

rationibus nescire potuerit, ausus tamen sit, secundum c. 19. in illum excelsum locum cum Imperatoribus conscendere, vbi se non summa sine ignominia repellendum esse certo sciebat. At videtur Nurr. non attendisse, siue potius noluisse considerare, Constantinum Imperatoribus dicto audientem esse debuisse; nec aliter potuisse nunc; nisi imperium Imperatorum detractando maius adhuc incommodum, maxime apud Galerium subire voluerit. Quum enim ipsi Imperatores et pater Constantini impares iam essent Galerio resistendo, quomodo hic tribunus ordinis primi sine summa imprudentia potuisset se opponere? Bün.

n) *Quid ergo fiet*] Diocletiani verba. Cell.

o) *Quid ergo fiet*] verba Diocletiani nomine paullo ante erat vitiose in MS. a Deciano. Bün.

p) *dignus non est*] Galerius. Cell.

q) *Ille, inquit*] Galerii responsio Maxentium reliciens. Bün.

r) *Hic vero et amabilis est*] Diocletiani responsio de Constantino. Cell.

s) *Hic vero*] Constantinus, sc. sic regerit Diocletianus. Bün.

t) *Ita fiet*] ait Galerius. Cell.

u) *Ita fiet*] Respondet Galerius. Bün.

ergo faciemus *? Seuerum, inquit γ. Illumne saltatorem, remulentum, ebriosum^a, cui nox pro die^b et dies pro nocte? Dignus, inquit^c, quoniam militibus fideliter præbuit^d; et eum misi ad Maximianum^e, vt ab eo induatur^f. Estō.

13 Alterum quem dabis ε? Hunc, inquit^b, ostendens Daiam, adolescentem quemdam semibarbarumⁱ, quem recens iusserat Maximinum vocari de suo nomine. Nam et ipsi Diocletianus nomen ex parte mutauerat, ominis^{k.l} causa, quia

14 Maximianus fidem summa religione præstabat. Quis est^m hic, quem mihi offers? Meus, inquit, adfinis^{n.o}. At ille gemebundus: Non, inquit^p, eos homines mihi das, quibus tutela reipublicæ committi possit. Probaui eos, inquit^q.

Tu

x) Quos ergo faciemus] querit Diocletianus. Bün.

γ) Seuerum, inquit] Galerius. Cell.

a) Illumne - pro nocte] Ita reponit Diocletianus. Bün.

b) cui nox pro die] Imitatur Cic. in Pison. c. 22: Nonne tibi nox erat pro die. Bün.

c) Dignus, inquit] sc. Galerius loquitur. De verbo præbuit Nurr. p. 335. Bün.

d) militibus fideliter præbuit] stipendia, annonam militarem. Cuper. Angli malunt præfuit. Cell.

e) eum misi ad Maximianum] Audax nimium Galerius, qui, nondum consulto Diocletiano, Seuerum miserat ad Maximianum Herculium, vt ab illo cæsar fieret. Baluz.

f) vt ab eo induatur] cæsaris purpuram. Ammianus lib. 26. cap. 9. (Valef. c. 4.) Valentiniano, fratrem Iechuro, in consilio Dagalaiphus respondit fidentius: Si tuos amas, habes fratrem: si rempublicam, quare quem vestias. Sic enim Lindebrog. et Valef. emendant vulgatum vestigas. Cell.

g) Estō - dabis?] verba Diocletiani. Bün.

b) Hunc inquit] Galerius. Bün.

i) semibarbarum] Sic MS. quod recte Nurr. p. 341. contra Bauldrium defendit. Bün.

k) Nam et ipsi -- ominis causa] Sic doctorum iudicio rescribimus. Edictum erat Iam -- hominis. Cell.

l) Nam et ipsi] i. e. Cæsari Galerio, cui nomen erat Daza, ante imperium Maximiani nomen imposuit boni ominis causa, quia Maximianus Herculium erga Dioclet. erat summa fide. In MS. est. Iam et ipsi. Nurr. p. 302. sq. verba: Iam -- hominis, sine alio codice non vult correcta: et hac ratione facilius desolita Cecilii obscuritate potest conquiri. Bün.

m) Quis est] ait Diocletianus. Bün.

n) Meus, inquit, adfinis] Galerii sororis filius, laxa notione adfinitatis. Epit. Victor. et Zosim. 2, 8. 1. Cell.

o) Meus inquit] Galerii responsio. Bün.

p) At ille - non, inquit, eos] Diocletianus loquitur. Quia in MS. Non ideos Recte Nurrius. Critic. Anon. Heum. non idoneos legunt. Bün.

q) probaui - inquit] Galerius loquitur. In MS. Non ideos forte, idoneos. Nurrius.

r) Tu

Tu videris^r, qui regimen imperii suscepturus es. Ego sa-¹⁵ tis laboravi^s et prohibi, quemadmodum, me imperante, res publica staret incolumis. Si quid accesserit aduersi, mea culpa non erit.

XVIII. Quum hæc essent constituta, proceditur Kalendis Maiis. Constantinum omnes inruebantur. Nulla erat dubi-

r) Tu videris - non erit] Loquitur Diocletianus, cuius verbis Lactantius hoc colloquium concludit. In hoc vero colloquio doctiss. Nurr. tantas difficultates esse putauit, vt sine maxima animi contentione, et singulis quibusque dialogi huius verbis ponderatis, nemo facile agnoscere possit, quæ a Diocletiano aut Galerio dicta sint; atque ob has tantas difficultates interpretes certas litteras colloquentium verbis diuersis addidisse dicit; debuisse vero ipsum scriptorem eiusmodi notas præfigere; concludit tandem p. 142: *quis unquam in scriptis Lactantii, qui Christianus, Cicero vocari solet, illud tam obscura breuitatis vitium unquam deprehendit? Nihil profecto eloquentia et perspicuitate in eius libris ab omnibus, vti alibi ostendemus (disf. in Lact. c. 1. art. 2.), agnita magis oppositum? Quod ad primum attinet, vix tanta attentione, quanta in multis aliis et Lactantii et Ciceronis aliorumque locis hic opus est, quod iterum multorum iuuenum exemplis, hic se facile expedientium, confirmare possum. Deinde interpretes, si res tam difficilis fuisset, forsitan in assignandis personis hic lapsi essent; sed quum præter vnum Bauldrium omnes verba Diocletiani et Maximiani Galerii recte indicauerint, ea ipsa conuenientia testatur de huius colloquii perspicuitate; Immo Baluzius, Columbus, Cupe-*

rus, alii nullas notas personarum colloquentium adposuerunt, quod vbi a Toinardo, Cellario, Walchio et nobis factum, non tantæ obscuritatis causa, sed eorum in gratiam est factum, qui aut festinant, aut hebetis nimis ingenii sunt, aut in sua sententia libenter ab aliis confirmari volunt. Sed ait Nurrius, facile ab auctore ad tollendam difficultatem loquentis nomen adiici potuissent. Id omnino, credo, fecisset, si auctor hic ira de Lectoris ingenio desperasset, aut tantas aliorum confusions et fictas difficultates præuidisset. Quod denique arbitratur Nurrius, esse hunc locum maxime a Lact. eloquentia et perspicuitate alienum, aperte profiteor, me, licet Lactantium toties legerim relegerimque, vt parum absit, quin eum memoria teneam, nihil tamen deprehendisse in hoc colloquio, quod ab eius ingenio remotum sit; atque idem est iudicium A. E. Lips. 1711. p. 473. Si qua videntur minus clara, eo accidit, quia hoc colloquium aliis historicis omnibus ignotum. Lactantius vero, vt recte Baluzius censuit, qui Nicomediam a Diocletiano fuerat accitus, qui frequens erat in Palatio, melius hanc historiam scire potuit, quam illi, qui postea animum ad scribendas historias adpulerunt. Bin.

s) Ego satis laboravi] Pergit oratione Diocletianus. *Cell.*

a) prior

- dubitatio. . Milites, qui aderant, et priores ^a militum electi et acciti ex legionibus, in hunc vnum intenti gaudebant, optabant, et vota faciebant. ² Erat locus altus extra ciuitatem ^b ad millia fere tria, in cuius summo Maximianus ipse ^c purpuram sumserat; et ibi columna fuerat erecta cum Iouis signo. ³ Eo pergitur. Concio militum conuocatur, in qua ^d senex cum lacrymis adloquitur milites: Se inualidum esse, requiem post labores petere, imperium validioribus tradere, alios caesares subrogare. Summa omnium expectatio, quid adferret. ⁴ Tunc repente pronuntiat Seuerum et Maximinum ^e caesares. Obstupescunt omnes in tribunali. Constantinus adstabat sursum.

a) priores.] Lego cum Galeo Col. Heum. primoros, vt c. 21, 3. c. 36. 4. Bün.

b) extra ciuitatem.] Nicodemiam. Cell.

c) Maximianus ipse.] Nurr. p. 258. et p. 279. cum nonnullis exponit de Maxim. Herculio; sed rectius videtur sumi de Maxim. Galerio, nam de eo hoc capite sect. 4. sermo, et ita pronomen IPSE requirit, quod eodem modo de Galerio Maximiano c. 18. n. 13. et n. 9. Hic igitur purpuram tamquam Caesar hic sumserat. Quominus vero de Herculio purpuram Imperatoriam hic sumente intelligam, obstat, quod quum Diocletiano hic posuisset columnam cum IOVIS signo, quia se vocabat IOVIVM, vix videtur probabile, Diocletianum non simul curasse etiam HERCVLI aliquam columnam cum signo erigendam in memoriam sui fratris et amici HERCVLI. Deinde nondum, quod sciam, demonstratum est, eos, qui his temporibus iam tamquam Caesares purpuram sumserant, denuo tamquam Imperatores aliam purpuram sumsisse. Immo Diocletianus cum maxime Galerio, vtpote nouo impe-

ratori, debuisset suam purpuram tamquam imperatoriam iniicere, Galerius vero sua purpura caesarea sibi exuta Daia induere; quod si enim imperatoria purpura a caesarea diuersa erat, quomodo insignium Imperatorum iure saluo poterat Daia nouo Caesari imperatoriam purpuram iniicere? Qui Imperatores creabantur sine praemia Caesaris dignitate, ii quidem accipiebant purpuram, quam antea nondum habebant; at de Caesaribus iam purpura indutis aliter videtur. Nisi igitur demonstretur, praeter caesaream nouos imperatores aliam purpuram tamquam imperatoriam sumsisse; aut grauiores rationes adferantur, manet firmum, in textu nostro vnice agi de Galerio, atque Lactantio sua constat perspicuitas. Bün.

d) conuocatur, in qua.] MS. inquit. Vir doctus in Obs. Misc. Crit. Vol. III. p. 70: conuocatur. Insi senex. Heumannus mediam vocem delet. Bün.

e) Seuerum et Maximinum.] Ita Baluz. et alii corrigunt, MS. Maximianum. Bün.

f) ad.

sum *f. 8.* Sciscitari^b inter se, num Constantini immutatum nomen esset; quum in conspectu omnium Maximianus, manum retrorsum extendens, protraxit a tergo Daïam, Constantino repulso; et exutumⁱ vestem priuatam^k constituit in medium. Mirari omnes, qui esset, vnde esset. Nemo tamē reclamare ausus est, cunctis insperatæ nouitate^l rei turbatis. Huic purpuram Dioclerianus iniecit suam, qua se exuit, et Diocles iterum factus est. Tum descenditur; et rheda per ciuitatem veteranus rex foras exportatur, in patriamque^m dimittitur: Daia vero sublatus nuper a pecoribus et filuis, statim scutariusⁿ, continuo protector^o, mox tribunus,

f) adstabat sursum] libri *susum*, cum MS. quod in Glosis Lat. Græc. est *susu*, *susum*, *susum* *uersum*, quæ per *ἄνω* exponuntur. An Lactantii sit, dubites, qui abstinere antiquatis solitus est. *Cell.*

g) sursum] In MS. *susum*, de quo notæ ad Gell. L. 2. c. 30. p. 204. ed. Gron. Victorius ad Varron. p. 7. Gifan. Indic. ad Lucret. Taubmann. ad Plaut. Cistell. Act. 2. sc. 3. v. 78. p. 456. Sic Commodian. Instruct. p. 96: *susum* *inscendentes*. conf. Henr. Stephani præfat. ad Glosar. Cyrill. f. 235. 236. et Glosf. f. 209. 381. 596. et H. L. Schurzsteischii V. C. Acta Litter. p. 149. *Bün.*

h) sciscitari] MS. *stare*, et in margine *esitare*, id est *hesitare*. Nurr. Bauldr. ingeniose ex *susum stare*, facit *SVSVRRARE*, forte: *quaritare*. *Bün.*

i) exutum] Miratus sum ineptam lectionem: *ex exuto*, quæ in primam editionem Baluzii irrepserat, ab aliis, etiam Cellario nostro et Walchio, fuisse retentam. rescripsi cum Baluzio, Bauldrio, Nurrio, aliis. nam ad Daïam verba et *exutum* referuntur. *Bün.*

k) exutum vestem priuatam] Spark. et Bauldrius malunt: *veste priuata*. Sed fatua lectio MSti. no-

to ad Lact. 4. 14. 7: *indutus vestimenta sordida*. *Bün.*

l) insperata nouitate] male. MS. *inspirate nouitatem*. Mox: *et Diocles iterum factus est*, i. e. rediit ad vitam priuatam. conf. c. 9. n. 11. *Bün.*

m) in patriamque dimittitur] Salonas Dalmatiz. *Entrop. 9. 16. et Zonar. Cell.*

n) scutarius] dicebatur miles scuto potissimum utens, qui principem comitabatur, vel stipabat, vti ex Zosimi L. 3. c. 29. verbis: *τῶν ἀμφὶ τὸν βασιλέα δύο ταγματῶν, ἃς σκταρίδς προσαγορεύουσιν*, patet. vide Valef. ad Ammian. Marcell. L. 14. c. 7. p. 39. et Pitisc. Lex. Ant. Rom. T. 2. f. 713. et Nurrium p. 341. Ad rem Rhodigin. Lect. Ant. L. 19. c. 16: *Scutarij qui sint, ex verbis Firmici dilucet: Mercurius, inquit, cum Venere in horoscopo partiliter constitutus in diuina genitura scutarios faciet, vel imperatorum protectores, vel qui proprio excubitu salutem principibus seruent*. Illustratur noster locus ex ipso nostro libro c. 28. l. 6. et 7: *Nam fere nullus stipator in latere ei -- His satellitibus et protectoribus cinctus*. *Bün.*

o) continuo protector] Protectores di-

ci

nus ¹, postredie cæsar, accepit orientem calcandum ² et conterendum, quippe qui neque militiam, neque rempublicam sciret, iam non pecorum, sed militum pastor.

- 1 XX. Maximianus^a, postquam, senibus expulsis, quod voluit et fecit ^b, se iam solum rotius orbis dominum esse ferebat^c. nam Constantium, quamuis priorem nominari esset necesse, contemnebat, quod et natura mitis esset, et valetudine corporis impeditus. Hunc sperabat breui obiturum; et si non obisset, vel inuitum exuere facile videbatur. quid enim faceret, si a tribus cogereetur imperium deponere? Habebat ipse Licinium veteris contubernii amicum, et a prima militia familiarem, cuius consiliis ad omnia regenda utebatur. sed eum cæsarem facere noluit, ne filium nominaret^d; vt postea in Constantii locum nuncuparet augustum atque fratrem^e.
- 4 Tunc vero ipse^f principatum teneret, ac pro arbitrio suo debaccharus in orbem terræ, vicennialia celebraret; ac substitutu-

ti sunt ex eo, quo Principis latus protegerent, vt docet Lex.9. Codic. Theodos. de Protectoribus: horum alii in comitatu manebant, alii in provincias mittebantur; quidam etiam ad custodiam limitis deputabantur; vti pluribus Vales. loco antea citato p.38. Nurr. p.34. Pitisc. L. A. R. T. 2. f. 550. Suid. T. 3. f. 210. vbi Küster. ad Dufrenium in Glosf. Lat. et Græc. ablegat. Suicer. Thef. Eccl. T. 2. f. 869. sq. Casaub. ad Ael. Spart. Caracall. c.5. et Iul. Capitol. Maximin. c.14. Bün.

p) *mox tribunus*] sc. militum. Bün.

q) *orientem calcandum*] Cic. 2. Philipp. c. 23: *quum Cæsar, huic-conculcandam Italiam tradidisset.* Lact. lib. 6. c. 18. n. 21: *dolorem mortemque calcamus.* Bün.

a) *Maximianus*] Galerius. Cell.

b) *et fecit*] Lego cum Col. et Heumann. *effecit.* L. 6. 14.10: *an efficiant*

quod velint. L. 6. 15. 17: *quia non efficiunt, quod volunt.* Bün.

c) *se-dominum esse ferebat*] Bauldrius tentauit: *esse rebatur.* Certe MS. *se--esse ferebatur.* Columbus *esse delet;* ita enim Velleius L. 1. c. 11. qui se Philippum ferebat. Tacitus Annal. L. 1. c. 2: *consulem se forens.* Idem Heumannus comprob. Bün.

d) *ne filium nominaret*] Cæsares ergo Augustis erant vt filii. Hinc dignitas minor et obsequium. Cell.

e) *nuncuparet augustum atque fratrem*] vt supra cap. 8. sect. 1. et in legibus *diui fratres* Marcus et Lucius Antonini. Nec vero id perpetuum. nam et augusti filios suos augustos imperatores fecerunt, vt Seuerus, Philippus, Theodosius. Cell.

f) *Tunc vero ipse*] ipse Galerius, hoc consilio se oblectans. Cell.

g) *Ca-*

tuto cæsare filio suo, qui tunc erat nouennis, et ipse deponeret; ita quum imperii summam teneret Licinius ac Seuerus, et secundum cæsarum nomen Maximinus et Candidianus, inexpugnabili muro^b circumseptus, securam et tranquillam degeret senectutem. Huc consilia eius tendebantⁱ. Sed Deus, quem sibi fecit infestum, cuncta illius cogitara dissoluit.

XXI. Adeptus igitur maximam potestatem, ad vexandum orbem, quem sibi patefecerat, animum intendit. Nam post deuictos Persas^a, quorum hic ritus, hic mos est, ut regibus suis in seruitium^b se addicant, et reges populo suo tamquam familia^c vtantur; hunc morem nefarius homo in Romanam terram voluit inducere, quem ex illo tempore victoriæ sine pudore laudabat. Et quia id aperte iubere non poterat, sic agebat^d, ut et ipse libertatem hominibus auferret. In primis honores ademit. Torquebantur ab eo, non modo de-

g) *Candidianus*] filius Galerii, tum nouennis. Cell.

b) *inexpugnabili muro*] Ita solet Laclantius L. 4. c. 27. n. 8: *tamquam inexpugnabilis murus*. Bün.

i) *Huc consilia eius tendebant*] felicissimo Græuii ingenio debemus emendationem. Legebatur antea: *Hoc consilia ei ostendebant*. Cell. MS. *hoc consilio*. At optime Græuius restituit. Bün.

a) *Nam post deuictos Persas*] Supra cap. 9. antea quidem victus erat; post victor. *Eutrop. lib. 9. c. 15*. Cell.

b) *hic mos est, ut regibus suis in seruitutem se addicant*] Vnde, inquit Nurrius p. 307. *acceperat, hunc suisse Persarum morem?* Sed non attendit doctis. vir ad consequentia, vbi noster auctor clare subiecit *Galerium hunc morem ex illo tempore victoria sine pudore laudasse, postquam Persas deuicerat*. Loquitur vero de more seruili tum consue-

to; nam Socratis tempore erant Persæ liberi, uti intelligi datur ex Aelian. Hist. Var. L. 10. c. 14: *Socrates dicebat, sororem libertatis esse otium, et argumentum huius rei dicebat fortissimos esse et libertatis studiosissimos, immo liberrimos (græce: ἀνδρωτάτους καὶ ἐλευθερωτάτους)* Indos et Persas, qui utrique si spectes exteriorem speciem, segnisissimi esjens; Phryges vero et Lydas ad opus faciendum aptissimos esse, sed seruire ὀβλεπεν. contra Seneca clare de seruitute Persarum L. 3. de Ira c. 17: *Alexander Clitum transfodit parum adulantem, et pigre ex Macedonia - LIBERO in PERSICAM SERUITVTEM transeuntem*. Bün.

c) *tamquam familia*] famulis, seruis. Cell.

d) *sic agebat, ut et ipse*] Heum. *id agebat, ut reapse*. Ego quidem malle: *sic agebat, ut TACITE liber-*

decuriones^e, sed primores^f etiam ciuitatum, egregii *s. b* ac perfectissimi viri. Et quidem in causis leuibus atque ciuilibus, si morte digni viderentur, cruces stabant: sin minus, compedes parati *i. k* Matresfamilias, ingenuæ ac nobiles, in gynæceum^l rapiebantur. Si quis esset verberandus, de-
 fixi

zatem hominibus auferret: antecessit: APERTE. occulte, furtiue, enim longius a ductibus MS. abeunt. Bün.

e) decuriones] erant præfecti et principes cuiuslibet ordinis, qui de curia vocabatur. At sicut varia illorum fuerunt genera, sic etiam munerum et officia, quæ a Gothofredo descripta inuenies. Nurr. p. 308. vide Gothofr. Paratitl. de Decur. T. 4. cod. Theod. p. 336. sq. In coloniis et municipiis erant Decuriones, qui Romæ Senatores etiam pro certo modo census facultatum adlegebantur. curabant annonam, Circenses et Spectacula. Illos præsidii prouinciarum plectere non permittebatur. Recipere tantum in carcerem victosque custodire, et principi de illorum pœna scribere licebat, vt Pitife. Lex. A. Rom. T. 1. f. 639. pluribus docet. adde Baluzium. *Bün.*

f) sed primores etiam ciuitatum] MS. et Baluz. Nurr. alii: *sed primores etiam ciuitatum.* quomodo c. 19. n. 1. quoque mauult Columbus ex Laet. L. 4. c. 16. n. 16: *primores Iudaorum.* Cuperus defendit *priores.* Est utrumque probum. Fuisse vero et hos primates a tormentis exemptos ex nostro adparet, quos nihilominus Galerius tormentis subiecit et crucis supplicio. *Bün.*

g) egregii ac perfectissimi viri] Dignitatis nomina Egregiatus et Perfectissimatus. Vide leg. 1. Cod. Th. de honorariis codicillis, et Titulum de Perfectissimatus dignitate, et quæ in utrumque locum lac. Gothofredus commentatus est. Adde lib. 5.

Instit. Diuin. cap. 14. sect. 18. vbi *egregii, clarissimi et perfectissimi* distinguuntur, quo egregio testimonio etiam laudatus Gothofredus vsus est, qui etiam hoc obseruauit, Egregiatus titulum post Constantini tempora non reperiri. *Cell.*

b) egregii ac perfectissimi viri] De his dixi L. 5. Inst. c. 14. l. 18. adde Nurr. p. 308. sq. Nec hos suæ prærogatiuæ potuerunt defendere, quibus cautum erat, ne torquerentur, aut plebeiorum suppliciis subiicerentur. *Bün.*

i) sin minus, compedes parati] Sin minus digni morte viderentur, vincula parata. Sed genus *viricie* insolens in voce *compedes*. *Cell.*

k) compedes parati] Cellarius insolens virile genus dicit in hac voce; sed Wower. ad Petron. p. 60. v. 32. vult, Cyprianum *verbatim* habere *compedes* AVREOS; at in loco ab eo adlato de habitu Virg. c. 16: *a compedibus aureis;* etiam secundum veterem Wow. scripturam legitur; vnde hinc genus *masc.* probari nequit, deprehendi tamen in vers. vulg. Thren. 3. in eum *aggrauauis compedem meum.* vbi membranz *mez* bis habent: *aggrauauis compedem meum -- aggrauauis compedem meum.* etiam vetus edit. Argent. 1497: *compedem meum.* et vltimior ed. Basil. 1477. distincte semel exhibent. *Bün.*

l) in gynæceum] Erat textorium siue conclave, in quo mulieres degebant, et opera textoria ac muliebria exercebant; hinc Gynæciarius, *quæ*

fixi in stabulo ^{m. n.} pali quatuor stabant, ad quos nullus vquam seruus distendi solebat. Quid lusorium^o vel delicias eius referam? Habebat vrsos ferociæ^p ac magnitudinis suæ simillimos, quos toto imperii sui tempore elegerat. Quotiens delectari libuerat, horum aliquem adferri nominatim iubebat. His homines non plane comedendi, sed obsorbendi* obie-
 ctabantur: quorum artus dissiparentur †, ridebat sua-
 vis-

qui pannos curabat, vide Nurr. p. 309. et Pitisc. T. 1. f. 886: *Non possum*, inquit Braunius de vestitu Hebræorum Sacerd. L. 1. c. 18. sect. 308. p. 342: *quin obseruem, textores Gynaciariorum et sextrinum, siue officinam textorum, Gynaceum dici αἰπὸ τῆς γυναικὸς, a muliere, ideo scilicet, quod apud antiquos eiusmodi munera mulieribus magis quam viris demandata fuerint.* Hæc illustrari possunt ex Lactant. L. 3. c. 22. n. 10. In hunc igitur locum ingenuas ac nobiles ignominia causa coniecit. adde Baluz. et Bauldr. Ceterum lapsus est Nurrus, quum p. 309. ex Eusebio L. 2. de vita Constant. c. 20. probare voluit, Constantinum M. eas omnes feminas libertate donasse, quotquot Gynæceis mancipatae fuerint; sed verba Eusebii: καὶ τὰς γυναικείους δ' ἔργοις ἐφ' ὕβρι καὶ ἀτιμίᾳ δαλεύειν κριθέντας, ὁμοίως τοῖς λοιποῖς ἠλευθέρων, vnice et clare, vt totum caput, agunt de viris confessoribus. Christianos vero viros sæpe ad Gynæceum fuisse ignominiose damnatos, egregie docuit Gottfr. Arnold. in Historia Christianorum ad metalla damnatorum f. 25, et Zimmermann. in Analect. Misc. Mens. I. n. LIII. de damnatione ad Gynæcea p. 59-61. Bün.

m) in stabulo] catasta, equuleo-

rum, id est tortoris instrumentorum, loco. Cell.

n) in stabulo] Stabulum Nurrus p. 310. designat locum publicum, vbi verberandi ad palos alligati cadebantur. Hieronymo ad Eustoch. in Epitaph. Paullæ f. 147: *Stabulum* est diuersorium: *qui seminecem suo iumento impositum ad stabulum Ecclesie deportauit, et ad Sabinianum, f. 231. extr. inde se Samaritanus impositum iumento curandumque ad stabulum referat, et Tom. 2. f. 176. quem significatum ex aliis quoque adnotarunt. Pawel. ad Cyprian. ep. 67. f. 200. Muncker. ad Hygin. p. 25. et præ ceteris Wower. ad Petronium et Pitisc. L. A. R. T. 2. f. 838. Gale. stabulo corrigit, at rectius Columbus stabulum equuleorum intelligit. Bün.*

o) lusorium] Locus erat palatii, cœnationi siue triclinio subiectus, vnde, quoties vellet, animum ludicris Diocletianus oblectaret. Generatim ludicrorum locus, Saluianus lib. 6. p. 199. de Gubern. Dei, amphitheatris, odeis, lusoriis, pompis. Cell.

p) ferocia] MS. ferocia. vitiose. Bün.

*) obsorbendi] Aboensis ed. absorbendi. Sed nihil mutandum. *Obsorbo* Plauti est Trucul. 2. sc. 3. extr. et hoc loco sorbitio sanguinis, vrsis grata, inter vorandum, significatur. Cell.

†) artus dissiparentur] Lact. 5. c. 11. XXXX
 6: non

- 7 visissime; nec vquam sine humano cruore cœnabat. Dignitatem non habentibus pœna ignis fuit. Id exitii primo ad-
- 8 versus Christianos 9^r permiserat, datis legibus, vt post tormenta damnati lentis ignibus^r vrerentur. Qui quum deligati fuissent, subdebatur primo pedibus lenis flamma tamdiu, donec callum solorum^r contractum igni ab ossibus re-
- 9 velleretur. Deinde incensæ faces et extinctæ admouebantur

tur

6: non tantum artus hominum dissipat, et Epit. 66. not. Bün.

q) Id exitii primo aduersus Christianos] Nic. Heinſius emendauit. Scriptum ac excusum erat et exilij. Cell.

r) Id exitii primo aduersus Christianos permiserat, datis legibus, vt] Variant docti in emendando. Ex his Græuius malebat: id exitii primo aduersus Christianos promiserat lentis legibus, vt; Ita exitium promere, vt Tacitus: *seuissima, sauitiam et libidinem promere.* Nurr. tuerit lectionem MS. et hunc elicit sensum p. 311: *Dignitatem non habentibus pœna ignis fuit: et exsilij pœnam Galerius primo aduersus Christianos permiserat, sed datis postea legibus, vt post tormenta damnati lentis ignibus vrerentur. Quoniam enim inhumanissimus tyrannus impetrare a Diocletiano antea non potuerat, vt Christiani viui cremarentur, coactus est initio morem ei gerere, qui volebat Christianorum fundi sanguinem. Aliquamdiu ergo Galerius, exemplum Dioclesiani secutus, exsilij pœnam, vt ait Cecilius, aduersus Christianos haud dubie permiserat. Ast ubi supremum dominatum consecutus est, tunc sauisa innata furorique suo, qua inuitus hactenus compresserat, frana laxauit. Christianos igitur omnes, datis legibus, iussit lentis post tormenta ignibus exuri. Libenter amplecte-*

rer hanc Nurrii expositionem, sed vix demonstrare poterit Nurrius, Diocletianum in edicto illo etiam fecisse mentionem de exilio: neque enim ex auctoris nostri cap. XIII. nec ex Eusebii Hist. Eccles. L. 8. c. 2. et 5. nec ex aliis, quod sciam, constat; immo totum c. 21. et capituli 22. sect. 2. in nostro id disuadent; vbi exsilij pœna, tamquam leuior, vix locum habet; deinde valde dubium est, an permiserit ante et postea demum, siue tempore aliquo interiecto, leges dederit Galerius. Elegans est Græuii emendatio in loco corrupto multis viso; et nihil facilius, quam confusio vocum: *pmiserat*, i. e. permiserat, et *pmiserat*, i. e. promiserat. Mihi olim visum? id exitii primo aduersus Christianos permiserat datis legibus, i. e. additis conditionibus. Bün.

s) lentis ignibus - - lentis flamma] Sic Apicius de Arte Coquin. lib. 1. c. 1: *igni lento - calefactum.* lib. 4. c. 2: *ad ignem tenem coques - ad lentum ignem vt coquatur,* et sæpius. vid. not. ad M. P. 13. 3. Bün.

t) donec callum solorum] Ex Ciceronis lib. 5. Tuscul. cap. 32. peti- tum. *Mibi, inquit sub Anarcharſidis persona, amictus est Scythicum togmon; calceamentum, solorum callum; cubile terra.* Nam callus et callum ambiguo genere: et solum quoque ima pars pedis. Cell.

u) lecta

tur singulis membris; ita vt locus nullus in corpore relinqueretur intactus. Et inter hæc suffundebatur facies aqua frigida, et os humore abluebatur, ne, arescentibus siccitate faucibus, cito spiritus redderetur. Quod postremo accidebat, 10 quum per multum diem, decocta omni cure, vis ignis ad intima viscera penetrasset. Hinc rogo facto cremabantur. Cor- 11 pore iam cremato, lecta ossa * et in puluerem comminuta, iactabantur in flumine ac mare *.

XXII. Quæ igitur in Christianis excrucian- 1 dis didicerat, consuetudine ipsa in omnes exercebat. Nulla pœna penes 2 eum leuis^a. non insulæ, non carceres, non metalla;

u) *lecta ossa et in puluerem comminuta etc.*] Eodem pertinent verba L. 5. Inst. c. 11. n. 6: *Nemo huius tanta bellua immanitatem potest pro merito describere, qua uno loco recubans, tamen per totum orbem dentibus ferreis iacuit, et non tantum aris hominum dissipat, sed et ossa ipsa comminuit, et in cineres furit, ne quis exiles sepultura locus, quasi vero id adfcedent qui Deum confitentur, ut ad eorum sepulcra veniantur; Legere ossa hic est conferre, colligere, vt Cic. 2. Leg. mortuo ne ossa legito. alia plane notione Seneca hac phrasi vitur, in Consol. ad Marciam c. 22. in- eunte: adice lacerationes medicorum ossa visus legentium, vbi vide Lips. et ad de Prouid. c. 3: si cogitaueris tecum, remedii causa quibusdam et radi ossa, et legi; et extrahi venas. et ad L. 5. de Benef. c. 24: in capite lecta ossa, ibi legere est: extrahere. Bün.*

x) *in flumine ac mare*] Sic prima editione, quod turetur Columbus, licet *flumina* Aboꝝ impressum. Charisius lib. 1. p. 45. Varronis auctoritate sexto casu *mare* non inepte dici confirmat. Cell.

y) *iactabantur in flumine ac mare*]

Non raro sic ablatiuus pro accusat ponitur. vide exempla apud Muncker. ad Hygin. fab. 92. p. 148. ad Fulgent. Mythol. L. 1. c. 2. p. 33. et Hygin. Poet. Astron. p. 414. ad Lactant. Placid. p. 276. et p. 281: *Mare* in ablatiuo ab eodem Munckero illustratur ad Lact. Plac. fab. 10. p. 270. Malespina ad Cicer. L. 10. ad Attic. ep. 12. Vosf. L. 2. Analog. c. 11. p. 717. Ipse noster Lact. M. P. 35.3: *in manu trahitis*. adde meas notas ad c. 45. 6. alii corrigunt: *in flumina ac mare*. Heumann. *in flumen aut mare*. Bün.

a) *nulla pœna penes eum leuis - et facilia*] Totus hic locus magna profecto ignorance ab amanuensi librario deprauatus est. Sic quippe in Colbertino codice hæc ab illo scripta legimus: *nulla pœnis eum levis, non in sola, non in carceris, non metalla; sed ignis. tru ferex in illa erant coisidiano ... et facilia*. Spatium vero punctis notatum ibi vacuum est; sed vbi nihil scriptum fuisse videtur. Sensus esse videtur, nullam a Galerio pœnam leuam adhibitam, qualis est exsilium, atque in insulam deportatio, coniectio in carcerem, vel ad metalla effodienda

3 la^b; sed ignis, crux, fera, in illo erant^c quotidiana et facilia. Domestici^d, et administratores^e lancea emendabantur^f. In
caus.

da damnatio: sed ignis crucisque supplicia illi erant quotidiana et facilia, id est, si tamen ita in textu legendum, ab illo, sicut quotidie et sapissime, ita facillime in omnes constitui et adhiberi solebant. Nurr. p. 313. Ita supra c. 5. MS. legebat pro: pœna, perperam: pro pene. Lego: nulla e pœnis sum leuis. Bün.

b) non metalla] Hoc pœnz genus erudite descripsit Gottfr. Arnold. in egregia Historia Christianorum ad metalla damnatorum. Bün.

c) fera, in illo erant] Heumanus: fera: Hæc illi erant. Bauldr. fera in illos (scil. Christianos) erant quotidiana. Bün.

d) Domestici] erant, qui varias in scholas diuisi intra palatium familiariter militabant, ita tamen, ut aliqui nonnumquam mitterentur in prouincias. At de iis adhuc variæ occurrerunt in codice Theodosiano leges, in quas Gothofredus ibidem multa obseruat. Nurr. p. 309. et plura alia Pitisc. L. A. R. T. 1. f. 682. et Gothofr. (citante Nurrio) Cod. Theod. de Domest. et Protec. T. 2. p. 130. et idem p. 633. 638. de Administratoribus, quos hic Oeconomus posse esse Bauldr. tradit. Burnetus de iis, quibus negotia sua Galerius commiserat, interpretatur. Bün.

e) administratores] in aula ministrantes. Cell.

f) lancea emendabantur] An hoc idem cum eo, quod Tertull. Apolog. c. 7. refert: Et in lanceas parum est, si senatorum et non libertinorum vel adhic flagrarumpantium argentaria metalla producta. Miegl. in ep. Cane lancea supplicium, cum lancibus aut patinarum pondere permisceas, de qui-

bns Tertull. Apolog. VI. ubi argentea metalla in lanceas ait producta esse non tantum a senatoribus, sed etiam a libertinis, immo seruis. Quale autem lancea sit supplicium, nondum habeo compertum, etiamsi multa de poenis earumque speciebus congerim. Quadam habet Cuperus, sed rimide videtur charta inscripsisse, non satis compertum habens, qualis pœna fuerit. Columbus putat fustigationem fuisse; sed hæc non probat locus Apuleii, ut recte indicat Cuperus. Non tantum fustigari quis lancea poterat, quod tamen insolitum et incommodum, quia longa et preten-^asa nimis, sed etiam TRANSFIGI. In-^aae lanceare pro transfigere dixit Tertull. aduers. Marc. L. 3. c. 13. ubi de Ponticis infansibus per ironiam dicit: quod antenorint lanceare, i. e. trans-^afigere, quam lancinare, i. e. pungere. Et post eum Firmicus: quumque habuerunt horoscopium in XXI. parte Tauri lanceati moriuntur. Thomam Apostolum, ni faller, lanceatum dicit pseudo Abdias Babylonius. Hæc est responsio G. van Mastricht ad Miegl. ep. At Nurr. p. 309. lancea emendabantur, id est interficiebantur, et p. 310. lancea percussis necabantur. Vellem addidisset, an hæc explicatio ex ingenio deprompta fuerit, an ex veterum auctoritate. Tertulliani locum ab Illustri Mastrichtio productum Pitisc. T. 1. A. R. f. 11. exponit: Ponticos infantes prius lanceam iacere, quam mammam trahere; securus Lipsium L. 4. Poliorcet. Dial. 4. p. 607. Idem Lips. in Anac. ad Milit. Rom. L. 5. Dial. 14. obseruauit. Diaconum more et latinitate sui zui in libro 17. lanceam posuisse pro ^{palo}

causa capitis *g*, animaduersio gladii admodum paucis quasi beneficium deferebatur, qui ob merita vetera impetrauerant bonam mortem *b*. Iam illa his leuia *i* fuerunt: eloquentia *4* extincta, causfidici sublatis, iure consulti *k* aut relegati aut necati. Litteræ autem inter malas artes habitæ, et qui eas noverant, pro inimicis hostibusque protriti et execrati *l. m.* *5* Licentia rerum omnium, solutis legibus, adsumta, et iudicibus data. Iudices militares, humanitatis litterarum rudes, sine adfessoribus in prouincias immisfi.

XXIII. At vero illud publicæ calamitatis et communis luctus omnium *a* fuit, census in prouincias et ciuitates semel

palo in terram erecto et fixo, in verbis: Phocas Macrobiam Scribonium iussit sagittari apud Septimum pendentem in lancea, in qua tirones exercebantur. Possis suspicari simile quid hic innui, maxime quum hoc nostro capite f. 4. præceserit: Si quis esset verberandus, defixi in stabulo quatuor PALI stabant, ad quos nullus unquam seruus distendi solebat; sed ad palum illum pendebant; ad hos palos quatuor distendebantur iacentes, vnde adparet diuersitas, et lanceis emendabantur fuisset scribendum, nisi putes, pro priori sententia hanc emendationem tentandam: lancea adpendebantur, aut pro posteriori: lanceis (i. e. palis) descendebantur, scriptura antiqua pro: distendebantur verberandi. Verum illustri Mastrichtio et Nurrio accedo. Ita quum Seneca L. 3. de Ira c. 17. dixisset: Alexander Clitum - - transfodit, postea vero c. 22. extr. Alexander lanceam in conuiuios suos torquebat. Hieron. L. 2. aduers. Ruffin. T. 2. f. 213. Grandis diabolus lancea percussitur, et iterum translate f. 215: O infelices animas, qui tantis vitiorum lanceis vulnerantur. Bün.

g) in causa capitis] MS. vitiose, teste Nurrio p. 313. sq. in cā pœna

capitis et animaduersio gladii admodum paucis quasi beneficii deferebatur, qui ob merita vetera impetrauerant bona morte. Amanuensis, (pergit Nurrius p. 314.) incuria in postremis duobus verbis præmissa est lineola vltimis duabus litteris pro duplici M. imponenda. In editis vero nomen pœna atque et omisa sunt. Forte legendum: In causa capitis pœna et animaduersio gladii. Pro beneficii Baluz. beneficii loco, Gal. Columb: Bauldr. et seqq. rectius beneficium legunt. Bün.

h) impetrauerant bonam mortem] Cap. 26. extremo, mors incisis venis immisa ita adpellatur. Cell.

i) illa his leuia] i. e. consequentia respectu priorum quasi leuia sunt habita. Vestigia veræ lectionis subesse patet ex L. 5. Inst. 9. 16: vt, qua leuia sunt atque vstata, dicamus. L. 6. 23. 10: Hac tamen apud illos leuia et quasi honesta sunt. Bün.

k) causfidici - iureconsulti] de differentia notauit ad L. 5. Inst. 1. 22. not. (2). Bün.

l) execrati] Pasuiue; vti cap. 23. 2. metiebantur. Cell.

m) execrati] pasuiue. conf. Heusingerum ad Vechner. p. 114. Bün.

a) communis - omnium] Galeus corrig-

mel^b misus; cenfitoribus vbique diffusis et omnia exagitantibus, hoſtilis tumultus et captiuitatis horrendæ species erant. Agri glebatim^c metiebantur^d; vites et arbores numerabantur, animalia omnis generis ſcribebantur, hominum capita notabantur; in ciuitatibus vrbane ac ruſticæ plebes adunatæ^e; fora omnia gregibus familiarum reſerta; vnusquisque cum liberis, cum ſeruis aderant, tormenta ac verbera perſonabant^f, filii aduerſus parentes ſuspendebantur^g, fideliffimi quique ſerui contra dominos vexabantur, vxores aduerſus maritos.

3 Si omnia defecerant, ipſi contra ſe torquebantur; et, quum

4 dolor vicerat, adſcribebantur, quæ non habebantur. Nulla ætatis, validudinis excuſatio. Aegri et debiles^b deferebanturⁱ, ætlimabantur ætates ſingulorum; paruulis adiiciebantur anni, ſenibus detrahebantur. Luctu et mœſticia plena

5 omnia. Quæ veteres aduerſus victos iure belli fecerant, et ille aduerſus Romanos, Romanisque ſubiectos, facere auſus eſt; quia parentes eius^k cenſui ſubiugati fuerant, quem

Trarigebat: *communis - inſitium*. Heumannus cenſet adhuc poſtremam vocem emendandam. Mihi videtur locus ſaluus. At vero illud inſeruiunt transitioni. *Communis omnium eleganter iunguntur* c. 18. 8: *communi conſilio omnium*. L. 3. Inſt. 18. 13: *communis omnium pater*. conf. It. 5. 6. Cic. pro Archia c. 9: *communi omnium taule*. vthic: *At vero illud calamitatis*, ſic L. 1. Inſt. 10. 12. *Illud vero ſumma impietatis ac ſcleris*. Bün.

b) *cenſus - ſemel miſus*] Ita MS. exponitur a Nurrio p. 317. *irreuocabiliter*; ab Heumanno *aufſeinmal*. conf. not. ad L. 3. 26. 10: *uno ſemel impetu*. mox pro *erant* lego *erat*, ſc. cenſus miſtus. Bün.

c) *Agri glebatim*] Nurrius defendit p. 317. *glebatim* contra Bauldrium; *Agri*, inquit, *glebatim non glebati, nec glebati, nec ſenatorum tantum more, vti quidam opinantur, ſed hominum omnium, ſecundum cuiusque gle-*

bam et portionem metiebantur. Bün. d) *metiebantur*] paſſiue, vt Curtius L. 5. c. 1. extr. *ſtipendium meſum eſt*. Plura Voſſius de Analog. L. 3. c. 6. p. 30. Munckerus ad Fulgent. Mythol. L. 1. p. 10. Dukerus de Lat. Vet. ICt. p. 382. et Heuſinger. ad Vechner. Hellenol. p. 114. Bün.

e) *plebes adunata*] cap. 45. 8. *adunari*. Op. 17. extr. *his - adunatis*. conf. Falſteri Suppl. L. L. p. 14. Bün.

f) *tormenta et verbera perſonabant*] ad exquirendum verum cenſum, filii ſuſpenſi in equuleo, vt parentum; ſerui, vt dominorum fortunæ indicarent. Cell.

g) *ſuspendebantur*] ſc. ex equuleo. vide Cupertum p. 189. Bün.

h) *Agri et debiles*] adparet Lactantius etiam L. 4. Inſt. 15. 6. *agros ac debiles iungens*. Bün.

i) *deferebantur*] vt L. 2. Inſt. 7. 21. *lectica - delatus*. L. 4. 15. 16. *in quibus lectulis fuerant delati*. Bün.

k) *parentes eius*] maiores eius propter

Traianus, Dacis^l assidue rebellantibus, pœnæ gratia victor imposuit. Post hoc^m pecuniæ pro capitibus pendebantur, et merces pro vitaⁿ dabatur. non tamen iisdem^o censitoribus fides habebatur: sed alii super alios^p mittebantur; tamquam plura inuenturi: et duplicabatur semper, illis non inuenientibus, sed, vt libuit, addentibus; ne frustra missi viderentur. Interea minuebantur animalia, et mortales obibant; et nihilo minus soluebantur tributa pro mortuis, vt nec viuere iam, nec mori saltem gratis liceret. Mendici supererant

pter matrem transdanubianam. c. 9. Cell.

l) Dacis] MS. Daciis, etpa ullo ante MSS. qua veteres - et ille, vt cum Cellario edidimus. Bün.

m) Post hoc] Rescribit Heumannus cum Critico Anonymo: post hac. Nihil muto, licet alibi post hac præterim in Lact. 2. Inst. 12. 15. (11) conf. L. 4. 27. 19. vt Plautus Casin. L. 1. 42. POST ID, sic nonnulli POST HOC dixerunt. Plinius L. 5. ep. 1. POST HOC ille subscripsit. Suetonius Illustr. Gramm. c. 3: Post hoc cura artis increuit. In scriptoribus Hist. Augustæ nihil est frequentius. vide Ael. Spartianum in Did. Iuliano c. 1: Post hoc curam etc. in Seueroc. c. 1. c. 3. c. 4. c. 9. c. 16. In Antonino Carac. c. 3. bis, in Diadumeno c. 2. c. 16. in Heliogab. c. 17. etc. Iul. Capitolin. in Pertin. c. 4. in M. Anton. Philos. c. 4. etc. Bün.

n) merces pro visa dabatur] Sic MS. quod Nurrius contra Bauldriuum recte tuetur p. 320. Bün.

o) iisdem censitoribus] Licet in MS. sit hisdem, illud tamen valet: iisdem. vnde rectissime Cortius, excitato nostro loco ad Sallust. Catil. c. 13. 1: Inapte, inquit, satis interpres suum HISDEM pro alio habet quam IISDEM, etiamsi sapius in eo scripto (de M. P.) ex unico codice descripto occurrat. idem pluribus illustrat. Per-

peram igitur Krebsius in dis. de Stilo Lactantii p. 29. sibi pronomen HIC cum DEM compositum finxit. Correxii illud bisdem c. 31. 4. c. 34. 2. c. 48. n. 5-6-8-9. In MSS. et diplomatibus sæpe deprehendi: Hicdem et HISDEM vel HUISDEM, pro: iidem, iisdem; numquam vero aliquis inuenit: HICDEM, HOCDEM etc. Bün.

p) alii super alios mittebantur - addentibus] Nurrius p. 138. Num quis, inquit, vllus similem et tam obscurum scribendi modum in genuinis (Lactantii) libris hæctenus adnotauit. At Nurrius non potest probare, hæc ita, vt in MSto imperite scripta leguntur, ab auctoris stilo fluxisse; deinde in reliquis Lactantii libris multa loca non minus obscura in tanta MSS. et editionum copia adhuc deprehenduntur, quæ nemo Lactantio tribuet. Phrasis alii super alios multis frustra suspecta est. Liuius L. 6. 10. fin. tot super alia aliis bellis. L. 8. c. 38. alii super alios - vociferabantur. L. 26. 4. iacula - alia super alia emittunt. L. 33. c. 7. alios super alios nuntios mittent. c. 8. alii super alios recurrentes. Plinius L. 6. ep. 31. alia super alia. L. 7. ep. 8. aliis super alias epistolis. confer meum indicem Latin. Selectæ - ex Castell. Verf. Cod. S. p. 11. Bün.

foli, a quibus nihil exigi posset, quos ab omni genere iniuriaz tutos^r miseria et infelicitas fecerat. Atquin homo pius^r misertus est illis, vt non egerent. Congregari omnes iussit, et exportatos nauiculis in mare mergi. Adeo hominem misericordem^r, qui prouiderit^r, ne quis, illo imperante, miser esset. Ita dum cauit^r, ne quis simulatione mendicitatis censum subterfugiat, multitudinem virorum miserorum^r, contra omne ius humanitatis^r, occidit.

XXIII. Iam propinquauit^r illi iudicium Dei, secutumque tempus est, quo res eius dilabi ac fluere^b cœperunt. Nondum animum intenderat ad euertendum pellendumue Constantium, dum est occupatus his rebus^c, quas superius

er-

q) quos ab omni genere iniuria tutos miseria fecerat] Bene ita correctum, ubi prae in MS. quos ab omni genere iniuria atatis miseria et infelicitas fecerat. Ipse Lactantius Epit. 59: vt se interim tutos ab iniuriis facerent. Seneca ep. 47. a cuius rei (iniuriae) periculo illos fortunae suae magnitudo tutissimos praestat. Bün.

r) Atquin homo pius] Ironia, vt mox: Adeo hominem^r misericordem. Sic visum euendatoribus. Scriptum enim impius erat: posteriori autem loco misericordem. Cell.

s) Atquin homo pius misertus est illis] Nic. Heinsius tentabat: misertus est illos. Audacius Heumannus: At quam pius in miseros fuit illos, vt non egerent! Fuerat constructio in phrasi corrupta in Epit. c. 65. n. 8. vbi ex Taurin. restituta; at hic seruo, memor, vt ad Epit. c. I. probauit, Cyprianum aliosque patres sepe misereri alicui pro ali uiuis dicere. Praeterea ironia haec est frequens Lactantio, L. 5. II. 17: quidnam pius, tam beneficium, tam humanum. L. 5. 10. 4: quid potest esse haec pietate clementius? Sic Cicero in Pisonem c. 8. o noster misericors. Senec-

ea L. 3. Ir. 20. pr. patres quoque occisorum eadem nocte confecit, id est, homo misericors lucem liberauit. Bün.

t) Adeo hominem misericordem] Heuman. cum Tollo: o hominem. Bün.

u) qui prouiderit] eleganter qui pro uisore qui. Pronomen hoc elegantem usum habet in causa reddenda, exempla dedit Westerhou. ad Terent. Andr. prol. v. 6. p. 3. Bün.

x) cauit] Lego cum Tollo, Columbo, Heumanno: cauet. Bün.

y) uirorum miserorum] Bauldr. uerorum miserorum. Heumann. uere miserorum. Bün.

z) contra - ius humanitatis] Eadem Laet. 5. 19. 7: qui contra ius humanitatis, contra fas omne lacerantur. conf. L. 5. c. 22. 7. et L. 6. 10. 8: qui contra ius humanitatis et fas omne spoliant. Bün.

a) iam propinquauit] vid. not. ad Laet. 7. Inst. 25. 3: iam propinquare etc. et L. 2. 8. 68. Bün.

b) dilabi ac fluere] Eleganter vid. Cort. ad Sall. Catil. c. I. 4. p. 7. Bün.

c) occupatus his rebus] Caesar. L. 3. B.

exposui^d, et expectabat^e obitum eius. Sed tam celeriter non putabat obiturum. Qui quum grauius laboraret^f, miserat litteras, vt filium suum Constantinum remitteret^g sibi videndum, quem iam dudum [frustra repetierat^h.] Ille vero nihil minus volebat. Nam et insidiis saepe iuuenem adpetueratⁱ, quia palam nihil audebat, ne contra se arma civilia, et, quod maxime verebatur, odia militum concitaret. Sub obtentu^k exercitii ac lusus feris illum obiecerat. Sed frustra, quoniam Dei manus hominem protegebat^l; qui illum de manibus eius liberauit in ipso cardine^m. namque sapiusⁿ, quum iam diutius negare^o non posset, dedit illi sigillum^p.

3. B. Ciu. 55. 3: In his rebus fuit occupatus. Bün.

d) *superius exposui*] Etiam in leuioribus agnoscitur Lactantius L. 4. Inst. 26. 25: *sicut superius exposui*. Bün.

e) *expectabat obitum eius*] i. e. tamquam rem desiderabilem cupiebat, optabat, vt obiret. vide Gronovium ad Liuii L. 28. c. 27. et Westerhouium ad Terent. Adelph. 5. 4. 20. Bün.

f) *grauiter laboraret*] aegrotaret. Cell.

g) *vt filium Constantinum remitteret*] quem quasi obsidis loco retinuerat. Cell.

h) *frustra repetierat*] Deerat hae scripto codici: suppleuit, vt necessaria, Baluzius. Cell. videndum. Iam dudum vero ille nihil minus volebat, Heumannus corrigat. Bün.

i) *insidiis adpetuerat*] etc. Illustrat Nurrius p. 322. 387. In MS. est: *in insidiis*; at in merito Boherell. Græuius, Tollius proscribunt. Bün.

k) *Sub obtentu*] vt L. 2. Inst. c. 4. 36. etc. 6. 3. Bün.

l) *Dei manus hominem protegebat*] Sic quoque Lactantius L. 2. 15. 2: quos MANVS DEI potens et excelsa protegit. L. 7. 26. 14. de hoc ipso Constantino: *Te dextera Dei potens*

ab omnibus periculis protegit. Bün.

m) *in ipso cardine*] Significantissime Vers. Angl. *in the lust and critical moment*; quasi in ultimo et decretorio momento. Verbis Ciceronis interpretor: IN IPSO DISCRIMINE, cuius formulæ elegantiam illustrauit Græuius ad Ciceronem pro Lege Manil. c. 15. conf. interpretes ad Virg. 1. Aen. 672: *haud tanto cessabit cardine rerum*. Lactantius saepe pro *summa* ponit L. 2. c. 8. 55. *hic est cardo rerum, hic vertuntur omnia*. conf. L. 3. 7. 6. L. 7. 5. 2. Ir. 6. 2. Mox in MS. *negare* pro *negare*. saepe hae confundi, dixi ad L. 4. Inst. 18. 23. Bün.

n) *namque sapius, quum*] Post sapius aliis rogatum, Nurrio petatum, Heumanno petita venia excidit. hic legit: *sapius petita venia, quum eam diutius*. Forte: *Nam, qua sapius NEGARAT, quum iam diutius negare non posset*. Bün.

o) *diutius negare*] Doctorum curis restitutum. Legebatur *diu necare*. Cell.

p) *dedit illi sigillum*] litteras immunitis et tuti itineris, sigillo principis munitas. *Diploma dixit Plinius lib. 10. epist. 121.* Cell.

q) *dedit illi sigillum*] Sigillum Baluzio

Xxxx 5

figillum inclinante iam die^r, præcepitque, vt postridie mane acceptis mandatis proficisceretur; vel ipse illum occasione aliqua retentaturus, vel præmisurus litteras, vt a Seuero teneretur. Quæ quum ille prospiceret, quiescente iam imperatore post cœnam, properauit exire; sublatisque^r per mansiones multas omnibus equis publicis, euolauit^t. Postridie imperator, quum consulto ad medium diem vsque dormisset, vocari eum iubet. Dicitur ei post cœnam statim profectus. Indignari ac fremere cœpit. Poscebat equos publicos, vt eum retrahi faceret. Nudatus ei cursus publicus nuntiatur. Vix lacrimas tenebat. At ille incredibili celeritate vsus, peruenit ad patrem iam deficientem, qui ei, militibus commendato^u, imperium per manus tradidit^x; atque ita in lecto suo requiem vitæ, sicut optabat, accepit. Suscepto imperio Constantinus augustus nihil egit prius, quam Christiania-

luzio est epistola dimissoria munita sigillo. Nobis vero, inquit Nurr. p. 323. facilius probabitur, eo nomine significari EUECTIONEM, cuius frequens in codicis Theodosiani legibus sit mentio, et qua designatur diploma siue licentia scripto sigilloque confirmata publici cursus accipiendi. Sigilli enim vero nomine eam indicari probant ipsamet Auctoris nostri verba, quibus illud sigillum distinguitur a Galerii mandatis, id est haud dubie litteris, quibus Constantium de remisso a se filio eius Constantino aliisque de rebus faceret certiozem. cod. Theodof. de cursu public. leg. 4. et sqq. Tom. 2. p. 515. sqq. addi meretur Columbus, quem Nurr. non obscure est secutus, et Io. Vorst. ad Sulp. Sett. Hist. Sacr. L. 2. c. 42. pag. 269. Iuret. et Barth. ad Paullin. lib. 4. v. 239. et I. A. Fabric. Bibliogr. Antiquar. p. 638. extr. Pitisk. in Lex.

Ant. Rom. T. 4. f. 736. de *euectionibus*, et f. 518. de *Combinis*, et f. 674. de *diplomatibus*, et T. 2. f. 982. de *tractoriis*. Bün.

r) *inclinanse iam die*] Similia exempla dedit Heusingerus ad Vechn. Hellen. p. 76. Bün.

s) *sublatisque - equis*] Zofimus lib. 2. cap. 8. dicit mutilasse. Cell.

t) *euolauit*] Heumannus: *auolauis*. eleganter sane, nisi, quia ita tot pericula intentata euadebar, vsus verbo: *euolauit*, Ciceroni frequentissimo. antecessit: *properauit* EXIRE (non *abire*), cui *euolauit* probe respondet. Bün.

u) *militibus commendato*] Nam et patris voluntate et militum vna consensu imperium est consequutus. *Julian. orat. 1. p. 13.* Cell.

x) *imperium per manus tradidit*] noto ad Laët. L. 2. c. 4. n. 20: *regnumque per manus filio tradidit*. ad rem ipsam Nurr. p. 383. sqq. Bün.

y) *Chri-*

stianos cultui ac Deo suo reddere ^{7.2.} Hæc fuit prima eius sanctio * sanctæ religionis restitutæ.

XXV. Paucis post diebus laureata imago eius adlata est ad malam bestiam. Deliberavit diu, an susciperet. In eo pæne res fuit^a, vt illam, et ipsum, qui adtulerat, exureret; nisi eum amici ab illo furore flexissent; admonentes eum periculi; quod vniuersi milites, quibus inuitis ignoti cæsares erant facti, suscepturi Constantinum fuissent, atque ad eum concursuri alacritate summa, si venisset armatus^b. Suscepit itaque imaginem admodum inuitus, atque ipsi purpuram misit, vt vltro adsciuisse illum in societatem videretur. Iam turbatæ rationes eius fuerant; nec poterat alterum extra numerum nuncupare, vt voluerat. Sed illud excogitauit, vt Seuerum, qui erat ætate maturior, augustum nuncuparet; Constantinum vero non imperatorem^{c.d}, sicut erat factus, sed

y) *Christianos cultui ac Deo suo reddere*] Libertatem permittendo, cohibendoque persecutionem. Plus præstare non potuit, quia nondum ipse Christianus erat. *Cell.*

x) *nihil egit prius, quam - - reddere*] Licet ita MS. tamen non tam auctori, (quem Nurrius frustra arguit p. 395. vt non elegantissime loquentem); quam imperito scribæ cum doctis aliis tribuo nouam constructionem; verius leges, vt Toynardus ait: *nihil egit prius, quam vt Christianos cultui ac Deo suo redderet.* Bün.

*) *sanctio*] Henm. legit: *functio*. Nihil videtur corrigendum: sic c. 48. 12: *huius sanctionis nostræ beneuolentia forma*, et denuo: *huius beneuolentia nostra sanctio*. Mox MS. *restituta*. vitiose. Bün.

a) *In eo pæne res fuit*] MS. *rex fuit*, quæpadmodum apud Suecos imperator sæpe vocatur, sed noster auctor numquam ita; nisi huc pertinet c. 29. sect. 3: *deponit regiam vestem*. conf. L. 4. Inst. c. 7. n. 6.

sicut nunc Romanis indumentum purpura insignis est regis dignitatis adsumta. Posset quoque inuidiosa voce REX, id est *tyrannus*, dici, quod vberius illustrauit et restituit Liuius L. 7. c. 35. p. m. 103. Heumannus: RES delet; quia Nepos: *Quum iam in eo esset*, de plena dictione: *in eo loco res sunt*, consule Cortium ad Sallust. Catil. c. 58. p. 369. et Heusingerum ad Vechnerum p. 541. Bün.

b) *conkursuri alacritate summa, si venisset armatus*] Ita correctum, quum scriptum esset: *conkursus alacritate summa euenisset armatus*. Bün.

c) *non imperatorem, sicut erat factus*] At Constantinum a patris morte ad nuptias Faustæ vsque, non imperatorem, sed cæsarem fuisse, probatur tum ex nummis apud Cangium et alios, tum ex panegyrico vtrique simul, Maximiano socero et Constantino, dicto, cap. 1. et 5. si quis Zosimo forsitan in hoc fidem nolit habere lib. 2. cap. 9. n. 1. *Cell.*

d) *non imperatorem*] variant Scripto-

sed cæsarem cum Maximino adpellari iuberet, vt eum de secundo loco reuiceret in quartum.

XXVI. Compositæ ei res quodammodo iam ^a videbantur; quum subito illi alius terror adlatus est, generum ipsius Maxentium Romæ factum imperatorem. Cuius motus hæc fuit causa. Quum statuisset, censibus institutis, orbem terræ deuorare, ad hanc vsque præsiluit insaniam, vt ab hac captiuitate ^b ne populum quidem Romanum fieri vellet immunem. Ordinabantur iam censitores, qui Romam missi describerent plebem. Eodem fere tempore castra quoque prætoria sustulerat. Itaque milites pauci, qui Romæ in castris relictæ erant, opportunitatem nantæ ^c, occisis quibusdam iudicibus, non inuito populo, qui erat concitatus, Maxentium purpuram induerant ^d. Quo nuntio adlato, aliquantum rei nouitate turbatus est, nec tamen nimium territus. Et oderat hominem, et tres cæsares facere ^e non poterat. Satis visum est, semel fecisse, quod noluit. Seuerum arcescit, hortatur ad recipiendum imperium: mittit eum cum exercitu Maximiani ^f ad expugnandum Maxentium; et mittit Romam, in qua milites illi summis deliciis sæpissime excepti, non modo sal-
vum

ptores. Eusebius cum nostro consentit, quid de aliis et incerto auctore Panegyrici sentiendum, cum cura docet Nurr. p. 393. seq. mox MS. pro more suo: cum Maximiano. Büñ

a) quodammodo iam] MS. quo modo iam forte quaquo modo. Nurr.

b) ab hac captiuitate] Heumanus corrigit: ab hac capitacione. vid. eius Symbola Critica in App. 1. ad Sympos. p. 234. sq. Acute quidem, sed ipse Lactantius c. 23. 1: CENSVS-CAPTIVITATIS horrenda SPECIES erat. Büñ.

c) nantæ] ita MS. quod defendit Columbus cum doctis nonnullis. Sic

codex Florentin. in Pandect. L. 2. tit. 2. de Orig. Iuris: qui scientiam nantæ sunt, et Glosf. Cyrill. f. 437: δραξάμενος, nantus, et Codex Petri Danielis in Val. Max. 4. c. 4. n. 16: nantæ. edit. Torren. p. 376. Büñ.

d) purpuram induerant] MS. induerant. Lege: purpura induerant. Büñ.

e) et tres cæsares facere non poterat] propter Diocletiani dispositionem, de qua cap. 18. sect. 5. Cell.

f) cum exercitu Maximiani] qui exercitus Maximiani Herculi fuerat. Maxentius autem a solis prætorianis imperator factus erat. Cell.

g) Maxi-

vam esse illam urbem, sed ibi viuere optarent. Maxentius 6
 tanti facinoris sibi conscius, licet iure hereditatis pater-
 nos milites traducere ad se posset; cogitans tamen fieri posse,
 vt Maximianus socer^b, idipsum metuens, Seuerum in Illyri-
 co relinqueret, atque ipse cum suo exercitu ad se oppugnand-
 um veniret; quarebat, quatenusⁱ se a periculo impenden-
 te muniret. Patri suo, post depositum imperium in Cam- 7
 pania moranti^k, purpuram mittit, et bis augustum nominat.
 Ille vero et rerum nouarum cupidus, et qui deposuerat inui- 8
 tus, libenter arripuit. Seuerus interim vadit, et ad mu-
 ros urbis armatus accedit. Statim milites sublatis signis ab-
 eunt, et se, contra quem^l venerant, tradunt. Quid re- 9
 stabat deserto, nisi fuga? sed occurrebat iam resumto impe-
 rio Maximianus, cuius aduentu Rauennam confugit, ibique
 se cum paucis militibus inclusit. Qui quum videret futu- 10
 rum, vt Maximiano traderetur, dedit sese ipse^m, vestemque
 purpureamⁿ eidem, a quo acceperat^p, reddidit. Quo 12
 facto nihil aliud impetrauit, nisi^q bonam mortem^r? Nam
 venis

g) sed ibi viuere] MS. sed ut vi-
 vere. Büñ.

h) Maximianus socer] Galerius,
 cuius filiam Maxentius duxerat, quæ
 an Magnia Urbica sit, cuius nummi
 supersunt, non liquet. Cell.

i) quatenus] i. e. quomodo, vti
 sæpe solet Lactantius, e. g. lib. 4.
 c. 27. n. 1. obseruauimus aliquoties
 in notis. Büñ.

k) in Campania moranti] Eutro-
 pius lib. 9. extremo; et Zosimus lib.
 2. cap. 10. sect. 4. Lucaniam dixe-
 runt. Forsan villa in vtriusque
 confiniis fuit. Cell.

l) et se contra quem] Gale. ei se
 contra quem. Bauldr. et se ei. Büñ.

m) dedit sese ipse] MS. dedit de se
 ipse. hinc Heum. dedidit se ipse.
 Büñ.

n) vestemque et purpuram] εὖ
 διαδύοις. Cell.

o) vestemque purpuream] Nurr.
 p. 337. testatur, esse in MS. vestem-
 que purpuream, quod sine necessita-
 te ab aliis correctum: in vestem et
 purpuram. vnde dubia orta. Idem
 tamen Nurrius haud dubie memo-
 riæ lapsu scripsit, in MS. esse: a quo
 acceperas, REMISIT. nam neque p.
 53. variam lectionem notauit, nec
 REMISIT hic habet locum. Büñ.

p) a quo acceperas] ab Herculo
 puta. c. 18. n. 12. Büñ.

q) nihil aliud -- nisi] Particulas ita
 sæpe iungit Cicero et Lactantius.
 Büñ.

r) nisi bonam mortem] Cap. 23.
 sect. 3. Cell.

s) ut

venis ei incisus^s, leniter mori coactus est. Ab hoc cœpit suos persequi^{t. n.}.

XXVII. Herculus vero, quum Maximiani nosset infamiam^r, cogitare cœpit, illum, audita nece Seueri, inflammatum ira, cum exercitu esse venturum, et fortasse adiuncto Maximino^{b. c.}, ac duplicatis copiis, quibus resisti nullo modo posset, vrbe munita, et rebus ceptis inimicis diligenter instruens^{d. e.}, proficiscitur in Galliam, vt Constantinum partibus

s) *venis ei incisus*] Heumannus ei delet. At rectius MS. *venis eius incisus*. Alii aliter mortis locum et genus Herculo constituunt, quorum sententias examinat Nurr. pag. 337. sqq. adde Orosium L. 7. cap. 28. et quæ Cellarius habet ad Zosim. p. 138. et Scaliger. ad Euseb. n. 2323. Bün.

r) *Ab hoc cœpit suos persequi*] N. Heinsius hoc cœpit, diuinquit, quum capite scriptum esset. Sed quis ille, qui suos cœpit persequi? Non Hercules, quia sequentis capitis initio non respondet: sed Galerius, qui generum oppugnatum profectus est. Cell.

u) *Ab hoc cœpit suos persequi*] MS. *ab hoc capite suos persequi*. Nurrus hunc locum inter corrupta a librario habet p. 119. Elegans Heinii correctio et a pluribus comprobata; possis tamen more historicorum et nostri cœpit subaudire: *Ab hoc capite* siue a Severo occiso suos persequi (cœpit). Sic c. 47. n. 2: *Maximianus aciem circumire ac -- sollicitare*, quibus gemina videntur verba Curtii L. 6. c. 7. n. 11: *ab illo capite coniuratos pulcherrimum facinus inchoaturos*. Cogitavi quoque legi posse: *ob hoc capite suos persequi*: id est, ob Seuerum occisum Galerius suos, generum scilicet et generi patrem, persequi cœpit. Tradit

enim Zosim. L. 2. c. 10. sect. 8. Quum Maximianus Galerius haud æquo tulisset animo, quæ in Seuerum Cæsarem designata fuerant, ab oriente Romam eundem statuit, et meritas Maxentio pœnas irrogandas. Heumannus censet verba: *ab hoc persequi* esse exterminanda. Bün.

a) *Maximiani infamiam*] Galerii furorem et crudelitatem. Cell.

b) *adiuncto Maximino*] Daia siue Daza. Cell.

c) *adiuncto Maximino*] MS. *Maximiano*. Bün.

d) *et rebus ceptis inimicis*] Praua et contorta verba, quæ restitui posse desperantur. Heinsius coniiciebat, *et se super ceptis inimicis instruens*, hoc est, diligenter inquirens, quid consilii caperent inimici. Cuperus, *rebus ceptis inimici*, id est, quas ab inimico Severo ceperat. Alii aliter. Cell.

e) *et rebus ceptis inimicis diligenter instruens*] MS. habet. *vrbe munita et rebus ceptis inimicis diligenter instructis*. ea vero mendosissime nulloque sensu ita legi Nurr. testatur p. 120. et p. 284. Sensus videtur ipsi esse: *Herculum relicta vrbe munita, et rebus, qua ex inimici cepta erant, diligenter instructa, profectum esse in Galliam*; prope ad Cuperi mentem; Walchius scribit: *et rebus eam in inimicos diligenter instruens*;

bus suis conciliaret suæ minoris filiae nuptiis *f*. Ille interea, coactō & exercitu, inuadit Italiam, ad urbem accedit, senatum exstincturus, populum trucidaturus: verum clausa et munita omnia offendit. Nulla erat spes inrumpendi, oppugnatio difficilis, ad circumfrendenda mœnia non satis copiarum: quippe qui numquam viderat Romam, æstimaretque *b*, illam non multo esse maiorem, quam quas nouerat ciuitates *i*. Tunc quædam legiones, detestantes *k* scelus, quod focer generum *l* oppugnaret, et quod Romani milites Romam *m*, translatis signis imperium reliquerunt *n*. Et iam ceteri milites nutabant *o*, quum ille, fracta superbia, demissisque animis, Seueri exitum *p* metuens, ad pedes militum prouoluit orabat, ne hosti traderetur, donec promissis ingentibus fle-

xit

ego suspicabar ob litterarum similitudinem legendum: *urbe munita et rebus et copiis inimicis diligenter instructis*, id est, *paratis profisciscitur*. Ea ratione sunt omnia plana. h. m. Postquam urbs munita, et res copiarumque inimicæ diligenter paratæ et instructæ essent; profisciscitur. Nemo enim nescit, *instructus* eleganter poni pro *paratus*; atque inde sæpe coniungi; quamquam et possum corrigere: *urbe munita et rebus ac copiis inimicis diligenter instructa*; aut denique: *urbe munita,*

et rebus pceptisq; (id est præceptisque) *inimicis diligenter instructa*. Ita MS. c. 14. pro: *præceptis* quoque habebat: *cæpit*. Heumannus post *posset*, punctum ponit et scribit: *Urbe munita et receptis militibus diligenter instructa*. Bün.

f) filia nuptiis] Prae MS. sic minoris familia nuptiis. conf. Nurr. p. 284. Bün.

g) ille interea, coactō exercitu] Ille Galerius Maximianus. Cell.

b) æstimaretque] Legendum, inquit Heumannus: *existimaretque*. Nihil mutō. conf. c. 29. 5. Sic MS.

Taur. Epit. c. 57. *extingui animum cum corpore æstimant, pro existimare*. prius vindicauit Dauisius ad Epit. p. 166. et ad Cæsarem L. 3. B. Ciu. c. 95. p. 543. Burman. ad Phædr. 3. 4. 5. p. 125. et ad L. 4. fab. 17. 15. p. 199. Corrius ad Sellust. Catil. c. 8. p. 55. c. 11. 7. p. 194. ad Iugurth. 110. 5. p. 909. Bün.

i) ciuitates] Sæpe ponit Lactantius pro urbibus, ut ad L. 4. instit. notauit. Bün.

k) detestantes] MS. *detestande*. forsitan: *desestata*. Forte legendum: *detestando*. Bün.

l) quod focer generum] Galerius Maxentium. Cell.

m) et quod Romani milites Romam] subaudi ex priore membro, oppugnarent. Cell.

n) imperium reliquerunt] imperium Galerii, ac noluerunt sequi. Cell.

o) nutabant] MS. *mutabantur*. et mox: *dimissis*; sed recte in textu. Bün.

p) Seueri exitum metuens] Sic Epit. c. 53: *eorum miserabiles exitus cognouimus*. conf. L. 2. Inst. 4. 36. 37. Bün.

q) fle-

xit animos eorum^q, et retro signa conuertit; ac fugam trepidus capessuit; in qua opprimi facillime potuit^s, si cum paucis quispiam sequeretur. Quod quum timeret, dedit militibus potestatem, vt dispersi quam latissime diriperent omnia, vel corrumpèrent; vt si quis insequi voluisset, ventilia non haberet. Vastata est igitur ea pars Italiae, quod pestiferum illud agmen incesit, expilata omnia, mulieres^a corruptae, virgines violatae, extorti parentes et mariti, vt filias, vt coniuges, vt opes suas proderent. Abactae, tamquam de barbaris, praedae pecorum ac iumentorum. Hoc modo se ad sedes suas recepit, quum Romanus quondam imperator, nunc populator Italiae, hostiliter vniuersa vexasset^x. Olim quidem ille, vt nomen imperatoris acceperat, hostem se Romani nominis erat profesus; cuius titulum immutari volebat, vt non Romanum imperium, sed Dacicum^y cognominaretur.

XXVIII. Post huius fugam, quum se Maximianus alter e Gallia recepisset, habebat imperium commune cum filio. Sed iuueni magis parebatur, quam seni; quippe quum prior et maior^a filii potestas, qui et iam patri reddiderat imperium. Fere-

q) flexit animos eorum] Sic restitutum doctorum ingenio est. Scriptum: felix animus quorum. Cell.

r) flexit animos eorum] Sic feliciter emendatum pro MS. felix animus, quorum. conf. Bauldr. ed. p. 196. sq. Bün.

s) - opprimi potuit] pro: potuisset. sic L. 6. Inst. 24. 14: Potuit esse verus Dei cultor, si quis illi monstrasset. conf. L. 2. 4. n. 21: oportuit. Bün.

t) pars Italia, quo] Toll. pars Italia, qua. rectius. Bün.

u) mulieres] i. e. vxores, opponuntur his virgines; vt ad Lact. i. 17. g. noto. Apuleius L. 7. Metam. p. 197: sine mulier - sine virgo nubilis. Bün.

x) vexasset] Baluz. volebat: vastasset. at vix dixerat n. 6: vastata est. Longe grauius verbum vexare, cuius vim hic bene illustrauit Bauldrius. conf. c. 16. 1: vexabatur. Bün.

y) sed Dacicum] Sic ed. Parisiens. quemadmodum Vopiscus Aureliano c. 38. Dacicus vocat, qui aliis sunt Daci. Cell.

z) Dacicum] Oxon. et Cant. Dacicum, at MS. Daciscum, quod alii et Cellarius recte tuentur. Bün.

a) quum prior et maior] Heum. quum prior esset et maior. At alibi quoque omittit praecedente quum. verbum substantiuum. conf. L. 7. Inst. 2. g. not. Bün.

b) quod

Ferebat iniquo animo fenex, quod non posset libere facere, quod velle^b; et filio suo puerili æmulatione inuidebat. Cogitabat ergo expellere adolescentem, vt sibi sua vindicaret, quod facile videbatur, quia milites erant, qui Seuerum reliquerant. Aduocauit populum ac milites; quasi concionem de præsentibus reipublicæ malis habiturus. De quibus quum multa dixisset, conuertit ad filium manus, et, illum esse dicens auctorem malorum, illum principem calamitatum, quas respublica sustineret; deripuit^c ab humeris eius purpuram. Exutus ille, præcipitem se de tribunali dedit, et a militibus exceptus est. quorum ira et clamore perturbatus est impius, et ab vrbe Roma, tamquam Superbus alter^d, exactus est.

XXVIII. Rediens rursus in Gallias^a, vbi aliquantulum moratus est; profectus^b ad hostem filii sui Maximianum^c, quasi vt^d de componendo^e reipublicæ statu cum eo disputaret; re autem vera, vt illum per occasionem reconciliationis occideret, ac regnum eius teneret, exclusus a suo, quocumque venisset^f. Aderat ibi Diocles, a genero nuper accitus,

b) quod velle] MS. quo. hinc Criticus Anon. et Heum. qua. Bün.

c) deripuit] Ita docti MS. diripuit emendarunt recte. Sæpe de et di in compositis confundunt MSS. vid. not. ad c. 5. n. 6. Bün.

d) tamquam Superbus alter] Tarquinius Superbus. Cell.

a) Rediens rursus in Gallias] Pleonasmus Lactantio et aliis frequens. Dubia Geographica a Bauldrio mota Nurrius p. 286. tollere tentat. Bün.

b) vbi aliquantulum moratus est, profectus] Criticis Anon. et Heum. IBI aliquantulum moratus, profectus est. Seruo hoc sensu, vt VBI valeat POSTQVAM. Est alterum, præmissis vno, sæpe omitti constat. Bün.

c) ad hostem filii sui Maximianum] ad Galerium proficiscitur Herculius. Cell.

d) quasi vt] Repete dicta ad L. 3. Inst. 24. 10. not. (z) QVASI VT ingenia ostendent. Bün.

e) componendo-statu] Sic Suetonius in Caligula c. 1: ad componendum orientis statum. Bün.

f) per occasionem reconciliationis] Præpositio PER hic aliquid antiquæ elegantie continet; vti apud Liuium et Senecam per fidem, quod Cæsari siue Hirtio quoque Daues ad L. 8. Gall. c. 48. n. 3. vindicauit. Bün.

g) quocumque venisset, Aderat] Criticus Anon. ita distinguit: exclusus a suo. Quo cum venisset aderat ibi Diocletianus. Placet Heumanno et mihi. Bün.

Yyyy

b) sub.

tus, vt, quod ante non fecerat, præfente illo imperium Licinio daret, fubstituto in Seueri loco^{b. i.} Itaque fit vtroque
 3 præfente. Sic vno tempore fex^k fuerunt. Quare impeditis confiliis fenex Maximianus^l tertiam quoque fugam moliebatur; redit in Galliam plenus malæ cogitationis^m ac sceleris, vt Constantinum imperatorem, generum fuum, generi filiumⁿ, dolo malo^o circumueniret, et, vt posset fallere, deponit regiam veftem. Francorum gens in armis erat.
 4 Perfuadet nihil fufpicanti, ne omnem fecum exercitum duceret; paucis militibus posse barbaros debellari; vt et ipfe haberet exercitum, quem occuparet; et ille opprimi posset ob
 5 militum paucitatem. Credit adolefcens, vt perito ac feni; paret, vt focero: proficifcitur relicta militum parte maiore. Ille paucis diebus expectatis, quum iam Constantinum æftimaret^p intrafse fines barbarorum; repente purpuram

b) *fubstituto in Seueri loco*] Putas locum reftribendum esse? non placeat. Hoc æuo enim fæpe mutatus casus. Post, cap. 35. feft. 3. *in manu traditis*, quod antiquioribus est *in manu*: et Sulpicius Seuerus lib. 1. cap. 9: *eam sibi in matrimonio a patre postulans*. Cell.

i) *fubstituto in - - loco*] conf. e. 21. n. 11. et c. 39. n. 3. et fæpe ita Lactantius. Bün.

k) *vno tempore fex*] Maximianus Herculus, Maximianus Galerius, Maxentius, Constantinus, Licinius et Maximinus. conf. Nurr. p. 327. quinque priores imperatores, sextus Maximinus adhuc Cæfar. Bün.

l) *fenex Maximianus*] Hercules. Cell.

m) *plenus mala cogitationis*] Sic clare MS. teste Nurrio. Vitiola contagionis lectio ex Baluzii editione reliquas inuaserat: *εὐσυχως*. Heinſius et eum fecuti: *cogitationis*. Bün.

n) *generum fuum, generi filium*]

Gener Herculi Constantinus ducta Fausta, minore illius filia: Constantius autem, Constantini pater, repudiata Helena, Theodoram, Herculi vel filiam vel priuignam, in matrimonio habuit. Cell.

o) *dolo malo*] Doli vocabulo nunc tantum in malis vtimur: apud antiquos autem etiam in bonis rebus vtiebantur: vnde adhuc dicimus *fine dolo malo*: nimirum quia dici solebat *et bonus*. Festus. sic Cicero L. 3. Off. c. 15: *Sed fine simulatio et dissimulatio dolus malus est: perperca res sunt, in quibus dolus iste malus non verſetur*, et c. 14: *nondum Aquilius, collega et familiaris meus, protuleras de dolo malo formulas: in quibus ipsis cum ex eo quæreretur, quid eſset dolus malus? respondebas, cum eſset aliud simulatum, aliud actum*. conf. Ambros. 3. Offic. c. 10. f. 62. Alia Pitisc. L. A. R. T. 1. f. 682. Bün.

p) *æftimaret*] Expono potius per *æftimaret*, quam cum Heumanno
 ita

ram sumit, thesauros inuadit, donat, vt solet, large; fingit de Constantino, quæ in ipsum⁹ protinus reciderunt. Imperatori propere, quæ gesta sunt, nuntiantur. Admirabili celeritate cum exercitu reuolat⁷. Opprimitur homo ex improviso, nondum satis instructus; milites ad imperatorem suum redeunt. Occupauerat Masfiliam, et portas obserauerat. Accedit propius imperator, et in muro adstantem adloquitur, non asperere nec hostiliter; sed rogat, quid sibi voluisset, quid ei defuisset, cur faceret, quod ipsum præcipue non deceret. Ille vero ingerebat maledicta de muris. Tum subito a tergo eius⁸ portæ referantur, milites recipiuntur. Adtrahitur ad imperatorem rebellis imperator, pater impius, focer perfidus. Audit scelera, quæ fecit, detrahitur ei vestis, et increpito vita donatur.

XXX. Sic, amisso imperatoris ac foceri honore, humilitatis^{*} impatiens, alias rursus insidias machinatus est, quia semel habuit impune^b. Vocat filiam Faustam, eamque nunc precibus, nunc blandimentis sollicitat ad proditionem mariti, alium digniorem virum pollicetur; petit cubiculum patens relinqui, et negligentius custodiri sinat. Pollicetur illa facturam^c, et refert protinus ad maritum. Componitur

ita lego. vid. not. ad c. 27. n. 2. et ad L. 5. Inst. 21. 8. (x). Bün.

q) fingit de Constantino, qua in ipsum] Fingit; Constantinum oppressum esse ab hostibus, sicut ipse, post paullo, inopinato generi recursum opprimebatur. Cell.

r) reuolat] Lact. 7. 12. 10: donec emissæ (anima) ad sedem suam reuollet. Bün.

s) a tergo eius] ex parte vrbis, quæ a tergo Herculiæ erat. Cell.

*) humilitatis impatiens] i. e. abiectæ et vilis conditionis impatiens. Ita more veterum Cic. c. 18. n. 3. c. 42. n. 3. et L. 6. c. 4. n. 11: erit itaque

pauper, humilis, ignobilis, et L. 4. c. 16. n. 13. not. Bün.

a) machinatus est, quia semel habuit impune. Vocat] Ita distinxi cum Galeo, Boherello, Critico Anon. et Heumanno. Antea edebatur: machinatus est; Quia semel abiit impune, vocat. Bün.

b) habuit impune] Sic rectissime MS. vt ex aliis Lactantii locis ostendi ad cap. 2. n. 7. Bün.

c) facturam] pro: se facturam. Omittunt et alii sæpe pronomen. Apuleius Apol. p. 274: pollicisus ita facturum. Curtius lib. 3. sect. 2. ille iusurum respondit. Liuius L. 6. c. 17:

Yyyy a

refra-

nitur scena, qua manifesto facinus teneretur ^a. Supponitur
 4 quidam vilis eunuchus, qui pro imperatore moriatur. Sur-
 git ille nocte intempesta ^f, videt omnia insidiis opportuna.
 Rari excubitores erant, et ii quidem longius; quibus tamen
 dicit vidisse somnium ^g, quod filio suo narrare veller. In-
 greditur armatus, et spadone obruncato, profiliit ^b gloria-
 5 bundus, ac proficitur, quod admiserit. Repente se ex al-
 tera parte Constantinus ostendit cum globo armatorum. Pro-
 fertur e cubiculo cadauer occisi; hæret manifestarius homici-
 da, et mutus stupet, quasi

-- dura filix ⁱ aut stet Marpesia cautes;

impieratis ac sceleris increpatur. Postremo datur ei potestas
 liberæ mortis,

Ac nodum ^{k-l} informis leti trabe necit ab alta.

6 Ita ille Romani nominis maximus imperator, qui per longum
 temporis interuallum cum ingenti gloria viginti annorum vo-

ta

refracturos carcerem minabantur.
 Plura Gronouius ad Liuii L. 40. c. 42.
 Bün.

d) *manifesto facinus teneretur*] Ex-
 primit Ciceron. L. 3. in Verrem 9.
 65. pr. Tenetur ergo iam et manife-
 sto tenetur auaritia etc. Bün.

e) *Supponitur quidam vilis*] Ini-
 que factum, innocentis sanguine
 malitiam homicidæ manifestare.
 Gall.

f) *nocte intempesta*] Sic L. 3. Inst.
 18. 5: *se in specum in tempesta nocte de-*
secit, et L. 7. c. 19. 2. Epit. c. 72. princ.
 Plura Curtius ad Sallust. Catil. c. 27.
 n. 3. p. 174. quibus adde Censoria.
 de Die Nat. c. 24: *intempesta, id est*
multa nox, qua nihil agere tempesti-
uum est. Bün.

g) *vidisse somnium*] Criticus Ano-
 nymus corrigit: *vidisse se somnium.*
 Certum quidem, codices antiquis-
 simos repetendam syllabam maxime
 se omittente, id quod vel ex solis

Pandectis Florentinis constat. Non
 minus autem raro se subaudiri tot
 exempla a Gronouio congesta do-
 cent. vide notam huius capituli (c)
facturam. Bün.

h) *profiliit admiserit*] Tullius me-
 lius: *profiliit admiserat*, ut *ingreditur*,
proficitur. Bün.

i) *quasi dura filix*] Virgilius Aen.
 6. v. 471. Cell.

k) *Ac nodum informis leti*] Aenei-
 dos 12. v. 603. Cell.

l) *Ac nodum*] Eundem versum
 adhibet de Iuda Hieronymus epist.
 ad Paull. f. 101. conueniunt cum no-
 stro mortis genere Herculio adsi-
 gnando alii apud Nurrium p. 288. sq.
 Nec aliter Chron. Alberti Staden-
 sis ad ann. CCCX - *Masilia caprus fra-*
ctis laqueo cervicibus, dignis perfidia
sua penas dedit anno vitæ suæ LX.
quod factum refert anno CCCXIII.
 Bün.

ta^m celebravit, eliso et fracto superbisimo gutturo, vitam detestabilem turpi et ignominiosa morte finiuit.

XXXI. Ab hoc Deus, religionis ac populi sui vindex, oculos ad Maximianum alterum transtulit, nefandæ persecutionis auctorem, vt in eo etiam vim maiestatis^a ostenderet. Iam de agendis et ipse vicennialibus cogitabat, --- qui iam^{b. c.} dudum prouincias adflixerat auri argentique indictionibus factis, quæ promiserat, redderet, etiam in nomine vicennialium securem alteram^{d. e} adflixit^{f.}. Qua vexatione generis³ hu-

m) *viginti annorum vota*] respice ad c. 17. l. 1. - 4. c. 31. n. 2. Büñ.

a) *vt in eo etiam vim maiestatis*] in MS. *vt in eo est --- m maiestatis*, tria ea verba initio paginæ amputata sunt, ac forsitan: *etiam sue vim*. Nurr.

b) *cogitabat, --- qui iam*] Columbus explendæ lacunæ dat: *vt diis suis*, quæ cum redderet quod, interiectis nonnullis, sequitur, componantur. Cuperus autem, et *vt is*, quod non minus cum sequentibus bene coheret. Cell.

c) *cogitabat --- qui iam*] Ibi vnum dumtaxat breuissimum verbum ablatum est. Nurr.

d) *etiam in nomine vicennialium securem alteram*] Inquinatissima verba ita Græuius purganda censet: *quæ promiserat reddere, et inani nomine vicennialium securem alteram inflixit*. Videtur dici, noua indictione, vicennialium proxime celebrandum nomine, prouincias vexasse, vt adparatui et pompæ ludorum necessaria conquirerentur. Quod si cuncta toleremus, vltimum, *adflixit*, non potest tolerari, quod haud dubie ex Ciceronis pro Plancio cap. 29. corrigendum est, qui *grauiolem securim reipublica infligere dixit: non adfigere*. Cell.

e) *etiam in nomine vicennialium*]

Lego: *etiam nomine vicennialium*, id est sub prætextu, sub obtentu vicennialium, videtur in ex postrema littera vocis *etiam*, aut prima sequentis vocis ortum. Bauldr. defendit in ex Hieron. (cain) *cognominauit eam* (ciuitatem) *in nomine filii Enoch*; sed hæc sunt ex versione antiqua, quæ LXX. ἐπι ὀνομαί; ita vertit, vbi in Hebr. est *עַל שֵׁם* Büñ.

f) *securem alteram adflixit*] Illud *adflixit* ortum puto ex incuria librarii, qui paullo ante legerat: *adfixerat*; lego cum Græuius et Cellario: *securem alteram inflixit*, id est alterum vulnus. Proprie ea phrasi vsus est Val. Max. L. 1. c. 3. n. 3: *securim templi foribus inflixit*. conf. quæ Duckerus de Latinit. Iurisc. Vet. p. 321. obseruat ad verba: *adfigere vel infligere pretium*; sic quæ Cicero orat. pro Murena c. 23. *plaga est iniecta petitioni tua* dixerat; capite 24. effert: *quam te securim putas iniecisse petitioni tuae*. quæ egregie illustrat Camerarius ad cap. 23. his verbis: *plagam et securim iniicere* proverbiali posuit figura, qua et vulnus infligi dicitur, id est causa aut res vehementer lædi. in Vatinius: *si ad cetera vulnera - hanc quoque plagam inflixisses*. In Ciceronis loco pro Plancio c. 29. paullo ante *securim*

Y y y 3

humani exactio celebrata sit, maxime rei annonariæ, quis & enarrare digne potest? Officiorum^b omnium milites, vel potius carnifices, singulis adhærebant: cui prius satisfaceret, incertum. Venia non habentibus nulla^k: sustinendi multiplices cruciatus, nisi exhiberetur statim, quod non erat. Multis custodiis circumsepto nulla respirandi facultas, nullo tempore anni vel exigua requies, frequens super iisdem hominibus, vel ipsis iudicibus, vel militibus iudicum, pugna; nulla area sine exactore, nulla vindemia sine custode, nihil ad victum laborantibus relictum. Quæ quamquam intolerabilia sunt^{l,m}, eripi ab ore hominum cibos labore quæsitos; tamen sustentabileⁿ aliquo modo vel spe futurorum^o. Quid vestis omnis generis? quid aurum? quid argentum? nonne hæc necesse est ex venditis fructibus comparari? Vnde igitur hoc, o dementissime tyranne, præstabo, cum omnes fructus

rim reipub. infligere præcesit: vultus. huc quoque pertinet Plauti Mostell. Act. 3. sc. 1. v. 43: pilum inieciisti mihi, vbi Lips. etiam adnotat pro Planco infligere reip. securim esse magno malo eam adfcere. Quis vero ex rariori Ciceronis adhibita phrasi non agnoscit Ciceronem Christianum? Bün.

g) *quis enarrare] MS. et quis. fortasse ecquis. Nurr.*

h) *Officiorum] id est officialium, qui iudicum et magistratum munere fungebantur, vti ex sect. 4. patet. vid. Nurr. pag. 321. et p. 223. et notas ad c. 7. f. 4. et c. 48. f. 4. Bün.*

i) *Venia non habentibus nulla] Baluzii curis reparatus locus, et sensus redditus. Praue legebatur, distinguebatur antea. Cell.*

k) *Venia non habentibus nulla] In MS. Nurr. p. 61. testatur legi: veniam non habentibus nullas abstinentiam multiplicis cruciatus, nisi exhiberetur statim quod non erat, et putat,*

ibi pro nullas forte rescribendum vllam, et p. 322. subiicit, textum in codice MS. plane corruptum esse. In comoda Baluzii emendatione acquiesco. Bün.

l) *Qua quamquam intolerabilia] Baluzium, Tolliumque sequimur, sic corrupto loco medentes. Legebatur perperam: Qua quam tolerabilia sunt, eripi a labore hominum cibos labore quæstos. Cell.*

m) *Qua quamquam intolerabilia sunt] Erat in MS. qua quam tolerabilia sint. Sed emendatio Baluzii merito placuit eruditibus, nec Nurr. p. 322. displicuit. Bün.*

n) *tamen sustentabile] MS. tamen sustentabile. Rectissime. c. 49. n. 4. insustentabili dolore L. 7. c. 16. n. 4: insustentabili dominatione, i. e. intolerabili, et lib. 6. c. 18. n. 32: SVSTENTATIO sui recte patientia nominatur. Editi: tolerabile. Bün.*

o) *spe futurorum] fructuum scilicet. Coll.*

p) *Quid vestis - argentum?] Bauldr. sub-*

Etus auferas, vniuersa nascentia^g violenter eripias^r? Quis 6
ergo non bonis suis euersus^t, vt opes, quæ sub imperio eius
fuerunt, conraderentur, ad votum^s, quod non erat cele-
braturus^x.

XXXII. Nuncupato igitur Licinio imperatore, Maximinus^y
iratus, nec cæsarem se, nec tertio loco, nominari vo-
lebat. Mittit ergo ad eum^b sæpe legatos, orat sibi pareat, a
dispositionem suam seruet, cedat ætati, et honorem deferat
canis^c. At ille tollit audacius cornua, et præscriptione 3
temporis pugnat, se priorem esse debere, qui prior sumserit
purpuram; preces eius et mandata contempsit^d. Dolet be- 4
stia

subauditur exigitur. subaudiendum pu-
to comparanda: sequitur enim: Non-
ne HAEC (vestis, aurum, argentum)
necesse est ex venditis fructibus compa-
rari? Nostri stilus adparet quodam-
modo ex Epit. c. 58. fin. Quid vestes?
quid argentum? quid aurum? quid
pretiosi lapides conferunt. Ita solet
vero illud quid? cum nominatiuo
respicere sequentia. vid. L. 1. 18. 25.
Quid ille. L. 3. 23. 5. c. 24. 1. Bün.

g) nascentia] i. e. nata. vid. not. ad
de Ira 13. 10. gignentia. Ita Vitruui. L.
5. c. 1. nascentium oportet imitari
naturam, vt in arboribus. si natura
nascentium ita postulat, et L. 8. c. 1.
Bün.

r) violenter eripias] L. 6. c. 6. n. 19.
aliis violenter ereptis. Bün.

s) bonis suis euersus] Ciceronis est
Diuinat. in Verr. cap. 6: eos plane
fortunis omnibus conaris euertere.
Cell.

t) bonis suis euersus] Ita sæpe Ci-
cero, quem noster solet sequi. Pro
Quintio c. 31: bonis euerit, et c. 16.
et pro Rosc. Amer. c. 39: Roscius s.
Roscium funditus euerit bonis. 3. 12

Verr. c. 42. aratores euersi bonis
omnibus sunt, vbi Graeu. vide c. 85.
c. 88. bonis euerit aratores. L. 1. in
Verr. c. 37. c. 60. L. 2. c. 17. extr. c. 22.
L. 3. c. 7. alia habet Abram. ad Ora-
de Prouinc. Conf. c. 4. Bün.

u) ad votum] vicennale, siue, ad
vota vicennialia magno adparatu at-
que sumtibus celebranda. Cell.

x) quod non erat celebraturus]
Non enim egit vicennialia Maxi-
mianus Galerius, sub tempus, quo
celebraturus erat, aut paulo ante,
sædo morbo consumptus. Cell.

y) Maximinus] MS. pro more:
Maximianus. Ceterum ex Eusebii
Hist. Eccl. L. 8. c. 13. noster confir-
matur, et iterum hoc nostro libro
c. 44. primi nominis titulum sibi
Maximinus vindicabat. Bün.

b) ad eum] ad Maximinum Gale-
rius. Bün.

c) honorem deferat canis] L. 7. 17. 9.
non canos quisquam reueretur. Pli-
nius in Paneg. cap. 4. obseruante
Buchn. de Commut. Rat. dic. p. 248.
canam comam honorem capitis et se-
nectutis insignia circumscriptit. Bün.

d) contempsit] Leg. contemnit. Bün.

Yyyy 4

e) Vi-

stia et mugit, quod quum ideo ignobilem fecisset cæsarem, vt sibi obsequens esset; is tamen tanti beneficii sui oblitus, voluntati ac precibus suis impie repugnaret. Victus contumacia^e, tollit cæsarem nomen, et se Liciniumque augustos adpellat; Maxentium ^{f. 8} et Constantinum filios augustorum. Maximinus postmodum scribit quasi nuntians, in campo Martio proxime celebrato ^{b. i} augustum se ab exercitu nuncupatum.

6 e) *Victus contumacia*] Galerius victus contumacia Daix Maximini. *Cell.*

f) *Maxentium et Constantinum filios augustorum*] Plane accedo Baluzio, suspicanti Maximinum legendum esse, non Maxentium. Hunc enim vt hostem publicum odio Galerius prosequeretur, vt eius hac partitione rationem nullam habere posset: neque Maximinum prætire, qui quamuis non genitus augusto patre fuisset, fuit tamen ab augusto adoptatus. *Cell.*

g) *Maxentium*] Corrigit Granuilius: Maximinum, multisque illustrat in epist. de Numo Maximini, quæ adheret Banduri Bibliothecæ Numar. ed. I. A. Fabricii p. 278-281. add. Heumannum: *Bün.*

b) *in campo Martio proxime celebrato*] a magna, multitudine hominum frequenter ludorum vel muneris causa. *Cell.*

i) *in campo Martio proxime celebrato*] Post exhibitas aliorum explanationes ex Bauldrio Nurrius p. 343 sq. conicit, his verbis significari *Equiria festiva*, ab equorum cursu sic dicta, vbi Marti a Romulo instituti et dicati ludi in campo Martio celebrabantur exeunte Februario. *Hac igitur die* (Equiriorum), inquit, Maximinus in campo Martio, qui in AEGYPTO VEL SYRIA, vti ex sequentibus Cecili nostri verbis colligitur, (c. 32. c. 33. c. 36.) situs erat,

factus est Imperator. Sed quamquam concedamus, Campum Martium apud alios etiam celebratum, sicuti Tournard. ex Gregor. Turon. sub Clodoueo Rege apud Francos eum celebratum ostendit, quem sine dubio Nurrius hic sequitur. Equiria tamen præter Romam in Campo Martio aut Martiali eius loco etiam in aliis regionibus et prouinciis esse celebrata, valde dubitamus. lege Alexandr. ad Alex. L. 5. Gen. Dier. c. 26. et Tiraquell. et Coler. p. 357. sq. L. 6. c. 11. et Tiraqu. p. 564. Pitisc. Lex. Antiq. Rom. T. 1. f. 339. sq. et f. 720. aliosque. Liceat mihi et meam sententiam proferre. Plane sum persuasus, librarium confudisse nomina; lego igitur: transpositis nominibus: *Victus* (Galerius) *contumacia* (Daix Maximini) *tollit Cæsarem nomen et se Licinumque augustos adpellat; MAXIMINVM et Constantinum filios augustorum MAXENTIVS postmodum scribit, quasi nuntians in CAMPO MARTIO proxime celebrato, augustum se ab exercitu nuncupatum.* Vides ita omnia bene conuenire et concidere difficultates de Campo Martio in aliis regionibus quaesito; Maximinus nec CAESAREM SE, NEC TERTIO LOCO post Galerium et Licinium, sed secundo loco post Galerium nominari volebat, f. 1. quumque pertinacius Galerio repugnaret, hic Maximini contumacia cessit, atque ita temperauit,

tum. Recepit ille mœstus ac dolens, et vniuersos quatuor imperatores iubet numerari.

XXXIII. Iam decimus et octauus annus agebatur, quum percussit eum Deus insanabili plaga. Nascitur ei vlcus malum in inferiori parte genitalium, serpitque laeius. Medici secant, curant. Sed inducta iam cicatrice scindit vulnus, et rupta vena fluit sanguis vsque ad periculum mortis. Vix tamen cruor sistitur. Noua ex integro cura. Tamen per-

vt Cæsarum quidem nomen Maximini causa tolleretur, cumque Maximinum (nam Maxentium suum hostem ne pro Cæsare quidem adhuc habebat, vid. c. 26. n. 4.) et Constantinum adpellaret filios Augustorum, id est suos et Licinii filios. Quoniam vero ita Maxentium neque inter Augustos neque filios Augustorum receperat; sed sibi et Licinio AVGVSTI titulum tamquam proprium vindicabat; exercitus Romanus, qui iam ante contra Galerii voluntatem Maxentium imperatorem Romæ fecerant, eundem ad eandem Romanum in campo Martio AVGVSTVM nuncuparunt. Quod ubi gener Maxentius focero Galerio scripsit, hic mœstus ac dolens recepit, et quum antea tres tantum, Licinium, Maximinum et Constantinum præter seipsum agnosceret, vniuersos quatuor, i. e. Licinium, Maximinum Constantinum et Maxentium iubet imperatores dici. Similem lapsum in Maxentii et Maximini nominibus vide in Aurel. Victoris Epitome c. 40. ubi etiam Maximianus pro Maxentius substitutus erat in verbis: Maximianus carus nulli. conf. Cuprum ad Librum de Mort. Persec. c. 18. p. 171. et 174. Bün.

a) inducta iam cicatrice scindit vulnus] Sic MS. ubi editi: inductam

cicatricem scindit vulnus. Recepilectionem MS. scindit, pro: scindit se, scinditur vulnus. Obiter noto, Cantineum in Plinii L. 8. ep. 5. fin. pro cicatricem inducere male obducere substituisse. Bün.

b) Vix tamen] Recte, inquit Heumannus, Boherellus et Galeus rescribunt: vix tandem; at Broukhusius ad Propert. L. 2. Eleg. 1. 76. p. 99. tamen hic tandem valere censuit. Mihi videtur indicare rei difficultatem, sed tamen superatam; vnde non est tandem, vt Heumannus videbatur legendum in Sympos. Aenigm. 52: vix tamen effugi. Cicero in Pisone ex edd. Gruteri; Græuii, Verburgii c. 12: Gabinius collegit ipse se VIX, sed collegit TAMEN. Propertius 3. El. 20. 7: VIX TAMEN aut semel admisit, quum sepe negauit. Ouidius Heroid. Ep. Orestæ: Vix equidem meminì, meminì tamen. Phædr. L. 4. fab. 5: AEGRE (i. e. vix) recepti, TAMEN euaserunt necem. Virgil. 1. Eclog. 28-30: Libertas, qua sera TAMEN respexit inertem - Respexit TAMEN et longo post tempore venit. Eadem vi pro vix tamen, difficulter sed posuit Plinius L. 7. ep. 21. non stilo modo, verum etiam lectionibus DIF- FICILITER, SED abstineo. Item AEGRE - SED TAMEN. Plin. 1. ep.

- 3 perducitur ad cicatricem^c. Rursum leui corporis motu vulneratus^d, plus sanguinis, quam ante, decurrit. Albescit ipse, atque absumtis viribus tenuatur^e; et tunc quidem riuus cruoris inhibetur. Incipit vulnus non sentire medicinam; proxima quæque cancer inuadit, et quanto magis circumsecatur, latius sæuit; quanto curatur, increfcit.

----- *Cesfere magistri,*

Phillyrides f Chiron, Amythaoniusque Melampus s.

- Vndique medici nobiles trahuntur^b: nihil humanæ manus

18. fin. *istud AEGRE quidem, SED TAMEN potest.* Bün.

c) *perducitur ad cicatricem*] Eleganter Celsus L. 7. c. 7. n. 8: *Tum ubi crusta exciderunt, ad cicatricem perducendum.* Cyprianus de Zelo et Lioure: *Cito ad sanitatem medela subueniente perducitur vulnus, quod videtur.* Bün.

d) *leui corporis motu vulneratus*] In MS. *leui corporis m... vulneratus.* ibi vnum tantum verbum initio paginæ sublaturum est. fortassis: *motu.* Nurr. vel legendum: *vulneratur* vel *vulnerato.* Bün.

e) *tenuatur*] Proprie verbum hic positum, notante Broukhusio ad Propert. L. 3. El. 1. 5. verbis Phædri *tenuatur* est corpus amittit. Erat enim tyranno, vt de Mort. Perf. c. 9. 3: *caro ingens, et in horrendam magnitudinem diffusa et inflata.* Sic Virgil. 3. Georg. 129: *macie tenuare armenta.* et Ouidius L. 1. Amor. 6. 5:

Longus amor tales corpus tenuauit in usus,

Aptaque subducto pondere membra dedit. Bün.

f) -- *Cesfere magistri, Phillyrides*] Ex Virgilii Georg. 3. v. 549. seq. Cell.

g) *Phillyrides-Melampus*] Summam librarii imperitiam, teste Nurrio p.

120. et 328. euidentissime probant hæc verba in MS. *Cesfere Phyllides Cirone, Metonius, Melampus.* Bün.

b) *medici nobiles trahuntur*] arcesuntur, aduocantur: nisi forsan *contrahuntur* legendum est, vt doctissimo viro I. G. Græuio visum. Cell.

i) *medici - trahuntur*] Cellarius exponit: *aduocantur.* recte. Sic Lactant. 1. 17. 15: *medicum. curando inueni aduocauit.* Quintiliani verbo dicerem: *arcesuntur.* L. 7. Instit. Orat. c. 2: *Arcesit alterum medicum.* Columbus illustrat ex Ammiani Marcell. L. 28: *ex praiudiciis variis plures a disiunctissimis regionibus trahuntur.* Nurrus: *non male, inquit p. 328. dixit, trahuntur, i. e. nolentes et inuiti.* Nam, vt habet versio Eusebii L. 8. c. 18. extr. H. E. *ex medicis aliis, quum nec ipsam odoris grauitatem sustinere possent, interficiebantur; alii, quum nullum remedium adferre possent - ob id ipsum necabantur.* Orosius rem ita L. 7. c. 28. complectitur. *Quumque (Galerius) persecutionem a Diocletiano et Maximiano misam atrocioribus edictis accumulauisset - - - pueris factis introsum pectore et vitalibus dissolutis, quam ultra horrorem humana miseria etiam vermes cruciaret, neque medici ultra iam factorem ferent*

nus^k promouent. Confugitur^l ad idola; Apollo et Asclepius orantur; remedium flagitatur. Dat Apollo curam^m: malum multo peius augetur. Iam non longe perniciēs aberat, et inferiora omnia corripuerat. Computrescunt forinsecus viscera, et in tabem sedesⁿ tota dilabitur. Non desinunt tamen infelices medici, vel sine spe vincendi mali^p, fouere, curare. Repercussis medullis, malum recidit introrsus, et interna comprehendit, vermes intus creantur. Odor autem^q non modo per palatium, sed totam ciuitatem^r peruadit. Nec mirum, quum iam confusi essent exitus stercoris et vrinæ. Comestur^s a vermibus, et in putredinem corpus cum intolerandis doloribus soluitur.

Cla-

tes crebro iussu eius occiderentur, a quodam medico constantiam ex desperatione sumente increpitus, iram Dei esse pœnam suam, atque a medicis ideo non posse curari, edictis late missis Christianos de exsilio reuocauit; ipse autem cruciatus non sustinens vim vita sua adtulit. Bün.

k) humana manus] Ipse Cicero non refugit hunc sonum, vt notauit ad Laët. Ir. 2. 2: humana manu. Bün.

l) Confugitur ad idola - orantur] Sic L. 2. Inst. 1. 9: ad Deum confugitur - Deus - oratur. de Asclepio. conf. L. 1. Inst. c. 17. 15: Asclepium - aduocauit. Bün.

m) Dat Apollo curam] Docet remedium, adhibetur: sed malum augetur. Nihil ergo est, quod quidam non dat censent legendum esse. Cell. Malebat Gale: non dat. Heumann. negat. Bün.

n) sedes tota] pars corporis, qua sedetur. Cell.

o) sedes] MS. sedis. Vt in nominandi casu: pubis, torquis, felis, vulpis, Ioannis, prolis, plebis, gruis, smis, famis, fidis, lotis inueniuntur, docente Heinio ad Prudentii Peri-

Steph. Hymn. II. 190. p. 60. in Psychomach. v. 479. p. 104. et addend. p. 164. sq. et Barth. ad Paullin. Petror. L. I. v. 240. p. 42. Bün.

p) sine spe vincendi mali] conf. n. 5. et n. 9. Silius Ital. L. 14. v. 610: Succumbit medicina malis. Seneca Agamemn. Act. 3. v. 507: Ars cesst malis. Curtius L. 8: non vehemens modo, sed pertinax vis mali insistebat. Bün.

q) Odor autem] Legebatur monstrore: odoritatem. Laudatus Grauius, Odor dirus autem. Cell.

r) Odor autem] MS. odoritatem. satis bene correctum, ego olim tentabam: odor is autem. Non puto, licet aliter Cuperus p. 202. censet, substantiue dici: odoritas, nam quæ adfert, sunt alius formæ. Bün.

s) totam ciuitatem] hyperbolice. Sic de M. P. 17. 6: tota ciuitate. Latinitatem defendit Petronius c. 8: quum errarem per totam ciuitatem. idem elegantius cap. 10: per totam urbem. Bün.

t) Comestur a vermibus] Vetus liber comestus. Cuperus, comestus a vermibus est. Baluzius, comesti, sublata distinctione. Placet comestur

Co-

Clamores simul horrendos ad sidera tollit;
Quales mugitus*, fugit quum saucius aram
Taurus.* - - -

Adponebantur ad sedem fluentem cocta et calida animalia, vt vermiculos eliceret calor. queis resolutis, inæstimabile⁷ scatebat examen; et tamen multo maiorem copiam tabescendorum⁸ viscerum perniciēs fecunda⁹ generauerat. Iam diuerso malo partes corporis amiserant speciem. Superior vsque ad vulnus aruerat, et miserabili macie cutis lurida longe inter ossa confederat: inferior, sine vlla pedum forma, in vtrium modum inflata discreuerat⁶. Et hæc facta sunt per annum perpetem^c, quum tandem, malis domitus, Deum coactus est confiteri. Noui doloris vrgentis^d per interualla

ex-

Columbi et Tollii, quia ex leuissima vnius litteræ mutatione est: etiam tempore cum sequenti soluitur, concordat. *Estur* autem, quasi *editur*, Plauti est Mostell. a. 1. sc. 3. v. 78. Senecæ de Ira 3. cap. 15. Cell.

u) *Clamores simul horrendos*] Ex lib. 2. Aeneidos v. 223. Cell.

x) *quales mugitus*] MS. corrupte: *quales mugitus fingit saucius taurus.* Büñ.

y) *inaestimabile*] i. e. innumerabile, more Lactantii, dixi ad L. 1. Inst. 16. 7: *numerus inestimabilis.* conf. Euseb. L. 8. Hist. c. 16. Büñ.

z) *tabescendorum viscerum*] Forte *tabescendum*, quod Columbo videtur. Cell.

a) *perniciēs fecunda*] Pro editorum *secunda* ex MS. rescripsi *fecunda*. Heumannus sic reformat: *multo maiorem copiam (vermiculorum) tabes fecunda viscerum generauerat.* Büñ.

b) *discreuerat*] a *discreſco*, non autem a *discerno*. Rarum hoc verbum. Significat *intumescendo dilatari* Tolliis. At Tollius nullo exemplo nouum verbum probare potuit.

Græuius reponit: *inflata increuerat*, at vix n. 4: *increſcit* adfuerat. Alias *increſcere* nostro frequens, vt L. 2. 13. 8: *multitudine increſcente.* c. 14. 1: *increſcere.* L. 4. 1. 12: *increſcente doctrina.* In Glosf. Cyrilli f. 390: *ἀπομειῶσαι*, *discreſcere.* Scriptura antiqua valet: *decreſcere*, quæ significatio hic non quadrat. Nisi forte noster res deformitatem nouo verbo expresſit, legendum puto: *inflata distenderat*, pro: *se distenderat*, aut: *distenta erat.* Hoc vt præferam, facit locus geminus Sulpicii Seueri Dial. 2. c. 2: *Cerneres omnibus venis inflatam cutem et ad vtris instar, (æque ac noster: IN VTRIVM MODVM) TENTA vitalia.* Lætor, nuper etiam ab Heumanno fuisse tentatum: *distenta erat.* Büñ.

c) *per annum perpetem*] Plane, vt L. 7. Inst. 26. 4: *per annos septemperpetes.* Ep. 71: *gemitus perpetes.* Büñ.

d) *Noui doloris vrgentis*] Columbus: *noua vi doloris vrgentis*, aut *vrgente.* Heumann. Nam *vi doloris vrgente.* Certe Cyprianus ad Demetr. *tunc fuissem ad confessionem criminis*

vi

exclamat, se restitutum Dei templum, satisque pro scelere facturum. Et iam deficiens edictum misit huiusmodi^e:

XXXIII. Inter cetera, quae pro reipublica semper commodis atque utilitate disponimus, nos quidem volueramus antehac, iuxta leges veteres et publicam disciplinam Romanorum, cuncta corrigere; atque id providere, ut etiam Christiani, qui parentum suorum reliquerant sectam, ad bonas mentes redirent. Siquidem quadam ratione tanta eisdem Christianos voluntas inuasisset, et tanta stultitia occupasset, ut non illa veterum instituta^a sequerentur, quae forsitan primum parentes^b eorundem constituerant; sed pro arbitrio suo, atque ut iisdem erat libitum, ita sibi leges facerent, quas obseruarent, et per diuersa^c varios populos^d congregarent. Denique^e quum eiusmodi nostra iussio exstitisset, ut ad veterum se instituta conferrent; multi periculo subiugati, multi etiam deturbati^f sunt. atque^g quum plurimi in proposito perseverarent, ac videremus, nec diis eosdem cultum ac religionem debitam exhibere, nec Christianorum Deum obseruare; contemplatione^h mitissima nostra

vi doloris adigendus. Ammianus Marcell. L. 39: immensa vi quadam urgente morborum. Sulpicius Severus: vi febris. Ipse Lactantius L. 2. I. 9: Si morborum pestifera vis incubuerit. Bün.

e) edictum misit huiusmodi] quod etiam graece legitur apud Eusebium H. E. lib. 8. cap. 17. ex latino, vt additur ibidem, conuersum. Praescripti sunt tituli imperatorum, non Galerii tantum, sed Constantini etiam et Licinii. Cell.

a) illa veterum instituta] veterum Christianorum. Cell.

b) primum parentes] Rectius ita MS. et Nurrius, quam priores editi et Heumannus: primi parentes. Eusebium πρώτους. Bün.

c) per diuersa] Dubium, quod nomen subaudiatur, loca, conuentum-

la, tempora. Nec Eusebius definit, id exprimens εν διαφόροις. Cell.

d) varios populos] Eusebius διαφορα πλήθη. Bün.

e) Denique] Graece: τὸς αὐτοῦ. hinc Heumannus: Proinde. praeescit n. 1: antehac. Bün.

f) deturbati sunt] Heum. censet hic aliquid excidisse, nam Eusebius ταραχθέντες παντοίας θανάτου ὑπέφερον. Hinc legit: perturbati et variis mortibus adfecti sunt. Bün.

g) atque] Heumann. at legit, sed in Eusebio: καί. Bün.

h) contemplatione mitissima nostra clementia, intuentes et consuetudinem] Quid quæso est contemplationem intueri? Procul dubio littera vltima

frae clementia, intuentes et consuetudinem sempiternam, qua solemus cunctis hominibus veniam indulgere; promississimam in his quoque indulgentiam nostram credidimus^k porrigendam; ut denuo sint Christiani, et contenticula sua componant, ita ut ne quid contra disciplinam agant^l. Alia autem epistola^m indicibus significaturi sumus, quid debeant obseruare. Unde, iuxta hanc indulgentiam nostram, debebunt Deum suum orare pro salute nostra, et reipublicae, ac sua, ut undiqueuersum respublica praesteturⁿ incolumis, et securi viuere in sedibus suis possint.

- 1 XXXV. Hoc edictum proponitur Nicomediae pridie Kalendas Maias, ipso octies et Maximino iterum consulibus.
 2 Tunc apertis carceribus, Donate carissime, cum ceteris confessoribus e custodia liberatus es, quum tibi carcer sex annis
 3 pro domicilio fuerit. Nec tamen ille hoc facto veniam sceleris accepit a Deo; sed post dies paucos, commendatis Licinio coniuge sua et filio, atque in manu traditis^{a. b}; quum iam

ultima perperam bis fuit exarata. Scripsit enim Lactantius: *contemplatione mitissima nostra clementia, intuentes et consuetudinem*. Sic Græuius optime. Heumannus reiecto verbo *contemplationem* legit: *mitissima nostra clementia intuentes consuetudinem*, et putat, Græca Eusebii firmare hanc correctionem. Ni fallor Eusebii KAI clementiam et consuetudinem, ut diuersa, distinguens, prodit illud ET etiam in Lactantio seruandum. Ita vero Eusebius habet: ἀφορῶντες εἰς τὴν ἡμετέραν φιλανθρωπίαν KAI τὴν διηνεκῆ συνήθειαν. Pro Græuii emendatione facit L. 4. 13. 17: *tantarum virtutum contemplatione*. vbi plura. Bün.

i) *promississimam in his*] Criticus Anonymus et Heum. *promississimam his*. At etiam versio græca Eusebii: καὶ ἐν τέτῳ. Bün.

k) *credidimus*] MS. *credimus*. At Eusebius: ἐνομίσαμεν. Sic solet MS. vid. c. 48. not. (f.) Bün.

l) *ne quid contra disciplinam agant*] Plinius L. 10. ep. 82. (79): *si qui contra disciplinam gesserint*, i. e. egerint. Bün.

m) *alia - epistola*] MS. *aliam - epistolam*. Forte legendum: *Per aliam - epistolam*. Nam versio græca Eusebii: δι' ἐτέρας δὲ ἐπισολῆς. Bün.

n) *praestetur incolumis*] Editi: *perferet*. At MS. *perferetur*, vnde commode, uti Critico quoque Anonymo et Heumanno visum: *praestetur*. Nam Eusebius vertit: παραχρησθῆ. Si cui tamen placeat *perferet*, conferat c. 18. fin. *respublica staret incolumis*. Bün.

a) *in manu traditis*] Dixi ad cap. 29. sect. 2. Cell.

b) *in manu traditis*] Ita quoque

Ter-

iam totius corporis membra defluerent^c, horrenda tabe consumptus est. Idque cognitum Nicomediæ --- mensis eiusdem^{d. e}, quum futura essent vicennalia; Kalendis Martiis impendentibus^f.

XXXVI. Quo nuntio Maximinus^a audito, dispositis ab oriente cursibus peruolauit^b, vt prouincias occuparet; ac Licinio morante, omnia sibi vsque ad fretum Chalcedonium^c vindicaret; ingresusque Bithyniam, quo sibi ad præsens^d fauorem conciliaret, cum magna omnium lætitia fustollit censum. Discordia^e inter ambos imperatores, ac pæne bellum. Diuersas ripas^f armati tenebant: sed conditionibus cer-

Tertullianus de Fuga in Persecut. c. 2: in manu tua do. Aduersus Praxean c. 21: omnia tradidit in manu eius. Irenæi antiquus Interpres L. 3. c. 30: tradam eum in manu querentium animam eius. vbi Grabius non debuisset sequi Arundel. MS. in manum. Etiam membranæ mez antiquæ in isto Ieremiæ loco: dabo te in manu querentium animam tuam, et in manu. et in Thren. c. 2: tradidit in manu inimici. Bün.

c) defluerent] Ita MS. sed valet: diffluerent, vt notauit ad L. 1. 9. 11. L. 3. 1. 3. c. 20. 14. L. 5. 22. 17. Bün.

d) mensis eiusdem] Varie suspiciones de supplenda lacuna. Quidam medio, alii idibus, alii sub finem inferunt. Mensis autem est Maius. Cell.

e) Nicomedia -- mensis eiusdem] In MS. legitur: idque cognitum Nicomedia mensis quidem, quum futura essent vicennalia Kl. Mar. impendentibus. Librarii, inquit Narrius p. 332. oscitantia mensis primum a Cecilio memorati dies omisus fuit. Columbus, Cuperus, Criticus Anon. Heum. præserunt: Nicomedia medio

mensis eiusdem. Scilicet antiqui MSS. sæpe voces aut syllabas repetendas omittunt. conf. c. 14. 7: mesio hismis. Bün.

f) Kalendis Martiis impendentibus] futuri anni kalendis Martiis, CCCXII. a nata mundi salute. Exstinctus autem est Galerius mense Maio anni CCCXI. Cell.

a) Maximinus] MS. prauè: Maximianus. Bün.

b) peruolauit] Heum. prouolauit. bene; nisi peruolauit indicat diligentiam in accelerando itinere, vt per in compositis auget vim verbi, vnde interpret Gall. se rendit en diligence dans l'Orient. Bün.

c) vsque ad fretum Chalcedonium] Bosporum Thracium, cui adiacet in Bithynia Chalcedon. Cell.

d) ad præsens] Sæpe ita Lactantius. loca Columbus indicauit. Bün.

e) discordia] MS. discordiam. vnde, iudice Heumanno, acute Criticus Anon. discordia iam. Bün.

f) Diuersas ripas] Littora freti Chalcedonii armati tenebant, in Bithyniæ ora Maximiniani: in Thraciæ, Liciniani. Cell.

certis pax et amicitia componitur, et in ipso freto fœdus fit, ac dexteræ copulantur. Redit ille securus, et fit qualis in Syria et in Aegypto fuit. In primis indulgentiam Christianis communi titulo *s. b* datam tollit, subornatis legationibus^d ciuitatum, quæ peterent, ne intra ciuitates suas Christianis conuenticula extrudere liceret, vt quasi coactus^k et impulsus facere videretur, quod erat sponte facturus. Quibus adnuens, nouo more sacerdotes maximos per singulas ciuitates singulos ex primoribus fecit; qui et sacrificia per omnes deos suos^{l. m} cotidie facerent, et veterum sacerdotum ministerio subnixiⁿ darent operam, [vt] Christiani neque fabricarent^{o. p.}, neque publice aut priuatim colerent^q, sed comprehensos, suo iu-

g) communi titulo] MS. ignota voce *tutelo*, vnde plures *titulo*. Est et qui *tævela*. Cell.

b) communi titulo] Cuperus, Columbus, Vosius, Allix. Cotelierus in Monum. Eccl. Græc. T. 3. p. 484. et 662. legunt: *communi titulo*; quia Galerii, Constantini, Licinii nomina edicto præfixa fuerint, vti ex Eusebii L. 8. c. 17. cognoscitur. Bauldrii emendatio est paullo contortior: *cum muri tutelæ*, hinc a Nurrio reiecta p. 345. cui aliorum: *communi tutelæ* non displicet; nam addit, in MSto codice littera *u* prima^o pro *a*, quasi ex scribentis manu elapsa, priori litteræ *L* subiicitur. Huc accedit, quod in quibusdam codicibus Theodosiani legibus (Leg. 19. de Decurionibus, et Lege 21. de Iud.) scribitur: *tutela publica* vel *iuris publ. tutela*. Nonne autem intelligi potest hoc nomen a Iurisconsultis aliisque usurpatum a Cecilio nostro. qui de Imperatoris lege loquitur, potuisse adhiberi? Mihi cum Critico Anon. et Heum. communi titulo videtur verius. Bün.

i) legationibus] i. e. legatis. Cæ-

far. L. 3. B. Ciu. 55. 3: *circummissis legationibus*. Bün.

k) *vt quasi coactus*] Nurrius p. 346. ex MS. *vt suasu coactus*. Bün.

l) *per omnes deos suos*] singulis diis suis, a summo ad infimos. Aut, per omnia templa. Cell.

m) *per omnes deos*] iterum c. 17. 5: *vt per omnes deos pro vita eius rogaretur*. Bün.

n) *ministerio subnixi*] Ex more Lactantii L. 4. Inst. 10. 15: *iurisdictione subnixi*. L. 4. 15. 10: *potestate subnixum*. L. 5. 6. 5: *gladiorum potestate subnixi*. Bün.

o) *vt Christiani neque fabricarent*] Abest *vt* a MS. et deesse videtur, quid fabricare aut colere prohibeantur. Ideo quidam legunt *ne quid fabricarent*; ex vestigiis voculæ *neque*. Alii *templa* excidisse credunt, aut simile. Nec tamen nullus sensus in vulgata lectione. Cell.

p) *neque fabricarent*] scil. conuenticula. n. 3. Bün.

q) *colerent*] Mallea cum Galeo, Critico Anonymo, Heumanno: *colerent*. Bün.

iure ^r ad sacrificia cogent, vel iudicibus offerrent. Pa-
rumque hoc fuit ^s, nisi etiam prouinciis ex altiore dignitatis
gradu singulos quasi pontifices superponeret ^t, et eos utrosque
candidis* chlamydis ornatos iussit incedere. Facere au-
tem parabat, quæ ⁶, iam dudum in orientis partibus fecerat.
nam quum clementiam specie tenus profiteretur, occidi ser-
uos Dei vetuit, debilitari iussit ⁷. Itaque confessoribus ⁷
effodiebantur oculi, amputabantur manus; pedes detruncaban-
tur, nares vel auriculæ defecabantur ⁷.

XXXVII. Hæc ille moliens, Constantini litteris ^a deter-
retur: dissimulauit ergo. Et tamen si quis inciderat, mari
occulte mergebatur. Consuetudinem quoque suam non in-
termisit, ut in palatio per singulos dies sacrificaretur. Et
hoc primus inuenerat, ut animalia omnia, quibus vesceba-
tur, non a coquis, sed a sacerdotibus ad aras immolarentur;
nihilque prorsus mensæ adponeretur, nisi aut delibatum ^b, aut
sacri-

^r) suo iure] i. e. nemine impedi-
ente, vetusta elegantia, quam aliquo-
ties illustrauit Græuius. vid. not.
eius ad Flor. L. 1. c. 17. p. 580. ad L.
3. c. 17. p. 630. et ad Cicer. pro Leg.
Manil. c. 22. Bün.

^s) Parum hoc fuit, nisi etiam] En
Lactantii stilum L. 1. 10. 12: Parum
videbatur, nisi etiam. L. 5. 9. 10:
Parum habent - nisi etiam. L. 7. 3. 9:
Et hoc parum est - nisi etiam. Bün.

^t) superponeret] Hoc verbi, inquit
Columbus, frequentissimum illo
æuo; addit occurrere etiam apud
Minucium Felicem; at est quo-
que antiquioribus, Plinio, Ouidio,
aliis vsitatum. Lactantius ipse L. 2.
c. 2. 22: quid capitibus vestris terram
superponitis? Bün.

^u) utrosque candidis] i. e. Archi-
sacerdotes tam prouinciis, quam aliis
locis - præpositos. ex Nurtio p. 347.
Bün.

^x) quæ iam dudum] Ex MS. cum
Nurtio iam dudum addidi, a reliquis
omisum. Bün.

^y) debilitari iussit] mutilari. De-
biles, mutilati, membro truncati,
non insueta notione. Cell.

^z) debilitari] i. e. mutilari. Re-
pete dicta ad L. 6. Inst. c. 9. n. 12:
adde Priczum ad Aët. 14. 8. Bün.

^{*}) effodiebantur oculi. auricula de-
fecabantur] Expresit Cæsarem L. 7.
B. Gall. c. 4: auribus defecis, aut - ef-
fosis oculis. Effodere oculos Lactan-
tio frequens. Bün.

^a) Constantini litteris] Harum
mentio est etiam apud Euseb. lib. 9.
H. E. cap. 9. extr. Cell.

^b) nisi aut delibatum] Diis liba-
bant de cibo præparato, antequam
ederent. Silius 7. v. 185.

- - - in mediam iecis libami-
na flammam. Cell.

sacrificatum, aut perfusum mero^c; vt quisquis ad cœnam vocatus esset, inquinatus inde atque impurus^d exiret. In ceteris quoque magistri sui similis^{e. f.} nam si quid reliqui vel Diocles vel Maximianus reliquerunt^g; hic abrasit, sine vlllo pudore auferens omnia. Itaque horrea priuatorum claudabantur, apothecæ^h obsignabantur, debitaⁱ in futuros annos exigebantur. Hinc fames, agris ferentibus^{k. l.}, hinc caritas inaudita. Armentorum ac pecorum greges^m ex agris

c) aut perfusum mero] Lactantius lib. 6. c. 1. sect. 5. *focos vini profusione madefacere dixit; et multiplex sane in sacris vini vsus.* Cell.

d) inquinatus inde atque impurus] Ex MS. et Nurrio INDE, a Columbo, Cellario etc. omisum, addidi. conf. Nurr. p. 175. 348-349. Bün.

e) magistri sui similis] Galerii Maximiani. Cell.

f) magistri sui similis] Cuperus p. 215. et Nurrius coniciunt: *magistris suis similis*, sc. Diocletiano et Galerio; seruo: *magistri sui*, sc. Galerii. Bün.

g) si quid reliqui-reliquerunt] Olim motus exemplis a Cortio ad Sallust. Catil. c. 28. fin. p. 178. citatis hic tentabam: *si quid reliqui-fecerant*, Nec aliter Heumannus in Append. II. ad Sympos. p. 236. et Criticus Anonymus; sed nunc Heumannus RELIQUI delet, idque vocis Nurrio p. 349. sq. superfluum videtur. Postea mihi videbatur corrigendum leui mutatione: *si quid REI QUI-reliquerant*. At iam nihil corrigo; nam Plautus Cist. 1.3.40. *quid RELIQUVM RESTAT*; immo Cist. Aët. 5. fin. *quid ad nos RELIQUVM RELINQUITVR*. Pro *reliquerunt* rectius cum Heumanno *reliquerant* censeo. Bün.

h) apotheca] i. e. cellæ, in quibus non solum vina, vji hoc verbo se-

pius significatur, sed etiam fruges referuari solebant, claudabantur, muniebanturque sigillis, ne quis ex iis aliquid nisi pro Imperatore auferret. Nurrius p. 150. Tu velim conferas Plinium L. 2. ep. 134. qui pari modo *apothecas et horrea*, vt noster iunxit. Item Columella L. 1. 6. 9. et n. 20: *Pars fructuaria dividitur in cellam oleariam - cellam vinariam - et apothecas et horrea.* Bün.

i) debita] Heumann. *scribitur legendum censet.* Bün.

k) agris non ferentibus] Mutilatus locus, cui alii per insertum non mederi cupiunt: alii, agricolis non ferentibus, substituunt. Cell.

l) hinc fames agris ferentibus] Alii corrigunt: *agris non ferentibus*; alii: *agricolis non ferentibus*. Criticus Anon. et Heumann. *agris feriantibus*. Lactantius L. 7. 16. 2. dixit: *agrorum cultibus destitutis*. Ego dedi verba MS. sane fames et caritas agris ferentibus merito INAVDITA dicitur. et recte Nurrius: *quamuis*, inquit, agri multos fructus ferrent, homines tamen fame enecabantur; quia Maximini satellites et vina cuncta et fruges omnes ac quæcumque agri ferrent, inhumani crudelitate auferbant, vt ea in fisci publ. gratiam aliis in regionibus venundarentur. Bün.

m) Armentorum ac pecorum greges] Sic Columella L. 1. 2. 5: *hec absumpti* gr-

agris rapiebantur ad sacrificia cotidiana, quibus eos ^{n.º} adeo corruperat, vt aspernarentur ^p annonam, et effundebat passim sine delectu, sine modo, quum satellites ^r vniuersos ^x, quorum numerus ingens erat, pretiosis vestibus et aureis nummis expungeret ^r; gregariis et tironibus argentum daret, barbaros omni genere largitionis honoraret. Nam quod viuentium bona vel auferebat, vel dono suis dabat, vt quisque

greges armentorum ceterorumque quadrupedum. Büñ.

n) quibus eos] Lege suos, aulicos. Cell.

o) quibus eos] Pro his Heumann legat: quibus milites. Büñ.

p) aspernarentur annonam] i. e. verbis de Opif. 3. 21.º accipere detrectarent. L. 5. Inst. 11. 3. not. (g) aspernantur corpora belluarum. L. L. Inst. 6. 10. regem aspernatum pretii magnitudinem, i. e. detrectasse accipere pro tanto pretio. conf. Liu. L. 45. c. 23. Büñ.

q) et effundebat passim sine delectu] Heumannus tentat: Effundebat pecuniam sine delectu. Non attendit sollemnem formulam esse: passim sine delectu. L. 7. Inst. 7. 6. incurstant quo passim sine delectu. Plura de vsu particuli huius passim dixi ad L. 3. 9. 5. (h) Erat vero secundum de M. P. c. 46. 12: profusus in largiendo. Büñ.

r) cum [satellites] Scriptum cum -- -- lites, quod plures explent milites: præstat satellites, quia sequitur vniuersos, quos omnes milites tam pretiosis præmiis ornare nimium foret. Cell.

*) [satellites vniuersos etc.] Ipse Nurrus p. 357. hic agnoscit varios librarii errores; ita enim homo imperitus scriptum reliquit in codice Colbertino: Armentorum ac pecorum greges ex agris rapiebantur ad sacrificia quotidiana, quibus eos adeo corru-

perat, vt aspernarentur annonam et effundebant passim sine delectu, sine modo, cum LITES vniuersos, quorum numerus ingens erat, pretiosis vestibus, et aureis nummis EXPVNGERENT OMNIA, gregariis et tyronibus argentum daret, barbaros omni genere LARGITIONIBVS honoraret. Büñ.

s) expungeret] suspecta vox, cui alii expingeret, Ciceronis verbum: alii emungeret inducunt. Sane ornandi sensus, quidquid etiam sub hoc verbo latet, videtur accommodatus. Cell.

t) aureis nummis expungeret] Quod est, satellites pretiosis vestibus et aureis nummis. Nurrus eodem sensu p. 351: vestes pretiosas et aureos nummos iis erogaret. Seneca L. 4. Benef. c. 40: Quidam quum aliquod iis missum est munusculum, subinde aliud intempestiue remittunt et nihil se debere testantur. Reiciendi genus est, protinus aliud inuicem mittere, et munus munere EXPVNGERE. conf. Pamelium ad Cyprian. Epist. 38. f. 91. ad verba: vt EXPVNGERETIS necessitates fratrum nostrorum sumptibus. Matricula continebat egentium nomina, quæ data stipe expungebantur; sic satellites et milites acceptis salariis, donis, stipendiis ex albo siue rationibus expungebantur. vid. Gronou. Obseru. in Script. Eccl. p. 88. sed quis, vbi librarius imperi-

que^a petierat aliena, nescio an agendas illi fuisse gratias putem, quod more clementium latronum^a incruenta spolia detrahebat.

- I XXXVIII. Illud vero capitale, et supra^a omnes qui fuerunt; corrumpendi cupiditas, quid dicam nescio, nisi cæca et effrenata, et tamen his verbis exprimere pro indignatione sua^b non potest: vincit officium linguæ sceleris magnitudo.
- 2 Eunuchi, lenones, scrutabantur omnia. Vbicumque liberalior facies erat, secedendum patribus ac maritis fuit. Detrahebantur nobilibus feminis vestes^c, itemque virginibus, et per singulos artus^d inspiciebantur, ne qua pars corporis regio cubili esset indigna. Si qua detractauerat, in aqua necabatur, tamquam maiestatis crimen esset sub illo adultero pud-

peritus modo quædam addidit, modo expunxit, omnia puncta acu potest tangere? Bün.

u) *dabat, ut quisque*] Prius editi: *dabat prout quisque*. In MS. teste Critico Anonymo: *dabatur quisque*, hinc ille Criticus rectius fecit: *dabat, ut quisque*. Addo, aliorum prout me nusquam alibi in Lactantio obseruasce. Bün.

x) *more clementium latronum*] Qui clementes videntur, quando aliorum bona, opes et pecuniam salua eorum vita detrahunt, ut recte Nurrius p. 352. Cicero 2. Philipp. c. 3: *quod est aliud beneficium latronum, nisi ut commemorare possint, iis se dedisse vitam, quibus non ademerint*. ad h. l. Abramus plura eiusmodi collegit. Bün.

a) *Illud vero capitale, et supra*] Hæc et sequentia non sunt vndique que sana. Eminent tamen aliquid Lactantii etiam in corruptis. Sic Lib. 1. Inst. 10. 12: *Illud vero summæ impietatis ac sceleris, quod puerum rapuit ad stuprum*. Lego: *Illud vero capitale EIVS-cupiditas*. Bün.

b) *et tamen his verbis exprimere*

pro indignatione non potest] Puto excidisse MENS ob similitudinem prioris vocis. hinc lego: *et tamen MENS his verbis* etc. VOX MENS exciderat quoque in Lipf. secundo MS. in Lact. de Ira 10. 23. Est vero hic locus simillimus sequenti Lactantii in L. 6. 23. 12: *quibus hoc verbis aut QVA INDIGNATIONE tantum nefas prosequar? VINCIT OFFICIUM LINGVAE SCELERIS MAGNITUDO*. sensus est: effrenatam corrumpendi libidinem mens mea non potest describere pro indignatione sua. prout dolore et ira. Male igitur Nurrius iudicauit, verba ista a Lactantii stilo esse prorsus aliena. Alii corrigunt pro *exprimere*: *EXPRIMI RES pro INDIGNITATE sua non potest*. ita fere L. 6. 23. 10: *non potest hæc RES pro magnitudine sceleris ENARRARI*. De voce *Indignatio* non profrata legas in Gronou. L. 3. Obseru. c. 24. Bün.

c) *Detrahebantur vestes*] MS. *vestris* pro *vestes*. vitiose. Bün.

d) *per singulos artus*] Seneca D. 3. Ir. 18: *per singulos artus lacerant*. Bün.

e) *ut*

dicitia. Aliqui ^e, constuprati foribus, quas ob castitatem ac fidem carissimas habebant, quum dolorem ferre non possent, se ipsos etiam necauerunt. Sub hoc ministro pudicitiae integritas nulla, nisi vbi barbaram libidinem deformitas insignis ^g arcebat. Postremo hunc iam induxerat morem, vt nemo vxorem sine permisu eius duceret, vt ipse in omnibus nuptiis prae gustator ^b esset. Ingenuas virgines imminutas ⁱ seruis suis donabat vxores. Sed et comites ^k eius sub tali principe imitabantur - - - suorum ^l cubilia ⁿ impune violabant: quis enim vindicaret? mediocrium filias ^o, vt cuique libuerat, rapiebat. Primariae, quae rapi non poterant, in beneficium petebantur; nec recusari ^p licebat, sub-

scri-

^a) *necabatur. Tamquam maiestatis crimen esset sub illo adultero pudicitia. Aliqui*] Ita habet MS. teste Nurrio, et sic cum Critico Anon. distinxi: vbi prius editi: *necabatur, tamquam maiestatis crimen esset. Sub illo adulterio aliqui.* Heumannus: *crimen esset recusatio adulterii.* Bün.

^f) *Sub hoc ministro*] Lego cum interpr. Gall. et Burneto, Bauldr. Heumanno: *sub hoc monstro.* Ita Cicero Or. 2. Catil. 1: *Nulla iam pernicies a monstro illo atque prodigio comparabitur.* Mox Lactantius c. 39. 3. vocat *animal nefarium.* Bün.

^g) *deformitas insignis*] Cicero L. 3. Leg. c. 8: *insignis ad deformitatem puer.* Quintil. 1. Inst. prodigiosa corpora et monstris insignia. Bün.

^h) *in - nuptiis prae gustator*] L. 1. Instit. 20. 36: *vt illarum pudicitiam prior Deus delibasse videatur.* Cicero pro Domo sua ad Pontific. c. 10: *prae gustator libidinum.* adde Tullium. Bün.

ⁱ) *virgines imminutas*] vid. notas ad Laet. 1. Inst. 10. 11: *omisso virgines, quas imminuit.* Praeter mentem Lactantii du Fresne in Glossar. Lat. med. in voce disparagare de impari coniugio $\tau\theta$ imminuere explicat. Bün.

^k) *Sed et comites*] Comites, qui principem sectabantur, aulicorum praecipui, amici atque proceres: vnde amplis muneribus praepositi, vt sunt Comes orientis, consistorii, domesticorum, largitionum, et similibus. Cell.

^l) *imitabantur - suorum*] Suppleri potest exemplum, et suorum, id est sibi subiectorum. Cell.

^m) *imitabantur - - - suorum*] Ibi duo aut tria verba initio paginae auulsa sunt. Nurrr. p. 74. idem p. 354. dicit post *suorum* in MSS. deesse vnum nomen initio paginae amputatum, fortasse: *collegarum*, aut aliquid simile. Criticus Anon. ex vestigiis MSS. *imitabatur, si - - - u suorum* scribit: *Initiabantur stupris et domesticorum suorum.* Heumann. *Initiati hospitum suorum.* Forte: *sed id comites eius sub tali principe imitabantur, similiterque hospitum suorum cubilia impune violabant.* Bün.

ⁿ) *cubilia*] eleganter. vide meum indicem Latinitatis Selectae ad Castellionis Verf. Cod. S. p. 51. Bün.

^o) *mediocrium filias*] Sic MS. vbi edd. *mediocrium vero filias.* Bün.

^p) *recusari*] Lego cum Tullio et Heumanno: *recusare.* Bün.

scribente imperatore, quin aut pereundum esset, aut habendus gener aliquis barbarus. Nam fere nullus stipator in latere ei, nisi ex gente eorum, qui a Gothis tempore vicennialium terris suis pulsus, Maximiano se tradiderant, malogeneris humani, ut illi barbaram seruitutem fugientes, in Romanos dominarentur. His satellitibus et protectoribus cinctus orientem ludibrio habuit.

XXXVIII. Denique quum libidinibus suis hanc legem dedisset, ut fas putaret, quidquid concupisset, ne ab angusta quidem, quam nuper adpellauerat matrem, potuit temperare. Venerat post obitum Maximiani ad eum Valeria, quum se putaret in partibus eius tutius moraturam, eo maxime quod habebat uxorem. Sed animal nefarium protinus inardescit. Adhuc in atris vestibibus erat mulier, nondum luctus tempore impleto. Legatis primis in matrimonio postulat, eiekturus uxorem, si impetrasset. Respondit illa

q) *stipator in latere ei*] MS. praue: *inlata rei*. Tollius melius: *stipator a latere ei*. Büñ.

r) *Maximiano*] Galerio, et postea Maximino, adoptato a Galerio. Cell.

s) *protectoribus*] Protectores, corporis custodes, honestus ordo militum palatinorum. Cell.

t) *ludibrio habuit*] MS. ineptissime: *indibria habuit*. conf. Nurrium p. 342. Büñ.

u) *quam nuper adpellauerat matrem*] Quia caesar augustus instar filii erat, ideo eum patrem salutauit, et augustam eodem nexu matrem. Cell.

v) *in atris vestibibus*] vide hic Cuperium p. 220. et Nurrium p. 272-274. Broukhuis. ad Tibull. 3. 2. 18. p. 289. sq. Rigaktium ad Commodian. Instruct. p. 104. Perizon. ad Aeliani Hist. Var. L. 12. c. 1. Fabric. Bibliogr. Ant. c. 18. n. XI. Theod. Hafzi Bibl. Hist. Phil. Theol. Brem. Clasf. L. fasc. 1. p. 59. Pitisc.

Lex. Ant. Rom. T. 2. f. 1059. sq. Cyprrianus de Mortalit. ed. Gryph. p. 380: *nec accipiendas atras vestes*. Büñ.

w) *luctus tempore*] Seneca ad Helviam c. 16: *maiores decem mansuum spatium lugentibus viros dederunt*. vbi vide Lipsii rationes. conf. Gundlingianorum part. VIII. p. 229. sq. Guthier. de Iure Manium L. 3. c. 8. Pitisci Lex. Ant. Rom. T. 2. f. 108; vbi perperam Senecae locus ad Albinum c. 15. citatur. Büñ.

x) *Legatis primis*] Editi omnes: *legatis primis*. At MS. *primis*, ad indicandam impudentiam videtur dixisse *legatis primis*, i. e. *per primis iam legatos*. Büñ.

y) *in matrimonio postulat*] Sic etiam Sulp. Seuerus lib. 1. Hist. Sacre c. 9. de Iacobo et Rahele: *eam sibi in matrimonio a patre postulans*. Alii dixissent *in matrimonium*. Adde c. 29. sect. 2. Cell.

z) *eiekturus uxorem*] Sic Bonon. MS.

la libere^f, quæ sola poterat; primo non posse de nuptiis in illo ferali habitu^g agere, tepidis^h adhuc cineribus mariti sui, patris eius; deinde illum impie facere, quod sibi fidam coniugem repudiet, idem vtrique facturum et sibi; postremo nefas esse, illius nominis ac lociⁱ feminam, sine more, sine exemplo, maritum alterum^{k-l} experiri. Nuntiatur homini, quid esset causa. Libido in iram furoremque conuertitur. Statim mulierem proscribit, bona eius rapit, aufert comites^m, spadones in tormentis necatⁿ; ipsam cum matre in exsilium relegat, nec in locum certum, sed huc atque illuc præcipitem cum ludibrio exturbat, et amicas eius, adfecto adulterio^o, damnat.

XL. Erat clarissima femina, cui ex filiis iuuenibus iam nepotes erant. Hanc Valeria, tamquam matrem alteram, diligens

MS. in Laët. 6. 23. 33: *qui a marito eiec-tam duxerit*. Lampridius in Severo c. 49. *uxorem abiectam dixit*. Büñ.

f) *respondet illa libere - poterat*] Cæsar L. 3. Ciu. 57. 2: *ut - libere, qua probasset, exponere - posset*. Büñ.

g) *in illo ferali habitu*] in MS. *foedata priori voce: fedali habitu*. Büñ.

h) *tepidis adhuc cineribus*] Lucanus L. 3. 23:

Innuptis tepido pellex Cornelia busto. Statius L. 5. Siluar. 3. 65:

--- *tepido genitrix super agere nati*

Orba sedet. Büñ.

i) *nominis ac loci*] i. e. dignitatis. L. 5. Inst. 1. 22: *non ignobilis - loci*. Spartianus in Antonino Geta c. 3: *sed iam optimi in republica loci*. Lampridius in Alex. Seuer. c. 5: *non magni facis loci*. c. 20: *ut amico si non solum primi ac secundi loci, sed etiam inferiores agrotantes viseret*. c. 32: *ut pro loco suo posset honeste vivere*. Vopisc. in Tacito c. 4: *Tui loci, tua vita est, quod mereris*. Büñ.

k) *sine more, sine exemplo, maritum alterum*] Vix exemplum secundarum nuptiarum in augustis feminis habemus, præter Lucillæ, Lucii Veri vxoris, quam post illius mortem pater Marcus Antoninus Claudio Pompeiano seni, equitis Romani filio, inuitam tamen, dedit. *Capitolin. in Marco c. 20*. Sed Lucius titulo quidem augustus; re ac potestate cæsar Marci fuerat, quia iuniores augusti senioribus obsecundabant. *Coll.*

l) *sine more, sine exemplo*] Hæc illustrant Cupertus, Bauldr. et Nurrinus p. 274. Büñ.

m) *comites*] *Obserues*, inquit Heumannus, *feminini generis esse*. Addo sic poni L. 6. Inst. 21. 10: *qua comes et socia*. Nam apud alios femininum huius vocis est satis frequens. Büñ.

n) *in tormentis necat*] Cicero L. 3. Nat. D. *Ascepimus Zenonem Eleatem in tormentis necatum*. Büñ.

o) *adfecto adulterio*] MS. *vitiose: adfecto*. Büñ.

Zzzz 4

a) sus-

diligebat; cuius consilio negatam sibi suspicatur ^a. Dat negotium præfidi Eratino ^b, vt eam cum dedecore interficiat.
 2 Huic aliæ duæ adiunguntur æque nobiles, quarum altera Vestalem famulam virginem ^c Romæ reliquerat, furtiue tunc Valeriæ familiaris; altera virum habuit senatorem, non nimis augustæ proxima ^e f. Sed vtraque ob eximiam pulchritudinem corporis ac pudicitiam necabatur. Rapiuntur subito mulieres, non ad iudicium, sed ad latrocinium ^{*}: nec enim

^a) [suspicitur] Pro editorum suspicabatur ex MS. suspicatur restitui. sequitur præfens: dat. Büñ.

^b) [præfidi Eratino] Corrigit Heumannus: præfidi protinus, quia insolens nomen Eratino visum. Quia vero c. 16. 4. præfides Hieroclem et Priscillianum nominat, videtur et hic nomen præfidis addidisse, pro quo ineptus librarius erat in eo subiecit corrupte. Respice hanc sollemnem librario corruptionem c. 33. not. (f. g.) Forte: Cratino legendum; Cratini enim nomen non raro occurrit; aut: Flaccino, cuius c. 16. mentio. Büñ.

^c) [Vestalem famulam virginem] Eleganter famula de illa, quæ deæ ministrat. Vide Cupero notata exempla. At aliquid deesse videtur, mentio filia, quam reliquisset mater. Quidam filiam legunt, vbi scriptum erat famulam. Malim adde-re, quam in delectæ vocis locum subrogare, vt sic legatur: quarum altera Vestalem famulam, virginem filiam Roma reliquerat. Cell.

^d) [Vestalem famulam virginem] Leg. Vestalem filiam virginem, aut: filiam Vestalem virginem, aut cum Cellario: VESTALEM famulam, virginem filiam. Saepe librarius voces corrumpit, aut omisit eiusmodi: e. g. c. 18. n. 9. exidit: filius. c. 21. 2: misia pro familia. c. 27. 1. familia pro

filia. Nurrius more suo p. 276. hic fingit obscuritatem; sed nullo hic Oedipo opus est. Büñ.

^e) [non minus augusta proxima] æque familiaris augustæ ac illa, cuius filia Vestalis virgo erat. Cell.

^f) [non nimis Augusta proxima] Editi: non minus. Confunduntur haud raro minus et nimis in MSS. At tutius seruare lectionem MS. in quo: non nimis, quod certe, auctore Nurrio p. 276: in editionibus mutandum non erat. Nam secunda mulier dicitur Valeria FURTIVE familiaris, hæc isaque dici potuit non nimis proxima, sicut antea c. 26. de Galerio: nec tamen nimium terri-tus. Deinde vero vtraque mulier, non tam propter Valeria amicitiã, quam ob eximiam pulchritudinem corporis, inquit auctor noster, ac pudicitiam necabatur. Sensus isaque esse videtur, ambas illas mulieres, non tam arcto, ac prior matrona, amicitiã et necessitudinis vinculo Valeria fuisse coniunctas, sed captam ex hac qualicumque amicitiã occasionem, vt ea propter pulchritudinem ac pudicitiam infamæ morte occiderentur. Büñ.

^{*}) [non ad iudicium, sed latrocinium] Exprimat Ciceronem pro Rosc. Amer. c. 22: non iudicium, sed latrocinium. vbi Græuium confer. Büñ.

g) In.

enim quisquam accusator exstabat. Inuenitur quidam Iudæus ob alia facinora reus, qui spe impunitatis inductus aduersus insontes mentiatur. Iudex æquus et diligens & extra ciuitatem cum præsidio, ne lapidibus obruatur ^{b. i.}, protulit ^{k.}. Agbatur hæc tragædia Niceæ. Inrogantur tormenta Iudæo, ⁴ dum quæ iussus - - - - loqueretur ^{l. m.}. pugnis a tortoribus coercentur ^{n.}. innocentes duci iubentur ^{o. p.}. Fletus et comploratio, non illius tantum mariti ^{q.}, qui aderat bene meritæ vxori, sed omnium, quos res indigna et inaudita contraxerat ^{r.}. Ac ne impetu populi de carnificum manibus raperentur, ⁵ promoti militari modo instructi velites et sagittarii ^{s. t.} prosequuntur.

g) *Iudex æquus ac diligens*] Ironia. Cell.

h) *ne lapidibus obruatur*] a ciuibus, si intra ciuitatem damnaret feminas, quarum innocentiam omnes nouerant. Aut Iudæus, qui propter falsum testimonium lapidibus obruatur. Cuper.

i) *ne lapidibus obruatur*] Probabilius ad Iudæum hæc verba referenda. Bün.

k) *protulit*] forte *producit*. Bün.

l) *dum qua iussus*] Cuperus explere tentat, *iussus a mala bestia erat*. Nic. Heinsius, *dum qua iussus clam erat, palam eloqueretur*. Cell.

m) *dum qua iussus -- loqueretur*] In spatio vacuo duo aut tria, vt plurimum, verba initio paginæ abscissa sunt, ac deinde scriptum: *oquerentur*. Vnde conici potest, legendum: *dum Iudæus, qua iussus fuit, declarat, tum mulieres, ne loquerentur, pugnis a tortoribus coercentur*. Testatum siquidem Eusebius facit, plurimos martyres pugnis in os castos ac contusos, ne accusatoribus et iudicibus responderent. Euseb. L. 8. H. E. c. 3. p. 295. et de Martyr. Palæst. c. 1. p. 319. hæc Nurrius p. 277. Lego; *dum, qua iussus, diceret, mu-*

lieres vero ne loquerentur, pugnis etc. Bün.

n) *pugnis a tortoribus coercentur*] Videtur aliquid deesse, quasi ipsæ feminæ pro se, vel alii pro illis dicturi fuissent, ne vero id perficerent, coercuisse tortores pugnis. Cell.

o) *duci iubentur*] ad supplicium. Dixi ad Plinii verbalib. 10. epist. 97. sect. 3: *perseuerantes duci iussi*. Cell.

p) *duci iubentur*] sc. ad supplicium. Sic Laët. 5. Inst. 17. 22: *quum iam sponsor eius duceretur*. vbi plura. Bün.

q) *tantum mariti*] MS. *santi mariti*. Non tantum - sed poneretur pro: *non tantum - sed etiam*, quod prius Laëtantio omisso etiam frequens. Bün.

r) *contraxerat*] attraxerat ad hoc spectaculum. Cell.

s) *instructi velites et sagittarii*] Baluzius prauatum locum sic correxit. Alii malunt legere, *instructi telis eas et sagittis prosequuntur*. Et hoc ex vestigijs MS. Cell.

t) *promoti -- prosequuntur*] Legitur in MS. *promoti militari modo instructi tibi mens essagitari prosequuntur*. Fatetur Nurrius p. 119. esse hunc locum *summa negligentia et inscitia in librario testem*. Bauldr. legit:
Zzzz 5

quantur. Ita mediæ inter cuneos armatorum ad supplicium
6. deductæ. Iacuisissentque* insepultæ, domesticis in fugam
versis, nisi eas furtiua amicorum misericordia sepelisset. Nec
adultero* impunitas promissa perfoluitur; sed patibulo ad-
fixus, aperuit omne mysterium, et sub extremo spiritu in-
quit ⁊ omnibus, qui videbant, innocentes occisas esse restatur.

1. XLI. Augusta vero in desertas quasdam Syriæ solitudi-
o. nes relegata, patrem suum Diocletianum per occultos gna-
rum ⁊ calamitatis suæ fecit. Mittit ille legatos, et rogat,
vt ad se filiam remittat: nihil proficit. Iterum ac sæpius ob-
3. secrat: non remittitur. Postremo cognatum suum, quem-
dam militarem ac potentem virum, legat, qui eum beneficio-
rum suorum admonitum deprecetur^{b. c.} Is quoque perfecta
legatione^d irritas preces renuntiat.

1. XLII. Eodemque tempore senis Maximiani ⁊ statuar Con-
stantini iusſu reuellebantur^b et imagines, cum quoque pi-
ctus

git: *promoti militari modo instructi
pilo ei ense. Sagittarii prosequuntur,
quæ p. 258. explicat. Heumann. in-
structi pilo eas et sagittarii.* Bün.

u) *Iacuisissentque*] Ex MS. que ad-
didi. phrasia occurrit L. 7. Inst. 17. 3.
Bün.

x) *adultero*] Heumannus corrigit:
Iudeo. Ipse olim legebam: *delatori;*
sed defendi lectio MS. potest ex c.
39. extr. *amicas eius adfecto adulte-
rio damnat.* Bün.

y) *sub extremo spiritu inquit*] *Nox, inquit,* Grauius videtur delenda.
Heinsius corrigit: *et sub extre-
ma (hora) spiritu inquieto omnibus-
sestatur.* Bauldrius: *sub extremo
spiritu inquietus vel inquietus.* Heu-
mannus verba: *inquit omnibus, qui
videbant,* vt spuria inducit: *Mihi
visum: sub extremo spiritu INIQUIVIS
(iratis) omnibus, qui AVDIEBANT;
nihil videbant,* quod barbarum, vt

hic positum, Heumanno dicitur, ex-
cusari potest, ex L. 4. Inst. 18. 30:
*Ipsi autem contemplati sunt et vide-
runt me,* de spectatoribus Christi
cruci adfixi. Elegantius L. 7. Inst.
17. 13: *inspectantibus - cunctis.* Bün.

a) *gnarum*] MS. *præue: magna-
rum.* Bün.

b) *deprecetur*] valde preteretur. Cic.
lib. 12. epist. 24. *Legatos senatus non
ad deprecandam pacem, sed ad bellum
denunciandum miserat.* Cell.

c) *deprecetur*] MS. *deprecatur.* Il-
lud prius rectius, pro: *preceatur,* ex
indole Lactantii, cuius exempla in-
dicavi ad L. 5. Inst. 17. 23. Bün.

d) *perfecta legatione*] Sic omnino
cum Heinsio legendum pro *edd.* ex
MS. *imperfecta,* nisi malis: *IAM per-
fecta legatione.* Bün.

a) *Senis Maximiani*] Herculi. Cell.

b) *Senis Maximiani statua-reuel-
lebantur*] Confirmantur ab Eusebio
H.

Statu eseret^c, detrahebantur^d. Et quia senes ambo^e simul plerumque picti erant, et imagines simul deponebantur amborum. Itaque quum videret viuus^{f. g.}, quod nulli vumquam imperatorum acciderat, duplici ægritudine adfectus, moriendum sibi esse decreuit. Iactabat se huc atque illuc, æstuan-
te anima per dolorem, nec somnum nec cibum capiens. Suspiria et gemitus, crebræ lacrymæ, ingis volutatio corporis, nunc in lecto, nunc humi. Ita viginti annorum felicissimus imperator, ad humilem vitam deiectus adeo, et procul-
catus

H. E. L. 8. c. 13. L. 1. Vit. Constantin. c. 47. de quibus disputant Baluzius et Nurrius p. 289. *Bün.*

c) *et imagines, cum quoque pictus eseret*] Scriptum erat, *cum quo pictus eseret*. Ulcus, cui lenissime doctissimus vir G. Cuperus medetur, vt imagines, quia pictæ, a solidis statuis, quæ antecesserant, distinguantur. Alii *ubicunque pictus*, quod minus conuenit cum scriptis vestigiis. Ceterum de statuarum et imaginum deiectione consulatur Plinius panegy. c. 52. *Cell.*

d) *detrahebantur - deponebantur*] Sic Lampridius in Commodio c. 18-19. *statua detrahebantur*. Spartianus in Se-vero c. 14: *depositis statuis eius*. Iul. Capitol. in Maximinis c. 23: *Maximini statuarum atque imaginum depositæ sunt*. *Bün.*

e) *senes ambo*] Diocletianus et Herculius. *Cell.*

f) *cum videret viuus*] Diocletianus tum superstes. *Cell.*

g) *quum videret viuus, quod nulli*] At, inquit Nurrius p. 263. Eumenius in Panegy. quem dixit Constantino c. 15. præsentem eo prædicauit summam Constantini erga Diocletianum venerationem, qui igitur potuit Constantinus Diocletiani vt euerterentur statuarum, iubere? Ergo concludit, Cecilius hic errauit, et

iccirco verus dici non potest Lactantius, cui hæc latere non poterant. Sed primum Panegyrista more suo rem extollit, quod ex eo patet, quod verba, quibus Nurrius nititur: *quem vestra tantorum principum colunt obsequia priuatum*, pertinent *sam ad Galerium*, quam ad Constantinum, de Galerio tamen constat, eum coegisse Diocletianum, ad omnia sua facta et consilia adprobanda, vt ita Diocletianus Galerio potius sit obsecutus. Deinde hæc oratio Eumenii non post Diocletiani interitum est habita; nam sæpe de Diocletiano in præsentem loquitur. Immo non tantum Diocletianus, sed etiam Galerius vixit adhuc. Galerium vero ante Diocletianum mortuum fuisse non negauerit Nurrius. Denique (vt non credam postremis annis inter Constantinum et Diocletianum similitates intercessisse, vt tradit Victor l. auctor Epitomes; *ubi scripta minacia a Constantino et Licinio accepit*,) doceat Nurrius, vtrum Constantinus potuerit Maximianum Herculium simul ignominia adficere et honore? an non potius omnes omnino eius statuarum et imagines, nulla ratione eorum habita, cum quibus eseret pictus, debuerint deponi? quod si negari non potest, eadem fors, quæ ceteris, fuit sub.

catus iniuriis, atque in odium vitæ deductus ^{b. i.}, postremo fame atque angore confectus est.

- XLIII. Vnus iam supererat ^a de aduersariis Dei, cuius nunc exitum ruinamque ^b subnectam ^c. Quum haberet æmulationem aduersus Licinium, quia prælarus ei a Maximiano fuerat, licet nuper cum eo amicitiam confirmasset; tamen vt audiuit, Constantini sororem Licinio esse desponsam, existimauit, adfinitatem illam duorum imperatorum contra se copulari. Et ipse legatos ad urbem misit occulte, societatem Maxentii atque amicitiam postulatam ^d. Scribit etiam familiariter. Recipiuntur legati benigne; fit amicitia; vtriusque imagines simul locantur ^e. Maxentius, tamquam diuinum auxilium, libenter amplectitur: iam enim bellum Constantino indixerat, quasi necem patris sui vindicaturus. Vnde suspicio inciderat, senem illum inexpiabilem finxisse discordiam ^{f. g} cum filio, vt ad alios succidendos ^b viam sibi faceret,

subeunda Diocletiano eo magis, quod, vt habet Baluzius ad c. 43. ista aduersus eum fiebant non consilio, sed necessitate. Bün.

^b) in odium vitæ deductus] In MS. *deiectus*, quod cum proxime præcesserit, durumque sonet in odium vitæ deiici; Græuius *deductus*; Tollius *adductus* substitui iubent. Cell.

ⁱ) in odium vitæ deductus] Ita Græuius correxit. Lactantius L. 2. 1. 10: *ad extremam mendicandæ necessitatem deductus*. L. 2. 1. 5: *deductus ad-cacitatem*. Valerius Max. 1. c. 1. 14. Regulus ad captiuū fortunam *deductus*. Ipsa phrasis vix inuenietur. Bün.

^a) Vnus iam supererat] Vnus Maximinus Daia, siue Daza, qui adhuc orienti præfuerat. Cell.

^b) exitum ruinamque] Sic MS. vt c. 1. 5-7. *ruina ceciderunt - de quorum exitu*. Plura notauit ad Epit. 53. 5: *eorum - miserabiles exitus - vidimus*. Editi priores: *exitium ruinamque*. fere vt Cicero Or. de Harusp. Responsa c. 24: *ad partem exitiumque præcepit*. Bün.

^c) *subnectam*] vid. not. ad L. 1. c. 13. 7. Bün.

^d) *postulatam*] Editi *postulans*. In MS. *postulatam*. vnde propius cum Critico Anon. *postularum*. Bün.

^e) *vtriusque imagines simul locantur*] Cap. 42. de eodem more. Adde cap. 25. Cell.

^f) *senem illum inexpiabilem finxisse discordiam*] senem Herculum finxisse discordiam cum filio Maxentio. Epitheton. in MS. mutilum est *xtabilem*; vnde Baluzius *inestabilem* coniecit. Sallustianum verbum Jug. cap. 67. Vosius *detestabilem*, Græuius *inexpiabilem*, vt ad discordiam referatur. Cell.

^g) *inexpiabilem*] Baluz. et Nurr. *inestabilem*. In MS. vox truncata legitur -- *xtabilem*. vide Nurr. p. 344-355-368. Heumann. *detestabilem*, refertque ad senem. conf. c. 30. 6. c. 49. 7. Ex ductuum similitudine fingebam: *implacabilem*, vt Epit. 71. *inimplacabili furens*. Bün.

^b) *ad alios succidendos*] i. e. deiicient-

retⁱ, quibus omnibus sublatis, sibi ac filio totius orbis imperium vindicaret. Sed id falsum fuit. nam id propositi habebat, vt et filio et ceteris extinctis, se ac Diocletianum restitueret in regnum.

XLIII. Iam mota inter eos fuerant arma ciuilia. Et quamuis se Maxentius Romæ contineret, quod responsum acceperat^a, periturum esse^b, si extra portas vrbis exisset; tamen bellum per idoneos duces gerebatur. Plus virium Maxentio erat, quod et patris sui exercitum receperat a Seuero, et suum proprium de Mauris atque Italis^c nuper extraxerat^d. Dimicatum, et Maxentiani milites præualebant^e; donec postea confirmato animo Constantinus, et ad vtrumque paratus, copias omnes ad urbem propius admouit, et e regione pontis Muluii confedit^f. Imminebat dies, quo Maxentius imperium

ciendos, enertendos; vt arbores, segetes succidi dicuntur. Heumannus *occidendos*. Büñ.

i) *viam sibi faceret*] Celsus. L. 7. c. 5: *tolum illic viam, qua redeat, ipsum sibi fecit*. Cyprian. ep. 6. Oxon. f. 13: *viam nobis ad gloriam facientem*. Petron. c. 1: *si ad eloquentiam ituris viam facerent*. Alibi *viam facere est per obstantia per-rumpere*. vid. Gronou. ad Liu. 37. 11. Burmann. ad Ouid. 1. Trist. 2. 86. p. 460. Büñ.

a) *responsum acceperat*] oraculo responsum erat: aut extispicis significatione. Silius lib. III. 120:

Hostia mactatur diua, rapisimque recludit

Spirantes artus poscens responsa sacerdos.

Aut etiam ex Sibyllinis libris, vt post paullo sect. 8. et 9. Cell.

b) *periturum esse*] Heumann. *periturum se*. Retineo lectionem MS. pronomen *se* omitti sæpe dixi ad c. 30. 3: *pollicetur illa facturam*. Tacit-

tus L. 5. Annal. c. 9: *neque facturum ultra*. Büñ.

c) *de Mauris atque Italis*] Heumann. ingeniose: *de Mauris ac Getulis*. pe enim hi vicini iunguntur. Tolerari tamen potest MS. *recepta lectio*; nam vel maxime necessarium fuit, etiam ex Italis quippe propinquioribus locis extractum exercituum Romam versus contrahere. Büñ.

d) *extraxerat*] Toll. *exstruxerat*. Gale: *contraxerat*. Non opus Nepos Agefil. c. 3: *copias extrahere ex hibernaculis*. in Eumene c. 5: *suos omnes extraxit incolumes*. Büñ.

e) *Maxentiani milites præualebant*] Aliter Eusebius H. E. 9. cap. 9. Cell.

f) *pontis Muluii confedit*] Nurrius p. 81. dicit in MS. esse: *Milii confedit*, contra p. 298. tradit MS. legere: *Milui concedit*. addit: *Pons MILVIUS sive MOLVIUS, nunc vulgo: PONTE MOLE adpellatus, in via Flaminia duobus circiter ab urbe Roma millibus exstructus est*. Variant quoque libri L. 1. Inst. 1. c. 21. 6. de ponte Miluio

rium ceperat, qui est a. d. sextum Kalendas Nouembris, et quinquennalia terminabantur. Commonitus est in quiete Constantinus, vt caeleste signum Dei^b notaret in scutis, atque ita praelium committeret. Facitⁱ vt iustus est, et transuersa X littera^k, summo capite circumflexo, Christum in scutis notat.

Miluius MS. Lips. 2: de ponte Moluis. Goth. de ponte Moluis. Gruterus et Salmastius ad Trebell. Pollion. Gallienus duos c. 18. p. 242: *Mulbius* praefertur. Praeterea: CONSIDIT, rectum ac elegans; at Nurril c. l. *consedis* prauum. Bün.

g) *commonitus est in quiete*] et hoc elegantiae Lactantianae notauit ad L. 1. Inst. 20. 33. (p. q) p. 131: *quod eos in quiete monuisset.* conf. L. 2. 7. 20. et Epit. c. 20. Bün.

h) *caeleste signum Dei*] *Mira*, inquit Tollius, *periphrasis Crucis*, nisi si ita explicari lubet, *in caelo visum Constantino signum*. At saepe crucem Graecis et Latinis vocari *signum caeleste* beatus I. A. Fabricius in dist. de Cruce Constantini M. et Bibl. Gr. L. 5. c. 3. p. 12. obseruauit. Contra hanc disertationem Nurrius acerbius p. 188. sq. omnisso Fabricii nomine disputat; at quae Nurrius tanquam absurda obiicit, a Fabricio iam pag. 27. fuerant occupata. Quum vero pergit: Palam disertaeque adserit Eusebii: VISA LECTAQUE fuisse Constantino Magno ET HAEC VERBA ET ILLAS QVOQUE LITTERAS, id secus se habet; dicit tantum de Vita Constantini L. 1. c. 28: *γραφὴν τε αὐτῷ συνήφθαι λέγασαν τῆ/ω νίκαι*, quae Fabricius vertit: adiunctam fuisse picturam, INDICANTEM in hoc ipsi esse vincendum. Ita, quod in aliis peruulgatum, ipse etiam Eusebius H. E. L. 8. c. 13: *γραφαὶς* dicit picturas

et imagines Herculli euerfas. conf. L. 4. Vit. Const. c. 15. et c. 16. illud *λέγσας* videtur ex L. 1. c. 28. titulo: *καὶ γραφὴν τῆ/ω νίκαι παρανῆσαν* explicari. Censet Fabricius picturam istam victoriam signantem fuisse CORONAM, et L. 1. Euseb. de Vita Const. c. 31. in descriptione atque imitatione signi visi fit expresse mentio coronae; quam alius Constantinus de suo addidisset; nisi in caelo expressam vidisset: non vero expressa sunt ibidem verba: *τῆ/ω νίκαι*: nec in fabricato signo siue labaro apud Eusebium illa expressa leguntur. Quid? quod multi a Fabricio citati tradunt, Constantinum in QUIETE ea verba aut legisse aut audiuisse. Illis adde Albertum Stadensem ad annum CCCXVIII. -- *Cruce ostensa - Constantino - adhuc pagano* in somnis, vbi et audiuit: *Constantine in hoc vincas*. Alia plane disputat Hottingerus in Hist. Eccl. c. IIII. p. 160. 179. Bün.

i) *Facis*] Scribo cum Critico Anonymo et Heumanno: *Facis*, nam sequitur: *notat*. Bün.

k) *et transuersa X littera*] Littera X decusata est: transuersa, perpendicularis linea transuersae secunda sic; summo perpendiculari si P adnectitur, habes initiales litteras XP ex sanctissimo nomine *Χριστός*. Coll.

i) *acies*

notat. Quo signo armatus exercitus capit ferrum. Pro- 6
 cedit hostis obviam sine imperatore, pontemque transgredi-
 tur. Acies pari fronte concurrunt: summa vi utrimque pu- 7
 gnatur: neque his fuga nota, neque illis. Fit in vrbe se-
 ditio, et dux increpitatur, velut desertor salutis publicæ;
 cunctusque repente populus, Circenses enim natali suo ede- 8
 bat, vna voce succlamat, Constantinum vinci non posse. Qua
 voce consternatus proripit se, ac vocatis quibusdam senatori-
 bus, libros Sibyllinos inspici iubet, in quibus repertum est,
 illo die hostem Romanorum esse periturum. Quo respon- 9
 so in spem victoriæ inductus procedit, in aciem venit. Pons
 a tergo eius scinditur. Eo viso, pugna crudescit, et manus
 Dei supererat aciei. Maxentianus proterretur, ipse in
 fugam

l) *Acies-concurrunt*] Henmannus leg-
 git: *concurrunt*. seruo *concurrunt*, et
 subaudio ex sequentibus: *utrimque*.
 Nam sæpe vox aut ex præcedentibus
 aut consequentibus sic repeti solet;
 vt notavi ad c. 18. n. 5: *inter duos se*.
pares, ex sequentibus: *inter quatuor*
pares. Bün.

m) *neque his fuga nota, neque il-
 lis*] Hæc Virgiliti verba in antiquis-
 simo Lactantii codice conseruata
 confirmant a Pierio adserta. L. 10.
 Aen. 757. bis *neque-neque*, non ve-
 ro, vt hodie: *neque nec* legendum
 esse. Bün.

n) *cunctusque repente populus, Cir-
 censes*] Emendatio huius loci est a
 Nic. Heinsio. In MS. erat et edi-
 tis *cumque repente populus, Circen-
 ses enim natali suo et debita voce*
succlamat. Cell.

*) *inspici*] proprium quasi verbum
 de libris Sibyllinis. vid. not. ad L. 1.
 Inst. 6. 3. Bün.

o) *Pons a tergo eius scinditur*] A-
 liter Eusebius H. E. 9. cap. 9. et Zo-
 simus 2. c. 15. Cell.

p) *et manus Dei supererat aciei*.

Maxentianus proterretur] Diuerse
 hic locus est tentatus: *Maucroix:
 Mais Dieu fauorisoit Constaunt. Angl.
 and the hand of God appeared over
 thes Armies. Bauldr. et manus Dei*
SVBERRAT aciei. Columbo biblica
 phrasia esse videtur. Heumannus:
*At manus Dei superante acies Maxen-
 tiana proterretur*. Mihi videtur le-
 gendum: *manus Dei superat. Acies*
Maxentiana proterretur. Forte quo-
 que: *et manus Dei suam protegit a-
 ciem. Maxentius proterretur*. Tales
 enim phrasæ L. 2. 15. 2. et hic de M.
 P. 24. 5: *Dei manus hominum prote-
 gebat*. Bün.

q) *Maxentianus proterretur*] Ma-
 xentianus exercitus, vel miles, vt sect.
 3. *Maxentiani milites*. Protertere
 est terrendo fugare. Vfus, præter
 alios, est, quem Lactantius sæpe imi-
 tatur, Virgilius Aen. 12. v. 291. Cell.
 r) *proterretur*] i. e. terrendo pro-
 turbatur. conf. Barthium ad Statii
 2 Theb. 644. sq. p. 587. Lambin. ad
 Cicer. pro Cæcina c. 13. Emmenes.
 ad Virg. 12. Aen. 291. Bün.

s) pri-

fugam versus properat ad pontem, qui interruptus erat, ac
 10 multitudo fugientium presus in Tiberim deturbatur. Con-
 fecto tandem acerbissimo bello, cum magna senatus populi-
 que Romani lætitia susceptus imperator Constantinus, Maxi-
 11 mini perfidiam cognoscit, litteras deprehendit, statuas et ima-
 gines inuenit. Senatus Constantino virtutis gratia primi
 nominis titulum^s decreuit, quem sibi Maximinus^t vindica-
 bat: ad quem victoria liberatæ vrbs quum fuisset adlata,
 12 non aliter accepit, quam si ipse victus esset. Cognito dein-
 de senatus decreto, sic exarsit dolore, vt inimicitias aperte
 profiteretur, conuicia iocis mixta aduersus imperatorem ma-
 ximum^u diceret.

1 XLV. Constantinus, rebus in vrbe compositis, hieme
 proxima Mediolanum contendit. Eodem Licinius aduenit,
 2 vt acciperet vxorem^a. Maximinus, vbi eos intellexit nu-
 ptiarum solemnibus occupatos, exercitum mouit e Syria,
 hieme quam cum maxime sæuiente^b, et mansionibus geminatis^c
 in

s) *primi nominis titulum*] Post mortem Galerii, Maximinus, quia prior cæsar, quamquam postremo augustus fuerat, primas sibi in titulis atque honoribus inter eius temporis augustos vindicabat. *Euseb. H. E. 9. c. 10. pr.* Iam vero senatus decreuit, vt primus augustorum Constantinus esset. *Cell.*

t) *Maximinus*] MS. prauè: *Maximianus*, conf. c. 32. n. 1. *Bün.*

u) *aduersus imperatorem maximum*] imperatoris filium, qui transalpinas provincias hereditate, Italian et Africam victoria tenebat. Non enim veri est simile, senatus illo decreto *Maximi* tum cognomen datum fuisse. *Adi Cuperum. Cell.*

a) *vt acciperet uxorem*] Constantiam Constantini sororem. c. 43. sect. 2. *Cell.*

b) *hieme quam cum maximo sæ-*

uiente] *Columbus* exponit per ellip-
 sin: *hieme tam sæuiente quam quum maxime*. Satis bene. Quia in MSS. e. g. in meis membranis antiquissimis Sulpicii Seueri de Vita Martini, quam pro *quamquam*, syllaba repetenda omisa, sæpe scribitur, lego: *hieme quamquam tum maxime sæuiente*. Nam elegans formula: *cum maxime*, i. e. *in presenti*, a Græuio ad Ciceronem L. 2. Off. c. 7. p. 206. ad Famil. L. 1. ep. 9. p. 57. in Verrem L. 2. c. 76. p. 701. L. 4. in Verr. c. 38. p. 248. ad pro Cluentio c. 5. p. 95. illustrata hic minus quadrat. *Hæm. quam delet. Bün.*

c) *mansionibus geminatis*] vna die tantum fecit itineris, quantum duæ mansiones in via regia distabant invicem: nec in prima, sed in secunda requieuit. *Cell.*

d) in

in Bithyniam concurrit ^{d. e} debilitato agmine. Nam 3
 maximis imbris et niuibus, et luto, et frigore, et labore
 iumenta omnis generis amissa sunt, quorum miserabilis per
 viam strages speciem iam futuri belli, et similem cladem mi-
 litibus nuntiabat. Nec ipse intra fines suos moratus est; 4
 sed transiecto protinus freto, ad Byzantii portas accessit ar-
 matus. Erant ibi milites praefidarii, ad huiusmodi casus ^f a
 Licinio conlocati. Hos primum muneribus et promissis illi-
 cere tentavit; postea vi et oppugnatione terrere: nec tamen
 quidquam vis aut promissa valuerunt. 5 Iam consumti erant
 dies vndecim, per quos fuit spatium nuntios litterasque mit-
 tendi ad imperatorem; quum milites non fide ^g, sed paucitate
 diffisi ^b, se ipsos dederunt. Hinc promouit Heracleam ^{i. k};
 et illic eadem ratione detentus, aliquot dierum tempus amisit.
 Et iam Licinius festinato itinere cum paucis Hadrianopolim 6
 venerat, quum ille accepta in deditioe ^l Perintho, aliquanto
 moratus, procesit ad mansionem millia decem et octo. nec
 enim poterat vltius, Licinio iam secundam mansionem te-
 nente, distantem millibus totidem. Qui, collectis ex pro- 7
 ximo quantis potuit militibus ^{m. n}, pergebat obuiam Maximiani,
 no,

d) in Bithyniam concurrit] Mollius sonat *accurris*, vel *procurris*: illud Græuius; hoc Tollo placet. *Cell.*

e) *concurrit*] Malleum cum Heumanno: *cucurris*. Bün.

f) *ad huiusmodi casus*] MS. *præue*: *ad huiusmodi causa*. Sæpe voces: *casus*, *causa*, *causæ* in MSS. confundi ad Epit. c. 56. obseruauit. Bün.

g) *non fide*] Heumannus tentat: non SPONTE; retineo: *non fide*, i. e. non auxilio Imperatoris. Nota hoc sensu: *Iuppiter tuam fidem* etc. Bün.

h) *paucitate diffisi*] Gale malebat: *paucitate defecti*. Nihil mutandum. Sic Tacitus L. 2. Hist. c. 23. *diffisus paucitate cohortium*, uti Iac. Gronouius ex MS. Oxon. restituit. Contrario modo Liuius 6. 23: *fidentes militum numero*. Laëtantiana vero

phrasis L. 7. Inf. 1. 4: *duum - calesis mercede diffidit*. Bün.

i) *Heracleam*] Hæc eadem vrbs Thraciæ, quæ mox antiquo nomine Perinthus adpellatur. Zosimus lib. 1. c. 62: *κατὰ τὴν Πέρινθον, ἣ νῦν Ἡράκλεια μετωνόμασα*. *Cell.*

k) *Heracleam*] MS. *Heraciam*, quod etiam rectum vocali tertia. Mox MS. *Perintho*. Bün.

l) *accepta in deditioe*] Rectius quidem vt Bøherell. Toll. Bauldr. Heum. *in deditioem*; nisi putes *aut* eius mori et hic tribuendum. vid. not. ad c. 29. n. 2. c. 29. n. 3. et Mumck. ad Laëtant. Placid. p. 233. Bün.

m) *quantis potuit militibus*] Græco more, pro, *quantos potuit*, Tollo. *Cell.*

n) *quantis potuit militibus*] per Aaaaa Græ-

no, magis vt eum moraretur, quam proposito dimicandi aut spe victoriæ. quippe quum ille septuaginta milium armatorum exercitum duceret, ipse vix triginta millium numerum collegisset. Sparsi enim milites per diuersas regiones fuerant, et adunari^o omnes angustia temporis non sinebant.

1 XLVI. Propinquantibus ergo exercitibus, iam futurum
2 propediem prælium videbatur. Tum Maximinus eiusmodi
3 votum Ioui vouit, vt si victoriam cepisset^a, Christianorum
4 nomen^o extingueret funditusque deleteret. Tunc proxima nocte Licinio quiescenti^b adfuit angelus Dei^c, monens, vt ocius surgeret, atque oraret Deum summum^d, cum omni exercitu suo; illius fore victoriam, si fecisset^e. Post has voces
quum

Græcisimum. conf. Dauisium ad auctorem apud Cæsarem de Bello Afric. c. 41. p. 644. *quanti pro quot.* not. ad L. 4. Inst. 15. 16. *Bün.*

^a) *adunari*] not. ad c. 23. 2. et Bauldr. p. 170. et p. 276. *Bün.*

^a) *victoriam cepisset*] *Capere victoriam* Bauldrio locutio *vix ab aliis usurpata*. Nurrio p. 357. *impropria*, Heumanno *insolens* vocatur. In Minucio c. 7. *victoriam facere* occurrit: *victoriam die, qua fecerant, nuntiauerunt*, quod Rigaltius minus recte correxerat: *vicerat*. Plinii L. 23. c. 1: *Hac facere videntur VICTORIAM*, alio sensu dicta, at eo, quo Minucius, etiam Augustinus L. 6. Ciu. D. c. 7. *si victoria Hercules feret*, et recentior Gregorius Turon. L. 2. Hist. Franc. c. 27: *multa bella victoriasque fecit*. Propius nostro est Valer. Maximus L. 7. c. 2. 6: *celerius victoriam tradiderit, quam OCCVPAVERIT*. Tacitus L. 2. Hist. c. 25: *Satis cito INCIPI victoriam ratus, ubi prouisum foret, ne vincerentur*. Cæsar L. 3. B. Ciu. c. 87. n. 7. iam animo victoriam PRAECIPIEBAT. Al-

bricus Philosophus p. 324. ed. Munckeri: *victoria PERCEPTA*. Orosius L. 2. c. 16: *Commisso prælio victoriam Athenienses CAPESSUNT*. Idem L. 7. c. 35: *Theodosius incruentam victoriam Deo procurante SVSCEPIT*; vt paullo post ibidem: *victoriam ADEPTVRVM* cum aliis dixit, et notæ sunt phrasæ: *victoria potiri*, *victoriam consequi*, *obtinere*. Qua ratione etiam *victoriam capere* satis bona phrasæ videtur. *Bün.*

^b) *quiescenti*] dormienti, in somnio. Sic cap. 44. sect. 5: *Commonitus est in quiete Constantinus*. Ideo postea sect. 5. huius capituli: *Discusso deinde somno*. Cell.

^c) *adfuit angelus Dei*] Est de re quod dubites, maxime de oratione, ex ore angeli excepta. Fama tamen inter Christianos fuit, quam secutus auctor est. *Cell.*

^d) *Deum summum*] Quia Lactantius frequenter Deum vocat *summum*, Bauldrius hinc colligit, Lactantium esse libri huius auctorem. *Bün.*

^e) *si fecisset*] Heumannus scribendum putat: *id si fecisset*. Pronomen inter-

quum surgere sibi visus esset, et quum ipse, qui monebat, adstaret; tunc docebat eum, quomodo et quibus verbis esset orandum. Discusso ^f deinde somno, notarium iussit acciri ^g, et sicut audierat, hæc verba dictavit: *Summe Deus, te rogamus: sancte Deus, te rogamus: omnem iustitiam tibi commendamus: salutem nostram tibi commendamus; imperium nostrum tibi commendamus. Per te vivimus, per te victores et felices existimus. Summe, sancte Deus, preces nostras exaudi: brachia nostra ad te tendimus. Exaudi sancte, summe Deus.* Scribuntur hæc in libellis ^h pluribus, et per præpositos ⁱ tribunosque mittuntur, ut suos quisque milites doceat. Crevit animus vniuersis victoriam sibi credentibus de cælo nuntiatam. Statuit imperator prælium diei ^k Kalendarum Maiarum, quæ octauum annum nuncupationis ^l eius implebant; ut suo potissimum natali vinceretur, sicut ille victus est Romæ. Maximinus voluit præire ^m maturius; pridie mane aciem composuit, ut natalem suum postridie victor celebraret. Nuntiatur in castra ⁿ, mouisse Maximinum. Capiunt milites arma, obuiamque procedunt. Campus intererat

interdum negligitur, facile subintelligendum. Epit. c. 27: *ne gustaret, fore, interminatus, ut vitam perderet, si fecisset.* Bün.

f) *Discusso - somno*] vide Broukhus. ad Prop. 3. El. 8. 13: *somnum tibi discute.* Bün.

g) *acciri*] Plures *adsciri*. Nurr. *asciri*. Sed *acciri* cum Tollo et Heumanno legendum. conf. L. 5. 2. 2. Bün.

h) *in libellis*] i. e. chartis, schedis minutioribus, *periculis*, de quibus discipuli Aug. Rud. Ies. Bünemanni de *Sententiis ex periculo*, i. e. libello *revisandis* p. 22. Bün.

i) *per præpositos et tribunos*] Præpositi inscriptionibus sunt legionum et cohortium. Gruter. p. 66. n. 7: P. P. LEGIONIS XIII. id est *præpositus*. Et

plene p. 164. n. 4: PRAEPOSITVS LEGIONIS I. MARTIORVM. Et p. 248. n. 3: P. P. COH. IIII. Cell.

k) *diei*] i. e. *ad diem*, siue ut Toll. Cuper. Columb. Heum. malunt: *in diem*. Bün.

l) *nuncupationis eius*] quo Maximinus caesar creatus fuerat. Natalis ergo est imperii, non vitæ. Et id Licinius agebat, ut Maximinum ipsius natali vinceret, sicut natali suo victus fuerat Maxentius Cell. mox MS. prave: *implebunt*. Bün.

m) *præire*] Heumannus corrigit: *decernere*. Mallem ductibus MSti proprius: *prodire aut præiari*. Bün.

n) *Nuntiatur in castra*] Sic, momento Heumanno, Cicero pro Milone c. 24. *nuntiatum esse in horto* dixit. Bün.

o) erat sterilis* ac nudus, quem vocant serenum? Erat iam utraque acies † in conspectu. Liciniani scuta deponunt, galeas resoluunt †, ad cælum manus tendunt, præcuntibus præpositis, et pro imperatore † precem dicunt. audit acies peritura precantium murmur. Illi oratione ter dicta, virtutem iam pleni, reponunt capitibus galeas, scuta tollunt. Procedunt imperatores ad colloquium. Ferri † non potuit Maximinus ad pacem. contemnebat enim Licinium, ac desertum iri a militibus existimabat; quod ille esset in largiendo tenax **, ipse autem profusus †: eoque proposito mouerat bellum, vt exercitu Licinii sine certamine accepto, ad Constantinum duplicatis viribus statim pergeret.

XLVII.

o) *sterilis*] MS. *sterelis*, vt *deleus* pro *delirus* c. 28. not. Plura eiusmodi Morhof. de Liuii Patauitate. Bün.

p) *quem vocant serenum*] Plerique littera maiuscula aut diuersis typis, quasi esset nomen proprium *Serenum*; sed omnis campus ab arboribus nudus dicebatur *serenus*, *lucidus*. Sic Lact. L. 6. Inst. 3. 2: *habere planum iser*, *LVCIDVM amœnumque CAMPVM*. Ita Cæsari *collis dicitur APERTVS*, i. e. non siluestris, aut arboribus confitus L. 2. B. Gall. 18. 2. et L. 3. B. Ciu. 84. 4: *APERTIORA loca*. B. Afric. 19. 7: *in campis planissimis PVRISSIMISque*. Liuius 24. 14: *puro ac patente campo*. Græci sic καὶ ὄρεος adhibent. Exempla Abramus ad Cicer. pro Sextio c. 36. fin. dedit. Bün.

q) *utraque acies*] MS. *utroque*. Bün.

r) *galeas resoluunt*] quas postea capitibus reponunt. Bün.

s) *pro imperatore*] Ita MS. teste Nurrio, vbi antea ediderant: *post imperatorem*, et recte ita Heumannus corrigendum censuit. Mox idem pro verbis: *precem dicunt*, corrigat:

precantibus sc. *præpositis*, at *precem dixerunt* omnes milites; hinc sequitur: *precantium murmur*. conf. n. 7. Præpositi præbant prece, quam milites docti repetebant, vt hic in singulari, sic L. 5. Inst. 19. 32. *precis*, Ep. c. 65. *precem facere*. Cyprianus ep. 37. ed. Oxon. *precem cum pluribus facimus*. Bün.

t) *Ferri non potuit*] Heumannus corrigit: *Perpelli non potuit*. Dixit quidem cum Cicerone noster L. 5. Inst. 16. 3. *ad utilitates suas - ferris* sed hoc minus hic conuenit. Mallem propius litteris MSti: *FLECTI non potuit ad pacem*. Sic Aurel. Victor. de Cæsaribus c. 14: *patres ne principis oratu quidem ad diuī honorem ei deferendum flectebantur*. Forte tamen *ferris potuit* positum pro: *non ferebatur*, vt Lact. 2. Inst. 16. 18: *audere non poterat*. Bün.

u) *quod ille in largiendo tenax*] rarus et parcus Licinius in donatiuis. Vterque Victor auaritiam eius notauit. Cell.

x) *in largiendo tenax*] confirmat Nurrius p. 366. Bün.

y) *ipse profusus*] vid. c. 37. 5. Bün.

a) qui-

XLVII. Ergo propius acceditur; tubæ canunt, signa
 procedunt. Liciniani impetu facto aduersarios inuadunt.
 Illi vero perterriti, nec gladios expedire, nec tela iacere qui-
 verunt ^a. Maximinus aciem circumire, ac milites Licinia-
 nos nunc precibus sollicitare, nunc donis. nullo loco audir-
 tur. Fit impetus in eum, et ad suos refugit. Cædebatur
 acies eius impune; et tantus numerus legionum, tanta vis
 militum a paucis metebatur ^{b. c}. Nemo nominis, nemo vir-
 tutis, nemo veterum præmiorum memor; quasi ad deuotam
 mortem ^d, non ad prælium venissent, sic eos Deus summus
 iugulandos subiecit inimicis. Iam strata erat ingens multitu-
 do. Videt Maximinus aliter rem geri, quam putabat. Pro-
 iciecit purpuram, et sumta veste seruili fugit, ac fretum traie-
 cit ^e, ac in exercitu ^f pars dimidia prostrata est, pars autem ^g
 vel dedita, vel in fugam versa est. Ademerat enim pudorem
 deserendi desertor ^h imperator. At ille Kalendis Maiis, id
 est,

^a) quiuerunt] MS. prauè: quiene-
 runt. Büñ.

^b) a paucis metebatur] Poëtice.
 Silius Italicus lib. 4. v. 464:

- - - metis agmina tectus

Calesti clypeo, et sternit - - -

Et lib. 13. v. 217:

- - - ruit obuia in arma

Scipio, et oblatum metis insatiabi-
 lis agmen.

Et lib. 17. v. 147:

- - - Phœnis iametuntur Agmina.

Adde Virgilium lib. 10. v. 513. Sed
 et alibi sic Lactantius locutus est.

Lib. 7. cap. 15. sect. II: *Tunc peragra-
 bit clades orbem, metens omnia.* Cell.

^c) metebatur] Sic rectè correctum
 pro MS. vitioso: *metuebatur.* Me-
 sere hoc sensu illustraui ad L. 7.
 Inst. 15. II. Büñ.

^d) ad deuotam mortem] Dicitum vt
 in Panegyrico incerti Constantino
 dicto c. 3: *vsque ad mortem deno-*

tionis, et in Prudent. Peristeph. 2.
 230: *uotina mors est martyri.* Büñ.

^e) fretum traiecit] Bosporum
 Thraciunn. Cell.

^f) ac in exercitu] Lectio praua
 videtur; numquam enim ante vo-
 calem AC ponit noster. lego: *At-
 que exercitus pars.* Büñ.

^g) pars autem] Heumann. *pars al-
 tera* corrigit; ego nihil muto, sed
 subaudio ex prioribus: *pars autem*
 DIMIDIA. Ita solere nostrum dixi
 ad cap. 18. n. 5. et c. 44. (I) Büñ.

^h) Ademerat - pudorem deserendæ
 desertor] Nihil hic repetendum, li-
 cet aliter visum Bauldrio. *Desertor*
 absolute positum, vt Cæsar dixit L.
 6. B. Gall. c. 23. qui ex iis secuti non
 sunt, in DESERTORVM ac prodito-
 rum numero ducuntur. Lacl. L. 7.
 27. 15: *samquam desertor domini et*
imperatoris - sui punietur. Büñ.

est, vna nocte atque vna die, -- Nicomediam ^{i. k} alia nocte peruenit; quum locus prælii abeset millia centum sexaginta; 6 raptisque filiis, ex vxore, et paucis ex palatio comitibus, petiuit orientem. Sed in Cappadocia^l, collectis ex fuga et ab oriente militibus, substitit. Ita vestem resumfit.

ⁱ XLVIII. Licinius vero, accepta exercitus parte ac distributa, traiecit exercitum in Bithyniam paucis post pugnam diebus; et Nicomediam ingresus, gratiam Deo, cuius auxilio vicerat, retulit^a, ac die iduum Iuniarum, Constantino atque ipso ter consulibus, de restituenda ecclesia huiusmodi litteras, ad præsidem datas, proponi^b iussit:

^a *Quum feliciter tam ego Constantinus^c augustus, quam etiam^d ego Licinius augustus apud Mediolanum^{*} conuenissemus, atque*

ⁱ) *vna nocte atque vna die - Nicomediam*] Deesse videtur nomen mansionis, vnde altera nocte Nicomediam peruenerit. Columbo videtur fugiens, aut simile, desiderari. Cell.

^k) *vna nocte atque vna die -- Nicomediam*] In MS. nullum spatium relictum, vti ex Nurrio p. 90. et 358. colligo. Nurrius exponit: *Nicomediam intra quatuor circiter et viginti horarum spatium peruenit, quum locus prælii, hoc est, campus serenus abeset millia centum sexaginta, siue tres supra quinquaginta leucas, et paullo amplius, sicutia millia unam leucam conficiant. Si Geographis credimus, illud iter adhuc longius est. At certo adferi nequit, qua fuerit Cecillii leucas et millia computandi ratio, vel utrum librarius in numeris, tamenetsi integris, describendis non erraverit.* Büñ.

^l) *Sed in Cappadocia*] MS. *sed ex Cappadocia.* Büñ.

^a) *gratiam Deo-retulit*] Alius tum Licinius fuit ab eo, qui postea factus est; laudatus etiam ab Eusebio lib. 9. cap. 9. Cell.

^b) *proponi*] Vopiscus in Firmo c. 5: *edictum proponi iussit.* Frequens verbum *proponere* hoc modo. Büñ.

^c) *tam ego Constantinus*] MS. vitiose: *tam ego quam Constantinus.* Büñ.

^d) *quam etiam*] Alia exempla particularum *tam - quam etiam* dedi ad Lact. 5. Inst. 20. 9: *tam contemtum - quam etiam - iniurias.* Illis adde Hilarii Tom. 2. Operum ed. novisf. Veronensis f. 628. et f. 715: *Tam ille, quam etiam ceteri.* et ibidem f. 673: *tam presbyteros, quam etiam diacones.* Nec aliter verba ista Liberii Ep. Rom. a. 354. ad Constantium Imper. exhibet Tomus II. Concilior. ed. novisf. Venetz per Coletum f. 801.

^{*}) *apud Mediolanum*] i. e. Mediolani. Eusebius. clare: *ἐν τῷ Μεδιολέων.* Sic verbis Liberii Ep. Rom. ad Constantium T. 2. Concilior. f. 801: *apud Mediolanum - apud Nicæam.* Augustinus Tom. 6. Oper. de Cura pro Mortuis ed. novisf. Ven. f. 524. §. 13: *nobis apud Mediolanum constitutis.* ibidem f. 490. c. 18. n. 21: *apud*

que vniuersa, qua ad commoda et securitatem publicam pertinerent, in tractatu haberemus^e; hæc inter cetera qua videbamus pluribus hominibus profutura, vel in primis ordinanda esse credidimus, quibus diuinitatis reuerentia continebatur^f; vt daremus et Christianis, et omnibus, liberam potestatem sequendi religionem, quam quisque voluisset; quo quidquid diuinitatis in sede caelesti^g, nobis atque omnibus, qui sub potestate nostra sunt constituti, placatum ac propitium possit existere. Itaque hoc consilioⁱ salubri ac rectissima ratione incundum esse credidimus, vt nulli omnino facultatem abnegandam putaremus, qui vel obseruationi Christianorum, vel ei religioni mentem suam dederet^k, quam ipse sibi aptissimam esse sentiret; vt possit nobis summa diuinitas^l, cuius religioni liberis mentibus obsequimur, in omnibus solitum fauorem^m suum beniuolentiamque prestare. Quare scire dicationemⁿ tuam conuenit, placuisse

apud Athenas quum esset. in Hilario sæpe apud ita ponitur. conf. Heumannum ad Lact. 1. Inst. 21. 1. Bün.

e) in tractatu haberemus] Eusebius: ἐν ζήτησιν. Cyprianus L. 3. ep. 3. f. m. 54: diu multumque tractatu inter nos habito. Bün.

f) continebatur] Heum. contineatur. Eusebius: ἐπέχετο. ante MS. prauè: credimus; vt c. 34. (k) pro more MS. notauit. Bün.

g) quo quidquid diuinitatis in sede caelesti] Visum ita Cupero est corruptum locum restituere, quod ante eum etiam Columbus viderat. Scriptum prauè erat, quod quidem diuinitas. Cell.

h) quo quidquid diuinitatis in sede caelesti] In MS. quod quidem diuinitas in sede caelesti, nobis etc. Quæ corrupta Nurrius p. 371. sic corrigat ex Eusebio: quo quidquid est diuinitatis ac caelestis muneris. Toinarus: diuinitatis et rei caelestis. In Eusebio quoque hic locus Valefio

est impeditus, sed facile expediri potest, si pro: ὁ τῆς Θεοῦ legas:

ὁ τῆς Θεοῦ θεός. Bün.

i) hoc consilio] Lego cum Critico Anon. et Heum. consilium. Bün.

k) dederet] MS. dederat. Bün.

l) summa diuinitas] Non Iuppiter, vt quidam putant, sed Deus summus indicatur. conf. Nurr. p. 371. Sæpe ita Lactantius L. 4. 3. 3: diuinitas, qua gubernat hunc mundum. L. 5. 10. 14: offensa diuinitas etc. Bün.

m) solitum fauorem] MS. perpetram: solita feruorem Bün.

n) dicationem] Sic pro aliorum: dignationem, ex MS. restituendum Dicationem, inquit Nurrius p. 371. est titulus honoris, qui Praesidibus et Proconsulibus dabatur; vti pate non solum ex relatione Anulini apud Augustinum. epist. 88. ed. nou. p. 214. sed variis etiam Constantini M. Legibus, hoc circiter tempore promulgatis. Leg. 1. de Veteran. T. 2. cod. Theodof. p. 419. et Tom. 4. p.

se nobis, ut, amotis omnibus omnino conditionibus*, quae prius scriptis, ad officium tuum datis, super Christianorum nomine videbantur^p, nunc caueres, ut^q simpliciter vnusquisque eorum, qui eandem obseruandae religioni Christianorum gerunt voluntatem, citra ullam^r inquietudinem ac molestiam sui id ipsum^s obseruare contendant. Quae sollicitudini tuae plenissime significanda esse credidimus, quo scires, nos liberam atque absolutam colendam religionis suae facultatem iisdem Christianis dedisse. Quod quum iisdem a nobis indultum esse peruideas, intelligit dicatio tua, etiam aliis religionis suae vel obseruantiae, potestatem similiter apertam et liberam, pro quiete temporis nostrae esse concessam, ut in colendo, quod quisque delegerit, habeat liberam facultatem, quas - - - honori, neque cuiquam religioni^t, aut aliquid a nobis - - - Atque hoc insuper in persona^u Christiana-

221. Leg. i. et 21. de Adpellat. et iterum MS. *dicatio*. add. Baluz. p. 101. Bün.

o) amotis - conditionibus] vid. Baluz. p. 101. Nurr. p. 372. Bün.

p) videbantur] Toinardus et Heumannus censent legendum: *continebantur*. Puto *videbantur* rectum quidem, sed tamen in Lactantii codice hic quaedam desiderari ex Eusebio explenda: *nomine continebantur*; *quum illa, quae prorsus sinistra et a nostra mansuetudine aliena esse videbantur* (*ἐδόκει*), omnino remoueantur. conf. Euseb. L. 10. Hist. Eccl. c. 5. Bün.

q) caueres, ut simpliciter] Boherello emendatore. Legebatur: *cauere ac*. Cellarius. Nurr. p. 372. difficile videtur hic verum in deprauatione tanta eruere. ad Eusebii mentem rectius Toinardus et Criticus Anonymus rescribunt: *nunc libere ac simpliciter*, vestigia in MS. *cauere ac* supersunt. Eusebius: *καὶ νῦν ἐλευθέρως τε καὶ ἀπλάνως ἑκάστος - παραφυλάτσει*. Bün.

r) *citra ullam*] MS. *citra illam*; sed recte correctum graece: *ἀνευ τινος ὀχλήσεως*, cf. n. 9: *citra ullam ambiguitatem*. Bün.

s) *quas . . . honori, neque cuiquam religioni*] Verba mutilata, quorum sensus sic reddi ex Eusebiana versione potest: *τῆτο δὲ ὑφ' ἡμῶν γέγονεν, ὅπως μηδεμιᾷ τιμῆ, μηδὲ θρησκείᾳ τινὶ μεμεϊῶσθαι τι ὑφ' ἡμῶν δοκοίη*. Quod Valens vertit: *Atque id a nobis esse factum est, ut ne cui diuino cultui atque honori quidquam a nobis detractum esse videretur*. Cell.

t) *quas - honori*] In MS. teste Nurr. p. 93. duo verba deleta sunt, nec certe scriptum videtur *quas*. Bün.

u) *in persona Christianorum*] Eusebius: *εἰς τὸ πρόσωπον*, id est, respectu, intuitu Christianorum. Cyprianus Ep. i. ed. Oxon. in fine: *ne ultra hoc fiat circa personam Clericorum*. mox cum Heumanno ex Eusebio legendum: *ut si*; nisi velis quod in quodsi abundare. Bün.

*) con-

Christianorum statuendum esse censuimus; quod si eadem loca, ad qua antea conuenire consueuerant*, de quibus etiam datis ad officium tuum litteris certa ante hac forma fuerat comprehensa, priore tempore aliud^x vel a fisco nostro, vel ab alio quocumque videntur esse mercati, eadem Christianis sine pecunia et sine vlla pretii petitione, postposita omni frustratione atque ambiguitate, restituantur^y. Qui etiam dono fuerunt consecuti; eadem similiter iisdem Christianis quantocius reddant^z: etiam vel hi qui emerunt, vel qui dono erunt^b consecuti, si putauerint^c de nostra beniuolentia aliquid; vicarium postulent^d, quo et ipsis per nostram clementiam consulatur. quae omnia corpori Christianorum^e protinus per intercessionem tuam ac sine mora tradidi;

*) consueuerant] et n. 9: consueuerant. Sic utroque loco MSS. Certe amant veteres contractionem in praterito huius verbi. Sic Cæsar L. 1. B. Gall. c. 14. et Liuius L. 6. c. 23: consuesse. Liuius L. 6. c. 18: consuestis. Hinc recepi. Bün.

x) aliud] Sic MS. sed legendum cum Boherello, Gal. Columbo, Critico Anonymo et Heumanno: aliqui. Bün.

y) restituantur] Aliorum restituantur cum Nurrio ex MS. correxi: restituantur. Bün.

z) quantocius reddant] Aduerbium quantocius a Lactantii seculo non est alienum. Vosius exemplum desiderauit. Vfus est, præter nostrum, etiam Sulpicius Seuerus Dialog. 3. c. 5. vt Curis nostris secundis ostendimus: et Mamertinus Gratiar. act. ad Iulian. cap. 2. Antiquiora desunt testimonia. Cell.

a) quantocius] iterum n. 10. Deprehendit Nurrius eandem vocem in Honorii Imp. Lege anno 395. sancita in Leg. 5. de Senator. T. 2. Cod. Theodos. p. 16. conf. Columb. et Bauldr. et Vorstium de Lat. Mer. susp. p. 26. sq. Ianus Gulielmi L. 3. Verisimil. c. 11. in Tom. 3. Fac. Crit.

Gruteri p. 308. vocat verbum vetus, et suspicatur in Plauti Mil. Glor. Act. 2. sc. 2: Ego quantocius possum legendum, non vero alii adferunt. Inueni idem vocabulum in Commodiani Instructionibus, qui auctoribus Gennadio et Rigaltio post Lactantium, at iudice Dodwello ante eum seculo tertio vixit, edit. Schurtzfl. p. 33: Tamen vos adhortor, quantocius credere Christo. Consequentia iudice Nurrio in textu sunt corrupta. Bün.

b) dono erunt] Columb. et Heumann. erant. Lego vt paullo ante: fuerunt. Bün.

c) si putauerint de] Lego cum Bauldrio: si petiuerint aliquid. Euseb. αἰῶσι τι παρα. Bün.

d) vicarium postulent] Diazius atque Tollius aliquid vicarium, rem vicariam intelligunt, pro restitutione; et iste etiam optauerint pro putauerint. At Cuperus et Baluzius vicarium prouinciæ interpretantur, notum ex imperii Notitia magistratum: atque ita etiam Eusebius vertit. προσέλθωσι τῷ ἐπὶ τόπων ἐπάρχῳ δικάζοντι. Cell.

e) corpori Christianorum] societa-
Aaaaa 5 ti,

- 9 di oportebit. Et quoniam iidem Christiani non ea loca tantum, ad quae conuenire consuerunt, sed alia etiam habuissent noscuntur, ad ius corporis eorum, id est ecclesiarum, non hominum singulorum, pertinentia; ea omnia lege, qua superius comprehendimus^f, circa ullam prorsus ambiguitatem vel controversiam iisdem Christianis, id est, corpori et conuenticulis eorum, reddi iubebis; supra dicta scilicet ratione seruata, ut ii, qui eadem sine pretio, sicut diximus, restituerint, indemnitate de nostra beniuolentia sperent. In quibus omnibus supra dicto corpori Christianorum intercessionem tuam efficacissimam exhibere debebis, ut praeceptum nostrum quantocius compleatur; quo etiam in hoc per clementiam nostram quieti publica consulatione^g tur. Haecenus fiet, ut sicut superius comprehensum est, diuinus iuxta nos fauor, quem in tantis sumus & rebus experti, per omne tempus prospere^h successibus nostris cum beatitudine publica perseueret. Vt autem huius sanctionis beniuolentiae nostrae forma ad omnium possit peruenire notitiam, prolata programmata tuo haec scripta, et ubique proponere, et ad omnium scientiam te perferreⁱ conueniet, ut huius beniuolentiae nostrae sanctio latere non possit.
- 13 His litteris propositis, etiam verbo hortatus est, ut conuenticula in statum pristinum redderentur^k. Sic ab euerfa ecclesia

ti, ecclesiae, eo sensu, quo passim corpora dicuntur collegia et societa-tes artificum. Cell.

f) qua superius comprehendimus] Ita omnes; lego: quam superius comprehendimus. Eusebius: ὄν (νόμον) προεσηγάμεν. Adparet Lactantii et eius temporis stilus n. II. L. 7. Inf. 6. 9: si ab illa rerum summa, quam superius comprehendimus, aberraueris. Bü. n.

g) in tantis - rebu] i. e. in tam multis. Euseb. ἐν πολλοῖς. Saepe dictum ad alios Lactantii libros. In Columbi, Cellarii, Walchii edd. in tantis summis. prae; ubi reliqui recte: in tantis summis rebu. Bü. n.

h) prospere successibus nostris] Tullius: prosperis successibus, vel prospere fluentibus successibus. Heumann. prosperet successus nostros. Lego addita vna littera: prosper ee, id est: prosper esse successibus. Eusebius: ἡ θεία σπρηδὴ - δια παντός τῷ χρόνῳ βεβαίως διαμένει. Bü. n.

i) ad - scientiam perferre] Plin. L. 10. ep 15. (68) hac in notitiam tuam perferre non existimauis. Cyprianus L. 1. ep. 3: in notitiam tuam perferenda. Bü. n.

k) in statum pristinum redderentur] Heumannus scribit: restituerentur. Nihil muto: posuit hic redderentur

fia vsque ad restitutam fuerunt anni decem, menses plus minus quatuor.

XLVIII. Sequenti autem Licinio cum exercitu tyrannum, profugus concessit^a; et rursus Tauri montis angustias petit; munimentis ibidem ac turribus fabricatis iter obstruere conatus est, et inde dextrorsum^b perumpentibus omnia victoribus, Tarsum postremo confugit. Ibi quum iam terra marique perterreretur^c, necvllum speraret refugium, angore animi ac metu confugit ad mortem, quasi ad remedium malorum, quæ Deus in caput eius ingessit. Sed prius cibo se inferfit ac vino ingurgitavit, vt solent hi, qui hoc vltimo se facere arbitrantur^d, et sic hausit venenum. cuius vis, referro stomacho repercussa^e, valere non potuit in præsens: sed in languorem malum versa est pestilentia similem, vt diutius protracto spiritu cruciamenta sentiret. Iam scuire in eum cæperat virus; cuius vis cum præcordia eius vreret^f, infusen-

tur, vt variaret, quia statim restituere sequitur: ad restitutam. Sic c. 24. 9: *Christianos cultui suo reddere - sanctio - religionis restitutæ.* Sollemne præterea scriptoribus nostri æqualibus reddere pro restituere.

Vopiscus in Aureliano c. 17: *Rempublicam in integrum reddidit.* ibidem c. 31: *templum ad eam formam volo, quæ fuit, reddi.* c. 41: *respublica ad eadem reddita fuerat; quæ Salmasius docte interpretatur: in eundem statum restituta.* Idem in Probo c. 6: *quoties rempublicam in antiquum statum reddiderit.* in Caro c. 2: *respublica reddidit se in integrum.* Büñ.

a) *profugus concessit*] cessit Maximinus, loco cessit, non subsistit. Atque in verbo *concessit* ratio est, cur tertio casu præcedat sequenti Licinio. Cell.

b) *inde dextrorsum*] MS. *inde deorsum.* Nurrius p. 359. forte: *de-*

trusus aut *depulsus.* Heumann. *undique versum.* Num: *inde rursum,* syllaba prima de ex priori voce repetita male; an: *inde deorsum,* vna littera eiecta. Büñ.

c) *perterreretur*] Criticus Anonymus, si accurate vidit, in MS. *premeretur,* merito reciperetur. Miror tamen, Baluzium et Nurrium potuisse *perterreretur* ex MS. eodem edere; pro quo malle: *proterreretur,* vt c. 44. (r) Büñ.

d) *vt solent, qui hoc vltimo se facere arbitrantur*] Exempla Iubæ et Petreii Florus 4. c. 2. n. 69. Libonis, Tacitus 2. annal. c. 31. senatorum Capuræ, Liuius 26. c. 14. et aliorum alii præbent. Cell.

e) *vis-repercussa*] MS. *repercussus.* vitiose. mox Heumannus bene corrigit: *malum versum est.* Büñ.

f) *cuius vis -- vreret*] MS. *cuius vi-furens.* prauca. Büñ.

tentabili dolore vsque ad rabiem mentis elatus est; adeo vt per dies quatuor insania percitus ^b haustam manibus terram ² velut esuriens deuoraret. Deinde post multos grauesque cruciatus, quum caput suum parietibus infligeret, exsilierunt oculi eius de caueis. Tunc demum, amisso visu, Deum videre cœpit, candidatis ministris ^k de se iudicantem. Exclamabat ergo sicut ii, qui torqueri solent, et non se, sed alios fecisse dicebat. deinde, quasi tormentis adactus, fatebatur, Christum subinde deprecans et plorans, vt suimet miseretur. Sic inter gemitus, quos, tamquam cremaretur, edebat, nocentem spiritum detestabili genere mortis efflauit.

L.Hoc

g) *insustentabili dolore*] i. e. intolerando, vt elegantius c. 33. 9. dixit. Iam vsus est hoc vocabulo L. 7. Inst. 16. 4: *insustentabili dominatione*. Offendo quoque in Vulg. Versione Orat. Manasf. Libro 2. Paralipp. c. 36. adiunctæ: *quia importabilis est magnificencia gloria tua, et insustentabilis ira comminationis tuae*. Habent quoque mez membranæ h. l. *iusustentabilis ira*, at eadem verba: *quia importabilis est magnificencia gloria tua*, et voces: *comminationis tuae* non agnoscunt, nec Lutherus ea transtulit. Bün.

b) *insania percitus*] Lact. L. 1. Inst. c. 9. 10: *idem furore atque insania percitus*. Baluzio teste in MS. Colb. *percitus* vitioso anagrammate legitur. Bün.

i) *haustam manibus terram*] i. e. effosam. Cæsar. L. 5. B. Gall. 42. 3: *manibus sagulisque terram exhaurire cogebantur*. Statius L. 3. Theb. v. 50. *haustaque arena*, i. e. accepta. vid. Schol. et Barth. p. 685. Bün.

k) *candidatis ministris de se iudicantem*] Verf. Gall. et Angl. quasi: *circumdatum candidatis ministris*. Cuperus: *cum candidatis ministris*, vt Prudent. Peristeph. l. 67: *Christus*

illis candidatis præsides cohortibus. Nurrio noster collineauit ad Candidatorum ordinem, qui senatorius erat, et ex quo Candidati Quæstores et Prætores eligebantur. Plura Nurr. p. 359. sq. Heumannus illa verba omnia atro carbone notat magna fiducia, rescribens pro illis: *crudelitatem iustissime vindicantem*. Satius credo verba MS. retinere, quam coniecturas, quæ haud raro sunt luxuriantis ingenii somnia, sequi. Obuersabatur tyranno Maximino, quod in odium Christianorum *sacerdotes-maximos et pontifices* constituerat, et eos -- CANDIDIS CHLAMYDIBVS ornatos iusserat incedere, atque ita de Christianis iudicare, c. 36. integro: Quid mirum igitur, si conscientia sceleris eidem Maximino similem Dei eiusque ministrorum speciem obiecit, vt in extremis agentibus et furiosis sæpe obigisse constat. Candidus vero vestitus Dei ministris, angelis, sanctis, martyribus ex Lactantii mente conuenit. L. 7. Inst. 2. 6. 5: *transformabit Deus homines in similitudinem angelorum, et erunt CANDIDI, sicut nix*. L. 7. 19. 5: *descendet comitantibus angelis*. Cyprianus Exhort. Mart.

f. 193.

L. Hoc modo Deus vniuersos persecutores nominis sui debellauit, vt eorum nec stirps^a nec radix vlla remaneret. Nam Licinius, summa rerum potitus, in primis Valeriam, quam^{b,c} Maximinus iratus^d ne post fugam quidem, quum sibi videret esse pereundum, fuerat ausus occidere; idem Candidianum^e, quem Valeria ex concubina genitum ob sterilitatem adoptauerat, necari iussit. Mulier tamen, vt cum vixisse cognouit^{f,g}, mutato habitu comitatu eius se miscuit^h, vt fortunam Candidiani specularetur; quia Nicomediaⁱ se obrulerat, et in honore haberi videbatur^k, nihil tale^l metuens occi-

f. 183. dicit: *martyres comitari Christum, quum venire caeperis vindictam de inimicis receptorus, lateri eius adistere, quum sederit iudicaturus*. Dictum: *candidatis ministris*, vt c. 14. 2: *occultis ministris*, Ouid. 4. Trist. 2. 35: *Illo-ministro*. Büñ. a) *nec stirps*] MS. *nec stirpis*. Obseruat: Seruius ad Virg. 1. Aen. v. 587: *stirps et stirpes*. Eius generis, vt hic in MS. plura indicaui ad c. 33. 6. not. (o) *sedis*. Büñ.

b) *Valeriam, quam*] Sic Cuperus, et secundis Curis Baluzius. Scriptum erat *Valerium, quem*, qui nullus in historia est. Sunt, qui Valentem, quem Epitome Victoris post mortem Maximini memorat, intelligant, quod temporibus non conuenit, et refutatum est a Cl. Cuperio, quem consulas. Cell.

c) *Valeriam, quam*] MS. *Valerium, quem*. Prolixe Nurrius hic coniecturas recenset, tandem vero nihil certi posse constitui arbitrat, p. 375-379. Büñ.

d) *iratus*] propter negatum sibi matrimonium. cap. 39. Cell.

e) *Candidianum*] conf. c. 20. n. 4. et Nurr. p. 271. et p. 334. Büñ.

f) *Mulier tamen, vt eum vixisse cognouit*] Mendi suspecta verba, quæ quidem Baluzius seruare conatur, non autem sine ambage, iussisse Licinium necari Candidianum, nec

vero statim mandato esse satisfactum, qua cognita mora Valeriam eodem profectam esse, vt fortunam adolescentis specularetur. Contra it Columbus, et quia *vixisse* latine est mortuum esse, idque cum sequentibus non congruit; legi vult *hoc edixisse*, nempe de tollendo Candidiano. Cell.

g) *eum vixisse*] Columbus legit: *hoc edixisse*. Galeus, Toll. Boherell. Heumann. *vixisse*, hoc est, *victorem discessisse Licinium*. Forte diuise legendum: *vt eum vixisse cognouit*, id est, simul atque cognouit Licinium victorem iuisse siue profectum esse. Nihil frequentius Lactantio, quam contractio: *isse*; hinc *perisse*, *interisse*, *redisse*. Büñ.

h) *comitatu - se miscuit*] Quintil. L. 7. Inst. 2: *aliena se familia venali immiscuisse*. Büñ.

i) *quia Nicomedia se obrulerat*] Criticus Anon. qui *vt Nicomedia se obrulerat*. Heumann. qui *Nicomediam se contulerat*. Forte: *qui ubi (quum) Nicomedia se obrulerat*. Büñ.

k) *in honore haberi videbatur*] tamquam Maximiani augusti filius, ab augusta adoptatus, supra priuati conditionem Nicomediae, in sede imperatorum, efferri videbatur. Cell.

l) *nihil tale metuens*] Heumann. præ-

- 4 occifus est. Et illa, exitu eius audito, protinus fugit. Idem Seueri filium Seuerianum^m, iam ætate robustum, qui fugientem Maximinum fuerat ex acie secutus, tamquam post obitum eius de sumenda purpura cogitasset, capitali sententiæ
 5 subiectum interemit. Qui omnes Licinium iam pridem, quasi malum metuentesⁿ, cum Maximino esse maluerant, præ Valeria^o, quæ nolens Licinio in omnes p. 9 Maximiani hereditates iure suo cedere, idem Maximino negauerat. Ipsi
 6 quoque Maximini filium [suum] maximum^r agentem [in] annis octo^t, et filiam septennem, quæ desponsa fuerat Candidi-

præmisso puncto: *At nihil tamen metuens.* Bün.

m) *Seuerianum*] De hoc Nurrius p. 339. Bün.

n) *quasi malum metuentes*] Verf. Angl. *quasi malum hominem.* Græuius: *quasi emulum.* Tollius: *quasi iratum.* Heumann. timidiuscule: *quasi immitem.* Bauldrius suspicatur, locutionem esse e medio petitam, qualis ista Gallorum: *Il le craignoit comme la peste.* Certe nihil hic mutandum. Adparet stilus veterum.

Notauit ad Lactantii L. i. Inst. 19. 5. not. (h) *metuebant enim malum - si facerentur, quod erat verum.* Cicero L. i. Leg. c. 14: *quod metuat, ne emanet, id est, ne MALVM habeat.* Alia, ubi malum pro pœna positum, collegerunt Gronouius ad Senec. i. de Ira c. 16. p. 36. et Cortius ad Salust. Iugurth. c. 100. p. 870. Bün.

o) *præ Valeria*] Heumannus manifestum putat scribi oportere: *excepta Valeria.* Propius corrigere potuisset: *præter Valeriam.* Bün.

p) *qua nolens Licinio in omnes*] Sic legendum; non *volens*, quod sensui et prioribus repugnat. Noluisset enim Valeria Galerii Maximiani, mariti sui, hereditates Licinio cedere, qui eam ante ductam Constantini forem, in vxorem petierat, quod in-

de probabile videtur, quia putauit illa, se tutius moraturam in partibus Maximini, eo maxime, quod haberet uxorem. cap. 39. Cell.

q) *qua nolens Licinio*] MS. *qua VOLENTI Licinio*] Non male, ut cenfet Nurrius p. 272. hunc sensum eliciens: Licinium voluisse in omnes inuadere Galerii hereditates atque idcirco Valeriam confestim ab eo fugisse; ut ad Maximinum, qui vxorem habebat, sese tutius reciperet. Bün.

r) *Maximini filium suum maximum*] Nurrius hic multa disputans p. 362-364. nihil definire potest neque negare librarii imperitiam. Lego cum Heumanno: *suum maximum.* Bün.

s) *Maximini filium suum maximum agentem*] Prauatus locus. Bohercklus delet pronomen *suum*, quod plane alienum est: Tollius legit, *suum maxime agentem annos octo*: Th. Gale ita: *nati maximum, agentem annos octo*, quæ commodissima videtur lectio. Cell.

t) *agentem in annis octo*] Gall. Toll. Cell. corrigunt: *agentem annos octo.* Miror, inquit Heumannus, & Cellario probari correctionem Galei. Non enim Latini dicunt: *agere annos octo*, sed *annos octauum.* At Lactantii

didiano, extinxit. Sed prius mater eorum in Orontem * * præcipitata est: ibi sæpe illa castas feminas mergi iusserat. Sic omnes impii vero et iusto iudicio Dei eadem, quæ fecerant, receperunt *.

LI. Valeria quoque, per varias prouincias quindecim mensibus plebeio cultu peruagata, postremo apud Thesalonicam cognita, comprehensa cum matre *, pœnas dedit. Ductæ igitur mulieres cum ingenti spectaculo et miseratione tanti casus ad supplicium; et amputatis capitibus, corpora earum in mare abiecta sunt. Ita illis pudicitia et conditio^b exitiæ fuit.

LII.

stantii xuo, quod Lexica non obseruarunt, sæpe dixerunt *agere annos* tot. Sic Iul. Capitolinus in M. Antonino Philosophi. c. 5. *decem et octo annos agens*. In Gordianis tribus c. 15: *filium quadraginta et sex annos agentem*, in Gord. tertio c. 22. *paruum annos agentem undecim - tredecim - sedecim*. Immo nec esse in annis tot abhorruerunt: Inscriptioni veteri apud Columbum: *Egit vitam in annis LVIII. in pace*, addo Augustinum ex L. 9. Confesf. c. 6. n. 14. quum ESSET IN ANNIS SEDECIM, idem quoque de se ipso L. 1. Soliloq. c. 10. 17. vt ante probaui dixit: *quum triginta tres annos agam*. Bün.

u) *mater eorum in Orontem*] vxor Maximini Daze, mater filii octennis et filix septennis, in Orontem, Syriæ fluuium, Antiochiæ incenia præterlabentem, præcipitata. *Orontem* autem eruditi legunt, vbi scriptum erat *orientem*. Cell.

x) *in Orontem*] MS. in *Orientem*. Quæ lectio etfi quodammodo defendi posset, vt Cuperus inter Columbi notas p. 321. sq. multis docet, quem non nominatum Nurrius p. 364. sequitur; tamen malunt hic doceri: *in Orontem*. Bün.

y) *ibi*] malle cum Critico Anon. et Heumanno: *vbi*. sæpe hæc confunduntur. Bün.

z) *Sic omnes impii - eadem, quæ fecerant, receperunt*] Producam hic testimonium plane eximium; ex quo puto adparere, Hieronymo hunc nostrum librum de Mortibus Persecutorum fuisse lectum; ita enim scribit Hieronymus Commentar. in Zachariam c. 14. f. m. 285: *Nos autem dicemus, omnes perfectores, qui adflixerunt ecclesiam Domini, vt taceamus de futuris cruciati- bus, etiam in presenti saculo recepisse, quæ fecerint. Legamus ecclesiasticas historias, quid Valerianus, quid Decius, quid Diocletianus, quid Maximianus, quid sanissimus omnium Maximinus et nuper Iulianus passus sint - quod computruerint carnes eorum, et oculi contabuerint, et lingua in pedorem et saniem disoluta sit*. Bün.

a) *comprehensa cum matre*] cum matre Prisca, Diocletiani vxore, de qua et filia Valeria sæpe laudatus Cuperus consularur ad cap. 50. Cell.

b) *et conditio*] MS. *conditioni*. vitiose. *Conditio* est dignitas Augustarum illustrissima. Bün.

a) quæ

- 1 LII. Quæ omnia secundum fidem scientium ^a loquor; ita vt gesta sunt mandanda litteris credidi; ne aut memoria tantarum rerum interiret, aut si quis historiam scribere voluisset, [non] corrumpere veritatem ^{b, c}, vel peccata illorum aduersum Deum, vel iudicium Dei aduersus illos reticendo.
- 2 Cuius æternæ pietati ^d gratias agere debemus, qui ^e tandem respexit in terram, quod gregem suum partim vastatum a lupis rapacibus, partim vero dispersum, reficere ac recolligere dignatus est, et bestias malas ^f extirpare, quæ diuini gregis
- 3 pascua protriuerant, cubilia dissipauerant. Vbi sunt modo magnifica ^g illa et clara per gentes Iouiorum et Herculiorum cognomina ^h, quæ primum a Dioclete ac Maximiano insolenter adsumta, ac postmodum ad successores eorum ⁱ translata viguerunt ^j? nempe ^k deleuit ea Dominus ^l, et erasit de

terra

a) *qua omnia secundum fidem scientium loquor*] MS. *qua omnia secundum FINEM, scienti enim loquor*. Finis hic esset, vt præter rerum veritatem de peccatis persequentium, Deique in eos vindicta et iudicio constaret, vt statim sequitur: *Scienti enim, puta: Donato loquor*. conf. c. 16. 3. Heumannus tentat: *secundum fidem et scientiam ita, vt gesta sunt* etc. ad ductus propius esset: *qua omnia secundum fidem scientiamque, ita*. conf. Epit. c. 13. princ. Sic Vopiscus in Aurel. c. 20: *epistolam indidi ad fidem rerum*. Büñ.

b) *non corrumpere veritatem*] Quia præcescit *ne*, superfluum non est, a librario forte adiectum. *Columb. et Boherell.*

c) *corrumpere veritatem*] Vt L. 3. Inst. 1. 3: *veritas corrumpitur*. Mox MS. *præue: vel specta*. Büñ.

d) *æterna pietati*] Heuman. *pæterna*. Vt MS. sic L. 4. 17. 17: *pro æterna sua pietate*. Büñ.

e) *qui tandem*] Lego cum Heumanno: *quod tandem*, Büñ.

f) *a lupis rapacibus - bestias malas*] Vt L. 5. Inst. 23. 3 - 4: *bestias malas*

- voracibus lupis. Ouidius L. 4. Trist. l. 79 - 80. *vt rapax - lupus*. Büñ.

g) *magnifica illa*] MS. *magnificentia illa*. Büñ.

h) *Iouiorum et Herculiorum cognomina*] Tamquam ab Ioue et Hercule genus ducerent, Diocletianus Iouius, Aurelius Maximianus Herculeus, adpellari voluerunt. Inscr. Grut. p. 199:

DD. NN. AETERN. IMPP. C. AVRE. VALERIO IOVIO DIOCLETIANO ET M. AVR. VALERIO ERCVLEO MAXIMIANO

PIIS FEL. SEMPER AVGG. Cell.

i) *ad successores eorum translata*] Quia Galerius, Maximinus et Licinius Iouii cognomen vsurparunt: Constantius et Constantinus nonnumquam *Herculii*. Vide Vales. ad Euseb. H. E. lib. 9. cap. 9. et, qui hæc curatus persecutus est virum summum Henr. Noris de Liciniano nummo c. 1. p. 56: *Cell.*

k) *nempe*] Ita post interrogationes vtitur noster *voculis vtrique, scilicet, nempe*. vid. Epit. c. 11. 2-3. Büñ.

l) *deleuit ea - de terra*] L. 5. 18. 14: *cuius nomen - de familia deleatur*. Büñ.

m) *pa-*

terra. Celebremus igitur triumphum Dei cum exultatione; victoriam Domini cum laudibus frequentemus; diurnis nocturnisque precibus celebremus, ut pacem^m, post annos decem plebi suæ datam, confirmet in sæculum. Tu præcipue, Donate carissime, qui a Deo mereris audiriⁿ, Dominum deprecare, ut misericordiam suam seruet etiam^o p^r famulis suis propitius ac mitis, ut omnes insidias atque impetus diaboli a populo suo arceat, ut florentis ecclesiæ perpetuam quietem^r custodiat.

L.A.

m) *pacem-datum*] Vt L. 5. 13. 10. *data pace*, i. e. tranquillitate ecclesiæ. Bün.

n) *mereris audiri*] i. e. exaudiri, ut L. 6. 13. 1. not. *an sis dignus audiri*. Bün.

o) *seruet etiam famulis*] Boherello suspectum *etiam*: substituit, quod efficacius est, *eternam*. Cell.

p) *etiam*] Heumann. *et maneat*. Bün.

q) *ut florentis ecclesiæ perpetuam quietem*] Clarissimi Viri Nic. Hein. sius, I. G. Græuius, et Io. Colum-

bus ita poni iubent, quod scriptum erat: *florescentes ecclesiæ perpetua quiete*. Cell.

r) *ut florentis ecclesiæ perpetuam quietem*] Non ut Cellarius vult, sed peius, ut ex Baluzio et Nurrio constat, in MS. legitur: *ut florentes ecclesiæ perpetua quiete custodiat*. Heumann. *perpetuo*. Retinui Græuii ab Heinsio etc. comprobata lectio-nem: *perpetuam*, ut sæpe in Lactantio; interpretor: *continuatam*, non *corruptam*. Bün.



Bbbbb

*) Mire

LACTANTII SYMPOSIUM.

PROLOGVS.

Hoc quoque Symposium lusi* de carmine inepto.
 Sic tu, Sexte, doces, sic te deliro magistro,
 Annua Saturni dum tempora festa redirent
 Perpetuo semper nobis solennia ludo.
 Post epulas lætas, post pocula dulcia mensæ
 Deliras inter vetulas puerosque loquaces
 Quum streperet late madidæ facundia linguæ,
 Tum verbosa cohors studio sermonis inepti
 Magno, nescio quas, pasfim de carmine nugas
 Est meditata: diu sic friuola multa locuta est.

10

Nec

*) Mire lusere docti in legendo
 primo versu. Vulgatæ antea editio-
 nes:

*Hæc quoque Symposius de car-
 mine lusit inepto.*

Celeberrimus GESNERVS:

*Hoc quoque Symposium de
 carmine LVSVS inepto.*

Heumannus:

*Hoc quoque Symposium lusi de carmi-
 ne inepto.*

Ludam et ego in re ludicra, at-
 que tentabo ex lusu verum elicere.
 Capiti versus salutem dedit Heu-
 mannus, quum ex patre fecit natum:
 ego iam tentabo pedem curare, non
 nescius pedum morbum esse sæpe in-
 finabilem. Ex voce LVSIT procudo
 iustum lusum horum Symposiacorum
 auctorem, propitia vtinam Lu-
 cina, hoc modo:

*Hoc quoque Symposium de car-
 mine Lucii inepto.*

Manent fere iidem litterarum du-
 ctus, quales in antiquis MSS. esse
 solent, vbi LVSIT et LVCI parum
 differunt. Ita manet planissimus sen-
 sus: *Hoc quoque Symposium est de car-*

mine inepto Lucii. Cetera nomina
 productiora Cæcillii, Firmiani, La-
 ctantii, versus huius ratio non ita
 commode admisisset. Præterea quid
 notius, quam veteres suis prænomi-
 nibus in scriptis sæpe vti? Nonne fre-
 quentius MARCI et TVLLII quam
 Ciceronis nomen? Nonne ipsius La-
 ctantii liber de Mortibus Persecuto-
 rum in MS. vniuo sub nomine LV-
 CII CECILII solo adparet? Nunc for-
 te rectius quam BESSELIVS possem
 pronuntiare: *Veterum sequitur mo-
 rem, qui nomen suum initio operis pro-
 fitabantur.* Sic Lactantius de Sibylla
 L. 1. Inst. 6. 13: *Sibylla Erythraa no-
 men suum verum carmini inseruit et
 Erythraam se nominat.* Si quis cre-
 dere mallet, hæc centum ænigmata
 partem tantum Symposii continere,
 testantur enim Gyraldus et Vossius
 de codicibus plenioribus, posset vul-
 gatam lectionem retinere hoc sensu:

*Hæc quoque Symposius de car-
 mine Lucii inepto.*

i. e. hæc quoque epigrammata cen-
 tum sunt pars de LVCI carmine in-
 epto Symposii. *Bün.*

Nec mediocre fuit magni certaminis instar,
 Ponere de versu vel soluere quæque vicissim.
 Ast ego ne solus fæde tacuisse viderer,
 Qui nihil attulerim mecum, quod dicere possem,
 Hos versus feci subito de carmine. Voces
 Infanas inter sanum non esse necesse est.
 Da veniam, lector, quod non sapit ebria Musa.

AENIGMA I. GRAPHIVM siue STYLVS.

De summo planus, sed non ego planus in imo.
 Versor vtrinque manu, diuersa et munera fungor.
 Altera pars reuocat, quicquid pars altera fecit.

II. ARVND.

Dulcis amica Dei, ripæ vicina profundæ,
 Suaue canens Musis, nigro perfusa colore,
 Nuntia sum linguæ digitis stipata ministris.

III. ANNVLVS CVM GEMMA.

Corporis extremi non magnum corpus adhæsi
 Ingenitum dicas: ita pondere nemo grauatur,
 Vna tamen facies plures habitura figuras.

III. CLAVIS.

Virtutes magnas de viribus affero paruis.
 Pando domos clausas: iterum præcludo patentes,
 Seruo domum domino: sed rursus seruor ab ipso.

V. CATENA.

Nexa ligor ferro multos habitura ligatos.
 Vincior ipsa prius, sed vincio vincita vicissim.
 Exsolui multos, nec sum tamen ipsa soluta.

VI. TEGVLA.

Terra mihi corpus, vires mihi præstitit ignis,
 Estque domus tecto sedes mihi semper in alto,
 Et me perfundit, qui me cito deserit, humor.

VII. FVMVS.

Funduntur lacrymæ, sed non est causa doloris.
 Est iter ad cælum, sed me grauis impedit aer.
 Et qui me genuit, sine me non nascitur ipse.

Bbbbb a

VIII.

VIII. NEBVLA.

Nox ego sum facie, sed non sum nigra colore:
 Inque diem mediam tenebras tamen affero mecum:
 Nec mihi dant stellæ lucem, nec Cynthia lumen.

VIII. PLVVIA.

Ex alto venio, longa delapsa ruina.
 De cælo cecidi medias transmisfa per auras:
 Et finus, effudit qui me prius, ipse recepit.

X. GLACIES.

Vndâ fui quondam, quod me cito credo futuram:
 Nunc rigidi cæli duris connexa catenis
 Nec calcata pati possum, nec nuda teneri.

XI. FLVMEN ET PISCIS.

Est domus in terris, clara quæ voce resultat:
 Ipsa domus resonat, tacitus sed non sonat hospes;
 Ambo tamen currunt, hospes simul et domus vna.

XII. NIX.

Pulvis aquætenuis modico cum pondere lapsus,
 Sole madens, æstate fluens, in frigore ficcus,
 Flumina facturus totas prius occupo terras.

XIII. NAVIS.

Longa feror velox formosæ filia filuæ
 Innumera pariter comitum stipante caterua:
 Curro vias multas vestigia nulla relinquens.

XIII. PVLLVS IN OVO.

Mira tibi referam nostræ primordia vitæ.
 Nondum natus eram, nec eram tum matris in aluo:
 Iam posito partu natum me nemo videbat.

XV. VIPERA.

Non possum nasci, si non occidero matrem.
 Occidi matrem: sed me manet exitus idem.
 Id mea mors faciet, quod iam mea fecit origo.

XVI. TINEA.

Litera me pavit, nec quid sit litera, noui.
 In libris vixi, nec sum studiosior inde.
 Exedi Musas, nec adhuc tamen ipsa profeci.

XVII.

XVII. ARANEA.

Pallas me docuit texendi nosse laborem.
 Nec pepli radios poscunt, nec licia telæ.
 Nulla mihi manus est: pedibus tamen omnia fiunt.

XVIII. COCHLEA.

Porto domum mecum, semper migrare parata,
 Mutatoque solo non sum miserabilis exul,
 Sed mihi conchylium de cælo nascitur ipso.

XVIII. RANA.

Rauca sonans ego sum media vocalis in vnda:
 Cumque canam semper, nullus mea carmina laudat.
 Sic vox laude caret, quæ se laudauerit ipsa.

XX. TESTUDO.

Tarda gradu lento, spatioso prædita dorso,
 Viua nihil dixi: sed sæuo perdita fato
 Docta fui studio, quæ sic modo mortua canto.

XXI. TALPA.

Cæca mihi facies, atris obscura tenebris.
 Nox est ipsa dies, nec sol mihi cernitur vllus.
 Malo regi terra: sic me quoque nemo videbit.

XXII. FORMICA.

Prouida sum vitæ, duro non pigra labori.
 Ipsa ferens humeris securæ præmia brumæ:
 Nec gero magna simul, sed congero multa vicissim.

XXIII. MVSCA.

Improba sum, fateor, quid enim gula turpe veretur?
 Frigora vitabam, quæ nunc æstate reuertor:
 Sed cito submoueor falso conterrita vento.

XXIII. CVRCVLIO.

Non bonus agricolis, non frugibus vtilis hospes:
 Non magnus forma, non recto nomine dictus:
 Non gratus Cereri, non paruam infumo faginam.

XXV. MVS.

Parua mihi domus est, sed ianua semper aperta.
 Exiguo sumtu furtiua viuo fagina.
 Quod mihi nomen inest, Romæ quoque consul habebat.

XXVI. GRVS.

Litera sum cæli penna perscripta volanti, ^A
 Bella cruenta gerens volucris discrimine Martis,
 Nec vereor pugnas, dum non fit longior hostis.

XXVII. CORNICVLA.

Viuo nouem vitas, si non me Græcia fallit:
 Atraque sum semper nullo compulsa dolore:
 Et non irascens vltro conuicia dico.

XXVIII. VESPERTILIO.

Nox mihi dat nomen primo de tempore noctis.
 Pluma mihi non est, cum sit mihi penna volantis
 Desideo in tenebris, nec me committo diebus.

XXVIII. ERICIVS.

Plena domus spinis, parui sed corporis hospes,
 Incolumi dorso telis confixus acutis.
 Sustinet armatas segetes habitator inermis.

XXX. PEDICVLI.

Est noua notarum cunctis captura ferarum,
 Vt, si quid capias, id tu tibi ferre recuses,
 Et, quod non capias, tecum tamen ipse reportes.

XXXI. PHOENIX.

Vita mihi mors est: morior, si cæpero nasci:
 Sed prius est fatum, lætæ quam lucis origo.
 Sic solus Manes ipsos mihi dico parentes.

XXXII. TAVRVS.

Mæchus eram Regis, sed lignea membra sequebar:
 Et Cilicum mons sum, sed non hoc nomine solo:
 Et vehor in cælis: et in ipsis ambulo terris.

XXXIII. LVPVS.

Dentibus infans, ego sum, qui vinco bidentes,
 Sanguineas prædas quærens victusque cruentos
 Multa cum rabie: vocem quoque tollere possum.

XXXIII. VVLPE.

Exiguum corpus, sed cor mihi corpore maius.
 Sum versuta dolis, arguto callida sensu.
 Et fera sum sapiens, sapiens fera siqua vocatur.

XXXV.

XXXV. CAPRA.

Alma Iouis nutrix, longo vestita capillo,
 Culmina difficili peragrans super ardua gresu.
 Custodi pecoris tremula respondeo lingua.

XXXVI. PORCVS.

Setigeræ matris fœcunda natus ab aluo,
 Desuper ex alto virides exspecto faginas,
 Nomine Numen habens, si litera prima periret.

XXXVII. MVLA.

Disfimilis patri, matri diuersa figura:
 Confusi generis, generi non apta propago.
 Ex aliis nascor, nec quisquam nascitur ex me.

XXXVIII. TIGRIS.

A fluuio dicor, fluuius vel dicitur ex me:
 Iunctaque sum vento, vento velocior iplo.
 Et mihi dat ventus natos, nec quæro maritum.

XXXVIII. CENTAVRVS.

Quattuor insignis pedibus, manibusque duabus,
 Disfimilis mihi sum, quia sum non vnus et vnus:
 Et vehor et gradior, quia me duo corpora portant.

XXXX. PAPAVER.

Grande mihi caput est, intus sunt membra minuta:
 Pes vnus solus, sed pes longissimus vnus:
 Et me somnus amat, proprio nec dormio somno.

XXXXI. MALVA.

Anseris esse pedes similes mihi, nolo negare:
 Nec duo sunt tantum, sed plures ordine cernis:
 Et tamen hos ipsos omnes ego porto supinos.

XXXXII. BETA.

Tota vocor Græce, sed non sum tota Latine:
 Ante tamen mediam cauponis scripta tabernam.
 In terris nascor, lympha lauor, vngor oliuo.

XXXXIII. CVCVRBITA.

Pendeo dum nascor: rursus, dum pendeo, cresco.
 Pendens commoueor ventis, et nutrior vndis.
 Pendula si non sim, non sum iam iamque futura.

XXXXIII. CEPA.

Mordeo mordentes, vltro non mordeo quemquam.
 Sed sunt mordentem multi mordere parati:
 Nemo timeret morfum, dentes quia non habeo villos.

XXXXV. ROSA.

Purpura sum terræ pulchro perfusa colore,
 Septaque, ne violer, telis defendor acutis.
 O felix, longo si possem viuere fato!

XXXXVI. VIOLA.

Magna quidem non sum, sed inest mihi maxima virtus.
 Spiritus est magnus, quamuis in corpore paruo.
 Nec mihi germen habet noxam, nec culpa ruborem.

XXXXVII. TVS.

Dulcis odor nemoris flamma fumoque fatigor:
 Et placet hoc superis, medios quod mittor inignes,
 Cum mihi peccandi meritum natura negarit.

XXXXVIII. MYRRHA.

De lacrymis et per lacrymas mea cœpit origo.
 Ex oculis fluxi, sed nunc ex arbore nascor.
 Lætus honor frondis, tristis sed imago doloris

XXXXVIII. EBVR.

Dens ego sum magnus, populis cognatus Eris.
 Nunc ego per partes in corpora multa recessi:
 Nec remanent vires, sed formæ gratia mansit.

L. FOENVM.

Herba fui quondam viridi de gramine terræ,
 Sed chalybis duro mollis præcisa metallo,
 Mole premor propria, tecto conclusa sub alto.

LI. MOLA.

Ambo sumus lapides, vna sumus ambo iacentes,
 Quam piger est vnus, tantum non est piger alter
 Hic manet immotus: non definit ille moueri.

LII. FARINA.

Inter saxa fui, quæ me contrita premebant:
 Vix tamen effugi totis collisa medullis;
 Et nunc forma mihi minor est, sed copia maior.

LIII.

LIII. VITIS.

Nolo thoro iungi, quamvis placet esse maritam.
 Nolo verum thalamo: per me mea nata propago est.
 Nolo sepulcra pati: scio me submergere terræ.

LIIII. HAMVS.

Exiguum corpus, flexu mucronis ad vncum,
 Fallaces escas medio circumfero fluctu:
 Blandior, vt noceam: morti præmitto saginam.

LV. ACVS.

Longa, sed exilis, tenui producta metallo,
 Mollia duco leui comitantia vincula ferro:
 Et faciem læsis, et nexum reddo solutis.

LVI. LINVM.

Maior eram longe quondam, dum vita manebat:
 Sed nunc exanimis lacerata, ligata, reuulsa,
 Dedita sum terræ, tumulo sed condita non sum.

LVII. CLAVVS CALIGARIS.

In capite ingredior, quia de pede pendeo solo:
 Vertice tango solum: capitis vestigia signo:
 Sed multi comites casum patiuntur eundem.

LVIII. CAPILLVS.

Findere me nulli posunt, præcidere multi.
 Sed sum verficolor, albus quandoque futurus.
 Malo manere niger: minus vltima fata verebor.

LVIII. PILA.

Non sum cincta comis, et non sum comta capillis,
 Intus enim crines mihi sunt, quos non videt vllus,
 Meque manus mittunt, manibusque remittor in auras.

LX. SERRA.

Dentibus innumeris sum toto corpore plena:
 Frondi comam sobolem morstu depascor acuto:
 Mando tamen frustra, quia respuo præmia dentis.

LXI. PONS.

Stat nemus in lymphis, stat in alto gurgite sylua,
 Et manet in mediis vndis immobile robur.
 Terra tamen mittit, quod terræ munera præstat.

B b b b b 5

LXII.

LXII. SPONGIA.

Ipsa grauis non sum, sed aquæ pondus mihi inhæret;
Viscera tota tument patulis diffusa cauernis.

Intus lymphæ later, sed non se sponte profundit.

LXIII. TRIDENS.

Tres mihi sunt dentes, vnus quos continet ordo:

Vnus præterea dens est et solus in imo:

Meque tenet Numen, ventus timet, æquor adorat.

LXIII. SAGITTA.

Septa graui ferro, leuibus circumdata pennis,

Aera per medium volucris contendo meatu,

Misistaque discedens nullo mittente reuertor.

LXV. FLAGELLVM.

De pecudis dorso pecudes ego terreo cunctas,

Obsequio cogens moderati lege doloris:

Nec volo contemni, sed contra nolo nocere.

LXVI. LATERNA.

Cornibus apta cauis, tereti perlucida gyro,

Lumen habens intus diuini fideris instar,

Noctibus en mediis faciem prope reddo dierum.

LXVII. SPECVLAR.

Perpicior penitus, nec luminis arceo visus,

Transmittens oculos intra mea membra meantes:

Nec me transit hiems, sed sol tamen emicat in me.

LXVIII. SPECVLVM.

Nulla mihi certa est, nulla est peregrina figura:

Fulgor inest intus, radianti luce corruscans,

Qui nihil ostendit, nisi si quid viderit ante.

LXVIII. CLEPSYDRA.

Lex bona dicendi, lex quoque sum dura tacendi.

Do linguæ frenos auidæ sine fine loquendi,

Ipsa fluens, dum verba fluunt, vt lingua quiescat.

LXX. PVTEVS.

Merfa procul terris in cespite lymphæ profundo.

Non nisi perfossis possum procedere terris,

Et trahor ad superos alieno ducta labore.

LXXI. TVBVS.

Truncum terra tegit, latitant in cespite lymphæ:
 Alueus est modicus, qui ripas non habet vllas.
 In ligno vehitur medio, quod ligna vehebat.

LXXII. FOLLIS.

Non ego continuo morior, dum spiritus exit.
 Nam redit asfidue, quamuis mihi sæpe recedit.
 Et mihi nunc magna est animæ, nunc nulla facultas.

LXXIII. LAPIS.

Deucalionis ego crudeli sospes in vnda.
 Affinis terræ, sed longe durior illa.
 Litera decedat: volucris quoque nomen habeo.

LXXIII. CALX.

Euasi flammæ, ignis tormenta profugi.
 Ipsa medela meo pugnat contraria fato.
 Ardeo de lymphis; mediis incendor in vndis.

LXXV. SILEX.

Semper inest intus, sed raro cernitur ignis.
 Intus enim latitat, sed solos prodit ad ictus;
 Nec lignis, vt viuat, eget, nec, vt occidat, vndis.

LXXVI. ROTAE.

Quattuor æquales currunt ex arte sorores
 Sic quasi certantes, quum sit labor omnibus vnus;
 Et prope sunt pariter, nec se contingere possunt.

LXXVII. SCALAE.

Nos fumus, ad cælum quæ tendimus alta petentes,
 Concordi fabrica, quas vnus continet ordo,
 Vt simul hærentes per nos scandatur ad auras.

LXXVIII. SCOPA.

Mundi magna parens, laqueo connexa tenaci,
 Iuncta solo plano, manibus comprehensa duabus,
 Ducor vbique sequens, et me quoque cuncta sequuntur.

LXXVIII. TINTINNABVLVM.

Aere rigens curuo patulum componor in orbem:
 Mobilis est intus linguæ crepitantis imago.
 Non resonat positus, motus quoque sæpe resultat.

LXXX.

LXXX. CONDITVM.

Tres olim fuimus, qui nomine iungimur vno.
 Ex tribus est vnus, tres et miscentur in vno,
 Quisque bonus per se: melior qui continet omnes.

LXXXI. ACETVM EX VINO.

Sublatum nihil est, nihil est extrinsecus auctum:
 Nec tamen inuenio, quod in isto vase reliqui.
 Quod fuerat, non est: cœpit, quod non erat, esse.

LXXXII. MALVM.

Nomen habens Græcum, contentio magna dearum,
 Fraus iuuenis pulchri, multarum cura sororum,
 Excidium Troiæ, cui bella cruenta parauit.

LXXXIII. PERNA.

Nobile duco genus magni de gente Catonis.
 Vna mihi soror est, plures licet esse putentur.
 De fumo facies, sapientia de mare nata est.

LXXXIII. MALLEVS.

Non ego de toto mihi vindico corpore vires,
 Sed capitis pugna nulli certare recuso.
 Grande mihi caput est: totum quoque corpus in illo.

LXXXV. PISTILLVS.

Contero cuncta simul virtutis robore magno.
 Vna mihi ceruix, capitum sed forma duorum.
 Pro pedibus caput est: nam cætera corporis absunt.

LXXXVI. STRITILIS. (STRIGELIS.)

Rubida, curua, capax, alienis humida guttis,
 Luminibus falsis auri mentita colorem,
 Dedita sudori, modico succumbo labori.

LXXXVII. BALNEVM.

Per totas ædes innoxius introit ignis:
 Est calor in medio magnus, cui nemo ferendo.
 Non est nuda domus, sed nudus conuenit hospes.

LXXXVIII. TESSERA.

Dedita sum semper voto, non certa futuri:
 Iactor in ancipites varia vertigine casus,
 Nunc ego mœsta malis, nunc rebus læta secundis.

LXXXVIII.

LXXXVIII. PECVNIA.

Terra fui primo latebris abscondita terræ:
 Nunc aliud pretium flammæ nomenque dederunt.
 Nec iam terra vocor, licet ex me terra paretur.

LXXXIX. MULIER GEMINOS PARIENS.

Plus ego sustinui, quam corpus debuit vnum.
 Tres animas habui, quas omnes intus habebam,
 Discescere duæ, sed tertia pæne secuta est.

LXXXX. MILES PODAGRIVS.

Bellipotens olim sæuis metuendus in armis
 Quinque pedes habui: quod quamquam nemo negavit,
 Nunc mihi vix duo sunt: inopem me copia fecit.

LXXXXI. LVSCVS ALLIVM VENDENS.

Cernere iam fas est, quod vix tibi credere fas est.
 Vnus inest oculus, caput sed millia multa.
 Qui, quod habet, vendit, quod non habet, vnde parabit?

LXXXXII. FVNAMBVLVS.

Inter luciferum cælum terrasque iacentes
 Aera per medium docta meat arte viator:
 Semita sed brevis est, pedibus nec sufficit ipsis.

LXXXXIII.

Nunc mihi iam credas, fieri quod posse negatur.
 Octo tenes manibus, sed me monstrante magistro
 Sublatis septem reliqui tibi sex manebunt.

RESOLVTIO.

Octo tenes globulos manu, vel etiam manibus, id est, singulis manibus octo. En tollo septem vel septenos ex octo illis globulis. Nonne remanent sex, vnus nempe globulus et connumerandi ei quinque digiti manus globum tenentis?

LXXXXIV. VMBRA.

Insidias nullas vereor de fraude latenti,
 Nam Deus attribuit talis mihi munera formæ,
 Quod me nemo mouet, nisi qui prius ipse mouetur.

LXXXXV. ECHO.

Virgo modesta nimis legem bene seruo pudoris.

Ore

Ore procax non sum, nec sum temeraria lingua.
Vltro nolo loqui, sed do responsa loquenti.

LXXXVII. SOMNVS.

Sponte mea veniens varias ostendo figuras.
Fingo metus vanos nullo discrimine vero.
Sed me nemo videt, nisi qui sua lumina claudit.

LXXXVIII. MONVMENTVM.

Nomen habens hominis post vltima fata remansi.
Nomen inane manet, sed dulcis vita profugit.
Vita tamen superest multis post tempora vitæ.

LXXXVIII. ANCORA.

Mucro mihi geminus ferro coniungitur vnco.
Cum vento luctor, cum gurgite pugno profundo.
Scrutor aquas medias: ipsas quoque mordeo terras.

C. OLLA.

Mater erat tellus, genitor fuit ipse Prometheus;
Auriculæque regunt redimitæ ventre cauato.
Dum cecidi infelix, mater mea me diuisit.

LACTANTII ^{a. b.} FIRMIANI,

VT CREDITVR:

SIVE VETERIS CUIVSDAM POETAE

CARMEN DE PHOENICE.

Est

a) LACTANTII] Huius carminis auctor multis incertus est ac dubius. Barthius suspicatur Venantii Fortunati esse; Sirmondus Theoduli. Sed nitor eius utique temporum meliorum est, quibus imitatio veterum poetarum maiori curæ fuit quam istorum suo. Cum vero MSS. libri, laudati ab Heinsio, Lactantio Firmiano nominatim tribuant; nihil admodum impediuntur alii, quo minus eidem adscribant. Quod si liberius videatur, quam dignum Lactantio aut Christiano est, ætatis

forte excusationem habet, tamquam ab iuvene scriptum, cum cetera maturioris ætatis, aut senectutis etiam sint opera. Vir magno iudicio Nicolaus Heinsius, Lactantii genuinum in eo fetum agnoscit et prædicat. Nos nihil definimus. *Cell.*

b) Lactantii] Petrus Lambecius in Commentar. de Biblioth. Cæs. Vindob. L. 2. c. 8. p. 788. sq. n. LXXXIII. censet, hoc carmen excitationis poeticæ causâ a LACTANTIO adhuc iuvene et ethnico compositum, atque, ut in margine restatur,

Est locus in primo felix oriente remotus^c;
 Qua patet æterni maxima porta poli^{d. e}:
 Nec tamen^f æstiuos, hiemisque propinquus ad ortus;
 Sed qua^g sol verno fundit ab axe diem.

Illic

tur, in eo Xystum Betuleium et Aub. Miræum sequitur; eadem opinio verisimillima videtur Io. Alb. Fabricio Biblioth. Lat. p. 678. 679. conf. Placcii Theatrum in Pseudonym. n. 1525. ed. nouisf. f. 410. Barthius suam quoque sententiam revocavit et Lactantio ob eloquentiam adscribit, in quorum sententia adquiesco. Ittigius facit cum Sirmondo et Theodulfo tribuit in sua Bibliotheca Patrum ad Clementis Epist. 1. ad Corinth. p. 47. Buchnerus ad Hymnum de Resurrectione, qui sequitur p. 1. et 2. auctorem non definit, sed Lactantii esse negat. idem fecit Iac. Thomasius in dist. VIII. qua *Phœnicem* a p. 78. ad p. 155. doctè descripsit. Laudatus Fabricius in Vol. III. Bibl. Lat. p. 271. ad pag. 678. obseruat, Nic. Agar dum, admodum iuuenem, nonnulla huius carminis illustrasse Hafniz 1647. in 4. et Nic. Alardum hunc de Nido Phœnicis ex Lactantio 1647. 4. scripsisse tradit Alb. Bartholinus de Scriptis Danorum p. 103. ed. Hafniz 1666. 8. Commentatus est in hoc carmen præter Betuleium et Nic. Heinsius, etiam Io. Gryphiander Ien. 1618. 4. Barthius quoque, quem Claudiani Epigr. de Phœnice interpretatus est, nostrum carmen modo explicauit, modo liberius emendauit. Ego ex MS. Vindob. apud Lambeccium c. l. et Guelpherb. papyraceo, Lipsiensique tertio MS, et antiquis editionibus varias lectiones adnotabo, et Barthii loca aut subiiciam, aut indicabo. Meretur tamen præ ceteris Barthius, vt legatur, quia, vt vere de se testatur in

Animaduersionibus ad Statium T. 1. p. 243. pleraque, quæ in antiquitate leguntur, de hac aue ad Claudianum contulit. adde elegantem epistolam Gabr. Carolæ Patinæ, filiz Caroli Patini celeberrimi, de Phœnice in Nummisinate Imper. Antonini Caracallæ expressa. Ven. 1683. 4. de qua Act. Erud. Lips. Lat. 1684. p. 587. sqq. et Crenium in Animaduvers. Philol. part. VIII. p. 203-206. Ceterum Sauoroni memoria lapsa est, vbi ad Sidonii Carm. 21. p. 169. Lactantio tribuit hoc de Phœnice hemistichium: *sed vasis iter fragrantis adorant*, quæ alius potius sunt Poetæ. Pari errore Bonanni in Museum Kircherianum Lactantio tribuit sententiam de *homine fictili* dicto: sed Lactantius numquam *hominem fictilem* dixit, *deos vero fictiles* vocat in Epit. c. 58. 1. Bün.

c) *remotus*] Ita Vindob. Guelf. Lips. tert. et editi omnes; at Barthius ad Claudian. p. 974. incite ita vulgatum dicit, corrigens: REMOTV, quod felicem ipso SECESSV dicere voluerit. nescio, an eruditorum consensu ita corrigat. Bün.

d) *maxima porta poli*] MSS. sic referunt: *vulgares iamua cella*. Cell.

e) *maxima porta poli*] Sic MSS. Vind. Lips. tert. Ven. 1471. 72. vtraque 1478. 93. 97. Pier. Parrh. et sic Lactantius ex Ennio L. 1. Inf. c. 18. n. 11:

Mi soli cali maxima porta patet.
 Bün.

f) *Nec tamen*] Ita Lips. tert. Sed Vind. Ven. 1471. 72. vtraque 1478. 93. 1497. Pier. *Nec tantum*. Bün.

g) *Sed qua*] Lips. tert. in qua. Vind.

- 8 Illic planicies tractus diffundit apertos,
 Nec tumulus crescit, nec caua vallis hiat.
 Sed nostros montes, quorum iuga celsa putantur,
 Per bis sex^b vlnas eminetⁱ ille locus.
 Hic solis nemus est, stat^{k.l} consitus arbore multa
 10 Lucus, perpetuæ frondis honore^m virens.
 Quum Phaethontæis flagrasset ab ignibus axis,
 Ille locus flammis inuiolatus erat.
 Et quum diluuium merfisset fluctibus orbem,
 Deucalioneas exsuperauit aquas.
 15 Non hucⁿ exsanguis morbi, non ægra senectus,
 Nec mors crudelis, nec metus asper adit,
 Nec scelus infandum, nec opum vesana cupido,
 Aut Mars^o, aut ardens cædis amore furor:
 Luctus acerbus abest, et egestas obsita pannis,
 20 Et curæ insomnes, et violenta fames.
 Non ibi tempestas, nec vis furit horrida venti,
 Nec gelido terram rore pruina tegit.
 Nulla super campos tendit sua vellera nubes,
 Nec cadit ex alto turbidus humor aquæ.

Sed

Vind. Ven. 1471. 1478. 93. 1497.
 Pier. Parrh. in quo. Bün.

b) Per bis sex vlnas] Sic omnes scripti et excusi. Barth. c. l. vult: *ter bis sex*. spatium enim alias vilius ipsi videtur. Bün.

i) eminet] vid. Munck. ad Hygin. fab. p. 281. fab. 199. Bün.

k) stat consitus arbore . . . virens] Supremum *virens* ex consensu scriptorum est, vbi vulgati *vires*: cuius causa *stat* pro *est* laudatus Hein- sius ponendum censet. Cell.

l) stat consitus] Ita correxit Hein- sius, vbi in MSS. Ven. 1471. 72. vtra- que 78. etc. *et consitus*. et in Lips. tert. *vires*; sed Vind. Ven. 1471.

1478. 93. 1497. Pier. *virens*, quod Hein- sius *stat* requirit. Alias satis bene: ET *consitus* - VIRET. Bün.

m) perpetua frondis honore] Ouid. 1. Metam. 565: *Tu quoque perpetuos semper gere frondis honores*. adde Em- menesf. ad Virg. 2. Georg. 404. et ad 1. Aen. v. 591. Ita Hebræis *ramus*, quasi ornamentum arboris di- citur. Bün.

n) huc] Editi ante Aldum: *hunc* &. locum. Bün.

o) Aut Mars] in MSS. Vind. Lips. tert. et Ven. 1471 - 1478. 93. 1497. Pier. *aut metus*. male. vide v. 16. nec melius Vindob. *cedis amore*. Bün.

p p

Sed fons in medio est; quem viuum nomine dicunt; 25
 Perspicuus, lenis^p, dulcibus vber aquis.
 Qui semel erumpens per singula tempora mensum^q,
 Duodecies vndis irrigat omne nemus.
 Hic genus arboreum procero stipite surgens,
 Non lapsura solo mitia poma gerit. 30
 Hoc nemus, hos lucos auis incolit vnica Phœnix,
 Vnica, sed viuit^r morte resecta sua.
 Paret, et obsequitur Phœbo memoranda satelles.
 Hoc natura parens munus habere dedit.
 Lutea quum primum surgens aurora rubescit,
 Quum primum rosea sidera luce fugat; 35
 Ter quater illa pias immergit corpus in vndas;
 Ter quater e viuo gurgite libat aquam.
 Tollitur, ac summo confidit^t in arboris altæ
 Vertice, quæ totum despicit vna nemus: 40
 Et conuersa^u novos Phœbi nascentis ad ortus,
 Exspectat radios et iubar exoriens.
 Atque vbi sol pepulit fulgentis limina portæ,
 Et primi emicuit luminis aura leuis;
 Incipit illa sacri modulamina fundere cantus, 45
 Et mira lucem voce ciere^x nouam.

Quam

p) *Perspicuus, lenis*] MSS. Vind. Ven. 1471. 1478. 93. 1497. Pier. Parrh. *perspicuus, luens*. Bün.

q) *tempora mensum*] hoc est *mensum*, syncope. Adde Paschalem hymnum, qui sequitur, v. 42. *Cell*.

r) *mensum*] Sæpe inuenitur pro *mensum*. Ouid. 5. *Fest. Nec tu dux mensum lane biformis eras*. vnde non possum adsentire Cl. Pfaffio, qui in Hilarionis exposito de die Paschæ pro *mensum* MS. legendum putabat p. 228: *mensum*. ibid. p. 222. *mensum* retinendum et p. 225. *mensuum* MS. corrigendum: *mensum*. vindicantur aliis Gron. ad Gell. L. 1. c. 25. p. 121. Nonnius, Gruter. Lambin. Græu. ad Cic. L. 2. in *Vetr.* c. 75.

ad L. 3. *Fam. ep. 6. ad L. 7. ep. 17. pr. et Muret. ad Or. Philipp. duodec. c. 9. Vosf. L. 2. Anal. c. 14. Lindenbrog. ad Censorin. de die natali c. 22. p. 119. et A. Schottus ad viros illustres pr. f. 156. ed. Francof. 1609. et Buchner. ad carmen de Pascha p. 37. Bün.*

s) *vnica, sed viuit*] MS. Vind. et Ven. 1471. vtraque 78. 93. 1497. *vnica, sic viuit*, et mox: *Phœbi*. Bün.

t) *confidit*] ed. Colon. *concedit*. Ven. 1471. 78. et reliquæ et MS. *confedis*. Bün.

u) *Et conuersa*] MS. Vind. *Sic conuersa*, et v. 43: *Ast cum* Ven. 1471-1502. vbi et v. 44. *et primum*. Bün.

x) *lucem voce ciere nouam*] Variant
 Cccc

Quam nec ædoniæ^a voces, nec tibia possit
 Musica Cirrhæis^a adsimulare modis.
 Sed neque olor moriens imitari posse putatur,
 50 Nec Cyllenæ^b filia canora lyræ.
 Postquam Phæbus equos in aperta refudit olympi,
 Atque orbem totum protulit^{*} vsque means;
 Illa ter alarum repetito verberere plaudit
 Innarrabilibus^c nocte dieque sonis.
 55 Atque eadem celeres etiam discriminat horas,
 Igniferumque caput^e ter venerata, filet.

Anti-

riant libri, *monere, mouere, referre, ciere*. Heinſius opinatur *ſouere*. *Cell. vett. edd. ciere*. Bün.

y) *ædonia voces*] Vulgatum *Iulæ*, quod in MSS. non reperitur, quorum est *idonea, ydonea*: vnde Heinſius docte coniecit *ædonia*, quod peruetuſto codici Voſſiano congruit, qui *aidonia* habet. *Ædon* autem luſcinia eſt, et auctor carminis ad Piſonem ſub finem, *ædonia ſuperantur voce cicada*. *Cell.*

z) *ædonia voces*] In MS. Vindob. et Lipſ. tert. ad oram Thom. Ven. 1471-1510. et plurimæ editiones: *Iulæ voces*, quas ita dictas volunt a Iulo hymni genere. Turneb. ad verſ. L. 17. c. 9. Iulæ voces credit muſicas et canoras, quales muſicorum erant, in certamine Capitolino, quod ab Imperatoribus committebatur, qui a Poetis Iuli adpellabantur; ſic Phrygii Iuli, oliua Iulæ; Parrhaſius ſic dici putabat, quod Iulis oppidum fuerit inſulæ Cæz, patriæ Simonidis, qui melicæ a cantus ſuauitate dicebatur; ſic Iulides aues dulciſſimi cantus. Iacobus Conſtantii tentabat: *Arionia voces*; denique Ptolom. Flauius legit: *Quam nec Hylæa voces*, ab vrbe Siſrenum Hylæa. vide eius Syllog. IIII.

Coniectan. c. 89. in Gruter. T. 1. Theſ. Crit. p. 990. Acquieſcimus in doctiſſima Heinſii emendatione; ita quoque cenſuit I. F. Gronou. in litter. ad Ant. Clementium, et in MS. ita haberi Gallzus teſtatur. conf. et hic Ptol. Flauii l. c. c. 90. In MS. Guelpherb. forma mai. papyr. prope ad verum: *idoneæ*. Bün.

a) *Cirrhæis adſimulare modis*] modis et cantibus Phocæicis, id eſt, Muſarum et Apollinis. Cirrha enim eſt Phocidis oppidum ad mare ſitum. *Cell.*

b) *Cyllenæa lyræ*] a Mercurio, qui Cyllenius cognominatur, inuentz. *Cell.*

*) *protulit*] MSS. Vind. et Ven. 1471. 1497: *perſulit*. et iidem cum reliquis: *vsque means*. Barthius ad Claud. p. 978. contendit legendum: *vsque canens*. Bün.

c) *Innarrabilibus*] Clare ſic Voſſii membranz. Vulgo: *Non errabilibus*. *Cell.*

d) *Innarrabilibus*] MSS. Vindob. Lipſ. tert. et editi noſtri et Barth. ad Claud. p. 978: *Non errabilibus*. nec aliter Guelpherb. *Innarrabilis*. aliunde non eſt notum magis quam *errabilis*. Heumannus tuctur: *non errabilibus*. ex ſequentibus. Bün.

e) *Igniferumque caput*] id eſt, ſolem. Bün.

f) *Ant-*

Antistes nemorum, et luci veneranda sacerdos,

Et sola arcanis conscia, Phœbe, tuis,

Quæ postquam vitæ iam mille peregerit annos,

Ac se reddiderint^f tempora longa grauem;

Vt reparet lasum^{g. b} spatiis vrgentibus æuum,

Adsueti nemoris dulce cubile fugit.

Quumque renascendi studio loca sancta reliquit;

Tunc petit hunc orbem, mors vbi regna tenet.

Dirigit in Syriam celeres longæua volatus,

Phœnicesⁱ nomen cui dedit ipsa Venus,

Secretosque petit deserta per auia lucos,

Hic vbi per saltus silua remota latet.

Tum legit acrio sublimem vertice palmam,

Quæ gratum Phœnix^k ex aue nomen habet.

In quam nulla nocens^l animans perrumpere possit,

Lubricus aut serpens, aut auis vlla rapax.

Tum ventos claudit pendentibus Aeolus antris,

Ne violent flabris aera purpureum;

Neu concreta Noto nubes per inania cæli

Submoueat radios solis, et obsit aui.

Con-

^f) *Ac se reddiderint*] Bärth. ad Claud. p. 978. legit: *Et sic reddiderint*. Sed recepta est omnium librorum, etiam Guelpherb. se ponitur pro *eam*, quod quoque vidit Cl. Davies ad auctor. de bello Africano c. 49. p. 649. plura exempla habet Buchner. ad carmen de Pascha. v. 82. p. 56. 57. et Muncker. ad Hygin. c. 60. p. 108. et c. 121. p. 182. Bün.

^g) *Vt reparet lasum æuum*] *lasum* ætatem, senectutem. Lips. cod. *lasum*. Cell.

^h) *vt reparet lasum-æuum*] MSS. Vind. et Guelph. *vt reparet lasum spatiis vrgentibus æuum*. et Gallæus cum vet. Cod. malebat: *lasum spatiis vrgentibus*. Bün.

ⁱ) *Phœnices, nomen cui dedit ipsa*

Venus] Venus culta in Syrophœnice. Phœnice autem Latinis æque vt Græcis est regionis nomen, non Phœnicia. Cell.

^k) *Qua gratum Phœnix*] Nic. Heinsius: *Qua Graium* legit h. l. et in not. ad Ouid. 5. Fast. v. 8. adprobante Græuio ad Sueton. Tiber. c. 46. p. 800. nam sæpe in MSS. *Graius* et *gratus*, *Græcia* et *gratia* confunduntur, quod in Lactantii quoque libris deprehendimus. Mox Lips. tert. et ad Gallæum Vetus: *Es quam nulla nocens animans*. Bün.

^l) *In quam nulla nocens animans*] Scriptura antiquissimi codicis Vossiani. Editum erat: *Quam nec denere nocens animal*. Cell. Posterius placet Heumanno. Bün.

¶¶¶¶

¶¶

- Construit inde sibi seu nidum, siue sepulcrum;
 Nam perit, vt uiuat; se tamen ipsa creat.
 Colligit hinc succos, et odores diuite silua,
 80 Quos legit Asfyrius, quos opulentus Arabs;
 Quos aut Pygmæ gentes, aut India carpit:
 Aut molli generat terra Sabæa sinu.
 Cinnama dehinc, auramque^m procul spirantis amomi
 Congerit, et misto balsama cum folio.
 Non casia mitis, nec olentis vimen acanthi,
 85 Nec turis lacrymæ, guttaque pinguis abest.
 His addit teneras nardi pubentis aristas,
 Et sociat myrrhæ pascua grata nimisⁿ.
 Protinus instrato corpus mutabile nido,
 90 Vitalique toro^o membra quieta locat.
 Ore dehinc succos membris circumque supraque
 Iniicit, exsequiis immoritura suis.
 Tunc inter varios animam commendat^p odores;
 Depositi tanti nec timet illa fidem.
 95 Interea corpus genitali morte peremptum
 Aestuat, et flammæ parturit^q ipse calor;
 Aetherioque procul de lumine concipit ignem;
 Flagrat, et ambustum^r soluitur in cinerem.

Hos

^m) *auramque - spirantis amomi*] Reponit Salmastius: *uamque*; atqui *aura amomi* pro ipso amomo ponitur, *aura* pro odore, quod exhalat amomum etc. Heinf. ad Ouid. 15. Metam. 394. Bün.

ⁿ) *pascua grata nimis*] Sic omnes editi; duo MSS. Gallæi et Lips. tert. *vim panathæ thure* legunt, sed nec sana hæc nec apta, quia v. 86. de ture præcesit. Bün.

^o) *Vitalique toro*] Barth. ad Claud. p. 987. legit: *vitalique rogo*. Bün.

^p) *Tunc inter varios animam commendat*] Barth. c. l. p. 989. Ego, inquit, emaculem: *tunc Mystra in*

varios animam commendat odores, vt Mythram solem vocet, more Persarum. Ego puto locum sanum esse, et *commendat* significare: *deponit*, cuius rei exempla nota sunt, ita tamen, vt antecedens ponatur pro consequente; vnde hunc versum nihil aliud dicere credo, quam hæc Ouidii XV. Metam. v. 400: *Finisque in odoribus amomum*, i. e. moritur. Bün.

^q) *flammas parturit*] MS. Vind. et Ven. 1497: *flammas protulit*. in v. 97: *aetherioque* est in Lips. tert. vbi editi: *aerioque*. Bün.

^r) *ambustum soluitur in cinerem*] Barth.

Hos velut in masfam cineres in morte coactos
 Conflat; at effectum seminis instar habet. 100
 Hinc animal primum sine membris fertur oriri,
 Sed fertur vermi lacteus esse color.
 Creuerit immensum¹ subito cum tempore certo,
 Seque oui teretis colligit in speciem.
 Inde reformatur, qualis fuit ante figura, 105
 Et Phœnix ruptis pullulat exuuiis.
 Ac velut agrestes, quum filo ad saxa² tenentur,
 Mutari pennæ papilione solent.
 Non illi cibus est nostro concessus in orbe;
 Nec cuiquam implumem pascere cura subest. 110
 Ambrosios libat cœlesti nectare rores,
 Stellifero teneri qui cecidere polo.

Hos

Barth. erudite corrigit c. l. *angustum* soluitur in cinerem, i. e. minutum, paruum. Nemo enim cinerem ambustum vidit. Sed quid? si *ambustum* ad corpus referas, v. 95. quod voluitur in cinerem, immo non omnia in Phœnice combusta, sed quædam modo *ambusta* auctor credidisse videtur ex v. 117. 118. Mox v. 100. quoque Barth. idem et MS. Vind. et Lips. tert. et effectum, non vt Betulei. et adfectum. et v. 99. Lips. tert. Quos velut. Bün.

1) Creuerit immensum] Ex MSS. est: vulgati, Creuit in immensum. Cell.

2) Creuerit immensum] Ita MSS. Vind. et Lips. tert. sed nullus coniunctiuus præcesit nec sequitur et vulgatum magis conuenit cum Lactantii stilo, si idem huius carminis auctor est: Laët. L. 2. Inst. c. 13. n. 9. multiplicato in immensum numero. L. 7. 16. 2: exercitiis in immensum auctis. Vbi plura, etiam Ouidii: Creuit in immensum, obseruavi. Ad- do Boethii L. 1. metr. 2. v. 5: Cre- scit in immensum noxia cura. Mal-

lem: Crescit in immensum etiam in nostro loco. Bün.

u) quum filo ad saxa tenentur, mutari penna] Admonuit me vir doctissimus Didacus Coruarruias, nunc Episcopus Segobienfis, vt in secundo versu loco *penna* scriberem *tinea*, quod mihi valde probatur: nam tineæ sunt vermes illi, ex quibus serici papiliones nascuntur, hoc vero in loco videtur poeta imitari voluisse Ouid. lib. vltim. Metam. qui de hac eadem mutatione sic ait:

Quæque solent canis frondes intor-
 xere filis

Agrestes tinea, res obseruata co-
 lonis

Ferali mutant cum papilione fi-
 guram.

Ac sane non dubito, quin pro illo nomine *penna* legendum sit *tinea*; sed in priori versu illa: *filo ad saxa tenentur*, videntur mihi non satis cum re ipsa conuenire, quum fila illa potius ad frondes vel ad ramos ducantur, quam ad *saxa*: propterea puto potius legendum *saxa*, quam *saxa*. Thomaf.

Cecce 3

x) pro

- Hos legit, his alitur mediis in odoribus ales,
 Donec maturam proferat effigiem *.
- 115 Ac vbi primæua cœpit florere iuuenta;
 Euolat ad patrias y iam reditura domos.
 Ante tamen, proprio quidquid de corpore restat,
 Osmaque, vel cineres, exuiasque suas,
 Vngvine balsameo, myrrhaque, et ture soluto
- 120 Condit, et in formam conglobat ore pio.
 Quam pedibus gestans a contendit solis ad ortus a,
 Inque ara residens, ponit b in æde sacra.
 Mirandam sese præstat, præbetque videnti c;
 Tantus ibi d decor est, tantus abundat honor.
- 25 Principio color est, qualis sub cortice læui e. f
 Mitia quem croceum punica grana legunt.

Qua-

x) *proferat effigiem*] Ita quoque MS. Vind. videtur habere, nec placet apud Gall. Vet. Cod. et Lipf. tert. *perferat*. Mox v. 115. pro *Ac vbi habent* Ven. 1471-1515. et plures: *Ass vbi*; sed neque AC ante vocalem, neque AST facile ponunt cultiores. Hinc malle[m] vt v. 43: *Atque vbi*. Bü[n].

y) *ad patrias*] Ita quoque MSS. Vindob. et Lipf. tert. et Ven. 1497. Bü[n].

x) *pedibus gestans*] Vid. Salmaf. ad Tac. 6. Annal. c. 28. Bü[n].

a) *solis ad ortus*] Ita omnes. Sed Isaac. Voaf. ad Melam. L. 3. c. 8. scribendum censet: *solis ad urbem*, quod adprobat Ittigius ad Clement. ep. 1. p. 47. Bü[n].

b) *ponit in æde sacra*] MS. Vind. et Vet. cod. apud Gall. *promit*. Bü[n].

c) *præbetque videnti*] MSS. Vind. Lipf. tert. et alius Gall. et Ven. 1497. Pier. Parrh. *præbetque vehenti*. Vet. Cod. *præbetque vehementi*. Bü[n].

d) *Tantus ibi*] Barth. p. 980. c. 1. corrigit: *Tantus ei*. Bü[n].

e) *sub cortice læui mitia quem croceum*] Optima N. Heinfii in loco difficili et inquinato coniectura. Vulgo *sub sidere cali - - croceo*. Cell.

f) *qualis sub cortice læui Mitia quem croceum*] In Lipf. tert. *qualis sub sidere cali Mitia qui croceo*, et in vet. cod. *qui croceo punica*. Quid est, inquit Barth p. 980. *qualis sub sidere cali*? nemo hæc intellexit hæctenus. Scribe:

Principio color est, qualis sub sidere, cali

Mitia quem in croceo punica grana legunt.

Color est quasi cali sub sole hoc rubicundis aut purpurantis contra fulgorem aureum, qualem in croceo legunt punica grana, cum mitia sunt poma. Poetico eleganterque. Punicentis colorem in croceo dicit, quomodo sapientissime solennesque loquuntur scriptores, cum colorum res aut pigmentorum agitur. Sub cortice læui correxit Heinf. ad Ouid. Metam. X. 736. ed Burm. p. 741. Bü[n].

g) *croco*

Qualis inest foliis, quæ fert agreste papauer,
 Quum pendens vestit sole rubente polus &
 Hoc humeri, pectusque decens velamine fulgent;
 Hoc caput, hoc ceruix, summaque terga nitent. 130
 Caudaque porrigitur ^b fuluo distenta metallo ^{i. k} ;
 In cuius maculis purpura mista rubet.
 Clarum inter pennas insigne est desuper, Iris
 Pingere cœu nubem desuper alta solet.
 Albicat insignis ^l misto viridante smaragdo,
 Et puro cornu ^m gemmea cuspis hiat. 135
 Ingentes oculi: credas geminos ^o hyacinthos,
 Quorum de medio lucida flamma micat.

Ae-

g) cum pendens vestit solo rubente polus] Iterum Barth. p. 981. Non video hic ullam scriptore suo dignam elegantiam: Polus vestit papauer pendens sole rubente. Nugæ meræ sunt. Agreste papauer inter aristas enasci, puniceis foliis croceam Cerem distinguere nemini ignotum. Id voluit noster vates ut superiori hæc comparatio respondeat (ita legendum videtur in Barthio). Quare scribendum arbitramur:

Cum segetem vestit solo rubente polus.

Ruber, flauus et puniceus conueniunt ut in superiori disticho. In Lips. tert. legitur:

Cum pandit vestes flore rubente polo.

similia in alio codice videtur reperisse, qui in Gallæi editione legendum censet:

Cum pandit vestes Flora rubente polo. Bün.

h) Caudaque porrigitur] Barth. scribit: *retro erigitur.* vid. p. 981. iudicent alii. Mox v. 133. Lips. tert. *Harum inter.* Bün.

i) distenta metallo] Idem cod. Vosf.

distenta, vbi vulgo distincta. Cell.

k) fuluo distenta metallo] Ita Vossii cod. sed non est quod repudiemus lectionem MSS. Vind. Lips. tert. Ven. 1478-1493. reliquarum: *fuluo distincta metallo*; cauda distincta fuluo metallo est cauda, cui pennæ rosæ siue aurei coloris intermixtæ sunt. Ita mihi persuadet locus geminus Plinii de Phœnice c. 10. n. 2: *caruleam rosæ caudam pennis distinguentibus*; habet præterea vox distincta aliquid antiquæ elegantiz, ut ad Laët. L. 2. 6. 6: *distincta gemmis fulgentibus pocula*, et mox in hoc carmine v. 141. iterum: *flauo distincta metallo*. Sed hic minus sana videtur, uti mox dicitur. Bün.

l) Albicat insignis] Reformat Barth. p. 981: *Albicat hinc lassis*, et explicat ibidem. Sed puto, constantem librorum lectionem habere commodum sensum. Bün.

m) Et puro cornu] Heinsius suspicatur *patulo cornu*. Cell.

n) ingentes oculi: credas geminos] Restituta lectio ex Vossiano codice. *Vulgo oculos, geminosque.* Sed nec in Lips. quo additum. Cell.

Aequatur toto capiti radiata corona,

140 Phœbei referens verticis alta decus.

Crura tegunt squamæ flauo distincta metallo;

Ast vngues roseus pingit honore color.

Effigies inter pauonis mista figuram

Cernitur, et pictam Phasidis *p* inter auem.

145 Magnitiem *r*, terris Arabum *r* quæ gignitur ales,

Vix æquare potest, seu fera, seu sit auis.

Non tamen est tarda, vt volucres, quæ corpore magno

Incesus pigros per graue pondus habent,

Sed leuis, et velox, regali plena decore,

150 Talis in adspectu se exhibet vsque hominum.

Conuenit Aegyptus tanti ad miracula visus,

Et raram volucrem turba salutat ouans.

Pro-

o) *crura-distincta metallo*] Crura distincta flauo metallo squamæ tegunt. Mic etiam macula inest; dicendum enim erat ante omnia quales squamæ, quum harum color alioquin sit turpis et nisi singularis dedecoret omnem figuram. Legendum dicam: *bis tincta*, saturata nimirum puniceo colore κατ' ἐξοχήν eius tincturæ. Nam et Claudianus: *Tyrus pinguntur crura veneno*. Sed hoc crudisculum fit. Latet aliud quid. Nam et repetito verborum: *flauo distincta metallo*, de superioribus olet exscriptorium facinus. Capere tamen possis ac si dixisset: *crura tegunt squama distincta fuluo metallo*: propter vicinitatem translata voce in alterius usum, quam comeniebat. de qua locutione superioribus his notis satis monitum. Barth. p. 981. Bün.

p) *pictam Phasidis inser auem*] MSS. *pictam*. Phasidis auis, Phasianna, a flumio Colchidis nominata. *Mortual*, 13. 72. Cell.

q) *Magnitiem*] Vox insolens: co-

dicum tamen consensu probata. N. Heinſius coniecturat *mole etiam* scriptum fuisse, cui semibarbarus glossator *magnitiem*, pro *magnitudinem*, vel *magnitio*, adscripserit. Cell.

r) *Magnitiem*] Heinſ. coniecit: *Mole etiam*. Mihi occurrebat: *magnam alitem*: sed constanter libri, etiam Guelpherb. MS. *Magnitiem*, quam vocem Barth. p. 981. tuetur his verbis: *Magnitiem, magnitudinem dixit, vt minuties in usu alis*. De ea voce ad Appuleium et in Aduersariis. Indicarunt et alii loca vbi *minuties* in Arnobio et Appuleio legitur, quo etiam pertinet Lactantii nostri L. 2. 4. 12: *ob minutiem*. Sed *magnities* adhuc frustra alibi queritur. Bün.

s) *terris Arabum*] Sic libri. Barth. corrigit p. 981. *terris Afrum*, et Struthiocamelum Africæ animal dicitur, quod et seram et auem dicere possis, v. 147. perperam Lips. tert. *Non tamen est praua*. Bün.

s) Pro-

Protinus in scalpant ^r sacrato in marmore formam,

Et signant titulo remque diemque nouo.

Contrahit in cœtum sese genus omne volantum;

155

Nec prædæ memor est vlla, nec vlla ^a metus.

Alituum ^a stipata choro volat illa per altum.

Turbaque prosequitur munere læta pio ^r.

Sed postquam puri peruevit ad ætheris auras;

Mox redit ista; suis conditur illa ^a locis.

160

At fortunatæ sortis filique ^{a. b} volucrem!

Cui de se nasci præstitit ipse Deus.

Femina ^c vel mas hæc, seu neutrum, seu sit vtrumque;

Felix, quæ Veneris fœdera nulla colit.

Mors illi Venus est: sola est in morte voluptas:

165

Vt possit nasci, adpetit ^d vsque mori.

Ipsa

r) Protinus in scalpant] Lips. tert. et duo alii codices ad Gall. *exsculpunt*. MS. Vindob. et Ven. 1471-1497. Pier. Parrh. Gymn. *Protinus in sculpunt*. Heinsius ex vet. membranis hic legit: *exsculpunt*. ad Ouid. ep. 15. Heroid. 128. ed. Burm. m. 194. conf. Falster. Suppl. L. L. pag. 180. Bün.

u) vlla, nec vlla metus] Magis mihi placet MS. Lips. tert.

Nec prædæ memor est, nec memor vlla metus. Bün.

x) Alituum] pro *alitum*, per epenthesin. vide Betuleium, more Lucretii et Virgilii. vide Seruium et Cerdam ad Virg. 8. Aen. 27. Bün.

y) munere læta pio] Pietatis et reuerentiæ officio erga tantæ dignitatis auem. Heinsius autem scribendum *murmure* censet. Cell.

z) illa] Pro plurimorum *ille*. Scribo *illa* ex vtraque Ven. 1478. 1472. Paris 1513. et Heum. Bün.

a) At fortunata sortis filique volu-

crem] Heiniana emendatio, et *filum* ad Parcas referendum;

qua dispensant mortalia fila sorores,

Ouid epist. Medæ. v. 3. Cell.

b) At fortunata sortis filique] Hæc est elegans Heinii emendatio. In MS. Vind. Ven. 1471-1497 et Pier. *Hæc fortunata sortis natiqque volucris*. Vnde Lambecius fingebat *varaque*. Sed Lips. tert. cum reliquis: *Hæc fortunata sortis statiqque volucris*. Sane easdem voces iunxit in L. 10. Aen. v. 501. Virgilius: *Nescia mens hominis fati sortisque futura*. Bün.

c) Femina] MS. Vind. Ven. 1471-1497. Pier. Parrh: *Femina sit masculus hæc, seu forteque neutrum*. At Heinii emendationem vberius Burmannus ad Ouidii L. 4. Metam. 379. p. 274. illustrauit. Bün.

d) Vt possit nasci, appetit vsque mori] Sic Heinsius ex scriptis manu. Vulgo inserunt pronomen, *nasci, hæc appetit*, vitandi hiatus causa; Ccccc 5 sed

Ipsa sibi proles; suus est pater, et suus heres;

Nutrix ipsa sui, semper alumna sibi.

Ipsa quidem, sed non eadem; quia et ipsa, nec ipsa est,

170 Aeternam vitam mortis adepti bono.

LACTANTII

SEU POTIVS

VENANTII HONORII^{a, b} FORTVNATI,

AD FELICEM^c EPISCOPVM,

DE PASCHA.

Tempora florigero rutilant distincta sereno^d,
Et maiore poli lumine porta^e patet.

Al-

sed is illius temporis poëta non est alienus. Sed *ante loco usque vulgares libri habent.* Cell.

a) VENANTII HONORII] Auctor huius carminis ex eo incertus fuit, quod multi codices Lactantio adscripserunt. Consentiunt nunc eruditorum plurimi; Venantii Fortunati esse, in cuius operibus etiam reperitur lib. 3. carm. 7. Cell.

b) VENANTII - - DE PASCHA] Nullus certior huius carminis auctor est quam Venantius. idem sentit V. S. I. A. Fabricius Bibl. Lat. 1708. vbi illud Lactantio in MS. a Lambecio L. 2. Bibl. Vindob. p. 790. perperam adscriptum dicitur. Daumius in Sylabo Poetar. Christian. Veter. ad Paullin. Petrocor. obseruat, hoc carmen cum Hermanni Buschii Commentario, Io. Gymnico eius auditori inscripto loco et tempore in 4. produsse. Buschium in epistola ad Io. Gymnicum, quam edidit Goldastus, sibi ipsi visum esse aliquid egregii præstitisse, refert Buchnerus, qui eum non vidit in Animaduersionibus, ad hoc carmen edit. Witteb. 1627.

g. et sunt sane Buschio dignæ a me hinc inde, sed pro spatio strictim citatz. Buchneri vero notas merito suo eruditissimas vocat Olearius in Biblioth. Scriptor. Eccles. Tom. 2. p. 221. Ego quum eas omnes hic repetere nostrum institutum non permittat, præcipua tamen hic delibabo; in quo me eo magis gratum lectoribus facturum spero, quod nemo eorum, qui adhuc Lactantium ediderunt cum notis, Buchneri elegantissimas observationes consuluit. Bün.

c) AD FELICEM] vide postea v. 95. Cell.

d) sereno] Substantiue. Boeth. Conf. Philos. L. 2. metr. 3. v. 9:

Sæpe tranquillo radiat sereno.
Vbi videas Callyum p. 114. et iterum Boeth. L. 3. metr. 9. v. 26: *Tunamque serenum.* Adde Cell. ad Silium Ital. L. 12. v. 4. Buchner. h. l. Grotium ad Capell. 1. p. 19. *cadentibus serenis*, et Barth. 1. Theb. v. 209. p. 67. Bün.

e) poli porta] Vid. not. ad Phœnic. (e) et h. l. Buchner. Bün.

f) Qui

Altius igniuomum solem cæli orbita ducit;
 Qui vagus Oceanas ^{f. s} exit, et intrat ^b aquas:
 Armatus radiis elementa liquentia lustrans,
 Adhuc nocte ⁱ breui tendit in orbe diem.
 Splendida sincerum producunt æthera ^k vultum,
 Lætitiâque suam sidera clara probant.

5

f) *Qua vagus Oceanus exit*] Georg. Fabricius et Mich. Thomafius *Qui vagus Oceanas*, vt ad *aquas* referatur. Insolens dictio, et cæsurâ poetam supleuare potest. Malum ergo Chr. Browerum, virum doctissimum, sequi; quem in Fuldensi collegio non destitutum membranâ fuisse certum est. *Coll.*

g) *Qui vagus Oceanas*] Cl. Cellario aliorum: *Oceanus* adiectiua forma insolens dictio visa; sed inuenio eam in Rost. Ven. 1471-1472. vtraque 78. 93. 97. Pier. Parrh. Paris. Iunt. Ald. etc. in Opusc. Phil. Beroald. Basil. 1513. et 1515. et Maittaire. Corp. Poet. Latin. et ab aliis bonis auctoris vindicatam; et in Venantii quoque libris repetitam, Venant. L. 3. ad Bertigramum: *Et velut Oceanas fronte refudit aquas.* Et iterum L. 7: *Quicquid ab Oceanis circulus ambit aquis.* Hæc et plura ex Iuuenalis Satyr. II. v. 94: *in Oceano fluctu*, et v. 113: *Littore ab Oceano*, et aliis. Buchnerus ad nostrum carmen p. 8. 9. Heinsf. ad Claud. Epithal. Honor. v. 88. in variis ad Satyr. XI. Iuuenal. p. 932. ed. præstantissimi Henninii Schægki Præmesf. epist. 5. in Gruter. Fac. Critic. T. 4. p. 896. Muncker ad Hygin. p. 18. Barth. ad Claudian. Epigramm. de Phœnice p. 474. Buchner. de Commutat. Rat. dicendi cap. 7. p. 117. *Bün*

h) *exit, et intrat*] De hac poetarum opinione notamus ad Prudent. Hymn. ad accensum Cerei v. 3. *Buchn.*

Ter-
 i) *Hac in nocte*] Sic editi ad Lactant. sed Buchner. ad h. l. p. 12. *Adhuc noctes*, inquit, ediderunt Fabricius, Pulmannus, Bignius, Maittaire. Quamquam autem profodia ratio non constat, religio tamen nobis fuit, quicquam in lectione immutare. Solet enim Venantius etiam Christiani poetæ plura tum in verbis et phrasi tum in modulâ syllabarum et profodia innouare. Et vero est Fortunato nostro τὸ H sæpius instar consonantis, vt infra monstrabimus. Videtur autem hoc sensisse Pictauiensis Episcopus. *Dum hoc tempore verno breues noctes sunt, sol adhuc extendit et producit diem.* Quamquam non satis; videam, quis τὸν adhuc, proprie locus esse possit. Melius fortasse dixisset: *Iam nunc nocte*; vel *Altus nocte*. Nam quia altus sol, idcirco extendit diem. In Lactantii codd. legitur: *Hac in nocte breui*. Quæ profecto lectio absurdâ videtur, vt excogitata ab iis, qui hunc Venantii pannum Firmianæ purpuræ adfuerunt. Qui ipsi et alia plura in hoc poemate, quæ scilicet concoquere non poterant, nimis quam licenter interpolauerunt, vt in progressu harum notarum videbimus. Hæc *Buchnerus*.

k) *æthera*] Consuetudine illorum seculorum *æthera* in pluratiuo numero et quidem in genere neutro posuit, contra ac ratio nominis exigebat, hæc Buchner p. 13. vti plura et Vosf. L. 1 Anal. c. 39. p. 575. Vnde minus recte Ven. 1471. Rost et alia: *sincero vultu*. *Bün.*

. d) *Mu-*

Terra ferax vario fundit munuscula fetu^l,

10 Quum bene vernaes^m reddit et annus opes.

Mollia purpureum pinguntⁿ violaria^o campum :

Prata virent herbis, et micat herba comis.

Paullatim subeunt stellantia lumina florum^p :

Arridentque oculis gramina tineta^q suis.

15 Semine deposito^r lactans^s leges exsilit aruis;

Spondens agricolæ vincere posse famem.

Cau-

l) *Munuscula fetu*] AL. *culen*. Virg. Elog. 5. v. 18:

As tibi prima puor nullo munuscula culen.

Certe habuit hunc locum in animo Venantius, quum versum istum scriberet Buchn. Lact. edd. *culen*. Büñ.

m) *vernales*] Sic cum Brouero Buchneroque Cell. vbi Lact. editi ab 1471-1665. *vernaris*. Vernaes opes, i. e. *flores, frondes, gramina*. Büñ.

n) *pingunt*] Ornant. Auctor Per- vigiliū Veneris: *Ipsa gemmans purpurantem pingit annum floribus*. Vetus poeta de laudibus hortuli: *Flores nitescent discolora germine, pinguntque terram gemmeis honoribus*. B. Hieron. ad Marcellam: *Vere ager floribus pingitur, et inter querulas aues Psalmi dulcius cantabuntur*. Buchn. p. 15. et p. 16. Buschius profert ex Claudiano: *et dulci violas ferrugine pingit*. Büñ.

o) *violaria*] Non tam pro loco violis confito, quam pro ipsis violis violaria posuit B. Ambros. L. 3. de virginitate: *Floreat in hortis tuis rosa pudoris, lilium mentis, et irriguum sacri sanguinis violaria bibant fontem*. Sic rosaria pro rosis Prudent. dixit. Hymno ad accensum Cerei. reliqua. Buchn. Ambrosius imitatus est Virgilium L. 4. Georg. v. 32: *inriguumque bibant violaria fontem*. vbi Seruius et Emmenes. consulendi. Büñ.

p) *stellantia lumina florum*] Est vsitata auctoribus illa reciproca metaphoræ species, vt *floribus* tribuant, quæ de *stellis* dicuntur proprie, et contra *stellis* accommodent, quæ reuera ad flores pertinent, quod vltorius illustrat Buchner. ex Columell. L. 10. de re rustica, vbi *flores* vocat *terrestria sidera*, quod illis videlicet terra quasi cælum sideribus coruscet et splendeat. Contra Manilius L. 4. sub f. *stellas* vocat *flores*. Plura idem Buchn. de Commut. Rat. dic. c. 2. p. 23. 24. Weitzius ad Dracont. Hexaemer. indice ab verba: *Stellas namus vel ager floribus*. Respice ad notas meas ad Lact. L. 6. c. 20. n. 7. Büñ.

q) *gramina tineta*] Quid hoc est *gramina tineta oculis*? an legendum; *gramina cincta oculis*, vt oculi sint gemmeus ille fulgor? immo legendum: *cuncta*, quo nihil planius est Buchner. in Ven. 1471. 1497. non incommode: *Floribus arrident gramina cuncta suis*, vt v. 34: *gramina flore fauent*. Büñ.

r) *Semine deposito*] Buschius recte explicat: terræ aratz commisso et credito. Büñ.

s) *lactans seges*] Immo legendum: *lactens*. Hoc enim de herbis et legibus teneris dicitur, non alterum. Virg. I. Georg. v. 113: *Frumenta in viridi stipula lactentia surgent*. vbi Seruius differentiam ostendit. Plura

Buchn.

Caudice defecto †, lacrymat * sua gaudia palmes;
 Vnde merum tribuat, dat modo vitis aquam.
 Cortice de matris * tenera lanugine surgens
 Præparat ad partum turgida gemma finum.
 Tempore sub hiemis † * foliorum crine reuulso *,
 Iam reparat viridans frondea tecta nemus.

20

Myrta

Buchn. Nec male Ven. 1471. 1472. vtraque 78. 93. 1497: *laxo seges ex-filis*. Bün.

†) *Caudice defecto*] Sic MS. Basil. quoque Barth. vsus est cum glossa: *Sarmenno amputato*. Ven. 1471. vtraque 78. et Buschius: *defecto*. adde Buchn. Rost. et Ven. 1497. *deserto*, i. e. *defixo*, *depacto*. Bün.

u) *lacrymas*] liquorem, quem vites et arbores sudant, vocant scriptores lacrimas. exempla sunt apud Buchnerum, conf. Buschium. Bün.

x) *matris*] i. e. vitis. *Matris* enim vocabulum, docente Buchnero, Poetæ sæpe arboribus pullulantibus tribuunt. vid. Cerdam ad Virg. 2. Georg. v. 19. Farnabium ad Senec. Troad. A. 3. v. 542. et Barth. ad Claudian. in Nupt. Honorii et Mariz v. 245. p. 840. Idem Buschius hic monuit. Bün.

y) *Tempore sub hiemis*] Brow. quia Fortunatus sæpe negligens canonis. Fabr. *subque hiemis*: alii casum mutant et ordinem: *Subque hiemis tempus*. Cell.

z) *tempore sub hiemis*] Vera hæc lectio multis defenditur a Buchnero adv. 67. vbi Ven. 1478. vtraque 78-1497. *subque hiemis tempus*. Bün.

a) *foliorum crine reuulso*] Ven. 1471. vtraque 1478. et cum pluribus Cell. Walch. Heumann. *refuso*. Rost. præue: *refulso*. Edo ex Ven. 1493. 97. Browero, Buchnero, Maittairio: *reuulso*. Buschius: *refuso* exponit: *amisso*. Eleganter foliorum

originem dixit: nam, quod crines homini, id frondes siue comæ arboribus. Vnde reciproca metaphora inter crines et frondes Statius L. 4. Silu. 5:

*Nunc cuncta veris frondibus annuis
 Crinitur arbor.*

Prudent. Præf. in libr. 1. contra Symmach. v. 70: *ut concreta vagis vinea crinibus*. Zeno Veronenfis. Serm. 4. de Iesaja: *Vinea Dei quidem prior Synagoga fuit, siluosis errantium palmitum crinibus vilis*. Apuleius de mundo: *videas et viridantibus comis casariatum esse terram*. Eustathius de Ismene et Ismenia. L. 1: *αἱ ἀμπέλαι βόσχυανται βότροσιν*: racemis crinitæ vites. Contra Petronius:

*Quod solum forma decus est, cocidere capilli,
 Vernantesque comas tristis ad-
 git hiems.*

Nunc umbra nudata sua iam tempore mærent.

Vides hic omnia tribui crinibus, quæ de arborum frondibus dicuntur proprie; vt vernare hiems, umbra; sic *sibeam crinium* pro densæ capillitio, Q. Serenus posuit. Idem *sibescere* alibi de crinibus dixit: quemadmodum Iuuenal. Satir. 9: *fruticantem pilum*. Recte vero *reuulso* legitur: nam inepte alii *refulso* habent. Hiberno enim tempore non refunditur foliorum crinis, sed reuellitur. Nudantur enim arbores

sua

Myrta ^{b. c.}, salix, abies, corylus, filer, vlmus, acer, nux,
 Plaudit quæque suis arbor amœna comis.
 25 Constructura fauos apis hinc aluearia ^d linquens,
 Floribus instrepitans ^e poplite mella rapit.
 Ad cantus reuocatur auis; quæ carmine clauso
 Pigrior hiberno fripore muta fuit.
 Hinc Philomela suis attemperat organa cannis ^f,
 30 Fitque repercusso dulcior aura melo ^g,
 Ecce renascentis ^h testatur gratia mundi,
 Omnia cum domino dona redisse suo.
 Namque triumphanti post tristia tartara Christo
 Vndique fronde nemus, gramina flore fauent.

Le-

sua fronde. Buchner. Sic Martialis L. 9. Ep. 62: *Stat platanus densis Casaream comis.* Horatius *memorium comam.* Catullus: *comatam siluam,* et Poetz Græci: *τρίχας τριχῶδες* seu *τρίχομανες ὄρος κεκομημένον ὕλη* dixere, vide Spanhem. ad Callimach. Dian. v. 41. p. 159. 160. Salmaf. Exerc. Plin. fol. 581. Lambin. ad Horat. 1. Carm. 21. v. 5. p. 81. Achill. Tatius lib. 6. p. 481: *ἔσεφανωμένη τὴν κεφαλὴν πίντος κόμαις*, *coronata caput pinus frondibus.* Euripides palmam aliquoties vocat *φοίνικα ἀβροκόμαν*, mollicoma præditam. Iphig. in Tauris v. 1099. et Ion. v. 920. Barth. ad Statium 4. Siluar. 5. v. 10. p. 390. et ad III. Theb. v. 217. p. 975. Hadr. Iunius de Coma c. 1. Plura huiusmodi collegit Weitzius in indice ad Dracontii Hexæmer. voc. *coma* et *crinis*, et *vestita comis oliua.* Büñ.

b) *Myrta*] Sic Browerus, repunante vñu, cuius *myrtus* est arbor. Fabr. *Myrrha*, arbuscula gummi amarum stillans: sed peregrina hæc; ceteræ

omnes indigenæ arbores, et vulgares. Cell

c) *Myrta*] edd. Lact. mixta, quod Heumannus præfert. Buschius: *Tada*, tentat. Büñ.

d) *aluearia linquens*] vid. Pierium ad Virg. 4. Georg. v. 35: *Seu lenso fuerint aluearia vimine texta* Büñ.

e) *instrepitans*] sic Rost. Ven. 1471-1515. Brow. i. c. bombitans. Maittäire: *increpidans.* Büñ.

f) *organâ cannis*] Male Ascensius hoc loci cannas illos palustres calamos interpretatur. nec enim loca eiusmodi Philomela celebrat, et respicit Venantius potius ad illos tubos organicos, qui concepto vento sonum musicum edunt. Loquitur enim de aue ista, tamquam de Symphoniaco aliquo. Buchn. p. 23. Büñ. — g) *repercusso dulcior aura melo*] Hypallage pro: *melos dulcius fit repercussa aura.* Plura Buchn. de voce *melum*, et Weitz. ad Hymnos Fæduales p. 297. 298. Ablat. *melo*, a neutro: *melum.* Büñ.

h) *Ecce renascentis*] Renasci mundum dicit vernò tempore. Plin. *Arborum flos est pleni veris iudicium, et anni renascentis.* ex Buchn. i) *Sal.*

Legibus inferni oppressis, super astra meantem
 Laudant ritè Deum lux, polus, arua, fretum.
 Qui crucifixus erat, Deus ecce per omnia regnat;
 Dantque creatori cuncta creata precem.
 Salve festa dies ⁱ, toto venerabilis ævo;
 Qua Deus infernum vicit, et astra tenet.
 Nobilitas ^k anni, mensum ^{l. m} decus, alma dierum,
 Horarum splendor scrupula, puncta ^{n. o} fouens.
 Hinc tibi filua comis, hinc plaudit ^p campus aristis;
 Hinc grates tacito palmite vitis agit.
 Hinc tibi ^q nunc auium resonant virgulta susurro,
 Has inter minimus passer amore cano ^r.
 Christe salus rerum, bone conditor atque redemptor,
 Vnica progenies ex Deitate patris,
 Irrecitabiliter ^s manans de corde parentis,
 Verbum subsistens, et penetrare ^t potens,

40

45

50

Aequa-

ⁱ) *Salve festa dies*] Herm. Buchsius putat adludi ad Quid. 1. Fast. 87: *Salve festa diesse*. Heinf. *lana*. Bün.

^k) *Nobilitas anni*] Ita malo pro Ven. 1471-1515. etc. *mobilitas*. nam, vt Buchner. docet, nullus dies æque nobilis ac celebris habitus, ac dies paschalis, vnde Poeta ab eo die ipsum annum nobilitari dicit, et ex cod. Vaticano Mich. Thomafius a. 1570. edidit: cuius mentem Gallzi nota peruertit. Bün.

^l) *mensum decus*] id est mensium, vt in Phœnice v. 27. *Cell*.

^m) *mensum*] notauit ad Phœnic. v. 27. Bün.

ⁿ) *scrupula, puncta fouens*] Brow. ita. Fabr. *scriptula*. Ex horis ad scrupula punctosque descensus bene congruit. *Cell*.

^o) *scrupula, puncta*] Fabricius: *Scriptula puncta*, quam verissimam lectionem arbitror. Enumeratur enim temporis partes, et ab annis vique ad *scriptula* siue *minutas*

progredditur. *Scriptulum* siue *scriptulum* (nam vtroque modo scriptum inuenitur) Græcis γράμμα vicecima quarta pars vnciæ ---- *scriptula puncta* dictum, vt apud Virg. *metra verba*, apud Phædrum *verba monita* etc. Buchnerus. Editiones *Lactantii* prae: *stridula cuncta fauent*. *Puncta*. Thomafius in Vaticano inuenit. Bün.

^p) *hinc plaudis*] Buchner. *plaudis hinc*. vt v. 21. 50. et v. 67. Editi *Lactantii*: 1472-1497: *plaudis quoque*, vt metro consulerent. Bün.

^q) *Si tibi*] Buchn. *hinc tibi* vult cum Thomaf. et sic Ven. vtraque 1478. 93. 97. etc. Bün.

^r) *minimus passer - cano*] Poeta se extenuat, cuius causa dicit, se auem abiectissimam, vt rectius Buchnerus, quam *Betuleius* auem ipsam intelligens. edd. *Lactantii* prae: *Has inter nimio passer amore canit*. Bün.

^s) *Irrecitabiliter*] vox, quod sciam, non obseruata in aliis. Bün.

^t) *penetrare*] *Lact.* edd. *patris ore*. Buch-

- Aequalis, concors, socius, cum patre coævus
 Quo sumsit mundum principe * principium;
 55 Aethera suspendis, sola congeris, æquora fundis,
 Quæque locis habitant, quæ moderata vigent.
 Qui genus humanum cernensmersum esse * profundo;
 Vt hominem 7 eriperes, es quoque factus homo.
 Nec voluisti etenim tantum * cum corpore nasci,
 Sed caro, quæ nasci pertulit atque mori.
 60 Funeris exsequias pateris, vitæ auctor et orbis,
 Intras * mortis iter, dando b salutis opera.
 Tristitia cesserunt c infernæ vincula legis;
 Expauitque chaos d luminis ore premi e.
 Depereunt tenebræ Christi fulgore fugatæ,
 Et terræ noctis f pallia g crassa cadunt.

Pol-

Buchner. Brower. Cell. penetrare. Büñ.

a) principe] i. e. auctore, ut Laët.

L. 21. 41: principes intelligendi etc. Büñ.

x) mersum esse profundo] i. e. inferno. Ita Burschius tentabat: periisse, mersum esse, passum esse. Bignius edidit cum Rost. Ven. 1471. 72. vtraque 78. 93. 1497. etc. cernens mersisse profundo: atque idem Pulmannus in margine notauit idem Badius et MS. Basil. quod Buchner. adprobat, vt actiuum pro passiuo sit et illustrat ex Zenon. Veron. Serm. 9. de Pascha: in fontem quidem nodi demergitis, id est demergimini. Ambrosium addo L. 2. Sacr. c. 7: Quum mergis, mortis suscipis similitudinem. Ergo mersisti. Boethius 1. Conf. Metr. 2. pr. Hæc, quam precipiti mersa profundo. Büñ.

y) ut hominem] Not. v. 63. et 67. Non vt Ven. Rost. 1471-1497. utque hominem. Büñ.

z) Nec voluisti etenim tantum] Ex fide veterum librorum Browerus edd. Laët. Nec nostro tantum voluisti e corpore nasci. Prius defendit Buchnerus doctè. Büñ

a) Intras mortis iter] Fabr. intras. Alii intrans, vel intra. Cell.

b) dando] Sic meæ edd. vbi Burschius in suo: CLAVDE, pro quo ponit: PANDE, etiam DANDO tentans. Büñ.

c) cesserunt] Sic Vatic. Burschius. Brower. Buchn. Cell. etc. vbi Rost. Ven. 1471-1660: ceserunt. Büñ.

d) chaos] inferi, vt v. 87. Christianorum et profanorum scriptorum exemplis probat Buchner. h. l. et ad Prudent. Hymn. ad accensum Cerei, v. 3. Büñ.

e) luminis ore premi] Sensus est: Exhorruit chaos tenebras suas a Christi splendore ac lumine sperari fugarique. Venant. de B. Maria: Nix premitur splendore tuo, sol cuius honore. et Stat. L. 1. Silu. 2: Quantum Latonia Nymphas virgo promit, id est, superat, antecellit. ex Buchnero. Sic v. 78: Tartara pressa iacent. Büñ.

f) Et terra noctis] Sic Vatic. ex quo Thom. vt Brower, Et terra. Rost. Ven. 1471-1666: Aeterna. Buchner. Cell. etc. Et terra. noto ad Laët. 2. 5. v. 23: nox tetris temobris. Büñ.

g) pallia crassa] Pœticum est. Intelli-

Pollicitam ^{b. d.} sed redde fidem, precor, alma potestas.

Tertia lux rediit, surge sepulte meus ^{k.}

Non decet vt humili iaceant ^{l. m.} tua membra sepulcro

Neu ^{n.} pretium mundi vilia saxa premant.

Indignum est, cuius clauduntur cuncta pugillo,

Vt tegat inclusum, rupe verante, lapis.

Linthea tolle, precor, sudaria linque sepulcro;

Tu satis es nobis, et sine te nihil est.

Solue catenatas inferni carceris vmbas;

Et reuoca sursum quidquid ad ima ruit.

Redde tuam faciem, videant vt saecula lumen;

Redde diem, qui nos, te moriente, fugit.

Sed plane implesti remeans, pie victor, ad orbem ^{o.}

Tartara pressa iacent, nec sua iura tenent.

In-

telligit autem tenebras. Auienus Ara-
teis v. 34. de Luna: - - Noctis

Vt face flammantis tenebrosos rum-
pas amictus.

Prudent. ad accens. Cerci v. 32:

Quam mox cum lacero victo fugis
peplo.

vbi vide, quae notauimus. Idem
Hamartig. v. 86:

Aus si fusca polum suffundis palla
scremuro. Buchner.

b) Pollicitam] promissam. Passi-
ue, vt illo Ouidii epist. vit. quae
Cydippes est, v. 140:

Exige polliciti debita iura tibi. Cell.

c) Pollicitam] Rost. Ven. 1471-1515-
1566: Sollicitam. At Vatic. Busch.
Cassander, Brower. Buchner. Cell.
et seqq. Pollicitam, passiuæ, vt Quid.
9. Fast. 366: Pollicitam, dictis sup-
piser adde fidem. adde Heinsum
ad Metam. 11. 107. p. 753. et ad He-
roid. ep. 6. 110. p. 82: Pollicito pow-
dere. Bun.

k) sepulte meus] Busch. sepulso
DEVS. At meus Sidon. Apoll. L. 4.
ep. 10: Domine meus. vide Sauaro-
cem et plura apud Patchn. p. 51. 52.
sic saepe patres, maxime Augustinus.
Bun.

l) Non decet, vt iaceant humili]
Browerum expressimus. Alii, etiam
Fabricius:

Non decet humili tumulo tua mem-
bra tegantur. Cell.

m) Non decet vt humili iaceant]
Ven. 1471-1497. non decet vt vili.
Sed Buchn. defendit merito hanc se-
quentem lectionem: non decet vt hu-
mili, quia Venantio rō H est instar
consonantis, vnde praecedens produ-
citur, quod patet ex notatis ad v. 21.
40. 56. Idem de Saturnino:

Carnalis inhabitu noluit esse diu.
et Libro 8:

Ipse creas hominem, quid dicere pos-
sumus illi?

et lib. 9:

Dum pro me voluit hic mea vi-
ta mori. Buchner.

n) Non pretium] Sic Vatic. Bro-
wer. Cell. Henm. vbi Rost. Ven.
1471-1515. reliqui et Buchn. Non
pretium. Repete: Non (decet vt,
-premans. Bun.

o) victor ad orbem] Rost. Ven. 1471-
1497. Paris. Bas. 1513. et 1515: victor
Olympi. Buschius tentat: victor auer-
ni. Parrh. Ald - 1600. victor Olym-
pum

D d d d d

Inferus?, insaturabiliter caua guttura pandens,
 80 Qui rapuit semper, sit tua praeda Deus.
 Eripis? ingumerum populum de carcere mortis;
 Et sequitur liber, quo suus auctor adit.
 Euomit absorptam trepide? fera bellua plebem;
 Et de fauce lupi subtrahit agnus oues.
 85 Hinc tumulum repetens post tartara, carne resumpta,
 Belliger ad caelos ampla tropaea refers.
 Quos habuit poenale chaos?, iam reddidit in te?,
 Et quos mors peteret, hos noua vita tenet.
 Rex facer, ecce tui radiat pars magna triumphi?,
 90 Quum puras animas sacra lauacra beant.
 Candidus? egreditur nitidis exercitus undis,
 Atque vetus vitium purgat in amne nouo.
 Fulgentes animas vestis quoque candida signat,
 Et grege de niueo gaudia pastor habet.

Ad-

proem, se. implesti. Brower. Buchner. Cell. etc. *uisitor ad orbem*. Bün.

p) *Inferus*] Noue et praeter consuetudinem veterum substantiue. *inferus* pro orco ponitur. Ita L. 2 de vita B. Mar.

r) *Crux pia, mors, tumulus, lapis, inferus, umbra, tyrannus*. Buelin.

q) *Eripis*] Haec ex traditione patrum ponit, qui Christum descendisse ad inferos, ut inde sanctorum animas in caelum educeret, autumarunt. B. Hieron. in ep. ad Ephes. c. 4: *Inferiora terra, infernus accipitur, ad quem Dominus noster Salvatorum descendit, ut sanctorum animas, quae ibi tenebantur inclusa, secum ad caelos uictor abduceret*. Victorinus carm. de Iesu Christo, quod Fabricius primum edidit:

- a sedibus imis.

Tartarus euomuit proceres, patresque beati

Coniurgans - -

Euomuit dixit, ut mox noster: Euomuit absorptam plebem. Buchn.

r) *adit*] MS. Basil. *abit*. Est, inquit Buchn. hoc uerbum aliquando ire *furfurum, ascendere in altum ex loco quodam inferiore, et sic discedere*. Virg. r. Aen. v. 419. Val. Flacc. L. 4. v. 201. Rost. Veneta 1474-1497. *quo suus auctor abis*. Suus pro eius: quo tu eius populi auctor abis. Bün.

s) *trepide*] Ita Brower. Buchn. etc. ubi Ven. 1471 - 1515 - 1600. *pauidis*. Bün.

t) *poenale chaos*] v. 62. Mox, *reddidit ex se*. MS. Basil. bono sensu, iudice Buchnero; quia respicit mortuos, qui cum surgente Christo surrexerant, quos inferos in lucem reddidisse ait. Bün.

u) *reddidit in se*] Lact. edd. *reddidit isto*. MS. Basil. *ex se*. Buchnero iudice. non male. Bün.

x) *triumphi*] Sic Brow. et sqq. ubi priores: *tropaei, trophaei*, pro *tropaei*. Bün.

y) *Candidus-exercitus*] Neophytos siue baptizatos intelligit, quos ascendentes de baptismo candidis, i. e. albis

Additur hac Felix confors ^a mercede sacerdos;

Qui dare vult domino dupla talenta suo.

Ad meliora ^b trahens gentili errore vagantes,

Bestia ne rapiat, munit ouile Dei.

Quos prius Eua nocens infecerat; hos modo reddit

Ecclesiae ^c, pastos vberem lacte, sinu ^d.

Mitibus alloquiis agrestia corda colendo ^e

Munere Felicis de vepre nata seges.

Aspera gens, Saxo ^f ^g, viuens quasi more ferino,

95

110

Te

albis vestimentis indui moris erat. vide Buchnerum et notas ad Paulin. Nol. Ep. 32. p. 62. sq. *Bün.*

z) Additur hac Felix confors] Felix Nannetum episcopus, vt ex Epist. huius libri liquet. Cetera *confors* Browerus, non *concors*, vt alii: *Collar.* Oeto postrema disticha Ge. Fabricius non edidit. Quinque vero vltima in omnibus ab 1471-1566. editis desiderantur. Primum Mich. Thomafius addidit omnia. *Bün.*

a) confors] Sic Brower. et Buchn. et Cell. vbi priores Lact. edd. *concors.* *Bün.*

b) Ad meliora] i. e. ad christianam religionem. Ambros. contra Symmach. nullus pudor est ad meliora transire. *Bün.*

c) Ecclesia] Contra naturam vocis alteram syllabam corripuit, quod satis frequens Poetis christianis in hac et similibus vocibus. vid. Buchn. ad h. l. et Weitz. ad Prudentium. Est gignendi casus h. l. mox recent. edd. multae prae: *pastor*, vbi veteres Rost. Ven. 1471. 78. Busch. Brower. Budin. *pastos*, i. e. nutritos. *Bün.*

d) sinu] Dandicafu, pro *sinu*; vti *Cæf. equitatu, magistratu, exercitu*, pro: equitatu, magistratu, exercitu. Addit Buschius ex Virgilio: *meu curru concubitu.*; Plura Gellius, Priscianus, Vosius dant. Versus, qui centesimum sequuntur, in Rost.

Ven. 1471-1515-1566. non leguntur. Male distinctum versum correxi; constructio enim est: *Reddit sinui ecclesiae pastor lacte vberem.* *Bün.*

e) colendo] i. e. dum coluntur. Buchn. plura. *Bün.*

f) Aspera gens, Saxo] Hæsitet quispian, vide Saxones in Gallia. Magnam vim Saxonum bello captam, et per Gallias dispersam, Browerus in hunc locum probat. Hadrianus Valesius Rer. Franc. lib. 5. p. 237. censet; sicut Saxones in finibus Baciocasum confederint, quos Gregorius Turonensis lib. 10. cap. 9. *Baciocasinos Saxones* vocat: ita probabile est, in agro Nannetico etiam sedem cepisse, quos Christi mysteriis episcopus Felix initiauerit. *Coll.*

g) Aspera gens, Saxo] intelligit, inquit Buchn. illos Saxones, qui Britanniam, partem Galliae occupant, et vt erant inquieta gens et latrocinii adueta vicinis Aremoricis repentinis incurfibus id temporibus crebro vexabant. Quod et Sidon. innuit Panegyrico Auiti v. 370. scribens:

Quin et Aremoricus piratam Saxona tractus

Sperabat, cui pelle salum sulcare Britannum.

Ludus et adfuso glaucum mare finire lembo.

Dddd 2

Spe

Te medicante sacer, bellua reddit ^b oue m.

105 Centeno reditu ⁱ tecum mansura per æuum,
Messis abundantis horrea fruge reple.

Immaculata tuis plebs hæc vegetetur in vlnis,
Atque Deo purum, pignus ad astra feras.

110 Vna corona tibi de te tribuatur ab alto,
Altera * de populo vernet adepta ⁱ tuo.

IN-

Sperabas, i. e. *timebas*, ob incurfiones scilicet. Meminit et Gregorius Turonensis in Hist. Francica et alii eorum temporum narratores. Atque hac occasione fieri potuit, vt Felix, qui in Aremoricis erat positus, inuadentes Saxonas concionibus suis a paganismo ad Christianam religionem traduceret. Sane Britannos, hoc est Saxonas, qui ea tempestate Britanniam, vt diximus, tenebant, eo anno, quo Iustino mortuo Tiberius imperium arripuit circa urbem Nanneticam atque Redonnam, valde infestos fuisse, atque ad eos Felicem Episcopum legationem misisse; sed alio, quam sperabant, ipsique promiserant euentu. Gregorius Turonensis narrat L. 5. Hist. Francicæ c. 31. Quamquam de felici huius rei successu Venantius noster videatur gratulari Felici L. 3. in istis:

Auctor Apostolicus, qui intra Bri-
tannica vincens,
Tutus, in aduersis, spe crucis
armatus fugas.

Iterum:

Ecce suos natos divina et coniuge
sumtos,
Et modo te gaudent, qua patris
umbra segit,
Proque salute gregis pastor per com-
pita curris.
Exclusaque lupo tuta tenetur
ovis.

Insidiatores remouet vigil arte Bri-
tannos.

Nullius arma valens, quod sua
lingua facit.

In his certe verbis Fortunatus significat, ipsum Felicem Britannos siue Saxonas adiisse, et persuasisse, vt ad se iterum reuerterentur. Vtri plus fidei arbitrandum nescio. Potuit Gregorius ex malevolentia (videtur enim Felici ipsi minus fauisse), Fortunatus vero ex amore aliquid peccasse. Georg. Fabric. vir æterna dignus memoria, Commentario in Poetas Christianos, in voce Saxonos notat: concionatum hunc Felicem Saxonibus circa ea tempora, quibus Saxonos Francis opem tulerunt contra Erinfriidum Regem Turingorum: quo deuictò Franci Turingis impritarunt. Buchnerus.

b) bellua reddit ouem] i. e. *Paganus fit Christianus.* docte hæc Buchnerus illustrat. Bün.

i) centeno reditu] id est *promentis.* Bün.

k) Vna corona - de te - Altera de populo] Dicit Felicem coronam duplicem a Deo consecurorum: alteram, quod ipse bonum certari certamen; alteram, quod commissum sibi gregem fideliter rexerit, et ab omni hæreticæ prauitatis veneno intentatum præstiterit. Buchner.

l) adepta] *passine.* Buchnerus plur. Bün.

a) IN-

INCERTI AVCTORIS^{a. b} CARMEN
 DE PASSIONE DOMINI,
 LACTANTIO ALIQUANDO ADSCRIPTVM,

Quisquis ades, mediique subis^c in limina templi,
 Siste parum^d, infontemque tuo pro crimine passum,
 Respice me, me conde animo, me in pectore serua.
 Ille ego, qui casus hominum miseratus acerbos,
 Huc veni pacis promissæ interpres, et ampla
 Communis culpæ venia: hic clarissima ab alto
 Reddita lux terris, hic alma salutis imago;
 Hic tibi sum requies, via recta, redemptio vera,
 Vexillumque Dei, signum et memorabile fati^e.
 Te propter, vitamque tuam sum virginis aluum
 Ingressus, sum factus homo, atque horrentia^f passus

Fune-

^{a)} INCERTI AVCTORIS] Non defuerunt qui et hoc carmen Lactantio vindicarent. Barthius Adu. lib. 32. cap. 2: *Lactantio olim adscribebatur, nec sine ratione. Est enim graue et eruditum. Sane quid vetet eius esse auctoris, cui tot cæsi codices adscribant, licet vnus et alter contra sentiat.* Nam et poesi se dedisse Lactantium, Hieronymus auctor est, qui in catalogo ecclæs. Scriptorum eius Itinerarium laudat versibus hexametris conscriptum. Plures tamen de auctore dubitant. Cell.

^{b)} *Incerti auctoris carmen de Passione*] Certe non Lactantii nostri. Voß. de Poet. Lat. c. 4. cum præceden^e carmine tribuit Venantio. Daumius, vti refert Placcius de Pseudonym. f. 287. n. 1082. (11) in ep. ad eum 1677. scripta adscripsit Lactantio, in qua sententia persistit, vbi ex Syllabo Poet. veter. christ. ** 2. cognoscitur, ibidem varias editiones, sed haud accurate recenset; quia nesciuit, an Ven. 1492. hoc carmen habeat, non debui reticere, quod nec in ea, nec Ven. 1771. 1472.

vtraque 78. 93. Rom. 1470. 74. Paris. Parh. Pier. Iunt. Ald. Crat. Isæus, Spark. legatur: habent id ex meis inter Opusc. Beroaldi Bas. 1513. et 1515. Gymn. Gryph. Torn. 1548-1613. Bet. Thomas. Cell. Walch. et Heumann. Præ ceteris se commendauit ed. Riui- ni cum Notis Lips. 1652. 8. I. A. Fabricius in Bibl. Lat. p. 709. rectius Cæcilio Firmiano Symposio a viris quibusdam eruditis tribui censet. Heumannus hoc carmen studiosissime emaculauit et interpretatus est in Pœciles Tom. 1. Tertii Libro 2. p. 225. sqq. quem videas. Büñ.

^{c)} *Quisquis ades, mediis subis*] Christus loquitur ipse de beneficiis suis ad hominem per totum carmen. Cell.

^{d)} *Siste parum*] Sic omnes edidi, vbi Heum. c. l. *siste gradum.* Büñ.

^{e)} *memorable fasi*] Mich. Thomasius: *fari.* at Beroaldus, Fabricius et Riuius *fasi*, id est mortis. Cell.

^{f)} *horrentia - funera*] Lact. 2. 5. 23: *terris atque horrentibus tenebris.* Büñ.

D d d d 3

g: ma-

Funera, nec requiem terrarum in finibus vsquam
 Inueni, sed vbique mitias, sed vbique labores.
 Hôrrida prima mihi in terris magalia & Iudæ
 Hospitia In partu, sociæque fuere parenti:
 15 Hic mihi fusa dedit^g, bruta^h inter inertia, primam
 Arida in angustis præsepibus herba cubile.
 In Phariis^k primos vixi regionibus annos
 Herodis regno profugus, reliquosque reuerfus
 20 Iudæa^l, semper ieiunia, semper et ipsam
 Pauperiem extremam, et rerum inferiora secutus,
 Semper agens monitis^m humana salubribus almæ
 Ingenia ad studium probitatis aperta salubri
 Plurima doctrinæ iniuhgensⁿ miracula, quare
 25 Impia Hierusalem^o rabidis exercita curis
 Inuidiæ, sæuisque odiis, et cæca furore,
 Infonti est pœnis letalibus ausa cruentam
 In cruce terribili mortem mihi quærere. quæ si
 Latius ipse velis^p distinguere, sique^q per omnes Ire

g) *magalia*] tuguria Bethlehemica. Vide interpretes Virgilii Aen. I. v. 421. Cell.

h) *Hic mihi fusa dedit*] Hæc circumiecta. *Thys.*

i) *bruta*] Vel hæc vox prodit non esse Lactantii. *Bün.*

k) *In Phariis-regionibus*] in Aegypto. *Cell.*

l) *reliquosque reuerfus Iudæam*] reuerfus ex Aegypto reliquos annos in Iudæa inter ieiunia et pauperiem exegi. Male quidam *Iudæam*. *Cell.* Legit cum Heumanno, qui illustrat in *Poes.* c. I. *Iudæam*. Plura Vechner. *Hellenol.* ed. Heusing. p. 150 - 154. *Bün.*

m) *Semper agens monitis salubribus*] semper monens, adhortans, monitis impellens. *Cell.*

n) *iniuhgens*] *Asc.* 1513. 1515. *iuu-gens.* *Gymn.* *Gryph.* *Torn.* *Betul.* *Thomas.* etc. *iniuhgens.* vid. *Heum.* *Bün.*

o) *Impia Hierusalem*] Nonnulli ex

Poetis Christ. sequioris xui primam in *Hierusalem* producant, secundam tertiamque corripuntur minus decenter: quos inter Drepanius Florus Hymno ad Michaelen Archangelum:

Hierusalem Dominus largapitate reuifet.

at contra Lactant. sine alius quicumque carmine elegantissimo de Passione Domini:

Impia Hierusalem rabidis exercita curis.

vbi prima, tertia et quarta corripuntur, secunda et postrema producantur: nisi volumus postremam tã impia non esse elidendam. *Heimf.* ad *Prudent.* in addendis p. 266. et. p. 110. ad *Psychomach.* v. 811. *Bün.*

p) *Latius ipse velis*] Sic *Fabricius* et *Riuius*. Praue alii *velim*. *Cell.*

q) *sique*] *Asc.* 1515. *sicque dure*, immo praue. Non enim memini, sic

Ire inuict gemitus, mecum et sentire dolores,
 Collige consilia, insidiasque, meique nefandum
 Sanguinis innocui pretium, et simulata clientis
 Oscula, et insultus, et scruuz iurgia turbæ:
 Verbera præterea, et promtas ad crimina: linguas r.
 Finge u animo, et testes, et cæci infanda Pilati
 Iudicia, ingentemque humeros et fessa prementeta
 Terga crucem, atque graues horrenda ad fusera gressus.
 Nunc me, nunc vero desertum extrema secutum
 Supplicia, et dulci procul a genitrice leuatum x
 Vertice ad vsque pedes me lustra. en adspice crines
 Sanguine concretos, et sanguinolenta sub ipsis
 Colla comis, spinisque caput crudelibus haustum.
 Vndique diua pluens, viuum super ora cruorem,
 Compresos speculari oculos, et luce carentes,
 Adficiasque genas, arentem suspice linguam
 Felle venenatam, et pallentes funere vultus.
 Cerne manus clauis fixas, tractosque lacertos,
 Atque ingens lateris vulnus, cerne inde fluorem
 Sanguineum, fofosque pedes, artusque cruentos.
 Flecte genu, lignumque crucis venerabile adora z.
 Flebilis, innocuo terramque cruore madentem
 Ore petens humili, lacrymis suffunde subortis,
 Et me numquam non deuoto in corde, meosque
 Fer monitus. Sectare meæ vestigia vitæ,
 Ipsaque supplicia inspiciens, mortemque feueram
 Corporis, innumeros memorans, animique dolores,

Disc 55

sic Latinos iungere. Et Asc. 1513. et reliquæ edd. *siquè*. recte. Bñ.

r) *nefandum sanguinis innocui pretium*] pretium proditionis XXX. ficos. Cell.

s) *promtas ad crimina linguas*] criminationes. Cell.

t) *surba: - linguas*] Rectius Gymn. Walch. Heum. duo puncta post *surba*: et post *linguas* punctum ponunt. Bñ.

u) *Finge*] Hoc ex Ascens. 1513. et 1515. præfero cum Heumanno; exponit Asc. *imaginare*. recte. conf.; v. 31. *Collige*. Edd. reliqui: *Fige*. Bñ.

x) *procul a genitrice leuatum*] in altam crucem. Cell.

y) *Vndique diua pluens super ora*] diuina ora. Et hoc posterioris xui auctorem arguat, quia *diuus* adiectiuum veteribus, fuisse haud facile probaueris. Cell.

z) *lignumque crucis venerabile adora*] Suspectus multis versus, tamquam alio seculo, cum *στυρολαυτρεια* inualuerat, adfuturus: ideoque expunctus a Fabricio, qui ita connectit:

Flecte genu, innocuo terramque cruore madentem.

Cum vero de auctoris ætate non constet. relinquimus vti in libris est. Cell.

a) *Flecte genu lignumque crucis venerabile adora flebilis*] Ex verbis, quibus de adoratione crucis agitur Caucus in Hist. Eccl. Litter. f. m. 103. recte colligit, hoc carmen non esse Laſtantii: nam quod Georg. Fabric. ea verba induxit Io. A. Fabric. in Bibl. Lat. p. 709. merito displicet. Eiusdem cum hoc loco generis fere est, quem legimus in Commodiani Instruſt. XXXII. ed. Schurtzfl. pag. 43: *Cruciatium Domini si non adorasti, peristi*; ad quem Rigaltius: *Cruciatium Domini, crucem Christi, CHRISTVM CRVCIFIXVM*. Postremam expositionem libenter amplectimur. Sic Orientius de Trinitate ed. Schurtzfl. p. 94:

Adspice percussor, demens, venerabile lignum.

Sed vti hæc et similia, nisi quis sine suspitione interpretetur, a sanis formulis abeunt; ita certum est, Laſtantium tale quid ne per somnium quidem cogitasse, vti ex Laſt. Inst. L. 2. c. 2. integro aliisque locis elucet. Bñ. b) *tibi*

- Difce aduerfa pati, et propriæ inuigilare faluti.
 Hæc monumenta tibi, fi quando in mente inuabit
 Voluere, fi qua fides animo tibi forte meorum *b*,
 Debata fi pietas et gratia digna laborum *c*
 60 Surget, erunt veræ ftimuli virtutis, eruntque
 Hoftis in infidias clypei, quibus acer in omni
 Tutus eris, victorque ferēs certamine palmam.
 Hæc monumenta tuos fi labilis orbis amicos
 Auertent fensus *d* fugiente decoris ab vmbra
 65 Mundani, efficient, ne spe captatus inani
 Mobilis occiduis fortunæ fidere rebus
 Aufis *e*, aut vitæ sperare *f* fugacibus annis.
 Sed te nimirum fic ifta caduca videntem
 Sæcula et exutum *g*, *h* (patriz melioris amore)
 70 Orbis opes, rerumque vſus, et vota priorum
 Moribus extollens *i* facris, vitæque beatæ
 Spe, duras inter pœnas te rore fouebunt
 Cæleſti pactique *k*, *l* boni dulcedine paſcent.
 Purpuream donec, poſt vltima fata relicto
 75 Corpore, ſublimis animam reuocabit ad auras
 Gratia magna Dei *m*. tunc omnem exuta laborem,
 Angelicos tunc læta choros, aciesque beatas
 Sanctorum inſpiciens, æternæ pacis amœna
 Perpetuo felix mecum regnabit in aula *n*.

b) ſibi forte meorum] Vir doctiſſimus et optime meritus de hoc carmine, Andr. Riuius, quem antea quoque ſecutiſſimus, ita diſtinxit et emendauit. Alii: *ferre laborum*. Cell.

c) digna laborum] Plura Vechn. Hel-lenol. ed. Heuſingeri p. 201. Bün.

d) ſi labilis orbis amicos auertens ſenſus] Hæc crucis mœnimentata, ſi ſenſus tuos, caducis rebus adhærentes, auertent a vanitate mundi. Cell.

e) Aufis] Sic legendum: non auferis. Cell.

f) vitæ ſperare] Sic libri; vbi Heumannus in Poecil. c. l. *vitam ſperare*. Bün.

g) et exitium, (patriz melioris amore)] Sic ſcribo et diſtinguo cum laudato Riui-no. Cell.

h) Sæcula et exutum] Riuius, Gall. Cell. Walch. duce Barthio: *et exitium*, ſed prius editi omnes et Heumann. *ſacu-*

la et exutum. *Exutum* opes, vt poſtea v. 77: *Exuta laborem*. Bün.

i) moribus extollens] Sic Aſc. 1513. 1515. Gymn. Torn. Thom. et Cell. vbi Barthius: *extollens*. Heumannus ex ingenioſe *expolient*. Bün.

k) pratique boni] Barthius emacula-vit, tamquam ex Pſalmo XXIII. Editum erat: *paſſique*. Cell.

l) paſſique boni] Non male Barthius tentauit: *pratique boni*. At præſtat Aſc. 1513. 1515. Gymn. Gryph. Torn. et Thomafium ſequi: Ouidio diſta: *paſſa mu-nera*, - *regna - gaudia - ſidera*, *paſſum aurum* etc. Bün.

m) Gratia magna Dei] Idem Riuii emendationem amplector. Variè diſtingunt, alii etiam *ſibi* pro *Dei* legunt. Cell.

n) regnabis in aula] anima purpurea, omnem laborem exuta, regnabit. Cell.

Fragmentum de extremo iudicio, quod Stephanus Baluzius inuenerat in Colberti-no codice 1095. ſubiunctum libro VII. Inſtitutionum ante librum de Ira Dei, atque inde collegerat, illud etiam eſſe Laſtantiæ, vt docet in præfatione inuente ad Mûcel-taneorum Tomum II; deprehenſum etiam in codd. Colleg. Merton. et Corp. Chriſti Oxon. et in Emman. cod. et inde editioni Sparkii Oxon. 1684. et editioni Cantabrig. 1685. et Walchianæ Lipſ. 1715. inſertum protcripiſimus, quum non ſit Laſtantiæ, a cuius doctrina diſfert, ſed Auguſtini, e cuius de Ciui. Dei L. XX. capite vitimo exci-riptum; ſicut Heumannus in Poecil. Tom. III. Libr. II. n. VII. p. 239. 240. obſeruaui.

INDEX

I. INDEX AVCTORVM

A LACTANTIO ADHIBITORVM.

- A**gellius in Noct. Artic. Epit. 29.5
 Aglaosthenes 1. 11. 64
 Anaxagoras de Deo 1. 5. 18
 denique nigra 3. 23. 11
 Anaximenes 1. 5. 19
 Antisthenes 1. 5. 18. Ir. 11. 14
 Apollinis Milesii oraculum 7. 13. 5
 Apollodorus Erythræus 1. 6. 9
 Aristippus 3. 7. 7 et 7. 7. 11
 Aristot. Chius Ir. 22. 5
 Aristoteles 1. 5. 22 et 3. 7. 8 et 3
 8. 38. et 7. 1. 7
 Aristoxenus 7. 13. 9
 Asclepiades Christianus 7. 4. 17
 Bassus Gabius 1. 22. 9
 Cæsar in Arato 1. 11. 64 et 1. 21.
 38. Vide *Germanicus*.
 Calliphon Cyrenæus 3. 7. 7
 Carneades Academicus 5. 14. 3
 et cap. 16. tot.
 Cassius Seuerus historicus 1. 13. 8
 Catalus apud Cicer. 6. 2. 15
 Chryseippus 1. 5. 20 et 1. 6. 9
 - *ἡσυχαστικῶς* Epit. 2. 9. 6
 Cicero Consolatione 1. 5. 25. et 1.
 15. 19 et 3. 19. 2
 de Rep. 1. 15. 23 et 5. 12. 5 et
 6. 8. 6
 Hortensio 3. 16. 9 et 6. 2. 15
 in certo loco 5. 8. 10
 in Academic. tertio 6. 24. 2
 ex notis libris Offic. de Legib.
 pro Marcello etc. 6. 11 et alibi
 eius Officialium. laus 6. 2. 15
 Cleanthes 1. 5. 9
 Sex. Clodius 1. 22. 11
 Democritus pro atomis 1. 2. 2
 et 3. 17. 23
 Diagoras 1. 2. 2. Ir. 9. 7
 Diexarchus 7. 7. 12 et c. 13. 7
 Didymus 1. 22. 19
 Dinomachus Cyrenæus 3. 7. 7
 Diodorus philosophus 3. 7. 7
 historicus 1. 13. 8
 Domitius de Off. procos. 5. 11. 19
 Empedocles 2. 12. 4 et 3. 28. 12
 Ennius interpres Euhemeri 1. 11.
 34 Ir. 11. 8
 eius sacra historia 1. 11. 45
 Epicurus 3. 7. 7 et 7. 1. 10
 Eratosthenes 1. 6. 9
 Euhemerus 1. 11. 33 et Ir. 11. 8
 Historia deorum 1. 13. 14 et
 cap. 14
 Euripides in Lamia 1. 6. 8
 Fenestella 1. 6. 14
 Gabius Bassus 1. 22. 9
 Germanicus Cæsar in Arato 1. 11.
 64 et 1. 21. 38 et 5. 5. 4
 Heraclides Ponticus 1. 6. 12 &
 1. 7. 13
 Hermes 2. 15. 6 et 7. 13. 3
 eius liber *λόγος τέλειος* 4. 6. 4
 et 7. 18. 3 vide etiam *Tris-*
megistus
 Hesiodus 02. 14. 7
 Hieronymus philosophus 3. 7. 7
 Horatius Flaccus 5. 13. 6
 et c. 17. n. 18
 Hytaspes rex 7. 15. 19 et 7. 19. 2
 Iuuenalis 3. 29. 17
 Leucippus 3. 17. 23 Ir. 10. 3
 Liuius Patavinus 1. 20. 2
 Lucianus 1. 9. 8
 Lucilius poeta 1. 9. 8; 5. 9. 20 et
 0. 5. 2; 5. 18. 6

I. INDEX AVCTORVM.

Lucilius Stoicus	2. 5. 7	in Fortuitis	5. 13. 20
Lucretius	3. 14. 1 et cap. 16. 14 et cap. 28. 13 et 6. 10. 7 et 7. 12. 1. Ir. 10. 16	Quare bonis viris mala	5. 22. 11
Minucius Felix	1. 11. 55 et 5. 1. 22	Sibyllina carmina	2. 11. 8 cap 12. 20 cap. 16. 1. et 4. 6. 3. cap. 15. 15. cap. 20. 11. et 7. 16. 11
Musæus	1. 21. 39	Sifinnius Capito	6. 20. 35
Nævus de bello Punico	1. 6. 9	Socrates	Ir. 11. 13
Nepos Cornelius	1. 13. 8 et 3. 15. 10	Straton	Ir. 10. 1
Nicanor de Rebus Gest. Alex. M.	1. 6. 8	Tarquitius	1. 10. 2
Orpheus	1. 13. 11	Terentius	7. 27. 3
Ouidii Phænomena	2. 5. 24	Tertullianus	5. 1. 23 et 5. 4. 3
Metamorph.	5. 5. 7	Thales Milefius	1. 5. 16
Fast. 11. 12. 6. 14. c. 20. 8 etc.		Thallus	1. 17. 8. esp 23. 2
Persius	3. 16. 15 et 6. 2. 11	Theophilus de Temporibus	1 23. 2
Pescennius Festus	1. 21. 13	Theodorus Cyrenæus atheus	Ir. 9. 7
Pherecydes	7. 7. 12	Trismegistus	1. 11. 61 et 2. 15. 8 et 6. 25. 10
Piso in annalibus	1. 6. 9	Vide plura in <i>Hermes</i> , qui idem est.	
Plato	3. 19. 17. et 7. 7. 12 et 7. 8. 4 Ir. 11. 13 et 18. 5	<i>auctor</i> Triumphi Cupidinis	1. 11. 1
Plautus	6. 11. 8	Varro de <i>estate hominis</i>	2. 12. 21
Protagoras atheus	1. 2. 2 et Ir. 9. 1	de <i>Fauna</i>	1. 2. 2. 10
Pythagoras	1. 5. 17 et 3. 19. 19	apud Cicer.	Op 5. 6
Quintilianus Fanatico	1. 21. 17	Verrius	1. 20. 5
Capite obuoluto	5. 7. 7	Virgilius	3. 28. 15 et 5. 9. 4 et 7. 24. 11. ac alibi
Sallustius	1. 21. 41 et 2. 12. 12 et 6. 18. 26	Xenophon	Ir. 11. 13
Scholiaſtes Germanici Cæſaris	1. 11. 64	Zeno Stoicus	1. 5. 20 et 3. 7. 8 cap. 8. 20 et 4. 9. 2 et 7. 7. 13
Senecæ Exhortationes	1. 5. 27 et 1. 7. 5 et 6. 2. 12	Epicureus	3. 20. 15
Morales libri	1. 16. 10 et 2. 2. 14. et 6. 17. 28		
de immatura morte	3. 12. 11		

INDEX

INDEX II. RERVM NOTABILIORVM.

A Cademicorum opinio, nihil sciri posse	5. 17. 9	Antichristus	Ep 8. 8
refutata	3. 5. tot.	eius descriptio fabulosa	7. 17. 2
Accius Nauius augur	2. - 8	antipodes	3. 24. 4. seq.
de Adfectibus sententia Stoicorum	6. 14. 7	Antisthenes de Deo	1. 5. 18
doctrina Peripateticorum	6. 15. 2	Apis, bouis caput	4. 10. 12
Adon ab apro ictus	1. 17. 9	in vitulo ab Israele cultus, ibidem	
Aeacus iudex inferorum	7. 22. 5	Apollo Colephonius	1. 7. 1
Aegyptiorum dii turpes bestiae	5. 20. 12	Milesius	4. 13. 11. Is. 23. 12
aequitas iustitiae pars	5. 14. 15	Smintheus	1. 7. 1
Aesculapii ortus et educatio	1. 10. 1	Apollinis flagitia	1. 10. 3
Aesculapio gallum nutrire	3. 20. 16	Apollonii cultus diuinus	5. 3. 14
Aesculapius barbatus	2. 4. 18	iactata miracula	5. 8. 7
aeates imperii Rom.	7. 15. 14	Appius Claudius cur caecus	2. 7. 15
Agathocles rex Siculorum	1. 21. 13	Apuleius magus	5. 3. 21
Agésilauus Pluto	1. 11. 31	eius mirabilia	5. 3. 7
Albunea Sibylla	1. 6	aqua aboleri crimina	5. 19. 33
aliena, quam nostra, videmus melius	3. 4. 7	aquila in auspiciu Iouis	1. 11. 64
Amalthea nympba	1. 21. 38	Arabia Chanaan	2. 13. 6
Sibylla	1. 6. 10.	Arcefilas Academiae conditor	3. 4. 11
Ambrociotes	3. 18. 9	Archimedis machinae	2. 5. 18
Anacharsis Scytha	3. 25. 18	Archyta Tarentinus	1r. 18. 4
Anaxagoras de Deo	1. 5. 18	Areopagi origo	1. 10. 4
cur natus	3. 9. 4	Argus a quo occisus	1. 6. 2
ei circumfusa tenebris omnia	3. 28. 12	Ariani	4. 30. 10
nix nigra	3. 23. 11	Aricinum nemus	1. 22. 2
Anaximenes de Deo	1. 5. 19	Aristarchus aliquis	5. 2. extr.
ancile portare	1. 21. 47	Aristippus voluptatis patronus	3. 7. 7 et 3. 15. 15
animi sedes vbi? Op. 16. 11 seq.		vixit vitam pecudis	3. 15. 15
animi patriarcharum nummenfes	2. 12. 22	Aristophanes aliquis	5. 2. extr.
annus passionis domin.	4. 10. 18	Aristoxenus mentem negauit	7. 13. 9.
Anthropiani	4. 30. 10.	Aesclepius, Aesculapius,	1. 17. 15
Antigonus	1. 21. 1. seq.	Aesclepiades scriptor Christianus	7. 4. 17
		astrologia a diabolo	2. 16. 1
		Atabyrius I: ppiter	1. 22. 23
		atheique fuerint	1. 2. 2. Is. 9. 1 et 7
		Atlantis	

INDEX II.

Atlantis nomen ab homine ad montem	1. 11. 58	nae	1. 21. 13
Atilius Regulus martyribus post- ferendus	5. 13. 13	Castor et Pollux alterni viuunt	1. 10. 5
atomorum disputat.	3. 17. 24 seq.	apud Romam visi	2. 7. 9
patroni,	ibid. sect. 23	Catamitus	1. 11. 19
Aulstia oppidum	1. 11 extr.	Cato Uticensis	3. 18. 5 seq.
Autolicus	1. 23. 2	Censorius	5. 14. 3
	B.	Caucasus sœuorum patria	5. 11. 4
Bacchi crimina	1. 10. 8	Cebes	3. 24. 15
Balbus Lucilius	2. 6. 8	Cecropidæ virgines	1. 17. 14
Barba cur maribus data	Op. 7. 11	cenfitores	M. P. 23. 1
Aesculapii	2. 4. 18	Ceres Ennensis	2. 4. 19
Bellona cruenta dea	5. 10. 15	Catanensis,	ibid.
Belus quando vixerit	1. 23. 2	Milcia	2. 7. 19
Bithynia	5. 2. 2 et cap. 11. 15	Chanaan Arabia	2. 13. 6
Bona-dea, Fauna, Ops, eadem	1. 22.	chaos quid?	1. 5. 8
	9. n et 3. 20. 4.	chiliasmus	7. 22. 7 et cap. 24. 3
de Bono summo variaz sententiaz	3. 7. 7	Chiron Aesculapii doctor	1. 10. 2
Butes, Veneris adulter	1. 17. 9	Chlois Zephyrc nupta	1. 20. 8
	C.	Chrestus pro Christus	4. 7. 5
Cabirus numen Macedonum	1	chronologia biblica	4. 5. 6 seq.
	15. 8	Chrysipus de Deo	1. 5. 20
Cacæda	1. 20. 36	fulcit portum Stoicorum	7. 23. 3
Cadmi progenies, Bacchus,	1. 15. 20	eius mors	3. 18. 5
Cænophrurium	M. P. 6. 3	ciatrices laterum	5. 13. 9
Calliphon Cyrenicus	3. 7. 7	Cicero summus Platonis imitator	3. 25. 1
Calua Venus	1. 20. 27	solus Platonis imitat.	1. 14. 1
Candidianus, Galerii filius, MP.	50. 2	perfectus orator et philosophus,	ibidem
per canem et anserem iurare	3. 20. 15	filiam consecrare voluit	1. 15. 10
canina facundia	6. 18. 26	de fortuna	3. 29. 3 seq.
Cannensis clades	2. 16. 16	eius opinio refutata	3. 14. 9
capella Amaltheæ nymphæ	1. 21. 38	Cimmeria Sibylla	1. 6. 8
Capitolium	1. 11. 49. et 3. 17. 12	Cimmeriaz tenebræ	5. 3. 23
restitutum	1r 22. 7	Circe Marica	1. 21. 23
Carnædes philof. Acad.	5. 14. 3	Circenses ludi Neptuno sacri	6. 20. 35
iustitiam impugnat ib et 5. 16		eorum reprehensio, ib. sect. 32	
Carpi pop.	M. P. 4. 3. et c. 9. 2	circumcisio soluenda	4. 17. 8
Carthago Iunoni sacra	2. 16. 18	Cithæron mons	1. 22. 16
Carthaginensium hostiaz huma-		ciuitatis condendæ causæ	6. 10. 13
		clarissimatus sisul.	5. 14. 8
		Claudia	

RERVM NOTABILIORVM.

<i>Claudia Vestalis innocens</i>	2.7.12		
<i>Cleantes de Deo</i>	1.5.19	<i>Dacia Noua</i>	M. P. 9. 8
<i>sibi manus cur intulerit?</i>	3. 18. 5	<i>Dacisci pop.</i>	M. P. 27. 8
<i>Cleombrotus Ambraciot.</i>	3.18.10	<i>Dais, Daza, Maximinus</i>	M. P. 19. 4
<i>clinici philosophi</i>	3. 8. 10	<i>dæmones exanimæ</i>	1.11.47
<i>Cloacina, numen,</i>	1.20.11	<i>damnati immunes</i>	2.4.36
<i>Clodius Publ. incestus</i>	1.10. extr.	<i>Danae auro corrupta</i>	1.11.18
<i>Codri mors</i>	3. 12. 22	<i>Dariusius</i>	M. P. 18.6
<i>Colophonium oraculum</i>	1,7.1	<i>Demetrianus auditor</i>	5.4.3
<i>colonna, ara, Cæsaris</i>	1. 85. 13	<i>Democriti abstinentia</i>	1.1.4D
<i>comædiarum scandala</i>	6. 20. 27	<i>patrimonium neglectum</i>	3.23.4
<i>consecratio inepta</i>	1. 15. 29	<i>Demoeritus negat prouidentiam</i>	1. 2. 8
<i>Constantinus Cæsar antequam au-</i>		<i>Deucalion</i>	2.10.10
<i>gustus</i>	M. P. 25. 5	<i>Deus proprium nomen</i>	1.6.5
<i>Coprianus per calumniam Cypria-</i>		<i>Dei descriptio philosophica</i>	1. 5.
<i>nus</i>	5. 1. 27		16 seq.
<i>coronæ simulacrorum</i>	2. 1. 10	<i>dii populares</i>	1. 5. 18
<i>coronatus panibus asinus</i>	1.21.26	<i>Dia insula</i>	1. 10. 9. n
<i>Corybantes</i>	1. 13. 4	<i>Dianæ hospites immolati</i>	1. 21. 2
<i>Cotta pontifex</i>	2.6.8	<i>Diagoras atheus</i>	1. 2. 2
<i>Creta ins.</i>	1. 10. 9	<i>Dicæarchus</i>	3. 17. 34
<i>Critias tyrannus</i>	3.19. extr.	<i>Diespiter Iuppiter an Pluto?</i>	1.24.5
<i>Cræsum aut Crasum diuitiis sù-</i>		<i>digitis tribus sacrificare</i>	1.20.26
<i>perare</i>	6. 13. 11	<i>diluuium</i>	2. 10
<i>crux Gauiana</i>	4. 18. 10	<i>Diocles, primatum nomen Diocle-</i>	
<i>crucis signò vis tributa</i>	4. 27. tot.	<i>tiani</i>	M. P. 9. 11.
<i>litatio impedita</i>	4. 27. 3	<i>Diocletiani auaritia</i>	M. P. 7
<i>et M. P. 10. 2. 3</i>		<i>iniquitas</i>	ibid.
<i>culeus parricidii pœna</i>	5.9.16	<i>Dinomachus philosoph.</i>	9.7.7
<i>Cumana Sibylla</i>	1.6.10	<i>Diogenes captiuus</i>	9.24.16
<i>Canina, dea canarum</i>	1.20.36	<i>Dionysius irrisor deorum</i>	2.4.16
<i>Curetes altores Iouis</i>	1.21.41	<i>sacrilegus</i>	ibid. sect. 25
<i>filiis Iouis</i>	1.11.46	<i>Dolabella consul</i>	1. 5. 30
<i>Curio consul</i>	1.6.14	<i>Donatus,</i>	de Ira 22. pr.
<i>Curtii Marci mors</i>	3.12.22	<i>Domitianus ab Apollonio elusus</i>	5. 3. 9
<i>Cybele montium dea</i>	M. P. 11. 1	<i>Domitius de off. proc. an Vlpianus?</i>	5. 11. 19. not.
<i>eius sacerdotes castrati</i>	1.17.7		
<i>Cynici philosophi</i>	3. 15. 20		
<i>Cynofuræ oppid.</i>	1.10.2		
<i>Cyprianus laudatus</i>	5.1.24		
<i>Cyrenaici philosophi</i>	3.7.7		
<i>Cyrus æqualis Tarquinio Superbo</i>	4.5.7		

D.

E.

INDEX II.

elephantiac	4. 26. 12	faciales bella indixerunt	6. 9. 4
Eleusina sacra	1. 21. 24	fibulam imponere	1. 16. 10
Emanuel, nomen, expositum	4. 12. 7	Flora, dea	1. 20. 6
Empedocles in Aetnam illapsus	9. 18. 5	Floralia, ludi, festum	ibidem
Ennæ sole fruges primum re-	2. 4. 28	Focos vino madefacere	5. 1. 5
pertz	3. 8. 49	Fornacalia	1. 20. 35
Epicuri nouitatis studium	3. 8. 49	Fornax pro dea habita	1. 20. 35
Epicurus negat prouidentiam	3. 17. 16	de Fortuna disputatio	3. 29
atomorum defensor	3. 17. 23	Fortuna Muliebris	2. 7. 21
Epidauro accitus Aesculapius	2. 7. 13	Fortuna Equestris	2. 7. 16
Erichthonii vera origo	1. 17. 13	Fuluius censor mente captus	2. 7. 16
Erythræ oppidum	1. 6. 14	Furius Bibaculus pius	1. 21. 47
Erythra Sibyllarum nobilissima	1. 22. 5	Philus disputat contra iustitiam	5. 12. 5
Babylone orta	1. 6. 13	G.	
Esfias terra dissectus	4. 11. 12	Gabinus legatus Erythras	1. 6. 14
Esfrae liber an mutilatus ab Iudæis	4. 18. 22	Galba orator	5. 14. 3
Efus deus Gallorum	1. 21. 2	Galli, Cybeles sacerdotes,	1. 17. 7
Euclides Megaricæ disciplinæ conditor	3. 12. 9	Gallorum dii	1. 21. 2
Euphorbus Pythagoras	3. 18. 15	Ganymæda fabula	1. 11. 23
Euphranor artifex	2. 4. 13	Gauiana crux	4. 18. 10
Eristheus arbiter Herculis	1. 9. 7	Geminis consulibus	4. 10. 18
expositio infantum	5. 9. 15 et 6. 20. 21	geminorum exempla	1. 14. 4 seq.
F.		gentium maiorum dii	1. 15. 26
Fabrica Vulcani	1. 18. 21	Gergitium oppidum	1. 6. 12
Fabricius	6. 6. 26	gladiatorii ludi	6. 20. 10
facilius dicere quid non sit, quam quid sit	1. 17. 4	publicum homicidium	ibid. fest. 15
falsa conuincere, quam vera inuenire	2. 3. 24 et 1. 11. 10	Glaucia Plutonis soror gemella	6. 20. 15
Fatua Fauna	1. 22. 9	Gnosus, opp. Cretæ	1. 11. 46
Fauna, meretrix culta,	1. 20. 5	Gracchana tempora	2. 4. 39
Fauna	1. 22. 9	Græcum esse quanti Plato fecerit?	3. 19. 17
Faunus Saturni nepos,	ibid.	Græcorum leuitas	1. 15. 14
Faustali vxor, lupa	1. 20. 2	ea causa idololatriæ	ibid.
Febri pro dea culta	1. 20. 17	H.	
		Harmonia Veneris Filia	1. 17. 9
		Hebrzi	2. 13. 8
		Helena	1. 10. 6
		Hercules Alexiacus	5. 3. 14
		Her-	

RERVM NOTABILIORVM.

Herculis libidines	1.9.1	imitari, cultus religiosissimus,	5.10.18
labores	1.9.2		
Herculiorum cognomen	M.P. 5.3	immortalitas, summum bonum	3.12.18
Herillus philosophus	3.7.8		
Hermaphroditus	1.17.9	Inachus homo et fluius	1.11.58
Hermopolis	1.6.3	Inferna Plutonis	1.11.30
Herophile Sibylla	1.6.10	Ino, Leucothea	1.21.23
Hesus vide Esus		Io est Isis	1.11.20
Hierosolymæ vocis falsa origo		Ioues tres	1.11.48
	4.13.24	duo	1.11.37
historia Israelitarum	4.10	Iouis altores	1.21.41
histriones corrumpunt spectato-		sepulcrum	1.11.46
rem	6.20.29	Iouiorum cognomen	MP. 52. 3
Honor, deus	1.20.12	ira eos virtutis	6.19.2
ei ædes vota	ibidem	Isidis nauigium	1.11.20
Hortensius contra vnitatem Dei		Isis dea	ibidem
	1.7.4	Israelitarum historia	4.19
liber Ciceronis	3.16.9	Italia sedes Iani et Saturni	1.13.
	et 6.2.15		7 seq.
hospitalitas, præcipua virtus	6.	Iuba rex consecratus	1.15.8
	12.5	Iudaica historia	4.10
hospites immolare Taurorum lex		Iuno in Samo adoleuit	1.17.8
	1.21.2	Lacinia	2.7.16
Hydaspes fluius non vnus	7.	Moneta	2.7.11
	15.19.2	Veientis	2.16.11
fabulosus	5.17.18	Iuppiter scelerosus	1.10.10 seq.
rex et scriptor	7.15.19	eius parentes	1.11.6
et cap. 18. 2. quem		templum tergemini.	1.11.39. n.
alii Hytaspem vocant.		sepulcrum	1.11.46
Hyrkania feurorum patria	5.11.4	vnde dictus	1.11.49
Hytaspes, vid. modo in <i>Hydaspes</i> .		mas et femina	4.8.4
I.		Atabyrius	1.22.23
Ianus excepit Saturnum	1.13.7	Cassius	ibidem
Iapetus Promethei pater	2.10.7	Creticus	1.21.38
Icarium mare	1.11.58	Labrandeus	1.22.23
idololatriz origo	1.15.14 et 2.13.	Latialis	1.21.3
	7 seq.	Pistor	1.20.33
Iesus, nominis expositio	4.12.6	Triphylius	1.11.33
igni et aqua interdictum exfulibus		triumphatus a Cupidine	1.
	2.9.23		11 2
ignoratio sui, prauitatis causa		iurare per canem et anserem	3
	1.1.25		20. 15
imaginum vsus	2.2.3 seq.	per Stygiam paludem	1.11.82
		a 4	108

INDEX II.

insurandum Iouis	ibidem	interpretationis	lr. 14. 2
ius vitæ et necis	4. 4. 11	littera Pythagorica	6. 3. 6
Iustitia fugit e terris	5. 5. 2	litteræ profant religioni	5. 1. 11
Iustitia impugnata a Carneade	5. 14. 4	Locrensis Proserpina	2. 7. 18
a Furio	5. 12. 5	Logica pars philosophiæ tertia	3. 13. 4
Iustitiæ fontes pietas et æquitas	5. 14. 11	Dialecticam in se continet	ib.
officium primum, secundum	6. 10. 2	lucæ boues, <i>elephantes</i> , Op.	3. 18
	2. 7. 9	Lucilius Stoicus	2. 5. 7
Inturnæ lacus	2. 7. 9	Lunæ orbis quantus	3. 23. 12
L.		lupa Romuli	1. 20. 2
Lacinia Iuno	2. 7. 16	lyra, Mercurii inventum	1. 10. 7
læticia est professum gaudium	6. 15. 15	M.	
Lais nobile scortum	3. 15. 15	Magalia Iudz,	Psch. v. 14
Lara dea	1. 20. 35	Magorum ars	2. 14. 10
Larentia	1. 20. 2	Marcionitæ	4. 30. 10
Larentinalia	ibidem sect. 4	Marica Circe	1. 21. 23
Latialis Iuppiter	1. 21. 3	Marmessus vicus	1. 6. 12
Latona	1. 17. 6	Marpessia Sibylla	1. 6. 12. n.
laudes regiæ, ex Cicer.	5. 6. 12	Martis scelera	1. 10. 4
laureata unago noui principis mis-		Martyria Christianorum	5. 11. 102.
sa	M. P. 25. 1	et 5. 13. 9 seq.	
Lezna meretrix consecrata	1. 20. 3	Matuta	1. 21. 23
Lezna Nemesis	1. 21. 23	Mauri reges consecrati	1. 15. 6 et 8
Lethæus gurgis	3. 18. 16	Maxentii historia	M. P. 26
Leucippus atomorum inuentor	3. 17. 23 et lr. 10. 3	Maximianus senex <i>Herculus</i> , M. P.	18. 7
Lex noua Christi	4. 17. 13	Maximinus Daia	M. P. 19
Papia	1. 16. 10	eius tragica mors	M. P. 49
Taurorum inhospita	1. 21. 2	Megarica disciplina	3. 12. 9
libationis ritus	6. 1. 5 seq.	Melicertes	1. 21. 23
liberalitatis officium	6. 11. sub fin.	Melissa sacerdos	1. 22. 10
libido, pudoris et famæ debellatrix	1. 9. 5	Menceæcus Thebanus	3. 12. 22
libri religionem dissoluentes con-		mens et anima differunt	7. 12. 9
cremati	1. 22. 5 et lr. 9. 2	Mercurius fur et nebulo	1. 10. 7
licentiæ eadit ad omne flagitium	6. 19. 6	Mercurii quinque	1. 6. 2
Licinius pro Christianis	M. P. 48	metempsychosis reprehensa	3. 18. 16
Lindus, Rhodi opp.	1. 21. 31	metus summus summa virtus	6. 17. 4
Lingua, a ligando cibo, Op.	10. 16	mimi præferunt corruptelaram	
		disciplinam	6. 20. 30
		Mineræ numen vnde	1. 18. 23
		Mipos iudex inferorum	7. 22. 5
		Mina-	

RERVM NOTABILIORVM

Minucius Felix causidicus	5. 1. 22	Olympus cur celum	1. 11. 35
miracula paganorum	2. 7	Omphale Hereulis	1. 9. 7
miseri cordiæ officium	6. 12. pr.	opertum Bonæ deæ	1. 22. 11
Moneta Iuno	2. 7. 11	Ops Rheæ Saturni coniux	1. 13. 2
Moneta locus eudendæ pecuniæ	M.P. 7. 9	Orion in fluctibus ambulans	4. 15. 21
monarchia diuina Platonis	1. 5. 23	Orphei ætas et tempora	1. 5. 4
montium dea	M.P. 11. 1	Orphica sacra	1. 22. 16
moralis philosophia præcipua	3. 7. 1	P.	
mors misera non est	3. 17. 32	Palæmon Matutzæ filius	1. 21. 25
- voluntaria improbat	3. 18. 7	pallium philosophorum	3. 28. 14 et 5. 2. 3
mortis definitiones	2. 12. 9	Pallor pro deo cultus	1. 20. 22
Mures Decii	3. 12. 22. n	Pan inter consecratos Iouis	1. 15. 13
Musarum instinctu	1. 5. 10	Paneus mons	1. 11. 63
Muta dea	1. 20. 35	Panztrius Stoicus scripsit de Officiis	6. 5. 4
Mutinus	ibid. sect. 36	hunc secutus Cicero	ibid.
Mutius Scauola martyribus non conferendus	5. 13. 13	panum corona asini	1. 21. 26
myrteis virgis casta	1. 22. 11	Papia lex	1. 16. 10
N.		Paphus Venerem coluit	1. 15. 9
Narfeus rex Pers.	M.P. 9. 5	Paradisi descriptio	2. 12. 15
natura sui conciliatrix	5. 17. 20	Parcæ tres	2. 10. 20
hominis socialis et beneficia	5. 17. extr.	certa munia,	ibid.
Nauis sagur	27. 8 et c. 16. 11	parricidæ in culcum insuti	3. 14. 9. 21
Naxus inf. caltrix Bacchi	1. 25. 8	Parthenia Samus	1. 17. 8
necromantia	2. 16. 1	Parthenii	1. 20. 32
Nemesis Leda	1. 21. 23	Pascha male ex Græco ducitur	4. 26. 40
Neptuni fors et imperium	1. 11. 32	patriarcharum anni	2. 12. 22
Nero translatus et rediturus	M.P. 2. 8	patrimonii abiectio	2. 23. 4
Nicanor historicus	1. 6. 8	Pauli apost. supplicium	M. P. 2. 6
nix nigra Anaxagoræ	3. 23. 11	Paullus Macedoniæ victor	2. 7. 10
Noahi historia	2. 13	ad Cannas cæsus	2. 16. 17
nonacula Accii Nauii	2. 7. 8 et cap. 16. 11	Perfes rex Macedon.	2. 7. 10
Nonatiani	4. 30. 10	Pet. Romæ fuit	4. 21. 2 et M.P. 2. 5
Numæ libri athei exusti	1. 22. 5	perfectissimatus	5. 14. 18 et M.P. 21. 3
O.		Phædo, ex seruo philosophus	3. 25. 15
Oedipodis scelus duplex per errorem	6. 20. 23	Phalaridis taurus	3. 26. 6
oleo vngere	4. 7. 7	a 5	Pha-

INDEX II.

Phanes <i>eris</i> , sol, deus	1. 5. 4	Priapus Lampfaci cultus	1. 21. 25
Phasidis avis,	Ph. v. 144	Priapo afinus hostia	1. 21. 26
Phenacatæ <i>pop.</i>	1. 6. 3	Promethei fabula	2. 10. 7
Phidias statuarius	2. 4. 13	prophetæ non sefellerunt	1. 4
Philippicæ Ciceronis iniquæ	5	prophetarum quædam dicta frustra relata ad Christum	4. 13. 7 et 10
Philocteres heres Herculis	1. 9 extr.	Proserpina Locrensis	2. 7. 18
Philosophi digniores oratoribus	1. 1. 9	raptâ	1. 21. 24
philosophia quid?	3. 2. 3	Protagoras primus atheus	1. 2. 2
constat scientia et opinione	3. 3. 1	et Ir.	9. 1
Phœnicis carminis auctor, Ph. not.	pr. et in Vita.	providentiæ negatores	1. 2. 2
Phryges hæretici	4. 30. 7	provinciarum subdivisiones novæ a Diocletiano	M. P. 7. 4
Picus pater Fauni	1. 22. 9	pupæ Veneri donatæ	2. 4. 12
pietas quid?	5. 14. 11	Pygmææ gentes	Ph. v. 81
Aeneæ excusæ	5. 10. 5	Pythagoras de Deo	1. 5. 17
Pilatus legatus Syriæ	4. 18. 4	Pythagoræ litteræ Y	6. 3. 6
pingi gesta principum in tabulis solita	M. P. 5. 3	metempsychosis	3. 18. 15
Piso socer Cæsaris	1. 15. 30	peregrinatio	4. 2. 4
Pistor Iuppiter	1. 20. 33	Q.	
Plato captivus	3. 25. 16	Quindecimviri Sibyllina inspecta habent	1. 6. 13 seq.
ob quæ deo gratias egit	3. 19. 17	Quirinus deus	1. 15. 29
in Sicilia	2. 4. 26. n.	R.	
Platonis ciuitas notata	3. 21	Rationales, <i>procuratores</i> , M. P.	7. 4.
Deus vnus	4. 4. 6	receptaculum hominis corpus	2. 3. 8
peregrinatio	4. 2. 4	regiæ laudes	5. 6. 12
Pluto Agestilaus	1. 11. 31	regina sacrorum	5. 19. 10
Diespiter	1. 14. 5	regna tandem intereunt	7. 15. 13
sortitus inferna	1. 11. 30	regulæ honeste viuendi	6. 18. 12.
pœnitentia, quam reponit fides, est firmior	5. 12. 7	Regulus Atilius martyribus non conferendus	5. 13. 13
Pœnitentiæ laus et commoda	Ep. 6. 12	religio et sapientiâ non separandæ	3. 11. 2
Polyeetus statuarius	2. 4. 13	religione nihil magis voluntarium	5. 15. 23
Pompeii fata	6. 6. 17	resedit religio penes Hebræos	2. 13. 8
pontifices: maximi, minores	5. 19. 10	rex sacrificulus	5. 19. 10
Portunus deus	1. 21. 28	Rhadamanthus iudex	3. 21. 17 et 7. 22. 5
Potitii, Herculis sacerdotes,	2. 7. 15	Ri.	
prætoriani	M. P. 12. 5		

RERVM NOTABILIORVM.

Ripa strigata	MP. 17. 4	septem sapientes	4. 1. 10 et 12
Romæ ætates	7. 15. 14	sepultura non neganda	5. 11. 6 et
Romanum nomen tollendum			6. 12. 30
ibidem sect.	1. 1.	sepultura contemptores	6. 12. 27
Romuli nutrix	1. 20. 1	serta florea, simulacrorum	2. 1. 10
morbi et cædes	1. 1. extr.	Sibyllæ decem enarratæ	1. 6. 8 seq.
Romulus consecratus	1. 15. 32	vnde nomen	1. 6. 7
desideratus ibidem sect.	31	Sibyllæ simulacrum	1. 6. 12
Rubigo consecrata	1. 20. 17	Sibyllarum scriptores	Ir. 22. 5
S.		Sibyllini libri	1. 6. 10 seq.
Sabbati deriuatio incongruens		signato cruce præfente litari non potest	4. 27. 3. M. P. 10. 2
sacra vis inuisa	7. 14. 8	signum immortale crucis	M. P. 10. 2
sacrificia et anathemata vera	3. 20. 3	simulacrorum vsus	2. 2. 2 seq.
	25. 5	Socræti carcer	2. 3. 5
sacrilegia Dionysii	2. 4. 16	somniandi ratio	Op. 18
Saitæ in Ægypto	1. 6. 3	Sonion præceptor Senecæ	6. 14. 14
Sallustius homo nequam	2. 12. 12	spati poetarum, <i>feminati</i> ,	3. 4. 9
Salomonis an liber Sapientiæ		statuarii nobiles	2. 4. 13
	4. 16. 7	status erectus hominis cur.	7. 9. 11
Salomonium templum	4. 13. 26	et Ir.	20. 10
Samia vasa	1. 18. 21	stella cæli	1. 11. 63
Samos inf. consecrauit lunonem		supplicia Christianorum diebus solemnium ludorum	MP. 16. 5. 11
	1. 15. 9 et cap. 17. 8	supra nos, nihil ad nos	3. 20. 10
Sapientes septem	4. 1. 10 et 12		
Sapientiæ liber an Salomonis	4.		
	26. 7		
Saturno hostia humanæ	1. 21. 6	Tarquinii Superbi ætas	4. 5. 7
Saturni nomen	1. 12. 9	et cap. 14. 11	
fabulæ	1. 12 et 13	Tarquitius	1. 10. 2
ætas	1. 13. 2	Tellus vxor Vrani	1. 27. 28
Saxones in Gallia	Pasch. v. 103	tensa Iouis	2. 16. 16
scæpici ludi Baccho dicati	6. 20. 35	Terminalia, <i>festum</i> ,	M. P. 12. 1
secretarium, locus iudicum	M. P.	Terminus deus	1. 20. 37 seq.
	15. 5	vnde origo ritus, ibid sect	37
sectarum principes	5. 3. 1	Tertullianus perdoctus, sed minus comptus	5. 1. 73
Selenitæ	3. 23. 12	templum Castoris et Pollucis	2. 7. 9
Seneca acerrimus Stoicus	1. 5. 26	Fortunæ Equestris	2. 7. 16
acutissimus Stoicorum	2.	Iunonæ (Lacinia)	ibid.
	8. 23	Sarbus	1. 17. 8
vitiorum descriptor verissimus	5. 9. 19	Iouis Ægyptii	1. 11. 33
accusator acerrimus ibidem.			tem-

INDEX II. RERVM NOTAB.

templam Veneris Caluz	1. 20. 27	Venationes, <i>ludi</i> , Saturno dicat	6. 20. 35
templum verum ecclesia	4. 13. 26	Veneris liberi	1. 17. 9
pectus humanum	1. 20. 23	vento concepta animalia	4. 13. 2
tetrarche	4. 10. 18	Venus Armata	1. 20. 32
Teutates deus Gallorum	1. 21. 2	Calua, <i>ibid.</i> sect. 27	
Thales Milesius	2. 5. 16	veritas in puteo	3. 28. 14
de Deo et creatione	<i>ibid.</i>	Verris damnatio felix	2. 4. 35
Themisto docta femina	3. 25. 15	immunitas damnati <i>ibid.</i>	sect. 36
Theodorus atheus	5. 20. 14	vetustas omnia in maius componit	1. 21. 41
Thetidus filius patre maior pr-			
dictus	1. 11. 9	Vicennialia Diocletiani M.P.	17. 1
Thoth, <i>Mercurius</i> ,	1. 6. 3	victima humanaz	1. 21. 1 et 9
Tura tribus digitis	1. 20. 26 et	Carthag.	1. 21. 12
	5. 18. 12	Victoriola, <i>simulacra</i>	2. 4. 19. n.
Tigres Hyrcanz	5. 11. 4	virtus accerbitatem suam pensat	
Traianus, Marcus, Senerus, cur		magno bone 6. 9. 22 ei amaritu-	
pratermissi a Lactantio M. P.	3. 4. n	do permista	1. 1. 7
Transdanuviani	M. P. 9. 2	Virtus dea	1. 20. 12
transitus per mare rubrum	7.	vngere oleo	4. 7. 7
	15. 2	voluptas fabricatrix mortis	6.
Triumphus Cupidinis, <i>liber</i>	1.		2. 23
	11. 1	Vranus, <i>homo</i> ,	1. 11. 61
Triphylus Iuppiter	1. 11. 33	<i>cap.</i> 13 15	
Trismegistus quis?	1. 6. 3	vultus hominis erectus quid signi-	
Troia quando euerfa?	1. 23. 4 et	ficet?	3. 27. 13
	4. 5. 6		
Tuditani infania	3. 23. 7	X.	
Tullia Ciceronis consecranda	1.	Xenophanes de luna credulas	
	15. 18		3. 23. 12
tutela nautis	1. 11. 19	Xenophon Socraticus	Ir. 11. 13
Tynderidz	1. 5. 4	Y.	
V.		Y vitz humanaz similis	6. 3. 6
Valentiniani <i>heretici</i>	4. 30. 10	littera Pythagorica	<i>ibid.</i> n.
Valeria Diocletiani filia	M. P.	Z.	
	15. 1	Zabulus, diabolus,	M. P. 16. 5
Valer. a Persis captus	M. P. 5. 4	Zeno de Deo	1. 5. 20
excoriatus <i>ibid.</i> sect. 6		Zeno Epicureus	3. 20. 15
Varro doctissimus	1. 6. 7		

ardote

INDEX

INDEX III.

VERBORVM ET FORMVLARVM.

- A** b alio expectes, alteri quod feceris, ex Seneca citat L. 1 16.10
- abactæ prædæ pecorum ac iumentorum M. P. 27. 6
- abdicare se humanitate 3. 10. 14
ratione 5. 19. 3
- abdicati hereditatem patris non adsequuntur 4. 4. 5
- abdicatos abiectosque rursus suscipere 6. 24. 8
- abdicatis heredibus. Ep. 43. 7
- aberrare propius 6. 12. 26
- abesca a veritate et fide 5. 3. 16
- abest a diuinis litteris repugnantiâ 5. 3. 16
- abest ab his sapientiâ 4. 1. 12
- abeunt in profundum demersæ vrbes 7. 3. 8
- non abhorrens a vero locus 5. 12. 5
- abhorret a multitudine philosophia 3. 25. 12
- abiectum inhumatumque iacere 6. 12. 27
- abigit homines a vita ea doctrina 3. 18. 9
- abigunt volucres fetus alienos si obiicias 3. 22. 9
- abiit, rectius *habuit* impune M. P. c 2. 6. c. 30. 1
- ab Ioanne 4 15. 2
- ab isto genere sacrorum non misoris insaniz iudicanda sunt sacra 1. 21. 16
- abisse ad deos not. 1. 15. 33 et 3. 18. 5
- abiurare 6. 1. 8
- abiurere os humore. M. P. 21. 9
- abnegare didicit, quidquid pepesisset. conf. L. 1. 9. 10. **Quin-**
- til. 11 Inst. c. 2. *mercede partem abnegata ei pecuniæ pars est.*
- abnegare lucem animis, i. e. occidere 6. 20. 19
- abolet iustitia labem vitæ prioris 6. 24. 5
- abominandus tyrannus 7. 25. 8
- abominatio 1. 17. extr.
- abortiones (an *abortationes*) Op. 12. 6
- abruptum præcipitium Ep. 69. 6
- in abruptum colles subsident 7. 26. 2
- terræ desederint 7. 3. 8. not.
- abscedere i. e. ex vita demigrare 7. 27. 8
- abscedat ne sol testis furoris nostri 6. 18. 33
- abscessu sol ad meridiem facit hiemem lx. 13. 4. recessum vocat L. 2. 5. 18
- abscidere, abscisus 1. 12. 10. c. 13. 1. not.
- abscondere clanculum 1. 14. 5
- absconditum Deo nihil, nihil secretum 6. 24. 11
- absolutio, in absolutionem sententiam ferre deo 7. 20. 5
- absolutus. virtus perfecta et omnibus numeris absoluta 4. 25. 10
- absolutum et perfectum reddere 5. 7. 8
- absque, *præter* 4. 13. 8. not.
- abstinentia cupiditatum ac libidinum 7. 11. 8
- abstinere imbres 7. 17. 1
- abstinere sanguine - a rapinis et fraudibus 5. 10. 15-16
- sceleribus presentium pœnarum abs.

INDEX III

abstinere meta	6. 9. 5	acerbitatem saporis asperi sub prætextu suauitatis occultare	5. 1. 14
- se a nocendo	5. 17		
- - omni peccato	5. 17. 26. Ir. 10. 47		
abstrahi ad suauitatem	Ir. 19. 3	acerbitate virtutis offendi	7. 1. 13
abstrusa prorsus atque abdita Op.	1. 15	acerbissime persequi pellices	1. 17. 7
absumit ignis	7. 3. 8. L. 1. 12. 5	- pugnare ob aliquid	2. 21. 13
absumentis viribus	M. P. 33. 3	- metuere quem	M. P. 9. 4
abundantes vsque ad delicias	6. 11. 15	acernatim	2. 5. 11
abuti in bonam partem	1. 6. 14	acies luminum	6. 2. 4. L. 7. 9. 3
Ir. 11. 15 et Epit. 61. 2		acies mentis hebetatur terrenis cu- piditatibus	7. 1. 12
abuti accepta potestate supra hu- manum modum	5. 23. 2	acriter redarguere errores	5. 2. 1
accedere ad religionem Dei	6. 21. 4	actio, accusatio	M. P. 13. 1
accedere alicui	7. 17. 7	actis rescisis	M. P. 3. 4
accedit eo, quod	5. 22. 9. not.	actiosa vita	6. 17. 23
et 6. 13. 5		actus penitentis, quem penituitis	6. 11. 11
accenseri, adscribi	2. 9. 5	actus vitæ	6. 12. 3
accensus, adscriptus	5. 2. 15	in actu esse	3. 16. 2
acceptabilis victima	Ep. 58. 3	actus singulorum deus animaduertit	Ir. 17. 4
acceptus optime in cœna	3. 9. 12	actus boni, bona opera	6. 24. 26
accessus solis	Ir. 13. 4 et L. 2. 5. 18	actus ciuiles	M. P. 7. 4
accipere i. e. audire, accipe, quomo- doid fiat	Op. 9. 2	acumen humani sensus ista per- spicere non potest	Op. 14. 6
accipere. sumere, intelligere	4. 9. 2	acumen suum lingua palato illidit	Op. 10. 13
et L. 5. 5. 7. quod sic accipi debet	Ep. 64	acuminavit deus contextum spinæ in caudam	Op. 7. 7
accipere rudes in disciplinam	3. 25. 13	acuminata et vibrata certis moti- bus lingua	Op. 10. 15
accipere vim	2. 8 39-iniuriam	ad gladium comparare homines, gladiatores emere	6. 12. 39
6. 18. 22 sic vim pati	7. 12. 9	ad quod pro ad id, quod	2. 10. 6
accita ab accire	2. 7. 12	adaacti tormentis	5. 20. 7
accitus, vocatus	5. 2. 2	adæquare ciuitates solo	4. 21. 2
accommodare ad sensum	M. P. 11. 7	M. P. 12. 5	
accusatione fortunæ consolari se.	5. 10. 13	adæquati planis montes	7. 3. 8
accusationibus proscindere	3. 28. 8	addere dignitatem rei pudendæ	1. 20. 7
accusator acerrimus	5. 9. 19	addicere se corpori, rebus terrenis	Ir. 19. 3
acerbissime vexare feminas	4. 2. 3	- desiderii carnis	Op. 19. 10
acerbitatis nomine infamare cen- suram	Ir. 17. 6	ad-	

VERBORVM ET FORMVLARVM.

addicere tē libidinibus 2. 1. 3	- p̄m̄io	7. 5. 27
- regibus in seruitium M. P. 21. 2	adfici contamelis	6. 22. 10
- sectæ 7. 7. 6	- cruciata	4. 25. 1
- aliquem cruci Ep 45. 8	- morbis	Op. 4. 22
addicere sanguinem suum ad seruitutem ad lupanar 6. 20. 22	- morte	4. 26. 29
addicti ad seruientes voluptatibus	- p̄enis	5. 11. 19
6. 1. 9 sic quasi addicti alienis	adfiētari aliqua vi	2. 1. 10
seruimus erroribus Ep 55. 2	adfiētī pedum vitio: an <i>adfecti</i>	4. 15. 7
addictus vitis genitoris Ep 7. 3	adfluentia vbertate decurrens oratio	4. 18. 12
adducere quem in p̄nitentiam	adfluere bonis	5. 21. 8
4. 20. 1	adfluit cui quid	5. 6. 1
adeo 2. 1. 12. L. 2. 6. 6. c. 12. 6.	- fiscus male partis opibus M. P. 8. 4	
L. 3. 9. 12. L. 5. 1. 17	adgaudere	4. 6. 8. not.
quod adeo verum est 1. 23. 3.	adgredi quem molliter et amice	M. P. 18. 2
Op 9 4. ita Vegetius 1. c. 3.	adgregare se alicui	1. 7. 9
quod usque adeo verum est.	adhibenda quamprimum latentibus morbis curatio	6. 24. 23
adeo vero 5. 9. 13. not.	adhibere diligenter curam cui	5. 11. 17
adfectare imperium M. P. 8. 4	- diligentem curam vulneribus	Ep 51. 6
- sacerdotium 4. 30. 5	adhibere genus probationis aduersus quem	1. 6. 17
adfectionibus a nequissimis 4. 11. 4	- manus impias operi diuino Ep.	39. 11 - vim naturæ ibid.
not. (h) (non: <i>adfectationibus</i>)	adhibere quem in conuictum	6. 12. 3
prius est fere in omnibus scriptis	adhibito modo temperare	6. 15. 2
et primis edd. Cypr. L. 1. adu.	adhuc, <i>adu. temp.</i> 3. 28. 10 c. 21. 11	
Iud c. 2. ed Oxon. f 20.	adhuc dubia luce	M. P. 12. 2
adfectibus indulgere 6. 18. 24-	adhuc tepidis cineribus maritū	M. P. 39. 4
reluctari ibid.	adiectione verborum sententiam	
adfectus cohibere, - compeſcere, -	corrupt	6. 18. 16
comprimere, refrenare, retundere - temperare 6. 5. 13. sqq	adigere in furorem	4. 27. 5. not.
- suos consulere Ir. 23. 14	adimpletio	4. 20. 5
adfectus, a, um, <i>agrotus</i> , morbo <i>adfectus</i>	adimpletus diuino spiritu Ep. 43. 5	
4. 24. 16	adiudicare se cui	2. 2. 24
adfectus honoribus diuinis 1. 20. 1	adiugatis corporibus elata soboles	Op. 6. 4
adferre morbos, <i>verursachen</i> Op.	adiu.	
4. 16		
adficere <i>absol.</i> pro adficere supplicio		
4. 8. 11		
adficere in mortem ep. 54. 6. not.		
adficere infamia, dedecore, flagitio		
1. 9. 1		
- labe 4. 26. 12		
- p̄na capitis Ir. 17. 6		

INDEX III.

- adiumentum non leue** Op. 13. 8
adiumento nullo indigere 2. 8. 41
adiumentis mutuis 6. 18. 2
adiungere fidem diuinitatis mirabilibus factis 5. 3. 16
adiurare per Deum 2. 15. 3
adiuratio 2. 17. 11
adiuuat potu (an: in potu) lingua bestias Op. 10. 17
adlidere paruulos 4. 21. 3
adligatis ad collum molaribus mari mergere M P. 15. 3
adludere suis coniugibus ac fetibus 3. 10. 2. not.
adminiculo animi 7. 11. 7
adminiculo alicuius niti 7. 15. 16
administrator mundi Deus Ir. 19. 6
admissa sua celare 4. 18. 17
admissor Ep. 63. not.
admittere adulteria 1. 10. 14
admittere facinus Ir. 21. 3 et L. 4. 16. 4 L. 5. 23. 4.
admittere pauperes ad communionem proprii laboris 5. 5. 7
admittere in celum - in templum 1. 18. 10
admittere in cogitationem: al. in cogitatione 6. 13. 8
- in cor 4. 16. 11
- in pectus 5. 22. 21. Ir. 1. 6
admodum multa 5. 1. 24. pauci
admodum Ep. 14. 3. Ir. 4. 15
admonendi gratia hæc paucis retuli 4. 30. 14
admouere faces incensas - membris M P. 21. 9
adnotare, inscribere librum 5. 3. 22
adoperire letis Op. 7. 2
adoperitus 7. 27. 7
adoptare testamento quem 4. 10. 13
in adoptionem venire Ep. 43. 7
adoptione succedere in locum cuius 4. 20. 11
adoptatus in cuius locum Ep. 48. 3
adorati fuerint, actine Ep. 57. 14. not.
adornare 2. 9. 3
adornatum celum intermicantibus astrorum luminibus, tamquam floribus 6. 20. 7 conf. Epit. 27. 2
adornare plumis insignibus Op. 7. 2
adparatissimam cœnem alicui adponere Ir. 13. 17
adparatu regio 6. 4. 8
adpendere pecuniam 3. 25. 17
adpetens communionis ac societatis natura hominis 6. 10. 18
adpetens virorum et impudica mulier 1. 17. 10
adpetentia voluptatis et victus 3. 8. 26
- vehementior et acrior 6. 23. 3
adpetere ferro et igni quid 5. 9. 3
- beneficiis celum 5. 9. 17
adpetitio vnius femine a multis maribus 3. 21. 11
adposita singulis quibusque moribus loqui 3. 17. 3
adprehensio. M. P. 2. 2
adscensus in celum ei patet 1. 18. 12
adsciscere quem in societatem M. P. 25. 3
- in hereditatem regni 4. 20. 30
adsciscere nomen regium 1. : 3. 15
adscitus Ep. 71. not.
adscribere culpæ aliorum M. P. 11. 5
- timori aliquid 6. 9. 5
adsensit opinioni 1. 5. 19
adsequi aliquid ex aliqua re 7. 6. 7
adsequi perplexa et inuoluta vix etiam politi homines possunt 4. 25. 13
adserenda sententia Ir. 6. 2
adse-

VERBORVM ET FORMVLARVM.

adferere, defendere	1. 3. 20 not.	nes <i>Mannes</i> 4. 12. 1 conf. 1 Cor.
adfertor voluptatis	3. 17. 35	7. 1
adfertores deorum	1. 3. 21	adtingerunt qui litterarum aliquid
- idonei	1. 1. 7	5. 1. 9
adflores	M. P. 22. 5	adtrita Op. 5. 9
adfoeratio	4. 29. 1	aduenire Romam M. P. 2. 1
adfoeratiōi alic. fidem commodare.	4. 10. 3	aduentus vtroſque, plur. 4. 12. 15
adſignare mulieribus arma et equos,		aduertere oculos, an: oculis Op. 8. 10
- lanam et telam viris et infantium		adulari panegyricis mendacibus
geſtationes	3. 22. 10	apud 1. 15. 13
adſiſtere zgris	6. 12. 24	adulatio pernicioſa eſt ac deceptrix
adſiſtere deo, <i>miniſtrare</i>	1. 7. 11	Ep. 64. 8
- dominis.	4. 27. 4 not.	adultera mens 6. 23. 34
adſpectu abſtinere	3. 20. 3	adulterium committere cum aliqua
adſpectu concitatur libido	6. 20. 31	110. 4
- in libidinem concitari	1. 20. 31	adulterio genitus 1. 9. 1
adſpectu terrori omnibus ac formi-		adulteria et ſupra in mares et femi-
dini caſe	M. P. 9. 4	nas 5. 10. 16
in adſpectum priſtinum oculos reſti-		- exprimere in theatris, <i>lebbaſt</i> vor
tuere	4. 15. 7	<i>ſteven</i> ibid.
<i>ſub</i> adſpectam venire	Ir. 10. 25	adunatus Op. 17. 9
adſpectus ipſe peccati indignus	Ir. 18. 2	adunata plebes M. P. 23. 2
adſperſi maculis, <i>leproſi</i>	4. 15. 8	adunci vngues Op. 2. 4
adſpiratio ventorum	7. 4. 7	aduocandi gratia. <i>quid?</i> 3. 16. 3. not.
adſtringere, <i>oppoſ.</i> finire	6. 23. 38	aduocare, <i>inuocare</i> 2. 2. 2
adſtringere verbis	4. 23. 2	aduocare precibus 2. 5. 11 Varro R.
adſtringi ſcelere	5. 1. 1	R. 1. c. 1, <i>Deis ad venerationem</i>
adſueſcant invicem mores duorum	6. 23. 32	<i>aduocatis.</i> vbi vid interpr. nouiſſ.
adſueti hominibus ſolitudinem ferre		german. Hal. 1730. p. 6.
non poſſunt	6. 10. 27	aduſtio 7. 26. 2
adſumere nomen	2. 14. 12	ædes, plur. <i>templum</i> 2. 7. 9
adſumere, ſenſu logico 7 3 15. Opif.		ædificandi cupiditas infinita M. P.
6. 7. eodem ſenſu: <i>ſuſcipere</i> 2. 5	33 et 2. 8. 46	7. 8
adſumere, <i>arrogare</i> 1. 12 extr et Ep.		ædificare ſibi habitaculum Ir. 10. 30
31. 3. hoc ſenſu: adſumere ſibi vl-		ædificator mundi Deus 1. 6. 16
tionem	6. 18. 18	ædificium pæne vſque ad ſumma
adſumtio, ſenſu logico 2. 5. 31		perductum 7. 1. 1
adtaſtu ſine vilo viri, <i>opif.</i> Zuthun et		æger animi. M. P. 17. 2
		ægreſcere 7. 12. 9
		ægritudine tabeſcere M. P. 1. 8
		ægroſ curandas ſouendosque ſuſci-
		pere 16. 12. 24
		æmulus. <i>Dei</i> 2. 9. 11
		b æmu-

INDEX III.

emulationem habere aduersus, aliquem	M. P. 43. 2	agere in carne mortali	Ir. 1. 5
æquabile ver	2. 11. 2	- in rebus prosperis	5. 22. 5 Op. 1. 9
æquabilitas	5. 14. 15	agere mimos	5. 20. 12
æqualis cum quo, defenditur	ira. 7. 4	agere pœnitentiam quid?	6. 13. 2
æquanimitas	5. 22. 3	agere motibus, impellere	Pasc. v. 22
æquantur montes planis	7. 16. 11	agunt adfectus homines præcipue	in facinora
æque	3. 4. 8. c. 17. 37. c. 27. 15	agitur de vita et salute	4. 30. 12
æque alienam	Ir. 13. 21	agitur præpostere	Ir. 22. 4
æque non aliter, quam	6. 9. 23	aguntur omnia coniecturis	3. 27. 3
æque totidem digiti in pedibus, quot	in manibus, eheu se vult	aggeribus obiectis arcere	6. 10. 15
æque vt	7. 10. 6	agitare manus	Op. 5. 10
æquitas quid?	5. 14. 15	agitari erroribus maximis et perpetuis	5. 7. 1
æquus iudex, iustus	M. P. 40. 3	agitata malis quatientibus virtus stabilitatem capit	5. 7. 9
æquus, æqualis	2. 8. 6. not. L. 5. 14. 16	agitata multum res inter philologos	1. 2. 6
	Op. 12. 10	agitatur animus irrequietus	Ir. 17. 3
æquo iure, i. e. pari	5. 14. 17	non agnoscere officium pietatis	7. 17. 9
aer ore ducitur	Op. 11. 14	agon	Epit. 73. 4
aer viatiur	7. 16. 6	agri rudes	Ep. 60. 5
æreos orbès fabricari	3. 24. 6	ait, quod ait	3. 19. 17 not.
æstimare paruo quem.	3. 25. 15	alacritate incredibili insolenter exsultare	Ep. 54
æstimare, existimare	5. 27. 8 not.	albescens pallor	Ir. 5. 3
æstuantæ anima	M. P. 42. 2	alere fetus de suis corporibus	Op. 2. 7
ætate lubrica	not. Epit. 63. 7	alienus a religione Dei singularis	6. 17. 29
ætate anteire alios	2. 6. 14	- a spe vitæ ac salutis æternæ	4. 30. 11
ætatis processa minuitur voluptas	3. 11. 6	aliena misericordia viuere	6. 12. 32
ætatis spatio peracto	Op. 4. 9	alii-alii-alii-alii-alii-ii-quidam-qui ii	6. 4 20-23 conf. Epit. 33. 14
ætate robustus	M. P. 50. 4	alii super alios	not. M. P. 23. 6
ætates æstimare	M. P. 23. 4	alii plurimi	5. 4. 2
ætates conterere in studio	3. 26. 12	aliis, his et aliis pluribus, en plurimis	not. 7. 16. 13
ætatibus multis eum antecessit	2. 13. 4	alimentum lactis adpetere	Op. 3. 2
in ætatibus his discuntur artes	6. 3. 15	- fetibus ministrare	Op. 3. 6
æterniora	Ep. 68. 22. 23	alimta cui subministrare	5. 18. 15
in æternum manet memoria	1. 11. 29	alimta ciborum subtrahere	Op. 4. 10
age, opinemur	3. 3. 9		
age, nunc consideremus	4. 14. 1		
agens annos octo	M. P. 50. 6 not.		
ager cultior	M. P. 7. 12		
agere, i. e. versari, viuere	4. 23. 2. not.		

VERBORVM ET FORMVLARVM.

alimonia frugum	7. 4. 7	amantissimus probatissimusque fi-	
alimoniā administrare	7. 5. 12	lius	4. 21. 4
- ducere	Op. 12. 17	amara remedia sine offensione pota-	
alioqui sī	4. 24. 7	re	5. 1. 14
alioversus interpretari	1. 17. 1	amarissime concitari	1. 21. 35
aliquanto tempore	M. P. 10. 6	amaritudo permixta virtutibus	1. 17
aliquis, <i>subauditur</i>	3. 4. 14	ambiri circumdato igni, an: <i>amburi</i>	M. P. 15. 3
alit terra varios fetus	7. 6. 4	ambitu miro penetrare ad amicitias	
aliter quam res habet	7. 22. 2	judicum	5. 2. 3
aliter, quam sapientibus convenit vi-		ambitio inanis	Ir. 2. 1. 2
vunt	Op. 1. 2	ambitio, postquam honores, quos vo-	
<i>longe aliter, quam</i>	6. 3. 14	luit, adepta est, consenscit	7. 10. 2
non aliter, quam	6. 9. 23. c. 12. 8	ambitione inflatus	7. 1. 17
	et 7. 18. 5	ambitionibus inflat alios	6. 4. 20
alitur ignis materiz alicuius fomite	7. 21. 3	ambulandi vsu carere	Op. 3. 9
	7. 27. 1 not.	ambulare super mare	Ep. 45. n.
allicibilis	7. 27. 1 not.	amittere dentes	Op. 10. 14
alta et obscurz rationis esse	Op. 14. 8	amor habendi, ex Virg.	5. 5. 12
alte, <i>scilicet</i> , parum alte prospicere	5. 17. 9	ex habendi amore descendit	6. 17. 17
non perspiciunt altius	5. 21. 9	amisio carorum, <i>mort</i>	2. 28. 8
altius inquirere	4. 27. 18	- bonorum - lucis	5. 22. 20
altius se extollere	5. 18. 11 c. 22. 9	amisiones carorum	3. 17. 8
<i>longe altius quid repetere</i>	2. 8. 2	amores illiciti: (al. <i>illicite nuptiz</i>)	Ep. 61. not.
alter-alius	5. 2. 3-12	athores meretricum	6. 20. 27
alterna spatia laboris ac quietis	2. 5. 21	amovere opes, non: <i>opus</i>	5. 20. 3 not.
alternis vivere, alternis mori	1. 10. 5	amplecti mala pro bonis	1. 1. 7
alternis vultum maculat nunc-		amplificare res laudibus	1. 5. 3
rubor, nunc pallor	Ir. 5. 3. not.	amputare excusationem	4. 24. 8
alterutrum sibi connexa sunt.	Ir. 13. 14 not.	- facultatem scribendi-respondendi	5. 4. 2
		- stirpium radices	Ep. 60. 5
altior dignitatis gradus	M. P. 36. 5	amputato adfectu	Ir. 4. 10
ad altiora sibi viam munire	5. 11. 10	an- vtrum, num pro vtrum-an	Ir. 16. 9
in altissimis tenebris esse	4. 15. 7	anastasis, <i>latinis litteris</i>	7. 23. 2
altitudinem in profundam cadere	6. 4. 4 not.	anfractus denios sequi	1. 1. 23
in altitudinem profundam subsi-		angore animi ac metu confugere ad	
dunt valles	Ep. 71. 7	mortem	M. P. 49. 2
altor videntium	5. 3. 25	anymatus	Op. 5. 12
altiores iouis	1. 21. 41	angulata et hamata	Ir. 10. 8
in altum se abdit mens occupata	Op. 16. 7		
alumnus veritatis populus	7. 15. 18		
alans emittit maceratos ex se cibos	Op. 11. 16		

INDEX III.

- angustias facultatum conqueri 6.
20. 24
- in* angustias se conicere Op. 4. 14
- angustissimi trames 5. 18. 11
- angustus admodum trames est, per
quem iustitia hominem deducit
in cælum 7. 1. 20
- animaduersio aduersus fugitiuos 4.
4. 5
- animaduersio gladii, *pæna* M. P. 22. 3
- animæ feces 7. 12. 8
- animam alterius magis curare, quam
suam 5. 18. 2
- recipere M. P. 17. 9
- animæ, i. e. animalia 3. 8. 8
- animarum interfectores 5. 8. 6
- animas cremandas aris imponere 5.
20. 1
- animal mite æ sociale homo 6. 17. 21
- animantes data sunt. neutro genere
not. 7. 4. 10
- animari, *inspirari* 1. 11. 42 conf. 5.
18. 13
- animi directus, *an recte?* M. P. 9. 6.
- ex animi sententia, non dissimulan-*
ter 11. 10
- animam confirmare ad rectius vi-
vendum 6. 24. 6
- animum intendere cui rei 4. 5. 4
- animam alterius de tuo metiaris Ep.
60. 3
- animum cuius gerere 6. 12. 41
- sumere Ep. 65. 5
- animo percipere 6. 2. 2
- animos transferre ad ritus profanos
4. 10. 11
- animis demissis, fracta superbia
M. P. 27. 4
- animis hæret, quod aures mulcet 5.
1. 16
- animis pro *animabus*, 6. 10. 19 et 7. 2. 1
- animis partibus iugum ferre 6. 23. 32
- anniuersaria sacra 1. 17. 8
- anni paruulis adiciebantur, senibus
detrabantur M. P. 23. 4
- annis vergentibus in senectutem 7.
27. 8
- anquirere 3. 13. 11
- anteactæ vitæ probitas nihil prodest
male uiuenti 6. 24. 5
- ante obierunt, quam 4. 15. 27. not.
- ante prædicere 4. 18. 1
- ante præmittere Ep. 49. 3
- ante prouidere Op. 1. 2
- ante pedes quid esset, non prospexerunt
2. 1. 16
- anteferre 2. 1. 5
- anteponere rebus omnibus veritatem
1. 1. 3
- antistat Dei opus humanis operibus
7. 2. 5
- antistat Romani omnibus regnis
magnitudine 7. 1. 13
- antistes religionis 5. 19. 10
- philosophiæ 5. 2. 3
- antitheus 2. 9. 13
- aperire cæcorum lumina 4. 26. 4
- aperte, plane aperteque defendere 1.
5. 23
- aperte insanire 7. 3. 2
- apertins ostendere 4. 12. 18
- apertus et simplex homo 6. 12. 11
- aperto et simplici corde viuere 4. 17. 14
- in* aperto est causa, i. e. aperta 5. 1. 18
- apice insignis, *pileo sacerdotali* 6. 18.
28
- apothecas obsignare M. P. 37. 4
- aptare mores temporis, ex Seneca 3.
15. 13
- apud Mediolanum, i. e. Mediolani
M. P. 48. 2
- aqua amaritudine vitatur Ep 71
- mutatur in cruorem Ep 71
- aqua semper iacens et quieta insalu-
bris et magis turbida est 6. 17. 22
aquam

VERBORVM ET FORMVLARVM.

aquam scindente angelo	4. 10. 17	arguit, i. e. <i>demonstrat</i> felicitatem	
aquarum cadentium decursus, exitus, receptacula	Op. 6. 5	exitus	Ir. 20. 3 not.
aquarum eluies	7. 16. 5	argumentum	formidolosum Ir. 13. 22
- inundatio	Epit. c. 71	- inane	7. 12. 22
de aquis arcendis	1. 1. 12	- hoc retrouersum idem valet	1. 16. 4
aquis coeuntibus	4. 10. 8	- ex contrario valet	4. 28. 9
integrum hunc Lactantii locum clare imitatus est Sulpicius Severus. c. 15. 6		- in contrarium valet	2. 5. 12
aquatiles animantes	7. 4. 10	argumento respondere	1. 16. 11
araneosi dii, locus suspectus	5. 12. 13	- occurrere	7. 20. 8
arbitris remotis	1. 22. 2	- magno est	7. 9. 15
arbor in flore spem maximam dat, in fruge decipit	7. 16. 6	argumentum inferre - disoluere	1. 16. 11 - 14
arbutta pomis exuberant	15. 13. 7	- sumere ab aliquo,	1. 20. 7
arcanum in aperto, sic leg.	6. 7. 3	- trahere ex aliquo,	3. 6. 6
in arcanis haberi	Ir. 23. 2	argumento colligere	3. 18. 2
arcere motu nocentia a corpore	Op. 7. 7	- perturbari	Ir. 13. 22
- sacrilegum a templis	2. 4. 25	argumenta ex falso petita ineptos et absurdos exitus habent	2. 5. 37
arces libidinem insignis deformitas	M. P. 38. 3	- inferre	5. 16. 4
archipirata	3. 17. 41	argumenta non desunt in utramque partem	Op. 18. 1
archiore disciplina minor aetas ad probitatem formetur	6. 19. 6	argumenta proferre	2. 8. 55
ardere non minus auaritia, quam libidinibus	5. 2. 3	argumentis docere, probare	2. 8. 55
ardere inuidia, quid	M. P. 14. 2	- acerrimis aliq. impugnare	2. 8. 12
ardentissima cupiditas	6. 23. 2	arguta conclusio	6. 17. 4
ardescit rursus ignis	Op. 18. 4	armandi aduersus libidinem virtute maxima sumus	6. 23. 12
ardescunt oculi	Ir. 5. 3	armare ad nefas omne	6. 23. 8
arescentibus siccitate faucibus	M. P. 21. 9	armare in eadem fratris fratrem	Ep. 27
arescunt riuus deficiente vena fontis	7. 12. 23. c. 16. 7	arridet occasio latendi cui	Ir. 8. 5
arguere quem ignorantia	3. 1. 15. 11	- spes impunitatis	3. 17. 36
- stultitia	5. 3. 26	arroganter desipere	6. 18. 1
- superbia	Op. 1. 10	ars meretricia	1. 20. 6
- incitiam cuius	Ir. 1. 6	artis magicæ praestigiae	5. 3. 11
arguere mores suos disputationibus	5. 2. 4	artes execrables exercere	2. 16. 4
		artibus bonis - malis adsequi	6. 1. 8
		artifex solertissimus	Op. 10. 22
		artifex vniuersi	2. 5. 17
		artificio piscatorio, opificia	5. 2. extr.
		ars purgare	Ep. 60. 5
			asp-

INDEX III.

aspera via	6. 4. 6	auctoritate cuius trahi	3. 13. 8
aspero circuitu in viam redire	6. 15. 17	- impelli	Ir. 1. 2
aspirantur homines attingere sanguinem	6. 2. 9	auctus sensu, i. e. <i>præditus</i>	2. 5. 31
aspirari ac respicere	4. 5. 2	Op. 17. 4 conf. Gifan. Obseru. in	L. L. p. 23. 64.
aspirari ac reuocare	Ir. 18. 3	auctus in immensum	7. 16. 2 not.
aspirari annonam	M. P. 37. 5	acupari exitus rerum	M. P. 9. 6
- corpora belluarum	5. 11. 3	acupata, <i>pass.</i> per rumorem	5. 2. 22
- pro fordida sermonem	6. 21. 5	audaciam nutrire ad facinora maiora	Ir. 18. 3
assidua preces	Ir. 16. 2	audaciam refellendi sumere	5. 16. 2
assidui et frequentes ad obsequium formali	4. 28. 8	audia eleg.	7. 3. 13
assiduitate, obsequio, deuotione seruire	6. 25. extr.	audire, male audire	Op. 1. 2
astutus simplicitas prædæ ac pabulo est	5. 2. 5	auditorem satis strepnum se præbere	Op. 1. 2
astutissimo	1. 22. 23	auditu ospi	Ep. 63. 6
et enim. insaruit obiectioni	1. 11. 17	auditu suaui	1. 1. 11
c. 19. 1. L. 2. 2. 6. c. 4. 14. 14. L. 3. 2. 5. L. 5. 20. 11. L. 7. 2. 8. c. 12. 13. Ir. 7. 3. e. 10. 34 et sæpius.		auditus obscuruit	7. 12. 12
et vero 1. 1. 9. L. 4. 24. 5. c. 27. 13. L. 6. 8. 15. L. 7. 11. 6. c. 25. 7		auertere mentes a cultu Dei	2. 6. 3
	Ep. 33. 10	auertere pericula	2. 16. 13
atque ita similes	7. 1. 15	auferre aliquem, de terra	5. 21. 6
atrior mens Cimmeriis tenebris	5. 3. 23	- iustos heredes	5. 9. 16
	3. 23	auferre manus cui, i. e. abscidere	5. 12. 5 c. 18. 9
in atris vestibibus esse: <i>lugubribus</i> M. P. 32. 3		auferri ad conspectum alterius	3. 23. 10
attingit, <i>peruenit ad</i>	2. 12. 9	auferit ars grammatica multos annos	3. 25. 10
non attingit mors Deum	Ir. 17. 4	augeri incrementa	Op. 17. 7
non attollere oculos ad alienam felicitatem	6. 24. 25	augetur religio Dei, quanto magis premitur	5. 19. 9
attonitos obstupescerat pauor	19. 7	auguratio	2. 16. 1
	19. 7	augustior humano habitu	1. 15. 32
auiditia rapida et furons sibi omnia vindicat	5. 5. 6	auidie expetere	6. 23. 13
- intercipit beneficia diuina	5. 5. 8	auidissimo ventri opes ingerere	6. 1. 8
auctor Venus	1. 17. 10	auidissimas cupiditates coercere	1. 9. 5
auctores proferre, <i>dare</i>	1. 9. 9	auidissime ruere in adfectus	6. 23. 2
auctoritas valet	5. 19. 11	auocamenta sibi inuenit mens	Op. 18. 8
auctoritati quis tanta audeat repugnare	5. 3. 5	auocare aliqua re et ab aliquo redderunt	6. 6. 4 not.
		auocare animum retrorsum	Op. 9. 3
			200.

VERBORVM ET FORMVLARVM.

suocare animos ferocis populi ab armorum studiis Op. 22. 2
 suocatur mens simulacris Op. 18. 9
 suram per os trahere Op. 11. 14
 auram vel exiguam veritatis colligere 3. 17. 11
 aures quasi audea Op. 8. 9
 aures demulcere It. 7. 9
 - blandiori sono mulcere 5. 1. 16
 - surdorum patefacere 4. 26. 6
 - vulnerant præcepta continentiam 7. 1. 14
 auribus patefactis surdorum insinua-
 re-auditum 4. 15. 8
 auriculæ, *audisia* 6. 2. 11
 aurículas defecare M. P. 36. 7
 aurichalcum 5. 16. 7
 auriga currum regit 7. 3. 6
 Aures, i. e. Iosua 4. 17. 12
 auspiciari salutarem et optabilem principatum præclaro initio 1. 1. 13
 auspicio nominis alic. opus inchoare L. 1. 13

austeritatem ob insitam 1. 1. 7
 aut-aut certe 5. 17. 19. L. 6. 12. 17. c. 15. 25 not.
 aut-aut etiam 1. 4. 8. L. 6. 11. 23 not. It. 20. 8
 aut-aut-aut etiam Ep. 33. 12
 autem - sed 3. 16. 4
 autem - vero 6. 22. 18. L. 7. 8. 6 et 2. 15. 8

auxilium accipere 6. 10. 25
 - laborantibus denegare It. 16. 2
 - præstare 6. 10. 24-25
 auxilio egere 6. 10. 22
 auxilio indigere 5. 20. 2

B.

Barba et pallium philosophiæ 3. 25. 8
 barbari homines 2. 4. 13
 beatus, oppos. *miser.* L. 7. 11 3-4
 - contemptores decorum sæpe beati, cultores sæpe *miseri.* L. 5. 10. 12

beatus, qui nulla re indiget 2. 6. 9
 beatus et nulla re indigens Deus 7. 5. 11
 beatissimus 4. 16. 2
 belli terror infremuit 2. 1. 9
 bellis frementibus 2. 4. 36. L. 7. 15. 10
 bellua immanissima Op. 5. 12 not.
 bene dicere ad paucos pertinet, bene vivere ad omnes 1. 1. 9
 benedicere quem, *cuius accusat.* 7. 14. 11
 benedictis omnibus votisque celebrari It. 5. 7
 bene facere vobiscum liceat 5. 12. 3 not.
 beneficium non est, quod ingeritur recusanti 5. 20. 6
 bene habet 7. 2. 1 not.
 in bonis esse 7. 1. 18
 bonis euertere. M. P. 31. 6
 bonis exuere 5. 19. 31
 bonitatem non in pectore, sed in labris habere 3. 16. 4
 breui sc. tempore 1. 22. 14
 breuiate proliza Epit. Prolog.
 breuiter in transcurso stringere 7. 4. 12
 breuius facere potuit 6. 5. 5
 brutescere, *sensum perdere* 2. 5. 40
 brutum, oppos. sensibile 7. 4. 12 in not. et 7. 5. in not. fragm.

C.

Cadere ad multiplices religiones 3. 11. 3
 cadet res in eum statum, vt. Epit. 7. 1
 non cadit in eum suspicio cupiditatis et fraudis 1. 4. 8
 non cadit in Deum It. 5. 2
 non cadit in hominem 8. 13. 34
 non cadit in sapientem mendacium It. 10. 48
 cælitus aduèrb. 4. 2. 6. Op. 20. 1

INDEX III.

caelum intermicantibus astrorum luminibus tanquam floribus adornatum	6. 20. 7	capere stabilitatem	5. 7. 9
caelum potius, quam caelata intueri	6. 20. 7	- vigorem de quiete	lr. 17. 3. 4
calescentu suo	Op. 14. 5	scilicet capit virtutis via magna oneratae gestantes	7. 1. 10
caligantibus veritatis fulgore luminibus	lr. 2. 1	capilli a temporibus effusis ante auris	Op. 7. 11
caligare toto lumine obiecto	5. 4. 5	capitali crimine occidere	6. 20. 16
calliditates	8. 12. 17	capite ex alio, <i>ratione</i>	6. 11. 11
callum solorum	M. P. 21. 8	captans hereditates	5. 9. 16
calor elicit vermiculos	M. P. 33. 9	- lucra de alienis malis	Ep. 64
calumniari providentiam	lr. 9. 7	capti falsa virtutis specie	6. 10. 11
campo desertos insequi	3. 17. 1	- inanis gloriae specie	1. 18. 9
campus sterilis ac nudus	M. P. 46. 9	capti omnibus membris	4. 15. 6 not.
<i>Sic Ouid. 3. Metam. 709. Purus ab arboribus, spectabilis undique campus.</i>		caput fontemque iustitiae tenere	5. 17. 2
camporum plana	7. 3. 25 not.	caput horum et causa malorum	2. 8. 2
cancer, <i>morbus</i> , proxima quoque invadit, et quanto magis circumsecatur, latius sequitur	M. P. 33. 4	- sceleris	4. 16. 5
candidatus immortalitatis velamine	6. 8. extr.	carceres <i>plur.</i> de noxiorum custodia	5. 8. 9 M. P. 15. 5. c. 22. 2. c. 35. 2
canendi ratio turbatur et soluitur	Op. 16. 15	cardo in eo versatur	3. 7. 7 not.
canere sua sponte fides non possunt	Op. 16. 16	cardo religionis versatur in hoc	lr. 6. extr.
canere, <i>de versibus</i>	1. 4. 3 not.	cardo rerum	2. 8. 55
canore, <i>de poesis</i> , canere deorum laudes	3. 9. 8	carere defuncti hominis honore	1. 15. 30
caninam facundiam exercere	6. 18. 26. not.	caritas annonae exarsit multo deteriorius	M. P. 7. 7
canino modo vivere	6. 18. 26	caritatem facere immensam animas	M. P. 7. 6
canis obscenus	3. 8. 9. not.	carmina dulci modulatione curruntis	5. 1. 10
canis deferre honorem	M. P. 32. 2	- numerosa	Epit. 64
canos reuereri	7. 17. 9	carnes ex vulneribus crescentes	Op. 8. 13
capacitas civitatis	Op. 8. 14	carnificinae suae totis viribus incubere in aliquem	5. 9. 13
capere diuisionem	1. 3. 9	carorum amissione	3. 28. 8
- interitum	1. 3. 9	casae ad Deum preces	Epit. 71
- mortem	Op. 4. 2	in casum labores suscipere	6. 9. 17
- sapientiam discendo et audiendo	7. 12. 12	caste se gerere	6. 23. 29
		castigandi molestiam fugere	lr. 12. 3
		casti-	

VERBORVM ET FORMVLARVM.

castris illibata 6. 23. 46
 castitatem illibatam seruare 1 7. 11
 cateslyfianus factus 2. 10. 10 Jr. 21. 4
 Epit. 27
 causa hominum, pro notiori: hominum causa Ep. 68. not.
 cohibendorum causa delictorum Jr 18. 10
 non generandi causa, sed capiendae voluptatis 1. 16. 8
 nostra causa, pro nostri.
 sua causa, pro sui 3. 17. 4. L. 5. 47. 16
 causidici, non oratores 3. 1. 5
 cautio excedens modum, metus 6. 15. 16
 cautum est in S. litteris 4. 8. 6
 cedere orati M. P. 32. 2
 cedere furibus in praedam 2. 4. 5
 cedere huic impune? Jr. 19. 7
 celare emptorem aliquid 5. 26. 5
 celare vitia sua sub obtentu sapientiae 3. 15. 8
 eis celebrando al. *celerando* itinere 6. 5. 7
 celebrare laetitia Op. 11. 14
 celebrare laudibus 1. 11. 17
 celebratus campus, *frequentatus* M. P. 22. 6
 celebrationes ludorum 6. 20. 24
 celebris via, *frequentata* 6. 7. 6. n. (h)
 et Burmann. ad Ouid. 4. met. 304.
 p. 267
multitudinem celebritatemque desiderat et *publico* gaudet 5. 1. 20
 censibus institutis M. P. 26. 2
 censorios M. P. 29. 1
 censor aduersus se grauis 5. 2. 4
 censum subterfugere mendicitatis simulatione M. P. 23. 9
 sustollere M. P. 36. 1
 censuram acerbitatis nomine infamare Jr. 17. 6
 cerebrinanis homines Ep. 54

cerebrum non habere, i. e. *rationem* Jr 10. 17. not.
 certe. vid n Ep. 62 *ut taceam*- certe
 cessere cuncta vsui hominis Ep. 69
 ceteri omnes Ep. 72. pr. not.
 de cetero. formula hodie fere neglecta 6. 3. 2. qua vsi plures. Curtius L. 4. §. 2. L. 8. 9. 12. et §. 26. Plinius Hist Nat. 17. c. 1. Apuleius Apol. p. 274. Minuc Fel. c. 16. Sidonius Apollin. L. 1. Ep. 6. p. 190
fas est de cetero, sperare meliora.
 chlamydebis candidis ornatos iussit incedere M. P. 36. 5
 cibalis fistula Op. 14. 5
 cicatrices laterum 5. 13. 9
 cicuta, *canna* Op. 8. 14
 cicuta patens Op. 15. 2
 cicuta capacitas Op. 8. 14
 cicuta concuum Op. 8. 14
 ciere animas ab inferis 20. 27. 28. not.
 et 7. 13. 7
 ciere veris nominibus 2. 16. 4
 cieri vocabulo hominum 4. 1. 10
 ciliorum tegmina Op. 10. 1
 in cinerem dilabi 2. 4. 5
 Horat. 4. Carm. 13. fin dilapsam in cinerem facem dixit. Arnob. 7. p. 211. *dissolutum in cinerem labitur.*
 cineribus mariti adhuc tepidis M. P. 39. 4
 cingulum detrahere alicui L. 1. 9. 2
 circumcurrere 6. 12. 12
 circumegit eos muro 1. 14. 7
 circumflui humore terram voluit 2. 10
 circumfudit Deus paradisum vallo igneo Ep. 27
 circumlatrare 2. 8. 50
 circumlinere melle poculum 5. 1. 14
 circumlitus ornatus 3. 2. 3
 circumnectere, at rectius: *circumnectere*

INDEX III.

<i>sive</i>	Op. 14. 2	conam adparatissimam adponere	lr. 13. 17
circumplicare	Op. 12. 5	coerere errorem	3. 23. 8. n.
circumretitur ac cogitur alius mem- brana perlucendo	Op. 14. 2	Coercere nequitiam	5. 21. 16
circumscribere breuiter summam scientiæ	1. 1. 25	coerceri talibus exemplis tyrannos oportebat	M. P. 6. 4
circumscribere leges publicas	lr. 8. 5	coertio, ad coercitio	Ep. 61. 4
- oculos, <i>Hugen blenden, arte magica</i>	4. 15. 19	coerere ad obsequium	lr. 23. 13
- præcepta diuina	6. 23. 33	cogitare se in altero	6. 23. 32
circumscripte breuiterque	3. 9. 20 n.	cogitatio est mentis agitatio	6. 17. 23
circumscripte ac breuiter	5. 14. 8	- per ordinem gradibus	3. 12. 24
circumscriptio, <i>determinatio</i>	3. 9. 2 et 7. 6. 1	- se versus in omnia	3. 11. 26
circumscriptionibus potuere con- scientiam	lr. 23. 24	cognoscit rationem ratio	lr. 7. 5 n.
circumscriptus mauro inexpugnabili	M. P. 20. 4	coherere inseparabili nam	4. 3. 6
circumspice conscientiam tuam	6. 13. 1	cohibere iracundiam	1. 9. 4
eitare morbos	3. 14. 14	cohibitio sui gloriosa est	lr. 18. 12
- testes	1. 5. 2	coitio et conglobatio stomorum	lr. 10. 13
eitari reum	3. 16. 6	coitio, de coitu venereo	1. 8. 6
eivitas, <i>urbs</i>	2. 7. 19 et <i>sapina.</i>	colere, <i>incolere</i>	1. 11. 35
elarescit veritas patefacta	3. 2. 1	collatis in vnum causis	Ep. 69. princ.
claritudo	2. 9. 12	colligere in vnum	7. 8. 2
clausuro corporis emissa anima	7 12. 10	colligere in vnum ac redigere in cor- pus	7. 7. 4
clomenter caruari	Op. 5. 5. not.	collocari in czlo	1. 7. 11
clomenter extantibus furis	Op. 14. 5. not.	collocavit eos in manibus hostium	5. 22. 16
clomentiam specie tenus profiteri	M. P. 36. 6	collocatator et aduersarius	Op. 1. 7
clinici	3. 8. 10. not.	colorem quemdam rebus gestis adde- re	1. 11. 23
cliuosa via	6. 4. 6	combibere vocem	Op. 8. 7. n.
coagmentari	lr. 10. 23. n.	comestur, i. e. consumitur	M. P. 33. 8
coarctari in angustum	7. 16. 10	cometarum erines	7. 16. 8
coarguere errorem	3. 1. 15 L. 4. 22. 1 L. 6. 2. 18. lr. 1. 2	comitari vocem Dei sensu et virtus credendum	4. 8. 11. not.
coctus, <i>asatus martyr</i>	M. P. 13. 3	commendare, <i>deponere</i>	1. 17. 14
in cœni gurgise demersit	6. 23. 8	commentarum et meditarum habe- re, <i>passus</i>	3. 9. 5. (i)
cœno se immergere	6. 23. 16	commenticiis rebus studere	1. 5. 15
- oblitus	ibid.	comminuere carnem piscium	4. 15. 17
		comminuere in puluerem	M. P. 21. 11
		commercio sermonis rerumque inter se copulati	6. 10. 27 com-

VERBORVM ET FORMVLARVM.

committere sacrilegia	5. 9. 16	vera et meliora	Ep. 55 princ.
committunt, vt	3. 20. 7	extremi et tenuiores riuul.	12. 23
commodare fidem adfenerationi	4. 10. 3 - doctrinae 7. 1 15	comparom impatientiam nacta improbitas	6. 18. 19
- patientiam legendi vel audiendi	1. 1. 12	compares recentiores, gladiatores <i>suffecti</i>	6. 20. 13
commoliti et contriti dentibus cibi	Op. 10. 16	compasi reicitur	5. 16. 10 (a)
commotiones animi, adfectus	6. 15. 9	compedes parati	M. P. 21. 3 not.
- adfectuum	7. 10. 2	compedibus illigati	6. 4. 10
nec commoueat aliquem, befremde	2. 8. 37	compediti et catenati	7. 1. 19
- sic: nec moueas quemquam	4. 3. 8	compellit hæc opinio plerosque ad vitia	2. 1. 2
commune cum cælo habere	Ir. 7. 4	compendium exiguum, Borthell	Ir. 13. 25
in commune	3. 25. 1 n. et Op. 18. 9 n.	compilare plura	5. 19. 31
communis homini cum suo parente	Deo vultus 7. 5. 6	compilare Siciliam	2. 4. 27
communis homo cum Deo et vultu et mente	Ep. 70. not.	complanatio vid. not. ad 4. 12. 18 (a)	
communis vultus hominis Deo patri	Op. 8. 3	complere centesimum ætatis annum	Op. 4. 3
communis, comis	5. 22. 9. not.	complexo	1. 22. 10
communitas	6. 10. 25	complodunt bestie aquam linguæ sinu, comprehensam ad palatum	Op. 10. 17
communiter eum quo loqui	5. 12. 3. n.	comploratione miseranda commotus	7. 19. 2
commutare al. <i>consummare</i> vitam	1. 11. 46	componere in maius	1. 21. 41
compactus ex duobus animis	Ir. 19. 1	componere, verb. <i>gladiatorium</i>	3. 18
compagem corporis in diuersa distrahere	6. 23. 25		7. not.
compage vnus corporis deus virum et vxorem solidauit	Ep. 66	componere vitam cuius	1. 15. 3
compage vna et simplici dualis numerus solidatus	Op. 10. 9	componitur conditionibus certis pax et amicitia	M. P. 36. 2
comparare pretio seruum	5. 18. 5	componitur scena	M. P. 30. 2
in comparatione	7. 15. 7. not.	i. e. <i>agitur ex (de) composito.</i>	
comparariui positui iuncti, et vicissim, etiam superlat. et compar.		composita oratio	Ep. 62. not. ✓
et magna et minora	2. 10. 1	comprehendere in effigiem	4. 8. 9
minora et exigua	7. 14. 6	comprehendere sensu	Op. 1. 11
plura et graua, <i>dubie</i>	7. 10. 6	comprehensibile corpus	7. 12. 2
minora et humilia - maiora et summa	Ir. 10. 44	comprehensio, pass. sensu	M. P. 2. 2
maiora et breuia	Op. 5. 4	computare quid summam gloriam	1. 18. 17. not.
		computatur summa gloria.	5. 17. 24
		concatenari	3. 17. 25. not.
			con-

INDEX III.

- concaua terræ, sub concauis terræ oc-
cultari 7. 26. 3
- concauo cicutæ Op. 8. 14
- concauo palati O. 10. 17 not.
- concelebrare laudibus 5. 22 2
- conceptus ipse non *ipfi* Op. 19. 5 not.
- concertatione magna inter se dissi-
dent I. 1. 18
- conceserat omnis multitudo in vni-
vs adulationem 5 6. 8
- conciliare fauorem sibi M. P. 36. I
- conciliatrix sui natura 5. 17. 39
- concupere odium aduersus quem
M. P. 11. 2
- concitare in furorem 6. 20 32
- concitari ad cursum Op. 13. 8
- concitari ad spectu in libidinem
I. 20 31
- concitata exemplo vxor 6. 23. 31. not.
- concitare currendum 6. 16. 3
- concitatio, ira et concitatio Ira. 5. 5
- concitatisime properare ad 6. 1. 9
- contendunt ad 5. 1. 9
- concitatus dolore iniuriæ I. 10. 5
- concludere se in errores. dubie 3. 17.
17. not.
- conclusio temporum Ep. 70. extr n.
- in concordiam consentire I. 18. 16 n.
- concrepant dentes Ir. 5. 3
- concretio terrena 7. 8. 6. 7. 12. 4
- concurſionibus fortuitis Op. 2. extr.
- condemnare ad mortem 6. 23. 20
- Macrothetist in Pretioso a Vili p.
179 damnat *damnare ad mortem.*
add Nolten. p. 767.
- condere sibi mores ac instituta pro
arbitrio 2. 13. 9
- condere sibi vias 4 30. 3
- condita (a *condire*) voluptate vitia
I. 1. 7. not.
- conditores XII tabularum 6. 9. 6
- conditor rerum Deus Ir. 22. 7
- conditrix cæli ac terræ potentia
I. 5. 6
- condonare aliis aliena, *donare* 3. 21. 6
- confectrix rerum vetustas 7. 11. 5
- confectus fame sitique 4. 21. 2
- senectute 2. 4. 36
- conferre plus ad quid Op. 10. 13
- nihil ad rem 6. 20. 9
- studium suum ad quid 7. 1. 15
- vultum cum Deo Ir. 7. 5 n.
- pro* confesso et indubitato habitum
2. 8. 49
- conficere, *gladias. verb.* 3. 5. 8
- conficere armis suis quem 3. 4. 2
- conficere se enitendo diebus et nocti-
bus 3. 8. 14
- confici in tota vita miseris et labori-
bus 3. 27. 7
- confici siti, fame 6. 11. 15
- conficit sol orbem annuos Ir. 13. 4
- confidenter profiteri 3. 16. 6
- confidentius facere contra Deum
M. P. 6. 4
- configurare 2. 12. 1
- confirmare animum ad rectius vi-
vendum 6. 24. 6
- confirmator I. 2. 2
- confiteor non inuitus 5. 17. 20
- confluente ad eam multitudine 4. 15. 5
- coſſat magnus populus ad eum 4. 16. 5
- confluunt ad eandem mulierem
multi viri, tamquam canes 3 21 4
- per confragosa et precipitia trahere
6. 7. 6
- confugere eo solent, vt aiant 4. 15. 26
- confugiat fortasse aliquis ad illa 2. 7. 7
- confugitur ad Deum 2. 1. 9
- confuli exitus stercoris et vrinz
M. P. 33. 7
- confusionem magnam relinquere
I. 1. 18
- congerere opes 6. 19. 10 n. * et Ep. 62
- congeries confusa inordinata mæ-
riz I. 5. 8

con-

VERBORVM ET FORMVLARVM.

- conglobata semina, *asomi* 7. 7. 8
que conglobatione minorum se-
 minum concreta Ep. 67. 5
 conglobatus materie 2. 8. 50
 congregare opes, *dubium* 6. 19 10 n.*
ab congressione vxoris se continere
 6. 20 25
 congruens est corpus moribus
 M. P. 9. 3
 congruens in vnam sententiam diui-
 natio I. 4. 3
 congruentes in vnum voces 4. 6. 3
 congruere in eandem sententiam
 M. P. 11. 6
 congruit religio cum moribus 1 21. 4
 congruit vita cum p̄ceptis Op 1. 2
 congruit nihil eorum in eos 4. 14. 12
 coniectura deprehendere Ir. 1. 4
 coniecturis adsequi 7. 1. 10
 - aguntur omnia 3. 7. 3
 coniurare in legem Dei hono sensu
 5. 8. 8. (y)
 conuasata quasi anima 7. 12. 18
 conqueri angustias facultatum 6.
 20. 24. not.
 - nefas tantum 4. 18 10. not.
 conquirere naturam rerum Op. 1. 15
 conscientia et mente tueri castitatem
 6. 23. 21
 conscientiam polluere Ir. 23. 24
 -purgare Ep. 66. fin.
 conscius sibi tanti facinoris M. P. 26. 6
 consecrari in memoriam 1. 9 extr.
 consecratio 1. 20. 12
 consecratus in corde Deus Ir 23. 28
 consecrari rabide feminas 3. 8. 7
 ibid infectari - - -
 confedit macie lurida cutis inter ossa
 M. P. 33 10
 consentanee, *adverb.* 3. 8. 0
 consentire ad execranda sacrificia
 Ep. 54
 consentiunt omnes in concordiam,
al. concedere 1. 18. 16 (m)
 consequens est, vt 1. 3. 9 c. 7. 13
 c. 16. sect. 5. 9. et 12
 consequi quem, *cinholen* 4 5. 21
 conseruus religione 5. 15. 3
 consilia noua in pectore volutare
 7. 16. 4
 - tendunt huc M. P. 20. 5
 consiliis cuius ad omnia regenda vt
 M. P. 20. 3
 consolari se accusatione fortuna
 5. 10. 13
 consolidatum corpus 7. 12. 2
 consortium habere inter se 4. 27. 11
 conspuere faciem, *al. in faciem* 4. 18.
 8 (r)
 constans. vid. not 4. 24 13
 constantior error, *qui magis sibi con-*
stas Ir. 5. 9
 constatura corporis ratio Op. 7 extr. n.
constitis de prouidentia. Edidi *constas*
 Ira 11. 1. Gifanius exemplis ex
 Lucretio, Gellio, Valerio Max. in
 Obseru in Lat. Lingu. docet,
 etiam *constitis* pro *constas* dici
 P. 45.
 constitutor rerum Deus 3. 9. 10.
 4. 6. 1
 - omnium Deus 4. 1. 2
 constringere parendi necessitate 4.
 24. 18
 constrinxisse sibi quos hospitii et a-
 micitię iure 6. 12. 9
 consuetudine in periurium cadere
 Ep. 64
 consumi summo animi mœrore 2. 7. 16
 consummare - *perficere* - *absoluerè*
 7. 14 7 - 9
 - vitam, *al. commutare* I. 11. 46. not.
 consummata virtus 1. 3. 3
 consummatio extrema temporum
 7. 15. 4
 consumthatus doctor 4. 24 extr.
 consurgere in concicia - in rixas - in
 præ-

INDEX III.

- prælia et contentiones Ep. 63. fin.
 contagione ab omni sceleris peccatus
 purum præstare 5. 12. 2
 contagium, contagio corporis ægre-
 scit anima 7. 12. 19
 contemplatione, *respectu* 4. 17. 17
 contemptius quid dici potest in Deum
 Ir. 8. 4
 contemptui doctis veritas est 1. 1. 7
 contemptui esse 6. 17. 11
 contendere de dignitate 5. 15. 7
 contenti extemporalis cibo 1. 4. 6. not.
 contentione summa virium 3. 8. 9
 sine vlla contentione animi 3. 8. 34
 contentus suo, non *de suo* Ep. 64
 conterere ætates in studio 3. 26. 12
 continentior 1. 11. 15
 continere libidinem ab aliqua 5. 9. 16
 continere se intra præscriptam por-
 tionem 5. 3. 6
 contractabilis 2. 8. 39
 contractare oculis Op. 1. 13. not.
 contrahere rictum Ir. 7. 9
 contrahitur mæror indigna patiendo
 ac videndo 7. 12. 15
 contra, quam 3. 29. 13. n.
 contra, quam fas est 5. 8. 5.
 contrario vento laborare 4. 15. 20
 contrarius, quam 3. 29. 13. not.
 vt Claudianus II. in Eutrop. v. 265.
Sed Marfya velox.
Dum suus est flexuque carens, iam
flumine mistus
Mollitur Maandre, tuo, CON-
TRARIA passus,
QVAM Rhodano stimulat
Arar.
 contribulatio 4. 19. 9
 contritum in inquisitione ingenium
 3. 2. 5
 contubernii veteris amicus M. P. 20. 3
 contumeliis adfici 6. 22. 10
 conuenit hoc, i. e. in hoc consentiant
 Ir. 3. 5. not.
 conuenticulum 5. 11. 11
 conuenticula extruere intra ciuitatem
 M. P. 36. 3
 conuersiones cæli 2. 1. 2
 conuertere pro conuerti se Ep. 27
 fin. not.
 conuerti, i. e. transferre in aliam
 linguam verba de græcis conuersa
 Ep. 2. 4
 conuicium bene viuendo facere cor-
 ruptis moribus publicis 5. 9. 8
 conuicia locis mixta aduersus quem
 dicere M. P. 4. 12
 conuicia retorquere in quem 5. 9. 13
 conuiciari amarissime 1. 21. 35
 conuiciis insectari quem 3. 25. 16
 conuictus scelere. Scelere conuictos
 pœna capitis adficere Ir. 17. 6
 sibi conuictum adhibere 6. 12. 3
 - admittere 2. 2. 15
 conuiuia sumtuose instruere 6. 6. 10
 conuoluta iustitia stultitiæ species
 5. 17. 2
 cophini de residuis fragminibus im-
 pleti 4. 15. 17
 copiz i. e. opes 1. 3. 5
 copiosissima vita 7. 24. 15
 copiosus, quid? 6. 11. 15
 copulantur dextere M. P. 36. 2
 copulati necessitudine 4. 27. 11
 copulatio feminei corporis Ep. 62
 copulatione femine gaudere Ir. 15. 10
 cor QVAE PARS est damnationis
 4. 16. 11. not.
 cor, sapientia 3. 20. 9
 cordatior paullo 3. 20. 2
 cornus audacius tollere M. P. 32. 3
 corona, circumstant in orbe populus
 4. 16. 21
 corona fidei *martyrum et confes-*
sum Epit. ep. i. logo in not.
 corpora defunctorum odoribus et
 pro

VERBORVM ET FORMVLARVM.

pretiosis vestibus illita et conuoluta humi condere	2. 4. 9	creare urbem	1. 11. 46	
corporata	1. 8. 62 al. <i>corporata</i> .	creare liberos, i. e. <i>procreare</i> .	n. 4. 4. 11 et Ep. 52. pr.	
corpuscula, <i>stomii</i>	3. 17. 23	credibile sit, <i>non genuina</i>	lr. 5. 4	
corpusculam, humanum corpus	Op. 19. 9	credo, <i>iron.</i>	2. 7. 1	
correctio prauitatis	lr. 17. 18	creuit iniquitas et malitia ad summum gradum	7. 15. 7	
correctio sui	Ep. 67. princ.	criminator subdolosus	Ep. 27. fin. conf. L. 2. 12. 17	
correcto peccata vetera nihil officiant	6. 24. 5	cruciabiles animæ, quæ cruciari possunt	7. 20. 9	
correctores prauitatis	1. 4. 4. not.	cruciamenta corporis	5. 2. 6	
corrigerè errorem suum pœnitendo, vita meliore	6. 24. 2-10	cruciamenta perferre	4. 14. 14 not. - sentire M. P. 49. 3	
corroboramenta virtutis labores	3. 12. 35	cruciare, <i>cruci adfigere</i>	Ep. 48. pr.	
corruptelam non pati longius procedere, sed plagis ac verberibus emendare	5. 22. 13	cruciare se et conficere	3. 8. 34	
corruptelæ, <i>de stupris</i> . vid. not. ad Ep. 63		<i>cruciasio</i>	4. 14. 14. in not.	
corruptiores reuertuntur	6. 20. 31	cruciatu est I. G.	M. P. 2. 1	
corruptores, adulteri, incesti	1. 10. 13	cruciadfigere	M. P. 2. 6	
corruptorum luminibus patent nuda corpora	1. 20. 15	cruentissimus fîscus	M. P. 8. 4	
cos virtutis ira	5. 19. 2	crux vix sistitur	M. P. 33. 2	
cothurnata foelera <i>tragica</i>	6. 20. 28	cruxis riuus inhihetur	M. P. 33. 3	
creator, <i>incerta vox</i>	5. 20. 9. not.	cruxore campos inundare	1. 18. 10	
loco eius ponitur :		cruxore perfundi, non <i>profundi</i>	Ep. 63 not.	
artifex mundi	2. 5. 37	cruxore sancto perfusi	7. 1. 25. 12.	
vniversi	2. 5. 17	cubitare palam cum vxoribus	Ep. 39	
auctor rerum	lr. 10. 53	<i>in</i> culcum insuendus	5. 14. 9	
conditor mundi	lr. 10. 53	culcum nec metuere, <i>parricidia</i>	5. 9. 16	
conditor rerum	5. 1. 1	<i>in</i> cultibus agrorum iuuant	4. 17. 19	
constitutor rerum	3. 9. 10. L. 4. 6. 1	culibus (plur.) deorum	5. 22. 19. n.	
effector mundi	5. 8. 5	- piis Deum honorare	4. 3. 10	
fabricator	7. 3. 18. mundi	1. 5. 13	cultor Dei populus	7. 15. 5. not.
factor rerum omnium	3. 9. 13	cultores deorum elegantius, quam <i>idololatæ</i>	4. 28. 11	
institutor	2. 8. 17	ad cultum corporis pertinent	1. 1. 2	
machinator rerum omnium	1. 11. 14	cultoræ vertuntur in siluam	M. P. 7. 3	
opifex rerum	2. 5. 2	cultus religiosissimus est imitari	5. 10. 18	
parens mundi	lr. 1. 9	ob cultus nimios corporis impudica est habita	2. 7. 12	
creantur vermes intus	M. P. 33. 7	cuneus <i>militaris</i>	1. 3. 19	
creatorum	1. 11. 63. not.		cupien.	
creare sanctam	1. 2. 22 Ep. 24			

cupientissima adipiscendi veri natura	3 1. 7	debita in futuros annos exigere	M. P. 17. 4
curante Carulo restitutum Capitolium	Ir 22 6	decentissimam oculis septum Op. 101	
curando inueni aduocant praestantissimum medicum	1. 17. 15	decentissimus ordo et gradus dignorum	Op 10. 23
curatio adhibenda morbis	6. 24. 23	deceptrix adulatio	Ep 64. 8
curfibus incertis naues vagantur	5. 8. 3	decerpere leuiter summa quoque	Op 1. 12
curta et debilis disputatio implenda fuerat	6 15. 13	decesfit sol	6. 2 8
custodiam adponere	1. 14. 7	decidere post sublimis fastigii claritatem in humilis vitae tenebras	M. P. 18. 3
custodiis circumseptus	1. 14. 10	decidit in foueam, vnde se extricare non potest	2. 8 54
cutem lauare	5. 19. 33	decrepitus senex	1. 17. 10
cutis decrepta, non direpta	M. P. 5. 6	decreta disciplinae	5. 17. 9 not.
		decretis placitisque	7 14. 1
D.		decurio	M. P. 21. 3
Dæmoniacæ fraudes	4. 30. 9	decurrere ad praesidia alicuius	2. 4. 6. not.
damnare in æterna supplicia	5. 19. 1	decursa est virtute iuuenilis ætas	7. 12. 2
- in pœnam æternam	6. 4. 5	decursis operibus	1. 1. 11. not.
damnari ad æternam pœnam	7 5. 26	decursio spatio vitæ	Ep. 68. 8
	c. 26. 7	dedere se doctrinæ	1. 1. 1
damnum facere	Ep. 56	dedicationes templorum	6. 20. 34
dare auctores, i. e. proferre. nullos dabit	1. 9 9	deduci ad supplicium	M. P. 15. 2
dare crimini cui quid	5. 17. 24	deductus ad extremam mendicandi necessitatem	2. 1. 10
dator vitæ 3 26. 13. vsus ante Lactantium Arneb. 6. p. 191		- ad tantam cæcitatem	2. 1. 5
datum est quibus, i. e. concessum 2. 1. 17. Op. 3. 7. datur 1. 18. 17		defectus, siderum eclipses	2. 13. 10
datur scire, num sciri, vt. datur intelligi alibi?	2. 9. 22	deferre honores cui	1. 15. 10-11
de, pro ex 1. 5. 1. c. 6. 6. L. 5. 9. 1 et n. 18. c. 19. 15. L. 6. 14. 2. Op 10. 11. c. 19. 2 et sapius L. 7. 25. 4		defici sensu et verbis	1. 3. 15-16
debellatrix pudoris libido	1. 9. 5	deficiat ne te oratio in bona causâ	2. 3. 4
debilis, i. e. mancus, mutilus 1 1. 23 et L. 6. 9. 12 not. conf. Harduin.		deficientibus viribus corporis	7. 27. 8
ad Plin. 7. c. 28. p. 49 et Grauium ad Cicer. Rabir. c. 7. p. 581. mancus et membris omnibus captus ac debilis. conf. Curtus.		deficit eos ratio	6. 15. 1
debilitare, mutilare	M. P. 36. 6 et L. 5. 20. 6 not.	defixit in terram	not. 3. 27. 10
		desagrati, deserviescens	M. P. 14. 5
		desagratio	Ir. 23. 5
		desectere precipitis hominis infirmitatem non potest	M. P. 11. 4
		desectere in vitiorum viam	6. 3. 3
		deser-	

VERBORVM ET FORMVLARVM.

deformare oris speciem	Op. 10. 7	depingere cogitatione	6. 23. 34
degere securam et tranquillam senectutem	M. P. 20. 4	depinxit p̄ne diuina voce	6. 8. 6
deglabratum corpus	L. 21. 20	deplanare	4. 12. 18. not.
deiectos campo insequi	3. 16. 1	depopulandam libidini subiicere etiam imbecillam	6. 23. 9
deicere aues sagittis	1. 9. 2. 5. not.	deponere imperium	M. P. 20. 2
- hominem. eleg. 3. 29. 15 et 4. 27. 17 n.		deprædatio	Ep. 71
- ex equo	5. 16. 11	deprecari, i. e. precari	5. 17. 28
deicere	3. 20. 15	depressis ac laborantibus auxilium præstare	6. 10. 9
delatorem plurimi comprimunt aut precibus aut præmio	Ir. 20. 7	derelinquere	3. 23. 4. et sæpius.
delegato officio fungi	1. 4. 5. not.	derepta cutis	M. P. 5. 6
delenitus et captus suauitatibus	6. 20. 5	deripere	M. P. 13. 2
delenit consuetudo	6. 20. 33	derisio	1. 20. 24
deleniti voluptate	1. 1. 7	derogare fidem	Ep. 50. 2. not.
delicate imperare intra laxiores et quietiores terras	M. P. 18. 6	descendere ad deteriora	6. 23. 22
deligare oculos	3. 25. 3. not.	descendit ex habendi amore	6. 17. 17
delinquere quum videmus discipulos, incitatur ad coercendum	Ir. 17. 16	- ex bonorum caritate	Ir. 5. 10
ad deliramenta prolabi	7. 9. 6	- ab aduersarii notione	3. 29. 19
deliramenta inconsiderare leuitatis	3. 29. 12	describere in ordinem	2. 8. 8
delirare quæ nec æger quisquam possit	Ir. 10. 3	describere per familias deos	1. 22. 4. not.
delirius quid dici potest?	3. 18. 14.	descriptor vitiorum verisimus	5. 9. 19
- quo nihil dici potest	3. 19. 18	defecare nares - auriculas	M. P. 36. 7.
delirus, MS. <i>delerus</i> . vid. not. M. P. 2. 8	7. 13. 9	desedit terra in abruptum	7. 3. 8
deluctaret, an <i>deluctaretur</i>	M. P. 18. 6	desertor domini et imperatoris sui	7. 27. 15
dementare	M. P. 7. 10. not.	deseruire præstitutis legibus officiisque	2. 5. 14
dementire	4. 27. 12. L. 7. 12. 14	desidere in abruptum	7. 3. 8
demerentur obsequia multiplicata potius, quam offendunt	4. 28. 7. n.	desiderium sui magnum relinquere	1. 15. 3
deminutus, us,	Ep. 72	designat libido hæc facinora	6. 23. 12
demissis animis, mox: fracta superbia	M. P. 27. 4	despoliare adpellatione hominis	6. 18. 21
demolire, æt.	4. 11. 6. not.	desperati, <i>martyres</i> dicti	5. 9. 12
demta spe immortalitatis	6. 9. 18	desperatus quidquam	ibid.
demulcere aures	Ir. 7. 9. not.	destringere aciem	5. 19. 12. not.
demulsis auribus	3. 10. 2. not.	destructibilis, destructilis	Ir. 23. 8. n.
de dentibus	Op. 10. 18	destruere moribus suas disputationes	5. 2. 4
dependit ratio	Op. 3. 5. not.	detestabiliter et nefarie facere	5. 10. 7
		detorquendus non est ad vitium auditus	c

INDEX III.

ditus	6. 21. 8. not.	<i>ad</i> digitos pertinens ritus, <i>externus</i>	5. 19. 29
detorquere hospitalitatem a iustitia	6. 12. 5	dignatio diuina	6. 5. 4. not.
detractare	M. P. 9. 10. et 10. 4	dignus audiri	6. 13. 1
detrahere cui amiculum	2. 4. 17	dilabentis mundi senectus	7. 14. 15. a.
<i>ad</i> detritos lacus deferri	4. 30. 1. not.	dilabitur domus ab habitatore defecta	3. 20. 14
detruncare pedes	M. P. 36. 7	dilargitis bonis, <i>pass.</i>	7. 1. 13
detruncatus, <i>decollatus</i>	6. 6. 17	dilucide monstrare	4. 8. 3
deturbare quem tabula	5. 16. 10	diluuium accidit	2. 10. 14
deuenit necessario ad illud, quod euitabat	lr. 4. 14	diminutionem non patietur luna	Ep. 72
deueniet status rerum ad confusio- nem	lr. 16. 8	dimittere noxios impune	5. 9. 17
deuia via	3. 11. 4	<i>per</i> dimotam populum	6. 1. 8
denota Deo fides	5. 7. 6	directum iter, i. e. rectum	1. 1. 18. n.
denotata mors, <i>ex voto oppetenda</i>	M. P. 47. 3	diremtum fœdus	5. 5. 13
deuotione summa seruire	2. 12. 5	disceptatio oritur interquos	1. 3. 17
deuotionem - fidem prodere	Op. 19. 9. not.	disceptator legis	6. 8. 9
deuotissime seruire cui	6. 9. extr.	discidium vn. tatis facere	4. 30. 4. n.
deuocere templa, vouere	2. 16. 15		L. 7. 3. : 3. not.
dexterior via	Ep. 59	disciplina arctiore minor ætas for- metur ad probitatem	6. 19. 6-8
dextrouersum	6. 7. 7	disciplinam diffluentem corrigere	verberibus
dicatio tua, <i>sisal.</i>	M. P. 48. 4		5. 2. : 17
dicatus Deo	Epit. 71. not.	discisfis fluctibus	7. 15. 12
dici non potest, quantam etc. eleg. form.	3. 19. 18	discolor	Op. 12. 11
dicunt aliquid	3. 7. 3. not.	disconueniens Deo, <i>dubium</i>	lr. 3. 1
differre - mutis, <i>sine præpos.</i>	1. 8. 3. n.	discordare secum	1. 1. 18. not.
difficile, <i>adu.</i>	6. 4. 9. not.	discordiæ et dissensiones	lr. 13. 26
difficiliter	M. P. 9. 7	discors concordia	2. 9. 17
diffinire in MSS. pro definire	1. 5. 17. n.	discreresco, <i>uam dicasur</i>	M. P. 33. 10
diffluentem corrigere disciplinam	5. 22. 17	discretio animæ et corporis, <i>mors</i>	7. 13. 4
diffluere	1. 9. 11	discursatio libera animum per seram	Op. 3. 20
diffluit corpus, <i>cadauer</i>	3. 20. 14		Op. 3. 7
- post secesum animæ	7. 12. 8	discursatione diem consumere	Op. 3. 1
diffluit mendacium	3. 1. 3	discursibus gestire	Op. 3. 1
diffluunt membra corporis	M. P. 35. 3	discussus error	2. 3. 5. L. 3. 1. 1.
digitis in humum prestis soloque ni- rentibus imperam saltumque capi- mus	Op. 13. 8		L. 4. 27. 18
digitis tribus tura iactare	5. 18. 12	discutere ignorationem sui	1. 1. 25
		disiectus animi, <i>dubium</i>	M. P. 9. 6
		disiuncta longeque discreta	4. 3. 4
			dupa-

VERBORVM ET FORMVLARVM.

dispatere in plures exitus	3. 10. 3	diuagetur ne longius oratio	Ir. 9. 8
Dispiter, al. Diispiter	1. 14. 5	diuercicula et femitz	6. 7. 7
dispoliare templa	3. 9. 16	diuexari ab iniustis	7. 15. 8
- se adpellatione hominis	6. 11. 3	diutissime durare	7. 12. 6
dispositor	4. 9. 2	diuturnitate temporis	7. 20. 9
disposite et ordinate 2. 5. 15. 3. 17. 17		diulgata, <i>pass.</i>	5. 22. 22
compar. dispositius ad ordinem		do: o malo	M. P. 29. 3. not.
	Ir. 10. 41	dolore iniuriæ concitatus	1. 10. 5
dispositio summi Dei	4. 10. 1	dolorem immittere, <i>inurere</i>	Ir. 18. 8
dispositiones et consilia maiestatis æ-		dolores exquisitos corporibus immit-	
ternæ	1. 1. 5	tere	5. 11. 16
disputare ad aliquid	6. 2. 1. n.	dominæ cupiditatis ad nutum	7. 1. 19
disputationem disputatione contra-		dominantur dominatores, <i>pass.</i>	M. P.
ria subuertere	5. 14. 4	16. 7. conf. not. L. 7. 15. 5.	
disensiones sopire	Ir. 23. 26	dominari in quem	1. 8. 7
diserere in vtramque partem	5. 14. 4	dominari rerum	Ir. 14. 3
diserere rem, c. <i>accusar.</i>	1. 1. 10. n.	dominator rerum	Ir. 23. 17
disfidere	7. 7. 8 not.	dominatum corporis tenet	Op. 16. 6
disfident inter se magna concertatio-		dominium 2. 5. 41. n. L. 4. 25. 9. n.	
ne etc.	1. 1. 18	domus infalubris et pestilens	5. 16. 5
disimulanter	Ir. 11. 10	donare, i. e. <i>condonare</i> pœnam	
disfoluere argumentum	1. 17. 15		Ir. 18. 8
disfoluit Deus, quem sibi fecit infe-		dormire ad medium vsque diem	
stum, cuncta illius cogitata			M. P. 24. 7
	M. P. 20. 5	dualis, dualitas	Op. 10. 9
distat non multum a vero	1. 11. 3	ducere, <i>sc. ad supplicium</i>	5. 17. 22
distendere quem ad palos	M. P. 21. 4	ducere noctem lusibus	1. 21. 25
distenduntur turgescētes mammæ		ducere parietem	Op. 10. 8
dulcibus succis	Op. 12. 17	- spiritum	Op. 10. 7. c. 17. 5
distenta vbera	Op. 3. 6. not.	- aeternam ore	Op. 11. 14
distincta gemmis fulgentibus pocula		- vitam	7. 9. 15
2. 6. 6. conf. L. 6. 20. 7		- vitium	Op. 16. 15
distincti terga maculis græc.	Op. 7. 6	duci in iudicium	4. 22. 5
distinctum siderum varietate cælum		dummodo	6. 1. 8. Op. 3. 12
	Ir. 10. 31	dummodo non, dumne	5. 17. 29. n.
distinxit cælum astris fulgentibus		duntaxat	Op. 6. 10
	2. 5. 1	duo, i. e. duos	2. 16. 17
distincta crura flauo metallo, Phœnic.		duodeuiginti	3. 23. 12
	141	durantur maturitate - fruges herbidæ	
distringere aciem (sic alii)	5. 19. 12		Ir. 13. 4
<i>sub</i> ditionem mortis redigi	6. 22. 5	durare diutissime	7. 12. 6
ditioni ac potestati suæ subiectum ha-		durissimi rigoris materiæ	Ir. 10. 18
bere	5. 21. 7	durissimum frigus	Ir. 10. 19
ditioni subiicere	2. 12. 7		E. 2a

INDEX III.

	E.	efficiens voluptatis	3. 8. 9
Ea , quæ scripta sunt, nouum testam- entum nominatur	4. 20. 4. not.	efficientiam rerum etiam si astræ con- tinent	Op. 19. 7
(f) Apulei. Apol. p. 304. <i>quinde- cim liberi homines populus est.</i>		efficitur ex quo, vt	3. 10. 8
Lact. L. 2. 2. 24. <i>opes ex corpus ser- ua est</i> L. 2. 6. 14. <i>censum - senatus erat.</i>		efficitur his rebus, vt	6. 17. em.
cant , vim irrisionis habet	5. 13. 13	effigiandæ sobolis, vid. not.	6. 23. 18
adde Gifan. Obs. L. L. p. 117. et N. Heinsium ad Ouid. Amor 3. 3. 1.		effigies, in plur.	1. 11. 28
ecclesia, templum	M. P. 12. 3	efflatur anima	7. 12. 28
- altera, syllaba correpta in carm. Pasch v. 100.		effugit animæ ratio oculos homi- nis	7. 13. 8
eculei, sortoris instrum.	2. 4. 21	effundere, carmen, <i>oppos.</i> meditari	1. 5. 10. not.
edere gemitus	5. 13. 12	effundere patrimonia	6. 11. 21
- nomina sua	2. 15. 13	effusi ante aures capilli	Op. 7. 9-10
- prodigia	2. 16. 10	effusio radorum	Op. 8. 10
- sonum iurgio similem	Ir. 7. 7	effusus in laudes	5. 2. 7. not.
- strages	6. 18. 27	eGERERE stabulum, - finum de stabulo	
- vltionis aliquid	Ep. 28. fin.	vitia de corde	1. 9. 2. 5
vlulatus maximos	2. 25. 4	ego vero	3. 2. 7
edit libido hæc opera, i. e. designat	6. 23. 12	eiecta vxor, al. <i>dimissa</i> 6. 23. 33. not.	
editio ludorum	1. 20. 6	eodem sensu Lampridius in Alex. Seuero c. 49. <i>dixit uxorem abie- ctam.</i>	
editio simi	M. P. 12. 5	eiicere vxorem	M. P. 39. 3
edomitis desiderii carnis	4. 25. 8	elatus gaudio	5. 11. 15
educator, sine vilo eduateore	2. 11. 9	elcuare fortem	1. 14. 11
educere - quasi in manu ad	4. 13. 4	eleuatus in fastus tantos	M. P. 9. 8
eductio	4. 10. 6	elidere recens natos, <i>oblidere</i> , stru- gulare	6. 20. 18
effectiorem curamque rerum Deo dare	Ir. 10. 27	elinguis et mutus	4. 26. 8
efferate, adu.	5. 20. 10	eliquare	2. 9. 27
efftrato animo in hominis figuram esse	5. 11. 2	ellipsis <i>vx. aliquis</i>	3. 23. 14
effertitas, nisi legendum et feritas	M. P. 9. 2	- verbi, aut verborum	3. 23. 14.
efferre et sepulturæ mandare	1. 13. 3	c 28 13-21. L. 7. 3. 26. 28 <i>posse</i>	vid. in <i>possum. vx. esse. vid. esse.</i>
efferrî, adfectu extolli	1. 21. 17	elucet, <i>perperam in</i> elucescit <i>muta- sum</i>	7. 14. 6
- infania	Ep. 63	eludere iudicia per gratiam vel po- tentiam	Ir. 20. 7
- ira	6. 24. 24	elucere mentem	6. 19. 34
efficere sobolem	6. 23. 18. not.	eluuies aquarum	7. 16. 5
et Ir. 15. 9		emanat de tenui fonte admodum	
		exilis oratio	3. 1. 6
			eme-

VERBORVM ET FORMVLARVM.

emetiri	Op. 6. 5	est virtutis perferre mala	6. 9. 22
emotæ mentis homo	I. 4. 3. not.	est in arcanis S. litterarum	7. 15. 1
emotæ mentes hominum	4. 27. 2	i. e. <i>continetur</i>	7. 14. 7
endo, in, antiq. 1. 8. 11. not. 5. 9. 20		non est mentiri meum	6. 18. 6-7
enormitas indictionum	M. P. 7. 3	EST, ubi alii SVNT ponens. opes	
enumerare per ordinem	1. 6. 2	et corpus ipsum - terra EST	2. 2. 24
eo, i. e. idèo	I. 15, 17. not.	et, pro <i>et tamen</i> 3. 11. 8. not. L. 4. 2. 3	
eo quod	I. 11. 31	et cetera huiusmodi	5. 14. 9
epilogo vti ad perorandum	Ir. 22. 2	et etiã	5. 8. 6
equidem, post tres voces	6. 24. 3Q	etiã, sè qar	2. 5. 7. L. 3. 25. 13
ergastulum	5. 18. 14	etiã post tam-quã etiã	5. 20. 9. n.
erigere aras	2. 5. 11	etiã nunc	4. 17. 10
erigi in pedes	Op. 3. 1	etiã tam	1. 17. 9
errabundo cursu	Ir. 13. 6	et item	Opif. 4. 14. et c. 10. 10.
erraticam vitam degere	6. 10. 13	et quoque	2. 8. 43. L. 5. 13. 6
erratiã	5. 17. 29	et rectè, voc. <i>adprobandi</i>	6. 25. 11. n
errorem discutere	4. 27. 18	et tamen, si - certe	7. 27. 10
erroribus subnequere	5. 3. 5	euadere ad bonam frugem	6. 3. 7
- succurrere 1. 1. 7. L. 2. 17. 1. L. 3. 1. 8		euadere in summum	6. 3. 2. n.
eructare sensu sacro, bono 4. 8. 14. n.		euadet ad omne flagitium et facinus	
addo Augustin. L. 18. Ciu. D. c. 32.		licentia	6. 19. 6
(quam) <i>visionem</i> (propheta) - <i>confitendo eructauit.</i>		euadunt serui ad maius malum per impunitatem	Ir. 18. 12
erudiri ad quid	5. 10. 17. not.	euectus sum longius coarguendi studio	6. 17. 1
eruere funditus libidines	3. 22. 1	euehi ad summum non est facile	Ir. 2. 1
escendere	1. 18. 11	exexit te Deus ad - imperii culmen	1. 1. 13
esse prædæ ac pabulo astutis	5. 2. 5	euerfor et perditor generis humani	7. 17. 2
- sceleratis	7. 15. 8	euerfus bonis suis	M. P. 31. 8
- saluti	4. 26. 38	euiscerata corpora	5. 1. 7
- terrori	4. 27. 1	eundi verbum in irrisione	5. 13. 13
- voluptati	6. 24. 4	euomere librum contra quem	5. 2. 4
- vsui	7. 6. 6	ex animi sententia	Ir. 11. 10
esse, <i>subauditur</i> M. P. 16. 9. in altero membro, vbi plura.		ex eo, quia	5. 3. 6
esse in potestatem	Ep. 33	ex eo, quod	5. 12. 12
- in vnum	1. 3. 14. not.	ex quo, sc. <i>tempore, ellips.</i>	7. 14. 4. not.
- in vsum	1. 18. 18 not.	Ep. 70. conf. not. ad L. 7. 12. 10	
esse longe a veritate, pro: <i>abesse</i>	1. 5. 11	ex quo fit, vt	1. 9. 6
esse se. <i>eleg.</i>	2. 15. 3. not. L. 3. 9. 18. conf. 1. 11. 11.	ex rerum prosperitate luxuria, ex luxu-	
est non est magni laboris ostendere	6. 19. 5		
est, laudis maxime, an. maximæ	6. 12. 16		

INDEX III.

- luxuria, vt vitia omnia, sic impietas aduersus Deum nascitur 2. 1. 12
- exactissimi limites 6. 17. extr.
- exactus Tarquinius 4. 14. 11
- examen apum Ir. 11. 4
- examinis princeps Iudas 4. 10. 14. n
- exaudire pro audire 2. 2. 18. not. L. 6. 25. 11
- excarnificare M. P. 14. 3
- excedit vires hum. conditionis 2. 3. 25
- excedit modum hominis 4. 9. 3
- excedunt human. virium modum 2. 8. 66
- exceptus summis deliciis M. 16. 5
- excidere lignum de montibus 7. 26. 4
- oppida 1. 18. 8. not.
- excipere corpore ferrum 3. 17. 32
- excitatus e somno 4. 15. 22 not.
- excolere terram, i. e. colere 2. 10. 1. n.
- excolere, i. e. exornare 2. 3. 8. not.
- excolerent vt angeli hom. vitam Ep. 27
- excordes vertit *μόνους* 5. 13. 21
- excreta animalia quæ 2. 11. 12. not.
- excudere aliquid Op. 1. 2. not.
- excusationem adimere contumacibus - excusationis vias amputare - excusationem auferre - excusationem fragilitatis - opponere - excusationem carnis obtendere 4. 27. 7 - 8 - 10 - 15
- iustam prætere 4. 11. 16
- tollere 4. 24. 17
- exemplo concitata 6. 23. n. 31. not. et M. P. 9. 5
- exercere, i. e. facere, patrare 1. 16. 8
- exercere insaniam - libidinem 6. 21. 11
- frugitiam 5. 21. 6
- exhauste tantum laboris 6. 4. 18
- exhaust patriam pestilentia 6. 15. 12
- exhibere, alere M. P. 7. 5 et 11. 1
- exhibere Deo fidem 4. 14. 18
- exhorrescere quid 6. 17. 5. not.
- exhortari quem quid 6. 20. 8. not.
- exiet, exhibit 4. 13. 20. n. et ad Ep. 46
- exiliores venæ 7. 12. 23
- eximium facit hominem sapientia 3. 10. 6. conf. not. 7. 9. 11
- existimatio bona, mala 5. 12. 9
- existimatiōi hominum scribit 3. 8. 39
- in existimatione esse, i. e. existimari 5. 21. 9
- exitum non habere ex variis sententiis 7. 2. 3
- exitus respondet veritati Ep. 28. fin.
- exorbitare ab itinere 2. 5. 12
- a præstituti itineribus *ibid.*
- expedire gladios M. P. 47. 1
- expeditione obeundæ 6. 4. 17
- epeditus et nudus 7. 1. 20
- experiri alterum maritum, secundas nuptias inire M. P. 39. 4
- expetere quem pœnæ, i. e. ad pœnam 2. 4. 23
- expiare facinus 1. 1. 13
- explanationem tantarum rerum non capit lingua mortalis 1. 5. 15
- explicare se ex voragine 2. 8. 55
- explosa iustitia 5. 6. 10
- expoliti, *oppos.* rudes 6. 10. 27
- expoliti liberalium disciplinarum studiis 1. 21. 5
- exponere infantes 5. 9. 15 et 6. 20. 21
- exponere nomen Dei quid 1. 7. 7
- expósito veteri homine, defenditur 3. 26. 13
- exprimere libidines saltando Ep. 63
- exprimere vvas de vitibus lectas et vinum facere 1. 18. 19
- exprimi in theatris 5. 10. 16
- expugnare pudicitiam 1. 10. 12. not.
- expulsio iustitiæ 5. 6. 12
- expulfor patris 5. 10. 15
- expultrix, ex Cic. 3. 13. 15
- expungere auris nummis M. P. 37. 5
- exquisitas epulas offerre 6. 1. 6
- exquisitis cruciatibus mori Ep. 71
- exquisi-

exquisitis cruciatibus necari	7. 17. 7	F.	
exquisitos dolores immittere	5. 11. 16	Fabricator mundi	1. 5. 13 et 4. 4. 6
ex quo, sc. tempore	7. 12. 10. not.	- rerum	2. 5. 3
exsecrabilis opiniones	7. 26. 9	fabricatrix immortalitatis virtus	7. 12. 19
exsecrabilis doctrina	3. 15. 19	fabricatrix mortis voluptas	6. 22. 3
exsecratus, paschæ	M. P. 22. 4. not.	- rerum prudentia	Ep. 68. 7.
exsequi plenius	1. 23. 7	fabulose fictus	7. 22. 9
- plenissime	1. 1. 20	facere, sacrificare	5. 20. 7
- quamlibet copiose	3. 2. 5	facere, quid de eo facias?	2. 3. 3. n.
- testimonia	1. 6. 16	- quid iis facias?	5. 12. 1
exserere destructos gladios utraque manu	1. 21. 17	- quid de his faciunt.	7. 6. 8
exserit crudelitas ingenium suum in hunc	Ep. 54	facere, i. e. fingere, introducere. facere adfidentem n. 1. 10. 6. - respondentem 5. 16. 37 - faciunt ingredi 6. 3. 15. conf. Gifan. Obs. L. L. p. 329. Gronou. ad Senec. Ep. 123. p. 616.	
exferratus reicitur	1. 17. 7	facere inuidiam 1. 7. 6. L. 3. 28. 10 contra Macrotherist. p. 252.	
exsoluet Deus malis mercedem sceleris	1. 1. 15	facere, relatiue. pater filium facit, filius patrem 4. 29. 4. not. lux facit vitam 7. 9. 14. not.	
extinctor hominis	3. 18. 6	facere incorporibus 5. 19. 7. n.	
extitisse eleg. pro fuisse	1. 11. 61	faciunt ea ad pulcritudinem Op. 2. 7	
extiterunt	3. 19. 22	in faciem laudare 3. 14. 7	
extrusiones superuacuas	1. 20. 22	facile est intelligi 2. 8. 32	
exurgere	5. 22. 17	- cuique metiri 7. 2. 4. quibus facile est respondere 2. 8. 9	
extemporalis cibus	1. 4. 6. not.	facile est loqui, prestare difficile 4. 23. 8	
exterminare 5. 9. 1. n. et 6. 19. 9. n.		facile intellectu 6. 25. 8	
extricare se in fugam	6. 24. 7	faciliores obtentu 6. 6. 8	
exuberat ager fecundus in fontes	6. 15. 8	faciliter conuincere falsa, quam inuenire vera Ir. 11. 10	
exuberat copia rerum	1. 1. 20. n.	facinus sub oculis cuius admittere - detectum in lucem venit Ir. 18. 1	
exuberant vites fetibus, arbuta pomis	Ir. 13. 7	facundia tenuis rixus in me Op. 20. 8	
exuere quem bonis	5. 19. 31	fallere, latenter agere 5. 19. 31	
exuere sc. purpura et imperio priuare	M. P. 20. 2	falsi decoptique 4. 14. 18	
exui patrimonio	6. 12. 32	falsus specie, particip. 1. 1. 7	
exustioni tradi	Ep. 72	familia, famulissimum 6. 1. 8 et M. P. 31. 2	
exuto. focero, i. e. veste imperiali, purpura, priuato	M. P. 9. 10. not.		
exuuiæ corporis	Ep. 47. princ. et Ep. 68		
exuuiæ, quibus inuolutum corpus incluserant	4. 19. 7		
exuuiis suis, i. e. pellibus, indumentum exhibent animantes	4. 17. 19		

INDEX III.

familiarum greges	6. 1. 8	fidelsime tegere mysterium	7. 26. 9
familiares Pythagorei, <i>sectatores</i>		fides non est in hominibus	7. 15. 9
	5. : 7. 22	fides ad malum maior	4. 1. 5
famosissima meretrix	3. 15. 18. not.	dubium quo <i>ad perniciem referens</i>	
famulari commodis atque vrbibus		in Tacit. 3. Ann. 49. <i>arguentibus ad perniciem plus fidei fuit.</i>	
	2. 5. 6	fidem accipere	5. 3. 21
fas non est, i. e. fieri non potest	2. 1. 6. n.	- adiungere	5. 3. 16
fascinum submovere	1. 20. 36	fidem commodare	2. 16. 10. L. 4
fateri exemplo	4. 9. 3. not.		10. 3. L. 7. 1. 15
fatigati mundi senectus	7. 14. 16	fidem derogare	Ep. 50 (g)
faucibus siccitate arescentibus M. P.		- detrahere	4. 22. 1. c. 23. 2
	21. 9	- exhibere	4. 14. 13
secundissimus hortus paradysus	2. 12. 15	fidem habere cui	3. 1. 11
femina illius nominis et loci	M. P.	fiducia integritatis ada. Deum re-	
	39. 4	bellans	lr. 19. 8
fenestraz	Op. 8. 11	fiduciam gerere integritatis et inno-	
feralis habitus, <i>ibid. in astris vestibus,</i>		centiz	6. 25. 12. not.
Trauerhabit	M. P. 39. 4	<i>fieri subaud.</i>	1. 1. 6. not.
feritate deposita	Ep. 72	figere, <i>absol. pro cruce adfigere</i>	4. 18. 18. not.
feroces equi	1. 9. 2	figere pedes inconcussa stabilitate	lr. 2. 3
ferre se dominum	M. P. 20. 1	figi patibulo, <i>pro cruce</i>	4. 10. 3
ferre nihil nobiscum possumus, nisi		figmenta digitorum	4. 1. 2
vitam bene atque innocentes		figmentum poetarum	7. 5. 13
actam	7. 27. 10	figurate spiritus in angelos	4. 8. 9
ferri non potuit ad pacem	M. P. 46.	figuratio hominis	7. 14. 13
	11. not.	figurationes oblique <i>stili</i>	1. 11. 24
ferri ad suas vtilitates	5. 16. 3		et n. 30
festi	1. 22. 24	figuris inuoluere quid	2. 10. 12
fetibus alimentum lactis ministra-		firmum crasius, <i>uener.</i>	Op. 11. 20
tur	Op. 3. 6	<i>intra</i> fines redigere adfectus	6. 19. extr
fetibus vites- exuberant	lr. 13. 7. n.	firmamus, <i>q̄sc̄st</i>	lr. 17. 16
fibulam imponere	1. 16. 10. n.	firmare vitam et mores, <i>formare</i>	4
ficiles dii	Ep. 58. 1		23. 1. conf. c. 24. 1.
ficio	2. 10. 14	firmare factis verba	4. 23. 9
- animantium, <i>creatio</i>	7. 3. 18	firmatis viribus	5. 4. 6
- hominis	2. 12. 2	fiscus adfluit male partis opibus	M. P. 8. 4
- poetica	5. 5. 3	fixa radicibus sententia	5. 1. 9
ficum ex terra corpus	7. 12. 2	flaccentes et pendulaz aures	Op. 8. 8
fida silentia facris	5. 19. 19	flagitauit pudicitiam	6. 23. 2. (p)
fidei nomen gerere, <i>de fidelibus Chri-</i>			flagren-
<i>stianis</i>	7. 26. 9		
fideles, i. e. <i>Christiani</i>	4. 13. 26		
	L. 5. 1. 26		

VERBORVM ET FORMVLARVM.

flagrantior	2. 9. 8	fortior - infirmior, var. robustior-
flagrante siti	7. 1. 13	imbecillior
flagrantior pars solis calore	2. 9. 8	fortiores cibi
flagrare amore turpissime	1. 10. 3	fortuitu
flammam lenem subdere M. P.	21. 8	- geri
flectere quem ab furore M. P.	25. 2	fouere humanitate quem
- ne sic quidem flexus est M. P.	11. 7	fragilium cultores
flexibilis curuatura digitorum Op.	10. 23	frangere panem minutatim
flexiones cantuum	Op. 10. 15	fraude ab omni cohibere
flexuosus ossibus	Op. 11. 7	frena permittere libidinibus
Floralia ludi recte dicitur	1. 20. 7	frenos imponere voluptati
florescunt bene prospereque fruges		frenare cupiditatem ab adparentia
cum arboribus	1. 20. 7	aliena
floridius enituit	M. P. 3. 4	- se ab opere iniusto
fluctuantem animum ad tranquillitatem reuocare	6. 18. 32	frigidissima materia
fluctus, qui maximi ferebantur, conuiescere iussit	4. 15. 22	frigoribus an <i>rigoribus</i>
fluctibus demersæ verbos	7. 3. 8	frigus adstringit
fluctibus discisis et in utramque partibus dimotis	7. 15. 2	frondis honor
fluxum et fragile bonum	6. 12. 35	frontem serchare
foedus dirimere, an <i>diripere</i> Ep.	59. not.	frugalius viuere
foedus habere cum quo	5. 17. 10	frugibus generandis vel maturandis
- irrumpere	1. 18. 17	diuersorum temporum vis con-
foedus lancire	6. 10. 23	venit
<i>foenerarius</i> , al. rectius: <i>venenarius</i>	5. 19. 31 not.	frui libero celo
foeneratio beneficii	6. 12. 2	- miris voluptatibus
cum foenore redit	6. 11. 27	facum trahere ineluibilem
foenus pecuniæ annuum	1. 20. 6	<i>fuermz</i> , sed fuerint sapientes, <i>ge est.</i>
fomenta subgerere	6. 23. 5	barb. <i>passo</i>
fons vberrius ac plenissimus	1. 1. 22. L. 3. 26. 11. L. 4. 30. 1	fugere castigandi molestiam
de fonte perenni plenissimis faucibus trahere	7. 27. 12	fugiens solitudinis
fontes iustitiæ	5. 14. 11 et 5. 15. 1	fugitiuus maiestatis et nominis di-
fontibus totius ingenii effusus	4. 18. 10	vini
a forata	Opif. 8. 6	fulminari i. e. fulmine tangi
formosus, non <i>famosus</i>	2. 16. 16	1 et c. 19. 3
		fulminibus conflagrare
		fundamenta iacere firma et idonea
		operi perferendo
		fundamenta mittere <i>vindicatur</i> M.
		P. 2. 4. not. <i>ibid.</i> fundam. <i>ponere</i> ,
		<i>agere</i> , <i>legere</i> .
		fundamentis librata et suspensa
		terra
		3. 3. 4
		fun-

INDEX III.

fundati ab imperito doctore	6. 21. 4 not.	gerere animum	6. 12. 41(2).
fundator terræ	2. 1. 5	gerere suum proprium negotium	4. 14. 19
funditus euertere	5. 13. 6	gerere carnem	4. 15. 2 et c. 24. 16
fungi officio	6. 18. 14	gerere formam, quam parentes non habent	1. 11. 54
- sibi delegato	1. 4. 6 not.	- formam humanam	3. 25. 4
fungi vita	2. 1. 1 not.	- lineamenta et summam figuram hominum	5. 11. 3
furiati malis incurfibus, <i>obsessi</i>	4. 27. 2	- mediam inter Deum et hominem substantiam	4. 13. 4
furiis accensus	5. 10. 8	gerit iustitia similitudinem stultitiæ	5. 17. 8
in furorem adigere quem	4. 27. 5 n.	germanitas speciosa, de <i>pedum digis</i>	Op. 19. 8
(t) in furorem concitantur ani- mi	6. 20. 32 in furorem instigare	gesta, <i>res gesta</i>	1. 11. 33
	5. 21. 3	gestare humeris suis	1. 21. 46
furore correptus	M. P. 5. 1	gestare magna onera	7. 1. 20
furtiva misericordia eum sepeliuit	M. P. 40. 6	gestare solem in manibus	7. 1. 15
furtive familiaris	M. P. 40. 2	gestatio infantium	3. 22. 10
fusciores orbis	Op. 10. 27	Sic Sueton in Claud. c. 27. <i>Brit- tannicum parvulum - manibus suis gestans.</i>	
G.		gestire ad lusum	Ir. 7. 9
Galeas resolvere - capiti reponere	M. P. 46. 10-11	gestire discursibus	Op. 3. 1
Ganymedeia fabula	1. 11. 22	gignentia Ir. 13. 10 not. conf. Gifa- nii Obseru. in L. L. p. 102.	
gaudio mirabiliter elatus	5. 11. 15	gignere (de feminis) ex quo	1. 17. 9 n.
gaudium insolenter se efferens		gignere, <i>creare</i>	7. 5. 9 et sæpius
- profectum	6. 15. 15-16	gingiuz a gignendis dentibus	Op. 10-18
Geminis consulibus	M. P. 2. 1	glaciatus aer	Op. 17. 6
generandi inellis officium	3. 10. 4	glebatim	M. P. 23. 2
generare, <i>creare</i>	3. 14. 10 not. 4. 4. 6. L. 6. 10. 3 Ep. 67	globus armatorum	M. P. 30. 5
generatim	2. 10. 1 Op. 6. 4	gloria, quam captavit, in culpam re- prehensionemque conuersa est	2. 5. 11
genialis torus	3. 22. 9 not.	gloriæ inanis specie captus	1. 18. 9
genitalis corporis pars	6. 23. 18	gloriosissimus	3. 28. 20
genitoribus similem existere	1. 11. 54	gradatim compositi pedum digiti	Op. 13. 7
gentilitas, <i>paganitas</i>	2. 13. 13	gradatim descendere	Ir. 4. 13
gerere, i. e. agere, gerere consilio cu- ius omnia	2. 6. 14	gradi in solido	4. 15. 21
gerere cum mutis liberaliter	Op. 3. 2 not.	gra-	
gerere - operari	5. 9. 22. c. 10. 2. c. 11. 9 Ir. 8. 8		
- mala	2. 14. 5		
- magna et mirabilia,	1. 9. 2		
gerere se casto	6. 23. 29		

VERBORVM ET FORMVLARVM.

gradi per ficcum	4. 10. 7	basim aut producit, aut non elidit,	
- cum summo lobore ac pedum tritu		vt consonans consideratur, carm.	
cumque magna cadendi sollicitudine	6. 4. 6		Pasch. v. 67 not.
- difficili et arduo itinere	6. 4. 9	habent aliquid in se Dei	7. 21. 6
gradi quiete, <i>moderare</i> , oppos. <i>conci- sare</i>	6. 16 3 c. 17. 13	habent sic	3. 19. 12
gradus ascendere, de gradu excu- ti-cadere - precipitari - labi, Ira		sic habendum est	3. 29. 1
2. 1 - 7 in extremo gradu restitit.		habuerunt sic	2. 3. 13
Ir. 4. 13 ex his gradibus pronus est lapsus et facilis ad ruinam Ir.		habere pro confesso et indubitato	2. 8. 49
2. 3		- pro diis	1. 5 extr.
grasfari aperta prädatione - palem		- pro furioso	5. 13. 20
grasfari	5. 9. 5-15	- pro nefario	1. 18. 10
- terra marique	6. 5. 15	habere sibi quos subiectos	4. 27. 13
grasfator	6. 2. 10	habere suæ ditioni ac potestati sub- iectos	5. 21. 7
in gratiam secum quem reducere	2. 1. 2	haberi in bonis	5. 3. 3
		habet aliter, quam res habet	7. 22. 2
per gratiam liberari cædis crimine		aliter sentiant, quam veritas habet	2. 9. 1 id quod res habet 1. 7. 11
	1. 10. 4	haberet indui	not. 4. 12. 15
gratias agere etiã in malis	6. 25. 14. not.	haberet existere	not. 4. 30. 2
gratificatio	Ir. 16. 5	habitaçulum	7. 5. 10 Ir. 10. 30
gratulari, i. e. gratias agere	3. 19. 24	habitus	6. 9. 9 Op. 13. 5
	not. 3. 20. 17	hætenus i. e. in tantum	4. 26. 6
granatam esse virginem, i. e. <i>gravi- dam</i>	4. 12. 2 not.	hæstas in eodem luto	2. 8. 24
gregatim	M. P. 15. 3	hamata primordia, atomi	Ir. 10. 5
gressum stabilem tenere	Ir. 2. 1	hauresi, e. aures in MS.	3. 3. 3
<i>cum copia et gubernaculo simula- crum Fortunæ</i>	3. 29. 7	haurire oculis aurum	2. 6. 6
gubernaculum reip. tenere	1. 1. 14	hebetati oculi	6. 2. 4
- sustinere	1. 3. 3	hebetis cordis esse	2. 5. 4
- abiicere	M. P. 18. 4	hebraice	4. 7. fin.
gubernatrix luna nocturni temporis		hebraicus	4. 7. fin.
	Ir. 13. 4	hisdem minus recte pro iisdem; non enim dicitur <i>hicdem</i>	1. 6. 4
- rerum providentia	1. 2. 3	hispida facies	Op. 12. 13
gulæ seruire	6. 22. 1	histrionum impudici motus	Ep. 63
gutturis eliso et fracto	M. P. 30. 6	hoc idem sentiant, quod etc.	3. 8. 8
gynæceum	M. P. 21. 4	homo i. e. humana natura, hominem	
		induere - gerere	4. 10. 1
		homo natus <i>elegant.</i>	3. 19. 7 not. 6.
			3. 15
		homunculus	3. 13. 13
		honorem dare Deo	2. 1. 8
			hono-

H.

H, littera, quam præcedentem sylla-

- honorem deferre canis M. P. 32. 2
 - reddere Deo 4. 10. 11
 honoribus cumulandis inhzrere L. I. I
 honoris tantum si homini habuit 7.
 5. 7. not.
 honorifico 2. 5. 3. L. 7. 24. 15 Ir.
 23. 16
 horrere quid 5. 22. 19 n.
 - sensibus intimis 1. 20. 20
 - incognitam veritatem 1. 5. 10
 - virtutis iter 7. 27. 7
 horret animus dicere 7. 15. 11 not.
 horribile-tetrum iunguntur saepe, e.g.
 Epit. 63
 horrificare 2. 17. 2 not.
 hortamentis assiduis 4. 1. 8
 hospitalitas praezipua virtus 6. 12. 5
 humana manu Ir. 2. 2 not.
 humane ac benigne 5. 2. 13
 humefacere Ir. 10. 20
 humilis: post sublimis fastigii claritatem
 in humilis vitae tenebras decidere
 M. P. 18. 3
 humiles et abiecti 6. 12. 6
 humiliare 4. 18. 22. not. 5. 15. 9
 humilitas, abiecta visa 4. 16. 13. M. P.
 30. 1
 humilitas virtus Christi. 5. 15. 5
 humor candens ac pinguis i. e. lac
 Op. 12. 18
 humores hiberni Ir. 13. 4
 I. I.
 I nunc, cant, irrisif. 5. 13. 13
 iacere eleg. quid hoc homine miserius,
 qui sic iaceat 3. 28. 10
 iacere in tergum Op. 10. 26
 - alterno latere ibid.
 iacet iners atque torpidum 2. 8. 35
 iacet si ira, excitanda Ir. 18. 12
 iactare ingenium 5. 4. 8 sic Tacitus
 13 Ann. 11. fin.
 iactare - laudibus - honoribus, forte:
 mactare 1. 15. 2
 iactatio tardarum 1. 21. 24
 iactare suas virtutes 3. 29. 12
 iam *in seruitu transicioni* 1. 20. 5. L.
 3. 10. 3
 iam *praecedente, si, vel quod si, sapius,*
 e.g. 3. 7. 9. L. 5. 19. 23. L. 6. 2.
 3. c. 12. 2. c. 23. 22. L. 7. 3. 7
 Op. 3. 20. etiam sine praecedente
si Ita 23. 14
 iam i. e. *amplius* 6. 20. 31 not. Op.
 4. 10
 iam amplius *plonasm*, nec erit vlla
 iam natio *amplius* 7. 26. 4 not.
 iam ulterius eadem vi Ir. 7. 22. 15
 ictibus cadauera dissipare 6. 20. 12
 ictus ab apra 1. 17. 9 not.
 sub ictu mortis constitutus 6. 20. 12
 i. e. interprete Salmasio ad Spartian.
 Seuer. cap. 23. p. 640 *sub
 memento et puncto moriendi.*
 id muneris 1. 20. 8
 id operis 5. 2. 10
 igitur *expletive* 6. 6 extr. cap. 10.
 22 et 25. Ir. 10. 47. 53. cap. 17.
 4. cap. 23. 13
 ignem supponere M. P. 12. 3
 igni et aqua interdicere 2. 9. 23
 ignis ardere ac viuere non potest, nisi
 aliqua pingui materia teneatur,
 in qua habeat alimentum 2. 12. 14
 ignis obducto cinere sopitus Op. 18. 4
 Ouidius 7. Metam. 80: *Parua
 sub inducta lasuit scintilla fa-
 villa.*
 ignoratio sui est prauitatis causa 1.
 1. 25
 ignorationem sui discutere 1. 1. 25
 in tantam ignorationem sui ventum
 est 4. 1. 1
illaeffibilis, suspecta vox MSS. ille sta-
 bilis Ir. 17. 14
 illecebra voluptatis, *sing.* Ir. 19. 3. n.
 illibabilis 2. 7. 3
 illi-

VERBORVM ET FORMVLARVM.

illices, non illicibiles leg.	7. 27. 1	<i>Protegis hæc fontes, immeritos</i>	
illigata corpori anima	Op. 16. 10	<i>que premit.</i> conf. 4. <i>Metam.</i> 669.	
illud ad propius relatum	6. 25. 14	et <i>Horat. Epod.</i> 7. 19. etc.	
illudere - suum sexum	6. 23. 10	immergere sceleribus	<i>Ep.</i> 68. not.
illudit fortuna res humstas variis casibus	3. 28. 6	imminuere virgines	1. 10. 11. <i>M. P.</i> 38. 4
illuminator Deus	6. 18. 2	inmittere exquisitos dolores	5. 11. 16
illustrare litteris latinis	3. 14. 3	immo, immo vero partic. corrig.	6. 13. 4 <i>Ir.</i> 23. 10
illustrator	2. 9. 5	immobilem facere Deum, i. e. insensibilem	<i>Ir.</i> 17. 8 not.
illuxit dies felicissimus orbi terrarum	1. 1. 13	ad immobilem stuporem mentis perducere	6. 17. 21 not.
imaginarius præceptor	6. 12. 14	immobilitas animi, <i>aparchia Stoica</i>	6. 17. 21 not.
imaginata digitis terra	3. 13. 21 not.		17. 23
imbecillus, a, um, sæpe.		immolare victimas humanas	5. 10. 4
imbecillior viribus	5. 16. 10	ad immolationem mittere	5. 10. 6
imbres ferreos dicunt multitudinem telorum sagittarumque	1. 11. 18	immunitatem cui dare	<i>Ir.</i> 10. 28
imbribus fecundis	1. 5. 19	impasibilis	1. 3. 23 et 2. 8. 44
imbribus maximis et nivibus	<i>M. P.</i> 45. 3. conf. 3. 5. 2 et <i>Op.</i> 4. 16	impatibilis, qui non potest pati	7. 20. 8 not.
imbuere ad veram religionem	1. 23. 7	impatiens, qui nihil patitur	5. 22. 5
imitatione solertia hominis illa simulavit	2. 5. 18	quid impedit, quin	2. 7. 6
immaculata victima	6. 2. 13	impedit, quo minus	4. 25. 7. <i>L.</i> 7. 2. 7 <i>Op.</i> 3. 7. c. 6. 1 etc.
immanissima bellua	<i>Op.</i> 5. 12. n.	impendentibus kalendis	<i>M. P.</i> 17. 2;
immanissima corpora	<i>Op.</i> 3. 18	impendere laborem	1. 1. 1
immature funere exstingui	3. 17. 8	imperia, eleg. plur.	<i>Ep.</i> 38 not.
immensum hæc, an vt hoc <i>uiuifum</i>	5. 1. 1	iuperii singularis regimen, eleg. pro monarchia	7. 15. 16
in immensum auctus	7. 16. 2	imperitare cui	1. 8. 8
in immensum multiplicato numero	2. 13. 9	impingere in errorem	4. 29. 1
immerentes, <i>infontes</i> , ex <i>Lucretio</i> : sæpe nocentes præterit exanimatque indignos, INQUE MERENTES	3. <i>Inst.</i> 17. 10. Ex <i>Seneca</i> : ex trucidatione immerentium	- in oculos quid cui	6. 4. 23
<i>Inst.</i> 25. 3		- se in lapides	2. 3. 2
immeriti, <i>innocentes</i> , immeritos perdere, noxios impune dimittere	5. 9. 17. <i>Quid.</i> 2. <i>Trist.</i> 1. 274.	implere defensionem virtutis	5. 14. 7-13
		- numerum perfectæ infantiæ	<i>Ir.</i> 10. 10
		- officium hominis	<i>Op.</i> 20 extr.
		- virtutem	1. 9. 4
		implicatus ignorantia rerum	5. 19. 4
		imponere leges	4. 23. 5
			im-

INDEX III

- imponere necessitatem parendi 4. 23. 3. c. 24. 7-18
 - pedem super dorsum M. P. 6. 3 n.
 - terminam religioni M. P. 12. 1 n.
vs imponeret ei scientia Trismegisto cognomen 1. 6. 3
 importare cui mala Ep. 46. not.
 importunitas, pro barbaro: *infortunitas* Ep. 29 not.
 impossibile 5. 22. 11
 imprimere sibi proprias vias 1. 1. 18
 improprium 4. 18. 32 not. et Ep. 4^t not.
 imprudenter incauteque 6. 13. 3
 impudica habita ob nimios corporis cultus 2 7. 12
 impudicissimi motus histrionum 6. 20. 29
 impugnant inuicem (*omisso se*) 7. 5. 23 not. conf. Ir. 19. 1 not.
 impune habere M. P. 2. 7
 impune huic cedit? Ir. 19. 7
 impunitas perpetua Ir. 20. 2
 - promissa non persoluitur M. P. 40. 6
 impunitatis spes aridet 3. 17. 36
 impunitatem peccatis suis sperare Ir. 4. 15
 - vitium spondere 3. 17. 34
 in pro *inter*. in diis esse 1. 16. 14-17
 in magnis laudibus ponere quid 6. 18. 34
 inaequalis 7. 14. 8
 inestimabilis numerus 1. 16. 7. not.
 - vis Ep. 72 princ. not.
inambulare reiicitur Ir. 10. 20
 inania, *opiniones* 2. 1. 2
 inanissimi homines 2. 17. 8
 inanitas et stultitia 3. 14. 19
 inaurire surdos Ep. 45 not.
 inceptio *oppon.* perfectio 7. 5. 5
 incendio facto ne pars civitatis arderet M. P. 12. 4
 incendium moliri M. P. 14. 6
 - subicere M. P. 14. 2
 incertis parentibus natus 1. 10. 2
 incensere maledictis quem 3. 14. 12
 - quem inclementer 5. 10. 2
 incestum euidens *neur.* *subst.* 1. 17. 14
 incestum matrimonium, *adict.* 1. 21. 24
 incidere laqueos, pro: *in laqueos* Ep. 27. conf. Gifan. Obs. L. L. p. 114.
 incitamenta virtutis cui praebere 4. 26. 26
 incitatrix libidinum opulencia Ir. 23. 22
 inelamatos nominibus suis mortuos a morte reuocare 4. 26. 13 not.
puerum-inclamaust. vide in Val. Max. 9. c. 12. ext. 6.
 inclementer impugnare 7. 26. 8
 - incensere 5. 10. 2
 inclinante die M. P. 24. 5
 incoctus i. e. coctus, percoctus
 incocta igneis caloribus 2. 8. 62
 quae sunt in humidis incocta Ir. 13. 4 not.
 incoctum generoso pectus honesto 2. 4. 11 not.
 incoxit quos plena iustitia et maturitas virtutis 7. 21. 6 not.
 incogitabilis *aristas* 1. 8. 3 not.
 incolumes corpore Op. 19. 6 not.
 incomprehensa res 3. 2. 6
 inconcessa scrutari 3. 20. 4
 inconcessa constantia Ep. 57 not.
 - stabilitate figi Ir. 2. 3
 incongruens atque ineptum 3. 16. 4
 incongruentiam cui obiectare 5. 13. 20
 inconsiderate Op. 3. 3
 inconsiderati senis ira M. P. 14. 5
 incorporealis 6. 25. 2
 incorruptibilis 1. 1. 23
 in-

VERBORVM ET FORMVLARVM.

incredibile est, etc.	1. 15. 14 Op.	inductus vaniloquentia	Ir. 23. 15
	7. 11	induere nomen	2. 16. 3
increpauerit	3. 18. 13 not.	induere se in laqueos	6. 12. 13
increfcente doctrina	4. 1. 12	indui	M. P. 18. 12
- multitudine	2. 13. 8	indulgentissimus pater	1. 1. 15 not.
increfcere numerus cepit	2. 14. 7		et 2. 5. 6
increuit malitia	2. 10. 10	indulgere adfectibus	6. 18. 15
incubare ouis, brüten	Op. 3. 7	indumentis naturalibus munita ani-	
incubabat vis morborum	2. 1. 9	malia	7. 4. 13
incubauit	M. P. 3. 1	indumentum exuniis suis exhibent	
incumbere totis carnificinæ viribus		animantes	4. 17. 19
in quem	5. 9. 12	ineloquentes	Op. 20. 5
- voluptariibus	2. 1. 3	ineloquibile præmium	7. 5. 9 c. 11. 2
incunctanter 1. 15. 26 not. et 6. 12. 23		ineloquibiles fructus	7. 11. 2
incurrere crimen loquacitatis	2. 7.	ineluibilis fucus	7. 20. 9 not.
	23 not.	inenarrabile	5. 9. 4
- tumoris et arrogantæ	6. 25. 12	inenarrabili modo	7. 21. 1 et 7. 23. 5
ab incurfibus	2. 15. 6 et 4. 27. 2	ineptissime	7. 22. extr.
incutere voluptatem de re blanda	5.	non ineptissimus fit, si quis	Op. 3. 10
	1. 17	iuers oppos. strenuus, fortis	6. 7. 5-
inde- hinc est, quod	2. 16. 11. J. 5.		8 not.
	19. 28	inexcogitabilis	1. 8. 3 not. 4. 8. 9
non indecenti nota	Op. 10. 27	inexcogitabili ratione	Op. 13. 2
indelebile nomen querere	7. 11. 6	inexpiabile facinus	2. 17. 7 Ir. 21. 3
indelebiles maculæ	Ir. 23. 24	inexplebilis fitis	7. 1. 13
indemnitas	M. P. 48. 9	inexplicabilis prouifio	2. 11. 7
indere nomen	6. 15. 14	inexpugnabilem et solidum contra-	
indicia subornare	M. P. 8. 4	ictus extraneos facere	Op. 4. 5
indicium cui facere de quo	1. 20. 36	inexpugnabilia, i. e. quæ non possunt	
- profiteri	3. 15. 11	refusari	7. 1. 16 verum et inex-
indictiones auri argenticque facere		pugnabile	Ir. 4. 10
	M. P. 31. 2	inextricabiles errores	3. 17. 17
- tributorum	M. P. 7. 3	- tensbræ	1. 1. 6
indifferenter	Op. 18. 2	inextricabilia vincula	7. 1. 19
indignatur aduersus quem	Ir. 22. 8	inextricabilis quæstio	Op. 18. 1
indisfociabilis	Op. 10. 9-11	infamare censuram acerbicatis no-	
indisfolubilis	Op. 4. 6	mine	Ir. 17. 6
indiuidua caritas	3. 21. 8 not.	- matrem stupro	M. P. 9. 9
indiuidua corpuscula, atomi	Ir. 10. 12	infatigabili militia militemus	7.
indolentia	3. 8. 17		27. 16
inducere, introducere	6. 3. 14. c. 6. 6	infatuata prauis opinionibus con-	
- morem	M. P. 38. 4. c. 21. 2	suetudo	1. 5. 28
inducere in laqueos num dicatur	6.	inferi aperientur, i. e. sepulcra	7. 20. 1
	12. 13	in-	

INDEX III.

<i>inferna, plur. Orcus</i>	6. 3. 11	<i>bus</i>	1. 1. 13
<i>ad inferna præcipitari</i>	6. 3. 11	- <i>struendis opibus - cumulandis ho-</i>	
<i>inferre causam</i>	6. 10. 13	<i>noribus</i>	1. 1. 23
<i>inferre exemplum</i>	1. 11. 17	<i>inhæsit penitus temporis diuturni-</i>	
<i>inferfit se cibo - ibid. referto stoma-</i>		<i>tate</i>	7. 10. 9
<i>cho</i>	M. P. 49. 3	<i>inbormitas, sic MS.</i>	M. P. 7. 3 not.
<i>in infinitum procedit materis Ir.</i>	2. 2. 4	<i>inire societatem cum quo</i>	6. 10. 23
<i>inflabile viscus, pulmo</i>	Op. 11. 4	<i>initiatas</i>	1. 25. 25
<i>inflammare stimulis</i>	6. 4. 20	<i>iniuria, in sensu pass. de illata piis</i>	
<i>inflammæ libidine</i>	6. 20. 31	<i>iniuria</i>	5. 20. 9. not.
<i>inflammatus amore potentiæ</i>	7. 1. 15	<i>iniuriam clementer ac moderate fer-</i>	
- <i>ira</i>	M. P. 14. 3 et L. 7. Inst. 17. 10	<i>re</i>	6. 18. 11
- <i>scelere</i>	M. P. 10. 6	- <i>temporis ferre</i>	Op. 3. 1
<i>inflare ambitionibus</i>	6. 4. 20	<i>iniustissimi</i>	4. 18. 5
<i>inflati ambitione</i>	7. 1. 15	<i>innarrabilis</i>	Ph. v. 54
<i>infligere caput parietibus</i>	M. P. 9. 5	<i>innavigabile mare</i>	7. 16. 11
<i>informare, formare</i>	Op. 5. 9 not.	<i>innocens, variori vi</i>	1. 21. 10 not.
<i>informatio corporis, i. e. formatio</i>		<i>inobseptus</i>	Op. 8. 7 not.
	Op. 19. 5	<i>inoffensium tenorem vocis lingua</i>	
<i>infortunitas reiicitur, leg. importa-</i>		<i>bulsis suis in verba concidit</i>	
<i>nitatis</i>	Ep. 29		Op. 11. 11
<i>infringere auctoritatem creditæ ma-</i>		<i>inquadrare reiicitur, leg. non quadra-</i>	
<i>iestatis</i>	1. 11. 18	<i>re</i>	7. 7. 14
<i>ingenii medioeritas prout tulit</i>	Op. 1. 1	<i>inquietudo</i>	M. P. 48. 4
<i>ingenii vir singularis</i>	Op. 1. 12	<i>inquirendæ veritatis studium</i>	1. 1. 1
<i>ingenio facili, copioso, saavi - aperto</i>		<i>inquirere aliquid</i>	3. 29. 11
	5. 1. 25	- <i>mores</i>	3. 15. 8
- <i>magno et excellenti ingenio viri</i>		- <i>tempora</i>	4. 5. 4
	1. 1. 1 et 3. 19. 22	<i>inquisitio veritatis</i>	4. 3. 1
<i>ingeniose interpretari</i>	1. 21. 41	<i>inquit non mutatur in obiectioni-</i>	
<i>ingerentem se oculis claritatem</i>		<i>bus.</i>	
<i>videre</i>	1. 5. 2	<i>inquit: post aliquot verba citationis</i>	
<i>ingerere maledicta de muris</i>	M. P. 29. 7	<i>as vero si quis voluerit, inquis</i>	6. 18. 15
- <i>recusanti beneficium</i>	5. 20	<i>insanabilis plaga</i>	7. 15. 3
- <i>ventri ac gulæ pecuniam</i>	6. 17. 19	<i>non inscite</i>	7. 15. 14
<i>ingesit Deus mala in caput eius</i>		<i>inscribitur liber</i>	7. 18. 3
	M. P. 49. 2	<i>insecabilis, e.</i>	Ir. 9. 4
<i>ingratis, ingratis</i>	2. 10. 25	<i>insectandi studio eligere peiora</i>	1. 21. 19
<i>ingurgitare se cæno</i>	4. 17. 21	<i>insensibilis</i>	7. 3. 7
- <i>vino</i>	M. P. 49. 3	<i>inseparabili nexu coherere</i>	4. 3. 6
<i>inhabilis administrandæ reip.</i>	M. P. 18. 2	<i>inseparabiliter connexa</i>	3. 11. 14 not.
<i>inhærare pertinaciter superstitioni-</i>			in-

VERBORVM ET FORMVLARVM.

inferere pedem laqueo	2. 3. 3	insurgere ad ultionem sceleratorum	Ir. 16. 5
insidere equo	2. 16. 11	insuffentabilis, <i>insolerabilis</i>	7. 16. 4
insidias machinari	M. P. 30. 1		et M. P. 49. 4
insignis deformitas arcet libidinem	M. P. 3. 8. 3	intactum omisit	Op. 1. 14
insignis pietate vir	5. 10. 5	in integro vindicta Deo	3. 18. 7 not.
- scelere	5. 12. 5	ab intellectu rerum abesse	6. 1. 11
insinuare pro <i>insin. se</i>	7. 12. 30	intelligentia et cogitatio	Ir. 7. 10
insolenter se efferre	6. 15. 6	intelligentia subsequi	2. 8. 68
insolentissime agere	M. P. 9. 9	intelligentiæ humanæ aliquid	Op. 3. 7
insolentissimus homo	Op. 1. 18	- luce	Op. 16. 3
inspectos habere libros	1. 6. 13 not.	intendere omnes fallacias et calliditates ad decipiendum	2. 12. 17
instauratio sacrificii	3. 20. 3	intentare quid pro crimine	Ep. 45. 7
instigare in furorem	5. 21. 3. vid. <i>in furorem adigere.</i>	intentata mors	4. 24. 7
instincti spiritu aliquo	6. 8. 10	inter inter Phœnic.	143. 144 damnauit Bentleius, at vindicauit Cuningham ad Horatium.
instinctu Mularum	1. 5. 10	interdicere igni et aqua	2. 9. 23
instinctus diuino spiritu	5. 9. 6	interdictio voluptatum	7. 5. 23
institutū dicere	Op. 4. 24	interdictum - communionem	6. 12. 4 not.
instituere mentes ad cultum veræ maiestatis	1. 1. 8	interemptio - (<i>interemptus, us</i>)	1. 10. 9 not.
institutiones plur.	1. 1. tit. not.	interemptrix	1. 10. 9
institutiones ciuilibus iuris	1. 1. 12	interfusio maris	7. 3. 25 not.
instituto sole, <i>creato</i>	2. 8. 62	interiectis XV diebus	M. P. 14. 6
institutor, <i>creator</i>	2. 8. 17	interiecto tempore	M. P. 10. 6
institutum, <i>res creata</i>	7. 8. 2	interimant cupiditatem aliæ commotiones	7. 10. 2
instrepitans	Pasch. v. 26	interisset	1. 12. 8
instruiores doctioresque	Op. 1. 2	interisissent	4. 26. 38 conf. 3. 20. 17
- epulæ	4. 10. 10	intermicantia astrorum lumina	6. 20. 7
instructissimus omni genere doctrinæ	1. 6. 3	<i>sine ulla intermissione</i>	6. 21. 10. et 7. 10. 3
instruere vitam	3. 15. 6	interpatet fistula	Op. 11. 9
instruunt, sed turbant	3. 30. 5	interpres cogitationis lingua	Ir. 1. 2
Seneca Vit. Beat. c. 3. <i>verum, quæ vitam instruunt, diligens.</i>		interpretatæ sunt, <i>pass.</i>	4. 7. 7
<i>non</i> insuauis poeta	It. 20. 2	interseidit labra	Op. 10. 19
insumere operam	7. 4. 6	intersepsit et diuisis	Op. 10. 8
insuperabili mente	6. 17. 26	intimi scelus	Ep. 6. 2 not.
insurgente morbo	M. P. 17. 4 not.		
insurgere ad coercenda peccata	Ir. 17. 19		
- aduersus Deum	5. 9. 9		

INDEX III.

intolerandum iugum	7. 15. 2	irrogare mala	2. 14. 13
intra congruentes nocentium pœnas se coerceat severitas	6. 14. 4	- pœnam delictis	Ep. 38 not.
intra corpus inclusa mens	Op. 16. 10	is, ea, id sæpe subauditur	5. 20. 31.
intra pectus inclusus	5. 20. 13		L. 6. 12. 39. Ira. 2. 1
intra fines adfectus redigere	6. 19.	is vero, qui autem - is vero	6. 4. 5
	extr. et Ep. 61. 7		L. 6. 12. 18. L. 6. 13. 7. L. 7.
intra præscriptum coercere	6. 20. 5	ita plane	1. 11. 9
privatos parietes terminare	6. 23. 23	ita, vti, sicut	7. 22. 19 not.
intulit	4. 29. 11 not. 7. 13. 3 not.	itemque	4. 8. 6
inualescente nequitia	7. 15. 7	iter conficere	2. 5. 16
non inuestigabilis vid. not	3. 27. 13	iter directum	1. 1. 18. rectum 1. 1.
inueterare noticiam, delere	2. 16.		23. Cæsar L. 2. B. Ciu. 24. 3. ab-
	20 not.		est directo itinere et L. 3. B.
innidiæ depellendæ causâ	Ir. 4. 7		Ciu. 79. 1. conf. Gronou. ad
inuidiam facere	1. 7. 6 conf. Bur-	iter præstituerè	2. 5. 13
mann. ad Ouid. 4. Metam. 547.	p. 290.	iterum iterumque	Op. 1. 6
inuidiosum nobis	Op. 1. 16	incundari	4. 6. 8 not.
inundatio fluminum	7. 3. 25	Iudas, i. e. tribus Iudæ. Iudas prin-	
inuolutum pectus	4. 17. 15	ceps examinis	4. 10. 14
inurere notam mortuo	M. P. 3. 3	Sic Sulpicius Seuerus	L. 1. Hist.
- sibi maculas	Ir. 23. 24		28. 7 et c. 29. 5
inuustus dedecorum maculis	4. 26. 12	iudicium stabile maturi ac senes	
inutilis, i. e. <i>mutuus</i> .		habent	5. 13. 3
ira mortalium debet esse mortalis	Ir. 21. 5	iudicium simplex et incorruptum	5.
iram Dei mortalem facit, qui peccare			19. 19
definit	Ir. 21. 10	iugulat Academia philosophiam	7.
iram frenare, cohibere	5. 10. 9		5. 2
iram si iacet, excitare	Ir. 18. 12	iurare per stygiam paludem	1. 11. 12
irati descriptio	Ir. 5. 3	iuris periti	5. 11. 18
irrationale animal	5. 18. 31 et Ir. 7. 2	iure dici homo nemo potest, nisi	
irrefutatus	5. 16. 13	sapiens	4. 1. 10 idem recte, vere,
irrequietus animus	Ir. 17. 3	ibidem.	
irrequietis cursibus	Ir. 13. 4	iure suo, i. e. nemine impediante	M.
irrigantur sata imbribus	Ir. 13. 7		P. 36. 4
irritamenta vitiorum	6. 20. 9	ius publicum, i. e. publice receptum	
irretire inextricabilibus vinculis	7. 1. 19		6. 23. 24
	6. 23. 5	ius in viribus computare	Ep. 59
irritabiles formæ	Ir. 23. 22	ius trium liberorum	1. 16. 10
irritatrix		in ius venire ad quem	1. 11. 35
		præter ius a rectoris	2. 16. 8
			pre-

VERBORVM ET FORMVLARVM.

<i>praeter iussum ac voluntatem Dei</i>		laniatus ferarum	6. 10. 18
nihil facere	1. 7. 5	lapsu facili ad Deos peruolare	3. 9. 6
iussu facere	2. 16. 6 M. P. 18. 11	lapsu sempiterno flumina fluere	
iusto maior dolor	Ir. 18. 8	praecipit	2. 5. 1
iuta lingua offensione dentium <i>ad-</i>		lapsus facilis ad ruinam	Ir. 2. 3
<i>iura</i>	Op. 10. 13	<i>in</i> laqueos incidere	4. 30. 2
L.		- incurrere	2. 1. 3 et 4. 26. 15
Labentia vetustate tecta	2. 4. 5	- se induere	6. 12. 13
labi ad peccatum incaute	6. 13. 3	<i>in</i> largiendo tenax-profulus	M. P. 45. 12
- ad viam iniustitiae	6. 24. 1	largitio munerum	6. 12. 19
- in luxuriam	5. 22. 14	lasciuiora, i. e. <i>lasiora</i> animalia	Op. 14. 6. not.
labibus subtractum	7. 27. 2	latentes morbi	6. 24. 23
laborare grauiter, <i>agrotare</i>	M. P. 24. 3	latere non possunt sensum atque in-	
laborare ad incertum	3. 26. 3	telligentiam	Op. 12. 1
- in superuacuum - ad vsus vtilis	7. 4. 6	Latiaris et <i>Lasiialis</i>	1. 21. 3 not.
labores, i. e. <i>calamitates</i>	5. 10. 9 not.	latibulis sepire	Op. 2. 3
labra descripta	Op. 10. 19	ad latrocinium, non ad iudicium	M. P. 40. 3 n.
<i>in</i> labris habere quid	3. 16. 4	laudare in faciem	3. 14. 7
lacerationes corporum	6. 17. 7	laude merita prosequi	1. 5. 26
- perferre	5. 13. 12	in laudes principum effusus	5. 2. 7
lacesierunt	5. 2. 2	laudibus concelebrare	5. 22. 2
vix lacrimas tenebat	M. P. 24. 8	laudibus leonis murem non orna-	
lactis alimentum fetibus ministrare-		vir, sed obruit et obtruit	3. 17. 29
adpetere	Op. 3. 6	- memoriam cuius celebrare	1. 11. 17
lactes, <i>insestina</i>	6. 2. 11	- summis tollere	5. 17. 24
lacus detriti	4. 30. 1	laxiores intra et quietiores terras	M. P. 6
laesi debiles	4. 26. 16 not.	lecta oesa	M. P. 21. 11
laetitia est profusum gaudium	6. 15. 15	lectica vehi	M. P. 17. 3
- exultare	6. 16. 4	legitime coctus	M. P. 13. 3
laeuigatum marmor	2. 6. 6	legitime iniurias facere	6. 9. 4
laeuis, <i>imberbis</i>	2. 4. 18 Arnob. 6.	lenitatis intempestiuz <i>damna</i> .	vid. Ir. 18. 3
p. 231. ed. in 8. <i>potest fieri vs BAR-</i>		leniter exurgens, <i>sensim</i>	Op. 10. 5
<i>BATVS in celo sit, qui esse a vobis</i>		- eminentes	ibid n. 27
<i>effingitur LAEVIS</i> , et p. 34. <i>uter-</i>		lenitudo animi	7. 10. 6
<i>que</i> (Sol et Mercurius) <i>a vobis</i>		lenocinio verborum capti	3. 1. 2
GLABER atque ORE <i>compingitur</i>		Leucothea	1. 21. 23 not.
LAEVI.		leuitas instructa dicendi facultate et	
laetitudo	Ir. 10. 7	copia incredibile est, quantus	
lancea emendari	M. P. 22. 4	d 2	
laniari dentibus bestiarum	3. 17. 32		

INDEX III.

mendaciorum nebulas excitauerit	1. 15. 14	vtero, non conciliat homini sapientiam	3. 19. 23
libere vinere	Ir. 20. 1	longe antiquior illo fuit	Ir. 11. 12
valde liberi homines Academicis	2. 8. 14	longe lateque	Op. 2. 18
licenter et fabulose ficta	7. 22. 9	longum est, si exsequi velimur	7. 12. n.
licentia poetica	1. 2. 24	longum est exsequi	Ir. 11. 15
licentia refrenatur	Ir. 17. 12		conf Op. 4. 23
- parit audaciam	6. 19. 6	lubrica ætas adolescentum	Ep 63 n.
limites exactissimos virtutum tenere	6. 17. extr.	lubrica fides	4. 30. 5
lineamenta et summam figuram hominum gerunt	5. 11. 3	per lubricum niti	Op. 11. 17
lingua, interpretis animi, a sententiæ cogitatione non debet discordare	6. 18. 6	lucæ boues	Op. 3. 18
lingua mortalis non capit explanationem rei	1. 3. 15	lucæ adhuc dubia	M. P. 12. 2
- sermonis ministra	4. 29. 6	in lucem venit facinus detectum	Ir. 18. 1
lingua protenta et cavata bestiarum hauriunt aquam	Op. 10. 17	lucrari dotes feminarum	5. 9. 15
linguæ officia varia, vid. Op. 10. 13 et seqq. c. 11. 11		lucra captare de alienis malis	Ep 64
linguæ officio carere	Op. 3. 20	lucra desiderare	1. 4. 5
linguas mutorum in eloquium sermonemque solvere	4. 15. 8 et c. 26. 7	lucro studere	5. 17. 34
liquet conscientiarum	7. 27. 3	lucris studium abfuit ab his	1. 4. 7
liquido peruidere	Op. 14. 8	lucto	M. P. 18. 6
liquidum atque clarum	6. 2. 6	luctus mutatur in lætitiã	1. 21. 20
liquidum est	Op. 4. 23	ludibrio habere quem	2. 4. 25
liquore lactis - alere	5. 4. 6	ludi Circenses	6. 20. 32. seqq.
litabilis victima	1. 21. 25	ludorum editio	1. 10. 6
litabilior victima	Ep. 5. 8	- celebrationes	6. 20. 34
litigatores	3. 8. 1	lucæ sciencie	2. 7. 13
litterarum qui aliquid attigerunt	5. 1. 9	lumen vnicum, i. e. Sol	5. 14. 17 not.
litterati homines	6. 21. 4	luminibus veritatis fulgore caligantibus	Ir. 2. 1
loci illius ac nominis femina	M. P. 39. 4	luna nocturni temporis gubernatrix, amissi ac recepti luminis vicibus menstrua spatia moderatur	Ir. 13. 5
loci non ignobilis fuit inter caustidicos	5. 1. 22	lunæ diminutiones - incrementa	2. 5. 18
locus, in quo quisque est effusus ex		lupum homo subdolos voluit subouis pelle celare	5. 3. 23
		lurida cutis macie longe inter ossa confedit	M. P. 33. 10
		in luto eodem hæsitare, pron.	2. 8. 14

M. Ma.

M.

Macerabit animas hominum sollicitudo ac vigilia 7. 16. 12
 Seneca ad Polyb. 27. *de desiderio cuius macerari, ad Marciam 3. nec te tormentis macerabis.*
macerati cibi extruduntur per inter-
 norum anfractus Op. 11. 16.
maceratos cibos alius emittit. Op.
 11. 16
machinari astra 2. 5. 17
machinari concavo ære similitudinem mundi ac figuram 2. 5. 18
machinator malorum M. P. 7. 1
 - rerum omnium Deus 2. 11. 14. et
 4. 6. 1
macie cutis lurida inter ossa confedit M. P. 33. 10
macrare orbitatibus quem 1. 21. u. n.
maculosus, pollutus 1. 10. 12
madefacere focos vini profusione
 6. 1. 5
magis ante quam subauditur 1. 3. 7.
 et n. 11. not. L. 3. 28. 10. not.
magis, maior, pleon. Op. 12. 7. not.
magisterio Dei 7. 1. 12
magisterium philosophiæ 3. 14. 20
magna ratio est 5. 14. 1
magna patientiæ ratio est 6. 18. 20
magna ratione prouisum 2. 11. 6
magnities, magnitudo Ph. v. 145
magnum esse credis 3. 9. 11. not. (o)
maiestate celesti subgerente, *Deo*
 2. 19. 1
maiore quamquam vteretur sono 3.
 9. 16. Cic. 2. Or. 12. *maiores sonum vocis addere.*
maledicta ingerere M. P. 29. 7
maledictis incensere quem 3. 14. 10
malescentiæ, oppos. beneficiæ, fr.
 1. 1
malefici, magi 2. 16. 4 n.
malle non sequente: quam 4. 26. r. n.

malle potius, *pleon.* 3. 28. 15. not.
malum, interiectionis vi: quæ malum vanitas Op. 6. 2. not.
malum i. e. panam metuere 1. 19. 5.
 not. (h) P. M. 50. 5
mancipare animam suam cui 2. 17. 12
mancipatus vitiis 1. 9. 1
mandare litteris memorizque 6. 10. 16
 - sepulturæ 1. 13. 3
maneat quæ merces in cultu, quæ
 pœna in contemptu 5. 19. 11. not.
mansiones de cursibus publ. M. P. 24. 6
manu sua scuit vincam 2. 13. 4
manus de manu agitur Op. 20. 22. sqq.
manum conferere 1. 1. 12
manum porrigere M. P. 3. 4. Ouid. 4.
 Trist. 9. 10. *Nostra suas istuc porrigat ira manus.*
 - tollo. *victi vox* 3. 28. 10
in manum sumere librum 5. 9. 19
manum summam imponere 4. 1. 14
 - tollere dare, *victi* 5. 28. 9. L. 5. 1. 3
manus inferre sibi 3. 18. 5
manus opposuit ingeniis natura 4.
 1. 14
mare aufer. casu M. P. 21. 11
maritale iugum Op. 12. 16
maritati 1. 11. 9
Martius campus M. P. 33. 6
materies 2. 16. 2. (h) et Ira 10. 18. n.
matrimonia communia, i. e. uxores
 communes 3. 21. 4. not.
matrimonia facere 3. 22. 9
maturandæ fruges 2. 5. 21
maximè dulcior 1. 21. 10. not. (h)
meantium in occasum siderum cur-
 sus 3. 24. 4
meatus siderum 2. 5. 19. casu. L. 3. 5. 2
meatus extraordinarios peraget lu-
 7. 16. 9. conf. 2. 5. 19
medelta Ep. 45. not.
medicatum corpus diutissime durat
 7. 12. 6. not.
 d 3 sub

INDEX III.

- sub medietate narium* Op. 10. 19
medio al. medie 6. 15. 17. not.
meditatus, pasf. 1. 5. 10. n. conf. 3. 9. 5
memoria ex omni 3. 25. 15. sic A-
 pul. Apolog. p. 295
ad memoriam posteris tradere 7. 15.
 extr.
mendacibus panegyricis adulari a-
pud reges 1. 15. 13
mendaciorum natura est, vt coh-
erere non possint 5. 3. 1. menda-
 ciorum nebulas excitare 1. 15. 14
mensum, mensum Ph. v 27. et Pasch.
 42. conf Gronou. ad Liu. 29. c. 3.
mensura libri modum flagitat 6. 20. 1
mentita diuinitate 2. 16. 2
mercede conductus 1. 10. 3
mercedem negare pro salute filie
 L. 9. 10
 - *abnegare* 1. 10. 3
mereri bene de rebus humanis 1. 1. 9
mergere mari adligatis ad collum
moleribus M. P. 15. 3
meridiana plaga 2. 9. 9
merito, part. adprobandi 7. 3. 14. vt:
recte 6. 25. 11. not.
metator templi 4. 11. 12
metatura 4. 11. 13. not.
metens gladius 7. 15. 11. not.
metere, occidere M. P. 47. 2. 11
 - *ferro* 5. 9. 17
metiebantur - agri, pasf. M. P. 23. 2
metiri facile est cuique ex eo, an fi-
ri possit 7. 2. 4
metiri ventris plenitudine officium,
edendi, bibendi 6. 20. 2
 - *quid non diuinis virtutibus, sed*
infirmirate suarum virium 1. 9. 6
 - *virtutem de - operam inuentione*
etc. 7. 5. 5
metus, plur. 5. 20. 15. L. 6. 17. 9. et
sæpius.
mibi abundas. Tu mibi circumcur-
ses 6. 12. 12. not.
- militia folui* M. P. 10. 4
minus religionis 2. 18. 3
minus corruptelarum disciplina 6.
 20. 30. Epit. 63. sententia ridicu-
 la et mimo dignior quam schol.
 7. 13. 31. not.
mimos agere Ep. 55. not.
minari, polliceri. quid minantur,
quid pollicentur 7. 6. 7. not.
ministra membra Op. 16. 5. not.
ministrabit Deus victam Ep. 72. not.
minores, posteris L. 2. 7. 5. not. et
 2. 13. 7
minuta semina, azoni 7. 7. 8
minutias (an micæ) pulueris vide-
mus in sole Ir. 10. 9
minuties 2. 4. 12. not.
minutissimi rores Ir. 10. 20
mirabilis doctrina litterarum 3. 1. 6
miseratio in adffictos Ir. 16. 7
miseratione ac respectu pignorum
(i. e. cognatorum) retardari etc.
 6. 12. 23
miseretur eius, non ei Ep. 65. not.
hinc minus eleganter miserus
est illis M. P. 23. 8. n.
miseri cordis aliena viuere 6. 12. 32
miseri corditer 6. 18. 9
mitescit natio M. P. 3. extr.
mitigare iram 6. 18. 23
mitigatus Deus pœnitentia 4. 10. 16
moderationem tenere M. P. 11. 8
modo - modo - modo - modo 7. 12. 30
modulatione dulci currentia carmi-
na 5. 1. 10
in modum aquæ fluidus 7. 21. 4
 - *cicutæ* Op. 11. 7
 - *commentitiæ fabulæ* 7. 22. 2
 - *- vteri* Op. 11. 3
 - *vtrium* M. P. 33. 10
 var. *in vterorum similitudinem* 2.
 u. 1
more torrentis 7. 19. 5
modo (more) pecudum Ir. 20. 10
 ritu

- ritu hominis - ferarum more 6.
10. 25
- molariibus ad collum adligatis mer-
gere mari M. P. 15. 3
- moliri opera, non operam, tanta o-
pera molitus Ep 69. not.
- momento vno temporis 7. 12. 22
- momentis omnibus 3. 28. 7
- monarchia 1. 5. 23
- monere in quiete 1. 20. 33. not.
- monimenta ingenii relinquere 7.
11. 6
- monstruosa simulacra 1. 20. 36
- montes deciderunt abrupti - planis
adæquati 7. 3. 8-9
- morbo graui infurgente an: gra-
uius vrgente M. P. 17. 4
- morborum vis pestifera incubat 2. 1. 9
- mordacius scribere 5. 2. 12.
not.
- more torrentis fluit sanguis 7. 19. 5
- mors deuota, *uotiuu*, *deuotionis* M.
P. 47. 8
- mors est dissolutio nature Op. 4. 2
- mortalia sunt opera mortalium 7.
15. 12
- mortalem facere iram Dei Is. 21. 10
- mortalitas, *morsale genus* 4. 25. 1
- morte simplici 5. 12. 2
- mortem bonam impetrare M. P. 22.
3. c. 26. 11
- recipere Op. 4. 7
- suscipere pro ciuibus 5. 3. 13
- mortifera sacra 5. 19. 1
- mortiferæ suauitates 2. 1. 4. et 7. 6. 2
- superstitiones 4. 1. 12
- mouere, i. e. commouere, offendere,
non moueat quemquam 4. 3. 8.
conf. 2. 8. 37.
- mouere in partes *vindictatur* Is. 15. 5
- mouere initia 3. 16. 14
- mugiant tonitrua 7. 6. 4. not.
- mulier velut mollis Op. 12. 17
- mulier *virgini opposita*. si *virgo* fuit
primo, postea mulier 1. 17. 8 n.
- adde apud Vopiscum epist. Procu-
li c. 12. *virgines omnes MVLI-
ERES reddidi.*
- mulieres corruptæ virgines violatæ
Mort. Perf. 2. 7. 6
- multa pecunia 3. 25. 17. not.
- multare morte 6. 20. 5
- multiplex, ex Cicerone 2. 11. 16
- munimenta et aggeres montium 7.
9. 25
- munimenta naturalia animalium 6.
10. 3
- munitiones ab iniuria oculi Op. 10. 1
- munus necessariorum implere 6. 12. 30
- muro circumegit eos 1. 14. 7
- muro circumvallare, linguam den-
tium septis quasi muro circum-
vallauit Op. 10. 17. not.
- mysterii proditi reus 3. 16. 6
N.
- Nancti M. S. in M. P. 26. 3
- nasi officia *descripta* Op. 10. 4-8
- nascentia M. P. 31. 5. not.
- nasci de - ex quo Op. 19. 2-6. conf.
L. 4. 12. 13
- natus per virginem 4. 12. 7
- natales et festa celebrare 6. 20. extr.
- natura hom. procliuis in vitia 1. 1. 7
- natura pecudum - nihil habet com-
mune cum cælo, quod non IN-
TVETVR, num: *insuentur*? Ir.
7. 4 not. sic L. 6. 15. 1. viuentis
- RATIO QVATITVR.
- insus*, nec cuiquam nato inimicus
est 5. 17. 11. not.
- nauigationem bonam dedit Deus
2. 4. 35
- nauigium pro *nauigatione* 1. 11. 21
- navis sine gubernatore abit pessum
3. 20. 14
- nebula vid. Ir. 10. 20
- nec i. e. nequidem 5. 13. 12. c. 19. 33.
L. 6. 10. 15
- necesse est pariat omisso vs: 3. 12.
7. not.

INDEX III.

necessè est, vt	3.9.11	Ira 21.4
necessitas, calamitas	2.1.12	nihil aliud quam i. e. tantum 3.16.
necessitas diuina	7.5.18	not. c. 16. 1. not.
necessitas de vi cupiditatis vel libidinis	6. 3.4. not.	nihil amplius quam 1. 3.18. L. 6.11.
necessitas vltima i. e. extrema penuria	6. 11. 15	23
necessitas vltima i. e. mors	7.27.8. n.	nihil est quod 6.9.17
necessitudine copulati	4.27.11	nihil est, in quo 17.6
nec non et	Ep. 63. not.	nihili est 6. 22. 1
necromantia	2. 16. 1	nimis diu de rebus apertis disputo Op. 4. 23
necubi forte	Op 11. 17	nimis imbecillus et fragilis quam Op. 3. 1
negare, <i>verbum resoluendum</i> Epicuri esse quidem Deos, sed curare quidquam NEGANT 5. 20. 14. (t) i. e. esse quidem deos aiunt, sed NON curare quidquam aiunt. Plura Castellio in Adnot. ad Tim. 4. 3. <i>verumium - abstinere cibis.</i>		nimum longus - nimum breuis Op. 5. 7
negotium, nec habere nec exhibere aliis	Ir. 4. 2	nimum pauci Ir. 20. 5
nemo factorem veretur, quæ fecit, timet (sc. quilibet) 2. 2. 13. not.		nisi forte <i>plerumque cum indicati-vo, e.g. varius cum coniunctiuo</i> 1.13. 1. not. Pro <i>nisi forte</i> . Lucretius <i>non forte dixit</i> L. 3. 782
nemo rem veritate ponderat, sed ornata ponderat (sc. quisque) 5. 1. 17. not.		ni ues, <i>plur.</i> 3. 24. 1
nemo nec - nec 6. 18. 12		nocens- 4. 22. 5
nemo neque - neque 2. 6. 16		notos religionum soluere. <i>Lucret.</i> 4. 28. 13
nepotes i. e. luxuriosi 3. 22. 8. not.		nomen indere, imponere, trahere, attribuere, vocabulum dare 1. 11. 57 -- 60
nequidquam i. e. frustra 5. 2. 2. conf. Gronou. ad Liu. L. 42. c. 64.		- addiscere 1. 13. 15. adsumere 2. 14. 12. - edere 2. 15. 3. - induere 2. 16. 3. et 5. 2. 15. - carmini inferere 1. 6. 13.
nequior omnibus perditis 3. 15. 18		nomine inscribi 1. 6. 13. nomini- bus inelamati mortui 4. 26. 13
nequissimi spiritus 2. 17. 5		non potius incaute, sed 6. 12. 13. not. sic nec potius - sed 6. 14. 5
neruorum minus atque vitium habere 1. 3. 2. not.		noningenti 5. 3. 4. not.
nescio an sit 6. 20. 17. not.		non modo pro <i>non modo non</i> Ep. 32. not.
NEVTRVM genus post duo feminina 3. 30. 9. L. 4. 2. 6. c. 3. 6 de Ira 8. 8 et L. 4. 3. 4		non nec - nec 4. 4. 2. vide <i>nemo nec.</i>
nidas luto ædificant aut virgultis et frondibus construunt. anea Op. 3. 7		non neque - neque 6. 14. 27
nihil agit, eleg. 3. 6. 15. L. 5. 14. 2.		notare hominum capita M. P. 23. 2
		notare limina de cruore agni 4. 26. 37
		notio

VERBORVM ET FORMVLARVM.

notio Dei, <i>pietas</i>	5. 14. 11	oblitrare veritati	5. 4. 3
- Dei summi	lx. 22. 2	oblectamenta tamquam laquei et	
- veri, <i>cognitio</i>	7. 2. 8	plagæ	6. 27. 5
nox caeca 2. 5. 23. vt Cic. in Or. pro		oblidere natos	6. 20. 18
Milone	c. 18	obligare sibi quem auctoritate no-	
noxii, <i>abelstücker</i>	4. 8. 9	minis	5. 2. 3
nubes errorum obducit pectus 5.		oblitteraturum (al. <i>oblisurum</i>) ini-	
	10. 11	quitates	6. 24. 4. not.
nubilum, discusso nubilo M. P. 1. 3.		in obliuionem venire	2. 1. 5
not Prudent. Peri Steph. 5. 126.		oblectatio aduersus mala	3. 11. 11
<i>omni vacantem nubilo frontem se-</i>		obrogare legi	6. 8. 8
<i>renam luminat.</i>		obscenitas	1. 17. 9. et 1. 20. 10
nuda et sola virtus	1. 1. 4. not.	obscenum <i>quasi substant</i>	1. 21. 2. 8. n.
nullo non addente ad quod audie-		obscenum virile	Ep. 23. not.
rat pro; <i>ad id, quod</i>	2. 10. 6. not.	obscenitates	6. 23. 8
nullus alius nisi 1. 20. 21. L. 6. 23. 18		obscurare rumore peruenit ad eos	
nullus alius præter	7. 5. 27	inertio	7. 22. 2
nullus alius præterquam	5. 15. 1	obseptus aditus	Op. 11. 13
nutabundus	6. 3. 6	obsequi ventos imperio coegit 4.	
nutibus ac imperio cuius seruire			15. 23. not.
	1. 3. 22	obsequia iusta et debita præbere cui	
- significare voluntatem	6. 10. 14		4. 28. 2
<i>ad nutum</i> cuius seruire	7. 1. 19	obsequia multiplicata demerentur	
		potius, quam offendunt 4. 28. 7. n.	
		<i>ad obsequium assidui et frequentes</i>	
			4. 28. 8
O. <i>Listera exclamandi non semper</i>		obsequium amanti noueræ perne-	
<i>reperitur.</i> O felicem vel potius		gare in sensu nequam 1. 17. 17. n.	
infelicem.	Ep. 36. fin. not.	obsequium deferre cui	Ep. 6. 13
obarescere, al. <i>arescere</i> Op. 10. 3. not.		obsolescere et nitere eleg oppos	Op.
obducit nubes errorum pectus 5. 10. 11			10. 3
obducitur animus incultus vitiiis		obsternere	M. P. 21. 6
velut spinis	6. 15. 8	obstinatio pertinax	5. 2. 6
obducta sentibus via	6. 3. 3	obstinationem deponere	5. 2. 6
obducto cinere sopitus ignis Op. 3. 4		obstrepere veritati	5. 4. 3
obdurare an <i>obsurare</i> se contra ve-		obstruere aditus omnes	6. 4. 24
ritatem	1. 1. 23. not.	obtemperare præceptis	3. 27. 11
oberrare animas circa tumulos 2.		obtentu facilis <i>ab obtinendo</i>	6. 6. 8
	2. 6. not.	<i>sub obtentu, prætextu</i> 2. 4. 36. et 2.	
obherere	Op. 11. 17		6. 3. M. P. 24. 4
oblicere feris quem	M. P. 24. 4	obtexitur cælum nubibus 2. 13. 10. n.	
oblicere oculis	6. 23. 5	obtusif cordis homo	2. 5. 4
obire conditione mortalitatis 1. 8. 6		obutum reficit	Op. 10. 2
obire expeditiones	6. 4. 17		obue-
obire vicibus tamquam lupanar.			
	3. 21. 4		

INDEX III.

- obuenire i. e. obtingere *forse* 1. 11.
 32. not. conf. n. 30.
- obuoluta in obscuro veritas latet 1.
 1. 7
- obuoluti terreno adhuc corpore
 6. 2. 2
- occumbere mortem 5. 19. 25. not.
- occupatus circa corrumpendas alio-
 rum coniuges 6. 23. 31. not. (s)
- occurrit Epicurus i. e. opponit, rege-
 rit 1r. 15. 6
- oceanas ~~agras~~ *adiest.* carm. Pasch. v. 4
- oculi exsilierunt de caueis M. P. 49. 5
- oculi hominum parietibus submo-
 ventur, Dei diuinitas nec visceri-
 bus submoueri potest 6. 24. 15
- oculorum orbes Opif. 8. 6
- oculis Dei per uia conscientia 6. 24. 20
- diuinis nihil septum est 2. 16. 8
- se ingerere 1. 5. 12
- se præbere videndum 7. 13. 7
- res subiicere 6. 20. 28
- oculos ad alienam felicitatem non
 attollere 6. 24. 25
- in cælum tollere 5. 13. 28. c. 17. 17
- deligare - effodere 3. 25. 3
- oculos hebetatos caligo ac tenebræ
 consequuntur, si paulisper inten-
 deris ad solem 6. 2. 4
- aduertere Op. 8. 10. not.
- opprimere 5. 1. 4
- comprimere carm. Pasch. 44.
- ab alto deiicere, soloque defigere
 2. 1. 19
- in pristinum restituere ad spectum
 4. 15. 7
- in secreta cælestis prouidentia
 immittere 3. 20. 2
- omnium repente obiectus fulgor
 ignis exstinxit 2. 7. 19
- ad oculos somnus non accedit 7. 16.
 12
- oculis comprehensibile 7. 12. 2
- contrectare Op. 4. 15. conf. Bur-
 man. ad Ouid. T. 2. p. 424.
- haurire 2. 6. 6
- oculis tractabile 5. 21. 10
- oculis erutis et effossis Op. 8. 12
- odoratum vinum 6. 1. 5
- odoribus et victimis colere 2. 13. 12
- offensacula pedibus latenter oppo-
 nere Op. 18
- offensibilis, *sl.* offensilis 4. 26. 10
- offensio dentium Op. 10. 13
- offensione et periculo carens cursus
 6. 16. 11
- officia i. e. *officiales* M. P. 31. 3
- officia vitæ tueri 6. 16. 11
- officiales libri Ciceronis 6. 12. 9. et
 6. 18. 15
- officio fungi 6. 18. 14
- ab officio discedere 5. 13. 15
- sine officio patris procreari 4. 13. 4
- officio matris generari 4. 13. 3. n. (e)
- officio parentum nasci 2. 11. 6
- officium hominis implere Op. 10.
 extr.
- officium obire 5. 13. 9
- officium seruare 7. 9. 18
- offundere errores 2. 16. 5
- olla, antiq. *illa* 1. 20. 19. not.
- olla non *obba* vini legendum 1. 22.
 n. not.
- ominari fletibus Op. 3. 2
- operæ pretium est 5. 10. 1
- opera, sine vsu et opera femina fi-
 lios procreare 1. 8. 7. creatus est
 (Christus) sine opera genitoris
 4. 25. 3. not. (i)
- operam perdere simul atque indu-
 striam 1. 1. 5
- viuendo dare Deo L. 6. 24. 12-13
- opera moliri Ep. 69. not.
- opera publica exstruere 6. 11. 24
- operari proprium de aratore ver-
 bum: aratorem conspexit ope-
 rantem 1. 21. 33. not.
 operari

VERBORVM ET FORMVLARVM.

operari in sensu sacro: celebrandis Fornacalibus operari 1. 20. 35 (y) conf. Lips. ad Tacit. L. 2. Anna 14. <i>vidisque se operatum.</i>	- luce orationis 1. 1. 10 ornatus orationis capti 3. 1. 2 os lecta M P. 21. 11 - suffringere 4. 26. 32
operari iustitiam 6. 12. 38. i. e. erogare in pauperes etc. conf. . n. 24. (n)	P. Pabulum feris et volucris iacere M.P. 4. 3
operatio, i. e. misericordia 6. 12. 24. (n)	- vitis subministrare 6. 23. 5
operatis virtutibus, <i>pass.</i> 7. 27. 4	facto nullo 1. 3. 16. Ir. 5. 14
operator iustitiæ, i. e. vt paullo ante: qui facit, aliquid boni operis, qui exercet misericordiam 6. 18. 3	psalm facere 7. 7. 13
opes amouento 5. 20. 3. not. (i)	palati concuum Op. 10. 17
opes si bonis artibus adsequi non pos- sunt, malis adsequuntur 6. 1. 8	palpebræ pilis in ordine stantibus vallatæ Op. 10. 2
opes struere I 1. 1. n.	pandere viam 4. 26. 25. n. et 7. 27. 5
- comparare I. 13. 15	panegyricus mendacibus adulari a- pud reges 1. 15. 13
- congerere 6. 19. 10. et Ep. 61. in eadem Ep. coaceruare.	panem facere fractis frugibus 1. 18. 19
opifex rerum I. 5. 13	papillarum descriptio Op. 10. 27
opifex calor, <i>adiect.</i> 2. 9. 22	par ac prope similis 3. 18. 3. n. (c)
opinatio 3. 8. et 3. 4. 1. et 3. 8. 29	parere præceptis 3. 27. 3
opposuit natura manus ingeniis 4. 1. 14. (g)	parere ex quo 1. 17. 7
optimum in nobis, i. e. anima 1. 7. 14. not.	paria sunt natura cum casibus fortui- tis 6. 11. 6
optionem dare 1. 17. 12	parietibus submouentur oculi 6. 24. 15
- deferre Op. 3. 11	pariter cum 1. 10. 9. c. 11. 29. L. 5. 11. 10. L. 6. 4. 3. L. 7. 26. 7. Ir. 19. 8. Op. 6. 6
opus, quantum opus est 3. 5. 4. n.	<i>in parte, pro: ex parte, in parte tolle-</i> <i>re 2. 6. 5. in parte-corruperunt-in</i> <i>parte consentiunt 7. 22. 4. in parte</i> <i>labuntur Ir. 5. 8</i>
opus, quod non opus est 6. 16. 10. (y)	participare aliis, al. <i>alios</i> 5. 6. 1. (b. c.)
oratio adfluentiæ vbertate decur- rens 4. 18. 12	particulatim 7. 7. 7
- composita, i. e. ornata Ep. 62	partiri inter se officia 1. 3. 10. 11
<i>in orbem circumstans populus</i> 4. 26. 21. not.	parum alte perspexit 5. 17. 9
orbis annui solis Ir. 13. 14	parum est scientia - nisi accedat 3. 8. 31
- temporum 2. 9. 11	parum est, si - nisi etiam 7. 3. 9
orbis, i. e. oculi Op. 8. 16. n.	parum plene 5. 17. 2. non parum ope- re dandum grammaticis 3. 25. 10
orbitatibus mactare I. 21. 11. 11.	passim, i. e. <i>incuriose, sine delibatio-</i> <i>ne, sine delectu: puto effudisse hos</i> <i>passim, ne taceret. 3. 9. 5. not. (h)</i> <i>effundebat passim sine delectu</i> M. P. 37. 5. passim coherentium
ordinate et disposite 2. 5. 15. et 3. 17. 17	
<i>in ordinem describere</i> 2. 8. 8	
orcus si remittat hunc, <i>ab inferis re-</i> <i>surgat</i> 5. 14. 3	
ornare carminibus I. 5. 3	

INDEX III.

atomorum concursu	Ir. 10. 27	via	6. 4. 14
passio in sensu sacro eccles. 5. 23. 5. n.		penfat virtus maximo bono acerbita-	
patemus Deo	6. 24. 12 - 13	/ tem suam	6. 9. 22
patientibus oculis	2. 19. 5	pensi habere aut moderati nihil	6. 1. 8
patientiores partes	Op. 11. 19	penfurus supplicia, <i>puniendas</i>	2. 17. 12
patet facta veritas	3. 2. 1	per aereni libero cursu ferri.	
patri famem	1. 21. 33	per dolorem aestuante anima M. P.	
- fortiter vim caeli	Op. 3. 16		42. 2
- vim externam - extrinsecus	7. 11. 9	per gratiam caedis crimine liberatus	
patientissimus	Ir. 20. 5		1. 10. 4
patrocinari iustitiae	5. 17. 2	per gratiam vel potentiam iudicia	
patrocinia suae turpitudini fingere	3. 15. 12	eludere	Ir. 20. 7
peccare, i. e. scortari 5. 19. 31. not.		per gratiam principum fictorum po-	
	L. 6. 23. 30. not.	tentem	6. 12. 9
peccatum est, filiorum peccata non		per illum - per illum, i. e. eius opera,	
coercere	Ir. 18. 12	sine alterius ope	Ir. 23. 18
pedes an mascul. gen. M. P. 10. 1. n.		per medium inane	Ir. 10. 30
pecuniam bene collocare	3. 23. 7	per nos, <i>so vitl an unſ</i>	6. 10. 5
pedes claudorum ad officium gradi-		per occasionem reconciliationis	
endi reformare	4. 26. 8		M. P. 29. 1
- inconcussa stabilitate figere	Ir. 2. 3	per ordinem disputare	Op. 4. 23
<i>ante</i> pedes suos quid eslet, non pro-		per ordinem fixae penae	Op. 5. 3
spexerunt	2. 3. 16	per viam miserabilis iumentorum	
<i>ubi</i> pedes suos ponat, ignorat	5. 3. 9	strages	M. P. 45. 3
pedibus mare ingresus etc.	4. 15. 21	peractis sacrificiis	5. 19. 27
pedum vitio adstricti	4. 15. 7	peracto aetatis spatio	Op. 4. 9
pedetentim procedere	Op. 1. 15	peragraré orbem terrae	1. 9. 1
peius coenabat philosophus in palatio		perbiberunt mentes succum (fucam)	
quam domi 5. 2. 3. Ita Hierony-		stultitiae	2. 2. 16
mus Epist. ad Nepotianum: <i>Tur-</i>		percitus furore ac insania	1. 9. 10
<i>pe est iudicem pronuntia MELIUS</i>		- instinctu daemónis	4. 27. 12
<i>apud te (sacerdotem) prandere,</i>		percolatur humor	Op. 11. 20
<i>quam in palatio.</i>		percurrere singulorum errores	
pelliti senes	2. 6. 15		24. 11
pendere pecuniam pro capitibus		perdiscere	3. 25. 12
	M. P. 23. 6	perdomitis libidinibus	3. 12. 25
pendere supplicia, <i>puniri</i>	2. 17. 12	per ducere ad confessionem	3. 13. 14
penes unum est potestas rerum	2. 18. 10	perductores, obscenorum ministri	
penetrare ad amicitias iudicium miro			6. 17. 19. not.
ambitu	5. 2. 3	perfectrix ex Nepote	L. 3. 15. 10.
peula facere	1. 9. 7	perferentia malorum, <i>subst.</i>	3. 11. 9. n.
penſare perpetuis bonis mala bre-		pericula recesserunt	2. 1. 11
		periculum impendet	2. 16. 16
			peri-

VERBORVM ET FORMVLARVM.

periculum imminet	2. 16. 13. et n. 19	tium tenere	4. 18. 16. not.
periculi quem admonere	M.P. 25. 2	perturbationes animi vitia	7. 10. 6
periculo committere	3. 23. 14	peruecti ad metam	7. 27. 1. not.
- se subtrahere	Op. 2. 3	peruchatur ad portum.	Ir. 13. 6. not.
periculum auertere	2. 16. 13	peruenire ad effectum sui propositi	5. 11. 12
- callide prateruolare	2. 8. 46	peruenit res eo, vt	2. 5. 36
- denuntiare	2. 16. 11-13	peruia conscientia Dei oculis	6. 24. 20
- vitare	2. 16. 19	peruidere	5. 8. 6
a periculo imminente se munire	M.P. 26. 6	pesum abire	3. 20. 24
perient pro <i>peribunt</i>	4. 18. 32. not.	pesum acta <i>etas, senectā, al. pesu-</i>	<i>mata, persummata</i> 1. 11. 46. not.
perinde habetur ac	2. 9. 24	philippeus. <i>moneta aurea</i>	1. 6. 10
perinde vt	7. 2. 6	philotophi nostræ sectæ, i. e. christia-	ni doctores
peritus faciendi	1. 8. 39	Op. 1. 2. not.	
- veri ac sciens	7. 7. 4	philosophice viuere	1. 14. 19
periurare - peierare	Ir. 17. 4	piaculum soluere	1. 21. 13. L. 7. 21. 3
perlatio, <i>tolerantia</i>	5. 22. 3. not.	pietas i. e. amor paternus	1. 21. 10.
perlucens membrana	Op. 14. 2	L. 6. 24. 9. pro adfectu filiali	1. 15. 11. L. 5. 8. 11. L. 6. 9. 24
pernicitate fugiendi se periculo sub-	Op. 2. 3	piget dicere - et tamen dicendum	est 6. 23. 11. Sic Hieron. epist. ad
peropaca spelunca	2. 22. 2	Gaudent. ed. Hispal. p. 95. <i>pudet</i>	<i>dicere, et tamen dicendum est.</i>
perorare causam veritatis	1. 1. 0	pignora, i. e. liberi	6. 4. 15. not. (y)
perorare, <i>epilogo</i>	Ir. 22. 2	conf. 6. 12. 23	
perpendunt bonæ et mala folius		piscatorio artificio quæstum facere	1. 2. 17
corporis sensu et voluptate	6. 1. 6	pituita frigoris præcludit spiramen-	ta narium
persecutionem facere	5. 2. 12. M.P. 16. 4	Op. 11. 14	
persecutores iniustissimi	5. 23. 1	pius in patrem	Ep. 38. 4
persona i. e. munus, vtraque perso-		placabilis hostia	4. 28. 7. not.
na (<i>patris et Domini</i>) in Deo ve-		placabiliores hostiæ	ibid.
nerabilis	4. 4. 2. et Ir. 23. 16. not.	placabile sacrificium	Ep. 67. 4
<i>sub</i> persona stultitiæ <i>larua</i>	5. 18. 11	placere multum sibi	5. 18. 11. et L. 3. 1. 2.
persona sensu eccles.	4. 29. 11	placide ire.	L. 6. 17. 13. not. ita
personam vnquamque sua nota		Plaut. Mil. Gos. A. 1. sc. 2. oppo-	nit: ad hanc rem PROPERE.
et adpellatione designare	1. 6. 5	<i>boc non PLACIDE decet.</i>	
personati	1. 21. 45	placiditas pecudibus tributa	6. 15. 3. not.
perspectio cælestium	2. 8. 68. not.		<i>sam</i>
Ir. 1. 4			
persuasum quibus est elegantius,			
quam vulg. <i>qui persuasi sunt</i> , Ir.			
16. 2. conf. notas meas ad Ca-			
stell. L. 1. Dial. 17.			
pertinaciter (i. e. constanter) silen-			

INDEX III.

- sans* placidum quam onem reddere 3. 26. 4. not adde Ciceron. Cæcin. c 10. *eum placidum mollemque reddidi.*
- placito et consensu 1. 15. 28. placita et statuta 7. 25. 8. decretis placitisque 7. 14. 1
- plaga septentrionalis 7. 16. 3
- plagas tendere 2. 16. 19
- in* plagas inducere 3. 1. 8
- plagis cælestibus verberari 7. 15. 5
- plana camporum 7. 3. 25. not.
- planis adæquati montes 7. 3. 9
- planum deserere 1. 1. 23. (u)
- plane dilucideque monstrare 4. 8. 3
- planus i. e. *comis, communis* 5. 22. 9.
- planum se facere 5. 15. 10
- parum* plene respondere 5. 17. 2
- plenis manibus largiri 3. 26. 5. not.
- pœnam differre Ir. 18. 8
- donare i. e. *condonare.* Ir. 18. 8
- pœnas laturo, al. *daturo* 7. 21. 3 not.
- pœnitentia hominem cautum ac diligentem facit ad euitanda peccata 6. 24. 8
- vulnerum est peccatorumque sanatio - spes - portus salutis Ep. 67. n.
- pœnitentia actus 6. 11. 11
- poetica licentia 7. 22. 5
- pollicebatur aceti potus acerbitates et amaritudines i. e. denuntiabat 4. 26. 18
- pollicitus, *pass.* Pasch. v. 65
- polluere conscientiam suam 6. 20. 10
- pompam instruere 1. 11. 2
- pompis inanibus gaudere 2. 3. 7
- ponderanda mors ex præteritis vitæ actibus 3. 19. 9
- ponderare rem veritate, non ornato 5. 1. 17. not. conf. 2. 2. 7
- ponderant voluptatis arbitrio religionem 6. 1. 6, animus quaeritur et propositum ponderatur 6. 12. 29
- ponere, i. e. *proponere* 6. 4. 3
- ponere, i. e. *deponere, famem* 7. 27. 12
- ponere spiritum 4. 19. 2
- pontem per hunc transire sine cadendi periculo licet 3. 6. 4
- populariter et speciose dici Ir. 5. 8
- porrectiores plantæ pedum Op 13. 6
- porrigere manum, i. e. se dilatare M. P. 3. 4. vid. indic. *manum* etc.
- porrigere spem longius 6. 4. 8 ita Arnobius L. 7. p. 236. dixit: *cupiditatem suam protrudere longius.*
- portas obserare - referare M. P. 29. 7. 8
- portentificus 2. 13. 11. L. 4. 15. 6
- portentificæ figuræ 2. 13. 11
- portione pro virili, i. e. æquali 2. 7. 2. n.
- portus summus sapientiæ virtutisque 6. 8. 5
- possum, non possum. verbum *possum, non possum* in altero membro sæpe subauditur L. 5. 1. 9. *fluctuari a morte NON POTVERIMVS, si ad vitam - renouare* sc. non potuerimus. L. 3. 1. 14. *loqui bene POTVERVNT* - vere loqui nullo modo sc. potuerunt c. L. 3. 19. 19. L. 7. 9. 14. *ut lux esse sine igne NON POTEST*, sic vita sine luce sc. esse non potest, ubi plura dedi L. 7. 12. 20. Opif. 17. 9.
- possum enumerare 7. 3. 8. n.
- post *adu.* 6. 3. 6
- post deinde, *pleon.* 7. 5. 21
- postea deinde, *pleon.* 2. 13. 11. n.
- posterius, i. e. postea Ir. 20. 6
- posthæc sæpe 4. 18. 8
- posthæc deinde, *pleon.* 1. 14. 11
- posthoc. vide not. L. 2. 12. 15. et ad M. P. 23. 6
- post.

VERBORVM ET FORMVLARVM.

postliminio vitam recipere	7. 22. 13	in prædam cedere cui	2. 4. 5. Op. 2. 5
postmodum, frequenter occurrit. vid.		in prædam iacere feris	6. 12. 30
not. ad L. 6. 24. 7. (y)		in prædam venire	6. 4. 16
postulat in matrimonio M.P.	39. 3. n.	in prædam canibus obücere	6. 20. 21
potentatus	6. 17. 10. n.	prædamnari quemquam incognita	
potentiæ, plur.	3. n. 14	causa non licet	5. 1. 2
potest, sc. fieri, vid. n. 1. 1. 6. et n. 6. 10.		prædicare, oppos. reprehendere	1. 9. 10
19. conf. Arnob. L. 3. p. 102.		prædicatio, i. e. laudatio	5. 14. 3
potest, pro: potestine	3. 10. 4. n. Ir. 10. 32	prædicatio, scriptum subpositum	
potestatem habet præcipitare - et ad-			4. 21. 2
ficere, pro: præcipitandi - adficien-		præditum luce - tenebris	3. 6. 4. n.
di per græcismum	Ir. 20. 3	præferre, i. e. præ se ferre	6. 18. 1. n.
in potestate habere	5. 13. 2. n.	præferre lumen intelligentiæ	4. 9. 4.
potestate summa deiectus	7. 26. 12		L. 5. 2. 6
- depulsus	5. 3. 25	præfigurare	6. 20. 31. Ep. 12. 1
potior a potioribus victi	4. 30. 5	præmaturis vitiis imbui	6. 20. 31
potiri totius orbis	5. 16. 4	præmonstrationes	7. 14. 12
potius - quam, pro his interdum: po-		præoccupare	6. 4. 16
rius - sed, vt	6. 12. 13. e. 14. 5	præpositi, præfides	M. P. 10. 4
potius - non	1. 11. 17. L. 5. 20. 11	- legionum	M. P. 46. 8
potius - nisi	1. 1. 16	præpostere agitur	Ir. 22. 4
potius - subintelligitur ante: quam		præpostero ordine	6. 4. 12
	1. 3. 7. not.	præscriptione temporis pugnare	
potissimum - quam	2. 2. 2. n. (d)		M. P. 32. 3
potissimum - sed	2. 18. 3. n. (g)	præscripto cuius viuere	5. 17. 5
præbere homini virtutis exempla et		præsentanea commotione feruescit	
incitamenta	4. 26. 26		Ir. 21. 8
in præceps ferri	1. 1. 7	præsentiam sui facere ad præstitutum	
præcepta vitæ dare	6. 2. 15	tempus, i. e. se sistere, comparere	
præcepta iustitiæ amara sunt vitiosis			5. 17. 22
ac male viuentibus	1. 4. 7	præsentius fuerat	4. 1. 5
præceptis detrahunt pondus	3. 16. 3	præsidium his non deest	6. 12. 23.
præceptis obtemperare	3. 27. 11	præsignificatio	7. 15. 4
præcinere futura	1. 4. 3. not.	præstabilius	1. 1. 9. not. (r)
præcipere ad aliquid	7. 1. 22	præstare auxilium	6. 10. 25
præcipitare, pro præcipitare se	1. 21. 23	- cui opes, honores	7. 6. 3
præcipitem se dare de tribunali		præstare peccus purum ab omni sce-	
	M. P. 28. 4	leris contagione	5. 22. 2
præcipites agunt homines in omnia		præstare se alteri, fingere quod sibi	
facinorosa adfectus	6. 19. 4	præstet	6. 12. 11
præcipitium	2. 3. 16. Ir. 4. 13	præstigiæ magicæ	4. 15. 4
- per præcipitium labi	1. 1. 23	- simulati numinis	2. 8. 1
præconium facere	1. 4. 2. not.	præstituta itinera	2. 5. 12
præcursor viæ	6. 7. 3	præ-	

INDEX III.

præstitutam tempus	5. 17. 22	præbuit an actus vit. male veniendi	
præstituta leges	2. 5. 14	nihil prodest	6. 24. 5
præsto adesse	2. 16. 10	procedere ad vitiam senectutem	Op. 9. 4
præstringit oculos nitor	2. 6. 3	- in lucem, i. e. prodire	Op. 3. 1
præfultor	2. 7. 20	- in medium	5. 19. 10
prætendere, simulare aliquid et præ-		- in viam (an <i>in via</i>)	6. 3. 3
tendere, &c.	6. 12. 11	procedi ultra verba non potuit	3. 25. 8
prætendere, <i>quid?</i> Op.	10. 11. c. 12. 9	procedunt difficile bonis, quæ optant.	
præter, i. e. <i>præ</i>	1. 7. 1. Ir. 14. 2. n.	oppos. malis facilius proueniunt,	
prætereo - id sumo	Op. 2. 11	quæ cupiunt	6. 4. 9
præter quam	1. 6. 13	processu ætatis	3. 11. 6
præterquod	3. 8. 13	- temporum	2. 13. 12. Ir. 13. 10
prætimere	6. 17. 17	procliuis in vitia	1. 7. n. et 4. 24. 11
prauitas diuini instituti regulam ad		prodiderunt historici	1. 8. 8
peiora detorsit	Ir. 1. c. 1. not.	prodient, <i>prodibunt</i>	7. 16. 14 not.
preces expromere in quem, i. e. exse-		prodiguntur patrimonia in res super-	
crations	I. 7. 9	vacuas	6. 11. 23. not.
presuræ verberibus diffuens disci-		proditrix	1. 10. 9
plina	5. 22. 17. n. (y)	profani a sacramento	2. 15. 2. et L.
presuræ, <i>calamitates</i>	4. 26. 19. n. (i)		7. 24. 10
pretii magnitudinem aspernari	1. 6. 10	profanus a veritate	2. 16. 13
pretium poscere, c. 1.		profectio parata	M. P. 14. 7
- in eodem pretio perseuerare	1. 6. 11	proferre auctores	1. 9. 9
prima - deinde - tertia - postrema, ex		professi sapientiam stultitiam exhi-	
Lucilio L. 6. Inst. 5. 3.		bent	2. 3. 18
primitus	6. 10. 13. c. 20. 35	professio oratoria	1. 1. 8
primo-deinde-postremo	7. 8. 8	professionis veterani	1. 1. 11
primo omnium Op.	6. 5. conf. prim-	profesum gaudium, <i>manifestum</i>	6. 15. 15
mum omnium	5. 17. 11	professus Deus, <i>manifestus</i>	4. 22. 3
primogenitus	4. 6. 2	profiteri pro summa doctrina	Ir. 1. 7
- Deitis	I. 5. 7	profligauit pudicitiam, an <i>flagitantis</i>	6. 23. 8
principale bonum	1. 20. 26	pro fratre diligere quem	5. 10. 10
principale fastigium, <i>augustæ digni-</i>		profundere animam	M. P. 1. 5
tatis	M. P. 4. 2	profusio vini	6. 1. 5
principari <i>verb.</i>	4. 13. 19. n.	profusis dentibus, i. e. prominentibus	Op. 5. 13
prius tamen quam	6. 18. 33	progredi, al. <i>rectius</i> : <i>procedi</i>	3. 25. 8
pro hostibus ducere, immo vero plus			not. (o)
quam pro hostibus	5. 9. 3	proiicere	1. 18. 16. L. 7. 17. 9. pro:
pro-stultitia computare	3. 3. 16	<i>auicere,</i>	
pro voluptate computare	6. 20. 10		
pro confesso et indubitato habere &c.			
vid. ind. <i>habere pro.</i>			
pro bonis mala amplecti	1. 1. 7		
pro summa doctrina profiteri	Ir. 1. 7		

promē

VERBORVM ET FORMVLARVM.

promerendo in eo	6. 9. 24. n.	proscriptio	6. 12. 35
promereri Di. um beneficiis omne ge- nus hominum par est Ir. 5. 7. not		prosequi patrem debita pietate	6. 9. 24
promoti	M. P. 40. 5	- debita veneratione	7. . 5
promptissimum est intelligere cuius		- merita laude	1. 5. 26
	1. 12. 10	prosilire ad immanis facinora Ir. 18.	
promascis	Op. 5. 12. not.		11. not.
pronomem <i>qui, qua, quod</i> , ad substan- tium consequens relatum		prostrernere se atque adorare Ep. 1. 4	
<i>animal QVEM vocamus hominem</i>		prostituta <i>femina</i>	3. 2. 8
	1. 1. 6	protector	M. P. 9. 6
<i>delegit unum QVOD supererat.</i>		protracto spiritu, <i>vita</i>	M. P. 1. 3
EXEMPLUM	2. 13. 2	protrahere in lucem veritatem Ep.	
cor, <i>QVAE PARS</i> est et <i>IPSA</i>			in praef.
damnationis	4. 16. 11 n	prouectio dignitatis	5. 11 8
recens natos oblidere. <i>QVAE</i> vel		prouehere quem exemplo ad super- biam	2. 2 8
maxima est <i>IMPIETAS</i> 6. 20. 18		prouehi ad summum robur etatis	Op. 3. 5
cultum Dei tenere, <i>QVAE</i> est			Op. 3. 4
summa virtus	7. 1. 3	providentissima maiestas	Op. 3. 4
pronuntiare, verb. <i>iudici</i> proprium		providentissimus artifex	Op. 0. 2
	3. 1. 11. not. (q)	prouocatrix	6. 1. 9
pronus in vitia	3. 17 2	prouolui ad pedes cuius	M. P. 2. 4
propagare vitam, i. e. <i>producere</i> 2. 12. 21		proximus, i. e. cognatus	6. 12. et
- fines	6. 6. 9		n. 16. c. 5 12
prophetæ futurorum pleraque sic		<i>quod est</i> proximum 5 4 3. conf.	
proferunt et enuntiant, quasi iam		Quintil. 7. Inst. 2. p 604.	
peracta	7. 24. 9	prudens et sciens	2. 3. 3
prophetica litteræ	2. 10. 11	prudentes de iurisperitis	1. I. 12
propius aberrare	6. 12. 26		et L 5 2. 1
proponere in exemplum	2. 7. 12. n.	pruinæ, plur.	1. 13. 4
proponere litteras, i. e. adfigere		publicatum per omnium scientiam	2. 1. 21
	M. P. 4. 8. I		
propositio, <i>sensu logico</i>	2. 5. 31	pubertatem <i>utrum</i> flagitauit, <i>an</i> pro- fligauit, <i>an</i> fugauit, <i>an</i> lapidauit	6. 23. 8. (o. p)
propria scientia, i. e. <i>non aliunde acqui- sita</i>	1. 3. 2	pubertatem expugnare	1. 0. 12
proprium ac perpetuum bonum		pudor vitiorum quosdam non tenet	
	2. 8. 41		3 15. 12
propter hæc notius <i>propterea</i>	7. 16 8	pueros præmaturis vitiis imbuti non oportet	6. 20 31
proficindere acerrimis accusationibus		vel punctum gaudere, <i>momentum</i>	6. 20 4
	3. 28. 8		3. 17 38
profecare, <i>sacrificiorum</i> verb.	4. 27. 5	punctum temporis	2. 1. 11
proseminati ex dentibus	6. 10. 19	purgamentum corporis	
proscribere dominum, i. e. <i>venalem pro- ponere</i>	5. 15. 5		

- purgamenta ventris etc. Op. 11. 17
 purgamenta cerebri defluunt per na-
 si cauernas Op. 10. 7
 purgari ab omni labe 7. 2. 8
 purifici foris perfusione, *baptismo*
 4. 15. 2
 pusillanimitas Ir. 5. 2
 pusillitas animi 6. 17. 17
 - intelligentiæ meæ Op. 1. 11
 in puteo veritas 3. 28. 14
 sed putemus fieri posse, vt Op. 4. 9
- Q
- Qua sol oritur 6. 8. 5
 quacumque iter faciebat 4. 15. 6.
 conf. 5. 17. 18
 quacumque improbitas prouocauerit
 6. 18. 24
 quadrat necessitas vndique Op. 4. 12
 querere, i. e. *acquirere*. quæsisset
 quod multorum sibi odia M. P.
 18. 3. not quam magnas opes ex
 arte meretricia quæsisset 1. 20. 6
 querere, i. e. *studere* 3. 14. 6
 quero cur semper cum consuetudine
 iungitur. quero cur puter- cur
 putauerit 3. 19. 15 - 16. quero
 cur non ædificauerint Ir. 10. 30. n.
 Pari modo Cicero: **REQUIRO**, cur-
 det in 2. **Diuin.** 61. et **SCISCITOR**
 cur - extiterint in **L. N. D.**
 c. 9. pr.
- quæque, i. e. *et quæ*, L. 4. 18. 1. L. 7.
 1. 22. c. 6. 3. Ir. 13. 1. etc.
 in quæstionem venire Op. 17. 3
quæstu, opes et quæstu et obtentu fa-
 ciliores sunt malis, quam bonis
 6. 6. 8. Heumann et ego h. l. ma-
 lebamur *Quæstu*, sed nihil nunc
 muto. Ita Iustinus L. 9. Hist. c.
 vlt. *diuiciarum QUÆSTV* quam
custodia solertior.
 quam, *comparatiuo præmissum*. nec
 ab vllō poterit Cicero, *quam* a
 Cicerone *vehementius* refutari 2.
8. 13. sic sæpe Cicero, e. g. a. **Diu.**
 c. 16. fin.
 quam pro *potius quam* 1. 3. 7. m. (m)
 quam minime sim quietus Op. 1. 1. n.
 quam multa 1. 5. 28
 quam sit verissimum 6. 25. 10
 quam validissime 7. 26. 2
 quam libenter iterat in diuersis vo-
 cibus, e. g. nihil cuiquam vquam
 Ir. 8. 2. numquam quidquam
 3. 3. 16
 quando libet Op. 4. 7
 quandoque, i. e. aliquando 2. 10. 22.
 L. 3. 17. 38. not. Opif. 4. 11.
 quante hominum millia, i. e. quot,
 quam multa 3. 19. 25. n.
 quanto frequenter, tanto firmiter
 5. 7. 9. not.
 quantocius M. P. 48. 8. n.
 quantos cibos, i. e. *quantum cibi*
 4. 15. 16. not.
 quantum potest, sc. *fieri* 6. 11. 13. n.
 quasi vero - ac non 3. 13. 16. c. 17. 12.
 L. 5. 11. 6. et n. 16. L. 7. 3. 3
 quasi vero atq. aut non 6. 20. 24
 quasi vt 3. 24. 10. M. P. 29. 1. conf.
 vt quasi 6. 2. 16
 quatenus, i. e. quomodo 7. 6. 7. n.
 quater mentes furoribus 8. 14. 14
 quati ad festibus 6. 15. 1
que, quæ 6. 3. 2 - 11. c. 18. 16. etc.
 more Ciceronis.
 quemadmodum, i. e. *quomodo* L. 11. 53
qui, quæ, quod ad sequens substanti-
 uum relatum. vid. indicem in *Pro-*
nomen.
 qui pro, *quis* 1. 11. 39. n.
 quia pro *quod post scio, nescio* etc.
 L. 4. 12. 18. not. L. 5. 17. 30. not.
 L. 6. 22. 3. not.
 quia, *post octo detrum voces*. quam so-
 lertiam diuinam in machinandis
 itineribus astrorum, **QUIA** philo-
 so-

VERBORVM ET FORMVLARVM.

sophi non viderunt	2. 5. 22	ad raritatem hominum redigetur or-	
quibus eorum, <i>anastrophe</i>	5. 9. 6	bis	Ep. 71
quid, <i>redundas. ne quid</i> educaret		ratio magna est	5. 14. 1
	1. 14. 3. not.	- magna ratione	2. 11. 6
quidem, <i>quasi abund.</i>	1. 12. 7. c.	ratio adfulsit eis	7. 5. 2
	16. 3. L. 2. 6. 10	- claudicat	Op. 4. 14
quies. <i>de somnio</i>	2. 7. 20	- defecit eos in consequentibus	7. 3. 15
<i>per quietem obuersari cui</i>	2. 7. 20	+ quadrat	7. 3. 17
<i>in quiete monere</i>	1. 20. 33	- subest errori nonnulla	7. 22. 5
quiete gradiendum	6. 16. 3. not.	- subrepfit imprudenti vera	7. 12. 5
<i>Oppos. concitate currere.</i>		- subsistit rebus humanis	7. 3. 24
quin etiam	2. 4. n. 20. n. 23. n. 37	- in cultu deorum	7. 6. 3
quin potius	2. 3. 4	ratio recta est, vt	5. 19. 24
quis vnus	7. 22. 10. n.	ratio: omnium viuentium - ratio-	
quisque, <i>cum postiuo</i> : boni quique		QVAE (ratio) - QVATITVR ad-	
iudices	6. 12. 21. prudentes qui-	fectibus	6. 15. 1. sic de Ira 7. 4.
que	1. 22. 12. noxius quisque	pecudum NATVRA caelum non	
	lr. 2. 10	INTVETVR.	
- <i>cum comparatio</i> : placidiora qua-		rationis nihil cum caelo habent ani-	
que	Op. 14. 5. imbecilliora et ti-	mantia	7. 9. 11
midiora quaque	Op. 4. 19	rationis obscura altaque esse	Op. 14. 8
- <i>cum superlatiuo</i> : elegantiss. saepe,		rationem ducere, i. e. habere, ex Cice-	
e. g. maximi quique	1. 3. c. etc.	rone	L. 3. 13. 12
quinerunt	5. 21. 6	rationem consilii inferre	3. 21. 7
quiuerunt	2. 5. 5	- perspicere	Op. 14. 1
quoad vsque	4. 12. 17. conf. Sueton.	rationem vitae reposcere	6. 24. 20
<i>Iul. Caes. c. 14.</i>		- secum habere	1. 19. 4
quod est, pro vfitatori: <i>id est. tene-</i>		- secum putare	1. 3. 1
brae quod est his contrarium	2. 9. 3	- subuertere	7. 3. 24
lex duos in matrimonium, quod est		rationes eius turbatae sunt	M. P. 25. 4
in corpus vnum etc	6. 23. 25	ratione ducente	1. 5. 6
quodsi abundat, quod	6. 8. 11. etc.	rationabiles irrationabilia	Ep. 25. n.
fic quod etiamfi	Op. 19. 7. not.	rationabiliter	Ep. 61
quoque, et quoque	2. 8. 43	recens fietus	4. 5. 9
quum, i. e. licet, etfi, saepe	1. 21. 47	recens natus	7. 12. 30. not. recens
L. 4. 8. 8. L. 6. 20. 8. Op. 3. 15. 16		editus	2. 11. 8
R,		reciderunt in eum, quae finxit de alio	
Rabide sanire	5. 12. 1		M. P. 29. 5
rabiosi	5. 23. 4	recipere corporis firmitatem	2. 7. 21
radicitus extirpari	6. 14. 8	- manum opificis	2. 8. 42
radius a sole porrectus	4. 28. 4	recognoscere	1. 10. 6
rara pretiosa	5. 7. 6	reconciliationis per occasionem occi-	
rarefeit iustitia	7. 15. 8	dere	M. P. 29. 1
raritas pulmonis	Op. 11. 4	e	recon-

INDEX III.

ſequit ventus	4. 15. 21. not.	ſe. poſt eſcē etc. noſtra, vt Ciceroni
ſalaciſſimus	1. 16. 10	gratum. conf. 1. 11. 11 c. 15.
ſaluare potius, quam perdere lau- dabile	Ir. 5. 7	32. L. 3, 4. 8. et ſæpe
ſalubritas præcepti	5. 15. 10	ſe, i. e. eam Phœn. v. 60 not
ſalutifer	6. 10. 3	ſecabilis Ep. 36
ſamia vaſa num diuites contemle- runt	1. 18. 21. not.	ſecedere orandi gratiâ in montem 4. 15. 20
ſancire fœdus	6. 10. 3	ſecretaria M. P. 15. 5
ſancte i. e. caſte	6. 24. 25. not.	ſecta in bono ſenſu Op. 1. 2 not.
ſancti nihil habere, quod cupiditas infanda non violaret	Ep. 59	ſectæ philoſophorum 3. 4. 3
ſanctiſſimus inſegerrimus. M. P. 18. 10.		ſectarum principes Ir. 10. 49
ſanctitas i. e. caſtitas	6. 5. 16. n.	ſectatores veritatis 4. 26. 18
ſanctum eſt i. e. ſtatutum Ep. 23 9. n.		ſecundum Sibyllæ carmina, non vt barbari: iuxta 7. 24. 11. conf.
ſanguis præſtatur populo i. e. ingra- tiam populi effunditur	6. 20. 26	Heineccium de ſtulo p. m. 24. ſic
ſanguinis plus quam ante decurrit	M. P. 33. 3	ſecundum prædicta 4. 17. 2. ſe- cundum ſententiâ Platonis Ep. 68
ſanguinem haurire	5. 1. 8	ſecundum legem iudicare 4. 18. 6
ſaporus. a, um, ſaporis cum mercibus	3. 16. 15	ſecurim adſtigere, num inſtigere M. P. 31. 2
ſatiare oculos	6. 20. 13	ſecus virile 1. 14. 3
ſatis. ſatis iuſtus i. e. mediocriter iu- ſtus	6. 13. 7. (h)	ſecus, vt dubium 1. 16. 5 vid. not.
ſatiſfactioni locus non eſt	Ir. 21. 8	ſecus quod longe ſecus eſt 7. 1. 6
ſceleratius nihil eo fieri poteſt	3. 18. 6	ſed pro ſed etiam ſed et frequens poſt non modo, non ſolum, non tantum, e. g. 1. 22. 5. L. 3. 4.
ſcelere adſtringi- obſtringi	5. 1. 1	2, L. 5 17. 13. L. 6. 18. 12. c.
ſceleris magnitudo vincit officium linguæ	6. 23. 12. M. P. 38. 1	20, 33. et ſæpius.
ſcena componitur	M. P. 30. 3	ſedatio commotionum et adfectuum 6. 5. 17
a ſcientia, an ad ſcientiam quod ve- niat	3. 27. 3. (b, c.)	ſedata fame 5. 11. 5
ſcilicet, iron.	5. 17. 13	ſedata animo eſcē Ir. 17. 16
ſcit, quia mortis eſt fabricatrix vo- luptas. defenditur	6. 22. 3. not.	ſed enim Ep. 67
(i) confer L. 4. 12. 18. not. et L. 5. 17. 30. not.		ſed nimirum 1. 18. 23. L. 2. 3. 5
ſcius, a, um	2. 14. 6. not.	ſed videlicet, vid. Op. 6. 1 not
ſcriptitare	1. 6. 8	ſed tamen ſæpe e. g. 6. 9. 11-12
ſcriptum reliquit 4. 17. 6. inuenitur ſcriptum	4. 18. 13	ſedere ad pedes cuius 1. 9. 7
ſententiarius	M. P. 19. 6	ſedes, pars corporis, qua ſedemus M. P. 33. 6 not.
		ſedes in tabernâ tota dilabitur. ad ſe- dem fluentem adponere cocta et ſalida animalia M. P. 33. 9

sedet index Deus 6. 18. 12 not. M.	<i>si pro vstrum, an</i>	4. 16. 9. not.
P. 14. 4 not.	<i>si est nota vs sibi in MSS. 1. 22. 23. n.</i>	
seductio corporis atque animi mors	<i>si- sicut. Videtur si pro sicut possum,</i>	
2. 13. 9	<i>nisi locus prauus</i>	6. 15. 14
segregare a beneficiis 5. 14. 16 not.	<i>si certe</i>	5. 13. 3
segrogata mens ab omni concretione mortali	<i>si- necesse est</i>	5. 13. 4 et L. 2. 11. 8
1. 5. 25	<i>si- profecto</i>	2. 11. 9
semel, e. n. für allemal, auf einmal 3.	<i>si- vtique</i>	5. 13. 4
26. 10 not. L. 5. 13. 8 not. M. P.	<i>si- iam 7. 3. 7. Op. 4. 10. et L. 1. 3. 13</i>	
23. 1. vt Quintil. 10. Inst. 1. p.	<i>si- quis quid</i>	1. 11. 35
881. vs <i>semel dicam.</i>	<i>si tamen correctioni inseruit. Hinc</i>	
feminator fallaciae 5. 2. 17	<i>academicae disciplina manauit, si ta-</i>	
femotius nihil a sapientis ratione	<i>men disciplina potest etc 3. 28. 17.</i>	
5. 15. 7	<i>quae patientia - si tamen patientia</i>	
senectus mundi delabentis 7. 14. 16	<i>nominanda est etc. Ir. 27. 8</i>	
sensibus percipere Op. 1. 15	<i>si- tamen. Si pro etia 6. 24. 24. Ep.</i>	
sensu comprehendere Op. 1. 11		33. 12
sensus i. e. iudicium, ratio 4. 4. 3 n.	<i>sibi, abundat in nota formula, quid si-</i>	
Op. 2. 1 not. c. 16. 9. et saepius	<i>bi volunt 1. 11. 28. quid sibi vult</i>	
sententia stabilis a solidis radicibus	<i>1. 17. 16. mox ibid. quid significat.</i>	
fundata et fixa 5. 1. 9	<i>conf. L. 2. 2.</i>	
sententiae primae esse 1. 10. 8 not.	<i>si cauerint flumina pro se fecauerint</i>	
sententiam differre in extremum		7. 3. 8. not.
5. 1. 3	<i>siccitas longa alimenta frugibus de-</i>	
- ferre in absolutionem 7. 20. 5	<i>negauit 2. 1. 9</i>	
sententias vendere 5. 2. 3	<i>sicuti est, formula rei confirmandae</i>	
in sentes exuberat agor 6. 15. 18		1. 8. 4. not.
sentibus obductus 6. 3. 3	<i>sicut erant, non mutatam rei conditio-</i>	
sentiens poenae 7. 20. 7	<i>nem indicat 1. 20. 31. n.</i>	
septum nihil diuinitus oculis 2. 16. 8	<i>sicut ergo - ita vero 6. 5. 7</i>	
sepulchre meus Pasch. v. 66 not.	<i>sicut - ita etiam 4. 3. 14</i>	
sequela 7. 5. 20 not	<i>sicut - sic 3. 8. 18</i>	
a sequendis se retrahere 3. 6. 18	<i>sigillum dare cui, litteras sigillo mu-</i>	
sequitur, vt 4. 30 extr. et 7. 11. 6	<i>nitatis M. P. 24. 5</i>	
sequetur gloria 3. 27. 9	<i>sigilla deorum 2. 4. 19 not et Ga-</i>	
serere discordias 7. 16. 1 Liuius 21.	<i>taker. ad Antonin. L. 7. §. 3. p. 260</i>	
<i>6 serere cerasamina.</i>	<i>sigillum quid M. P. 24. 5</i>	
series temporum 4. 5. 8. c. 10. 3	<i>signare 2. 1. 15. not.</i>	
seruare pro obseruare Ir. 17. 5	<i>signata frons cruce 4. 27. 3</i>	
seruare concordiam cum omnibus	<i>significanter enarrare 6. 8. 10</i>	
5. 10. 10	<i>significantius 6. 5. 19 et c. 24. 6</i>	
seruare officium 7. 9. 18	<i>significare gestu 7. 12. 29</i>	
sexus in placati 1. 8. 4. 2. 16. 8. 11.	<i>- nutibus voluntatem 6. 10. 14</i>	
L. 2. 12. 1		signi-

significentiam magnam habere	4. 26.	sol subiuit	4. 19. 4
	3 et n. 17	- a suis cursibus stat	7. 17. 5
signum frontibus imponere <i>crucis</i>	4. 27. 4	solis accessus - recessus	2. 5. 18
simile veri	Op. 16. 13	solis lumine decedente	2. 5. 23.
similia veri	1. 11. 56	solis officia	Ir. 13. 4
ad similitudinem somnii	7. 3. 24	solem Deus statuet	7. 26. 2
simplex et apertus homo	6. 12. 11	solem gestare in manibus	7. 1. 15
simulcum 6.	7. L. 7. 1. 3 et 7. 17.	sole clarius	6. 2. 5
	2. cont. indic. <i>pariter cum.</i>	solidamenta	Op. 7. 1
singularis Deus, i. e. vnus, vnicus		solidauit Deus virum et vxorem	
4. 8. n. L. 2. 16. 20 et <i>sapius.</i>		vnus corporis <i>compage</i> Ep. 66.	
fini i. e. sui	Ep. 53. n.	dubitabam ad h. l. an legendum:	
finisterior via	Ep. 59	SOCIAVIT, COPVLAVIT sed	
finistrouersus	3. 6. 4	prius nunc confirmo ex Op. 10.	
finu, <i>daris pro finui.</i> Pasch. y 100. n.		9. dualis numerus vna et simplici <i>compage solidatus.</i>	
fitienter incumbere hauriendis voluptatibus	2. 1. 3	solidis radicibus fundatus	5. 1. 9
fitim conceptam visceribus sedare ardoremque restringere haustu atque potu	1. 22. fitim pati, fiti fameque deposita	solitarius ac disertus	1. 7. 4
	4. 10. 9-10	soluaga natura	3. 23. 10
fitire sanguinem	5. 9. 12	solertia hominis imitatione aliquid simulat	2. 5. 18
foholes elata, <i>an enata, creata</i> Op. 6. 4		solertissime, <i>adverb.</i> Op. 12. 18	
foholes succisua, <i>succesuisua</i> Op. 12. 15		solertissimus opifex Op. 10. 22	
foho em efficere	Ir. 15. 9	- artifex Deus	6. 20. 3
- parere	Op. 12. 15	solo dandi casu <i>pro soli</i> in MS. Goth. Op. 11. 3	
- producere, prodere	Ir. 18. 10	Solomonium templum	4. 13. 26
- procreare	7. 5. 14	solorum callum	M. P. 21. 8
- propagare	1. 8. 5	solubilis	4. 8. 10. L. 7. 1. 9
socialis hominis natura	5. 18. extr.	soluere piculum	1. 21. 13
societatem cum quo inire	6. 10. 23	solus et vnicus, num dicatur vt: <i>vnus et solus</i>	2. 17. 9. not.
societate diuini iuris nobiscum coniunctus	Ir. 14. 3	somnium videre	M. P. 30. 4
societatis humanæ coniunctio	6. 6. 10	somnum discutere M. P. 46. 5. <i>somnus ad oculos non accedet</i>	7. 16
sol decessit	6. 2. 8		12
- fuscabitur in perpetuum	7. 6. 10	e somno excitatus	4. 15. 23. e somno solutus
- fuscabitur perpetuo pallore	Ep. 71		2. 15. 11
- exuri	2. 11. 2	sono maiore vti	3. 9. 16
- oritur in diem - et calore potissimo et fulgore clarissimo illustrat omnia	2. 9. 12	sophia, <i>lasine scripta</i>	3. 16. 10
- subductus est	4. 19. 3	sopire discordias disensiones	Ir. 23. 26
		- lites - contentiones - errores - super-	per.

perditiones	1. 1. 12	spiritus ventorum, i. e. flatus, citant	
- commotiones	6. 18. 33	nubes	7. 6. 4
sopitus cinere ignis	Op. 18. 4	spiritum coarctare	Op. 15. 4
- morte	M. P. 17. 4. not.	- dimittere in patentem cicutam.	
sordibus ab his, i. e. sordidis opificiis	1. 18. 23	- deponere	4. 26. 32
sordidati	4. 14. 3	- ponere	4. 19. 2
sordidatorum mens cogitationibus	6. 19. 34	- reddere	M. P. 21. 10
Sortes oracula responsa Sibyllina	1. 6. 12	spiritu diutius protracto	M. P. 49. 3
sortis eleuandæ gratia	1. 14. 21	stabilita fide an <i>stabilisi fide</i>	4. 30. 4
sortem dare	ibid	stabilitas inconcussa	Ir. 2. 3
sortiti sunt de tunica et pallio	4. 18. 8	stabilum egerere	1. 9. 2
sparti, <i>seminati, Græc.</i>	3. 4. 9	stabilum catasta, equulorum loco	M. P. 21. 4
spectacula	6. 20. 8. 19. 199.	stantibus omnibus, i. e. <i>saluis, incolu-</i>	
specta demta.	6. 9. 18	<i>ribus</i>	2. 4. 36
spectare - et videre <i>differunt</i>	6. 23. 8.	stare i. e. <i>consistere</i> . vides rationem in	
conf. 6. 20. 8. et n. 30.		eo stare Op. 4. 22. conf. n. 4. <i>con-</i>	
spectare. non recte ponitur. pro <i>ex-</i>		<i>stare.</i>	
<i>spectare</i>	Ep. 64	stare in ordine	Op. 10. 2
spectatio	7. 9. 11	statim quam	7. 5. 21. not.
speculari fortunam cuius	M. P. 50. 3	stationes agere	6. 4. 17
speculator et testis Deus	6. 18. 12	status rectus, erectus hominis	7. 9. 11
sperare. non <i>simere</i> , sed <i>expectare</i>		statutum Dei, <i>farum</i>	2. 16. 14
significat, vt multis Dukerus ad		stela <i>columna, Græc.</i>	1. 11. 63
Flor. L. 3. c. 1. p. 476. huc refer		stomachum i. e. <i>iram</i> incitare	Ir. 18. 6
dicta a me ad de Ira	16. 8. <i>ma-</i>	strangulatur spiritus obstructa mean-	
<i>li pœnam, boni gratiam, et adflicti</i>		<i>di facultate.</i>	Op. 11. 14
<i>opem sperant.</i> adde Dauisium ad		strictim contingere	2. 10. 15. not.
Epit. 65. <i>spera et tibi accidere</i>		strictius et frugalius viuere	Ir. 20. 1.
<i>posse, quod alteri.</i>			not.
sperare indemnitate de benuo-		stringere summam	Op. 1. 13
lencia alicuius.	M. P. 48. 9	struere opes	1. 1. 1. not.
- impunitatem perpetuam non de-		stulte, ineptus	1. 17. 4. not.
bet, qui peccat	Ir. 20. 2	stultitia est in factis dictisque per	
spiræ intestinorum	Op. 11. 16	ignorantiam recti ac boni erratio	
spiramenta narium	Op. 13. 14		5. 17. 29
spirare ac viuere signa	Ep. 25. n. 13.	stupescensibus nervis	Op. 9. 4
not. vid. notas doctorum ad Phin.		stupor insensibilis	Ir. 17. 8
L. 3. ep. 6		sua sibi opera vindicatur	2. 5. 6. conf.
spiritus cicuta concutio repercusus	Op. 15. 2	suo sibi gladio	3. 28. 20. not.
		suauitates, <i>plur.</i>	2. 7. 4
		suauitudinum mollitie capri	6. 22. 5
		e 5	sub

INDEX III.

- sub verbo eius 4. 15. 22. not. L. 7. 17. 5. not.
- subiacent Deï potestati omnia 1. 5. 9
- subiacet soli Deo notitia veritatis Ir. 1. 8
- subiacet dominio peccati carnis infirmitas 6. 1. 3. 5
- animæ vita sempiterna 7. 5. 16
- religioni æterna vita 3. 27. 13
- utrique (animo et corpori) fortitudo 3. 12. 2
- Deo factori mundus 2. 5. 42
- verbosibus Dei ac pœnæ sempiternæ dæmon subiacet 1. 7. 10
- Deo cogitare, intelligere Ir. 18. 14
- soli Deo animarum serendarum ratio Op. 19. 3
- omni studio finis Ep. 30. 7
- subiacent prouinciæ. M. P. 8. 3
- subiectus casibus incertis 6. 6. 18
- errori orbis 7. 19. 8
- iniuriæ 6. 4. 11
- subire mortem 4. 24. extr.
- subingere ditioni 3. 8. 19
- subiugari seruituti perpetuæ 7. 24. 4
- subiugatis nationibus 7. 15. 15
- subiungere curruui M. P. 16. 6
- sublimari erectum ex Ep. 67. leg. *facies-sublimem*
- sublimissimæ potestates 5. 14. 19
- subministrare cibum 1. 4. 6. not.
- victum 1. 11. 42
- submissis genibus orare Deum 2. 7. 12
- submouere longe lateque Op. 16. 9
- submouentur oculi parietibus 6. 24. 15
- subnectere 7. 15. 17
- subnixi perpetua iurisdictione 4. 10. 15
- subornatis indicibus M. P. 8. 4
- substitutus in loco M. P. 29. 2
- subterfundare 2. 8. 62. not.
- subtextur cælum nubibus 2. 13. 10. n.
- subuenire erroribus 5. 3. 5. sic erroribus succurrere 4. 1. 7. not.
- subuerrere disputationem contraria disputatione 5. 14. 4
- succosius soboles. Op. 17. 15
- suffragatores 4. 30. 5
- suffulti vngulis Op. 2. 4. conf. c. 7. 6
- suffundebatur facies aqua frigida M. P. 21. 9
- sumere principium ab re 1. 2. 1.
- exordium 1. 5. 8. Op. 12. 7
- summa disputationis 5. 16. 2
- summam qui non tenebant Ep. 67. not.
- in summum 1. 5. 22
- summus i. e. *extremus*; hominum nihil nisi lineamenta et summam figuram gerunt 5. 11. 3. not.
- summis digitis 1. 20. 26
- sunt qui sunt qui Ir. 5. 13
- superabundantia munere Ep. 4. 13
- superare immanitatem bestiarum feritate 1. 21. 10
- superbissime iactare 3. 29. 12
- supercilia descripta Op. 10. 4
- superducit sol occidens noctem Ir. 13. 4
- superest dicere Op. 17. 1
- respondere Ep. 50. pr.
- superest, vt. sæpe abuium
- supericere cui quid 7. 21. 3
- superlatiui et comparatiui iuncti; maiora et summa Ir. 10. 44. extremi et tenuiores riuui 7. 12. 23
- superstitiosi qui? 4. 28. 13
- superuenire 3. 3. 12
- suppetens robur i. e. *sufficiens* Op. 4. 10. not.
- suppetere an suppeditare et L. 4. 22. 2. not. L. 6. 5. 7. not.
- supponere facem ædulo 1. 9. 8
- supplicare cui 1. 7. 9
- sup

supplicia pendere, expendere	7. 14.	tamquam <i>ironice</i> , vt <i>quasi</i> vero	1.
- perfoluere	Ep. 72. fin.	7. 4. tamquam si ianitor fuerit in	caelo 1. 18. 13. tamquam nemo nisi
supponere testamenta	5. 9. 16		6. 19. 2
supra minores habere manus	6. 19. 8	tam, <i>quam etiam</i> , tam contentum	
supradictus	6. 5. not. Ir. 2. 6. not.	ulcisci, quam ETIAM - iniurias	
supra hominis sensum et ingenium		5. 20. 9. not. conf. Ir. 1. 3. 25, et	
est	Ir. 10. 25	M. P. 48. 2	
surdus canere, <i>proverb.</i>	5. 1. 13	tamen <i>subauditur</i> et necesse est pro:	
surgore ad vindictam	Ir. 17. 17	et tamen necesse est	3. 11. 8
suscepto fetu	6. 23. 26--27	tamen - tamen 1. 2. 5. L. 3. 13. 22.	
susceptu honesta	1. 1. 11	L. 6. 9. 9	
suscipere falsa <i>in sensu logico</i>	2. 5. 33.	tandem <i>elegantem vim</i> habet. quis	
L. 3. 17. 23. et Ir. 5. 15. not.		est tandem 5. 13. 1. not. conf. c. 12. 6.	
suscipere mortem	4. 10. 1. c. 20. 3.	quae tandem <i>aequitas</i> est. Ir. 18. 8	
L. 5. 3. 13. c. 26. 28.		tangibile corpus	7. 12. 3
suscipere defendendum	3. 17. 16	tanti erat voluptas	1. 9. 7
suscipere sacra 2. 17. 12. vt Cicero		tanti. i. e. <i>tam multi</i> , tot 1. 3. 21. not.	
in Vatican. c. 6.		tantundem	1. 3. 6. 10. L. 2. 10. 14
suspendit Deus terram stabili fir-		temperari. quod ne facerem, tem-	
mitate 2. 5. 1. quibus fundamen-		perari	4. 5. 3
tis librata et suspensa terra	3. 3. 4	temperare in ambignos exitus re-	
suspensa in sublime leuibus plumis		sponsa 2. 14. 6. sic Tertulianus	
Op. 2. 4		Apol. c. 22. <i>in oraculis ambigui-</i>	
sustentabilis i. e. tolerabilis	7. 16. 4	<i>tates temperant in euentus</i>	
sustentabilis, e	M. P. 31. 4	temperare venena	3. 8. 28 et 5. 9. 15
sustentare vitam	6. 17. 20	temperauit Deus tenebras n. ultis mi-	
sustentatio sui recte patientia no-		nutis luminibus	2. 5. 23
minatur	6. 18. 32	temperatio	1. 2. 5
sustinentia	Ep. 34	templum Dei, ecclesia	5. 2. 2 et M. P.
sustollere censum	M. P. 36. 1		1. 5
sulum <i>pro</i> sursum	M. P. 19. 4	temporis iniuriam ferre	Op. 3. 1
suis proprius	1. 3. 4. et 19	tempore, eodem ipso	5. 2. 4
T.		ex quo tempore	7. 12. 10 alibi sa-
Tabescere in terram	7. 12. 8	pe <i>ex quo</i> subaud. tempore no-	
- aegritudine	M. P. 17. 8	tai ad	L. 7. 14. 4
- morbo	3. 17. 32	tenderetur desuper caelum	Ir. 10. 31
tactibilis, tactilis vid. tractabilis. Ir.		tenebrare, <i>obtenebrare</i>	4. 19. n. 3 (g)
	10. 25	tenebrarum horrorem depellere	2
sub tactum venire	7. 12. 3		5. 24
tales i. e. tam insignes	5. 14. 7. not.	tenebras circumfundere	4. 8. 2
talis et artis i. e. <i>tam insignis</i> ita re-		- depellere	Ir. 1. 5 - inferre
situi	1. 19. 3. not.	- inducere	2. 9. 5
talce est, quale	3. 3. 20. not.	tenebras	

INDEX III.

tenebras - obducere	2. 17. 10	titulo fallaci irretire lectorem	5. 3. 23
- offundere	2. 1. 13	tolerare vitam aqua et polenta	3. 17. 5
tenebris altissimis	4. 15. 7	tollere laudibus	5. 17. 24
- et horrentibus	2. 5. 23 Ir. 13. 5	tormenta facere ex capillis, <i>torros fūnes</i>	1. 20. 27. not.
tenendum est omnino i. e. pro certo habendum	6. 12. 3	toros deformari vlcerebus quam cerneret	1. 18. 5. illustrat hæc Hein- sius ad Ouid L. 15. met. 230
teneo hærentem - defixum	2. 8. 54	torporatus rigoribus	2. 8. 62. (a) dictis ibi adde Colum. 1. 4. 10. <i>torpes bieme pruinis</i> Col. 4. 29. 3. <i>frigo- ribus furculus rigore torpes.</i>
teneri ignorantia	3. 18. extr.	torquere animum in rei inquisitione	1. 1. 11
tenetur (<i>atitur</i>) ignis pingui materia	2. 12. 14	torquere ac dilaniare	5. 9. 12
tenere gressum stabilem	Ir. 2. 1	torum <i>neutr.</i> toris alienis, quæ attingere non licet	6. 23. 15
tenere medium fretum	4. 15. 21	<i>totaliter</i> eieci ex Ep 63. vbi <i>aut sum</i> aut <i>in totum</i> lego. in totum Ep. 61. not.	61. not.
teneriores linguæ partes	Op. 10. 20	tractabile oculis	5. 21. 10
teneritudo	Op. 11. 8 et 20	tractabilem se præbere ad	7. 3. 1
tenorem suam seruare	Op. 7. 5	tradere in manu	M. P. 35. 3
tenuari	M. P. 33. 3	- regnum per manus	2. 4. 20
tenuiores partes	Op. 11. 19	- se perpetuæ desiderii	3. 16. 1
tenuitas	7. 12. 3	traducere vere gesta in alias species obliquis figurationibus - conuersa	1. 11. 24
terminare materiam late patentem angustis finibus	Op. 1. 12	tractatum et obliqua figuratione obscuratum	1. 11. 30
terminum imponere religioni	M. P. 12. 1 not.	traduci a proposito	M. P. 11. 8
terra quasata motibus hiauit - deficit in abruptum	7. 3. 8	trahere auram per os	Op. 11. 14
terriculæ	M. P. 16. 7. conf. L. 1. Inst. 22. 13. Epit. 24	- aquam plenisimam faucibus	7. 27. 12
testamenta supponere	5. 9. 16	- saporem subtilissimis sensibus.	
testimonium satis firmum est, quod ab ipsis perhibetur inimicis	4. 12. 5	trahorè, i. e. <i>construere</i> morbum	M. P. 17. 3
tetrius quid esset?	Op. 4. 20	trahi auctoritate cuius, i. e. moueri	3. 13. 8
textus rerum	4. 10. 19. not.	tranquille egere	6. 9. 19
theatrum orbis terræ	6. 24. 20	tranquillissima vita	7. 24. 15
thesauros inuadere	M. P. 29. 5	tranquillum, in tranquillo se vitæ præcipitare. Oppos. <i>sempestate</i>	3. 23. 2. not.
tibia ad fontem, <i>proverb.</i>	3. 14. 1		
timere alicui	2. 4. 6		
timidiora animalia	Op. 4. 19		
timidas dolbris	3. 26. 6		
cinctus ab Ioanne	4. 15. 2		
titillat blandimentis animas	6. 22. 3		
titio extractus foro torris semiustus et extinctus	4. 14. 14		
titubantem dirigere	6. 3. 7		
tituli medicorum remedia habent,			
pyxides venena	3. 15. 11		

VERBORVM ET FORMVLARVM.

<i>in</i> transcurſu breuiter ſtringere.	<i>valide</i> diſputare 5. 8. 10. not. prima
transfixit ſe eodem mucrone 3. 5. 8	vox ſuſpecta,
transformabit Deus homines in ſi-	vallata frons Op. 7. 10
militudinem angelorum 7. 26. 5.	valuit tantum - auctoritas 1. 1. 4
transgredi limites 1. 3. 16	vaniloquentia cuius inductus Ir. 23. 15
transiet, <i>Tibulli</i> 4. 13. 20. not. et	vaniſſimum dictum 3. 19. 14
Ep. 46. 8. n.	- ſomnium 7. 3. 24
transigere rem ſine ſanguine M. P.	vapor ſi quid attigerit, paulatim per
11. 8	minutiſſimos rores aqua concre-
transire Op. 11. 6	ſcit Ir. 10. 20
transuerberare gladio	vas inſtituere, efficere formare 7. 4. 6
tremor terræ 6. 11. 24	vates feminæ 1. 6. 7
trepidatione mobili ignis ſubuolat	vbera diſtenta Op. 3. 6
7. 21. 4	vberimus Dei ſons 3. 26. 11
tribubus 4. 26. 36	vbique verſus Op. 5. 11 not.
tribules 6. 11. 26	vehiculum ſedendi præbere 4. 17. 19
tributa ſoluerè pro mortuis M. P. 23. 7	vel ſuperlatiuis iunctum 1. 5. 26. L.
tritu pedum 6. 4. 6	6. 20. 18. L. 3. 21. 12. C. 22. 1
triumphare mortem 4. 26. 28. L. 7. 24. 4	vel - vel etiam 5. 3. 7
triumphare ſæculum M. P. 16. 5. n.	velare veritatem mendacio 1. 11. 31
triumphato ſæculo Ep. 66	velata obtentu aliquo ſpecieque 1.
tritior vitiorum via 6. 3. 3	11. 34
triumuiralis proſcriptio 2. 4. 36	vena fontis deficiente riui extremi
trucidatio 6. 20. 14. ex Seneca pro-	ac tenuiores areſcunt 7. 12. 22
fert: <i>ex trucidatione</i> immeren-	venæ exiliores in extrema corporis
tium 6. 25. 3	porriguntur 7. 12. 23
tueri i. e. <i>intueri</i> cælum. defendunt	venæ iuſtitia fontis pietas et æqui-
Heinf. et Burmann. ad Ouid. 1.	tas 5. 14. 11
Met. 85.	venis incifis lente mori M. P. 26. 11
tulit pro ſuſtulit 3. 22. 6. not.	vendere animam ſuam publice, <i>gla-</i>
rumidus ſuperbia, <i>inflatus</i> 6. 24. 24	<i>diaſtorio ludo</i> 5. 9. 17
tumore animi reſiden-e Ir. 18. 6	- magno - paruo 5. 16. 6-7
turbatis equis diſtractus 1. 17. 15	venenarius 5. 19. 31
tueri decretum diſciplinæ 5. 17. 9	veniens in os potus et cibus 4. 26. 19
tutela, <i>alitura</i> 1. 4. 6. not.	venire ad propria omiſſis communi-
- <i>navis inſigne</i> 1. 11. 19. not.	bus 5. 16. 5
- <i>auxilium</i> , tutela carere 6. 12. 22.	venire in crimen ſtultitiæ 5. 16. 13
tutelam ſperare ab quo 2. 4. 6.	- in mantis 4. 26. 27
tutelam reip. cui committere 1.	- in regnum 4. 10. 17
1. 14. M. P. 18. 14. <i>tutelo</i> communi	- in prædam 6. 4. 16
an titulo an <i>tutela</i> M. P. 36. 3	veniſſe in tantam inſolentiam 1.
V.	22. 21
Vacuefacere <i>abrogare</i> 4. 17. 1	- in tantam obliuionem 2. 1. 5
valeat i. e. <i>apeat</i> et recedat Ir. 8. 4. n.	ventum

ventum est in tantam ignorationem sui	4. 1. 1	ecclesiam	M. P. 4. 1
vento contrario laborare	4. 15. 20	vexate, acerbissime coniuges cerno- re, i. e. violento stupro pollui	
ventorum adspiratio	7. 3. 26. c. 4. 7	zernere	4. 22. 3
ventorum spiritu adtrahuntur nubes	Ir. 13. 7	vexari morbis	Op. 4. 2
ventorum spiritus citant nubes	7. 6. 4	vexari per confragosa	6. 17. 13. not.
ventos obsequi imperio	4. 15. 23	vexationes, <i>persecutiones</i>	5. 23. 3
ventus scruit	4. 15. 23. et 2. 1. 10	vexatores hominum	2. 15. 8
ventus silet	4. 15. 22 + conquiescit ibid.	vexatrix fortuna	3. 20. 9
ventri et gulae seruire	6. 22. 1	de via elegantes phrasas	L. 6. c. 3. et c. 4
- et Veneri seruire	3. 8. 6	vix devix per anfractus	4. 30. 1
verberatus sciante frigore atque imbribus	M. P. 17. 3	- difficilis descriptio	6. 7. 3
verbum postremo substantiuo sin- gulari non primo plurali confor- matum aliquoties	L. 2. 2. 24. <i>opes et corpus - terra est.</i> L. 2. 6. 14. <i>Centum illi - senatus eras.</i> L. 4. 20. 4. <i>Ex quæ scripta sunt - novum te- stamentum nominatur</i>	viam conderè	4. 30. 3
vergere in humum	7. 5. 26 -- in terram	viam deviam sequi	3. 11. 4
verius, iustius et verius i. e. æquius	6. 13. 13	- munire ad potentiam	6. 6. 13
veridicus Episcopus	7. 1. 10	- ostendere erranti ac vago	1. 1. 6
verissimus descriptor vitiorum	5. 9. 19	- rectum adgredi	1. 1. 7
vero, demum	5. 9. 12	- sibi facere	M. P. 43. 5
- immo vero, in princip.	3. 17. 34. 11.	- sibi imprimere	1. 1. 13
versari in tenebris	6. 1. 10	- tenere iustitiæ	6. 20. 15
versiculus vulg. <i>linea</i>	1. 15. 18. not.	vias sibi devias per anfractus et præcipitia condere	4. 30. 3
versura soluere	2. 8. 24. not.	vias excusationum amputare	4. 24. 7
versus, <i>linea</i>	2. 8. 12	via publica et celebris	6. 7. 6
versus, numerosi et ornati	6. 20. 2	vicarius	M. P. 48. 8
vesci sanguine	6. 21. 9. not.	vicarii <i>an vicari</i>	M. P. 11. 1
vesica. vide de Opif.	11. 18. 20.	vicibus, <i>absoluite positum</i>	3. 21. 4. (i)
vestigii alieni insistere	Ir. 10. 4	vicit sententia Diocletianus	M. P. 13. 3
vetustas in maius componens omnia	1. 41. 41	victimæ humanæ	5. 10. 4
vexabilis	7. 5. 10	victoriam cadere, <i>recte dicitur</i> , item, percipere, facere, occupare	M. P. 46. 2. not.
vexare	5. 18. 9. et 5. 20. 6	victrix malorum fortitudo	7. 5. 24
		victum conquirere	Ep. 39. 4
		victum precibus exposcere	2. 1. 10
		videri se custodes volunt	2. 14. 8
		videri te iustum - velis	6. 12. 12. L. 5. 12. 1. c. 20. 10
		viderit Deus, mag	GDtt <i>missa</i> 7. 8. 9. not.
		viginti et vno versibus	1. 7. 11
		vindicare quid ab ancipiti	Op. 19. 2
		vindi-	

vindicare in quem - de quo	2. 16. 11.	- excolere	1. 19. 3. et Jr. 11. 7
	M. P. c. 1. fin.	- imitari pecudum sub figura hominis	2. 3. 22
vindicare, exserere se ac vindicare	2. 3. 20. not.	- instruere	3. 15. 6. c. 30. 5
ad vindictam surgimus, non quia laesi sumus, sed vt disciplina seruetur, mores corrigantur, licentia comprimatur	Jr. 17. 17	- sequi pecudum	3. 10. 14
vinolentia	Jr. 20. 4	- sustinere (<i>sustentare</i>)	7. 6. 4. Jr. 13. 7
violentissime	5. 21. 6	tradicere per exquisitas et varias voluptates	3. 19. 12
virago	1. 9. 2	- turbare	3. 30. 5
vires morbo franguntur, senectute minuuntur etc.	1. 18. 4	- tueri	3. 8. 18. c. 10. 6. L. 6. 20. 2
vires exercere, exserere	2. 3. 4. n.	- viuere tranquillissimam et copiosissimam	7. 24. 15. not.
viriditas siluarum	7. 3. 25	vita satius	2. 4. 36
virtus ac maiestas	M. P. 1. 7. n.	cum vita et vitiis i. e. <i>vita vitiosa</i>	3. 15. 9. not.
virtus maiestatis	7. 5. 5. Ita <i>vis ac maiestas</i>	vitalis vir, num. <i>frugalis</i>	6. 13. 11 n.
virtus agitata malis quatientibus stabilitatem capit	1. 8. 1. L. 7. 3. 4	interdum <i>utilis</i> et <i>vitalis</i> in MSS. confunduntur vt Bonon. Jr. 13. 17. pro <i>utile</i> legit <i>vitale</i>	
- adfidua vexatione roboratur	3. 29. 16	vitalia praecepta	6. 9. 13
virtutis via non capit magna onera gestantes	7. 1. 20	vitalibus venientem idem praevidere - canere	3. 29. 20 not
virtutibus amaritudo permixta est	1. 1. 7.	vitium ducere	Op. 15. 15
virus in eum scire capit	M. P. 49. 4	viuere vitam	7. 24. 13
virus praecordia vrit	M. P. 49. 4	viuere iuste innocenterque	Jr. 19. 7.
vis infinita animarum	7. 5. 15	- pie atque innocenter	1. 1. 9
viscera, <i>liberi</i>	6. 20. 23. not.	- libere - <i>oppof.</i> strictius et frugalius	Jr. 20. 1
sub visum oculorum venit	7. 1. 9	vltus pro <i>omnis</i> post <i>sine</i> : sine villo discrimine sexus, etatis	1. 1. 19
visus euauit	7. 12. 12	sine vlla nominis dissimulatione	1. 5. 13. etc.
vita saepe rumpitur in medio cursus sui spatio	Op. 4. 2	- vllius alterius auxilio	Op. 4. 20
vita copiosior	6. 14. 6	vltima fames vrget <i>extrema maxima</i>	Ep. 34. 3
vita temporaria	6. 14. 6	vltima necessitas, i. e. summa penuria	6. 11. 15
vitam agere beatam	7. 22. 15	vltima necessitas i. e. mors	7. 27. 8 not.
- consumere in stupris et adulteriis	1. 17. 10	ad vltimum laepe occurrit in Lactantio c. g. 1. 11. 45. L. 4. 14. 14. L. 5.	
- degere tenui cultu	7. 1. 13. conf		
- donare, cui	M. P. 29. 81		
- ducere	6. c. 3. 9. L. 7. 9. 15. not. conf. 7. 23. 15		

INDEX III. VERBORVM ET FORMVLARVM.

- L. 5. 3. 24. L. 6. 4. 17. L. 7. 12.
 10 Pitiscus ad Curtii 3. 1. 7.
 illustrat ex Floro; sapissime
 vero ad ultimum habet, Liuius e.
 g. L. 1. c. 33. c. 53. c. 5. L. 28. c.
 28. c. 39. c. 43
- vtlio consecuta 5. 22. 23
 ad vltionem non satis fuit M. P. 3. 2
 vltionem remittere Deo 5. 20. 10
 vmbaticus p̄ceptor 6. 12. 14
 vnde, woyou, wofur 5. 22. 8
 vnde. hinc, wofur. dasur. 6. 2. 39
 vngues adanci Op. 2. 4
 vngulæ, *instrum. carnif.* 5. 13. 9 not.
 M. P. 16. 8
- vniformis L. 6. 9. 7
 vnis ac paribus animis 5. 13. 5 not.
 vnus alterius 3. 4. 6
 in vno capite ipso Op. 7. 5
 vnum et idem officium Op. 14. 9
 vna eademque vi 7. 21. 5
 vnus, alter, tertius. vno, altero, tertio
 modo 2. 17. 6-8-10
 vnus solusque 2. 17. 9 not. 2. 16. 6
 vobiscum, pro: vobis 3. 27. 5
 vocem mittere, emittere 3. 27. 5
 volumina, spicæ Op. 11. 17
 voluntaria mors 3. 18. 10
 voluntas - necessitas - voluntate non
 necessitate 5. 13. 14 not.
 voluptarius homo 3. 27. 5
 volutari in miserandis errorum flu-
 ctibus 1. 18. 14
 vrgente iam vespere 4. 15. 20
 vsque adhuc 3. 8. 30 not. Sueton.
 Domit. 18. *vsque adhuc certe ani-
 mum meum probastis et vultum.*
- Sæpe Augustinus conf Cypr. de
 Zelo ed. Gryph. p. 347
 vsque mortem pro vsque ad 1. 22. 11
 vsui este alicui 7. 6. 6
 vt dico, mie ich sage 2. 14. 11
 vt quasi 6. 2. 16
 vt *valer exempli gratia* vt si quis ve-
 lit non sinat Ir. 10. 7. not. c. 16.
 7. et sapius.
 vt, vident vt adpetant 6. 20. 2. quæ
 ratio est, vt Christum timeant 4.
 7. 1. quæ causa sit vt sapien-
 tes stultos patent, magna ratio est
 5. 14. 1 not.
 vt ita dixerim Ir. 10. 4. 2
 vt non dicam - sed necesse est Op.
 3. 4. vt hic non eiciendum vid.
 vt certe
 vt non dicam stultus - certe arrogans
 3. 13. 9
 vt taceam - certe, *recte scriptum* Ep.
 62 not.
 ad vtilis vsus 7. 3. 1 not.
 vtilitates, *plur* Ep. 1. 7
 vtinamque, vtinam quidem 4. 23.
 8. not. atque vtinam 5. 14. 7. c. 19. 4.
 Ep. 36. 10
 vtrumne - an 6. 20. 16. c. 11. 2
 vtrumne an - vtrum - an - vtrumne -
 an 6. 17. 19
 vtrumne - an - an 5. 1. 13
 vua, 3. 11. 11 (*collit*) Op. 11. 9
 vulgati corporis vtilitas 1. 10. 2
 vulgo an vulgato corpore quæstum
 facere 1. 17. 10 (k)
 vulnerare aures 7. 1. 14

F I N I S.

100

100

100